6
14-A

6
16 0
13



6-14-A-3

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

xxxiii. A. 9.

Digitized by Google

MICHAELIS ANTONII
BAUDRAND
PARISINI
GEOGRAPHIA
Ordine litterarum diſpoſita.

TOMUS PRIMUS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

MICHAELIS ANTONII

BAUDRAND

PARISINI

GEOGRAPHIA

Ordine litterarum diſpoſita.

TOMUS PRIMUS.



PARISIIS,

Apud STEPHANUM MICHALET, Typographum, viâ Jacobæâ, ad inſigne Sancti Pauli.

M. DC. LXXXII.

CUM PRIVILEGIO REGIS.

Digitized by Google

ILLUSTRISSIMO VIRO

DOMINO D.

JOANNI BAPTISTÆ

COLBERT

REGI AB INTIMIS CONSILIIS

ET SECRETIORIBUS MANDATIS,

Generali Ærarii Moderatori, Summo Regiorum Ædificiorum Præfecto, Regiorum Ordinum Quæſtori, Marchioni de Seignelay, &c.

LIBERALIVM diſciplinarum ſtudiique ipſarum promovendi tanto ſemper amore teneri viſus es; VIR ILLUSTRISSIME, *quotieſcumque ſededit occaſio, litteratis omnibus, & iis qui præclara in publicum opera emittunt,*

Digitized by Google

tam apertam dediſti ſingularis benevolentiæ ſignificationem, ut ſperare jam auſim Te hujus quodcumque eſt operis tibi offerendi, tuiſque ſub auſpiciis evulgandi facturum mihi poteſtatem. Geographia eſt integra, ſive Orbis deſcriptio, omnium quotquot unquam fuere maxima. in qua veteris Geographiæ cum recenti perpetua ſit collatio. Hic uno intuitu poterunt perluſtrari loca omnia tot præclaris Gallorum facinoribus nobilitata, ſed iis potiſſimum quæ noſtra ætate totus Orbis ſuſpexit, & eæ regiones quas Rex Invictiſſimus Gallici nominis gloria replevit, ſive fines aviti regni longe lateque propagando, ſive Colonias in diſſitiſſimas Orbis plagas mittendo, ſive navales exercitus ad Ortum & ad Occaſum tranſmittendo, ut quicquid Solis ambitu continetur gentis noſtræ gloria

Digitized by Google

perváderet. His quaſi luminibus, VIR ILLUSTRISSIME, *hoc opus meum diſtinguitur, quo ſive rerum multitudinem ſpectes ſive varietatem, nullum majus eſſe poteſt, cum tibi præſentem exhibeat Orbem univerſum. Vides in eo ſerie quadam continuatum Lexicon noſtrum Geographicum, undecim abhinc annis tibi nuncupatum, quod non malis in lucem prodiiſſe ominibus ex eo intelligi poteſt, quod apud exteras gentes triplici fuerit editione donatum, ſed ita ſunt in hoc libro permutata omnia, ut illius nulla fere pars vel minima remanſerit quam non fecerim meliorem; tum cujuſlibet linguæ vocabulorum quæ inſerenda fuerunt multitudine incredibili; tum ingenti numero potiſſimarum diviſionum, quæ nunquam alias fuerant editæ, tum exquiſitiſſimis obſervationibus,*

quæ ad lectorum eruditionem multum, nonnihil ad voluptatem conferent; ſed quantuſcumque tandem ſit labor ille, quo quinque per annos in eo expoliendo perfunctus ſum, non ignoro ſortem ejus omnem in una tua commendatione eſſe poſitam, doctiſque viris tanto futurum eſſe pretio quantum tibi probabitur. Te igitur VIR ILLUSTRISSIME, *quam ſuppliciter poſſum obteſtor, ut librum hunc noſtrum tuo præſidio tuteris. Optarem quoque, ſi fieri poſſet, quidpiam à me tibi majus offerri, ut intelligeres me præ cæteris tibi ſemper dum vivam addictiſſimum fore atque obſequentiſſimum.*

M. A. BAUDRAND

Digitized by Google

MICHAELIS ANTONII
BAUDRAND
PRÆFATIO
AD LECTOREM.

GEOGRAPHIA, ſcientia quædam eſt tam altæ & reconditæ eruditionis, & tam late fuſa ob rerum quas complectitur multitudinem, ut minime dubitem quin plerique me vel eo nomine temeritatis inſimulent, qui prope immenſum opus aggredi auſus fuerim, cui utique perficiendo tenuitatis meæ conſcius me imparem ſemper judicavi, idque maxime poſtquam ſeria æſtimatione perpendi quam magni & nobiles viri ab eo labore præ innumeris, quæ occurrunt difficultatibus, vel omnino deterriti fuerint, aut certe ſuſcepti operis mole oppreſſi, minus accuratam totius Geographiæ tractationem in publicum emiſerint.

Inter veteres Geographos hi potiſſimum excelluerunt. Strabo, Mela, Plinius, Ptolemæus, Dionyſius Afer, & Stephanus Byzantinus qui præclara quidem monumenta poſteritati conſignarunt, ſed multis erroribus aſperſa & ad-

modum imperfecta, ſi cum iis quæ his temporibus cognita ſunt & perſpecta conferantur. Multi inter recentiores ſcriptis ſuis hanc ſcientiam non mediocriter illuſtrarunt ut Gerardus Mercator, Abraham Ortelius, Philippus Cluverius, Petrus Davity, Philippus Briet, Nicolaus Sanſon, & alii complures. Neque ii tamen ſummam huic rei manum impoſuere, plerique enim chartas tantummodo aliquantulum ſcriptis explicatas; alii tractatus aliquot ſeparatim conſcriptos ediderunt, nemo ferè veterem cum recentiore conjunxit & utriuſque parallelismum ſubjecit oculis. Hinc ſcite Cluverius in Præfatione Libri de Germania antiqua. *Magnos igitur & ſummis laudibus extollendos dixeris prædictos Geographos omnes. At ſuo quemque in genere, multa apud Melam, multa apud Strabonem, plura apud Plinium reperias, quorum ſitum haud facilè unquam perſpexeris, niſi monſtrantibus itinerariis, & Ptolemæi tabulis, ac viciſſim pleraque in his perobſcura & plane cæca, niſi ab illis illuſtrentur. Sed ne univerſi quidem inter ſe ſimul juncti quidquam ſibi prodeſſe poterunt, & nil niſi mera ænigmata proferre videbuntur, niſi antiqua illa cum hodiernis ante collata, atque altera per altera expoſita fuerint. At hoc immenſi laboris opus quis hactenus præſtitit? quis unquam feriò tentavit? video ego neminem.* Et paulò inferius in eadem Præfatione ait. *Verum quid ego de veteris Geographiæ defectu tantoperè querar, cum noſtro hoc ævo qui Regionum Incolarumque toto orbe ſit ſitus, nemo hactenus unquam uno ſolidoque opere tradere conatus ſit. Privatim ſingulas quaſdam Regiones nonnulli, haud ſine magna laboris atque ingenii gloria deſcripſerunt.*

Fateor id quidem, poſtremo exeunte ſæculo ab

Abrahamo Ortelio egregium opus cui titulus eſt Theſaurus Geographicus editum fuiſſe, ſed perpauca ex iis quæ ad Geographiam recentiorem pertinent, id complectitur. Ante aliquot annos Philippus Briet S. J. antiquæ & recentioris Geographiæ parallela publici juris fecit, opus ſanè preclarum, ſed breviori ſtilo conſcriptum, quodque Europam tantummodò, non cæteras orbis partes complectitur.

Jam anni 50. & amplius effluxere, cum Philippus Ferrarius Alexandrinus, Ordinis Servorum B. M. V. olim Præpoſitus Generalis, Lexicon Geographicum evulgavit: quod utique vel ob id maxime in pretio fuit, quod in ordinem Alphabeticum digeſtum, recentiorem Geographiam uberius explicatam contineret. Anno 1670. Lexicon illud Geographicum recuſum, idque altero tanto auctius emiſi in publicum, in eo tamen opere vel admodum ampliato nondum potui acquieſcere. Quare Geographiam multo accuratiorem merito deſiderari omnino perſuaſus, & plurimorum qui id oneris mihi imponebant poſtulatione adductus, non mediocrem huic rei operam curamque impendere coactus ſum.

Ex ipſius operis magnitudine, quanto id labore ad exitum ſit perductum facile judicari poteſt, quandoquidem, ut Cluverius ipſe in eadem quam mox laudavimus Præfatione Pulchre animadvertit. *Geographia certe antiquæ tam longe lateque diffuſum eſt ſtudium, ut id unum totum hominem, omnemque ejus ætatem omnibus aliis curis negotiiſque ſolutam ac liberam requirat, ſi ſedulo ac ſolide pro dignitate ſua tractari debeat, hac enim ſcientia rebus conciſis, &*

minutiſſimis ſæpe vocabulis conſtat, quæ in tanto auctorum numero vage ac fuſe diſperſa, hinc inde conquirere, in unum locum colligere, & ſub unum aſpectum ſubjicere, falſa à veris diſcernere, hæc confirmare, illa convellere, invicem pugnantia nonnunquam conciliare, denique obſcuris lucem, vetuſtis novitatem, novis authoritatem, ac dubiis fidem dare, pluſquam Herculei eſt laboris. Quod ſi Geographia antiqua tot difficultatibus eſt obſtructa, recentior ſane multo pluribus ſepta videtur, ſi tot vocum quæ non regionibus modo, ſed etiam urbibus à diverſis nationibus tribuuntur, varietas, & ingentes mutationes, quæ proxime elapſis ſæculis magna imperia ſubierunt, quæque ſumma obſcuritate & confuſione cuncta involvunt, ſi denique quam parum cognitæ ſint tam diſſitæ & pene imperviæ regiones æquo animo perpendamus. Infiniti prope operis molem reformidans, & tot quæ ubique occurrebant difficultatibus perculſus, jam pedem referebam, atque ut aliquis id operis aggrederetur magnopere exoptabam; Tandem vicit non tam id præſtandi quod multi efflagitabant fiducia, quam negandi verecundia, ut poſt reditum meum ex Germania & Anglia id operis ſuſciperem, atque unum duntaxat nec valde magnum volumen elaborandum mihi eſſe arbitrabar: ſed latius ſe aperiente materia, in eam molem excrevit, quæ duobus iiſque amplis voluminibus vix continetur. Quantam ſane potui maximam adhibui diligentiam, tum ut utramque Geographiam veterem & novam perpetuo paralleliſmo inter ſe conferrem, tum ut pleraque ex media ætate deſumpta, & ſcitu digna, quorum nulla hactenus mentio habita fuerat adjicerem,

adjicerem, tum etiam ut ſingularum regionum accuratas & commodas diviſiones afferrem, quibus urbes & provinciæ à vicinis populis ſignentur vocibus, quæ denique recens detectæ ſunt regiones, quid de his memoriæ dignum nupera, eaque ab uno aut altero ſæculo confecta itineraria referant, non omitterem, expunctis erroribus innumeris qui in libros & chartas Geographicas irrepſerant, circumſcriptis quoque prolixis deſcriptionibus, & moleſtis authorum, cum non opus eſt, citationibus, quæ nihil præter tædium & moleſtiam afferant.

Erit fortaſſe qui mirabitur opus adeo magnum & difficile intra quinquennium abſolutum fuiſſe, cum legendi fuerint auctores pene innumerabiles, tractatus, relationes, ut vocant, evolvendæ, quin & multa hiſtoriarum monumentis conſignata ſuis quæque locis neque injucunda inſerta oportuit. In ordinem autem litterarum hæc Geographia digeſta fuit, commoditatis & facilitatis cauſa; plerique enim de urbe una, aut provincia cum velint dicere, aut ſcribere, aut quæ in Autoribus occurrunt difficiliora intelligere, ea ſtatim inveniunt, nec quicquam eos moratur cum per Alphabeti litteras Geographia diſponitur.

Nec dubito quin in nonnullorum reprehenſionem incurram, quod in his perſæpe quæ incerta & dubia iis videntur, meam libere interponam ſententiam: ſed judicium meum tum adhibeo, cum id omnino faciendum puto: atque illud Authoris munus eſt lectoris dubitationem eximere, cum rem perceptam

habet & exploratam, idque argumento eſt authorem operi ſuo intentum eſſe, non accedere, nam compluribus ac variis ſuper uno vocabulo opinionibus in unum adductis, qui ſuum ipſius judicium non interponit, ſed veluti ſorte legendi unam ex omnibus diſcendi cupido arbitrium relinquit, an non multo indoctiorem is dimittet quam admiſerat? omnino ego ſic arbitror: atque ob id ſæpe illuſtrium authorum in hoc vituperantur lucubrationes, quod judicio ſuo uti reformident.

Poſtremo, ut curioſis ſatisfacerem, indiculum Epiſcopatuum & Archiepiſcopatuum juxta præſentem Eccleſiæ ſtatum attexui: Academias item totius orbis; Civitatum Imperialium & liberarum Germaniæ, quæ hoc jure potiuntur, aut aliquando potitæ ſunt Catalogum: Urbes quoque aut regiones quæ aliquando venditæ ſunt aut oppigneratæ, ſimul & regiones, urbes, & loca quæ nuſquam fuerunt, licet in chartis deſignentur. Adjeci indicem Geographorum tum veterum, tum recentiorum; Ac demum corollarii loco adjunxi partem Geographiæ alteram, in formam tabulæ ampliſſimæ concinnatam, in qua nova nomina veteribus præponuntur, nam multi ſunt qui regionum & locorum Latinas voces ignorant, quique ex hoc opere omnem quam merito exigere poſſunt utilitatem non perciperent, niſi nova & vulgata locorum nomina litterarum ordine diſpoſita primum offenderent. His præcipuos errores attexere potuiſſem qui in recentiores chartas irrepſere, quique ex aliis in alias transferri ſo-

lent. Ac licet magnus ſit hujus generis errorum numerus, ne viderer de aliorum operibus quid detrahere, aut cujuſquam lædere exiſtimationem, eos omnino prætermittendos putavi.

Ea ſunt, benigne Lector, quæ te ſcire volebam, quod ſi qui ſint quibus hæc Geographia non ſatisfaciat, ut melius & rectius de ea ſcribant magnopere deſidero. Cæterum eos qui tractatus aliquos Geographicos edituri ſunt vehementer rogo, ut quam mihi legem præſcripſi, ne quid ex Notitiæ Galliarum libro decerperem, quod vir clar. ejus author ab omnibus poſtulaverat, eadem uti velint, neque ea ſibi vindicent quæ ſummo labore & cura in hoc opere collegi. Si qui igitur de Geographia ſcribere velint, ſeparatim ſcribant, neu ſua meis immiſceant, ſeparatim opera ſua publicent, meas mihi obſervationes relinquant, ne aut mei aliis aut alieni mihi errores tribuantur. Non enim ſine magna indignatione vidimus Joannem Jacobum Hofmannum, & alios quoſdam audacter ſuppreſſis verorum authorum nominibus, aliena opera interpolata & depravata magis quam aucta ſibi vindicaſſe.

Quanquam autem operam dedi, ne qua loca aut provincias præterirem quæ alicujus eſſent nominis, cum multa obſcura memoraverim & illuſtrare conatus ſim, tamen ut hæc longiſſima ac prope interminata materia eſt, nec quiſquam cunctas orbis regiones, provincias, & urbes, ac loca univerſa valet attingere ac perſequi, non inficior haud pauca noſtris

adjici poſſe, quod & forſitan, Deo juvante, quandoque ſum facturus. Geographia enim novis quotidie acceſſionibus augetur, ac tametſi tantum illi his ultimis duobus ſæculis acceſſerit, quantum potuiſſe accedere nunquam veteres credidiſſent, necdum tamen ad perfectam ejus cognitionem eſt perventum. Vale benigne Lector, & hos meos conatus æqui bonique conſule.

DE

DE PRINCIPIIS
GEOGRAPHIÆ.

DE GEOGRAPHIA fuſius ſcribentes ordine litterarum, quædam nobis præmittenda videntur principia, maxime ad perfectam hujus ſcientiæ notitiam neceſſaria.

GEOGRAPHIA, Græca eſt dictio, quæ ex duobus conſtat vocibus, nempe ex Gea, quæ Græcis terram ſignificat, & Grapho, quæ ſcribo ſive deſcribo ſonat: itaque nomen hoc Geographiæ nihil aliud ſignificat quam Terræ deſcriptionem, & ſic definitur à Ptolemæo libro primo Geographicæ enarrationis capite primo. Geographia eſt imitatio picturæ exhibentis partem illam omnem Terræ quæ detecta eſt, cum iis quæ ad generalem ejus notitiam ſpectant. Advertendum tamen eſt terram hic non debere accipi ſub propria ac ſtricta ſua ſignificatione, ſcilicet ut unum eſt ex quatuor elementis, ſed pro terra hic intelligendus eſt globus terræ & aquæ ſimul, quem communiter Mundum ſive Terram univerſalem vocamus, quæ ſcilicet ab hominibus habitatur. Eſt itaque Geographia, juxta nominis derivationem, illa ars ſeu facultas quæ deſcribit Mundum, vel majorem portionem eorum quæ in eo ſunt, veluti provincias, urbes, oppida, maria, lacus, flumina, montes, promontoria, inſulas, & alias partes principales ipſius mundi, ſtudendo ut hæc omnia delineata ſint ſecundum habitudinem ac poſitionem quam ad invicem habent.

DIFFERT autem Geographia à Coſmographia, ut pars à toto, cum hæc ſit deſcriptio totius univerſi, ſeu Mundi tam elementaris quam ætherei; differt etiam Geographia à Chorographia, ut totum à parte, cum hæc ſit regionis alicujus particularis deſcriptio; & hujus pars iterum eſt Topographia, quæ eſt loci alicujus particularis deſcriptio. Geographia autem deſcribit ſitum ſolius Terræ, ſive Globi ter-

raquei, hunc vero Terræ globum varie Geographi in partes diſtingunt, de quibus infra.

QUANTUM Geographia ſit utilis ac neceſſaria nemo eſt qui ignoret, quoniam nulla eſt facultas cui hæc magno ornamento non ſit, & cui auxilium non ferat maximum, præſertim Hiſtoria; ſed qui primi hujus ſcientiæ fundamenta jecerint non eſt facile ſtatuere, maxime cum multorum Geographorum ſcripta cum nominibus auctorum interierint, plures nominantur à Strabone viri eruditi: Nos autem ad finem hujus operis recenſemus præcipuos Geographos tam antiquos quam recentiores qui de ea fuſius ſcripſere.

NUNC vero tantiſper agendum eſt de vocibus, & de menſuris Geographicis, quoniam earum in hoc opere frequentiſſimus eſt uſus, & primum de vocibus.

VOCUM GEOGRAPHICARUM aliæ ad Terram dumtaxat pertinent, aliæ ad aquas tantum, aliæ ſunt aquis & terræ communes.

REGIO, Terræ pars eſt quæ à Principe regitur.

REGNUM, dicitur tam Regio ipſa Regi ſubjecta, quam ipſe dominatus.

PROVINCIA, Regio quæ jus provinciæ accepit, & nunc ſæpius accipitur pro parte Regni.

SATRAPIA, vox fuit Perſica quæ provinciam ſonat.

NOMUS, Præfectura in Ægypto, ſic dicta fuit quod ſingula ſuas haberet leges.

DIOECESIS, recte reſpondet diviſioni Francicæ Balliviatus, vulgo *des Baillages*, ſed in recenti Geographia ſumitur pro Epiſcoporum juriſdictione.

TERRITORIUM, ſive ager, univerſitas agrorum intra fines cujuſque urbis conſtituta.

MARE, dicitur congregatio multarum aquarum, & Oceano conjunctum eſt, ſumitque diverſa nomina à diverſis terræ partibus ipſi contiguis.

OCEANUS, eſt Mare magnum, ſeu ingens illud pelagus quod univerſam Terram circumambit: habet vero diverſa nomina à diverſis mundi partibus & regionibus quas alluit.

LITTUS, eſt maris ora, ſive illa terræ pars quæ ab aquis marinis tangitur.

SINUS, eſt Aqua maris ſe in terras inſinuans ad ſinus ſimilitudinem, quod quaſi brachiis mare recipit ac complectitur.

FRETUM, eſt maris brachium inter duas terras, ſic ab undarum fremitu vocatum.

ÆSTUARIUM, ubi ſe æſtus maris inſinuat.

INSULA, Terræ pars quæ undique mari aut aquis alluitur.

PENINSULA, vocatur quaſi pene inſula, quæ non ab omni parte à mari circumdatur, ſed jugo aliquo ſeu brachio continenti ſive terræ ſolidæ annectitur: Græci autem hanc Cherſoneſum vocant.

ISTHMUS, eſt arcta terra inter duo maria, qua peninſula jungitur continenti.

CONTINENS, dicitur omnis terra ſolida ſive firma, quæ nec inſula, nec peninſula, nec iſtmus eſt, ſed tota ſibi conſtat & cohæret.

PORTUS, eſt locus maris concluſus, ubi naves ſunt omnino ſecuræ.

PROMONTORIUM, dicitur mons quod conſpicua altitudine in mare prominet.

URBS, locus eſt amplior, mœnibus ſeptus, ædificiis & domibus refertus, & probe cultus, olimque pro Roma tantum ſumebatur.

CIVITAS, olim diſtinguebatur ab urbe, quod hæc pro loco, illa pro hominibus ſumeretur, nunc autem fere uſurpatur ab Italis pro urbe quæ Epiſcopum habet, uti etiam & ſæpe ab Hiſpanis, ſed ab aliis perſæpe civitas cum urbe confunditur.

OPPIDUM, vulgo pro minori urbe ſumitur.

EMPORIUM, eſt urbs vel oppidum amplum, ubi gentes ex multis partibus negotiationis cauſa confluunt.

COLONIA, fuit urbs in quam Romani cives ſuos ad incolendum deducebant.

FANUM, locus qui crevit ex Templi alicujus celebritate.

ARX, ab arcendis hoſtibus dicta, locus eſt munitus in monte vel etiam in planitie.

CASTRUM, eſt locus munitus foſſis & vallo.

FLUVIUS, vel Flumen, eſt aqua copioſior continue fluens & perennis, quæ ab aliquo fonte vel lacu emanat.

LACUS, locus eſt profundus, cum aquis perpetuis ibidem natis, qui nullum habent exitum, niſi mediante aliquo fluvio, & hic lacus quidem quandoque rivos efficit & fluvios.

MENSURÆ GEOGRAPHIÆ LOCORUM, antiquitus erant milliare, ſtadium, & Paraſanga.

MILLIARE, ſive etiam Milliarium Romanum, dicitur à mille paſſibus Geometricis, quod Romani locorum intervalla per millia paſſuum dimenſi ſunt, & ſingula millia paſſuum cum lapidibus notarentur, inde ipſa milliaria lapides

appellarunt, ut ad decimum lapidem, id eſt ad decimum lapidem, id eſt ad decimum milliare.

STADIUM, proprium erat Græcorum, qui ſic ſua intervalla per ſtadia dimenſi ſunt, eratque paſſuum Geometricorum 125. hinc octo ſtadia conficiunt unum milliare Romanum, id eſt mille paſſus.

PARASANGA, menſura fuit Perſica, quæ 30. ſtadia continebat, & ea uſi ſunt Perſæ in demetiendis intervallis, etiamnum *Farſakh* dictis à Perſis.

HODIE vero menſuræ Geographicæ ad inveniendas locorum diſtantias aliter ſe habent, cum Galli, Hiſpani, & Belgæ leucis utantur, Germani vero, Angli, Itali, Dani, Poloni, & Sueci, milliaribus tantum.

GALLICA LEUCA, ſive Francica, eſt 3000. paſſuum, ſicque ex his 25. minores gradum unum conficiunt, uti majores 20. in partibus Occitaniæ & Aquitaniæ.

HISPANICA LEUCA, eſt fere 4000. paſſuum, ſicque ex his 17. cum dimidia gradum unum conficiunt.

BELGICÆ LEUCÆ, verſus Galliam à Gallicis non differunt, ſed verſus Germaniam, & Provincias Unitas milliaribus Germanicis ſimiles fere ſunt.

GERMANICA MILLIARIA, dividuntur in majores & in communes, ex his vero quindecim gradum unum conficiunt.

SUECICA ET NORVEGICA MILLIARIA, Germanicis ſunt ampliores, cum ex his decem milliaria gradum unum conficiant.

DANICA MILLIARIA, Germanicis communibus ſunt ſimilia.

ITALICA MILLIARIA, Romanis antiquis paulo ampliora ſunt, & nunc ſexaginta ex his uno gradui reſpondent.

ANGLICA MILLIARIA, Italicis fere ſimilia ſunt, cum ex his ſexaginta unum gradum conficiant.

SCOTICA MILLIARIA, ſunt tantiſper Anglicis majora, & ex his quinquaginta gradum conficiunt.

HIBERNICA MILLIARIA, Anglicis & Scoticis majora ſunt, & ex his quadraginta quinque uno gradui reſpondent.

POLONICA MILLIARIA, Germanicis communibus ſunt pares.

HUNGARICA MILLIARIA, Germanicis fere ſimiles ſunt, & ex his 14 unus gradus flagitat.

RUSSICA SIVE MOSCHICA MILLIARIA, dicuntur patria lingua *Voreſt*, & eorum 80. uno gradui reſpondent.

GRÆCI, noſtra ætate utuntur milliari Italico ſimili, ut colligitur ex Leunclavio.

SED NOTANDUM, quod nulla gens æquis ubique utitur intervallorum menſuris, nam milliaria alia dicuntur magna, alia communia, alia parva in qualibet regione, ſicque Gallis & Hiſpanis leucæ ſunt inæquales.

DE ELEMENTIS GEOGRAPHIÆ, ex Sphera petitis, nempe de Polis Arctico & Antarctico, de circulis ſpheræ, de quinque Zonis, & de linea Æquinoctiali, uti de Climatibus, cum hæc magis ad Spheram ſpectent, & de his fuſius etiam ſcripſerint multi viri eruditi, uti nuper & doctiſſime P. Philippus Brietius S. J. in parallelis Geographiæ, ideo ſatius erit lectorem ad ipſorum ſcripta remittere.

NUNC autem agamus de Gradibus, uti etiam de Longitudine & Latitudine.

TERRA OMNIS SIVE GLOBUS, in 360. partes, qui gradus vocantur diſtribuitur, quemadmodum omnis circulus à Geometris in totidem partes ſecatur, ſinguli autem gradus in 60. minutas ſive ſcrupulos ſubdividuntur, qui conficiunt totidem millia paſſuum Romanorum ſeu milliaria Italica, ſicque facile invenietur quæ eſt circumferentia totius Terrarum orbis, & ejus diametri.

COETERUM, gradus per quos terra deſcribitur, alii ſunt Longitudinis, alii Latitudinis.

LATITUDO, eſt pars ab Æquatore ſive linea Æquinoctiali verſus utrumque Polum ſpectans, ſeu loci aut Regionis ab Æquatore verſus alterutrum Polum receſſus, hinc Poli elevatio, eadem eſt quæ latitudo regionis, eſtque duplex, nempe Septentrionalis verſus Polum Arcticum, & Meridionalis verſus Polum Antarcticum, ſuntque partes ſive Gradus ſpatium illud derimentes, nonaginta numero, ab utraque parte Æquatoris utrumque Polum ubi nonageſimus terminatur.

LONGITUDO, eſt Terræ ſpatium ab Occidente in Orientem conſideratum, quod in partes 360. diſtribuitur, partes autem illæ dicuntur gradus longitudinis, & Meridiani, qui gradus ſive Meridiani terminantur in Polis, ideoque mediam tantum circuli partem efficiunt.

LONGITUDINIS AUTEM INITIUM, ſeu & melius primus Meridianus, à variis varie ponitur; Alexander VI. Pontifex Maximus primum Meridianum aſſignavit in mari, centum leucis à promontorio Viridi in occaſum; ſed metam illam avaritia Hiſpanorum & Luſitanorum refixit 250. leucas magis ad Occidentem, licet diplomate firmata eſſet, Gerardus Mercator primum Meridianum aſſignavit ad inſulas Flandricas ſive Accipitrum, alii ad inſulas promontorii Viridis; plures vero ad inſulam Tenerifæ in Canariis: ſed Franci primum Meridianum aſſignant ad Occidentalem partem inſulæ

õ iij

Ferri in Canariis, idque ab anno 1634. jubente Ludovico XIII. Rege, cum peritiſſimos in hac arte adhibuiſſet Conſultores; & hæc opinio melius concinit Ptolemaicæ, qui inſulas Fortunatas nunc Canarias uno gradu removit à primo Meridiano.

OMNE hoc cui Mundi Cœlique nomen inditum, unum eſt, & uno ambitu ſe cunctaque amplectitur: partibus differt, quæ regiones ſive Cardines mundi vocantur. Unde Sol oritur Oriens nuncupatur ſive Ortus, *l'Orient* vulgo, & *le Levant*: quo demergitur ſive Occidens, ſive Occaſus, *l'Occident* & & *le Couchant* vulgo: qua decurrit Meridies, *le Midy*: & ab adverſa parte Septentrio, *le Septentrion* vulgo, his quatuor partibus aliæ interponuntur regiones. Inter Septentrionem & Orientem Oriens Æſtivus, qui & Ortus Solis æſtivi dicitur, *le Levant* & *l'Orient d'Eſté* noſtris. Inter Orientem ac Meridiem Oriens Hybernus ſive Brumalis, qui & Ortus Solis Hyberni, *le Levant* & *l'Orient d'Hyver* vulgo. Inter Septentrionem & Occidentem, Occidens Æſtivus ſive Occaſus Solis Æſtivi, *le Couchant d'Eſté*. Et inter Occidentem & Meridiem. Occidens Hybernus ſive Brumalis qui & occaſus Solis Hyberni, *le Couchant d'Hyver* vulgo.

QUATUOR his præcipuis mundi regionibus ſive Cardinibus, quatuor principes aſſignantur Venti, qui inde Cardinales vocantur. Latinis à Septentrione flans dicitur Aquilo, Græcis Boreas, Gallis & in Oceano *le Nord*, Italis & in Mari Mediterraneo, *la Tramontana*: Ventus ab Oriente ſpirans, Subſolanus & Solanus Latinis, qui & Eurus etiam, dictus Apeliotes Græcis, *l'Eſt* Gallis & in Oceano, *il Levante* Italis & in mari Mediterraneo: qui à Meridie flat, Latinis Auſter, Græcis Notus, *le Sud* Gallis & in Oceano, & *il Mezzo giorno* Italis & in Mari Mediterraneo: qui vero ab Occidente ſpirat, Latinis Favonius dictus, Græcis Zephirus, *l'Oueſt* Gallis & in Oceano, & *il Ponente* Italis atque in Mari Mediterraneo: & ſub his ſunt venti Secundarii, Tertiarii, & Quadrantes, triginta duo numero, ex quibus Oceanum ſive Externum mare navigantes Europæi omnes Gallicis utuntur vocabulis, varie tamen ad ſuam quique linguam detorquentes; horum nomina vide fuſius in Hydrographia Georgii Fournerii & in Parallelis Geographiæ Philippi Brietii, ſed notandum quod ventus *il Garbino*, ſit notus tantum in mari Adriatico, in aliis vero partibus maris Mediterranei vocatur *il Lebeccio* ab omnibus, qui olim Africus dictus fuit.

TERRA OMNIS mari undique cingitur. Totum autem mare, ſeu quicquid aquarum univerſum orbem ambit id uno nomine Oceanus nuncupatur, qui poſtea in varia maria & ſi-

Digitized by Google

nus varie diſtribuitur, ac primum quatuor appellationes ex quatuor Mundi regionibus recipit: in Orbe antiquo, ſive noſtra continenti, ab Oriente Eous Oceanus dicitur ſive Orientalis: ab Occidente Occiduus ſive Occidentalis: à Meridie Auſtralis & Meridionalis, à Septentrione Borealis & Septentrionalis, præter hæc diverſa à regionibus quas irrigat nomina recipit, & de his fuſius ſuis in locis. Cœterum cum ulteriores Mundi partes poſtea detectæ fuerint, Oceano recens detecto recentia quædam impoſita ſunt nomina in Orbe novo ſive in America; Mare enim inter Novam Hiſpaniam, Americam Meridionalem, Terras Auſtrales, & Novam Guineam interfuſum Noſtrates Mare Auſtrinum vocant, ſive etiam Pacificum, à fluctuum placiditate; Et mare quod inter Novam Hiſpaniam, & Americam Meridionalem extenditur uſque ad fluvium Argenteum, dicitur Mare Boreale ſive Septentrionale, in noſtra autem continenti ſunt ſinus magni, ſive potius maria de quibus pluribus in voce Mare.

ORBIS TERRARUM, pro minima ſui parte cognitus fuerat ab antiquis, cum ex eo dignoſcerent tantum Europam, Aſiæ partem fere mediam ad Meridiem, & partem Septentrionalem Africæ ſive Lybiæ.

PRIMA ORBIS DIVISIO, fuit inter filios Noemi, ex quibus Japheto ceſſit Europa & Aſia minor; Chamo obvenit Africa cum Palæſtina, & Arabia, & Semo conceſſa fuit Aſia, exceptis partibus ſupradictis, nempe Aſia minori, Palæſtina, & Arabia; eorum vero poſteri cognitum Orbem ſibi varie diviſerunt, alii duas ejus conſtituerunt partes, idque bifariam, quidam Aſiam & Europam, Africam ſub hujus nomine comprehendentes, tanquam partem, alii itidem duas, à freto Gaditano ad Tanaim fluvium, hinc Septentrionalem quæ Europa dicta, & Meridionalem quæ Aſia, ſub qua Africam ſimul intellexerunt. Quidam alii rurſus orbem in quatuor partes diſtribuerunt, nempe in Europam, Aſiam, Africam, & Ægyptum, ſed poſtea alii Ægyptum Aſiæ tribuerunt, alii vero & melius, Ægyptum Africæ tribuerunt, ſtatuentes ſinum Arabicum terminum Aſiam inter & Africam: ſicque effecta fuit communis illa Orbis diviſio, & ab omnibus fere recepta, quæ Mundum habitabilem ſive Orbem Terrarum diſtinguebat in tres partes, Europam, Aſiam, & Africam, ex quibus Europa ad Occidentem & Septentrionem vergebat, per Tanaim & Carambycem fluvios ab Aſia dirempta: Aſia totam plagam Orientalem obtinebat, in Boream Auſtrumque late protenſa, Africæ ſimul & Europæ latitudinem prope exæquans: Africa denique Mediterraneo Mari diſcreta ab Europa, ab Aſia Iſthmo Arabico, ut doctiores, Nilo fluvio,

ut plures credebant, diviſa erat, ſicque ferme Orbis Terrarum in tres partes dividebatur uſque ad ſæculum decimum quartum, quo tempore primum circum navigari incepta Africa, qua Atlantico Oceano alluitur, Orienſque petitus, ſub Joanne II. Portugalliæ Rege, & deinde Æthiopia ipſa patefacta etiam, qua parte ab antiquis Geographis inacceſſa putabatur.

SED in fine illius ſæculi decimi quarti, anno nempe 1492. ex Europæis Chriſtophorus Colonus ſeu Columbus primum, mox Americus Veſpucius, aliique novas & peramplas detexere regiones, quorum veſtigiis inſiſtentes fœliciter Hiſpani, Galli, Angli, & Belgæ, tantumdem terræ detexere ſæculo decimo quinto, quantum ab antiquis erat cognitum, & ſuis coloniis ampliſſimas regiones implevere; & ab hoc tempore Orbis Terrarum dividitur ſæpe in Orbem antiquum, ſive ab antiquis cognitum, cujus partes ſunt tres, uti antea, nempe Europa, Aſia, & Africa; & in Orbem novum ſive recens detectum, in quo eſt America ſeu India Occidentalis, quæ duplex eſt, ſcilicet America Septentrionalis, quæ & Mexicana; & America Meridionalis ſive Peruana; ab aliis vero dividitur Orbis in quatuor partes, in Europam, Aſiam, Africam, & Americam, quibus addi poſſunt duæ aliæ partes, nempe Terra Arctica ſive Borealis Incognita, & Terra Antarctica ſeu Auſtralis Incognita, quæ ampliſſima eſt, & vix tantum detecta in ejus ora littorali quibuſdam in locis: Ex his patet Orbis Terrarum partes eſſe quatuor cognitas, duaſque incognitas, ſed de illis aliiſque ejus regionibus & locis ſatius erit Eruditum Lectorem ad noſtram Geographiam remittere, ubi fusè de his omnibus ſcriptum, ordine litterarum, cum hæc ſint tantum quædam principia ad perfectam ejus notitiam valde neceſſaria.

MICHAELIS

MICHAELIS ANTONII
BAUDRAND
PARISINI
GEOGRAPHIA
ORDINE LITTERARUM DISPOSITA.

A, *Aa*, amnis Belgii in Brabantia, Bredam urbem rigat & ibi in Mercam fluvium ſe exonerat.

A A, *Aa*, amnis Belgii fœderati in Tranſiſalania provincia, Stenovicum alluit, & poſtea in ſinum Auſtralem influit ad Blockzillam fortalitium. Et à quibuſdam *Steenvvicker Aa* dicitur.

A A, *Aa*, amnis Germaniæ in Weſtphalia, Monaſterium urbem alluens, & poſt duo milliaria Germanica in Amaſim fluvium cadit ad Schonefitam.

A A, ſeu Alpha, *Aa* id eſt aqua, fluvius parvus Germaniæ in Weſtphaliæ circulo, Stenofortiam oppidum ditionis Monaſterienſis alluit, & 2. milliaribus Germanicis infra in Vectam fluvium evolvitur.

A A, ſeu Alpha, *Aa*, fluvius parvus Germaniæ in Weſtphalia, & in Comitatu Lippienſi, oritur paulo ſupra Hornam oppidulum in confinio ditionis Paderbornenſis, hinc rigat Dethmoldiam, & tandem recepto Begha in Wehrnam labitur juxra Hervordiam.

A A, *Aa*, fluvius Belgii in Arteſia, dicitur ſæpius Agnio. Vide ibi.

A A, *Aa*, fluvius parvus Germaniæ in Weſtphaliæ circulo, & in ditione Epiſcopi Monaſterienſis ubi Bocholtiam rigat oppidulum, dicitur etiam Velicer à quibuſdam, & in Iſalam veterem labitur infra Anholtium oppidum Gueldriæ Ducatus in Belgio unito.

A A, ſeu Alpha, *Aa*, fluvius Helvetiæ in Argoviæ tractu, oritur in pago Lucerino, deinde in Septentrionem tendens per lacus Rychenſem, & Halulenſem, demum recepto Bintio in Arolam ſe exonerat infra Arovium in pago Salodorenſi.

A A, ſeu Alpha, *Aa*, fluvius parvus Helvetiæ in Tigurino tractu è lacu Teſino *Pfaſickerſee* emergens, acceptis aliquot rivis in lacum *Greiffenſee* evolvitur, teſte Strumpſio.

A A, *Aa*, fluvius parvus Helvetiæ in Argovia, qui ortus in monte *Brunig* agrum Sylvanenſem perlabitur, ac Sarna vico rigato paulo infra in lacum Lucernenſem cadit.

A A, *Aa*, fluvius Livoniæ in Litlandia, qui in quibuſdam tabulis Teydera dicitur, Adzeliam Volmariam & Segevoldiam urbes illius provinciæ rigat, & deinde in ſinum Livonicum labitur 12. mill. paſſ. ab oſtio Dunæ in Septentrionem.

AACHA, *Aach*, oppidulum Germaniæ in Suevia provincia, & in Langraviatu Nellemburgico prope Duellium arcem, in colle ſedet, & paret Auſtriacis, vix 12. mill. paſſ. diſtans a Scafuſia in Septentrionem, & 6. à Danubio fluvio in meridiem.

A A D A, l'*Aade*, fluviolus Belgii in Brabantia, Helmontium oppidum rigans, & dein Buſcoducum, ubi cum Dommela Diſam efficit quæ una abhinc leuca in Moſam fluvium ſe exonerat.

A A H U S I U M, *Aahus*, oppidum Germaniæ cum caſtro in Weſtphalia, & in ditione Epiſcopi Monaſterienſis, ad alterum fluviolum Aam qui poſtea cadit in Reggam, 3. milliaribus diſtans à Coſfeldia in Septentrionem Oldeſaliam verſus totidem, & in eo obiit Chriſtophorus Bernardus de *Galen* Epiſcopus Monaſterienſis vir celebris die 19. Septembris 1678.

A A L A N D I A, *Aland* & *Aaland*, inſula Sueciæ regni in mari Baltico, dicitur ſæpius Alandia. Vide ibi.

A A L B U R G U M, *Aalburg*, urbs Daniæ in Jutia Septentrionali Epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Lundenſi, facta loco Burglaviæ, ad Limici ſinus emiſſarium, teſte Suaningio. Vide Alburgum.

AALSA, *Als*, oppidulum Norvegiæ in præfectura Aggerhuſia & in tractu Hallingdalia, verſus Sevonem montē;

Digitized by Google

AARA, l'*Aar*, fluvius Germaniæ in Eiſſaliæ tractu, qui ad Siniciacum oppidum Rheno miſcetur, dicitur aliter & ſæpiùs Abrinca. Vide ibi.

AARASSUS, Piſidiæ urbs in Aſia minore, teſte Artemidoro apud Strabonem, nunc in vicum redacta eſt, & *Aaraſſo* etiam dicitur, ut quibuſdam placet.

AARBURGUM, *Aarburg*, oppidum Helvetiorum ad Atolam fluvium. Vide Arburgum & Arolæburgum.

AARDALIUS, *Aardals Fioerd*, ſinus parvus Norvegiæ in Bergenſi præfectura, vix 12. miſſ. paſſ. diſtans à Stavangria urbe in ortum.

AARONIS INSULA, *S. Malo*, urbs Galliæ, in Britanniæ Ducatu. Vide Macloviopolis.

AASA, *Aas*, Caſtrum Norvegiæ in Aggerhuſia præfectura & in tractu Agdeſindi dicto, cum portu in ora ſinus Baltici, ad oſtia fluvii *Lyndals* dicti.

AASAR, oppidum fuit Palæſtinæ in Tribu Juda, poſtea in Judæa, nunc vicus inter Azotum & Aſcalonam, teſte Chriſtiano Adrichomio.

AATTER, *Aatter*, tractus Arabiæ in parte Septentrionali Arabiæ fœlicis, ſeptem dierum itinere in longum patens, & quatuor in latum, pertingens ad Mare Arabicum, & in eo urbs ineſt *Alzin* dicta, teſte Gollio in notis ad Alferganum,

ABA, mons Armeniæ majoris Plinio, qui & Capotes nominatur, à Symira urbe 12. mil. paſſ. in Septentrionem diſtans: ex quo Euphrates fluvius originem habet, vulgo nunc dictus *Ca col*, teſte Theveto.

ABA, opidum fuit Græciæ in Phocide, Plinio.

ABA, urbs Arabiæ fœlicis, teſte Plinio.

ABACÆNUM, ſive Abacena, oppidum Siciliæ, Diodoro & Stephano, nunc *Tripi* caſtrum Siciliæ in monte prærupto & in valle Demonæ, 30. mill. paſſ. à Meſſina in occaſum, teſte Fazello.

ABACARES, *les Abacares*, populi Americæ meridionalis prope fluvium Maderam, qui poſtea cadit in fluvium Amazonum, versùs Cayanam provinciam, teſte Petro Texeira.

ABACENA, Mediæ urbs, teſte Ptolemæo.

ABACENA, urbs Cariæ in Aſia minori, Plinio teſte

ABACIVOCILLA, dicitur in actis mediæ ætatis urbs Galliæ, quæ aliis Abbavilla, *Abbeville*, in Picardia provincia ad Somonam fluvium, Vide Abbavilla.

ABACOA, *l'Abacoa*, inſula Americæ Septentrionalis & una ex Lucaiis in mari Mexicano, verſus Bahamam & oram Floridæ, inter Syrtes, extenditur in longum ad 12. leucas, ſed valde reſtringitur in latitudine, 18. leucis diſtans à Lucaioneca.

ABACUM, *Abach*, burgus Germaniæ in Bavariæ Ducatu cum arce ad Danubium, 2. milliaribus Germanicis ſupra Ratiſbonam in occaſum hybernum Monachium versùs.

ABÆA, oppidum Peloponneſi in Meſſenia & in ejus ora littorali, Pheris proximum, Pauſaniæ, nunc *Chiores* vicus, teſte Moletio, hinc Abæatæ populi dicti.

ABÆA, urbs Phocidis, ab exercitu Xerxis incenſa, teſtibus Herodoto & Strabone, dicitur aliter Abea. Vide ibi.

ABÆRA, Arabiæ deſertæ urbs, teſte Ptolemæo, quæ aliis eſt Abœra.

ABAIBÆ, *les Abaibes* & *Abibes*, montes excelſi Americæ meridionalis in provincia Carthaginis novæ, & in Regione Terræ Firmæ prope ſinum Urabæ, teſte Laetio.

ABALA, Æthiopiæ ſub Ægypto oppidum, teſte Plinio.

ABALA, portus Italiæ inter Siciliam inſulam & Coccinum promontorium, teſte Appiano.

ABALLABA, oppidum Britanniæ magnæ in Brigantibus, ex libro Notitiæ, nunc *Appleby* oppidulum in Angliæ Boreali parte, & in Weſtmaria provincia ad Itunam fluvium, verſus confinia Cumbriæ 20. milliaribus Anglicis diſtans à Carleolo in meridiem, teſte Camdeno.

ABALLO, *Avallon*, oppidum Galliæ in Ducatu Burgundiæ, & in Alexienſi tractu, in planitie ad Cuſſinum fluvium, 10. leucis diſtat ab Altiſſiodoro in meridiem Auguſtodunum verſus 18. circiter, ab eo tractus adjacens dictus fuit Aballonenſis pagus, *l'Avalonois* vulgò.

ABALLONIA, *Aballon*, tractus Americæ Septentrionalis in Terra nova inſula, Vide Avallonia.

ABANA, fluvius Syriæ verſus Damaſcum, qui ex monte Libano ortus in mare Syriacum ſe exonerat.

ABANCAIUS, *l'Abancay*, fluvius Americæ meridionalis in Perua regione, oritur prope Andes montes, rigatque vicum Abancaium, 12. leucis ab Apurima fluvio, tandemque in Xauxam fluvium ſe exonerat non procul à Cuſco, teſte Laetio.

ABANBUS, ſive & Abanhus fluvius Æthiopiæ ſuperioris, qui à Ptolemæo Aſtapus vocatur, & in Nilum ſe exonerat in eadem regione.

ABANNÆ, Mauritaniæ populi, teſte Marcellino.

ABANTA, oppidum Græciæ juxta Parnaſſum montem ubi Apollinis templum, teſte Phavorino.

ABANTIS, tractus Epiri in Chaonia provincia.

ABANTES, populi inter Iones & Achivos, qui ab Herodoto memorantur.

ABANTIS, inſula Græciæ in mari Ægæo, Straboni, eadem quæ Euboea, Vide ibi. hinc Abantæus nomen gentis.

ABANTONIUM & Albantonium, *Aubanton*, oppidum Galliæ in Picardia provincia, & in Teoraſcia tractu, ad amnem cognominem prope fontes Oeſiæ fluvii, diſtar à Rupe Regia 6. leucis, a Guiſia autem 9. leucis.

ABANVIVARIENSIS COMITATUS, *le Comté d'Abanvvivar*, provincia eſt regni Hungariæ ad radices Carpathi montis, verſus confinia Poloniæ, & inter Comitatus Tornenſem ad occaſum, Zemblinenſem ad ortum, & Sarienſem ad Boream, ejus autem præcipua urbs eſt Caſſovia, quæ ſuperioris Hungariæ caput exiſtit.

ABARA, Aſiæ oppidum in Armenia, teſte Cedreno; ſed Curopalati eſt Avara

ABARANUM, *Abaraner*, oppidum Armeniæ majoris, juxta fluvium *Alingeac*, ubi perſæpe degit Archiepiſcopus Naxivanenſis, & ibi ſunt 300. familiæ Catholicorum.

ABARAUM, *Abaraus* & *Aboraas*, oppidum Africæ in Guinea regione, ad fluvium *de la Volta* in mediterraneis, diſtatque 25, leucis à littore maris.

ABARBINA, Hircaniæ urbs in Aſia, teſte Ptolemæo.

ABARES, populi Scythiæ inter Hamaxobios, teſte Evagrio, Turcis finitimi, circa Caucaſum montem, qui Abari dicuntur à Nicephoro, & Avares ſive Avari aliis.

ABARIM, mons excelſus Arabiæ petreæ, Amonitidem & Moabitidem à Palæſtina ſeparans, contra Hierichuntem, Moyſis tumulo celebris.

ABARINA, Africæ regio, Victori Uticenſi.

ABARINUS, oppidum Peloponneſi in ora Meſſeniæ, Ptolemæo, nunc *Navarino* ad Coryphaſium promontorium & Pylum, Vide Pylus.

ABARITANUM, locus Epiſcopalis in Africa propria, teſte Victore Uticenſi.

ABARRAZA, Syriæ urbs inter Cyrrham & Edeſſam, teſte Simlero ex Antonino.

ABARUM, *Abaro*, oppidum Syriæ in Antilibano monte in Druſorum tractu.

ABAS, mons Armeniæ majoris, Plinio. Vide Aba, utroque enim modo legitur.

ABASCI, qui & Abaſgi, populi fuere Colchidis qui, teſte Ariano, habitabant in ora littorali Ponti Euxini, verſus Dioſcuriadem, inter Coraxos ad Boream & Abſilas ad meridiem, ubi nunc pars Septentrionalis Mingreliæ regionis, teſte Archangelo Lamberto.

ABASCUS, Sarmatiæ Aſiaticæ fluvius, qui ortus è Caucaſo monte in Pontum Euxinum ſe exonerat, teſtibus Ptolemæo, & Ariano in Periplo, inter Pityum ad ortum & Neſim ad occaſum.

Digitized by Google

Abasgia interior, regio Sarmatiæ Aſiaticæ, Procopio, ab ora littorali Ponti Euxini recedens in ortum verſus fontes Vardani fluvii, ſeparatur à Colchide regione ab occaſu monte Caucaſo, & ejus incolæ nunc dicuntur Abcaſſi & Abbaſſi de quibus infra.

Abassus, Phrygiæ majoris urbs ad Toliſtobiorum fines in Aſiâ minori, teſte Livio.

Abaseni, populi Arabiæ fœlicis verſus Sabam, ex Uranio apud Stephanum, fortè ab Abaſa inſula.

Abassinia ſeu Abaſſia, *l'Abiſſinie & le Pays des Abiſſins* Gallis, *l'Abiſſinia* Italis & Hiſpanis, regio ampla Africæ, ubi olim pars Æthiopiæ ſuperioris, inter ſinum Arabicum, Nubiam, Galas populos, & regnum Adelum: aliàs valde protendebatur, nempe à faucibus ſinus Arabici uſque ad terminos regni Gojami ab ortu in occaſum, & à provincia Alaba uſque ad Magazam ad confluentem Tacaſi in Nilum à Septentrione in Meridiem, ſed à duobus ſeculis valde fuit imminuta, cum Mauri tractum littoralem ſinui Arabico vicinum jam olim occuparint, ita ut Abaſſinia nullum poſſideat portum, nec mari adiri poſſit, niſi per aliorum ditiones, & anno 37. ſuperioris ſeculi Galæ populi Abaſſinis à meridie contermini Abaſſiniam ingreſſi, provincias *Fatigar, Doaro, Balli, Ogge, Bizamo, Oiſate, Angote, Cambate*, aliaſque provincias poſtea occuparunt & etiamnum obtinent; ideoque ſi totam ſpectemus Abaſſiniæ partem quæ hodie paret Imperatori, ea adeo exigua eſt, ut vix exæquet Hiſpaniam, ſicque vix dimidiam partem terrarum poſſidet, quas proavi ejus tenuêre, teſte Hieronymo Lobo Luſitano; ſolæ enim ipſi ſuperſunt provinciæ *Tigrè, Dambea, Bagamedri, Goyame, Amahara, Narea, Xava, Magaza, Salait, Ogara, Doba, Holcait, Saqueda, Semen, Saloa*, & *Ozeca*, cum aliquot aliis de quibus in voce Æthiopia. Et notandum quod in tota Abaſſinia raræ admodum ſint urbes, ſed nulla urbs regia certa; quocumque enim Rex ſive Imperator vulgò *le Grand Neguz* nuncupatus cum aula ſua proficiſcitur. Ibi fixis tabernaculis regia eſſe putatur. Ipſe autem Imperator ab anno 1636. Catholicos ex ſuis ditionibus ejecit, Cophtorumque errores iterum recepit. Et abuſive vocatur ab exteris Pretioſus Joannes, *le Preſte Jean*, ut videre eſt in voce, Pretioſi Joannis Imperium, hinc Abaſſini populi, qui & Abaſſeni, *les Abiſſins* Gallis, *gli Abiſſini* Italis. Vide Æthiopia.

Abassiniæ Urbes sive Oppida.

Amara *Amahara*	Chaxumum *Acçum*
Angota *Angote*	Dambea *Dambea*
Barva *Barova*	Fremona *Fremona*

Abatos, inſula Ægypti in palude Memphitica, ſic dicta quaſi inacceſſa, ubi Oſiris Rex ſepultus fuit, Lucano teſte.

Abba, Africæ propriæ urbs, Polybio & Livio.

Abbadanum, *Abadan*, arx Arabiæ Petreæ ad Teredonem urbem ſive Baſram, quam Tigris fluvius ab ortu contingit, & prope ſinum Perſicum, cum portu tuto & valido præſidio, teſte Gollio in notis ad Alferganum.

Abbassiopolis Tebriziorum, *Tabriſabath* urbs Perſiæ & una ex quatuor partibus Spahani urbis Regiæ Perſiæ, ſeu verius ſuburbium ejus amplum, ubi Tebriziorum manſio, à Rege *Xah Abbas* extructa, teſte Gollio. Vide Aſphahanum.

Abbassi, *les Abaſches*, populi Georgiæ regionis Aſiæ, in limite provinciæ Mingreliæ ad Orientem, aliàs Abaſci dicti, ubi ineſt murus 60. mill. paſſ. ad coërcendos eorum incurſus. Dicuntur etiam Abcaſſi, teſte Archangelo Lamberto.

Abbatiscella, *Appenzel*, burgus prædives Helvetiæ, & caput unius ex tredecim pagis ſeu Cantonibus, ad fontes Sintræ amnis. Diſtat a Curia duodecim leucis Gallicis, & à fano S. Galli 4. leucis ſimilibus, Fuitque olim urbis Imperialis titulo notus, ſed ab Imperio exemptus fuit anno 1513.

Abbatiscellensis pagus, *le Canton d'Appenzel* Gallis, *die Ort von Appenzel* Germanis, tractus Helvetiæ, & unus ex pagis Helvetiorum, inter quos ultimum locum obtinet; cùm eis ſe adjunxerit tantùm anno 1513.: dividitur in 12. partes, ſeu ordines, quas ipſi vocant *Roden*, harum ſex conjunctæ Burgo Abbatiſcellæ dicuntur interiores, atque olim imperio Abbatis S. Galli paruerunt, reliquæ ſex exteriores nominantur, poſitæ extra ditionem Abbatis, eſtque inter ditionem Abbatis S. Galli ad ortum & Rhenum fluvium ad occaſum.

Abbavilla, *Abbeville*, urbs Galliæ in Picardia provincia, Comitatûs Pontivi caput ad Somonam fluvium ſita, probe munita, ampla & culta in limite Vinemaci tractûs ſive Vimeuſii, dicitur etiam Abbatis villa, quod olim pertinuerit ad Abbatem Centulenſem, eſtque illuſtrium hujus temporis Geographorum aliquot patria, 34. leucis diſtans à Pariſiis in Septentrionem Bononiam versùs 17. & 5. ab ora maris Britannici in ortum Ambianum verſus 10.

Abbefortia, *Abbefoort*, oppidulum Norvegiæ, cum portu maritimo, in præfectura Aggerhuſia. Diſtat ab Anſloga versùs Occidentem 15. milliaribus Germanicis, à Stavangria autem 20. circiter.

Abdara, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, Straboni & Ptolemæo, quæ Abdera Melæ, nunc *Adra* oppidulum parvum regni Granatenſis in Hiſpania, cum portu in ora maris Mediterranei & caſtro ſatis munito 9. leucis diſtans in occaſum ab Almeria quæ illi in Epiſcopali ſede ſucceſſit.

Abdera, urbs Thraciæ Ptolemæo, nunc *Aſperoſà* Nigro teſte & aliis, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Philippenſi, ſedet in ora maris Ægæi prope lacum Biſtonium, inter oſtia Neſti & Hebri fluviorum, nunc in Romania regione ſub dominio Turcarum, ab Abdera Diomedis ſorore, teſte Solino, nominata, & Democriti patria, qui ſe luminibus privavit, ut contemplationi magis vacaret, hinc populi Abderitæ.

Aboera, urbs Iberiæ regionis in Aſia, teſte Stephano.

Abdiara, *le Royaume d'Abdiara*, regnum parvum Indiæ extra Gangem, ſub regno Peguano.

Aboitana, urbs Africæ propriæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Carthaginenſi, ex libris Conciliorum, nunc *Arriana* oppidulum regni Tunetani prope Tunetum, teſte Ludovico Marmolio.

Abdua, fluvius Galliæ Ciſalpinæ in Inſubria, qui ſæpius apud veteres Addua dicitur. Vide ibi.

Abea, oppidum Peloponenſi in ora Meſſeniæ, Ptolemæo, quod Æpea Straboni & Thuria aliis, prope Pheras & Leuctrum, quod nunc *Chiores* interpretatur Moletius, & *Calamata* caſtrum & portus à Sophiano dicitur. Vide Abæa.

Abela, oppidum Syriæ in Phœnicia, inter Damaſcum & Paneadem.

Abela, oppidum Palæſtinæ in terra Ammonitarum Joſepho, ubi Jephte dimicavit, Philadelpha 7. mil. paſſ. diſtans, etiamnum *Abela* appellatum.

Abella, *Abella*, fluvius parvus Poloniæ in Samogita provincia, qui in Nicuvazam fluvium ſe exonerat prope Kicidanum oppidulum.

Abella, oppidum Campaniæ in Italia & in Hirpinorum confinio, Straboni & Ptolemæo, quæ & Avella, nunc etiam *Avella* urbs regni Neapolitani in provincia Terræ Laboris. Vide Avella.

Abellaba, opidum Britanniæ magnæ, ex libro Notitiarum, quod etiam Aballaba dictum, nunc *Apleby* oppidulum Angliæ Borealis in Weſtmaria comitatu, ad Itunam fluvium parvum. Vide Aballaba.

Abellinum. urbs Hirpinorum Ptolemæo, nunc

Avellino, urbs regni Neapolitani, in provincia Principatûs ulterioris, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Beneventano, ſed ejus Epiſcopatûs unitus eſt Frequentino. Gaudet titulo principatus è gente Caracciola, eſtque prope Sabathum fluvium à quo diſtat uno tantum milliari, mediaque jacet inter Beneventum ad Septentrionem, & Salernum ad meridiem, 16. mill. paſſibus utrinque diſtans, uti 30. à Neapoli in ortum, & 4. à Monte Virginis. Populi Abellinates Plinio.

ABELMAIA, oppidum Palæſtinæ, ex libro Paralipomenon, quod Abelmea S. Hieronymo, nunc vicus inter Neapolim urbem Samariæ & Scythopolim urbem Galileæ.

ABERCA, oppidum Arabiæ deſertæ verſus Petream.

ABERAVONIUM, *Aberavon*, burgus Angliæ, in Wallia, & Glamorganenſis provinciæ ora, ad oſtia Avonis fluvii.

ABERCOVONIUM, *Aberconvey*, quaſi oſtium Covonii, oppidulum Angliæ in Walliæ principatu & in Arvonia provincia, in ora maris Hibernici cum portu è regione Monæ inſulæ, 15. milliaribus Anglicis diſtat à Denbighia, ab aliis Conovium dicitur. Vide ibi.

ABERDONIA, & Aberdona, olim Devana, *Aberdeen* ſeu *Old Aberdeen* incolis, *la Vieille Aberdon* Gallis, urbs parva Scotiæ Borealis ad oſtia Donæ fluvii, *Don* vulgo in Marria provincia, defecit a multis annis ex quo Aberdonia nova crevit in vicinus, eſtque Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Andreapolitano ex quo tranſlata fuit ſedes Epiſcopalis è Murtlaco anno 1100. ſub Davide Rege, & Academiam habet anno 1480. inſtitutam, teſte Hectore Boethio.

ABERDONIA NOVA, *Aberdeen* ſeu *New Aberdeen* incolis, *Aberdon & la neuve Aberdon* Gallis, urbs Scotiæ Borealis ſeu Tranſtaanæ in Marria provincia in ipſo limite Mernſiæ provinciæ in ora Orientali Scotiæ, gaudet portu commodo ad oſtia Deæ fluvii, diſtatque 55. mill. paſſ. ab Andreapoli in ortum æſtivum uti 35. a Brechinia & 50. ab Elginia verſus ortum, ſed uno aut altero milliari tantum ab Alberdonia veteri in meridiem.

ABBROENNIUM, *Abergevenew* & *Abergeny*, caſtrum Angliæ in Wallia & Comitatu Monumethenſi, ad fluvium Uſcam in limite Brechiniæ, Vide Gobanium.

ABERISTYVIUM, *Aberiſtyvith*, caſtrum Angliæ in Wallia in ora littorali, ad oſtia fluvii *Yſtvvith* in Ceretica provincia, Vide Tybius.

ABBROURA, *Abirdour*, caſtrum Scotiæ Septentrionalis in ora in Buquania provincia; diſtat ab Aberdonia 30. mill. Scoticis in Septentrionem.

ABERDORA, *Abirdour*, caſtrum Scotiæ Meridionalis in Comitatu Fifæ, ad oſtia amnis cognominis in ora Forthæ æſtuarii, 9. milliaribus Scoticis diſtat ab Edimburgo in occaſum æſtivum.

ABERNÆTHUM ſeu Abernethea, *Abernethy*, urbs parva Scotiæ meridionalis in Strathernia provincia, in ipſo confinio Fifæ provinciæ & Perthiæ. Olim fuit Pictorum primaria urbs, ſed poſtea multum defecit, & ejus Archiepiſcopatus inde Andreapolim tranſlatus fuit procurante Kenneto Rege Scotorum, nunc paucis conſtat incolis prope Tavi æſtuarium, & 13. milliaribus Scoticis diſtat ab Andreapoli in occaſum, uti 17. ab Edimburgo in Septentrionem verſus Fanum S. Joannis 7. dicta fuit etiam Abrinca à quibuſdam.

ABESAMIS, Omanorum urbs in Arabia Fœlici, teſte Plinio.

ABEXIA ORA, *la coſte d'Abex*, regio Africæ in Æthiopia, & in ora Occidentalis ſinus Arabici ſeu maris Rubri inter illud ad ortum & Abaſſiniam ad occaſum, ubi olim major pars Trogloditicæ regionis, extenditur à Septentrione in meridiem verſus oram, ſed ab ortu in occaſum valde reſtringitur, & in ea ſunt tantum Erquicum *Erquico*, forſan olim magnum littus, Mazua inſula *Mazua*, & Ptolemais Ferarum *Suaquen* nunc, eſtque partim ſub dominio Turcarum uti & partim etiam Mauris illius tractus incolis ſubeſt.

ABIA, *Abia*, fluvius Aſiæ in Tartaria, & in regione Zagataia, cadit in Oxum.

ABI-CURENUS, *Abi Kuren*, fluvius Perſiæ agrum Spahanenſem rigans, teſte Gollio.

ABIGAS, fluvius Africæ in Numidia, cujus meminit Procopius, qui Amigas etiam dicitur ab aliis.

ABII, populi Aſiæ verſus Hircaniam, teſte Ammiano.

ABIADENE, provincia Aſſyriæ, juxta Tigrim fluvium.

ABILA, oppidum Coelesyriæ, Plinio & Ptolemæo, inter Paneadem & Damaſcum, *Bellinas* hodie dictum, ut quibuſdam placet, hinc dictus Abilene tractus adjacens.

ABINDONIA, ſive Abendonia, *Abington*, oppidum Angliæ in Bercheria, quod ab aliis Abingtonia dicitur. Vide ibi.

ABINGTONIA, *Abington*, oppidulum Angliæ in Bercheria provincia, ad Tameſim fluvium ubi recipit Occham amnem, 5. milliaribus Anglicis infra Oxonium in meridiem, 45. à Londino & 30. à Gloceſtria in ortum, in ipſo limite Oxonienſis Comitatus.

ABIOLICA, oppidum Helvetiorum in Verbigeno pago, Antonino, nunc vicus *le Bullet* dictus in pago Bernenſi & in Vaudo tractu, 6. mill. paſſ. diſtat ab Eburoduno in occaſum æſtivum Veſontionem verſus, intra Juraſſum montem, ut exiſtimant recentiores.

ABISCA, *Abiſca*, provincia Americæ Meridionalis in Perua regione, prope fontes fluvii *Tapy*, qui poſtea cadit in fluvium Amazonum. Diſtat 50. circiter leucis ab urbe Cuſco in ortum, teſte Petro Texeira.

ABISSINIA, regio Africæ Meridionalis. Vide Æthiopia & Abaſſinia.

ABLATA, oppidum Armeniæ primæ, in limite verſus Cappadociam.

ABNAQUII, *les Abnaquiois*, populi Americæ Septentrionalis in nova Anglia in Mediterraneis.

ABNICUM, Caſtrum Phaſianæ regionis, teſte Conſtantino Porphyrogeneta.

ABNOBA, mons Germaniæ, Ptolemæo & Plinio, vulgo *Abenovv* dictus, prope Sylvam nigram in Suevia provincia, in Principatu Furſtembergico. 7. milliaribus Germanicis à Friburgo urbe Briſgaviæ diſtans in ortum & 3. à Rotuvila in meridiem. Ab eo montes adjacentes dicuntur Abnobæ, extenduntur que inter Rhenum fluvium verſus urbes Sylveſtres ad meridiem, & Pfortzheimum oppidum ad Septentrionem, inter Rhenum & Nicrum in Badenſi Marchionatu, teſte Cluverio, & ad ejus radices oritur Danubius fluvius Europæ maximus in vico Eſchingiaco, *Don-Eſchingen* ab eo dicto. De his fontibus vide fuſius in voce Eſchingiacus.

ABOA, *Abo*, urbs regni Sueciæ Finniæ caput, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Upſalenſi ad fluvium *Aurajoki* qui paulo ſupra *Saviioki* fluvium recepit, & qui uno milliari infra in mare Balticum ſe exonerat, & facta fuit Epiſcopalis ab Adriano IV. anno 1158. Cum antea fuiſſet Eccleſia Revelamicenſis primaria, dicitur etiam Aboga à quibuſdam, diſtat 25. milliaribus Germanicis à Revalia in Septentrionem & 14. ab Alandia inſula in ortum uti ab Holmia 36. Tavaſthuſium verſus, 20. circiter, Academiam habet à Chriſtina Regina erectam anno 1640. & anno 1678. fere tota conflagravit.

ABOBRICA, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis in Callaicis Bracariis ex itinerario, nunc interpretantur quidam, *Villa de Conde*, oppidulum Hiſpaniæ in Portugallia, & in Provincia Interamnica dicta in ora Oceani, & prope Bracaram.

ABODRITI

Digitized by Google

Abooriti, populi fuere Germaniæ tempore Caroli Magni, ubi nunc forſan Pomerania citerior prope Mare Balticum, Petro Bertio teſte.

Abola, *Avola*, oppidum Siciliæ inſulæ in Valle Netina, in edito monte verſus oram littoralem maris Jonii, teſte Pirro.

Abolla, urbs Siciliæ teſtibus Stephano & Suida, nunc exciſa jacet.

Aboni-teichos, ſive Aboni mœnia, vel caſtrum, urbs Galatiæ maritima in Paphlagonia, Ptolemæo in ora maris Euxini, inter Teuthraniam ad occaſum & Sinopen ad ortum, quam *Arcane* nunc dici ſcribit Thevetus, *Bolli* verò Petro Gillio teſte, cui magis credendum.

Abonis, ſeu Abone locus Britanniæ magnæ ab Antonino memoratus, nunc teſte Camdeno, eſt *Aventon* viculus exiguus Angliæ in Glocestriæ Comitatu 9. milliaribus à Venta Silurum ſeu *Caerwent* diſtans, quamquam alii credant eſſe *Portburye* vicum Somerſetenſis Comitatus ad oſtia Abonis fluvii 6. milliaribus infra Briſtolium.

Aborigines, populi fuere Latii Livio, & Plinio, qui, ut Tacitus libro Annalium II. ſcribit, literas ab Evandro Arcade didicere ante uſum papyri inventum.

Aborras, fluvius Meſopotamiæ. Theodoſiopolim alluit, ubi in Euphratem ſe exonerat, teſte Procopio, dicitur Chaboras ab aliis. Vide ibi.

Aborras, fluvius Meſopotamiæ, qui olim Chaboras dictus fuit à Ptolemæo, Reſinam urbem rigans, teſte Gollio, *Giulap*, etiam dicitur à recentioribus quibuſdam.

Abotriti, populi Daciæ verſus Iſtrum fluvium, qui poſtea Predenecentri dicti fuere in Annalibus Francorum.

Abota, & Arboya, *Aboy*, urbs parva Hiberniæ in Lagenia provincia, & in Comitatu Mediæ Orientalis. 3. milliaribus recedens à Bovinda fluvio in occaſum. 20. milliaribus diſtat à Drogheda in occaſum hybernum, & 27. à Dublinio Kilmoriam verſus.

Abracunium, *Abraconis*, oppidulum Armeniæ majoris ad fluvium Alingeacum, ubi multi Catholici degunt ſub clientela Perſarum 3. milliaribus ab Abazona diſtat.

Abrantus, *Abrantes*, oppidum cultum Hiſpaniæ cum caſtro in Regno Portugalliæ, & in Extremadura provincia, in colle ad Tagum fluvium, Ducatus titulo inſignitur. 5. leucis ſupra Scalabim in ortum diſtans, & ſex a Nabantia.

Abria, *Lochabyr*, Provincia ampla Scotiæ Septentrionalis, ſeu Tranſtaanæ verſus occaſum, ubi alias Epidii populi, ſylvis undique & lacubus referta, & ſic dicitur quaſi lacuum oſtium veteri Britonum lingua, teſte Camdeno, extenditur in mediterraneis Scotiæ partibus verſus Albaniam, Lornam, & Badgenotiam provincias, & ejus urbs præcipua fuit Innerlothia, nunc in ruinis jacens.

Abrieya, urbs Jazigum Metanarum, Ptolemæo, quam quidam interpretantur Agriam urbem Hungariæ verſus Tibiſcum fluvium, ex conjectura.

Abrinca, *l'Aare* & *l'Are*, fluvius Germaniæ, oritur in Eiffalia tractu, & cadit in Rhenum, ſupra Bonnam, prope Sinciacum oppidum in ditione Electoris Colonienſis.

Abrincæ, *Avranches* incolis, *Avrenchea* Anglis, urbs Galliæ in Normannia provincia, juxta limites Britanniæ minoris, & in ora littorali Oceani Britannici, aliàs Legedia ſeu Ingena Abrincatuorum dicta fuit, Ptolemæo teſte. Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Rothomagenſi. ad Seam fluvium, qui paulo infra in Oceanum cadit, ſedet in colle cum caſtro ſatis munito, 10. leucis diſtans à Conſtantiis caſtris in meridiem: 14. à Macloviopoli in ortum, & 14. a Baiocis in occaſum hybernum. Populi Abrincatui Plinio, Abrincenſes aliis, *les Avranchins* vulgo.

Abrincatui, populi Galliæ Celticæ, teſtibus Plinio, & Ptolemæo, qui Abrincati in Notitia Imperii, & Abrincatæ a Gregorio Turonenſi vocantur, horum tractus hodie dicitur, *l'Avranchin*, Abrincenſis pagus, urbs autem Legedia, ſive Ingena Abrincatuorum, Ptolemæo teſte, nunc *Avranches* vocatur, eſtque urbs Galliæ in Normannia inferiori ad Seam fluvium.

Abrincensis ager; *l'Avranchin*, tractus parvus Galliæ in Normania inferiori, inter Conſtantienſem tractum ad Boream, Oceanum ad occaſum, Baiocenſem agrum ad ortum, & Britanniam minorem, Cenomanenſemque provinciam ad meridiem, ubi olim Abrincatui, ejus urbs præcipua eſt *Avranches*, Abrincæ.

Abrotonum, urbs Africæ ad Syrtim parvam, Straboni & Plinio. Vide Tripolis.

Abrucbanta, *Aruckbanya* incolis, *Iſenberg* Germanis, oppidum Regni Hungariæ in Principatu Tranſylvaniæ, ſedet inter montes excelſos, & diſtat 5. mill. ab Alba Julia ad Occidentem. Vide Auratiarum.

Abruntium, *Avronzo*, Caſtrum amplum Italiæ in Cadubrio tractu Fori-Julii, ad radices Alpium & in limite Comitatus Tirolenſis, dicitur ſæpius Aurontium. Vide ibi.

Absarum, oppidum eſt Cappadociæ in ora maris Euxini ultra Trapezuntem 150. mil. p. ſſ. in Colchorum confinio, teſte Plinio, ad fluvii cognominis oſtia. Vide Abſarus.

Absarus, urbs Arabiæ, antea Abſyrtus dicta, ex nece Abſyrti verſus Petram, teſte Procopio.

Absia, *l'Abſie*, Abbatia Galliæ in Pictavienſi provincia, & in Vaſtina tractu, cum vico adjacente, inter Fontenacum & Thoareium.

Absilæ, populi fuere Colchidis in Aſia, & juxta oram littoralem Ponti Euxini, inter Abaſcos ad Boream, & Phaſim fluvium Lazicamque regionem ad meridiem, teſte Ariano, ubi hodie major pars Mingreliæ.

Absorus, Inſula eſt Liburniæ Melæ, Apſorrus Ptolemæo, Abſyrtium Plinio, in mari Adriatico, & juxta ſinum Carnarium, *Oſero* vulgò, cum urbe Epiſcopali cognomine ſub Archiepiſcopo Jaderenſi, parvi admodum circuitus, ſub Dominio Reipublicæ Venetæ. Dicitur aliter Auſarenſis civitas a recentioribus, eique Crepſa, *Cherſo* ferè juncta eſt, anguſto freto tantum diviſa, ſed ei ponte juncta, & ambæ Abſyrtides à Strabone nominantur, Vegiæ inſulæ proximæ 6. tantum mill. paſſ. diſtantes in Auſtrum, à Senia 30. in occaſum hybernum, Abſyrtos à Lucano dicta, hinc Apſorenſes populi, *gli Oſſereſi*, vulgo dicti.

Absyrtides, inſulæ Illyrici in Liburnia. Vide Abſorus.

Abuotacum, oppidum olim geminum Vindeliciæ, Ptolemæo, nunc pagi in Bavaria, unus inter Ratiſbonam, & Abuſinam vix 2. milliaribus Germanicis, *Abach* vulgò: alter, ad Oenum fluvium apud Roſenhemium oppidulum *Happing*. in Tirolis finibus.

Abuia, *Abuyo*, aliis Abaca, una ex inſulis Philippinis in Aſia, & in Oceano Orientali; inter Luzoniam & Mindanam inſulas, ſub dominio Hiſpanorum.

Abula, urbs Hiſpaniæ Bæticæ, in limite Tarraconenſis, nunc *Bilches*, ſive *Vilches*, vicus Vandalitiæ ad fluvium *Guadarrizaz*, 4. leucis à Biatia in Septentrionem, ad radices montium Marianorum, teſte Martino Ximena, aliis tamen eſt *Villa-Gorda* in Regno Granatenſi.

Abula, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis Ptolemæo, nunc *Avila*, in Caſtella veteri, à quibuſdam dicta etiam Arbacula & Albucella, clara eſt Natalibus S. Tereſiæ, & tota in colle poſita, bonis undique muris probe vallatur, inter multas rupes & vicinos montes, ſitu tamen amœno, juxta Adaiam amnem, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Compoſtellano, & media inter Salamanticam & Madritum. 16. leucis utrimque diſ-

Digitized by Google

ſtans, & 10. à Segovia in occaſum, prope montem Pici, hinc Abulenſis nomen gentis, *Avileſe* vulgò.

ABULA, *Avila*, oppidum Americæ meridionalis in Perua, & provincia *de los Quixos* dicta. Sedet juxta fluvium Napum, diſtàtque 35. leucis Hiſpanicis à civitate S. Franciſci de Quito in ortum hybernum.

ABULA FONTANA, *Avilla Fuentes*, oppidulum Hiſpaniæ in Caſtella veteri, ſex leucis a Segovia diſſitum.

ABULENSES MONTES, *la Sierra de Avila*, ſunt montes Hiſpaniæ in Caſtella veteri prope Abulam urbem, & in confinio Regni Legionenſis.

ABULHUSENI, populi Africæ, in Dara provincia regni Marrochi, teſte Marmolio.

ABURENA, *l'Aburena*, tractus Americæ in nova Hiſpania, & in Veragua provincia a Columbo detectus, anno 1502.

ABUS, Britanniæ Magnæ æſtuarium Ptolemæo, vulgò *Humber Flud*, æſtuarium eſt Angliæ Septentrionalis, Umber à Beda nominatum inter Eboracem provinciam & Lincolnenſem, in quo confluunt fluvii Urus, Derventio, Ara & Trenta, deinde in Oceanum Germanicum ſe exonerat, rigatis aliquot oppidulis, & Hullo arce probe munita in ejus ora ad Septentrionem.

ABUS, Abas, ſive Aba mons Armeniæ majoris, Plinio, Paricdi montis pars eſt, ex quo Euphrates fluvius profluit, nunc *Caicol* à Georgianis, teſte Theveto appellatus. Vide Aba.

ABUS, fluvius Epiri, oritur in Caſſiopea regione, & cadit in mare Adriaticum è fronte Corcyræ inſulæ, forſan Aous alus dictus & meliùs.

ABUSIACUM, ſeu Abodiacus, oppidum Rhetiæ, Antonino, nunc *Fueſſen* oppidum Germaniæ in Suevia provincia in ipſo limite Bavariæ, ſub dominio Epiſcopi Auguſtani, ad Lycum fluvium, intra montium anguſtias ſitum, quod propterea Fauces etiam Latinè dicitur, unde Faucenſe cœnobium. Vix 6. milliaribus Germanicis diſtat à Campidona in ortum Oenipotentem verſus. & 12. ab Auguſta Vindelicorum in meridiem, dicitur etiam Abuſacum, & Abuzacum in aliis codicibus Antonini, & vix 2. milliaribus diſtat a Tirolenſis Comitatûs confinio.

ABUSENA, oppidum Vindeliciæ, ex libris Notitiarum, nunc *Abenſperg*, oppidulum Germaniæ in Bavaria, 3. milliaribus Germanicis ſupra Ratiſbonam Auguſtam, & uno à Danubio fluvio recedens, juxta Ampſum fluviolum, vulgò *Abenſt* dictum, eſtque patria Joannis Aventini viri docti.

ABYDUS, Ægypti urbs Straboni, & Plinio, nunc *Abutich*, teſtibus Caſtaldo & Moletio, ad Nilum, inter Ptolemaidem ad Septentrionem 22. & Dioſpolim ad meridiem 28. mil. paſſ. à Memphi 290. in auſtrum Syenen verſùs. Ibi Memnonis regia fuit.

ABYDUS, urbs Phrygiæ minoris ſeu Myſiæ, Straboni, hodie *Aveo*, Turcis *Aidos*, teſte Leunclavio in ora Boſphori Thracii contra Seſton urbem Thraciæ, mari ad 14. ſtadia interfuſo, olim Epiſcopalis erat ſub Archiepiſcopo Cyziceno, inde 21 mill. paſſ. in Auſtrum diſtans, nunc Metropolis effecta, teſte Miræo, arcem habet validam & probe munitam, quæ extructa fuit à Mahumete 2. Turcarum Domino poſt captam Conſtantinopolim, & ad ejus tutelam, eſtque una ex Dardanellis cum valido Turcarum præſidio, ad prohibendos tranſitus navium hoſtium, unde *le Chaſteau vieux de Natolie* vocatur à Gallis, hinc Abydenus nomen gentis.

ABYLA, mons Africæ in ora Mauritaniæ Tingitanæ Straboni, Plinio, & Ptolemæo, hodie *la Sierra de las Monas* Hiſpanis, *Scheminckelberg* Belgis, *le mont des Singes* Gallis, & *il monte delle Simie* Italis, eſt in Regno Fezzæ, & in parte Septentrionali Haſbatæ provinciæ, prope Septam urbem Hiſpaniæ obverſam, in parte Orientali freti Herculei, ubi magis reſtringitur, diſtans 18. mill. paſſ. à Calpe monte & urbe Hiſpaniæ in meridiem, freto interfuſo, & 30. à Tingi in ortum, & ab antiquis creditus fuit una ex columnis Herculis, dictus fuit etiam Alybe mons à quibuſdam, & ab ea Septa urbs adjacens perſæpe Abyla vocatur.

ABYSCA, *Abyſca*, Provincia Americæ in Perua. Vide Abiſca.

ABYSSINI, ſeu Abaſſini, *les Abiſſins*, populi Æthiopiæ Chriſtiani. Veterem habent religionem, ſed ex hæreticorum erroribus confuſam. Eorum Imperator, qui vulgò *le Grand Neguz* dicitur, & a quibuſdam *le Preſte-Jean*, ſed abuſivè, poſſidet Æthiopiam ſuperiorem ex parte. Vide Æthiopia, & Abaſſinia ubi fuſius.

ABYSSINIA, *l'Abiſſinie*, regio ampla Africæ in Æthiopia ſuperiori, quæ ab aliis & meliùs Abaſſinia dicitur. Vide ibi.

ABYSTRUM, oppidum Brutiorum in Italia, Ptolemæo, quod nunc Gabriel Barrius interpretatur *Urſimarſo*, oppidulum Calabriæ Citerioris in Regno Neapolitano, in colle, Lao finitimum inde & ab ora maris Tyrrheni. 10. mill. paſſ. diſſitum, quod tamen potius Urſentini à Plinio nominari videtur.

ACABENE, Provincia Meſopotamiæ Ptolemæo, versùs Tigrim.

ACADEMIA, locus Atticæ nemoroſus apud Athenas, ubi Plato natus (unde illius ſectatores Academici appellati, teſte Laertio) de quo Horatius libro 2.

ACADEMIA, villa Ciceronis in Campania Plinio, nunc *i Bagni di Tritoli* inter Puteolos urbem, & Avernum lacum, in ora ſinus Puteolani, cujus ampla adhuc ſuperſunt veſtigia, ut ego pluries vidi.

ACADRÆ, populi fuere Aſiæ, in Serica regione, Ptolemæo, eo in tractu, ubi forſan nunc Huquania & Queichea provinciæ Imperii Sinarum, ut exiſtimant.

ACALANDRA, oppidum Italiæ in Lucania trans Apenninum, Straboni, nunc *Salandra*, Caſtrum Regni Neapolitani in Baſilicata provincia, ad Acalandrum fluvium, teſte Cluverio, 10. milliaribus à Tricarico diſtans Turſum verſus, 17.

ACALANDRUS, fluvius parvus Lucaniæ Straboni, & Plinio, olim Thurios à Tarentinis ſeparans, nunc *la Salandrella* dictus in Calabria Citeriori, teſte Cluverio, Roſetum oppidulum alluit, atque in ſinum Tarentinum influit, inter Heracleam & Metapontum urbes magnæ Græciæ excisas.

ACAMAS, mons & Promontorium Cypri inſulæ Straboni, & Ptolemæo, nunc *Cruſocco*, ſive etiam *il Capo di S. Epifanio*, teſte Stephano Luſignano nominatur, in ora occidentali, ubi olim urbs ejuſdem nominis Epiſcopalis erat, ex libro Conciliorum, à Clidibus promontorio orientaliſſimo 1400. ſtadiis (quanta eſt Cypri longitudo) diſtans in occaſum, à Sida urbe Pamphiliæ 1060. in meridiem, teſte Strabone, pagus hodie etiam *Cruſocco*, dicitur. Hinc Cyprus Acamantis dicta. Scribitur & Achamas.

ACANA MAJOR, *Acanes grande* Luſitanis, *Acanes le grand* Gallis, urbs Africæ in Guinea regione longiſſimè ab ora diſtans, & in confinio Nigritarum regionis, & Gagi Regni, prope fontes fluvii *la Volta* dicti, de eâ mira narrant incolæ illarum partium.

ACANA MINOR, *Acanes pequeño* Luſitanis, *Acanes le petit* Gallis, urbs Africæ in Guinea regione, & in ejus parte Ora Aurea dicta. Sedet in mediterraneis verſus fluvium *la Volta*, 64. leucis ab ora littorali diſtans in Septentrionem, eſtque caput regni cognominis.

ACANEUM PARVUM, *Acanes le petit*, regnum Africæ in Guinea regione, & in Ora Aurea dicta.

ACANTHINA, inſula ſinûs Arabici, proxima Daphninæ, Ptolemæo, inter inſulam Magorum & Orneon, *Argonina* hodiè, Stuchio teſte.

Digitized by Google

Acanthos, ſive Acanthus, urbs Macedoniæ, Thucydidi & Ptolemæo, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Theſſalonicæ, ad ſinum Singiticum, & prope Athon montem, nunc *Eriſſo*, teſte Sophiano, inter Nymphæum promontorium & Singum oppidum.

Acanthos, nunc *Biſalta*, urbs Ægypti.

Acapulcum, *Acapulco*, urbs recens ſed parva Americæ, in Nova Hiſpania, cum portu capaciſſimo in ora maris Pacifici, in Provincia Mexicana, & caſtro permunito S. Jacobi in colle, 80. leucis Hiſpanicis diſtans à Mexico in meridiem, ſubeſt dominio Hiſpanorum, & hinc ſingulis annis ſolvunt naves verſus Philippinas inſulas Aſiæ.

Acaraga, *Acaraig*, oppidum Americæ meridionalis in regione *Parana*, & ad Paranam fluvium. Dicitur aliter Nativitas Beatæ Virginis, diſtatque 45. leucis Hiſpanicis à fluvio Argenteo.

Acaraſſus, urbs fuit Epiſcopalis Aſiæ minoris ſub Sardicenſi Archiepiſcopo.

Acarnania, regio Epiri in auſtrum tendens, Straboni, & Plinio, Ætoliæ in ortum vergenti confinis, inter Acheloum fluvium ad ortum, & Ambracium ſinum ad occaſum, nunc *la Carnia* & *il Deſpotato*, teſte Nigro, Populi Acarnanes Polibio, Livio, & aliis: quorum urbes Ambracia, Actium, Leucas, Halyſæa, & intùs Aſtatus.

Acaxium, *Acaxi*, oppidum provinciæ Farimæ, in Niphonia inſula Japoniæ in Aſia. Diſtat à Meacò urbe primaria inſulæ 25. leucis in occaſum, Cardino teſte.

Acaxutla, *Acaxutla*, portus Americæ Septentrionalis in ora maris Pacifici, cum oppido in nova Hiſpania, & regione Guatimala. 7. leucis ab oppido S. Salvatoris diſtat, & 35. à Fano S. Jacobi de Guatimala in ortum hybernum, ſub dominio Hiſpanorum.

Acca, quæ olim Ptolemais, urbs Palæſtinæ, poſtea fanum S. Joannis de Acra dicta, *S. Jean d'Acre* vulgò Gallis, *Acca* Turcis, unde etiam Acra dicitur in quibuſdam authoribus mediæ ætatis. Vide Acon & Ptolemais.

Accadia, *l'Acadie*, provincia ampla Novæ Franciæ in America Septentrionali, ad meridiem & ortum protenſa In ora maris Borealis, extenditur inter ſinum Calorum & inſulam promontorii Britonis ad centum ferè leucas, eſtque portubus optimis undique referta, dicitur nova Scotia ab Anglis qui illam occuparant, ſed pace ad Bredam ſancita reddita fuit anno 1668. Francis, quibus nunc paret. & in ea ſunt aliquot coloniæ Francorum in ora littorali, ſed locus præcipuus eſt Portus regius, in mediterraneis autem degunt populi *les Souricois* dicti.

Accara, & Axara; *Accara*, regnum parvum Africæ in ora Aurea Guineæ regionis in mediterraneis extenſum, ejus primarium oppidum eſt Accara major.

Accara major, *le grand Acara*, oppidum amplum Africæ in Guinea regione, & in Provincia ora Aurea dicta, 50. mill. paſſ. diſtat ab ora littorali, & ab Accara minore in Septentrionem.

Accara Minor, *le petit Acara* Gallis, *Klein Akara* Belgis, oppidum Africæ in ora Aurea Guineæ regionis cum portu ſatis tuto, inter fluvium de *la Volta* ad ortum, & arcem S. Georgii de Mina ad occaſum 90. mill. paſſ. utrinque diſtans.

Accaram, malè dicitur Ptolemais urbs Palæſtinæ in quibuſdam authoribus belli ſacri. Vide Acon.

Accaron, urbs Palæſtinæ in Philiſtinorum finibus, Azoto, Jamniæ, & Geth urbibus finitima. Nunc vicus *Accaron* adhuc dictus, teſte Brochardo, à littore & ab Azoto 8. mil paſſ. in meridiem, ab Aſcalone 20. in Septentrionem, a Geth. 14. diſtans.

Accatucci, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, ex itinerario Antonini, nunc *Huelma* vicus Hiſpaniæ in Vandalitia ad radices montium, & ad fontes fluvii Xandulillæ, inter Accim & Caſtulonem & 6. leucis à Gienno diſtans in ortum hybernum, teſte Martino Ximena.

Acci, urbs Hiſpaniæ Bæticæ Plinio, & Ptolemæo, hodie *Guadix*, urbs Hiſpaniæ in regno Granatenſi, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Hiſpalenſi, ſedet ad radices montium juxta fluvium *Fardes*, & fontes Terebis, & erepta fuit Mauris à Ferdinando V. Rege, anno 1489. diſtat 10. leucis à Gienno in ortum hybernum, à Granato 9. in ortum Baſti verſus 7. & 17. leucis ab Almeria in Septentrionem, nunc plurimum defecit, ſed alias Accitana inter Romanas colonias non obſcura fuit.

Accia, urbs fuit parva Corſicæ inſulæ, Epiſcopo ſub Archiepiſcopo Genuenſi, in parte ejus Orientali, ſive Ciſmontana, hodiè funditùs excìſa jacet in monte excelſo, prope Maroſaliam montem, ineſt tantùm Eccleſia antiqua, dicta *S. Petro d'Accia* ſemidiruta, 10. milliaribus diſtans ab ora littorali in occaſum, & totidem in meridiem à ruderibus Marianæ urbis; cujus Epiſcopatui nunc perpetuo unita eſt.

Accipitrum insula, ſive Hieracum inſula Sardiniæ adjacens in ejus ora meridionali, Ptolemæo, nunc *l'Iſola di S. Pietro* Incolis, & *l'Iſle de S. Pierre* Gallis, ſatis culta eſt, & circuitus 25. milliarium cum aliquot turribus, prope Plumbeam inſulam, & Sulcis urbis rudera, in ora provinciæ Calaritanæ.

Accipitrum insulæ, *las Azoras* Hiſpanis, *les Azores* Gallis, Inſulæ Oceani Occidentalis, ſic ab Accipitrum copia dictæ, ſub dominio Regis Portugalliæ, vocantur etiam Tertiæ ſive Flandricæ, & Superiores, atque Azores etiam à plurimis recentioribus, ſuntque novem numero. Quarum præcipua Tertia, *la Tercera* vulgò, aliæ ſunt inſulæ S. Michaelis, S. Georgii, S. Mariæ, Fayalis, Gratioſa, Corvi, Pici, & Florum, dicuntur *Vlaemſche Eylanden* à Belgis, & earum præcipua urbs eſt Angra.

Accitum, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, nunc ut dignoſcitur ex veteri inſcriptione, *Fimiana*, caſtrum regni Granatenſis in colle, inter Alpuxaras montes, 15. leucis ab Acci in ortum, uti à Baſti in meridiem Almeriam verſus 13. extra viam tamen rectam occurrens.

Acebus, *el Zega*, fluvius parvus Hiſpaniæ in Caſtella veteri, prope Pintiam & in tractu Camporum.

Acedum, poſtea Ceneta, urbs Italiæ in Venetia, nunc *Ceneda*, in Marchia Tarviſina ad radices montium Epiſcopalis ſub Patriarcha Aquileienſi, ſed ab ejus juriſdictione exempta 14 milliaribus diſtat ab Opitergio, cui in Epiſcopali ſede ſucceſſit Feltriam verſus totidem, & 16. à Tarviſio in Boream, Bellunum verſus 13. circiter, ſubeſtque dominio Reipublicæ Venetæ, non autem Summi Pontificis, ut quidam male ſcripſere. Vide Ceneta.

Acellium, *Aceglio*, pagus Mediolanenſis Ducatus inter Verbanum lacum & vallem Ugiam, haud procul ab Arona oppido & Fontaneto vico, teſte Ferrario.

Acelum, oppidum Galliæ Ciſalpinæ, Plinio, in Venetia, nunc *Aſolo* oppidulum Italiæ, non obſcurum in Marchia Tarviſina, prope fontes Muſſonis amnis, in colle ſub dominio Venetorum, 17. milliaribus diſtat à Tarviſio in occaſum æſtivum, & 7. à Baſſano oppido amplo in ortum, uti 14. à Feltria in meridiem.

Acema, mons Galliæ Narbonenſis, & pars Alpium maritimarum, Plinio, dicitur meliùs Cema mons. Vide ibi.

Acemum, *Achem*, urbs Aſiæ in inſula Sumatra. Vide Achemum.

Acer, *S. Marino*, mons Æmiliæ cum oppido in Italia. Eſt Reſpublica ſui juris, habens ſub ſe ſex pagos. Diſtat à mari Adriatico 10. milliaribus, & à Leopoli 6. mill. Sedet in limite Ducatûs Urbini verſus Ro-

Digitized by Google

mandiolam provinciam, & vulgò dicitur *la Republica di S. Marino*. Ex monte hujus radice profluit fluvius Ariminus, vulgò *la Marecchia*. Vide Titanus mons ubi fuſiùs de hac Republica.

ACERNUM, urbs Picentinorum Plinio, nunc *Acerno*, urbs regni Neapolitani in provincia Principatus Citerioris, ad radices montium, parva eſt, quanquam Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Salernitano, 8. milliaribus diſtat à Volturara in meridiem, & 15. à Salerno in ortum æſtivum Compſam verſus.

ACERRÆ, urbs Campaniæ, Livio, & Straboni, *Acerra* ſeu *l'Acerra*, nunc urbs Terræ Laboris in regno Neapolitano, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Neapolitano, ad Clanium fluvium, a Neapoli 8. mill. paſſ. in via Beneventum ducente occurrens, a Nola 6. Capuam verſùs, & ægrè habitata.

ACERRÆ, urbs Galliæ Ciſalpinæ inter Alpes & Padum fluvium, reſte Polybio exciſa, nunc *l'Agirola*, ſive *la Girola*, vicus agri Novarienſis in Ducatu Mediolanenſi prope Padum, teſte Andrea Alciato, ſed aliis eſt *Acere*, vicus agri Ticinenſis in Novarienſis confinio, teſte Carolo à Baſilica Petri Epiſcopo Novarienſi.

ACERRIS, oppidum Lacetanorum in Hiſpania, Tarraconenſi Straboni, hodie *Gerry*, vicus in Catalonia provincia, ad Nogueram fluvium verſùs montes Pyreneos, ut exiſtimat Briotius ex conjectura.

ACESINES, & Aſies, fluvius Siciliæ inſulæ, Plinio, nunc *il Cantara*, teſte Thoma Fazello, in provincia ſeu Valle Demonæ, in viciniis Ætnæ montis ſupra Randacium Caſtrum oriens, ac per agrum Taurominitanum in mare Ionium fluens, in ora orientali inſulæ, & 8. mill. paſſ. a Taurominio.

ACESINUS, fluvius ingens Indiæ intra Gangem, in Indum influens, teſte Plinio, nunc creditur *le Ravey* dictus, qui Lahorium rigat, & in Indum cadit ad Buckorium.

ACESINUS, fluvius Tauricæ Cherſoneſi juxta Penticapen fluens à Plinio memoratur.

ACESTA, urbs Siciliæ. Vide Egeſta & Segeſta. Ejus meminit Virgilius libro 5. Æneidos.

ACHA, *Acha* & *Achaza*, fluvius Germaniæ in Bavariæ Ducatu, per lacum Chimum labitur, & poſtea in Oenum fluvium ſe exonerat.

ACHABYTOS, mons Rhodi inſulæ celſiſſimus: in quo Jovis delubrum erat, teſte Diodoro.

ACHACICA, *Achachicha* & *Achiacica*, oppidum Americæ Septentrionalis in Nova Hiſpania & Mexicana provincia, ubi argenti fodinæ. 18. leucis diſtat ab urbe Angelorum in Septentrionem.

ACHAO, locus erat Palæſtinæ trans Jordanem fluvium, in quo Jacob Patriarcha obiit, ex libro Geneſis.

ACHAOA, *Achonry*, urbecula Hiberniæ inſulæ in Connacia, & in Letrimenſi Comitatu, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Tuamenſi, olim *Achaid-conair* dicta, nunc ferè diruta jacet a paucis inhabitata, ſedet ad Shenanum fluvium, ubi Alynum lacum efficit, in limite Roſcomanenſi, & ejus Epiſcopatus unitus eſt Alladenſi ab anno 1630.

ACHÆI, populi Græciæ, qui & Achivi in univerſum maximè apud Poetas appellantur, teſte Livio.

ACHÆI, populi Sarmatiæ Aſiaticæ, Straboni, inter Caucaſum montem ad Boream & oram maris Euxini ſeu Caucaſei incolentes, teſtibus Ptolemæo, & Plinio, ubi poſtea fuere Zicchi populi, inter Heniochos ad ortum & Cercetas ad occaſum, erantque Orchomeniorum coloniæ.

ACHÆMENIA, provincia Perſidis, à veteribus plurimum commendata, teſte Stephano, hinc populi Achæmenii dicti ab Ovidio, & Achæmenidæ à Strabone. Vide Perſis.

ACHÆORUM PORTUS, ſtatio Troadis prope Sigæum promontorium.

ACHÆORUM PORTUS, in Sarmatia ad oſtia Boriſthenis fluvii, Plinio, hodie *Porto Bon*, teſte Nigro. Vide Portus pulcher.

ACHAIA, *Achaia*, arx fuit Græciæ in Peloponneſo, in monte ſita, ad fauces Glauci fluvioli in mare Ionium, & in ora occidentali Peloponneſi, nunc diruta jacet, 10. milliaribus diſtans à Patris in meridiem; ſed quid fuerit antiquitùs non conſtat

ACHAIA LATE SUMPTA, quæ Græcia propria, & Hellas Straboni & Plinio, regio præclara Europæ nunc *Livadia* dicta, teſte Caſtaldo, Gallis *la Livadie*, eſtque pars Rumeliæ præfecturæ, ſub imperio Turcarum ab anno 1455. ejus termini ſunt ad arctos Theſſalia, ad occaſum Epirus, ad ortum mare Ægæum, & ad Auſtrum Peloponneſus, à quo ſeparatur ſinu Corinthiaco Iſthmo & ſinu Saronico, diviſa erat in Bœotiam, Atticam, Megaridem, Phocidem, Ætoliam, Locros Ozolas, & Doridem provincias. De ea pluribus vide Philippum Brietium in ſuis parallelis Geographiæ.

ACHAIA PROPRIA, ſeu ſtrictè ſumpta, provincia Peloponneſi ad Boream, quæ terminatur ad Septentrionem ſinu Corinthiaco, ad Occidentem mari Ionio, ad meridiem Elide & Arcadia, ab Oriente autem Sicyonia, & ejus primaria erat Patræ, nunc autem eſt in eo tractu Ducatus Clarentiæ, *le Duché de Clarence*, pro majori parte, teſte Brietio, ſubeſtque dominio Turcarum à duobus ſeculis circiter, hinc Achaicus nomen gentis.

ACHARA, oppidulum Siciliæ inſulæ, cujus meminit Cicero in Verrem, nunc *Carrano* pagus Siciliæ in Valle Netina & in agro Syracuſano dictus, teſte Fazello, hinc populi Acharenſes.

ACHARA, oppidum Lycaoniæ in Aſia minori, Strabone teſte, ad Galatiæ & Piſidiæ fines ad ſtagnum, ab Iconio 43. mil. paſſ. in occaſum recedens.

ACHAROEUS, fluvius Sarmatiæ Aſiaticæ, Arriano, qui Varadanus ab aliis nominatur, nunc *Copa* interpretatur Mercator, & *Zigna* Lazius, effunditurque in Mœotidem paludem vix 60. mill. paſſ. à Boſphoro Cimmerio in occaſum.

ACHARMAN, urbs Arabiæ fœlicis, ubi Thamydeni populi, teſte Brietio.

ACHATES, fluvius Siciliæ in ejus ora meridionali Plinio, nunc *il Drillo* dicitur, teſtibus Magino, Cluverio & aliis, eſtque in provincia ſeu Valle Netina, & auctus aliquot rivis in mare Africum ſe exonerat 6. mill. paſſibus à Terra-nova in ortum hybernum Camaranam verſus.

ACHBALUCUM, *Achbaluc*, oppidum Aſiæ in Tartaria regione, & in provincia Tainfua, juxta lacum, ut narrant quidam recentiores.

ACHELOUS, fluvius Acarnanum in Græcia, Straboni & Plinio, eos ab Ætolis ſeparans, *Aſpropotamo* Sophiano, *Geromlea* Cyriaco, Anconitano, & aliis *Carochi* ex Pyndo monte ortum habens, deinde in meridiem tendens in mare Ionium ſe exonerat contra Echinadas inſulas. Hinc Acheloius nomen gentis.

ACHELOUS, fluvius parvus Macedoniæ in Theſſalia, Lamiam urbem alluens, teſtibus Strabone, & Pauſania.

ACHELOUS, fluvius Peloponneſi Straboni, Dymam urbem præterfluens. Idem Thoas à celeritate nominatus fuit.

ACHEMUM REGNUM, *le Royaume d'Achem*, regio Indiæ in Sumatra inſula & in ejus parte Boreali, ſub dominio proprii Regis, cui ſubſunt etiam regna Pacemum, & *Pedir* in viciniis, & in eadem inſula, eſtque regio fertilis admodum & culta ſic dicta ab ejus primaria urbe.

ACHEMUM, *Achem*, urbs ampla & emporium celebre Indiæ regni cognominis caput, in inſula Su-

matra,

ſmatra; cum portu in ora ſeptentrionali inſulæ. Dicitur aliter Acemum, diſtatque 400. mil. paſſ. à Malaca in occaſum æſtivum, 210. ab ora proximiori Peninſulæ Indiæ extra Gangem in occaſum, & 40. ab urbe *Pedir*.

ACHERÆ, ſive Acerræ, urbs Galliæ Ciſalpinæ in Inſubria, Polybio, nunc teſte Gaudentio Merula, eſt *Acere*, vicus agri Ticinenſis in Ducatu Mediolanenſi, ſed Cluverius interpretatur *Gherra* vicum ejuſdem Ducatus, in Laudenſi agro, ad confluentes Serii fluvii in Adduam, 2. milliaribus à Picelcone diſtans, & 12. à Cremona in occaſum, uti a Placentia in Septentrionem.

ACHERHUSIA, *Ackerhuys*, oppidum Norvegiæ in ora littorali Oceani, cum portu in Aggerhuſia præfectura, vix 15. mill. paſſ. à Chriſtiana in occaſum diſtans.

ACHERON, ſeu Acherus, fluvius Brutiorum, in Italia Straboni, Plinio, & Ptolemæo nunc vulgò *Campaniano* & *Savuto* dictus, in regno Neapolitano, & in Provincia Calabriæ citerioris ad Pandoſiam urbem exciſam, ad radices Apennini fluens, & in ſinum Terinæum deſinens, teſte Gabriele Barrio.

ACHERON, fluvius Epiri, Plinio, ex Acheruſia palude in ſinum Ambracium decurrens, nunc *Vel chi* ſeu *Verlichi* Nigro. *Fanar* vero Antonio Nebriſſenſi. Ejus oſtia a fontibus 36. mill. paſſ. diſtant.

ACHERON, fluvius inferorum apud Poetas, quaſi ſine lætitia. Unde Acherontæus.

ACHERONTIA, urbs Lucaniæ in Apuliæ confinio, Horatio, quæ Acherontus Livio, nunc *Acerenza* ſeu etiam *l'Acerenza* dicta ab accolis, urbs regni Neapolitani in Baſilicata provincia, cujus caput exiſtit. Archiepiſcopalis eſt, & ſedet ad radices Apennini montis, ubi in duas partes ſcinditur prope Bradanum fluvium, 10. milliaribus diſtans à Venuſia in ortum hybernum, & 28. in occaſum à Mateola, cujus Archiepiſcopatus ei perpetuo unitus fuit à pluribus annis, ſed parva eſt, & deficit in dies. Populi Acherontini, Plinio.

ACHERSUNDA, *Acerſondt*, inſula Norvegiæ in ora littorali & meridionali, eſtque parva & inter Fridericoſtadium ad occaſum & Tonſbergam ad ortum in Agherhuſia præfectura.

ACHERUSIA, palus parva Campaniæ in Italia, Straboni, & Plinio, nunc *il Lago della Collucia*, inter Miſenum montem & Cumas urbem exciſam, in provincia Terræ Laboris, & in ora maris Tyrrheni, teſte Benedicto Falconio.

ACHERUSIA, palus Epiri à Plinio memorata, per quam Acheron fluvius labitur, ſive ex qua ille emittitur, in Theſprotia tractu, ab Ambracia 36. mil. paſſ. diſtans. Hanc ad Chimerium portum & oppidum per Theſprotiam in mare exire ſcribit Thucydides.

ACHERUSIA, ſpecus Bithyniæ regionis, prope Heracleam Ponti, teſte Mela, hinc Cerberum extractum fabulantur Poetæ.

ACHETUS, fluvius parvus Siciliæ inſulæ, cujus Silius Italicus ſolus meminit, & nunc Ferrarius *il fiume di Noto* interpretatur, verſus Pachynum promontorium & ad Netum urbem, ſed ex levi conjectura.

ACHILIA, *Akil*, inſula parva & oblonga Hiberniæ in Connacia provincia, & in ora littorali Comitatus Maii, in Oceano Occidentali, extenditur ab Oriente in Occidentem & 45. mill. paſſ. diſtat à Galliva in Boream.

ACHILLEA, inſula Sarmatiæ Europææ, ante oſtia Boryſthenis fluvii, Plinio, quæ & Macaron & Leuce, nunc *Cacearia* interpretatur Niger.

ACHILLEA, quæ & Dromos ſeu curſus Achillis, apud Strabonem & Plinium, peninſula eſt oblonga Tauro Scytharum, in ora Ponti Euxini, Achilleæ inſulæ proxima, nunc *Fidoniſi* dicta ut quibuſdam placet, & ab ortu in occaſum extenditur inter Carcinitem ſinum ad ortum & Boryſthenis oſtia ad occaſum, ubi nunc pars Tartariæ minoris, ejus promontorium orientale dictum fuit Myſaris, occidentale verò ſacrum promontorium.

ACHILLEA, urbs Moeſiæ inferioris, ad oſtium Boreale Iſtri fluvii, Pauſaniæ, & Ptolemæo, cum inſula parva cognomine, nunc *Kilia*, urbs Beſſarabiæ, in ora maris Majoris, ut quidam exiſtimant, aliquot milliaribus Germanicis diſtans ab Alba urbe.

ACHILLÆUM, ſeu Achillis fanum, oppidum & promontorium Sarmatiæ Aſiaticæ, Straboni, & Ptolemæo, nunc *il Capo di Croce*, teſte Villanovano, ad Boſphorium Cimmerium & fauces Mæotidis paludis, è regione Parthenii.

ACHIVI, Græci dicuntur apud Poëtas, qui & Achæi ab Achæo Jovis filio, teſte Divo Iſidoro.

ACHONRITA, ſeu Achada, *Achonry*, urbecula Hiberniæ in Connacia provincia, & in Letrimenſi Comitatu prope lacum *Alyne*; & vix 6. mill. paſſ. diſtat à Letrimo in Septentrionem. Vide Achada.

ACHOR, vallis & lacus Palæſtinæ juxta Galgala oppidum Hiericunthi proximum ad Septentrionem, Joſepho teſte.

ACHRIDUS, urbs Macedoniæ, Cedreno, quæ Achris, Procopio & Cantacuzeno, olim Lychnidus dicta à Ptolemæo, poſtea prima Juſtiniana vocata à Juſtiniano Imperarore ejus inſtauratore, & cujus patria fuit, & Bulgariæ Macedonicæ metropolis effecta, nunc *Ahrida* vulgò, & l'*Ochrida*, Turcis *Giuſtandil*, urbs Macedoniæ Archiepiſcopalis, in ſublimi colle prope Lychnidum lacum unde Drinus effluit, in limite Albaniæ, & ad radices montium, ſub dominio Turcarum à duobus ferè ſeculis, eſtque ſatis munita, & Sangiaci, ſive præfecti Turcici ſedes, 70. mill. paſſ. diſtans à Dyrrachio in ortum Theſſalonicam verſus 125. ſub monte Pierio. Vide Juſtiniana prima.

ACHSICNETUM, *Achſiket* vulgò, urbs Aſiæ in Trans Oxiana regione, & in Fergana provincia ad Jaxartem ſita, quam pro Fergana urbe habent Olugbegus & Anonymus Perſa ut pluribus ſcribit Gollius, ſcribitur etiam *Achſicath*, eſtque ad Septentrionem fluvii *Alshaſh*, teſte Abulfeda.

ACHYRUM, *Achyr*, oppidum Poloniæ in Ruſſia, & in Palatinatu Kiovienſi, cum arce in monte ad Vorsxloam fluvium, verſus confinia Moſcoviæ, 25. milliaribus Polonicis diſtat à Boryſtheoe fluvio in Septentrionem, teſte Vaſſorio, & à paucis annis ſubeſt dominio Magniducis Moſcoviæ.

ACIAPONDA, *Aciaponda*, oppidum Indiæ extra Gangem, in ora ſinus Bengalæ & regni Peguani cum portu; 80. mil. paſſ. ad Aracamo in meridiem diſtans.

ACIBI, populi Sarmatiæ Europææ, verſus fontes Boryſthenis Septentrionalis, horum meminit Plinius, erantque forſan ubi nunc Bielskia Provincia Moſcoviæ, ut exiſtimant recentiores.

ACILA, urbs Arabiæ felicis, Straboni & Plinio cum promontorio cognomine contra Ditam urbem & promontorium Æthiopiæ, ſinu Arabico intercedente, quæ Ocila Plinio alibi, & Ocelis Ptolemæo, emporium eſt Arabiæ ad ſinum Arabicum, *Ziden* nunc, teſte Nigro, inter Heropolim ad intimum ſinus receſſum 160. & fauces ejuſdem ſinus 195. leucis Hiſpanicis, à Mecha (ut nunc vocant) 140. Sed teſte Rhamuſio, *il Capo Celi* potiùs dicitur, promontorium ad ſinus Arabici fauces, olim emporium Arabiæ, ex quo teſte Plinio in Indiam navigabatur. Vide Ocelis.

ACILIA AUGUSTA, oppidum olim Vindeliciæ, nunc *Azelburg*, pagus Bavariæ in Germania prope Straubingam urbem, à Ratiſbona urbe 6. leucis in ortum, ut conſtat ex veteri inſcriptione.

ACINCUM. Vide Aquincum.

Acinippo, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, Plinio, in conventu Gaditano, nunc exciſum jacens, teſte Roderico Caro, ubi ruinæ *Ronda la vieja* dictæ intra montes in regno Granatenſi, prope Arundam, ut exiſtimat ille.

Aciris, fluvius Italiæ in Lucania, Straboni & Plinio, qui & Agrius, Acidios in Itinerario Antonini trans Apenninum montem *Agri*, oritur ſupra Marſicum novum, in ipſo limite Citerioris Principatus, deinde Marſicum vetus rigans, & per Baſilicatam provinciam fluens ab occaſu in ortum, prope Turſum labitur, & in ſinum Tarentinum ſe exonerat prope Heracleam ſeu Sirim oppidum, 12. milliaribus à Metaponto urbe exciſa in auſtrum. Dicitur etiam Agrius a quibuſdam.

Aciris, oppidum olim Brutiorum, nunc *Acri* caſtrum Calabriæ citerioris in regno Neapolitano, ſedet in monte 5. milliaribus diſtans à Beſidiano in ortum, & 11. à Roſciano in occaſum hybernum.

Aciris, oppidum aliàs Lucaniæ, nunc *Torre d'Agri*, caſtrum Baſilicatæ provinciæ in ora ſinus Tarentini, ad oſtia Aciris fluvii, dicitur etiam *Torre d'Acre* à quibuſdam. Vide Agrius.

Acis, *Jaci*, Siciliæ oppidulum in valle Demonæ, & in ora maris Ionii, prope promontorium *delli Molini* dictum, & ad oſtia Acis fluvii. Dicitur etiam *Giaci*, eſtque prope inſulam Cyclopum, Caſtrum habens in ſcopulo undique prærupto, 10. milliaribus à Catana in Septentrionem.

Acis, *il Fredo*, nunc ob ejus frigiditatem dictus, teſte Fazello, fluvius parvus Siciliæ in Valle ſeu provincia Nemotenſi, ex Ætna monte in mare Ionium influit, medio itinere inter Taurominium ad Septentrionem & Catanam ad meridiem, prope ſinum parvum S. Teclæ, 6. milliaribus ab Aceſmes fluvii oſtiis, caſtrum habens Acim dictum.

Acis, inſula parva admodum maris Ægæi & una Cycladum, teſte Plinio.

Acithius, fluvius Siciliæ inſulæ, Ptolemæo, qui Atys Plinio, eum Fazellus interpretatur *Birgi* prope Lylibæum promontorium, ſed Cluverio eſt *Carabis* amnis in parte meridionali inſulæ, & in valle Mazaræ, qui prope Siaccam, & promontorium trium fontium in mare Africum ſe exonerat.

Acitodunum, oppidulum Galliæ Aquitanicæ, quod quibuſdam eſt *Feletin*, aliis *Ahun* in Marchiæ Comitatu, teſte Catello.

Acius, locus Siciliæ inſulæ, ex Antonino, nunc *Jaicis*, teſte Joſia Simlero, in provincia & Valle Demonæ & in ora maris Siculi verſus Catanam urbem in ora orientali inſulæ, forſan idem cum ſuperiori.

Aclas, ſuburbium Carthaginis in Africa, teſte Procopio.

Aclea, *Acle*, vicus Angliæ Borealis, in agro Dunelmenſi ad fluviolum *Skern*, & 9. milliaribus Anglicis à Dunelmo diſtans, ubi olim celebratum fuit Concilium Anglicum ſub Hadriano primo Papa.

Acmonia, urbs Aſiæ minoris in Phrygia Pacatiana, Epiſcopalis ſub Epiſcopo Laodiceno, Eumeniæ finitima, inter ipſam ad ortum hybernum & Cotyæum in occaſum, eratque in Azanitide regiuncula, nunc diruta jacet, dicta fuit etiam Agmonia, ut quibuſdam placet, ejus fit mentio in libris Conciliorum.

Acmonia, urbs Daciæ, Ptolemæo, quæ teſte Nigro *Severino* eſſe videtur, urbs ad Iſtrum fluvium prope rudera pontis Trajani, à Severo Imperatore condita, & Severinum dicta, à Temeſvaria 12. milliaribus Germanicis diſtans in ortum hybernum.

Acolis, oppidulum fuit inſulæ Tenedos, in mari Ægæo, à parte Aſiæ, & in ejus ora ad ortum.

Acoma, *Acoma*, oppidum Americæ Septentrionalis in novo regno Mexicano, in monte excelſo, & in mediterraneis, cum arce munita ſub dominio Hiſpanorum. Dicitur aliter fanum S. Stephani de Acoma *Sant Eſtevan de Acoma* vulgo, eſtque caput provinciæ Acomæ de qua nihil aliud occurrit notandum.

Acon, quæ & Ptolemais, urbs Palæſtinæ in ora maris Mediterranei, cum portu capaci, nunc *Acca* Turcis, *Acre* Gallis, *Acri* Italis, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Tyrenſi, antea probe culta & celebris fortitudine Equitum S. Joannis Hieroſolymitani qui illam per tot annos fortiter propugnarunt contra Saracenos, unde etiam dicitur ſæpe *S. Jean d'Acre* à nautis, & in ea obiit Fulco Andegavenſis Rex Hieroſolymitanus anno 1142. Vide Ptolemais.

Acona, *Acken*, oppidulum Germaniæ in Saxonia inferiori, & in Ducatu Magdeburgenſi, cum arce. 2. milliaribus Germanicis diſtans à Deſſavia.

Acone, & Aconæ, portus & oppidum Bithyniæ in ora maris Euxini, teſte Stephano, ad Heracleam Ponticam, cujus eſt navale, *Naxio* nunc Moletio & aliis ab Acone fluvio cujus meminit Valerius Flaccus. Sunt qui Aconem *Lagula* nunc dici ſcribant, ab Heraclea 20. mil. paſſ. in ortum diſtans.

Acontisma, locus Macedoniæ ex Itinerario Antonini in Thraciæ confinio, inter Neapolim & Topirim, à Philippis 21. mil paſſ. Topirim verſus 18. occurrens.

Açores insulæ, *les Iſles Açores*, in Oceano occidentali. Vide Azores, & Accipitrum inſulæ.

Acra, oppidum Siciliæ inſulæ in finibus Syracuſanorum, Livio, quod Acræ Ptolemæo, nunc quibuſdam eſt *S. Maria d'Arcia* in valle ſive provincia Netina, aliis verò eſt *Acremonte* caſtrum exciſum in illo tractu, prope fontes Anapi fluvii, inter Ceretanam & Buſſemam oppida.

Acragas, fluvius Siciliæ in ejus ora meridionali, & ad Agrigentum, Polybio: dicitur melius ab aliis Agragas. Vide ibi.

Acra Japygia, ſeu Japygium & Salentinum caput, promontorium Salentinorum ſeu Japygiæ & Meſſapiæ in magna Græcia, Plinio, hodie *il Capo S. Maria* ſeu *il Capo S. Maria di Leuca* in regno Neapolitano, & in provincia Terræ Hydruntinæ, in Auſtrum maximè excurrens, in ora maris Ionii contra Acroceraunios Epiri montes, à quibus diſtat 75. mill. paſſ. in occaſum, uti 60. ab ora proximiori Epiri, à Gallipoli 24. milliaribus in ortum hybernum, & 20. ab Hydrunto in meridiem, uti 9. ab Alexano, ibi aliàs oppidum præclarum, nunc *il Porto di S. Maria di Leuca* dictum, in ruinis ferè jacens. Vide Japygium promontorium.

Acraphnion, urbs Boetiæ mediterranea, ab Athamante condita, teſte Stephano.

Acrasa, Lydiæ oppidum, quod Nacraſa vitiosè Ptolemæo, teſte Luca Hoſtenio.

Acrath, oppidum Mauritaniæ Tingitanæ, Ptolemæo, interpretatur nunc *Bedez*, *Velez* ſeu *Beliz* quibuſdam, oppidum munitum regni Fezzæ in provincia Errifis cum arce & portu commodo, in ora littorali maris Mediterranei, vix diſtans uno milliari ab arce *Peñon de Velez* dicta, quæ ſubeſt dominio Hiſpanorum, ſed 36. circiter leucis diſtat à Malaca urbe Hiſpaniæ in meridiem mari Mediterraneo interfuſo.

Acria, oppidum maritimum Peloponneſi, Straboni, & Ptolemæo, in Laconia provincia, & in ora ſinus Laconici prope oſtia Eurotæ fluvii, nunc *Ormoas*, teſte Moletio, quanquam ferè in ruinis jacens in Tzaconia regione, ſub dominio Turcarum, medium fere inter Aſopum ad ortum & Githium ad occaſum 15. mill. utrinque diſſitum.

Acrida, urbs Macedoniæ, Cedreno, quæ ab aliis Acris & antea Lychnidus dicta. Vide ibi.

Acris, montes Siciliæ inſulæ, melius dicuntur ab

aliis Ærzi montes ſeu Hærei & Herei, ſuntque prope Ennam oppidum. Vide Hærei.

Acrisione, urbs fuit Peloponneſi, Straboni ad Argos, unde Acriſionæus nomen gentis.

Acritas, promontorium Bithyniæ in Aſia minori, ad Boſphorum Thracium, Straboni, quod & Acra Melæna, hoc eſt, promontorium nigrum appellatur apud Orpheum, nunc *il Capo Acria*, haud procul à Chalcedone urbe, teſte Petro Gyllio.

Acritas, promontorium Meſſeniæ in Peloponneſo, Ptolemæo, nunc *il Capo di Gallo* dictus, teſte Sophiano, inter Methonem ad occaſum & Coronem ad ortum proximas urbes, unde ſinus Coronæus incipit.

Acroathon, ſive Acrothon, ut à Plinio & Mela dicitur, Acrothoon Herodoto, & Athos Acron Ptolemæo, jugum Athi montis in Macedonia, hodie dicitur ἅγιον ὄρος à Græcis, & *la Cima di Monte Santo* Italis, in ea provincia Macedoniæ quæ *Jamboli* dicitur, ubi nunc cœnobium ingens & celebre Græcorum, quod aliis cœnobiis & oppidis ejuſdem montis præeſt, ubi litteris opera navatur ſedulò, cum inde Epiſcopi Græci pro majori parte delegantur. Vide Athos.

Acroceraunia, *la Chimera*, urbs olim Epiri, nunc Albaniæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Dyrrachino intra Acroceraunios montes, unde regioni nomen recens inditum eſt, ſedet prope ſinum cognominem. teſte Brietio.

Acroceraunia juga, ſeu Acroceraunii montes, Epiri montes, Plinio, Ceraunii Melæ, nunc *i Monti della Chimera* incolis, teſte Alphonſo Adriano cum aliis, *les Monts de la Chimere* à Gallis, ſeu etiam montes Diaboli, teſte Philippo Brietio, montes altiſſimi Albaniæ regionis ab ortu in occaſum valde extenſi, verſus Aulonem urbem Macedoniæ, eorum pars eſt Acroceraunium promontorium, diſtans 75. mill. paſſ. a Japygio promontorio in ortum, quot a Corcyra inſula in Arctos, eorum incolæ *li Chimarioti* vulgo dicuntur.

Acroceraunii, montes Aſiæ Armeniam ab Iberia ſeparantes, ſic dicuntur quod à fulminibus ob eorum celſitudinem feriantur.

Acroceraunium, promontorium Epiri, pars Acrocerauniorum montium mari Ionio imminens, hodie *il Capo della Lengueta* dicitur, quanquam à quibuſdam vocetur, *il Capo della Chimera*, eſtque nunc in Albaniæ regione, prope Aulonem urbem, Japygio promontorio magnæ Græciæ adverſum, inde 75. mill. paſſ. in ortum recedens, un etiam 60. ab Hydrunto, de Acrocerauniis Ovidius.

Acrocorinthos, arx & mons Corintho urbi imminens, Straboni, & Plinio, non ſecus ac Ithome Meſſenæ imminebat, teſte Plutarcho.

Acronius, lacus Germaniæ inter Helvetiam & Vindeliciam, Melæ, vulgò creditur is qui Brigantinus Plinio, Conſtantienſis & Podamicus, poſterioribus, vulgo *Coſtantzer-zee* & *Bregentzer-zee* indigenis, per 40. mill. paſſ. extenſus quanquam Cluverius exiſtimat Acronium lacum nunc Cellenſem dici *Celler-zee* ſive lacum inferiorem *Unterzee*, idque pluribus probare nititur.

Acropolis, ſeu Antipyrgus, oppidum Marmaricæ Dioni & Stephano, nunc *Luco* vicus inter Bathracum portum ad occaſum & Scytranium portum ad ortum, à Creta 500. mil. paſſ. diſtans in auſtrum.

Acropolis, urbs alias Epiſcopalis Italiæ in Lucania, nunc *Agropoli*, oppidum in promontorio ſitum, in ora maris Tirrheni, & in Principatu citeriori provincia regni Neapolitani.

Acroventum, pagus Italiæ in Longobardia, Jornande teſte, qui nunc *Governolo* dicitur in Ducatu Mantuano ad Mincium fluvium, qui duobus abhinc milliaribus in Padum ſe exonerat inter Mantuam & Mirandulam.

Aksa, *Aksa* &, *Akza*, fluvius Aſiæ, in Georgia regione in mare Caſpium ſe exonerans prope urbem *Zitrach*.

Acsteda, *Ackſteede*, oppidulum Germaniæ in Ducatu Bremenſi ad fluvium *Lun*, in Saxonia inferiori. Diſtat a Brema 6. milliaribus Germanicis in Septentrionem, & paulo minùs a Stada in occaſum.

Actæ, regio Helladis, Straboni. Vide Attica. Hinc Actæus nomen gentis.

Actania, inſula Plinio, *Heilighlandt* nunc dicta ſeu Terra Sancta, inſula eſt parva Daniæ in mari Germanico ſub dominio Ducis Holſatiæ, 6. milliaribus Germanicis diſtans ab ora littorali Dithmarſiæ, cujus pars eſt in occaſum & paulo plùs ab ora Friſiæ orientalis in Boream, alias circuitus fuit 4. milliarium, ſed anno 800. ejus major pars à mari abſorpta fuit, un etiam poſtea anno 1300. circiter ſicque nunc parva eſt admodùm, unam tantùm habens parrochiam, dicta fuit etiam inſula S. Urſulæ Vide Helgelandia.

Actianus, ſive Accianus fundus, locus Umbriæ circa Piſaurum urbem, teſte Euſebio Cæſarienſi, qui nunc *Farnazzano* nominatur in ditione Eccleſiæ.

Actium, urbs & promontorium Epiri Straboni, & Livio, ad os ſinus Ambracii, contra Nicopolim urbem proximam vix milliario diſtantem, nunc *Capo Figalo* a Buthròto & Corcyra 50. mil. paſſ. in meridiem Leucadem verſùs 30. Ibi Auguſtus Marcum Antonium vicit, Hinc Actiacus nomen gentis.

Acula, ſeu Aquila, *Acquapendente*, urbs Hetruriæ in ditione Eccleſiæ, & in provincia Patrimonii, loco ſublimi prope Peliam flumen, aquis abundans, Epiſcopali Sede decorata fuit anno 1650. ab Innocentio X. Pontifice maximo, loco Caſtri urbis dirutæ, 40. mill. paſſ. diſtat à Senis, & 5. à limite territorii Senenſis Romam verſus, & Volſinios, à quo 8. mill. paſſ. diſſita eſt, mediaque ferè inter Oropitum ad ortum & Suanam ad occaſum, 12. mill. paſſ. cujus populi Aquenſes nominantur a Plinio, ſunt qui aquas Taurinas eſſe velint.

Acumincum, oppidum Pannoniæ in Savia regione, teſte Ptolemæo, nunc quibuſdam eſt *Zalonkemen* oppidulum Hungariæ inferioris, ad Danubium fluvium, ſupra Taurunum, aliis autem & forſan meliùs eſt *Kamenec* caſtrum ejuſdem regionis in Sclavonia paulò ſupra Petro Varadinum. etiam ad Danubium, & 26. mill. paſſ. à Taurino in occaſum, teſte Antonio Verancio Sibenzano Archiepiſcopo Strigonienſi.

Acumulum, *Acumoli*, oppidulum Aprutii ulterius in regno Neapolitano, ad fluvium Truentum, 12. mill. paſſ. diſtans à Nurſia urbe in ortum, & paulo plùs ab Aſculo in occaſum æſtivum, in limite ditionis Pontificiæ & ad radices montis Apennini.

Acunum, oppidum tenue Galliæ Narbonenſis, quod nunc *Ancone* dicitur à quibuſdam, eſtque in Delphinatus provincia Galliæ, ad ripam Danubii fluvii, prope montem Æmarorum.

Acur, urbs Aſiæ in India intra Gangem, teſte Ptolemæo.

Acos, *la Agulha* Luſitanis, *l'Aiguille* Gallis, inſula maris Æthiopici ſeu Barbarici. Dicitur etiam *l'Iſle de Gale*; diſtatque 900. mill. paſſibus ab ora Zanguebariæ in ortum, uti 300. a parte ſeptentrionali Madagaſcariæ inſulæ.

Acusio Colonia, urbs fuit Vocontiorum in Gallia Narbonenſi, cujus ſitus cum Vaſionis hodierno ſitu optimè convenit, ſi cum Avenione, Cabellione, & Arauſione conferatur, ex Ptolemæo, ut credit Sanſon in ſuis diſquiſitionibus Geographicis, Holſte-

Digitized by Google

nio autem eſt *Ancone*, oppidum Delphinatus medio loco inter Arauſionem & Valentiam ad ripam Rhodani fluvii, prope montem Æmarorum.

ACUTUM CAPUT, *le Cap Pointu*, promontorium Americæ ſeptentrionalis in Nova Francia, & in parte occidentali inſulæ Terræ novæ. Vide promontoriũ Acutum.

ACUTUS, *l'Agout*, fluvius Galliæ in Occitania. Caſtrum rigat & Vaurum urbes, & poſtea in Tarnum ſe exonerat, teſte Papirio Maſſone. Dicitur melius Agotus in actis medii ævi.

ACUUM PROMONTORIUM, Gallis *le Cap des Aiguilles*, Luſitanis *il Capo des Agulhas*, caput extremum & præcipuum promontorii Bonæ Spei in Africa meridionali, & in Cafreria regione.

ACYS, fluvius Siciliæ. Vide Acis.

AEZUDIA, *Aczud*, oppidum Valachiæ, infrà Bacroviam, ad fluvium *Miſſevo* dictum.

AD ANSAM, oppidum Britanniæ magnæ, Antonino, inter Combretonium & Camalodunum urbes, quod nunc Camdenus interpretatur *Ithanceſter* vicum Angliæ in Eſſexia comitatu.

AD AQUAS, oppidum Mœſiæ, ad Iſtrum fluvium, teſte Procopio.

AD AQUAS GRADATAS, locus Italiæ in Foro Julio, cujus mentio extat in actis martyrii S. Chryſogoni, nunc eſt vicus *S. Cantiano* dictus, tribus mill. paſſ. diſtans ab Aquileia, in ora littorali prope Sontii fluvii oſtia, ſub dominio Venetæ Reipublicæ.

AD AQUILAS, *l'Aigle*, oppidum amplum Galliæ in Normannia provincia, ad Rillam fluvium, ſedet inter Diocas 12. Faleſiam 15. Sagium 9. leucis, Vide Aquila.

AD AQUILAS, vicus aliàs Galliæ Belgicæ, nunc ditionis Trevirenſis *Eygell* dictus à Germanis, ſeu Aquila, *l'Aigle* Gallis, ubi ex adverſo Saravus fluvius in Moſellam cadit, olim in ſuburbiis urbis Trevirenſis, nunc autem duobus ab ipſa mille paſſibus, ubi Secundinorum Mauſoleum perantiquum, quod falsò S. Helenæ & Conſtantio tribuitur, eſtque in area quadrata juxta publicam viam ſtructuræ fermè pyramidalis, & altitudinis 70. pedum, de ea pluribus Brouverus in antiquitatibus Trevirenſibus.

AD CABALLOS, oppidum Æmiliæ, Antonino, nunc *Bagnacavallo*, oppidum ſtatus Eccleſiæ in Ducatu Ferrarienſi, dicitur aliter Tiberiacum. Vide ibi.

AD CASAS CÆSARIANAS, Antonino, nunc *S. Caſſiano*, pagus Hetruriæ in agro Florentino, a Florentiâ 8. mil. paſſ. Senas versùs diſtans.

AD CENTURIONES, ſeu ad Centenatium, locus Galliæ Narbonenſis, Quem nunc interpretantur *Cervera*, vicum Cataloniæ, in ipſo limite Comitatûs Ruſcinonenſis, & in ora littorali ſinûs Leonis, inter Caucoliberim ad ſeptentrionem & Rodas ad meridiem.

AD COLUMELLAS, locus Æmiliæ prope Ravennam, inde 5. mil. paſſ. ubi Majorianus Auguſtus creatus eſt, teſte Hieronymo Rubeo.

AD DECIMUM, oppidum Galliæ Belgicæ, quod aliter Decem pagi, nunc vulgò *Dieuze* in Ducatu Lotharingiæ, ad Lindrenſem lacum, ubi ex eo effluit Selna fluvius, urbs eſt parva, 2. leucis a Marſalio diſtans in ortum uti 7. à Nanceio, & 10. Metis in ortum hybernum. Vide Decem pagi.

AD DECIMUM, *il Borghetto*, caſtrum Italiæ, 10. mil. paſſ. ab urbe in provincia Patrimonii, versùs Narniam & Spoletum.

AD DUAS TUMBAS, montes Galliæ, ſeu veriùs ſcopuli maris Britannici, in ora Normanniæ inferioris, & Abrincenſis agri, qui propter eminentiam Tumbæ dicuntur, & quotidiè inſulæ efficiuntur & continens, accedente & recedente æſtu maris, ex his minor etiamnum dicitur *Tombelaine*, cum caſtro cognomine, major verò vocatur Mons S. Michaelis, *le Mont S. Michel*, à cœnobio ibi extructo. Vide Mons S. Michaelis.

AD DUODECIMUM, locus Galliæ Belgicæ, qui nunc caſtrum *Delme* in Ducatu Lotharingiæ & in ipſo limite tractûs Metenſis, inter Divodurum & Marſalium, 3. leucis a Nomenio in ortum.

AD DUODECIMUM, locus Germaniæ inferioris, qui nunc *Rhenen* oppidum Belgii uniti ad Rhenum fluvium in provincia ſeu dominio Ultrajectenſi, inter Vageningam ad ortum & Batavodurum ad occaſum, 3. leucis ab Arenaeo diſtans.

AD FINES, oppidulum Saviæ regionis in Liburniæ & Pannoniæ confinio, *Samangar* nunc, inter Quadrata 14. & Sciſciam, 12. mil. paſſ. occurrens ad Savum fluvium.

AD FINES, ſeu Fines, *Vegliana*, oppidum Italiæ, in Pedemontio, inter Auguſtam Taurinorum & Seguſionem medio itinere 10. milliaribus utrinque diſtans, cum caſtro in colle prope Duriam fluvium. Vide Fines.

AD FINES, *Tuin* ſeu *Thuin*, oppidum Belgii ad Sabim fluvium, in Hannonia inferium, Leodienſis tamen ditionis, 4. leucis diſtat a Montibus in ortum hybernum, totidem a Carolo-Regio in occaſum hybernum, uti 8. à Namurco & 3. à Vallocuria, dicitur Thudium à recentioribus. Vide ibi.

AD FINES, *Pfin*, oppidulum Helvetiæ in Turgea tractu, in dextro Turii fluvii latere, ſic dictum fuit, quoniam cum Cæcina Vitellii Imperatoris dux Helvetios auxilia Rhætis ferentibus prælio viciſſet, ipſi Rhæti terminos ſuos huc uſque produxerunt; quorum territorium hîc finitur, fuitque oppidulum Romanorum tempore ultimum in hoc termino, percelebre & uno milliari Helvetico diſtat à Conſtantia Tigurum versùs.

AD GRADUS RHODANI, oſtia Rhodani fluvii, qui vulgò *les Gras* ou *bouches du Rhone*, ubi is in mare Mediterraneum ſe exonerat, inter Provinciam, cujus partes ſunt, & Occitaniam, ſeptem ſunt numero, nempe *le Gras neuf*, & *le Gras d'Orgon*, quibus occidentale brachium Rhodani in mare labitur, & *le Gras du midy*, *le Gras de Paulet*, *le Gras d'Enfer*, *le Grand Gras*, & *le Gras de Paſſon*, quibus orientale brachium in mare Mediterraneum cadit.

AD HERCULEM, portus Hetruriæ, Antonino, qui *Livorno*, urbs videtur Ortelio.

AD JOVEM, locus Galliæ Aquitanicæ, qui nunc teſte Sanſone, *la Sauvetat* dicitur, inter Toloſam & inſulam Jordanis in Virdunenſi tractu.

AD LAPIDEM, locus Britanniæ magnæ in tractu Vitarum Bedæ, nunc *Stoneham*, teſte Camdeno, locus forſan versùs Vectim inſulam.

AD MARTIS FANUM, locus Galliæ Narbonenſis, ex itinerario Antonini, nunc eſt *Oux*, vicus Delphinatus versùs Alpes, & inter Seguſium & Brigantionem, teſte Nicolao Choriero, 13. milliaribus diſtans à Brigantione in ortum æſtivum.

AD MARTIS FANUM, locus Italiæ, inter Carſulum & Tuder in Umbria, cujus incolæ Faneſtenſes, teſte Hygeno de limitibus.

AD MATREM MAGNAM, oppidum Hirpinorum, teſte Antonino, *Monte Vergine*, nunc cœnobium præclarum regni Neapolitani in provincia Principatûs ulterioris in monte excelſo ſitum, ab aliis Mons Virginis dictus, ubi caput ordinis cognominis, 4. mill. diſtat ab Abellino.

AD MAUROS, locus Norici, ex libro Notitiarum, nunc *Maurkirchen*, pagus Germaniæ in Auſtria, teſte Lazio.

AD MEDIAS, locus Inſubriæ, teſte Guichenone, qui nunc *la Grangia* dicitur ſupra confluentes Seſſites fluvii in Padum, eſtque vicus ducatûs Montisferra-

ti, vix 2. milliaribus à Caſale in ortum æſtivum, in ipſo limite dominii Vercellenſis, & à Ticinenſi tractu ſeparatur tantùm Seſſite fluvio, dicitur etiam Carbantia. Vide ibi.

Ad muros, pagus Pannoniæ, Antonino, in inſula Cituorum, *Sumercin*, in Hungaria, teſte Lazio, a Poſonio urbe, 2. milliaribus Germanicis & muro cinctus.

Ad murum, villa Britanniæ magnæ, Bedæ, ad Vallum, nunc *Vvaltoun*, pagus Angliæ ſeptentrionalis in Northumbria provincia, ad murum Picticum, teſte Camdeno, versùs Scotiæ confinia.

Ad nonum Venetiæ, *Meſtre*, oppidum ditionis Reipublicæ Venetæ, & in ipſo ducatu Veneto, in limite agri Tarviſini, ſedet ad Muſonem fluvium, & vix 7. milliaribus diſtat a Venetiis Tarviſium versùs decem, teſte Magino.

Ad palatium, pagus Venetiæ, Antonino, nunc *Palazzo*, vicus comitatûs Tirolis ad Atheſim fluvium & in agro Tridentino, teſte Ferrario, 4. mill. paſſ. diſtans a Tridento in meridiem Veronam versùs.

Ad perticas, locus Italiæ prope Ticinum in Inſubria, nunc *S. Maria delle Pertiche*, vicus Italiæ in ducatu Mediolanenſi, & in agro Ticinenſi prope Papiam.

Ad Pontem, oppidum Britanniæ magnæ, Antonino, nunc *Paunton*, locus Angliæ in Lincolnenſi provincia Camdeno, qui Pons Ælius in libro Notitiæ, medius inter Lindum urbem & Veromerum oppidum, 19. mil. paſſ. Londinum versùs.

Ad Publicanos, locus Galliæ Narbonenſis, Antonino, qui nunc oppidulum *Conflent* dictum, in ducatu Sabaudiæ, & in Sabaudia propria, in colle ad Iſaram fluvium, 4. leucis infrà Monaſterium Tarantaſiæ in occaſum æſtivum,& 6. à Camberiaco in ortum.

Ad Pyreneum, locus Galliæ Narbonenſis, in limite Hiſpaniæ Tarraconenſis, ubi tranſitus, *le Col de Pertus* dictus in comitatu Ruſcinonenſi, & in ipſo confinio Cataloniæ ſupra Juncariam oppidulum, & juxtà Belloguardiam arcem, 5. leucis à Perpiniano in meridiem.

Ad pyrum, urbs Germaniæ ſuperioris, Antonino, quam quidam interpretantur Spiram urbem Germaniæ, forſan ex nominis alluſione.

Ad Rubras, Hiſpaniæ Bæticæ locus, circa Anæ fluminis oſtium, teſte Antonino, *Cabecas Rubias* nunc dici putat Rodericus Carus in antiquitatibus Hiſpalenſibus, eſtque in Vandalitia & in Campo Andevalenſi in confinio Extremaduræ.

Ad septem aras, oppidum Luſitaniæ, Antonino, nunc *Azumar*, teſte Jacobo Vaſconcello in regno Portugallico, à Medobriga, 14. mil. paſſ. Emeritam versùs.

Ad septem fratres, urbs Mauritaniæ Tingitanæ, Antonino, ſic dicta ab æqualitate ſeptem montium, in Africa ad fretum Herculeum, nunc *Ceuta*. Vide Septa.

Ad Silanum, locus Aquitaniæ, qui nunc eſt vicus *Albrac* dictus in Ruthenenſi provincia, in limite Alverniæ ſuperioris, & 8. leucis a Floriopoli in meridiem, ut exiſtimant recentiores.

Ad sorores, pagus Hiſpaniæ Luſitanicæ, Antonino, ad Emeritam urbem, nunc *Val de Fuentes*, teſte Jacobo Delgato in Extremadura provincia.

Ad statuas Colossas, urbs Pannoniæ ex libro Notitiæ, Colocia poſteriotibus, *Colocz* Incolis, *Colocia* Italis, urbs Hungariæ inferioris ad ulteriorem Danubii ripam infra Uriam inſulam, Archiepiſcopali dignitate inſignitur, ſed ſubeſt dominio Turcarum à centum quinquaginta ferè annis, Altinio proxima eſt & a Buda diſtat 14. milliaribus Germanicis in ortum hybernum. Vide Colocia.

Ad tricesimum. Carnorum oppidum in Italia, Antonino, nunc *Triceſimo*, vicus Foro julienſis provinciæ ad Turrim fluvium, 7. mill. paſſ. ab Utino in ſeptentrionem Julium Carnicum versùs, teſte Lazio.

Ad turres, oppidum fuit Brutiorum, Antonino, quod nunc *S. Biagio* caſtrum regni Neapolitani in Calabria ulteriori, 4. mill. paſſ. à Neocaſtro diſtans in occaſum versùs Fanum S. Euſemiæ, & ſinum Hipponiatem totidem, & 6. à Martorano in meridiem, teſte Gabriele Barrio.

Ad ursum pileatum, locus urbis Romæ, cujus fit mentio in Martyrologio Romano, ubi nunc ædes ſanctæ Balbinæ.

Adachsunia, mons Africæ in regno Fezzæ & provincia *Chaus*, teſte Marmolio.

Adada, urbs Syriæ in Palmyrene regione, media ferè inter Palmyram ad occaſum & Euphratem fluvium ad occaſum, teſte Petro a Vico.

Adama, urbs fuit Palæſtinæ igne cœli conſumpta cum aliis tribus, in mari Mortuo.

Adamana, quæ eſt Odmana, urbs fuit Aſiæ in Cœleſyria, ad fontes Orontis fluvii, versùs confinia Palmyrenes, 30. mill. paſſ. à Damaſco in ortum æſtivom Palmyram versùs, & paulo minùs à Laodicea Cabioſa in meridiem, teſte Petro à Vico.

Adana, regio Arabiæ fœlicis circa ſinum Arabicum, teſte Caliſto, libro 1. hinc etiam Adana emporium Romanorum extra ſinum Arabicom ad occaſum, ex quo credunt plurimi eſſe *Aden* nobile emporium hujus temporis, & regni cognominis caput.

Adana, urbs eſt Aſiæ ad Euphratem fluvium, teſte Stephano.

Adana, urbs Aſiæ minoris in Cilicia, Archiepiſcopalis ſub Patriarcha Antiocheno, *Adena* nunc etiam dicta, ad Pyramum fluvium ſita, teſte Leonardo Abella, ubi pons lapideus inter Tarſum ad occaſum 27. & Mopſueſtiam ad ortum 18. mill. paſſ. diſtans, uti 20. ab Iſſo & 90. ab Antiochia magna.

Adaovi, *les Adaouvs*, populi Africæ in Guinea regione & in ora dentium.

Adara, *Adare*, oppidum Hiberniæ in Momonia provincia, & in comitatu Limericenſi in ejus parte Boreali, ad Mayum amnem, 12. mill. paſſ. diſtat à Limerico in meridiem, 33. à Caſſilia in occaſum, deficitque in dies.

Addua, fluvius Italiæ in Inſubria, illam à Cenomanis & Bechunis Venetiæ populis ſeparans, Plinio, Adua Polybio, Aduas Straboni, *l'Adda* vulgò, Gallis *l'Adde*, oritur in Rhætia regione ex Alpibus & monte Braulio, 15. mill. paſſ. à fontibus Oeni fluvii in ortum in comitatu Bormienſi, & in ipſo limite comitatûs Tirolis. Deinde per Vallem Tellinam fluens ad arcem Fontanam in Larium lacum labitur, unde emiſſus ducatum Mediolanenſem ſeparat à dominio Veneto ex aliqua parte, ſeu ab agro Bergomenſi, hinc rigatis aliquot oppidulis prope Laudem Pompeiam & Piceleonem currit, tandemqoe Pado fluvio miſcetur prope Macaſtornam, 6. milliaribus ſupra Cremonam in occaſum Placentiam versùs.

Addua Glarea, *la Ghiera d'Adda*, regiuncula Italiæ in ducatu Mediolanenſi, inter Adduam & Serium fluvios, celebris victoriâ Ludovici XII. Francorum Regis contra Venetos, anno 1509. prope vicum *Agnadello* in eo tractu, in ipſo limite ditionis Venetæ, ubi etiam minuta ejus pars ineſt.

Addyma, oppidum Mauritaniæ Cæſarienſis mediterraneum, teſte Ptolemæo, *Ted Velez*, ut aliquibus videtur.

Adea, *Adea*, regnum Africæ in Zanguebaria, & in Aiana regione, ubi olim Azania, extenditur juxta oram littoralem Oceani Æthiopici, olimque paruit dominio Regis Æthiopiæ, nunc autem ſubeſt proprio

Regi, eſtque inter Adelum regnum ad ſeptentrionem & Zinguebariam regionem propriam ad meridiem, ejus caput eſt Magadoxum urbs cum portu, quanquam regnum faciat ſeparatum.

ADEBA, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, ubi forſan *Ampoſta* oppidulum ad oſtia Iberi fluvii in Catalonia provincia, quibuſdam aliis eſt *Adebra* ſupra Dertoſam.

ADEBI, urbs Arabiæ fœlicis extra fauces ſinus Arabici, teſte Ptolemæo.

ADALA, *Adel*, urbs Africæ, regni cognominis caput, in parte Boreali Zanguebariæ, & in Aiana regione, ubi incipit ora Abexia, ad Adelum fluvium, vix 80. mil. paſſ. diſtans ab ora maris Erithræi in meridiem, uti 200. à faucibus ſinûs Arabici, ſeu à freto *Babelmandel* dicto.

ADELUM REGNUM, *Adel*, regnum Africæ in Aiana regione Zanguebariæ, ubi aliàs pars Azaniæ regionis, inter fauces maris Rubri & Oceanum Æthiopicum, versùs Aromata promontorium, ſubeſt dominio proprii regis cum urbe primaria, *Avea Gurrele* dicta, & perſæpe regnum *Zeila* vocatur à Luſitanis, teſte Lobo.

ADENDUM, oppidum Africæ in regno Fezzæ, & provincia Temeſna, versùs Ommirabihum fluvium, teſte Joanne Leone.

ADENUM, *Aden*, urbs Arabiæ permunita, ad radices montis, caput regni cognominis, cum portu capaci. Capta fuit anno 1538. à Turcis, qui à paucis annis inde ejecti fuêre ab incolis illarum partium, nunc ſubeſt Principi Mochæ. Alias Arabia dicta fuit. 200. mill. paſſ. diſtans à faucibus maris Rubri in ortum æſtivum, & totidem à Saba in ortum hybernum.

ADENUM REGNUM, *le Royaume d'Aden*, pars Arabiæ fœlicis in Aſia, in ejus parte Auſtraliori, inter fauces ſinûs Arabici, & Oceanum Arabicum, ubi aliàs Homeritæ populi, teſte Brietio.

ADERBIGIANA, *Aderbigian*, regio Aſiæ in Perſia, quæ olim Media dicta fuit, teſte Gollio. Vide Media

ADERBORNA, *Aberborn*, oppidulum Germaniæ in Pomerania citeriori ad Oderam fluvium paulò infrà Stetinum, ſub dominio Suecorum, nunc ferè in vicum redactum.

ADERBURGUM, *Aderburg*, oppidulum Germaniæ ad fluvium Oderam, in media Marchia Brandeburgenſi, 9. milliaribus Germanicis à Stetino urbe diſtans in meridiem Francofurtum ad Oderam versùs totidem.

ADERCON, urbs Iberiæ regionis, Armeniæ majori finitimæ, teſtibus Suida & Stephano.

ADHILE, *Adhil*, oppidum Aſiæ in ditione magni Mogoris & provincia Tatta, non procul ab oſtiis Indi fluvii.

ADIABENE, regio Aſſyriæ, cujus populi Adiabeni, Straboni, nunc *Botan* dicta, teſte Caſtaldo.

ADIACII SINUS, *il Golfo dell'Aiazzo*, ſinus Corſicæ inſulæ in ejus ora occidentali, ubi vergit ad auſtrum prope Adiacium urbem, pars eſt maris Liguſtici.

ADIACIUM, *l'Aiazzo*, urbs Corſicæ inſulæ, olim Urcinium dicta Ptolemæo, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Piſano, in ora occidentali ſeu parte exteriori, cum arce & portu capaci ad ſinum cognominem, lepida eſt & culta ſub dominio Reipublicæ Genuenſis, pro maxima parte à mari cincta, ad radices montis, & uno milliari diſſita à ruderibus antiquæ urbis Adiacii. Vide Urcinium.

ADICARA, oppidum Arabiæ, Ptolemæo, in ora interiori ſinûs Perſici. Aliis eſt Idicara. Vide ibi.

ADIMA, *Adima*, oppidum Moſcoviæ ad Mooxam fluvium Morduæ provincia, 70. milliaribus Germanicis diſtans à Moſcua urbe in ortum.

ADINA, caſtrum Mœſiæ ad Iſtrum, teſte Procopio.

ADINGTONA, *Adington*, caſtrum Angliæ in Surria provincia, 7. milliaribus Anglicis à Londino in meridiem diſtans, in ipſo limite Cantii.

ADLECTOCE, locus Galliæ Narbonenſis, Antonino, qui nunc creditur *Mornas* caſtrum Provinciæ, in comitatu Vindaſcino prope Rhodanum fluvium, in ipſo limite Delphinatûs una leuca infra fanum S. Spiritus.

ADLULLIA, ſive ad Lullia & Adullia, locus Galliæ Belgicæ, Antonino, qui nunc eſt *Douriers*, oppidulum Galliæ in provincia Arteſiæ ad Altiliam fluvium in ipſo limite Picardiæ, & vix 2. leucis diſtans ab Hedino in occaſum, teſte Cluverio.

ADMEDERA, urbs Africæ propriæ, Antonino teſte, nomen antiquum ſervans inter Tebeſtam & Lares, ſed in vicum redacta. Ejus Epiſcopus Eugenius fuit in concilio S. Cypriani.

ADMIRALIS INSULA, *het Admiraliteits eyland* Belgis, *l'Iſle de l'Admiral* Gallis, inſula eſt parva in ora littorali Novæ Zemblæ versûs ſeptentrionem Moſcoviæ, ſic dicta à Batavis, qui illam invenerunt.

ADMIRALIS INSULÆ, *as Ilhas do Amirante*, inſulæ ſunt Africæ in mari Æthiopico detectæ à Luſitanis, & ab his ſic dictæ ultimo ſeculo, 180. leucis Hiſpanicis diſtans à Moobacia urbe & ab ora Zanguebariæ regionis in ortum, & 90. à parte Boreali Madagaſcariæ inſulæ in ſeptentrionem.

ADONIS, fluvius Phœniciæ, Ptolemæo, ex Libano monte in mare Syrium inter Byblum & Berytum urbes delabens, à Beryto 6. mill. paſſ. mari exceptus, Patriarchatum Antiochenum ab Hieroſolymitano ſeparans, nunc *Habar aſcalb*, id eſt fluvius Canis, teſte Magro.

ADORFIUM, *Audorf*, oppidulum Germaniæ in Miſniæ Marchionatu, & in tractu Voigtia, ſeu Terra Advocatorum dicto, ſub dominio Electoris Saxoniæ, ſedet ad radices montium ad Elſterum fluvium, vix 2. milliaribus Germanicis diſtans à Curia in ortum & totidem à confinio Bohemiæ.

ADORIANUM, *Adorian*, oppidulum Tranſſylvaniæ regionis ad Berethonium amnem, in ipſo limite Hungariæ ſuperioris prope *Zekelheyd* arcem, & 28. mill. paſſ. a Zatmaria in occaſum.

ADRA, oppidum Liburniæ mediterraneum, Ptolemæo, quòd *Oduca* Moletio, & *Zerunaz* Villanovano potiùs dicitur, Aranzonæ proximum.

ADRA, urbs Arabiæ Petreæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Boſtrenſi, item alia urbs Adra fuit in Cœleſyria.

ADRA, oppidum Illyrici, nunc *Caſtello dictum*.

ADRABÆ CAMPI, Straboni, tractus Germaniæ in Auſtria inferiori, inter Danubium fluvium ad meridiem & Moraviam ad Boream, prope Moravum fluvium, & *Marckfeld* locum 2. milliaribus Germanicis ab Hamburgo in ſeptentrionem.

ADRAMYTTENUS SINUS, ſeu Adramytticus, pars maris Ægæi in ora Troadis & Myſiæ majoris in Aſia minori, hodie *le Golfe d'Andramiti*, prope Adramyttium urbem, à qua dictus fuit. Extenditur ad 30. milliaria ab ortu in occaſum, nempe ad Gargarum promontorium, aliquando etiam latiùs ſumitur pro illo ſinu inter oram Aſiæ minoris ad ortum & Leſbum inſulam ad occaſum interjacente, tuncque dicitur etiam Idæus ſinus, teſte Sanſone.

ADRAMYTTUM, urbs Troadis in Aſia minori, Tacito, Adramytteos, Plinio, nunc *Andramiti* Europæis *Endromit* Turcis, teſte Leunclavio, ad montis Idæ radices cum portu in ora ſinûs Adramytteni, dicitur etiam *S. Dimitri* à quibuſdam, eſtque Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Epheſino inter Antandrum ad occaſum 18. & Elæam Æolidis, urbem ad auſtrum 30. & 50. à Leſbo inſula in ortum.

ADRANA, fluvius Germaniæ, Polybio, nunc *Eder* dictus, Cluverio, oritur in Haſſia ſuperiori, deinde per

comitatum Valdecenſem fluens, Valdecum rigat, uti poſtea Friſlariam urbem ditionis Moguntinæ, tandemque in Haſſia inferiori Fuldæ fluvio miſcetur, 2. milliaribus Germanicis ſupra Caſſelam. Dicitur etiam, Adranos à Tacito.

ADRANE, urbs Thraciæ, non longe à Berenice, teſte Stephano, circa Pannoniam ſuperiorem, inter Murſam & Siſciam, Lucæ Holſtenio.

ADRANE, urbs Myſiæ inferioris ad Rhodium fluvium in Aſia minori, Epiſcopalis fuit, quæ & Adrani ad Pruſam urbem, nuncque *Endrenos* dicitur a Turcis, teſte Leunclavio.

ADRANS, & Adrantis, oppidum Pannoniæ ſuperioris Antonino, Adranis Zoſimo, *Dragemel*, ut Wolfgango Lazio videtur, nunc in Carniola provincia ad Savum fluvium medium inter Æmoniam ad occaſum & Celeiam ad ortum 25. mill. paſſ. utrinque diſtans.

ADRANUM, ſive Hadranum oppidum Siciliæ, Plinio, hodie *Aderno*, oppidum Siciliæ in Valle Demonæ ad Ætnæ montis radices, a Catana 16. mill. paſſ. in occaſum diſtans, à Tauromenio 42. hinc populi Adranitani Plinio.

ADRAON, urbs Arabiæ deſertæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Boſtrenſi, Guillelmo Tyrenſi teſte. Vide Adratum.

ADRAPSA, urbs Hircaniæ, Ptolemæo, dicitur ab aliis Hadrapſa, ſed quid ſit hodie non conſtat.

ADRASUS, urbs fuit Epiſcopalis Syriæ ſeu Phœniciæ ſub Archiepiſcopo Seleucienſi ex libris Conciliorum.

ADRATUM, poſtea Caſtrum Bernhardi de Stampis, teſte Guillelmo Tyrenſi, urbs Arabiæ Petreæ apud fines Palæſtinæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Boſtrenſi, forſan eadem quæ Adraon ſupra.

ADRIA, urbs Galliæ Tranſpadanæ in Venetia regione Straboni, & in ora littorali, quæ & Atria & Hadria Melæ, *Adria* vulgò, nunc in provincia Peninſula Rhodigii dicta, ſub dominio Reipublicæ Venetæ ad Tartarum fluvium parvum, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Ravennate, ſed aquis ex parte abſorpta ideoque parvi circuitus, cujus Epiſcopus Rhodigii oppido reſidet. Dicitur Atria à Plinio, à qua mare Atriaticum poſtea Adriaticum, & mare Adrianum Horatio, diſtat 50. mill. paſſ. à Ravenna in ſeptentrionem, 30. à Ferraria in ortum æſtivum, & 25. à Venetiis in meridiem, vixque 5. mill. paſſ. diſtat à confinio ditionis Eccleſiaſticæ, & ducatûs Ferrariæ.

ADRIA, urbs Piceni, Plinio & Ptolemæo, Hadria aliis, patria Hadriani Imperatoris & colonia, *Atri* vulgò. Sedet in colle in regno Neapolitano, & in provincia Aprutii Ulterius, vix 4. mill. paſſ. à mari Adriatico diſſita, Epiſcopalis eſt cum Pinnenſi Epiſcopatu perpetuò unita, & Sedi Apoſtolicæ immediatè ſuffragatur. Ducatus eſt gentis Aquævivæ, & 20. mill. paſſ. diſtat à Pinnenſi civitate in ſeptentrionem, uti 15. à Theate. 23. autem ab Aſculo Piceno in ortum, & antea Archiepiſcopo Theatino ſuffragabatur ejus Epiſcopus.

ADRIANI, urbs Mœſiæ inferioris, Ariſtidis patria ex Philoſtrato, ad montem Olympum eam collocat nummus Septimii Severi.

ADRIANOPOLIS, orbs Epiri, quæ Juſtinianopolis etiam dicta fuit à Juſtiniano Imperatore, teſte Procopio.

ADRIANOPOLIS, ſeu Hadrianopolis, urbs Thraciæ, Ptolemæo, nunc *Endrem* Turcis, teſte Leunclavio, *Andrinople* Gallis, *Andrinopoli* Italis, ad Hebrum fluvium, emporium & Metropolis, ac ante captam Conſtantinopolim Regia Turcarum, etiamnum eſt ampla & Thraciæ poſt Conſtantinopolim præcipua, & creſcit in dies ex eo quod in ea ſæpe commoratur magnus Turcarum dominus ab aliquot annis, diſtat 140. mill. paſſ. à Byzantio in occaſum Philippopolim verſùs 75. & 80. ab ora maris Ægæi in ſeptentrionem.

ADRIANOPOLIS AD ISTRUM, urbs Mœſiæ inferioris quam ad Iſtrum fluvium deſignant nummi, Danubius enim Iſter appellari incipit poſt Axiopolim Mœſiæ urbem, teſte Ptolemæo.

ADRIANOTHERAS, urbs Myſiæ, ab Adriano Imperatore ob fœlicitatem venationis condita, ut Dio obſervat.

ADRIANUM, Caſtrum Macedoniæ à Juſtiniano reparatum, teſte Procopio.

ADRIANUM MARE, idem quod Adriaticum & Adriacum. De eo Horatius libro 1. carminum.

ADRIATICUM MARE, *il Golfo di Venetia* Italis, ſeu etiam *il mare Adriatico*, Gallis *le Golfe de Veniſe*, pars eſt ampla maris Mediterranei, longe ad ſeptentrionem extenſa inter Macedoniam, Illyricum, & Italiam, dicitur etiam Adria, Adriacum mare, & ſinus Illyricus, à recentioribus autem & perſæpe ſinus Venetus, a Venetiis urbe celeberrima in ejus intimo receſſu ad Boream, alluit regiones Albaniam, Dalmatiam, Croatiam, Iſtriam, Forojulium, Marchiam Tarviſinam, Ducatum Venetum, Ducatum Ferrariæ, Romandiolam, Ducatum Urbinatem, Marchiam Anconitanam, Aprutium, Capitanatam, agrum Barianum, & agrum Hydruntinum, & mari Ionio commiſcetur inter Aulonem ad ortum & Hydruntum ad occaſum. Vide Hadriaticum mare ubi de eo fuſiùs.

ADRISPNAXEN, locus Germaniæ in Bajoaria ſeu Bavaria, ubi Concilium celebratum ævo Carolimanni, ſed quis ſit hodie non conſtat.

ADROBICOM, oppidum Callaïcorum in Hiſpania Tarraconenſi, Ptolemæo, in ora littorali, nunc *la Coruña*, in Gallæcia quod aliis Caronium dicitur. Portum habet capaciſſimum & tutiſſimum; diſtatque 9. leucis à Compoſtella, Vide Caronium.

ADROBUS, *Adrobe*, fluvius Aſiæ in Tartaria Moſcovitica. Influit in Wolgam fluvium infra Cazanum, teſte Iſaaco Maſſâ.

ADRUMETI SINUS, *le Golfe di Mahometta*, ſeu *di Hamammet*, pars maris Africi, & alias in Africa propria, nunc in ora regni Tunetani, extenditurque à Ruſpina in meridiem uſque ad promontorium Hermæum in ſeptentrionem.

ADRUMETOM, colonia & urbs Africæ, Plinio; quæ Hadrumetum Melæ, Adrumettos Ptolemæo, olim Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Carthaginenſi, nunc vulgò *Mahometta* dicta, Arabibus *Hamammetha*, eſtque probe munita in regno Tunetano, & in ora maris Mediterranei. Diſtat 40. mill. paſſ. à Thyſdro in Boream, inter Aphrodiſium ad occaſum & Ruſpinam ad ortum, & 75. mill. paſſ. a Carthagine diſſita in ortum hybernum. Ab ea ſinus adjacens, *le Golfe de Mahometta* dicitur.

ADUA, fluvius Inſubriæ Claudiano, nunc *l'Adda*. Vide Addua.

ADUACA, & Aduatuca Tungrorum, urbs ampla Galliæ Belgicæ in itinerario Antonini, Aduaticum Ptolemæo, nunc oppidum Leodienſis ditionis, *Tongren* Incolis, *Tongres* Gallis, ad amnem *Iecker*, 4. leucis diſtans à Leodio, & 3. à Trajecto ad Moſam Brabantiam verſùs. Vide Aruacutum.

ADUATICI, populi Galliæ Belgicæ Cæſari, qui poſtea Betaſii dicti fuêre, ubi hodie comitatus Namurcenſis, *le Comté de Namur*, provincia Belgii ſatis parva inter Leodienſem ditionem ad ortum & Hannoniam ad occaſum, hujus caput Namurcum. olim Aduaticorum oppidum dictum, ad Moſam fluvium ubi recipit Sabim, Cluverio teſte.

ADVERSA, *Averſa*, urbs regni Neapolitani in provincia Terræ Laboris. Vide Averſa.

ADULA MONS, Alpium pars Ptolemæo, Aduallas Straboni, *le Mont de S. Godard* Gallis, *das Gothardsberg*

Digitized by Google

Germanis, & *il Monte di S. Gothardo* Italis, mons ſummarum Alpium, ſeu pars ampla Alpium Rhæticarum, inter Inſubres & Helvetios, ubi incipiunt Alpes Penninæ, eſtque partim in pago Ve̅tenſi in Helvetiis, & partim in fœdere ſuperiori Rhætorum, inter veterem vicum, ſeu *Altorff*, oppidum Helvetiorum ad Boream, 18. mill. paſſ.; & Belitionem oppidum Inſubriæ ſub Helvetiis ad Ticinum fluvium 27. mill. paſſ. Adulæ autem partes ſunt montes *Criſpaltberg*, unde Rhenus anterior effluit per Germaniam: *Vogſelberg*, Italis *il monte Uccello*, unde Rhenus poſterior oritur, *Mont Furck*, unde Rhodanus oritur per Galliam fluens; & Ticinus per Italiam; & *Mont Grimſel*, unde Arola & Urſa fontes habent per Helvetios deinde in Rhenum cadentes.

ADULICUS SINUS, Ptolemæo, *il Golfo di Ercoco* ſeu *de Arquico* hodie, pars Arabici ſinûs in ejus orâ Africæ obversâ, eſtque parva versùs Æthiopiam inferiorem.

ADULITÆ, populi Æthiopiæ in Trogloditica regione, teſte Plinio, & in ora ſinûs Arabici prope Aduliton empotium, ubi nunc pars Abexiæ regionis.

ADULITON, ſeu Adulis, oppidum Troglodiricæ in Æthiopia, & in ora ſinûs Arabici, Plinio, nunc interpretatur *Arquico* vicus cum arce & portu in Abexia regione, aliàs in ditione Abaſſinorum, qui nullum alium portum habebant ad mare Rubrum. Poſtea expugnata fuit arx à Turcis & ipſis etiam ſubeſt. Adulis dicitur à Stephano, Adule Ptolemæo, populi Adulitæ Plinio, qui Adulton inter Ptolemaidem & Diren quinque dierum navigatione diſtare ſcribit, 260. mill. paſſ. à Ptolemaide Feratum in Auſtrum, & 450. à faucibus ſinûs Arabici.

ADUNICATES, populi Galliæ Narbonenſis Plinio, quos quidam malè Albingaunenſes in Liguria interpretantur.

ADVOCATORUM REGIO, ſeu Voigtia, *das Voigtlandt*, tractus Germaniæ in Thuringia. Vide Voigtia.

ADURA, & Atura, nunc *Ayre*, urbs Galliæ in Aquitania & Vaſconiæ caput. Vide Aturtes & Aturra.

ADURNI PORTUS, ſeu Adurnum, portus Britanniæ magnæ ex Notitia provinciarum, portus nunc *Ederington* modicus viculus Angliæ Auſtralis, teſte Camdeno, in comitatu Suſſexiæ, & in ora maris Britannici, 6. milliaribus Anglicis diſtans à Leſua in occaſum.

ADZELIA, *Adzel.*, oppidulum Livoniæ ducatûs prope Aam fluvium juris Suecici in Litlandia: aliis eſt *Abzel*, & 45. mill. paſſ. diſtat à Torpato Rigam versùs.

ÆA, & Æapolis urbs Colchidis maritima, Plinio, *Lipotamo* nunc, teſte Moletio, ſed aliis eſt *Uturet*, teſte Arcangelo Lamberto, qui illas oras nuper luſtravit, urbs maritima in Mengrelia regione ad confluentes Glauci in Phaſim fluvium, 30. mill. paſſ. diſtans ab ejus oſtiis in ortum, & totidem à Phaſide urbe, hujus populi Æetæ dicti.

ÆA, inſula Colchidis circa Phaſidis fluvii oſtia, cujus meminit Appollonius, nunc *Satabella*, Moletio teſte, ubi aliàs arx excitata à Turcis, anno 1578. & ab incolis illius regionis disjecta hiſce ultimis temporibus, teſte Arcangelo Lamberto.

ÆAS, qui & Aous, fluvius Macedoniæ, Straboni, Plinio, & Melæ Æas, Dioni Avas, Appiano Alorus, nunc *Polina* in Taulantiorum tractu, Philippi Regis clade & Romanorum de eo victoria inclitus, dicitur etiam Lous à Ptolemæo, oriturque ex Berteceſio monte, deinde inter duos montes Aſnaum & Æropum fluens, aliquot rigatis oppidis in mare ſe exonerat prope Apolloniam urbem.

ÆBURA, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis in Carpetanis, Livio, nunc *Talavera de la Reyna*, urbs Hiſpaniæ in Caſtella nova ad Tagum fluvium, ubi recipit *Alberche* fluviolum, teſtibus Ambroſio Morali, & Antonio Beuthero, 12. leucis diſtans à Toleto in occaſum Talabricam versùs totidem. Videra Libora.

ÆCANA, & Æca, urbs Italiæ in Apulia Daunia, hodie Troja *Troja*, teſte Holſtenio. Vide Æcæ, Ecana, & Troja.

ÆCULANUM, oppidum Hirpinorum ad radices Apennini montis, hodie, teſte Cluverio, eſt Frequentum *Fricento*, urbs Principatûs Ulterioris in regno Neapolitano, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Beneventano, ſed ejus Epiſcopatus unitus eſt Abellinenſi, ſedet prope Tripaltum fluvium, teſte Brietio, eſtque parva admodum ſub dominio utili Principis Venuſini, 16. mill. paſſ. diſtans à Benevento in ortum hybernum Compſam versùs 12. populi Æculani Plinio, licet Auſculani apud pleroſque legatur. Vide Frequentum & Eclanum; ſic enim apud Antoninum dicitur.

ÆDERA, *l'Eder*, fluvius Germaniæ ex montibus Haſſiæ ad Dillemburgum oppidulum oriens. Vide Adrana.

ÆDESSA, urbs Macedoniæ Ptolemæo, Æmathiæ tractûs caput, quæ Edeſſa Livio & Polybio, Pellæ & Berrhoæ finitima, in qua ſepeliebantur Reges Macedoniæ, nunc *Vodena* interpretantur Moletius & Sophianus, inter Heracleam ad occaſum & Theſſalonicam ad ortum.

ÆDUI, populi fuêre Galliæ Celticæ potentiſſimi & Romanis confœderati, Cæſari, qui Hedui Plinio & aliis inter Ligerim & Ararim fluvios, horum ditio continebat aliàs majorem partem ducatûs Burgundiæ; ubi hodie tractus Auguſtodunenſis, Caroleſium, Alexienſis, & Cabillonenſis, nunc verò multò minor eſt, contineteque tantùm agrum Auguſtodunenſem, *l'Autunois*. Horum primaria urbs fuit Auguſtodunum, *Autun*, quæ & Hedua dicta fuit ad Arotium fluvium, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Lugdunenſi; erant autem Ædui diviſi a Sequanis Arari fluvio in ortum, à ſeptentrione habebant Lingones, ab occaſu Vadicaſſes, & a meridie Seguſianos.

ÆGA, inſula parva maris Ægæi ſive potiùs ſcopulus in ora Aſiæ, Plinio teſte, quæ Æx etiam dicitur, nunc *l'Iſola delle Capre* à Sophiano, inter Chium & Tenedum inſulas.

ÆGABRA, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ. Vide Agabra.

ÆGADES, inſulæ versùs Siciliam. Vide Ægathes.

ÆGÆ, urbs Ciliciæ, Ptolemæo, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Anazarbeno in ora littorali ſinûs Iſſici, proxima Mallo & Iſſo, cujus meminit etiam Lucanus, nunc exciſa jacet.

ÆGÆUM MARE, *Archipelagos* Græcis, *l'Archipelago* Italis, *l'Archipel* ſeu etiam *l'Archipelague* Gallis, pars ampla maris Mediterranei, inter Aſiam propriè dictam ſeu minorem ad ortum, Thraciam ad ſeptentrionem, Macedoniam, Græciam, & Peloponneſum ad occaſum, & Cretam inſulam ad meridiem interfuſa, ab Æge ſcopulo inter Tenedum & Chium dicta, teſte Plinio, vocatur etiam *la mer de Candie*, in ejus parte Auſtrali prope Cretam, quod autem dicatur à Græcis *Archipelagos*, id fit per excellentiam, quaſi mare Imperii, & à Turcis *Açdenghis* vocatur, teſte Leunclavio, quam vocem Græci explicant Aſpra Thalaſſa, *la mer Blanche*, id fit quatenùs opponitur Ponto Euxino, quem *Caradeniz* appellant, ut vertunt Græci Mauro Thelaſſa, *la mer Noire*; à Naulis Gallis dicitur aliquando lepidè *la Foreſt des Larrons*, id eſt ſylva latronum, quod ſit tanquam receſſus omnium pyratarum propter multitudinem inſularum & ſcopulorum, ejus partes ſunt in Europa ſinus Argolicus, *le Golfe de Napoli de Romania* in ora Peloponneſi, Saro-

nicus

Digitized by Google

nicus ſinus, *le Golfe d'Egina* in eadem ora, Euboicus ſinus, *le Golfe de Ziton*, prope Achaiam, Pagaſicus ſinus, *le Golfe de Volo*, in ora Macedooiæ, Thermaicus ſinus, *le Golfe de Salonichi*, in eadem ora, uti Toronaïcus, *le Golfe d'Aiomama*, & Singiticus ſinos, *le Golfe de Monte Santo*, ſeu *de Faſſio*, Strymonicus ſinus, *le Golfe de Conteſa*, inter Macedoniam & Thraciam, Melanes ſinus, *le Golfe d'Eno* ſeu *de Macariſe*. In Aſia verò ſunt & in ora Aſiæ minoris Adramittenus ſinus, *le Golfe d'Andrimiti*, Smyrnæos ſinus, *le Golfe de Smirne*, Jaſſius ſinus, *le Golfe de Milaſſo*, & Ceramicus ſinus, *le Golfe de S. Pierre*, ſub ipſo etiam comprehenduntur hæc Maria, Creticum nempe, Græcum, Icarium, Macedonicum, & Myrtoum. Hoc mare Ægæum quamplurimis inſulis refertum eſt, ex quibus quæ ſunt in ejus ora littorali versùs Aſiam uti Samos, Chius, Leſbos, Tenedos, Cos, & aliæ, ſob ipſa Aſia cenſentur; aliæ verò quæ ſunt in ejus ora occidentali uti Euboæa, Samothrace, Thaſſus, Lemnus, Cyclades, Scyros, Melos, Andros, Paros, Naxos, Delos, Mycone, aliæque innumeræ ſub Europa cenſentur. Vide inſulas Archipelagi.

ÆGATHES, ſunt tres inſulæ maris Africi versùs partem occidentalem Siciliæ, Drepano obverſam, nempe Phorbantia, ſeu Buccina, quæ nunc *Levanzo*, 8. mill. paſſ. diſtans à Drepano in occaſum, Ægusa ſen Capraria, *la Favognana* 5. mill. paſſ. a Lilybæo promontorio diſſita, & Hieria ſeu Sacra & Maritima hodie *Maretamo*, quæ magis in occaſum extenditur, 17. mill. paſſ. à Lilybæo promontorio teſtibus Cluverio, Brietio, Nardo, & aliis, pendent à Siciliæ regno, & ad ipſas victi fuêre Carthaginenſes à Romanis, duce Luratio Catullo bello primo Punico, prope Hieram inſulam.

ÆGERIA SYLVA, & Ægerium nemus in Latio ad Ariciam, ex Virgilio.

ÆGESTA, urbs Siciliæ inſulæ in ejus parte occidentali, Strabooi, quæ Egeſta aliis, nunc exciſa jacens, & ejus rudera ſunt prope vicum *Barbara* dictum in Valle Mazaræ, teſte Fazello, 5. mill. paſſ. à Caſtello ad mare in meridiem, & 22. à Drepano in ortum æſtivum. Vide Egeſta.

ÆGESTÆI, populi Epiri in ora maris Adriatici, prope oſtium Acherontis fluvii.

ÆGIALA, ſeu Ægialos, oppidulum Amorgi inſulæ in mari Ægæo, Suidæ, quod Begialis à Ptolemæo nominatur, nunc Caſtrum *Hyali* dictum, teſte Sophiano.

ÆGIALIA, inſula maris Cretici Plinio, versùs Peloponneſum, *Cecerigo* nunc dicta, Cytheræ proxima, inter illam 15. & Cyamum promontorium Cretæ occidentale, 25. mil. paſſ. occurrens, dicitur etiam *Cerigotto* à Nautis.

ÆGIALIA, inſula maris Ionii circa Echinadas, Ætoliæ adjacens, Plinio teſte, parva potiùs ſcopulus videtur quam inſula, unde illius nomen hodie ignoratur.

ÆGIALOS, Cobialon Homero in aliquibus editionibus, *Cagiali* nunc, teſte Joanne Leunclavio, urbs Aſiæ minoris in Paphlagonia regione, & in ora Ponti Euxini inter Tethraniam ad occaſum & Cromnam ad ortum ex Arriano.

ÆGIALOS, oppidum Peloponneſi in Sicyonio tractu, teſte Strabone, nunc in ruinis jacet.

ÆGIALUS, urbs Galatiæ in Aſia minori, cum monte cognomine, teſte Cedreno.

ÆGIDA, urbs Italiæ, Iſtriæ primaria, teſte Plinio, *Cavo d'Iſtria* nunc, ſita in inſulula ſinus Tergeſtini, ponte juncta continenti, & à Juſtino filio Juſtiniani Imperatoris reparata, de ſuo nomine Juſtinopolis dicta fuit. Vide Juſtinopolis.

ÆGIDIANA URBS, *S. Gilles*, oppidum Galliæ. Vide fanum S. Ægidii.

ÆGIDIOPOLIS, *S. Gilles*, oppidum Galliæ in Occitania inferiori, vix una leuca à Rhodaoo fluvio diſtans. Vide fanum S. Ægidii.

ÆGILA, inſula maris Cretici, apud Pindarum. Vide Ægialia.

ÆGILA, urbs Cyrenes io Africa, Plinio, quæ Augila Ptolemæo, nunc etiam locus *Augela* in tabulis recentioribus, interiùs intra ſolitudines 120. mill. paſſibus diſtans à Boreo promootorio in meridiem, unde vaſta & ingens ſolitudo nominatur.

ÆGILIA, inſula Stephano, quæ Æglia Plinio. Vide Ægialia. Nam eadem eſt.

ÆGILIUM, quæ Igilium apud Rutilium, *il Giglio* ſeu *l'Iſola del Giglio* Italis, & *l'Iſle du Lys* Gallis, inſula eſt parva Italiæ in mari Tyrrheno, & in ora agri Senenſis cujus pars exiſtit, ſicqoe ſubeſt dominio magni Ducis Hetruriæ, 10. mill. paſſ. diſtans à Coſano littore & à Monte Argentario in occaſum hybernum, in ea aotem ineſt tantùm pagus cum caſtro in monte, & ſubeſt in ſpiritualibus Abbati trium fontium ad aquas Salvias prope Romam, nullius Diœceſis, ut aiunt, ejus verò circuitus eſt 25. milliarium.

ÆGIMURUS, inſula parva Africæ, teſte Strabone, hodie *Galita* ſeu *Galata* dicta, in mari Africo, inter oram regni Tunetani ad Auſtrum & Sardiniam inſulam, de qua fit mentio in Itinerario Antonini, Ægimuri numero plurali Plinio, Ægimurus Livio. Diſtat 10. Leucis Gallicis ab inſula Tabarca, & ab ora Africæ in Boream & 20. à Carthaginis ruderibus in occaſum, eſtque oblonga & ferè deſerta.

ÆGINA, inſula parva Græciæ in mari Ægæo & ſinu Saronico, teſte Strabone, *Egina* vulgò ſive *l'Egina*, ſub Attica cenſebatur & urbeculam habet Epiſcopalem cognominem in ejus ora Auſtrali ſub Archiepiſcopo Athenienſi, nunc paucis conſtantem incolis cum arce à Turcis excitata in colle in tutelam ſinus Saronici ab ea *le Golfe d'Egina* dicti, 20. mill. paſſ. diſtat ab Athenis in meridiem, inter Epidaurum Peloponneſi urbem 28. mill. paſſ. & Megaram 20. diſtans Pauli Medici inſignis patria fuit, ex qua is Ægineta cognominatur, olim Oenone & Myrmidonia dicta fuit teſte Brietio, circuitus eſt 36. mill. paſſ.

ÆGINETES, fluvius Aſiæ minoris in Paphlagonia regione, cum oppido cognomine adjacente, teſte Stephano.

ÆGIRA, urba Peloponneſi in Achaia, teſte Polybio, & in ora auſtrali ſinûs Corinthiaci, *Xilocaſtro* nunc, à littore 7. ſtadiis diſtans inter Buram 90. & Pellenen 120. Boſtiza priùs dicta, Gemiſto teſte.

ÆGIRCIUS fluvius Galliæ Venantio Fortunato; qui Gercius etiam in actis antiquis, *le Gers*, fluvius Galliæ in Aquitania, oritur in Manhoaco pago, deinde in Boream fluens, Aſtaracenſem tractum bifariam ſecat uti poſtea Arminiacenſem comitatum ubi labitur prope Auſcios, Caſtrum Geloſum, Florentiam & Lectoram, tandem per Leomaniam tractum in Garumnam cadit ad alteram ſupra Agennum leucam.

ÆGIRUM, oppidum Leſbi inſulæ in mari Ægæo inter Mitylenem & Metymnam in loco totius inſulæ arctiore, Straboni, nunc Caſtrum *Gernia*, teſte Nigro.

ÆGIRUSA, oppidum fuit Græciæ in Megaride, intra montes in limite Boëtiæ medium inter Leuctram ad Boream, & Pagas ad meridiem, vix 7. mill. paſſ. diſtans ab ora ſinûs Corinthiaci, eam Volaterranus putat eſſe Ægoſthenam, cujus meminit Pauſanias, uti & Stephanus.

ÆGITHARSUS, promontorium Siciliæ inſolæ, teſte Ptolemæo in ejus parte occidentali, quibuſdam eſt *il Capo di S. Vito*, ſed Cluverius credit eſſe *il Capo di S. Theodoro* 8. mill. paſſ. à Segeſtano emporio in occaſum, & 15. à Drepano in ſeptentrionem, quod ab aliis etiam confirmatur.

ÆGITHIUM, oppidum fuit Ætoliæ in Græcia in mon-

te à mari 8. mill. paſſ. diſtans, teſte Thucydide.

ÆGIUM, ſive Ægidi, urbs Achaiæ in Peloponneſo, Polybio & Ptolemæo, olim Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Corinthio, nunc *Voſtiza* dicta, teſte Mario Nigro, in ora auſtrali ſinûs Corinthiaci, inter Patras ad occaſum 15. mill. paſſ. & Sicyonem ad ortum 45. ultimo ſeculo male habita fuit à Turcis quibus ſubeſt, nuncque pro majori parte in ruderibus jacet à paucis inhabitata.

ÆOLESBURGUS, *Aileſbury*, oppidulum Angliæ, in Bukingamiæ comitatu ad fluvium Tamam. Aliis eſt Aileſburia. Diſtat ab Oxonio 14. milliaribus Anglicis in ortum & 20. à Northantonia in meridiem.

ÆGON pro Ægæum apud Statium legitur.

ÆGONES, populi Italiæ in Æmilia regione ad Padum fluvium, Polybio, quorum urbs olim, nunc pagus Vicus habentium *Vicovenza*, quaſi vicus Ægonum, in Ferrarienſi ducatu, a Ferraria urbe 16, mil. paſſ. diſtãs in ortum dicta eſt. Vide Egones, variè enim ſcribitur.

ÆGOSTHENIA, oppidum Phocidis mediterraneum in Achaia, Ptolemæo, Elatiæ & Dualidi finitimum, nunc *Egſtenia*, vicus ex tabulis recentibus, 20. mill. paſſ. a Delphis diſtans, hinc populi Ægoſthenienſes, Plinio.

ÆGUA, oppidum Hiſpaniæ Bœticæ, Straboni, quod Hegua Plinio. Vide Ategua.

ÆGUSA, inſula Siciliæ vicina, Ægathum una, Ptolemæo, quæ & Æthuſa Plinio, dicta *la Favognana* nunc, oræ occidentali Siciliæ versùs Lilybœum & Drepanum adjacens. Vide Æthuſa.

ÆGYPTIUM MARE, *la mer d'Egypte*, pars eſt maris Mediterranei juxta oram Ægypti, inter mare Syriacum ad ortum & mare Lybicum ad occaſum, ſeu inter Peluſium & Axillam villam, extenditurque ad oram Auſtralem Cypri inſulæ

ÆGYPTUS, Regio Africæ celeberrima, Straboni, Plinio, & Ptolemæo, nunc indigenis *Chibili*, Arabibus *Bardamaſſer*, Turcis *Miſir*, Gallis *l'Egypte*, Italis & Hiſpanis *l'Egitto*, & Germanis *Egypten* dicta, extenditur à ſeptentrione in meridiem per 500. mill. paſſ. nempe à maris Mediterranei ora uſque ad Syenem, quo eam interfluit Nilus fluvius notiſſimus, cujus inundationibus annuis fœcundatur. Terminatur ab oriente ſinu Arabico, Arabia Petræa, & Palæſtina, à ſeptentrione ſuo mari Ægyptio, ab occidente Cyrenaica regione, & deſertis Lybiæ, à meridie autem Nubiæ regno ſub Æthiopia; dicta fuit olim à Phœnicibus Myara regio, & Aeria, & Ogygia, teſte Stephano de urbibus, primùm diviſa fuit in ſuperiorem & inferiorem, & poſtea in ſuperiorem, mediam, & inferiorem. Superior Ægyptus, quæ etiam Thebais, nunc *Said* dicitur, olim diviſa fuit in Thebaidem primam & Thebaidem ſecundam, eratque in parte meridionali versùs Æthiopiam; Media Ægyptus ſic dicta, quòd media eſſet inter ſuperiorem & inferiorem, vocata etiam Arcadia & Heptanomos, quod in ea eſſent ſeptem Nomi ſeu præfecturæ: hodie *Bechria* vocata, & etiam *Demeſor* à quibuſdam. Inferior Ægyptus, quæ & Delta, diviſa fuit in Ægyptum primam & ſecundam & in Auguſtamnicam primam & ſecundam, hodie *Errif*, extenditurque versùs Boream à media uſque ad mare Ægyptum, versùs brachia & oſtia Nili fluvi. Olim hæc regio diviſa fuit ab antiquis regibus in 42. Nomos, nunc autem diſtinguitur in duodecim partes, Caſſilifatus dictas ſeu provincias, ex quibus quinque reſpondent ſuperiori Ægypto, nempe *Girgio Manfelout*, & *Ebenſcuef* ad ſiniſtram Nili ripam, & *Minio* cum *Cherkeſſi* ad dextram Nili, tres alii Caſſilifatus *Fium* & *Gize* ad ſiniſtram Nili, & Cairus, *le Caire* ad dextram reſpondent mediæ Ægypto, & quatuor ultimi Caſſilifatus, *Manſoura*, *Garbia*, *Menoufia*, & *Caltoubech* cum Alexandriæ territorio reſpondent Ægypto inferiori ſeu Deltæ, ſunt qui addunt decimam tertiam provinciam, nempe *le Caſilif de Bouhera*, ſed hæc verius pars eſt regni Barcæ, neque propriè ſub Ægypto ſumitur. Antea proprios habuit reges Ægyptus, per aliquot ſecula, ſed tandem anno 1516. ſub Campſone Gauro Sultano, bello appetita à Selimo primo magno Turcarum domino, perdidit Syriam, & anno ſequenti 1517. Tomumbeio ultimo Sultano bis à Turcis ad Memphim victo & cæſo, facta eſt tota Turcici juris, & ab eo tempore pars eſt Imperii Turcarum, præfectum generalem habens *Miſir Beglerbeg* dictum, ſub quo ſunt 12. Caſſilifatus ſupradicti, totius regionis primaria urbs eſt Cairus, *le Caire*. Fuit aliàs regio probè culta & innumeris referta civitatibus, nunc autem partes à Nilo fluvio remotiores, ferè incultæ jacent, præſertim versùs Lybiam, & urbes pro majori parte interiêre, ita ut cum nunc præcipuæ cum Cairo ſint tantùm Syene, Alexandria, Thamiatis, & Metelis. Nomos Ægypti, vide in voce Nomi. Notandum verò quod urbes Ægypti nullis omninò muris cinctæ ſunt, Cairus, nec muris, nec foſſis, nec propugnaculis vallatur, ſolùm habens caſtellum, in colle ſitum. Et Alexandria ſola habet duo caſtella in ingreſſu portus.

ÆGYPTI NOMI, SIVE PRÆFECTURÆ ANTIQUÆ, FERE OMNES CIRCA NILUM.

Alexandrinorum, in Ægypto inferiori.
Andropolites, in inferiori.
Antæopolites, in Thebaide.
Antinoites.
Aphoditopolites, in Thebaide.
Arabiæ.
Arſenoites.
Athribites.
Bubaſtites, in Ægypto inferiori.
Buſirites, in Delta.
Cabaſtites, in Delta.
Coptites, in Thebaide.
Cynopolites.
Dioſpolites, in Thebaide.
Heliopolites, in Ægypto inferiori.
Heracleopolites.
Hermouthites, in Thebaide.
Hermopolites.
Hypſeliothes, in Thebaide.
Latopolites, in Thebaide.
Leontopolites, in Delta.
Lycopolites, in Thebaide.
Memphites.
Mendeſius, in Delta.
Mennorum, in Thebaide.
Metelites, in Delta.
Neut, in Delta.
Onyphites, in Delta.
Oxyrinchites.
Panopolites, in Thebaide.
Phatbetites, in Delta.
Phenotes, in Delta.
Phtembutis, in Delta.
Proſopitis, in Delta.
Saites.
Sebennytes, in Delta.
Sethraites, in Ægypto inferiori.
Tanites, in Delta.
Thinites.
Tentyrites, in Thebaide.
Thebarum, in Thebaide.
Xoetes, in Delta.

ÆGYPTI URBES ALIAS CLARÆ.

Abydus, nunc *Abutich*.

Alexandria patriarchalis, *Scanderia.*
Antinopolis, exciſa.
Arſinoe, *Suez.*
Babylon nova, *le Caire.*
Berenice, *Choſair.*
Bubaſtus, *Azioth.*
Buſiris, *Boſiro.*
Canobus ſeu Canopus, *Bochir.*
Caſium.
Coptos, *Cana.*
Dionyſias.
Dioſpolis magna, *Dia.*
Gerra, *Maſeli.*
Heliopolis, *Bethſemes.*
Hermopolis, *Beneſuaif.*
Heroopolis, *Heron.*
Lycopolis, *Munia.*
Memphis, *Menchis* exciſa.
Mendes
Metelis, *Roſſete.*
Naucratis, *Roſeto.*
Nilopolis.
Oſtracine, *Oſtragioni.*
Peluſium, *Belbais.*
Ptolemais ad Nilum.
Ptolemais ad ſinum Arabicum, *Suaquen.*
Rhinocorura, *Faramida.*
Sais, *Sahid.*
Sebennytus, *Sebenit.*
Syene, *Aſna* & *Aſuan.*
Tanis, *Tanes.*
Tentyra *Barbande.*
Thamiatis, *Damiata.*
Thebæ, *Minio.*
Thmuis,

ÆGYPTII, populi Africæ, qui Ægyptum incolunt vulgò *les Egyptiens* Gallis, *gli Egittii* Italis, *los Egypcios* Hiſpanis, & *Egyptenaers* Anglis.

ÆLANA, urbs Arabiæ Petrææ in Fœlicis confinio, Plinio, ad intimum ferè ſinus Arabici receſſum, qui ibi Ælaniticus ſinus nominatur, a Sina monte 60. mill. paſſ. diſtans, ab Heroopoli ad 150. in Auſtrum, *Elior*, teſte Villanovano: dicta fuit etiam Aila, Elas, & Ælia Syncellus, haberque Caſtrum in colle cum Turcarum præſidio.

ÆLANITÆ, populi Arabiæ Petrææ in ora ſinûs Arabici, teſte Nigro, propè Ælanam urbem & Ælaniticum ſinum.

ÆLANITICUS SINUS, *le Golfe d'Elior*, pars eſt Arabici ſinus in ejus parte ſeptentrionali, & in ora Arabiæ Petrææ propè Ælanam urbem.

ÆLESNAMIA, *Aylesham*, oppidulum Angliæ in Norfolcia provincia. Diſtat à mari Germanico 8. milliaribus Anglicis in Auſtrum Norvicum versùs totidem.

ÆLIA ADRIANA, urbs Africæ, cujus fit mentio in veteri inſcriptione, dicitur ſæpiùs Zama: Vide ibi.

ÆLIA CAPITOLINA COLONIA. Vide Hieroſolyma.

ÆLIA RICINA, ſeu potiùs Helvia Ricina, urbs fuit Italiæ in Piceno, juxta Potentiam fluvium, exciſa, cujus rudera etiamnum, *Recina rovinata* dicuntur, & ex cujus ruinis condita fuit Recinetum, *Recanati*, urbs proxima in colle in Piceno & in ditione Pontificia 3. milliaribus à Laureto diſtans, & 6. ab ora maris Adriatici. Vide Helvia Ricina & Recinetum.

ÆLIOPOLIS, urbs Ægypti, quæ & ſæpius Heliopolis dictur. Vide ibi.

ÆLIUS PONS, *il Ponte S. Angelo*, & *il Ponte di S. Angelo* incolis, *le Pont S. Ange* Gallis, Pons lapideus urbis Romæ ad Tiberim fluvium, quo in Burgum, ut vocant, & Vaticanum ex urbe itur juxta Molem Hadriani, ab Ælio Hadriano Imperatore ſtructus & recens à Clemente IX. Pontifice Maximo ſtatuis marmoreis ornatus.

ÆLUÆONES, populi Germaniæ, Ptolemæo, Helvecones Tacito, ab aliis Helleviones dicuntur, fortè in Scandiæ parte meridionali versùs Codanoniam. Vide Hellevones.

ÆMARORUM MONS, *Montelimart*, oppidum Galliæ in provincia Delphinatus præclarum in colle, dicitur ab aliis Mons Ademari ſeu Montilium Audomari, & vix dimidia leuca diſtat a Rhodano fluvio, inter Valentiam ad ſeptentrionem, 8. & Avenionem in meridiem 12. leucis, duabuſque a Vivario, & 4. leucis à confinio Provinciæ in Arctos.

ÆMATHIA, Macedoniæ provincia, teſte Plinio, quæ & pro propria Macedonia accipitur. Vide Emathia.

ÆMILIA, regio fuit Italiæ, partem Longobardiæ Ciſpadanæ, & Romandiolam latè ſumptam complectens, ab Arimino Placentiam uſque protenſa, & uſque ad Apenninum montem, a via Æmilia à veteribus memorata nomen habens, ejus magna pars eſt in ditione Eccleſiæ, reliqua autem Ducibus Mantuano, Mutinenſi, Parmenſi, & Mirandulano, ejus meminit Martialis, uti & Paulus Diaconus, & ejus urbes præcipuæ fuère Ariminum, Bononia, Faventia, Forum Livii, Mutina, Placentia, Ravenna, & Regium.

ÆMILIA VIA, ab Arimino Placentiam uſque, imò uſque Dertonam, atque ab Arimino uſque Aquileiam, & à Piſis per Hetruriam Dertonam uſque urbem Liguriæ perducebatur. Ex quo tres eſſo vias Æmilias intelligis ab Æmilio Conſule ſtratas.

ÆMILIUS PONS, qui & Sublicius, pons Romæ, teſte P. Victore, ſic à conditore dictus, à quo lapideus conſtructus, nunc exciſus. De quo Juvenalis ſatyra 6.

ÆMINES, portus Galliæ Narbonenſis in ora littorali maris Mediterranei, nunc *Caſſis* dictus in Provincia, inter Telonem ad ortum & Maſſiliam ad occaſum.

ÆMINIUM, urbs Hiſpaniæ in Luſitania, quibuſdam eſt *Agada*, vicus Portugalliæ in Beira provincia, ad amnem cognominem, 3. leucis ab Aveiro, 26. mil. paſſ. a Conimbrica in Boream, Portum versùs, ſed aliis eſt *Coimbra*, urbs Epiſcopalis Portugalliæ ad Mundam fluvium, quæ Conimbrica nova dici poreſt, in eadem provincia, 23. mill. paſſ. ab ora Oceani Atlantici diſtans in ortum. Vide Conimbrica.

ÆMODÆ, inſulæ Oceani Deucaledonii, quæ & Emodæ. Vide ibi.

ÆMONIA, provincia Macedoniæ, quæ & Theſſalia, teſte Plinio. Hinc Æmonius nomen gentis.

ÆMONIA, *Emonia rovinata*, urbs Italiæ in Iſtria provincia ad Nauportum fluvium, teſte Manzolio, 3. mill. paſſ. diſtans ab ora maris Adriatici & ab Hungaris exciſa, ex cujus ruinis condita eſt in ora Civitas nova, *Citta nuova*, urbs proxima, parva ſed Epiſcopalis ſub Patriarcha Aquileienſi, & ſub dominio Venetorum ab anno 1270. malè habitata propter aëris gravitatem, 100. milliaribus à Venetiis in ortum. Vide Civitas nova.

ÆMONIA, urbs & colonia Pannoniæ in Savia regione, teſte Plinio, *Laubach* incolis, *Lubiana* Italis, urbs Germaniæ Epiſcopalis, Carniolæ provinciæ caput, ad amnem *Laubach* etiam dictum, ſita eſt in Carniola ſuperiori, uno milliari Germanico diſtans à Savo fluvio in meridiem Nauportum versùs 7. mill. paſſ. ſub dominio Auſtriacorum. Vide Labacum.

ÆMUS, mons Thraciæ, Ovidio. Vide Hæmus.

ÆNARIA, inſula Campaniæ, Plinio, nunc *Iſchia*

Digitized by Google

ſeu *l'Iſola d'Iſchia*, inſula Italiæ in Terra Laboris, & in regno Neapolitano prope ſinum Puteolanum, vix 3. milliaribus ab ora diſſita, & à promontorio Miſeno in occaſum, ejus circuitus eſt 20. mill. paſſ. & olim Inarime dicta fuit, & à Græcis Pithecuſa, urbem habens cognominem & probe munitam cum arce in ſcopulo, inſulæ ponte juncto, & in ejus parte Auſtrali, ubi aliàs aſylum Ferdinandi Regis Neapolitani, tempore Caroli VIII. Regis Francorum, qui totum regnum ſubjugaverat intra paucos dies anno 1495. urbs ipſa Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Neapolitano, diſtat hæc inſula 18. milliaribus à Neapoli in occaſum, & in ea ſunt aliquot villæ & balnea. Eam pluribus deſcribit Claudius Nepos Gallus anno 1586. cujus etiam accuratam hujus inſulæ tabulam habemus inſertam in deſcriptione Italiæ Joannis Antonii Magini.

Ænia, oppidum Macedoniæ, à Theſſalonica 15. mill. paſſ. in auſtrum Pydnam verſùs, in Emathia provincia, Livio, nunc *Moncaſtro*, teſte Nardo.

Ænianes, populi fuêre Macedoniæ in Theſſalia regione, Plutarcho, & in Theſſaliotide tractu verſùs Phocidem, inter Oetam montem & Pindum, dicti Ænienſes à Plinio, erantque in eo tractu, ubi nunc pars Auſtralis Jannæ provinciæ.

Æniochi, populi fuêre Sarmatiæ Aſiaticæ, teſte Luciano, qui meliùs ab aliis Heniochi dicuntur. Vide ibi.

Æni pons, *Inſpruck*, urbs Germaniæ, Comitatûs Tirolis caput. Vide Oeni pons.

Æni pons, oppidum Vindeliciæ ex Itinerario Antonini, in ipſo limite Norici, Simlero teſte, eſt *Oeting*, oppidulum Bavariæ prope Burchuſiam, inter Saliſburgum & Landshutum, ſed Cluverius exiſtimat eſſe *Alten Hohenavv* vicum Bavariæ uno milliari Germanico ſupra Vaſſerburgum ad Oenum fluvium. Vide Oeni pons.

Ænon, locus Palæſtinæ ad Jordanem fluvium, ubi Divus Joannes Baptiſta baptizabat, à Scythopoli 8. mill. paſſ. diſtans in meridiem.

Ænona, urbs Illyrici Ptolemæo, quæ Enona Plinio, nunc vulgò *Nona*, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Jaderenſi in ora Liburniæ aliàs, nunc in ora Dalmatiæ, à mari Adriatico pro majori parte præcincta, parva & probè munita, ex adverſo Giſſæ inſulæ à qua freto 4. mill. paſſ. ſeparatur in occaſum, ſubeſt dominio Reipublicæ Venetæ, & 10. mill. paſſ. diſtat à Jadera in ſeptentrionem Seniam verſùs 35. circiter.

Ænos, ſeu etiam Æneum & Ænus, Straboni Poltiobria, urbs Epiſcopalis Thraciæ, hodie *Eno* à Græcis, *Tgnos* à Turcis dicta, in ora maris Ægæi ſub Patriarcha Conſtantinopolitano inter oſtia Hebri fluvii ad occaſum & Melanem ſinum Cherſoneſi ad ortum ad 15. mill. paſſ. & ab ea ſinus Melanes, nunc *il Golfo di Eno* dicitur.

Ænostadinm, ſeu Ænopolis, *Inſtad*, oppidum Germaniæ in circulo Bavariæ ab Æno fluvio dictum, quo tantùm dirimitur à Patavio urbe, prope Danubium fluvium. Subeſt Epiſcopo Patavino, ſedetque inter Bavariam & Auſtriam, 8. milliaribus Germanicis ſupra Lentium in occaſum.

Ænus, fluvius Germaniæ, teſte Tacito, qui aliter Oenus dicitur & Noricum à Vindelicia ſeparabat, vulgò *l'Inn*, fontes habet in monte *Moloia* in Alpibus Rhæticis, in Rhætia propria & in fœdere domus Dei, deinde per comitatum Tirolenſem fluens, & Bavariam inferiorem, rigatis Æniponte, aliiſque urbibus, in Danubium fluvium ſe exonerat ad Patavium urbem, dicitur meliùs Oenus. Vide ibi.

Æoliæ insulæ, ſeu Vulcaniæ Latinis, Hephæſtiades Græcis, inſulæ ſunt Siciliæ in mari Tyrrheno, hodie *l'Iſole di Lipari* dictæ ab incolis, *les Iſles de Lipari* à Gallis, Lipareæ inſulæ à recentioribus Latinis, ſuntque octo præcipuæ, nempe Lipara *Lipari*, Hiera *Volcano*, à monte ignivomo ſic dicta, Strongile *Stromboli*, Didyme *le Saline*, Hiceſia *Panaria*, Ericuſa *Alicur*, Phœnicuſa *Felicur*, Uſtica *Uſtica*, quibus ab aliis additur Evonymos *Liſca Bianca*, id eſt inſula Candida, quæ parva admodum eſt verſùs ortum cum Panaria parva, Strongyle parva, Uſtica parva, Herculis inſula *Baſiluzzo*, & aliis minoribus; pendent autem à regno Siciliæ, ideoque ſubſunt Hiſpanis: diſtant 30. milliaribus circiter ab ora Boreali Siciliæ, & 60. ab ora proximiori Calabriæ ulterioris in occaſum: omnes ſunt incultæ & habitatoribus vacuæ, exceptâ Liparâ earum præcipua, quæ tantùm urbem habet parvam cognominem, Epiſcopalem ſub Archiepiſcopo Meſſanenſi, cum arce ſatis munita, *la Pignatura* dicta, & malè habita fuit ab Ænobarba Pirata anno 1544. de ea notandum eſt quod Diœceſis non extenditur extra civitatem: & de his inſulis meminit Ovidius, & juxta ipſas Belgæ uniti malè habiti fuêre à Gallis anno 1676. navali prælio.

Æolis, & Æolia, regio Aſiæ propriè dictæ ſeu minoris Plinio, Melæ, Ptolemæo, & aliis, *Sarcum* nunc, teſte Jacobo Caſtaldo, ſatis parva in ora maris Ægæi ſeu Æolii ab ea dicti, à quo terminatur ab Occidente, uti Myſia majori ad arctos, Lydia ad ortum, & Ionia ad meridiem, cujus urbes erant Elæa, Myrina, Cume, & Phocæa; flumina verò Hermus, & Pactolus ex Lydia fluentes, populi Æoles. Hæc regio ſubeſt dominio Turcarum à tribus ſeculis, & pars eſt Natoliæ.

Æolium mare, pars maris Ægæi in ora Aſiæ minoris, Æolidem regionem alluens, vocatur etiam Myſium, & *la mer de Smirne*, ſeu etiam *le Golfe de Smirne* dicitur à Nautis.

Æpy, oppidum fuit Elidis in Peloponneſo apud Thrion oppidum, quod etiam interiit, Pſophidi urbi finitimum. De eo Statius.

Æqua, & Æquana, urbs Picentinorum Silio, exciſa in ora ſinus Neapolitani, & prope ejus rudera Carolus II. Rex Neapolitanus anno 1300. novam urbem ſtruxit Vicum ſeu Vicum Æquenſem dictam, *Vico* & *Vico di Sorrento* in longum protenſam in colle, in provincia Terræ Laboris, ſed in ipſo limite Principatûs citerioris, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Surrentino, eſtque media inter Surrentum & Stabias, 4. milliaribus utrinque diſtans.

Æquana juga, montes Picentum in Italia Silio, ſic ab Æqua urbe exciſa nominati, nunc *la Montagna di Sorrento* in provincia Terræ Laboris, Vico ac Surrento imminentes.

Æqui, ſeu Æquicolæ, populi Italiæ in Latio, inter Sabinos, Marſos, Latinos, & Hernicos, qui Æquiculi Ptolemæo, Æquiculani Plinio, eorum urbes fuêre Algidum, Sublaqueum, Carſeoli, Treba, & Corbio, erantque in eo tractu ubi hodie pars Campaniæ Romanæ inter fontes Anienis & Tybur, Æquicolæ apud Virgilium.

Æqninoctium, oppidulum Pannoniæ ſuperioris, teſte Antonino, nunc *Viſchmund*, pagus Auſtriæ ad Viſcham amnem paulò ſupra ejus confluentes in Danubium fluvium, medius inter Viennam ad occaſum & Hamburgum ad ortum, 3. milliaribus Germanicis diſſitum, ſic Joſias Simlerus indigitat.

Æquum, colonia & oppidum Illyrici in Dalmatia Mediterranea, de quo fit mentio in Itinerario Antonini, *Clucci* nunc, ſeu *Cluzzi* Villanovano, *Chognitz* Jacobo Luccaro Raguſæo, diſtat à Salona 21. mill. paſſ. in ortum æſtivum, & 50. ab Epidauro in Boream.

Ærea, *Ayr*, urbs Scotiæ meridionalis, aliàs Vindotara dicta, ſeu Vandotara, teſte Camdeno, eſt in Covalia provincia, cujus caput exiſtit, cum portu ca-

Digitized by Google

paci, & tuto ad oſtia fluvii Ærei in ſinum parvum Vindotaram dictum, qui propriè pars eſt Glottæ æſtuarii, arcem habet recentem a Cromvvello excitatam, & a. mill. diſtat à Carricta provincia in ſeptentrionem, uti 40. a Candida caſa Irvinum verſùs 9. & 30. à Glaſcoa in occaſum hybernum.

ÆREUS, *l'Ayr*, fluvius Scotiæ Auſtralis, oritur ex montibus in ipſo limite Cluydesdaliæ, deinde per Covaliam provinciam fluens in occaſum auctus quamplurimis rivis Æriam urbem rigat, & paulò infrà ipſam in Glottæ æſtuarium ſe exonerat, teſte Thimoteo Ponte.

ÆRIA, urbs Galliæ Narbonenſis in Provincia, quam nunc interpretantur Vaſionem *Vaiſon*, in Comitatu Vindaſcino, ſicque dicitur quod ſita ſit excelſo in loco, teſte Strabone. Vide Vaſio.

ÆRIA, *Aire*, Belgii urbs in Arteſia provincia. Vide Aria.

ÆRII MONTES, in Sicilia inſula, in ipſius meditullio, dicuntur ab aliis Montes Ærii ſeu Hærei & Herei, ſuntque prope Ennam oppidum, hodie *Monti ſorii*, teſte Cluverio. Vide Heræimontes.

ÆROPOS, mons Macedoniæ, Livio, inter quem & Aſnaum per vallem anguſtam Aons fluvius Dyrrachium verſùs decurrit. De quo fluvio ſupra in Æas.

ÆRYNDELE, urbs Aſiæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Petracenſi, & Patriarcha Jeroſolymitano, Miræo teſte.

ÆSANIS, urbs Phrygiæ majoris, Ptolemæo teſte, Azana male apud alios, cujus mentio in Synodo V. Conſtantinopolitana.

ÆSAPUS, fluvius Aſiæ minoris in Myſia, Straboni, Æſepus Plinio & Ptolemæo, *Spiga* nunc in tabulis recentibus, ex Idæ monte profluens prope fontes Granici; deinde in Aquilonem tendens in Propontidem ſe exonerat inter Granici fluvii oſtia ad occaſum & Tarſium ad ortum, 32. mill. paſſ. a Cyzico recedens in occidentem Abydum verſùs 80. circiter.

ÆSAR, ſeu Æſarus, fluvius Magnæ Græciæ, cujus meminit Strabo, nunc *l'Eſaro*, Barrio & aliis, fluvius Calabriæ ulterioris, parvus eſt admodum, & in mare Ionium ſe exonerat prope Crotonem urbem, 7. milliaribus à confinio Calabriæ citerioris in meridiem, verſùs Lacinium promontorium totidem, & 13. à Siberena in ortum hybernum.

ÆSARIS, ſeu Auſer, *il Serchio* nunc, fluvius Italiæ in Thuſcia, oritur ex Appennino monte in ipſo limite ducatûs Mutinenſis, deinde per Carferonianam fluens, & per Lucenſem ditionem, prope Luccam urbem labitur, hinc auctus amne *Oſaro* dicto, per agrum Florentinum in mare Tyrrhenum ſe exonerat, 5. mill. paſſ. ab Arni oſtiis in ſeptentrionem, dicitur etiam Sarculus a recentioribus. Vide Auſer.

ÆSARUS. fluvius Magnæ Græciæ, per fines Crotoniatarum fluens, teſte Strabone. Vide Æſar.

ÆSERNIA, colonia & urbs Italiæ in Samnio Straboni, Eſernia Plinio, nunc *Iſernia*, & quibuſdam etiam *Sernia* urbs regni Neapolitani, in provincia comitatûs Moliſini, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Capuano, ferè 4. mill. paſſ. diſtat a Vulturno fluvio in ortum, & totidem à confinio Terræ Laboris, ad radices montis Apennini, inter Sulmonem ad ſeptentrionem & Teleſiam ad meridiem 24. mill. paſſ. 30. à Capua in Boream, & 10. à Venafro in ortum æſtivum, eſt etiamnum ſatis culta & clara natalibus S. Petri Cæleſtini Pontificis Maximi.

ÆSIA, ſive Oeſia *l'Oiſe*, Italis *l'Eſia*, fluvius Galliæ, oritur in Teoraſcia tractu Picardiæ prope Irſonium, hinc per provinciam Inſulæ Franciæ fluens, in Noviomenſi tractu ad Compendium Axonam recipit, deinde inter Valeſiam, Bellovacenſem tractum, & Vulxinum Francicum labens infra Pontem Oeſiæ & propè Conf-fluentes Sequanæ miſcetur, vix 2. leucis ſupra Piſciacum. Vide Oeſia.

ÆSICA, oppidum Britanniæ Magnæ, cujus fit mentio in libro Notitiæ, nunc teſte Camdeno, *Netherby* vicus Angliæ regni in Cumbria provincia, ad Eſcam fluvium, qui 6. milliaribus infra cadit in Itunam æſtuarium, ubi magna inſunt antiquæ urbis rudera, vix 2. milliaribus Anglicis diſtat à confinio Scotiæ, 7. à Carleolo in ſeptentrionem prope *Bewcaſtle* Caſtrum, aliquot tantùm milliaribus ab ora maris Hibernici, & 60. ferè à Lancaſtria in Boream.

ÆSIS, fluvius Italiæ, Plinio & Straboni, Umbriam à Piceno aliàs ſeparans ad occaſum, nunc autem *Eſino*, eſt in Marchia Anconitana, fontes habens in monte Apennino verſùs Umbriam, deinde in Aquilonem tendens, Æſium rigat, & aliquot milliaribus infra in mare Adriaticum cadit, inter Anconam ad ortum & Senogalliam ad occaſum.

ÆSIUM, urbs Piceni in Italia Straboni, quæ Æſis Ptolemæo, nunc *Jeſi*, urbs Marchiæ Anconitanæ in ditione Eccleſiaſtica, Epiſcopalis Sedi Apoſtolicæ immediatæ ſuffraganea, ſedet in colle, eſtque parvi circuitus ad Æſim fluvium, 6. milliaribus diſtans à confinio ducatûs Urbini, & 12. à Senogallia in meridiem, à Fabriano autem 18. milliaribus in ortum æſtivum, & 15. ab Auxumo in occaſum, uti 23. ab Ancona. Hinc Æſinus nomen gentis.

ÆSISIUM, ſeu & meliùs Aſſiſium, ex veteri inſcriptione, *Aſſiſi* incolis, *Aſſiſe* Gallis, urbs Italiæ in Umbria Epiſcopalis in monte 5. mill. paſſ. ab Aſio fluvio. Vide Aſſiſium.

ÆSOLANI, populi Latii, Plinio. Vide Eſulæ.

ÆSON, fluvius Theſſaliæ cum oppido cognomine, cadit in Metam fluvium.

ÆSONENSES, populi Hiſpaniæ citerioris, quorum oppidum Æſona, nunc *Iſona*, pagus Catalauniæ, teſte Andrea Schotto ex veteri inſcriptione.

ÆSQUILIÆ, unus ex ſeptem collibus Romæ. Dicitur ſæpiùs Exquiliæ, & Eſquiliæ. Vide ibi

ÆSTIÆI, & Æſtii, populi fuêre Sarmatiæ Europææ valde extenſi, juxta oram orientalem ſinus Codani, ſeu maris Suevici, nempe à Viſtula fluvio ad Finnicum ſinum, ſub quibus complectebantur Æſtiæi proprii, eo loco forſan, ubi nunc Pruſſiæ pars trans Viſtulam; Ombrones populi, ubi hodie Samogitia provincia, Scyrri, hodie Ducatus Curlandiæ & Semigalliæ in Livonia, & Hirri, ubi Lettonia & Eſthonia partes Livoniæ Suecicæ, & in hac ultima Æſtiæorum veſtigium tranſlucet, ut Cluverius exiſtimat.

ÆSTIVÆ, inſulæ Americæ ſeptentrionalis in Oceano Boreali, quæ & Bermudæ, *The Summer Iſles* Anglis, *les Iſles d'Eſté*, ſeu *les Bermudes* Gallis, & *las Bermudas* Hiſpanis, qui eas primi luſtrarunt: nunc autem ſubſunt Regi Angliæ ab anno 1612. ſuntque ſatis cultæ, & in modum arcus extenſæ, ſed ejus major vix ſex leucas excedit, 400. leucis ab Hiſpania in ortum æſtivum diſtans, & vix 300. Carolina provincia Floridæ. Vide Bermudæ.

ÆSULUM, oppidum fuit Latii. Vide Eſulæ.

ÆTHALIA, inſula Italiæ in mari Tyrrheno & in Hetruria, Plinio, & Melæ, quæ Æthale Stephano, nunc *l'Elba*, 12. milliaribus à Populonio diſtans, dicitur ſæpiùs Ilua à recentioribus. Vide ibi.

ÆTHIOPOS ANTHROPOPHAGI, populi fuêre Æthiopiæ inferioris in Africa meridionali, ubi nunc Cafrorum regio. Vide Antropophagi Æthiopes.

ÆTHIOPES HESPERII, populi fuêre Africæ in Æthiopia inferiori, ubi hodie regna Congi & Angolæ cum aliis. Vide Heſperii Æthiopes.

ÆTHIOPIA, vulgò *l'Ethiopie* Gallis, *l'Etiopia* Hiſpanis, & Italis, & *Etiopen* Anglis, Germanis & Belgis, regio perampla Africæ, ſeu propriè ejus media pars verſùs

Digitized by Google

Auſtrum extenſa, ſicque ab antiquis credita, & in duas partes diviſa, nempe in ſuperiorem & inferiorem.

ÆTHIOPIA SUPERIOR, ſeu interior, regio ampla Africæ, quæ aliter, Æthiopia ſub Ægypto dicta fuit, terminatur a Septentrione Ægypto & Lybia, ab occaſu Æthiopia inferiori, uti à meridie, ab ortu vero mari Rubro & Arabico, & ſinu Barbarico, ejus partes ſunt Nubi hodie *la Nubie*, quæ magis ad ortum verſus Lybiam, Æthiopia proprie dicta *l'Abiſſinie*, regna Muiaci & Macoci, & Galas, Troglodutica *la coſte d'Abex*, verſus mare Rubrum, Azania *la coſte d'Ajan*, & Barbaria *le Zanguebar* juxta Oceanum Æthiopicum.

ÆTHIOPIA INFERIOR, ſeu exterior, pars ampla Africæ in meridiem extenſa, terminatur ab Aquilone Lybia, ab ortu Æthiopia ſuperiori, ab occaſo vero & meridie Oceano Æthiopico & Auſtrali, ejus partes fuere tres. Nempe Agiſymba regio ubi hodie regna *Monomotapa & Monemugi*. Heſperii Æthiopes ubi Regna Congi Loangi & Angolæ cum adjacentibus, & Anthropophagi Æthiopes, ubi Cafreria regio hodie. Totius Africæ pars meridionalior eſt hæc regio quæ antiquis prorſus incognita, & à Luſitanis inventa & perluſtrata fuit à duobus fere ſeculis, incipit verſus occaſum ad Heſperium ſinum non longe ab Æquatore, & totam complectitur littoralem Africæ partem ad Auſtrum uſque ad Barbariam ſeu Zanguebariam, Æthiopiamque ſuperiorem hac parte ambit.

ÆTHIOPIA PROPRIE DICTA, hodie Abiſſinia *l'Abiſſinie*, ſeu *le païs des Abiſſins* Gallis, *Abex* incolis, *l'Abiſſinia* Italis, dicitur etiam Abaſſinia & Abaſſia, ejus termini erant alias ab ortu Troglodutica, & Azania, a Septentrione Nubia, ab occaſu Heſperii Æthiopes, & à meridie regna Monomotapæ & Monemugi in Agiſymba regione, parebatque Imperatori *le Grand Negus* dicto, pro majori parte, ſed ſuperiori ſeculo Galæ populi vicini occupaverunt provincias *Balli, Fatigar*, *Angote*, cum aliis quas etiamnum poſſident, ita ut ditio iſtius Imperatoris valde imminuta ſit, teſte Hieronymo Lobo Luſitano, & in parte Auſtrali Æthiopiæ propriæ ſunt Galæ populi valde potentes, & regna Muiaci, & Macoci.

ÆTHIOPIÆ PROPRIÆ PROVINCIÆ
ſub Abiſſinis.

Agaga, *Agag*.
Amara, *Amahara*.
Ambiancativa.
Bagamidra, *Bagamidri*.
Beleguanza.
Dambea, *Dambea*.
Doba, *Dobass*.
Goiama, *Goyame*.
Holcaita, *Holcait*.
Magaza.
Narea.
Ogara, *Ogar*.
Oleca.
Sacahala.
Sagueda, *Sagued*.
Salaita, *Salait*.
Salaoa.
Semena, *Semen*.
Soua.
Xaoa: *Xaoa*.
& Regnum, *Tigre*.

ÆTHIOPIÆ PROPRIÆ PROVINCIÆ
in ditione Galarum.

Angotina, *Angote*.
Ballia, *Balli*.
Bizama, *Bizamo*.
Cambatea, *Cambate*.
Damuta, *Damout*.
Doara, *Doaro*.
Fatigara, *Fatigar*.
Manza, *Manz*.
Ogge, *Ogge*.
Oifata, *Oifate*.

ÆTHIOPICUM MARE, ſeu Oceanus Æthiopicus, *l'Ocean Ethiopien*, ſeu *la mer d'Ethiopie*, pars eſt perampla Oceani Auſtralis verſus partem meridionalem Africæ, tam ad ortum Æthiopiæ inferioris ſeu exterioris quam ad occaſum. ejus partes ſunt mare Congi *la Mer de Congo* ad occaſum, mare Cafrorum, *la Mer des Cafres* ad meridiem, & mare Zanguebariæ ſeu ſinus Barbaricus *la Mer de Zanguebar* ad ortum, dicitur aliter Oceanus Auſtralis.

ÆTHUSA, quæ & Æguſa, Siciliæ inſula. Sed apud Ptolemæum diverſæ ſunt. Æthuſa enim *Limoza*, teſte Fazello dicitur, inter Melitam & Africam ſita. Æguſa vero nunc *la Favognana* nominatur, Lilybæo promontorio Siciliæ vicina, inter Hieram & Phorbantiam inſulas, 10. mil. paſſ. diſtans, à Drepano urbe 20. in Africum.

ÆTINIUM, oppidum Macedoniæ, Ptolemæo, quod Athenæum à Livio nominatur, Triccæ urbi apud Theſſaliæ fines finitimum. *Etino* vulgo, teſte Moletio.

ÆTNA, *il Mon-Gibello* Italis, *le Mont Gibel*, Gallis, *Gibel* Arabibus, id eſt Mons, per excellentiam, Mons eſt Siciliæ maximus & notiſſimus, ob ignes quos evomit quibus aſſidue flagrat: quibuſque interdum latius ſparſis horribilem edit perniciem, eſt in Valle Demonæ, & in Diœceſi Catanenſi, altitudinis eſt 9. milliarium, circuitus autem 50. cauſam incendii faciunt Poetæ Typhæum ſeu Typhonem Gigantem eo oppreſſum à Jove, Lucretius eam rejicit in ſulphur quo hæc regio ſcatet, accedunt & flatus incluſi. Montem circumſtant oppida aliquot, in his Centuripæ *Centorue* urbs exciſa, & Ætna nunc pagus *Maſcari*, Adranum *Aderno*, & Brontes *Bronte*; pars ejus Auſtralis vitibus conſita eſt, Borealis nemoribus obducta. Et in eo nihil incultum niſi in ſummo monte, à Catana urbe ad quam fere radices ejus pertingunt 12. mill. paſſ. diſtans in occaſum, & 50. à Meſſana verſus meridiem. hic mons anno 1169. horribili flagravit incendio itemque anno 1329. cum per plures annos abſque igne & fumo fuiſſet, uti & annis 1408. 1444. & 1447. anno 1536. flumen igneum emiſit, locis finitimis vaſtitatem afferens, & anno 1554. plus conſueto æſtuans Catanam & illius agrum maxime labefactavit, anno autem 1669. quatuor fluvios igneos emiſit in Catanenſi agro, ubi 15. caſtra cremata fuere, de variis ejus incendiis diverſis temporibus conſule Thomam Fazellum & Philippum Cluverium.

ÆTNA, urbs Siciliæ in ejus parte Orientali, antea Ineſſa dicta, nunc quibuſdam *S. Giovanni de Arenis*, Cluverio teſte, ſed Fazello eſt *Maſcari* pagus vallis ſeu provinciæ Nemorenſis ad radices Ætnæ montis 10. mill. paſſ. à Catana in Aquilonem. Populi Ætnenſes Plinio, & Ætnæus nomen gentis.

ÆTOLIA, regio Græciæ in Achaia regione Straboni, hodie parva Græcia dicta, aliter *il Deſpotato*, in Epiri confinio, inter Locros Ozolas ad ortum à quibus Eveno fluvio ſeparatur & Acarnaniam ad occaſum Acheloo fluvio dividente, Mari Jonio alluitur ad meridiem. ejus urbes fuere Calydon, Oechalia, Chalcis, & Pleuron. Nunc hæc regio ſubeſt dominio Turcarum à duobus ſeculis, hinc Ætoli populi.

17. ÆTONA, *Eaton* viculus Angliæ cum Collegio ad Tameſim fluvium in comitatu Buckingamiæ, teſte Camdeno, dicitur ſæpius Etona. Vide ibi.

ÆTUATII, qui Æduates Cæſari, *Tavetſcher*, teſte Schudo, populi Helvetici in ipſo Rhætorum confinio,

Digitized by Google

juxta fontes Rheni quorum oppidum, nunc vicus *Tavetſch* dictus ad Rhenum anteriorem in fœdere ſuperiori Rhetico, juxta montem *Criſpaltberg* ab Altorfio oppido Uraniæ pagi 3. milliaribus Helveticis diſtans, & ſex à Clavenna in occaſum æſtivum à Curia in occaſum, & à Belitione in ſeptentrionem.

Æx, ſcopulus maris Ægæi, inter Tenedum & Chium inſulas, à quo mare Ægæum nominatur, teſte Plinio.

Affile, Colonia Italiæ in Latio nunc eſt *Affile* caſtrum ditionis Eccleſiæ in Campania Romana, prope Anienem fluvium in colle in confinio Regni Neapolitani, & in juriſdictione Abbatis Sublacenſis.

Afflianus mons, ſub quo rivus aquæ Claudiæ deductus ex veteri inſcriptione, vulgo *il Monte S. Angelo* in territorio Tiburtino & in Sabina provincia, teſte Antonio *del Re* in antiquitatibus Tiburtinis.

Afri, qui & Africani, populi Africæ ſeu Libyæ ab Afro ex poſteris Abrahæ dicti, teſte Divo Iſidoro in libro originum, vulgo etiam à Gallis *les Afriquains*, ab Italis *gli Africani*, à Belgis *Afrikaner*, ab Hiſpanis autem *les Moros* dicuntur, hinc etiam Africus nomen gentis.

Africa, quæ & Libya Græcis, ſic quaſi ſine frigore dicta, una ex quatuor orbis terræ partibus in meridiem vergens, mari Mediterraneo ad arctos, Oceano ad occaſum, meridiem, & ortum, ac ſinu Arabico perſtricta, (niſi qua Aſia Ægypto connectitur) *Iphrichia* ab incolis, teſte Joanne Leone Africano, dicta, à Turcis *Ephrikija*, a Gallis *l'Afrique*, ab Hiſpanis & Italis *l'Africa*, ab Arabibus *Alkebulan*, ab Indis *Beſecath*, & a Belgis & Anglis *Afrika* dicitur: eſtque una ex tribus orbis partibus antiquis cognitis. Sed Luſitani hiſce ultimis temporibus detexerunt maximam & meridionalem ejus partem nondum Europæis notam, præſertim verſus oram littoralem meridionalem & inſulas, tunc enim ultra Lunæ montes meridiem verſus incognita erat. Regio tota ſiccior in Mediterraneis, ubi ſterilis & penè deſerta multis in locis, vel arenis ſterilibus obducta, vel multo ac malefico animalium genere infeſta, vel inopia aquarum, eſt autem hujus forma ſeu figura ad Peninſulæ triangularis inſtar; quæ iſthmo qui eſt inter mare Mediterraneum & ſinum Arabicum ſeu mare Rubrum Aſiæ conjungitur, ac duplo ferme Europam excedit. A pluribus variè diſtincta fuit Africa. Romanorum tempore diviſa fuit in ſex provincias nempe Africam propriam, ſeu proconſularem, Numidiam, Tripolitanam, Bizacenam, Mauritaniam Cæſarienſem, & Mauritaniam Tingitanam, ſed hæc diviſio intelligenda eſt de ea tantum parte quæ Romanis paruit, Ptolemæus eam diſtribuit in duodecim regiones, quæ ſunt Mauritania Tingitana, Mauritania Cæſarienſis, Numidia, Africa propria, Cyrenaica, Marmarica, Libya propria, Ægyptus ſuperior, Ægyptus inferior, Libya interior, Æthiopia ſub Ægypto ſeu ſuperior, & Æthiopia inferior ſeu exterior, ſed Nicolaus Sanſon eam facilius dividit in Africam ſeu Libyam, & in Æthiopiam, Æthiopia dividitur in ſuperiorem ſeu ſub Ægypto, & in inferiorem Æthiopiam ſeu exteriorem, Africa vero ſeu Libya in citeriorem & ulteriorem ex quibus in citeriori ſunt Mauritania, Africa propria, Libya propria, & Ægyptus, in ulteriori Libya ſunt Getuli, Garamantes, & Nigritarum regio, & hæc de antiqua ad quam referri poteſt recens Africæ diviſio, de ejus autem partibus ſecundum recentiores, vide infra, & notandum eſt quod Africa dicitur ab Aſiaticis inſula Occidentis, quippe genuino mari Mediterraneo & Atlantico; geminoque fluvio Nilo & Nigro undique circumdata, ut ſcribit Gollius.

Africæ antiquæ regiones fuere.

Ægyptus.
Æthiopia exterior.
Æthiopia ſub Ægypto.
Africa propriè dicta.
Agiſymba.
Byzacena.
Cyrenaica.
Getulia.
Libya.
Marmarica.
Mauritania Cæſarienſis.
Mauritania Tingitana.
Nigritarum terra.
Nubia.
Numidia.
Tripolitana.
Troglodytica.

Africæ regiones præcipuæ hujus temporis.

Ægyptus, l'Egypte.

Æthiopia propria ſeu Abyſſinia, *l'Ethiopie* ou *le Royaume des Abiſſins.*

Barbaria, *la Barbarie*, olim Mauritania & Africa propria.

Biledulgeridia, *le Biledulgerid*, ubi aliàs Gætuli & Garamantes ex parte.

Cafrorum regio, *la Coſte des Cafres*, ubi Æthiopes Antropophagi in Æthiopia inferiori.

Congi regnum & quæ ſub ipſo continentur, *le Congo*, ubi alias Æthiopes Heſperii in Æthiopia inferiori.

Guinea, *la Guinée*, ubi pars Auſtralis Nigritarum regionis.

Madagaſcaria, *l'Iſle Dauphine ou de Madagaſcar*, quæ alias Cerne Æthiopia, & Menuthias dicta fuit.

Monomotapæ Monemugi & Galarum regna, *les Royaumes de Monomotapa, de Monemugi, & des Gales*, ubi aliàs Agiſymba regio in Æthiopia inferiori.

Nigritia, *le pais des Negres*, alias Nigritarum regio.

Nubia, *la Nubie*, olim Nubi in Æthiopia ſuperiori.

Zaara ſeu deſertum, *le Zaara* ou *le deſert*, aliàs pars Auſtralis Gætulorum & Garamantum.

Zanguebaria, *le Zanguebar*, olim Barbaria regio Æthiopiæ ſuperioris.

Africæ urbes clariores hujus temporis.

Adea, *Adea*, in Zanguebaria.
Alexandria, *Alexandrie*, in Ægypto.
Amara, *Amahra*, in Abyſſinia.
Aphrodiſium, *Africa*, in Barbaria.
Barva, *Barva*, in Abyſſinia.
Beninum, *Benin*, in Guinea.
Buga, *Bugie*, in Barbaria.
Butua, *Butua*, in Æthiopia inferiori.
Cairus, *le Caire*, in Ægypto.
Conſtantina, *Conſtantine*, in Barbaria.
Damiata, *Damiete*, in Ægypto.
Fezzæ, *Fez*, in Barbaria.
Hadrumetum, *Hamamethe*, in Barbaria.
Loanda, *S. Paul de Loanda*, in regno C
Magadoxa, *Magadoxo*, in Zanguebari
Marochium, *Maroc*, in Barbaria.
Melinda, *Melinde*, in Zanguebaria.

Digitized by Google

Mina, *S. George de la Mine*, in Guinea.
Monomotapa, *Monomotapa*, in Æthiopia inferiori.
Mozambicum, *Mozambique*, in Zanguebaria.
Quiloa, *Quiloa*, in Zanguebaria.
Ruiucurum, quæ Algita aliis, *Alger*, in Barbaria.
Septa, *Ceuta*, in Barbaria.
S. Salvatoris fanum, *S. Salvatore*, in regno Congi.
Syene, *Aſuan*, in Ægypto.
Sofala, *Sofala*, in Cafreria.
Thebæ, *Minio*, in Ægypto.
Tingis, *Tanger*, in Barbaria.
Tripolis, *Tripoli*, in Barbaria.
Tunetum, *Tunis*, in Barbaria.
Utica, *Biſerte*, in Barbaria.

AFRICA PROPRIA, regio Africæ quæ ab ea nomen ſumpſit dicta fuit Zeugitana, teſte Plinio, & à quibuſdam Africa minor, mari Meditarraneo quod Africum vocatur expoſita, inter Cyrenaicam ad ortum & Mauritaniam ad occaſum, ejus partes fuere quatuor nempe Africa ſtrictè ſumpta ſeu Proconſularis io qua Carthago, Numidia, Byzacena, & Tripolitana, ubi hodie Barbaria media ſeu propria, in qua regna Tunetanum & Tripolitanum, *les Royaumes de Tunis & de Tripoli*, & pars Orientalis Regni Algerii, ubi provincia Conſtantina, cum minuta parte Bugiæ provinciæ ad ortum, ejus urbes præcipuæ fuere Carthago, Cirta, Adrumetum, & Utica, de aliis urbibus quæ clariores fuere antiquis temporibus, vide infra.

AFRICA STRICTE SUMPTA. Quæ Proconſularis & Carthaginenſis dicta, pars fuit Africæ propriæ, terminata a Septentrione mari Mediterraneo ſeu Africo, ab Occidente Numidia, ab Oriente vero & meridie Byzacena regione, ejus primaria urbs fuit Carthago, aliæ clariores fuere Bulla Regia, Thabraca, & Utica.

AFRICÆ PROPRIÆ URBES MARITIMÆ FUERE.

Aphrodiſium. hodie, *Africa*.
Carthago, *Almenara*.
Clupea, *Quipia*.
Hadrumetum, *Hamamethe*.
Hyppon regius, *Bona*.
Lepris magna, *Lebeda*.
Neapolis, & Tripolis, *Napoli di Barbaria*.
Ruſpæ, *Affachus*.
Ruſpina, *Souſe*.
Tacape, *Capes*.
Thabraca, *Tabarca*.
Tunes, *Tunis*.
Utica, *Biſerte*.

AFRICÆ PROPRIÆ URBES MEDITERRANEÆ FUERE.

Aquæ regiæ.
Byzacium.
Lambeſa, nunc *Lambeſca*.
Lares, *Migana*.
Madaura, *Madara*.
Muſti.
Sicca Veneria, *Antrangues*.
Tagaſta, *Tagaſta*.
Tebeſca, *Tebeſca*.
Thyſdrus, *Cairoan*.

AFRICA, *Africa*, urbs Barbariæ in Regno Tunetano, olim Aphrodiſium dicta. Vide 161.

AFRICUM MARE, *la Mer de Barbarie*, pars eſt ampla maris Mediterranei, Africam propriam & Mauritaniam alluens, Sardiniam & Siciliam uſque, idque cum late ſumitur: ſed mare Africum ſtricte ſumptum extenditur inter Siciliam & Melitam inſulas & Syrtim minorem ad ortum, & inter partem meridionalem Sardiniæ & Ampſagæ fluvii oſtia. Africam ſtricte ſumptam & Byzacenam alluens, nuncque *la Mer de Tunis* vulgò dicitur.

AGABRA, oppidulum Hiſpaniæ Bœticæ, quæ & Ægabra, ex antiqua inſcriptione, nunc *Cabra* dictum, in Vandalitia inferiori, 5. leucis diſtans à Tucci in occaſum hybernum Aſtigim verſus 13, eratque olim urbs Epiſcopalis.

AGADES, *Agades*, oppidum Africæ in Zaara regione, & in deſerto Lempta juxta fluvium Ghir, teſte Joanne Leone.

AGADES, ſeu fanum S. Crucis, *Agades* ſeu *Santa Cruz*, oppidulum Africæ in Regno Suſæ, & in ora Oceani Atlantici. Vide fanum S. Crucis.

AGADES, *Agades*, regnum Africæ in Nigritia regione inter Tombutum regnum ad occaſum, Canum regnum ad ortum, Zaaram regionem ad Septentrionem, & Nigrum fluvium ad meridiem, ubi olim Tecpani populi ex aliquorum ſententia.

AGADES, *Agades*, urbs Africæ in Nigritia, regni cognominis caput, forſan olim Malacath dicta, muris præcincta verſus limites Zaaræ regionis & Hayni deſertum, teſte Joanne Leone.

AGAGUM REGNUM, *le Royaume d'Agag*, regio Æthiopiæ ſuperioris verſùs lacum *Zaire*, inter Nilum fluvium & provincias Ambiam & Novam. Sub Abiſſinis, cum urbe cognomine.

AGAMEMNONII FONTES, in Ioniâ propè Smyrnam urbem, ab ea quinque mille paſſ. diſtantes. Philoſtrato teſte.

AGAMERUM, *Agamer*, oppidulum Hiberniæ in Momonia provincia juxta portum Corcagienſem, & in Comitatu Corcagienſi 7. mill. paſſ. à Kinſalia in ortum, nunc ferè dirutum.

AGAMIUM, oppidulum aliàs Inſubriæ nunc *Gheme* ex marmorea inſcriptione antiqua, Vicus Ducatus Mediolanenſis in Novarienſi tractu, propè Seſſitem fluvium, & Romanianum oppidulum; à quo vix 4. mill. paſſ. diſtat in ortum Hybernum & 16. à Novaria in Boream. Incolæ Agamini.

AGANA, *Agan*, ſeu *Pagan*, una ex inſulis Latronum in Aſia & Oceano Orientali, inter inſulas *Chemochoan* & *Guagan*, dictas.

AGANIPPE, fons Bœotiæ celebris Plinio, & Pauſaniæ, ad Heliconem montem haud procul à Thebis in Permeſſum fluvium labens, & à Poëtis maximè celebratus. De eo Claudianus.

AGAOSI, qui & Agaoſi, *les Agaos*, populi Æthiopiæ ſuperioris, ſeu Abyſſiniæ in regno Bagamedri inter fluvios Nilum & Tagazzam, & propè Angotam provinciam.

AGARA, urbs Phyllitarum in India intra Gangem, Ptolemæo. Nunc forſan Agra urbs ampla Indiæ regia, teſte Sanſone. Vide Agra.

AGARENI, dicti fuere Saraceni populi Aſiæ bello notiſſimi in hiſtoriis mediæ ætatis.

AGAROS, fluvius Sarmatiæ Europææ, teſte Ptolemæo, qui Sagaris Ovidio dicitur, & aliis Hypanis, per Sindicam regionem Scythiæ Europææ labitur, & poſtea in Paludem Mæotidem & in Coretum ſinum ſe exonerat, & nunc *Malo Vvonda* dictus in Tartaria Precopenſi, teſte Vaſſorio.

AGASOS Portus Apuliæ, nunc *Porto Greco*, locus Italiæ, propè Montem Garganum in provincia Capitanata, & in ora maris Adriatici. Diſtat 10 milliaribus à Vieſta in meridiem, & 20. à Manfredonia in ortum æſtivum.

AGATHA,

Agatha, urbs Galliæ Narbonenſis Straboni, & Plinio, nunc *Agde* urbs Galliæ in Occitania, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Narboneoſi, eſtque elegans, & culta in ora maris Mediterranei ſeu ſinus Lugdunenſis, paulo ſupra oſtia Arauraris fluvii, vix una leuca diſtat à Blaſcone in Septentrionem, 7. à Narbone in ortum, uti 4. à Biliterris Montem Peſſulanum verſus 10. in Occitania inferiori.

Agatha, ſeu Agathopolis, & melius Agathe, inſula & urbs Volcarum in Gallia Narbonenſi, teſte Brietio, poſtea dicta Magalone, Maſſilienſium opus. *Maguelone* nunc intra ſtagna Volcarum in Occitania, deſtructa fuit à Carolo Martello metu Saracenorum, ſed poſtea utcumque reparata ab Arnaldo ejus Epiſcopo anno 1075. eratque Epiſcopalis urbs ſub Archiepiſcopo Narbonenſi, tandem periit urbs, & Epiſcopatus Montem Peſſulanum tranſlatus fuit, inſula autem oomen etiam retinet *Maguelone*, uti ſtagnum adjacens. 16. leucis ruinæ illius diſtant à Narbone in ortum Nemauſum verſus 9. & una cum dimidia à Monte Peſſulano in meridiem. Vide Magalone.

Agathonis, inſula ſinus Arabici verſus Ægyptum, apud Ptolemæum.

Agathopolis, ſeu Fanum S. Agathæ Gothorum, *Sant' Agata de Goti*, urbs regni Neapolitani in provincia Principatus ulterioris, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Beneventano, in ipſo limite Terræ Laboris, diſtat 9. milliaribus à Teleſia in meridiem, eſtque fere media inter Beneventum ad ortum & Capuam ad occaſum, 14. milliaribus ab utraque diſſita.

Agathopolis, urbs Thraciæ Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Hadrianopolitano in Hæmimonte.

Agathyrium, & Agatirnum promontorium Siciliæ inſulæ, Ptolemæo, in ejus parte Boreali, nunc *il Capo d'Orlando*, teſte Fazello, in valle Demonæ, 16. milliaribus ab urbe Pactenſi in occaſum & 8. ab Agathyrio io Septentrionem, quanquam aliis ſit *S. Fratello* in eo tractu.

Agathyrium, urbs Siciliæ Ptolemæo, Agathyrſum Straboni, & Plinio, Agatirna Livio, Agatirnum aliis, io ora littorali ad Boream inter Tyndarium ad ortum, & Haleſam ad occaſum urbes exciſas, hinc 30. inde 24. mill. paſſ. diſtans, nunc in ruinis jacet, teſte Fazello, & locus *il Campo di S. Martino* vocatur, ſed Cluverio eſt *S. Marco* urbs parva Vallis Demonæ vix 2. mill. paſſ. ab ora diſtans & 20. à Pactenſi urbe in occaſum, quod probabilius, & ut dignoſcitur ex itinerariis, urbs ab Agathyrſo Æoli filio coodita traditur à Diodoro Siculo.

Agathyrsi, populi fuere Sarmatiæ Europææ, Plinio, ſub Alaunis comprehenſi, ubi nunc forſan Pleſcovia provincia & pars Auſtralis ducatus Novogardiæ magnæ in Moſcovia, ut exiſtimant recentiores, quanquam ab aliis ponantur ubi nunc Cargapolia & Vologda Moſcoviæ provinciæ.

Agaunum, oppidum Galliæ Narbonenſis, Regi-noni, antiquitus etiam Ternadæ dictum, in Veragris, teſte Cluverio, nunc *S. Maurice* Gallis, ſeu *S. Mauritz im Vallis* Germanis, oppidum alias in Caballico tractu Sabaudiæ, nunc autem in Valleſia inferiori ad Rhodanum fluvium qui inibi ponte lapideo fornicato ſtratur, & ad radices montium, Caſtrum habet ſatis tutum, ſed muri oppidi diruti fuere à Valleſiis anno 1475. cum Agaunum occuparunt, & Duci Sabaudiæ eripuerunt. In eo ſunt plurima antiquitatis veſtigia, & Sigiſmundus Burgundiorum Rex in honorem S. Mauritii qui ſupra oppidum in campo patente cum militibus ſuis Chriſtianis Martyrio affectus eſt, Cœnobium hic conſtruxit & oſſa martyrum illorum in eo condidit: diſtat à Seduno 6. leucis Gallicis in occaſum Genevam verſus 18. & 4. à Lemano lacu in meridiem. Hinc Agaunenſis nomen gentis.

Agdassnda, *Agdeſinden*, tractus Norvegiæ in Aggerhuſia præfectura, & in ejus parte Auſtrali verſus ſinum Codanum & Bergenſem præfecturam, dividitur in quatuor partes *Litter-Leen, Mandals-Leen, Nedenes-Leen* & *Raabygdelag* dictas, & in eo nulla urbs ineſt alicujus momenti.

Ageounum, *Abun*, oppidum Galliæ in provincia Marchiæ ſuperioris cum Abbatia, ad Crauſiam fluvium, diſtat 15. leucis à Lemovico, & 3. a Garacto in ortum, dicitur etiam Acedunum.

Ageium, *Ay*, oppidum Galliæ io Campania provincia ad Matronam fluvium, vino ſuo celebre, 4. leucis diſtat à Remis in meridiem.

Agelocum, oppidum Coritanorum in Britannia magna, quod Antoninus memorat. & alibi Segelocum dicit. Nunc Guillelmo Camdeno teſte, eſt *Littleburgh* oppidulum Angliæ in comitatu Nottinghamienſi, ad Trentam fluvium in ipſo limite Lincolniæ comitatus, 22. milliaribus Anglicis à Nottinghamia in Septentrionem, & 8. a Lincolnia in occaſum. Vide Segelocum

Agendicum, urbs Galliæ Celticæ, in libro Notitiarum, quæ Agedincum dicta ab Antonino, Senonum caput & Senones ipſa dicta, *Sens* urbs Archiepiſcopalis perantiqua, & alias percelebris, ſedet ad Icaunam fluvium in Campaniæ provinciæ præfectura, quanquam alias Burgundiæ accenſita ſit, & ei etiamnum male à pluribus tribuatur. Vide Senones.

Agger Ganoavensis, *le Sas de Gand*, arx munita Flandriæ, dicitur aliter Cataracta Gandavenſis & Gandavenſis agger. Vide ibi.

Agger S. Stephani, ſeu Stephano-Vverda, *Stefans Vvert* fortalitium Belgii in Ducatu Gueldriæ in inſula Moſæ fluvii, ab Hiſpanis excitatum anno 1633. Vide Stephano-Vverda & Stephani inſula.

Aggarnusta, *Aggerhuſlo*, arx Norvegiæ in intimo ſinu Anſlogenſi & prope Anſlogam, unde nomen præfecturæ Aggerhuſiæ; diſtat 11. milliaribus Norvegicis à Fridericoſtadia in Boream, uti 24. à Bahuſia, 10. autem à Stafangria in ortum, ſub dominio Regis Daniæ.

Aggerhusia præfectura, *Aggerhus*, provincia eſt Norvegiæ Regni magis in meridiem extenſa, ſic dicta ab Aggerhuſia arce. Terminatur ab Oriente Sueciæ regno, à meridie ſinu Codano, ab occidente præfectura Bergenſi à ſeptentrione autem Nidroſiana præfectura, à qua ſeparatur Sevooe monte, extenditurque à ſeptentrione in meridiem per 240. mill. paſſ. ejus partes ſunt ſex, nempe Agdeſinda *Agdeſinden*, Hallingdalia *Hallingdal*, Hammeria *Hammer*, Hennemarchia *Hennemarck*, Rommeritketa *Rommeritket*, & Tellemarchia *Tellemarck*, ejus vero urbes ſunt Anſloga ſive Chriſtiania provinciæ caput, Fridericoſtadia, Saltzberga, & Tonſberga, & ſubeſt tota Regis Daniæ dominio uti Regi Norvegiæ.

Aggerspontum, *Tameſbruck* & *Tamſbruck*, oppidulum tenue Germaniæ in Turingia, in tractu Unſtruto, ſub dominio Ducis Saxoniæ Hallenſis, uno milliari Germanico diſtat à Langenſalza in meridiem, ad Unſtrutum fluvium 2. milliaribus diſtat à Mulhuſia Erfordiam verſus quinque.

Agessus urbs Thraciæ, teſte Stephano ex Theopompo.

Aghacainida, *Teghmoling*, urbs olim, nunc caſtrum Hiberniæ inſulæ in Lagenia provincia, ad Barroium fluvium, teſte Vvaræo.

Agidos, oppidum Cypri inſulæ, Straboni. Nunc *le Bourg du Temple*, vicus ejuſdem inſulæ, inter Lapithum & Aphrodiſium in ora Boreali, teſte Luſignano,

AGINNENSIS TRACTUS, *l'Agenois*, provincia Galliæ in Aquitania & in Guienna, ubi alias Nitiobriges populi, nare fertilis & rigua eſt, terminatur ab ortu Cadurcenſi provincia, a ſeptentrione Petracoricenſi, ab occaſu Vazatenſi tractu, & à meridie Garumna fluvio ſeparatur ab Armeniacenſi comitatu, duplex eſt nempe Aginnenſis tractus Cis-Oldanus *l'Agenois deça le Lot*, & Aginnenſis tractus Trans Oldanus *l'Agenois de là le Lot*, ejus autem urbes præcipuæ ſunt Agennum provinciæ caput, Villanova Aginnenſis, Fanum S. Fidei, & Clariacum.

AGINNUM, urbs Galliæ Aquitanicæ Ptolemæo & Antonino, Agennum in libro ootitiarum, Aginum Auſonio, nunc *Agen* urbs Galliæ in Aquitania, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Burdegalenſi prope Garumnam fluvium ubi ex adverſo recipit Ægircium, ampla eſt & probe culta, alias urbium Aquitaniæ princeps & Joſephi Scaligeri patria, ſita in Guienna provincia & caput eſt Aginnenſis tractus ab ea dicti *l'Agenois*, 15. leucis Vaſconicis diſtat a Burdegala in ortum hybernum Toloſam verſus 15. & 10. ab Auſciis in ſeptentrionem, & 9. a Monte-Albano in occaſum æſtivum, ejus meminit Auſonius in epiſtola 24. hinc Aginnenſis nomen gentis *Agenois* vulgo.

AGISYMBA, regio perampla Africæ, & pars Æthiopiæ inferioris ſeu exterioris, erat ubi nunc regna Monomotapæ & Monemugi cum aliis adjacentibus inter Æthiopiam propriam ad ſeptentrionem & Cafrorem regionem ad meridiem, Sanſone teſte.

AGLA, *Agla*, oppidulum Barbariæ in regno Fezzæ, & in Habata provincia prope fluvium Guargam, teſte Marmolio, 17. leucis diſtans ab urbe Fezza in ſeptentrionem.

AGMUNDESHAMUM, *Agmundesham*, oppidulum Angliæ in Bukingamia provincia, diſtat a Londino 20. milliaribus Anglicis in occaſum æſtivum, 6. autem à Tameſi fluvio in ſeptentrionem.

AGNEOA, urbs Britanniæ magnæ, cujus fit mentio in veteri inſcriptione, quam Hector Boethius interpretatur Edimburgum *Edenburg* urbem Scotiæ regiam, prope Fortheam æſtuarium cum arce caſtro puellarum dicto, ab antiquis Alata caſtra dicta fuit. Vide ibi. & Edimburgum.

AGNETTINUM, *Agnetten*, oppidulum Tranſſylvaniæ, juxta fluvium *Harbach*, 5. milliaribus Germanicis à Cibinio diſtans in ſeptentrionem.

AGNIADELLUM, *Agniadello*, vicus Ducatus Mediolanenſis, celebris victoriâ Ludovici XII. Regis Francorum adverſùs Venetos anno 1509. diſtat 8. mill. paſſ. a Crema urbe, in occaſum æſtivum, eſtque in tractu Addua Glarea dicto, in ipſo limite ditionis Venetæ & agri Cremenſis.

AONIO, l'Aa, fluvius Galliæ. Oritur in Bolonienſi Comitatu ſupra vicum *Rumilly le Comte*, deinde Audomaropolim rigat, & infra Gravelinam Flandriæ urbem in mare ſe exonerat, in ipſo limite Picardiæ.

AONITII, populi fuere Latii in finibus Marſorum, teſte Dionyſio Halicarnaſſeo, ubi & Agnitia ſylva, inter Albam Marſorum & lacum Focinum.

AGOLA, *Agola*, urbs Africæ in Æthiopia ſuperiori, propè Ao aram montem 20. leucis, & totidem ab urbe Coſla diſtans in ſeptentrionem ut quidam ſcribunt.

AGONALIS CIRCUS, nunc incolis *la Piazza Navona*, Gallis *la Place Navone*, platea Romæ oblonga ſed ampla & pulcherrima in meditullio urbis, ſplendidiſſimis ornata ædificiis, Eccleſia ſub invocatione S. Agnetis, fontibuſque. & Antonini Caracallæ Obeliſco ab Innocentio X. Pontifice maximo, hinc alias Agonalia feſta, & Agonales ludi.

AGONENSIS PORTA, nunc *la Porta Salara*, porta urbis Romæ, Polybio, quæ Collina, & Quirinalis. Vide Portæ.

AGONES, populi Inſubriæ, quorum tractus *la Valle di Gogna* hodie dicitur in agro Ticinenſi, teſte Gaudentio Merula. Sed Polybius eos inter Apenninum montem & Padum deſcribit, & poſt eos Boios.

AGONIA, *la Gogna*, fluvius parvus Italiæ in Ducatu Mediolanenſi, oritur prope Verbanum lacum & Aronam oppidum, deinde in meridiem fluens per Novarienſem agrum prope Novariam labitur, hinc per Laumellinam tractum agri Ticioenſis, in Padum fluvium cadit inter Valentiam & Ticinum, olim Novariam dictum fuiſſe exiſtimat Brietius.

AGORA, oppidum Thraciæ Stephano, io ora Cherſoneſi ad Helleſpontum, Seſto urbi finitimum, nunc *Malagra*, teſte Leunclavio.

AGORUM, *Agore*, oppidulum Italiæ in Marchia Tarviſina. & in Bellunenſi agro, ad Cordevolium amnem, ſub dominio Reipublicæ Venetæ, & in ipſo limite Comitatus Tirolis, 18. mille paſſibus diſtans à Belluno in occaſum Bellunum verſus 30. circiter.

AGOTIUS, *l'Agout*, fluvius Galliæ in Occitania ſuperiori, qui Acutus dicitur à quibuſdam, Caſtrum & Vaurum urbes rigat, & poſtea in Tarnim ſe exonerat.

AGRA, alias Agara dicta, ut multi opinantur, *Agra* hodie, urbs eſt Aſiæ in India extra Gangem & Imperii Magni Mogolis caput, & ſedes regia, ampliſſima, dives, & perelegans ab Exebaro magno Mogole ſic excitara ſeculo elapſo ad fluvium *Gemini* & in provincia Agra, oblonga eſt cum Palatio regio ſuperbiſſimo & magni circuitus, ei ex altera parte fluvii adjacet urbs Secandra dicta ſatis culta & quæ proprie Agræ ſuburbium eſt peramplum, 150. leucis diſtat à civitate *Labor* in ortum hybernum uti 37. à Dellia, 70. vero ab Aſinera in ortum, eſtque in meditullio Indiæ propriæ.

AORA, *Agra*, provincia ſeu regnum Indiæ intra Gangem in Imperio magni Mogolis ſatis extenſa, inter Sambaliam provinciam ſeu regnum Gualeorium ad meridiem in duas fere partes ſcinditur Gemino fluvio, & ejus caput eſt Agra urbs totius Imperii Regia.

AGRA, locus Atticæ, ex qno Iliſſus fluvius ortum habet, & ubi Diana venata traditur, teſte Pauſania.

AGRAGAS, fluvius Siciliæ, Diodoro & Æliano, nunc *il Fiume di S. Biagio* dictus, in Valle Mazaræ & in parte meridionali inſulæ, Agrigentum urbem præterluens, unde etiam *il Fiume di Gergenti* ſæpe dicitur & *Fiume di Naro* teſte Cluverio, & 3. milliaribus infra Agrigentum in mare Africum cadit.

AGRAGAS, urbs Siciliæ inſulæ in ora meridionali, ſic dicta à Græcis quæ Latinis Agrigentum. Vide ibi.

AORAMONTIUM, *Agramont*, oppidulum Hiſpaniæ, in Catalonia proviocia ad amnem *Sio*, inter Solſonam & Ilerdam urbes, in planitie Urgellenſi, fuitque antea munitum.

AORANI, populi Arabiæ felicis.

AGRAVONITÆ, populi fuere Illyrici, in ora maris Adriatici prope Epidaurum, quorum Portus Gravoſa dictus, nunc *S. Croce* teſte Joanne Lucio.

AGREDA, *Agreda*, urbs Hiſpaniæ in Caſtella veteri, & in limite Aragoniæ ad montis Cauni radices, cum caſtro antiquo 3. leucis à Turiazone in meridiem, & olim Graccuris dicta fuit, ut exiſtimat Moralis.

AGREDA, *Agreda*, urbs Americæ meridionalis in regno Popajani, diſtans 35. leucis Hiſpanicis à mari Pacifico in ortum, 40. ab urbe Quito in ſeptentrionem & quadraginta quinque à Popaiano, in occaſum

Digitized by Google

hybernum. Urbs eſt parva, ad montium radices ſub Hiſpanis.

AGRIA, *Agria*, amnis Hungariæ, urbem cognominem rigat, & 12. mill. paſſ. infra in Tibiſcum fluvium ſe exonerat.

AGRIA ſive Agaria, regio Sarmatiæ, ubi Agaricus naſcitur, teſte Dioſcoride.

AGRIA, *Agria* incolis, *Eger* ſive *Erlavv* Germanis, urbs parva Hungariæ ſuperioris ſive Trans-Danubianæ, & alias Jazygum Metanaſtarum, forſanque Triſſum dicta, teſte Brietio, ſedet ad Agriam amnem in Barzodienſi comitatu, eſtque Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Strigonienſi, ei incumbit in colle arx *Erla* dicta ſatis munita, capta fuit à Turcis anno 1596. & ab eo tempore ipſis ſubeſt, diſtat 5. milliaribus Germanicis à Filleco oppido in ortum Tocaium verſus 7, à Buda vero 17. in ortum æſtivum & 15. à Debrecino in occaſum æſtivum, eſtque in limite ditionis Auſtriacæ.

AGRIANES, fluvius Thraciæ cis Rhodopen Stephano, a quo dicti Agriani populi qui circa ipſum inhabitabant, in Bennica provincia.

AGRIANE, oppidum fuit Aſiæ minoris in Cappadocia, prope Irim fluvium.

AGRIANI, ſiue Agrienſes, populi fuere Thraciæ cis Rhodopen, Straboni, in Bennica regione Pocones origine apud Stephanum, incolentes circa Agrianem fluvium à quo nomen habebant, & eorum frequens ineſt mentio apud Herodotum, Thucydidem, & Arrianum, qui Agræi Herodoto.

AGRIGENTANORUM EMPORIUM, *il Cargadour di Gergenti*, oppidum alias, nunc vicus Siciliæ cum caſtro in ora Auſtrali, 5. mill. paſſ. ab Agrigento in occaſum, portum habens ſatis tutum, unde frumenta plurima efferuntur.

AGRIGENTUM, & Agragas urbs Siciliæ Græcis, Straboni, Thucydidi, Ptolemæo & aliis, nunc *Gergenti* incolis, *Girgenti* Hiſpanis, & *Gergente* Gallis, quondam maxima urbium Sicularum, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Panormitano, à Gelenſibus condita, ampla fuit, ambitu 10. mil. paſſ. patens, nunc autem valde defecit, ſedet in Valle ſeu provincia Mazaræ in colle prope Agragam fluvium, 3. milliaribus à mari Africo diſſita, ſeptentrionale ejus latus caſtellum firmat, & ad urbem unicus tantum eſt aditus, 55. mill. paſſ. diſtat à Panormo in meridiem, & 64. à Lilybæo promontorio in ortum Pachynum verſus 72, populi Agrigentini Ciceroni & aliis, Agrigenta appellat urbem Ovidius.

AGRILLIUM, oppidum Aſiæ minoris in Bithynia regione, 5. mill. diſtans à Nicæa urbe.

AGRIOPHAGI, populi Æthiopiæ, leonibus veſcentes, ut Solinus narrat.

AGRIPPIAS, urbs Aſiæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Sergiopoli in Patriarchatu Conſtantinopolitano, teſte Miræo.

AGRIPPINA COLONIA, quæ & Agrippinenſis colonia, urbs Ubiorum in Germania inferiori Plinio, & Suetonio, item Colonia Agrippina Ubiorum, nunc *Coln* Germanis, *Cologne* Gallis, *Colonia* Italis & Hiſpanis, urbs Germaniæ in circulo Vveſtphaliæ, Imperialis & libera ad Rhenum fluvium, ampla eſt & perelegans atque omnium urbium Germaniæ maxima & cultiſſima, emporiumque celebre, Archiepiſcopali dignitate inſignita, cujus Archiepiſcopus eſt ex 8. Imperii Electoribus, ejus Academia ſatis antiqua anno 1388. publice renovata fuit, ornataque privilegiis Pariſinæ ſimilibus ab Urbano VI. Papa. Ex adverſo Agrippinæ Coloniæ fuit olim Divitenſe munimentum, nunc *Duitſch* extructum cum ponte ad Rhenum à Conſtantino Magno, ſed cum ponte deſtructum fuit à Brunone Epiſcopo anno 955. teſte Petro Bertio, 17. milliaribus Germanicis, diſtat à Trevitis in Boream, Monaſterium verſus totidem & 21. à Francofurto in occaſum æſtivum, eſtque inter ditionem Electoris Colonienſis ad occaſum & Ducatum Montenſem ad ortum. Vide Colonia Agrippina, de ea Venantius Fortunatus libro 3.

AGRIUS, qui & Aciris, *l'Agri*, fluvius Regni Neapolitani in Baſilicata provincia. Oritur paulo ſupra Marſicum novum ex Apennino monte, & in ſinum Tarentinum cadit, 25. mill. paſſ. à Marcola in Auſtrum.

AGRYLLA, oppidulum Siciliæ, cujus fit mentio in actis mediæ ætatis, nunc Fortalitium de Agro, *la Forza de Agro*, in Valle Demonæ, in aſperis rupibus, eſtque ſatis cultum ad fluvium Agryliam, mille paſſibus tantum diſtans à Savoca, & 24. ab urbe Meſſana in meridiem.

AGUILARIA CAMPESTRIS, *Aguilar de Campo*, oppidum Hiſpaniæ in Aſturia S. Julianæ, teſte Gregorio de *Argaiz* quod tamen à Roderico Mendeſio tribuitur Caſtellæ veteri, eſtque ad Piſoracam fluvium, 14. leucis à Burgis in ſeptentrionem & 5. à fontibus Iberi, in ejus vero viciniis incipit mons Idubeda.

AGUBENI, populi Arabiæ deſertæ, teſte Ptolomæo.

AGUILLIONUM, *Aiguillon*, urbecula lepida Galliæ in Aquitania ad Garumnam fluvium ubi recipit Oldum. Ducatus titulo clara, diſtat ab Aginno 4. leucis in occaſum æſtivum, tribus autem à Neraco in ſeptentrionem. In Aginnenſi agro ſedet, & in regione feraci.

AGULHÆ CAPUT, *le Cap des Aiguilles*, in Africa. Vide Acuum caput.

AGUNTUM, oppidum Rhætiæ in Norici confinio, Plinio, nunc eſt *Inneken* oppidulum Comitatus Tirolis, teſte Lazio, ſed Cluverio eſt *Doblach*, oppidulum Germaniæ in Brixinenſi tractu Comitatus Tirolis, juxta amnem *Rienez* ad radices Alpium Rhæticarum, vix uno miliari Germanico diſtans à ditione Saliſburgenſi, 2. tantum a dominio Veneto, in Boream & 4. à confinio Carinthiæ in occaſum Brixinonem verſus 7, ſed vix 2. ab oppidulo *Inneken* dicto.

AGYRIUM, urbs Siciliæ, Plinio, quæ Agyra Diodoro, & Agurium Ptolemæo, Argyrium etiam quibuſdam, & Agyrina urbs Ciceroni, nunc Agyræ *S. Filippo*, & *S. Filippo d'Argirone* oppidum Siciliæ inſulæ in Valle Demonæ, in edito monte ab Enna 12. mill. paſſ. Ætnam verſus & Centuripas, à quibus 10. mill. abeſt, Trojanopoli propius, & Aſſoro, inde 6. mill. in ſeptentrionem. Patria Diodori Siculi hiſtorici, & antiquiſſima, ut tradunt.

AGUSTEUS, *l'Agout*, fluvius Galliæ. Vide Agotus.

AGYLLA, urbs olim antiquiſſima Thuſciæ; nunc *Cervetere*. Vide Cære. Hinc Agyllinus nomen gentis.

AGYRIUM, urbs Siciliæ. Vide Agurium. Populi Agyrinenſes Ciceroni.

AHUAZA, *Ahuaz*, tractus Suſianæ in Perſia, qui aliquando æque late ſomitur ac tota *Choriſtan*, & ejus caput Ahuaza, alias forum Achuazæ dicta, nunc in ruinis jacens, teſte Gollio.

AHUSA, *Ahuys*, ſeu etiam *Ahauſen*, oppidum Sueciæ in Gothia meridionali, & Blekingia provincia, cum portu commodo & capaci in ora maris Baltici, uno vix milliari Germanico infra Chriſtianoſtadium, in ditione Suecorum ab anno 1658, cum antea juris eſſet Danici, 4. milliaribus Germanicis diſtat à limite Smalandiæ provinciæ in meridiem, & 15. ab Hafnia in ortum.

AJAX, ſeu Ajas, fluvius magnæ Græciæ per ſi-

nes Crotoniatarum fluens, *Pilaca*, nunc teſte Gabriele Barrio, & mare Ionium Lacinium promontorium ſubiens.

AIABIRA, *Aiabire*, oppidulum Americæ in Peru, & in præfectura Regum verſus lacum Titicacam, 10. leucis Hiſpanicis hinc diſtantem; à Cuſco autem diſtat 35. leucis in meridiem.

AICHA, *Aichab*, oppidulum Germaniæ in Bavariæ Ducatu, prope Auguſtam Vindelicorum à qua diſtat 3. milliaribus Germanicis Ingolſtadium verſus 6, ad amnem *Par* in Bavaria ſuperiori.

AICHSHADENSIS DITIO, *das Biſthumb Aichſtet* incolis, tractus Germaniæ in circulo Franconiæ, in ipſo limite Bavariæ & Palatinatus ſuperioris, ſub dominio Epiſcopi Aichſtadenſis, ab ortu in occaſum extenditur ad 15. milliaria Germanica, ſed ab Aquilone in Auſtrum valde reſtringitur plurimis in locis, terminatur ab occaſu marchionatu Onoldino, à meridie Ducatu Neoburgenſi, ab ortu Bavaria, & à ſeptentrione Palatinatu ſuperiori & ditione Onoldina, ejuſque caput eſt Aichſtadium.

AICHSTADIUM, *Aichſtet*, quaſi Quercopolis urbs Germaniæ in Franconiæ circulo, ad Alemannum fluvium, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Moguntino, Aureato urbi exciſæ proxima, prope Bavariam ſuperiorem & Ducatum Neoburgicum, ſub dominio proprii Epiſcopi cum tractu adjacente, 2. milliaribus Germanicis diſtat à Neoburgo in ſeptentrionem Norimbergam verſus 9. uti à Ratiſbona in occaſum, & 3. ab Ingolſtadio in occaſum æſtivum, in valle.

AIDINIA, & Aidinenſis regio, *Aidin-ili* Turcis, provincia Aſiæ minoris, quæ pro Cariâ veteri plerumque accipitur, ſed uti Caria tota non comprehenditur Aidinenſi provincia, cum ejus partem aliquam Caramania ſibi vindicarit, ita limites ejus extra Cariam extendi debent, teſte Leunclavio.

AIDINIA PARVA, *Aidinzic* Turcis, tractus Aſiæ minoris, & pars Caraſiæ ſive Troadis antiquæ in ora Helleſponti prope Abydum Caſtrum, & è regione Cherſoneſi Thraciæ, teſte Leunclavio, ſub dominio Turcarum.

AIFLENSIS PAGUS, nunc Eifflia *das Eiffel*, tractus Germaniæ, partim eſt ditionis Trevirenſis & partim Colonienſis, teſte Brouvero. Vide Eiffalia.

AILA, urbs Arabiæ Petrææ, Procopio & S. Hieronymo, quæ Ælana Plinio, & Alanum Stephano, nunc interpretatur *Ehor* caſtrum ad intimum receſſum ſinus Arabici, & 70. mill. paſſ. à monte Sina diſtans, Vide Æla.

AILZA, *Ailze* & *Ailzal*, inſulula Scotiæ meridionalis ſeu veriùs ſcopulus præaltus in medio Glottæ æſtuarii, cum unica turri inter Gallovidiam provinciam ad meridiem & Araniam inſulam ad ſeptentrionem utrimque 14. mill. paſſ. diſtans.

AINSA, *Ainſa*, oppidum Hiſpaniæ in regno Aragoniæ, olim caput parvi regni Subrarbiæ ad fluvium Cingam, ubi recipit Aram fluvium & ad radices Pyrenæorum montium, 6. leucis diſtans à Barbaſtro in ſeptentrionem, 8. autem ab Oſca in ortum æſtivum.

AINZIA, *Ainze*, regiuncula Scotiæ ſeptentrionalis in Buquania provincia verſus oram & oſtia Speiæ fluvii, ubi caſtrum *Boght of Gocht*, in limite Moraviæ.

AIORA, *Aiora*, urbecula Hiſpaniæ in regno Valentiæ, ad montis radices verſus ſeptentrionem ſita, cui imminet antiquum caſtellum, una leuca diſtat à confinio Caſtellæ novæ, paulo plus à Sucrone fluvio, & 11. a Valentia in occaſum.

AIRIACUM, *Airy*, ſeu *Arys*, vicus Galliæ in Burgundia & in Altiſſiodorenſi tractu, prope Clameciacum, ubi Concilium Nationale habitum anno 1020, ſub Benedicto VIII. Pontifice maximo, ſunt tamen qui credant eſſe *Hery* vicum ad Seninum fluvium paulo ſupra Selliniacum, in ipſo limite Campaniæ provinciæ.

AISTI, populi fuere Germaniæ in ora meridionali maris Baltici, Vveletabis ſeu Sclavis finitimi, teſte Eginharto.

AIZUA, *Aizu*, regnum Japoniæ in Niphonia inſula, & in Ochia regione, & in ejus parte Septentrionali verſus Æſonis terram, inter Nanbum regnum ad Boream & Voxum ad Auſtrum, oppidum habens etiam Aizuam dictum, *Aizu*, in ora Orientali, teſte Cardino.

ALA NARISCA, nunc *Aichſtet*, urbs Germaniæ in Franconia ad Alamannum fluvium, ut colligit Heroldus ex hujus urbis antiqua inſcriptione Romana. Vide Aichſtadium.

ALABA, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis in Celtiberis, quod Ptolemæus Valeriæ finitimum facit, nunc teſte Villanovano, eſt *Alava* vicus Aragoniæ ad Xilocam fluvium, 4. leucis diſtans à Loboto in ſeptentrionem & 5. à Terulo in occaſum æſtivum.

ALABA, *Alava*, provincia Hiſpaniæ in Caſtella veteri, dicitur melius Alava. Vide ibi.

ALABANDA, urbs Cariæ mediterranea in Aſia minori, Plinio, & Straboni, nunc *Eblebanda* Turcis, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Stauropolitano, inter Amyzonem ad occaſum & Stratonicem ad ortum.

ALABONA, oppidulum Hiſpaniæ Tarraconenſis Antonino. Vide Alavona.

ALABUNTIS, ſeu Alabons, ex itinerario Antonini, Alapuntis aliis, oppidum Galliæ Narbonenſis, nunc plurimis eſt *Ventavon* caſtrum provinciæ Delphinatus in Vapincenſi tractu, ad Druentiam fluvium, teſte Honorato *Bouche*, 5. leucis diſtans à Siſtarica in ſeptentrionem Vapincum verſus 7. quanquam aliqui credant eſſe *Alamon* locum Semidirutum prope caſtrum ſuperius dictum, ex alluſione nominis.

ALABUS, fluvius Siciliæ, Diodoro, qui Alabo aliis, *lo Cantara* dictus, in Valle ſeu provincia Netina, teſtibus Fazello & Cluverio, amplus eſt ſed breviſſimi decurſus, & inter Auguſtam & Megaram urbem exciſam, in ora orientali inſulæ mari Ionio excipitur, 5, milliaribus ab Auguſta in meridiem, in ora ſinus Megarenſis.

ALADULIA, *Aladuli*, provincia Aſiæ minoris ſub dominio Turcarum, ad ortum extenſa inter Eufratem fluvium & Caramaniam, ubi alias pars Orientalis Ciliciæ, Armenia minor, & pars Cappadociæ.

ALÆ Flaviæ. Vide Aræ Flaviæ.

ALÆTUM, *Aleth*, urbs parva Galliæ in Occitania provincia, quæ aliis Aletum. Vide ibi.

ALA FLAVIANA, Pannoniæ urbs quæ Caſtra Flaviana, item Flavianum, & Fabiana nonnullis barbarici temporis hiſtoricis, nunc Vienna Auſtriæ vocatur, *Vien* Germanis, Lazius autem hanc à Ptolemæo Juliobonam, Vendum à Strabone, & Vindobonam in itinerario Antonini appellari ait. Vide Vindobona.

ALACONIUS, *l'Alagon*, fluvius Hiſpaniæ in Extramadura provincia regni Legionis, Cauriam urbem alluit, Arragumque fluvium recipit, tandemque in Tagum ſe exonerat ſupra Norbam Cæſaream, teſte Roderico Mendeſio Sylva.

ALALCOMENÆ, oppidum fuit Bœotiæ ad lacum Copaidem Strabone teſte, inter Haliartum & Coroneam.

ALAMANNI, populi qui Alemanni aliis. Vide ibi. Sic & apud Sidonium in panegyrico Aviti.

ALAMBATERA EXTREMA, promontorium Perſidis in Carmania, & in ora Oceani Indici Ptolomæo, quod nunc recentiores interpretantur, *la Punta Areſtinga* Luſitanis, *le Cap Areſtinga* Gallis, prope Guadelam urbem in Chirmania ſeu Caramania regione Perſiæ.

ALANA, ſeu Alauna, urbs Damniorum in Britannia magna Ptolemæo, hodie *Allavvay*, oppidulum Fiſæ provinciæ Scotiæ ad Forthеam fluvium, paulo infra Sterlingam urbem, & in ipſo limite Mentithiæ, ut quidam credunt.

ALANCA, *Alenches*, oppidum Galliæ in Alvernia ſuperiori intra montes.

ALANOIA, *Aland*, inſula eſt Regni Sueciæ, in Suecia propria, ad os Bothnici ſinus, inter Finnoniam ad ortum & Uplandiam ad occaſum, à qua diſtat 25. mill. paſſ. ejus locus præcipuus eſt *Caſtelholm* oppidulum, ad ortum & ei adjacent plurimæ aliæ inſulæ parvi momenti, olim dicta fuit Oonæ inſula, ut exiſtimat Mercator.

ALANGUERUM, *Alanguer*, oppidum Hiſpaniæ, in Portugallia & in Extremadura provincia, præfecturæ cognominis caput, una leuca Luſitanica & dimidia à Tago fluvio diſtans, 9. ab Oliſyppone verſus ſeptentrionem & 5 à Scalabi in occaſum hybernum, & à quibuſdam Jerabrica dicitur.

ALANI, populi Sarmatiæ Europææ Plinio, & Ammiano, haud procul à Mæotica palude incolentes, Roxolanis finitimi: Inde etiam Alanus nomen gentis.

ALANI, populi Scythiæ, intra Imaum, prope fluvium Carambiccin, & juxta Alanos montes.

ALANOVA, Pannoniæ ſuperioris urbs, teſte Antonino, nunc ut opinatur Simlerus, eſt *Ebersdorf* caſtrum Germaniæ in Auſtria inferiori, ubi Palatium & delitiæ Archiducum Auſtriæ ad Danubium fluvium, 2. milliaribus Germanicis infra Viennam in ortum Poſonium verſus 8.

ALANUS, *Alan*, fluvius parvus Angliæ, in ejus parte Occidentali, & in Cornubia provincia, in mare Vergivium ſe exonerat prope Paſtovium oppidum, teſte Speedo.

ALAPTA, urbs Syriæ perampla, ſic dicta in hiſtoriis belli ſacri, quæ à recentioribus Alcippum dicitur. Vide ibi.

ALARANTES, oppidulum Galliæ Narbonenſis, de quo fit mentio in tabula Itineraria, nunc creditur *Tallart* caſtrum Delphinatus ad Druentiam fluvium, 2. leucis diſtans à Vapinco in meridiem Siſtaricam verſus 5. circiter.

ALARUS, fluvius Perſidis in Hircania regione, Cadit in mare Caſpium, & nunc *Alar* dicitur à quibuſdam.

ALATA CASTRA, urbs alias Ladenorum in Britannia magna Ptolemæo, nunc *Edenburg* incolis, *Edimbourg* Gallis, Scotiæ caput & ſedes regia in Laudonia provincia cum arce permunita in rupe ei adjacente ad Occidentem, ad Orientem vero habet Palatium Regium, ipſa urbs ſitu editiore, longitudine ab ortu in occaſum mille paſſus porrecta, latitudine vero dimidio minor, diſtat uno milliari Scotico ab ora Forthеæ æſtuarii in meridiem. Vide Edimburgum.

ALATRIUM, urbs Latii Livio, quæ & Aletrium & Alatrum Frontino, in Hernicis, nunc *Alatri* urbs Epiſcopalis Italiæ nemini ſuffraganea in provincia Campaniæ Romanæ, ſub dominio ſummi Pontificis, ſedet in colle ad radices montium, Verulo proxima, ab ea 4. mill. paſſ. diſtans in ſeptentrionem & 5. à Ferentino in ortum, uti 12. ab Anagnia & 13. à Sora in occaſum Signiam verſus 18. & Romam 48.

ALAVA, *Alava*, provincia Hiſpaniæ ad ſeptentrionem, ubi olim Albatienſes populi, teſtibus Petro de Marca, & Arnaldo Oihenarto, alias Navatræ Regni pars fuit, ſed anno 1342, Alfonſus IX. Caſtellæ Rex eam eripuit Sanctio Navarræ Regi hujus nominis ultimo, & perpetuo univit Caſtellæ regno. Olim multo latior fuit quam nunc, complectebatur enim partem Ruconiæ, ipſamque Biſcaiam, & Ipuzcoam, teſte Garibaio libro 9 capite 20. hodie vero anguſtioribus reſtringitur limitibus, terminatur enim à ſeptentrione Ipuzcoa, ab ortu Navarra, ab occaſu Biſcaia, & à meridie Ruconia provincia, à qua ſeparatur Ibero fluvio, ejus urbes ſunt Victoria *Vitoria* provinciæ caput, Trevennium *Treviño*, & Salvaterra *Salvatierra*.

ALAUNA, oppidum Brigantum in Britannia magna Ptolemæo, & Alone Antonino, nunc teſte Camdeno, eſt vicus *Vvitley* dictus in Anglia & in Northumbria provincia, in ipſo limite Cumbriæ & Diæceſis Dunelmenſis, ad fontes fluvii *Alovv* dicti.

ALAUNA, oppidum Galliæ Celticæ in Unellis Antonino, nunc ut credit Sanſon, eſt *Valognes* oppidum Normanniæ inferioris in Conſtantienſi tractu. Vide Valoniæ.

ALAUNI, populi Sarmatiæ Europææ Ptolemæo, ſub quibus fuere Veltæ, Agathyrſi, Alauni proprii, Ibiones, Naſci, Acibi, Cariones, Aorſi, Boruſci, Sturni, Sali, Pagiritæ, Careotæ, Carbones, & Hoſi populi, eo in tractu ubi forſan hodie pars Occidentalis Ruſſiæ Magnæ ſeu Moſcoviæ, verſus Finnoniam & Livoniam, ut exiſtimat Cluverius.

ALAUNI, populi Sarmatiæ, ſtricte ſumpti ſeu proprii, Ptolemæo, erant Alaunorum pars, inter Ibiones, Cariones, & Oſylos in Sarmatia Europæa, eo in tractu quo forſan hodie Tueria & Moſcovia provinciæ in Imperio Ruſſorum ſeu Magni Ducis Moſcoviæ.

ALAUNI, populi Norici inter Vindeliciam Sevaces & Focunates, ubi nunc pars Bavariæ trans Oenum, cum parte Auſtrali Salisburgenſis Archiepiſcopatus & ditionis in Germania.

ALAUNIUM, locus Galliæ Narbonenſis in Provincia, ex Antonino, quem quidam *Forcalquier* interpretantur, oppidum Comitatus ampli caput, ſed teſte Honorato *Bouche*, eſt *Mane* vicus Provinciæ 6. leucis ab Apta Julia in ortum Seguſteronem verſus totidem.

ALAUNIUS, fluvius Belgarum in Britannia magna, Ptolemæo, recentioribus Avena, & vulgo *l'Avon*, teſte Camdeno, oritur in Viltonia provincia, deinde in Auſtrum tendens Ambesburiam & Sarisberiam rigat, binc per Hantoniam provinciam fluens, juxta *Chriſtchurch* oppidum ſeu Chriſti Eccleſiam recipit Sturum fluvium, & paulo infra in mare Britannicum ſe exonerat 16. milliaribus Anglicis à Triſantone in occaſum, & quibuſdam eſt Halenus.

ALAUNUS, fluvius Ottadinorum in Britannia magna, nunc *Alne* fluvius parvus Angliæ in Northumbria provincia, oritur verſus limites Scotiæ prope *Alnham* vicum, deinde rigato Alnevico oppido in mare Germanicum ſe exonerat, teſte Camdeno.

ALAVONA, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis Ptolemæo, Allabona Antonino, hodie *Alagon* in Aragoniæ regno, ad Salonem fluvium qui paulo infra cadit in Iberum, inter Cæſarauguſtam ad ortum 4. & Belſinum ad occaſum 6. leucis diſtans, à Tutela 10. in ortum hybernum.

ALAZON, fluvius Aſiæ, Plinio, qui Alazonius Straboni, Alazona Valerio Flacco, ortus ex Ceranniis montibus Iberiam ab Albania ſecernens, ac in Cyrum influens.

ALBA, fluvius Hiſpaniæ citerioris Plinio, nunc *Tardera* teſte Floriano, per Cataloniam in mare ad Blandas delabens, à Barcinone 9. leucis diſtans in ſeptentrionem.

Alba, urbs Daciæ, nunc quibuſdam eſt *Akerman* ſive *Biellogrod*, urbs Beſſarabiæ caput, ad oſtia Tyræ fluvii in mare Euxinum, ſub Turcis, & dicitur ab aliis Moncaſtrum.

Alba, *Eluas*, incolis, *Telves* Caſtellanis, urbs Hiſpaniæ in Regno Portugalliæ & in Tranſtagana provincia, in ipſo limite Extremaduræ Legionenſis, vix una leuca ab Ana fluvio diſtans, fruſtra obſeſſa fuit anno 1659. ab Hiſpanis, qui ibi maxima clade affecti fuere à Luſitanis, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Olyſipponenſi & dicitur ab aliis Elua. Vide ibi.

Alba, oppidum fuit Hiſpaniæ Tarraconenſis in Cantabris, teſtibus Ptolomæo & Antonino, à quo populi adjacentes dicti fuere Albanenſes, ubi hodie provincia *Alava*, eratque ubi nunc vicus *Armentegui* in Alava provincia, prope urbem Victoriam, in quo ſedes fuit Epiſcopi Alavæ per aliquot ſecula, uſque dum ab Alexandro VI. Pontifice Maximo ſedes translata fuit Calagurim anno 1498. teſte Petro de Marca Viro doctiſſimo.

Alba, *Alva* cognomento *de Tormes*, oppidum Hiſpaniæ in regno Legionenſi, cum palatio & titulo Ducatus inſignitur ad Tormim fluvium. Diſtat 5. leucis ab urbe Salmanticenſi in ortum hybernum & 12. ab Abula in occaſum.

Alba Augusta, urbs Galliæ Narbonenſis Ptolemæo. Vide Alba Helviorum.

Alba Docilia, vicus Italiæ in Liguria, ex itinerario Antonini, nunc Albizola, *Albizola*, vicus ditionis Genuenſis in ora littorali, prope Savonam, teſte Cluverio.

Alba Græca, Hungaris antiquis Alba Bulgarica, *Nandor Alba* Hungaris modernis, *Slauni Biograd* Slavis, *Griechiſch Vveiſſemburg* Germanis, *Belgrade* Gallis, & *Belgrado* Italis, urbs eſt munitiſſima regni Hungariæ in Raſcia provincia, ad confluentes Savi fluvii in Danubium, ſedet in colle cum arce ſub dominio Turcarum ab anno 1521. quo capta fuit à Solimanno II. Magno Turcarum Domino, & male pro Tauruno ponitur, cum Taurunum 3. milliaribus infra confluentes Savi in Danubium Occidentem verſus ponant tabulæ Pentingerianæ, ſed crevit ex ejus ruinis teſte Joanne Lucio, & Epiſcopalis facta fuit ab Innocentio X. Pontifice Maximo.

Alba Helviorum, ſeu Alba Auguſta Helviorum, urbs Galliæ Narbonenſis, Plinio in Helviis, alias Epiſcopalis prope Rhodanum fluvium, nunc eſt *Aps* vicus Vivarienſis provinciæ, 2. leucis à Vivario diſtans & a Rhodano in occaſum ubi plurima antiquitatis monumenta viſuntur, ad Scotaldium amnem, qui juxta Vivarium in Rhodanum influit in magna planitie nunc vitibus complantata, cum urbs ipſa exciſa fuerit à Croco Germanorum Duce, teſte Catello anno 411. & ex ejus ruinis crevit oppidum vicinum Vivarium in civitatem amplam, unde Albenſes Epiſcopi nunc Vivarienſes dicti ſunt.

Alba Julia, ſic dicta à Julia Auguſta Marci Aurelii Imperatoris matre, ut ex inſcriptione bujus urbis liquet, antea Apulum & Colonia Apulenſis, teſte Lazio, urbs Daciæ mediterraneæ, nunc *Vveiſſemburg* Germanis, *Gula Feirvar* Hungaris, urbs Hungariæ in Tranſſylvania Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Colocenſi, ad fluvium *Ompay* qui paulo infra cadit in Mariſum, 8. milliaribus Germanicis diſtat à Cibinio in occaſum, & totidem à Claudiopoli in meridiem, eſtque in comitatu Albenſi ab ea dicto, & vocatur *Alba Giulia* ab Italis, arcem habens munitam, & Academiam à Ragocio Principe erectam.

Alba Longa, urbs fuit Latii Ciceroni, Livio, & Plinio, à forma & à ſitu porrectæ in dorſo montis urbis longa dicta, totius Italiæ antiquiſſima, prope Albanum montem, & inter ipſum & lacum Albanum, ad cujus marginem protendebatur, eo in loco ubi hodie caſtrum Palatiolum *Palazzuolo*, & Monaſterium Patrum S. Franciſci de Obſervantia, Albanum verſus teſte Athanaſio Kirchero, à Tullo Hoſtilio Romanorum rege diruta fuit, cum ipſa per 500. annos ſteteſſet, triginta oppidorum Latinorum mater, & gentis toto eo tempore princeps, à noviſſima ſua Colonia Roma ſolo æquata hodie quoque deſerta manet, 16. milliaribus ab urbe Roma in ortum hybernum, & ex ejus ruinis crevit Albanum urbs.

Alba maritima, olim Blandona, deinde Beligrada & Belgradum, civitas fuit Croatiæ maritimæ, nunc Dalmatiæ. Deſtructa eſt, & vulgò *Zara vecchia*, Slavis *Biograd*, dicta etiam Alba maris, teſte Joanne Lucio, 16. milliaribus Italicis diſtat à Jadera in ortum hybernum, Sebenicum verſus 23. paucis admodum conſtans incolis in ora maris Adriatici ſub Venetis.

Alba Marsorum, urbs Italiæ Livio, quæ Alba Fucetis Ptolemæo, & Alba Fucentis, ſic dicta quod eſſet in finibus Marſorum & colonia deducta cum Eſernia & à quibuſdam tribuitur Latio, nunc *Albi* dicitur, parva eſt admodum & jacet in provincia Aprutii ulterioris, prope Fucinum lacum, à quo 3. milliaribus abeſt in occaſum Romam verſus 45. & Taleacotium 6. & ab Aquila 18. in Auſtrum, Populi Albenſes.

Alba Pompeia, *Alba* incolis, *Albe* Gallis, Italiæ urbs in Ducatu Montis Ferrati epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Mediolanenſi, ad Tanarum fluvium & in Albenſi tractu, antea ſuberat Duci Mantuæ, ſed ab eo avulſa anno 1631. pace inita Claraſci, paret Duci Sabaudiæ, multas experta vices hiſce ultimis temporibus & deficit in dies a paucis inhabitata, 12. milliaribus diſtans ab Aſta in Auſtrum Claraſcum verſus 7. & 28. ab Auguſta Taurinorum in ortum hybernum. Aquas Statiſias verſus 18. hinc populi Albenſes, ab ea tractus adjacens Albenſis dicitur, *l'Albeſano* vulgo.

Alba Regalis, *Ezekes Fejervvar* incolis, *Stulvveiſſemburg* Germanis, *Stolm Biograd* Slavis, & *Albe Royale* Gallis, urbs Hungariæ Ciſdanubianæ intra paludes, alias caput regni & regum coronatione & ſepultura clara, Sedet ad fluvium *Sarvviez* dictum ſub dominio Turcarum ab anno 1543. quo à Solimanno II. expugnata fuit, 45. mill. paſſ. diſtat a Buda in occaſum & 60. à Comara in meridiem, Caput eſt comitatus Albenſis ab eo dicti, eſtque in limite ditionis Auſtriacæ, 3. leucis a Veſprino in ortum.

Alba Sebusiana, ſive Sebuſium, recentioribus Viſſemburgum, *Weiſſembourg* id eſt caſtrum Album, urbs Germaniæ in Alſatia inferiori, Imperialis & libera ad Lutram fluvium, eſtque una ex decem urbibus præfecturæ provincialis Haguenoenſis, ſicque ſub dominio regis Franciæ pace Monaſterienſi 4. milliaribus Germanicis diſtans ab Haguenoa in arctos, vide Viſſemburgum.

Alba Virganoensis, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ Plinio, Alba & Virgao aliis, Albenſe Varcaonenſe municipium ex veteri inſcriptione, nunc teſte Morali, *Arjona* oppidum Hiſpaniæ in Vandalitia ad amnem Frigidum 3. leucis à Tucci diſtans, in Septentrionem 5. à Gienno in occaſum æſtivum & 2. à Bæti fluvio in meridiem.

Alba, oppidum fuit Germaniæ, ad Nicri fluvii ulteriorem ripam: cujus ager adhuc vocatur *Alb* in ſylva nigra & Ducatu Wurtembergenſi nominatur.

Alba, *l'Aube*, fluvius Galliæ qui oritur in limite Burgundiæ, deinde per Campaniam provinciam fluens, Barrum rigat; hinc auctus aliquot fluviis, in Sequanam ſe exonerat ſupra oppidum Pontem ad Sequanam dictum, diciturque etiam & melius Albula. Vide ibi.

Alba, fluvius Hiſpaniæ citerioris, Plinio, nunc

creditur *el Rio Fluvian* dictus, in Catalonia provincia. Oritur ex Pyrenæis montibus, deinde in ortum tendens Biſuldum rigat & prope Emporias mari Mediterraneo miſcetur, unde ſæpe dicitur etiam, *el Rio de Ampurias* à nautis.

ALBAMALA, ſive & Albamala, *Aumale* Gallis, *Albemarle* Anglis, urbs Galliæ in Normannia provincia & in Caletenſi tractu prope fontes Buxinæ fluvii, in confinio Picardiæ, ducatus titulo inſignita 14. leucis diſtat à Rothomago in ortum, & 7. ab Abbavilla in Auſtrum Bellovacum verſus 8. hinc Albamalenſis nomen gentis *Aumalois* vulgo.

ALBANA, urbs Albaniæ & emporium ad mare Caſpium Ptolemæo, nunc forſan *Zitrach* urbs Zuiriæ regionis in ora littorali 47. mill. paſſ. ab oſtio Cyri fluvii in Boream, quanquam ſint qui credant fuiſſe ubi hodie *Schamachie*, urbs Schiruani ſub dominio Perſarum ad oſtia Albani fluvii.

ALBANENSES, populi fuere Hiſpaniæ Tarraconenſis in Cantabris, ubi nunc Alava provincia primum Navarræ pars, deinde Caſtellæ annexa, teſte Petro de Marca. Vide Alba.

ALBANENSES, populi Albaniæ regionis. Vide Albani & Albania.

ALBANI, populi Macedoniæ, quorum regio *Albanie* dicitur, & ipſi *Arnautleri*, Turcis, *les Albanois* Gallis, *gli Albaneſi* Italis. Hinc etiam milites *les Capelets* dicti, ſuntque fere omnes Chriſtiani.

ALBANIA, *l'Albanie* Gallis, *l'Albania* Italis, *Arnaut* Turcis, regio eſt ampla Macedoniæ ubi olim pars Occidentalis Macedoniæ, ſemper Albania dicitur à Leunclavio qui obſervat Albanos à Turcis appellari *Arnaut laros*, valde populoſa eſt, terminatur à Septentrione Serviæ regno, & Dalmatia, ab ortu Macedonia, ab occaſu mari Adriatico, & mari Jonio, & à meridie Livadia, extenditur per 100. mill. paſſ. ab Aquilone in Auſtrum, & tota ſubeſt dominio Turcarum à duobus ſeculis, excepta Corcyra inſula cum duobus aliis minoribus in ora littorali, duplex eſt nempe Albania inferior ſeu Auſtralis ſub qua ſunt provinciæ Canina, Chimera, & Larta, teſte Brietio, & Albania ſuperior ſeu Borealis quæ & propria, dividitur etiam in Maritimam, & Mediterraneam, & totius regionis caput eſt Scodra, *Scutari* vulgo.

ALBANIA PROPRIA, quæ ab aliis ſuperior dicitur, habet ſub ſe decem civitates, & ejus partes ſunt Ducaginorum tractus *i Ducagini*, Diberia *i Diberi*, Clementorum tractus *i Clementi*, Ibalia, Bendi, Canovia, Spatania, Muſſia, Mons Niger *Monte Nero*, Pulatenſis tractus *i Pulati*, Zadrima, Zenta, & Spaſſotum tractus *Spaſſi*, & Zappa.

ALBANIÆ URBES CLARIORES
hiſce temporibus.

Achridus, *Locrida*.
Albanopolis, *Albanopoli*.
Ambracia, *Larta*.
Antibarum, *Antivari*.
Aulon, *la Valona*.
Butrotum, *Botronto*.
Corcyra, *Corfu*, ſub Venetis.
Croia, *Croia*.
Dulcinium, *Dolcigno*.
Dyrrachium, *Durazzo*.
Liſſus, *Aleſſio*.
Scodra, *Scutari*.

ALBANIA, regio Aſiæ Ptolemæo, mari Caſpio ad ortum incumbens, Iberiæ ad occaſum, Atropatiæ ad meridiem, & Udinis ad Boream contermina, nunc *Dagheſtan* teſte Oleario magna ex parte, & *Chipicche* ad occaſum & *Zitrachan* ad arctos, teſtibus Nigro & Caſtaldo dicta. Urbes clariores Albana, & Tabalaca, Proprio autem paret principi ſub clientela Regis Perſarum.

ALBANIA COLONIA, *Albany*, oppidum Americæ Septentrionalis, in nova Eboracenſi provincia, antea arx Arauſicana dictum, ad flumen Boreale, ſub Anglis.

ALBANIA, provincia Scotiæ Borealis, dicitur *Braid-Albain*, hoc eſt, pars ſuperior Albaniæ, ſcilicet Scotiæ, & *Drum Albain* Dorſum Scotiæ, ubi mons Grampius, verſus fontes Tavi fluvii, terminatur à Septentrione & ortu Atholia provincia, ab occaſu Loquabria, à meridie Levinia, & Mentithia, dicitur etiam *Braid Allaban* à Scotis, & *l'Albanie* à Gallis, ſed in ea nulla urbs ineſt alicujus momenti, teſte, Thimoteo Ponte.

ALBANIA, dicta fuit alias Scotia *Albain* quaſi *Allabani in monte* voce antiqua Scotica, id eſt altera Hibernia, teſte Hectore Boetho.

ALBANIA, *l'Albegna*, fluvius Italiæ in Tuſcia & in agro Senenſi, in mare Tyrrhenum & in ſinum Telamonenſem defluens prope Orbetellum. Vide Almiana.

ALBANOPOLIS, urbs Macedoniæ, Ptolemæo, nunc *Albanopoli*, in Albanià regione, cujus caput antea exiſtit, Moletio & aliis, eratque probe munita, hodie autem ejus muri disjecti ſunt, & in colle ſita eſt verſus Drilonem fluvium 65. mill. paſſ. diſtans a Dyrrachio in ortum & 55. à Lyſſo in ortum hybernum.

ALBANUM, urbs Aſiæ in Armenia majori, ubi S. Bartholomæus Apoſtolus martyrio coronatus. Nunc diruta jacet, niſi forſan ſit Albana ad Caſpium mare.

ALBANUM, *Albano* urbs parva Campaniæ Romanæ in ditione Pontificia, olim villa erat Latii, Villa Pompeii dicta, poſtea crevit in urbem Epiſcopalem, cujus Epiſcopatus uni ex ſex antiquioribus Cardinalibus ſemper conceditur, per optionem, ut vocant & ſedi Apoſtolicæ tantum ſuffragatur, 2. milliaribus diſtat à Sabello caſtro & 14. ab urbe Roma in ortum, Velitras verſus, principatus titulo gaudet Sabellæ gentis, & vino ſuo celebratur in via Appia, ejus meminit Horatius. Hinc Albanenſis nomen gentis.

ALBANUS, lacus Latii, *il Lago di Caſtel Gandolfo*, nunc in Campania Romana, circuitus fere 8. millia paſſuum, & 12. mill. paſſ. ab urbe Roma diſtans in ortum, Velitras & Terracinam verſus, juxta viam Appiam, figura eſt rotundæ, & ſitum habet ſub Albæ Longæ ruderibus profundiſſimum, inſtar conchæ aut crateris, intra quem margine undiquaque protuberante conditus eſt, cujus declive latus uti olim ita hodie villis, Monaſteriis & Lucis conſitum eſt, & ei adjacet Caſtrum Gandulphi *Caſtel Gandolfo*, ubi amœnus Summi Pontificis receſſus.

ALBANUS, Mons Latii, nunc *Monte Cavo* teſte Kirchero, mons erat juxta Lacum cognominem 15. mill. paſſ. à Roma in ortum, ad cujus radices extructa fuerat Alba longa urbs celebris, a Romanis deleta ſub Tullo Hoſtilio, hunc montem Feriæ Latinæ apud poſteros maxime celebrem fecerunt, quæ poſt Albam dirutam à totius Latii populis in eo celebrari ſolebant.

ALBANUS, Ptolemæo, qui Albius Straboni, mons Pannoniæ ſuperioris in Norici & Japidiæ confinio, nunc *Auff der Alben*, teſte Lazio.

ALBANUS, fluvius Albaniæ in Aſia, Plinio, *Coban* Moletio & aliis, in mare Caſpium influens, ad Albanum à quo regioni nomen eſſe videtur, ſic ab incolis, teſte Matthæo Michovio, dictus. Abas etiam dictus fuerat.

ALBARACINUM, *Albarazin*, urbs Aragoniæ in limite Caſtellæ novæ. Vide Lobetum.

ALBARAM, urbs Syriæ in Apatienſi provincia 22. dierum itinere ab Antiochia diſtans teſte Guillelmo Tyrenſi.

Digitized by Google

Albaterra, *Aubeterre*, oppidum Galliæ in Aquitania & in Santonia provincia, & in limite Petrocoricenſis.

Albayad, oppidum Africæ prope paludem Nube, in Nigritia regione, teſte Joanne Leone.

Albayda, locus Hiſpaniæ Tarraconenſis in Cantabris, cujus mentionem facit Gregorius Epiſcopus Eliberitanus, nunc *Albelda* vicus Rusconiæ tractus in Caſtella veteri ad fluvium Iregam, Gregorio de *Argaiz*.

Albeieda, *Albejed*, urbs Mavaranahræ, eadem forte quæ *Neſef*, inter fluvium Oxum & Samaracandam, teſte Gollio, item eadem quæ *Keregi*, teſte eodem.

Albenacium, *Aubenas*, urbs Galliæ in Occitania regione, & in Vivarienſi provincia inferiori in colle, ad fluvium *Ardeſche*, 6. leucis diſtat à Vivario in occaſum æſtivum & 11. ab Ucetia in Boream, ad radices montium Gebennicorum.

Albensis ager, *l'Albeſano* incolis, *l'Albeſan* Gallis, tractus Italiæ in Ducatu Montis-Ferrati ad Tanarum fluvium & prope Albam Pompeiam, à qua ſic dictus fuit, antea ſub dominio Ducis Mantuani, nunc autem Duci Sabaudiæ paret ab anno 1631. pace Claraſci ſancita.

Albensis comitatus, *le Comté d'Ekekes Feyervvar* incolis, *le Comté d'Albe Royalle* Gallis, provincia parva regni Hungariæ, cis Danubium fluvium, & juxta Albam Regalem, ſub dominio Turcarum, eſtque inter Pelyſicnſem comitatum ad ortum & Veſprimienſem ad occaſum.

Alberstrophia, *Alberſtrof*, oppidulum Galliæ intra Lotharingiam & in Metenſi tractu 2. leucis diſtans à Saravo fluvio, & 4. à Marſalio in ortum æſtivum.

Albertonium, *Alberton*, oppidum Africæ in ora regni Barcæ, verſus Ægyptum, alias Parætonium dictum. Vide ibi.

Albia, & aliis Albiga, *Alby*, urbs Galliæ cujus Populi Albienſes Sidonio Apollinari. Vide Albiga.

Albiana, oppidum Corſicæ inſulæ, Ptolemæo, nunc *Roccapiana*, pagus Corſicæ mediterraneus, teſte Caſtaldo, in ora ad meridiem extenſa 9. mill. paſſ. a Paconia diſtans Fiſeram verſus.

Albiatum, & Albiatum cognomento craſſum, *Abiagraſſo*, oppidolum Italiæ in Ducatu & agro Mediolanenſi, inter Mediolanum 14. & Viglebanum 6. mill. paſſ. occurrens ad incile *il Navilio Ticinello* dictum.

Albieci, Populi fuere Galliæ Narbonenſis in Provincia, quorum tractus nunc *le Dioceſe de Riez* vocatur, & eorum urbs Reium Apollinarium ſeu Reii Apollinaris nunc dicitur à recentioribus.

Albiga, *Alby*, urbs Galliæ alias in Aquitania, nunc in Occitania regione ad Tarnem fluvium in Albigenſi tractu, Archiepiſcopalis recens, ſic à Gregorio Turonenſi & in libris Conciliorum dicta, urbs eſt culta in regione perferaci, 9. leucis diſtans in Auſtrum a Francopoli Ruthenorum Caſtrum verſus 7. & 13. a Toloſa in ortum æſtivum, eratque antea Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Bituricenſi, ſed in Archiepiſcopatum erecta fuit die 3. Octobris 1678. ab Innocentio XI. Pontifice Maximo.

Albigensis tractus, *l'Albigeois*, provincia parva Galliæ in Aquitania, ubi alias Heleuteri populi, nunc autem pars eſt Occitaniæ ſuperioris, & terminatur à Septentrione & ab ortu Ruthenenſi provincia, ab occaſu Cadurcenſi ex parte, ex alia vero & a meridie Occitania, in duas fere partes ſcinditur Tarne fluvio, & ejus urbes præcipuæ ſunt Albiga provinciæ caput, & Caſtrum, hinc Albigenſes populi, *les Albigeois* vulgo Gallis, *gli Albigeſi* Italis.

Albirum, oppidum Sindiæ regionis, teſte Abulfeda.

Albingaunum, urbs Liguriæ, Plinio, Albigaunum Ptolomæo, *Albenga* hodie, in ora occidua Genuenſi ſub dominio Reipublicæ Genuenſis. Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Genuenſi, & ejus Epiſcopatum inſtituit Alexander III. anno 1179. urbs alias dives, nunc deficit, ſedetque in planitie prope Centam amnem; è cujus regione inſula ineſt parva in mari Liguſtico, & vetus ſcopulus, vulgo *l'Iſolotto d'Albenga* Italis, antiquitus Gallinaria dicta, 50. mill. paſſ. diſtat in occaſum a Genua Albintemelium verſus 35. circiter, & 40. ab Alba Pompeia in meridiem. Populi Ligures Ingauni Straboni, & Albigauni Vopiſco.

Albiniacum, *Aubigny*, oppidum Galliæ in Bituricenſi provincia, & in confinio Sicaloniæ ad amnem *Nerre*, vix 2. leucis à Concordiæ ſalſu, & 5. à Gienno diſſitum in occaſum.

Albiniacum, *Aubinac*, vicus Galliæ cum Abbatia in Marchia provincia, 2. leucis ab Argentono & prope fanum S. Benedicti de Saltu.

Albiniana castra, locus in Batavis ex Antonino, nunc *Alphen*, vicus Belgii uniti in Hollandia inter Lugdunum & Trajectum inferius, à Lugduno 2. leucis in ortum, Werdam verſus. Sunt qui Albina & Albiniana legunt.

Albiniminium, urbs Liguriæ Ptolemæo *Vintimiglia* vulgo. Vide Albintemelium.

Albintemelium, urbs Italiæ in Liguria Ciceroni, Albintimilium, Tacito. Vintemelium Varoni, aliis Album Intemelium, *Vintimiglia* Italis quanquam *Vintimia* incolæ pronuncient, urbs Genuenſis ditionis in ejus ora littorali occidua, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Mediolanenſi, parvi eſt circuitus caſtrum habens ſatis munitum in colle, cujus radices alluit Rutuba amnis, in ipſo limite ditionis Sabaudicæ & comitatus Niceenſis, 14. milliaribus diſtat à Nicea in ortum, uti 7. ab Herculis Monœci portu Albingaunum verſus 35. & 30. à Cuneo in Auſtum, ſubeſtque Genuenſibus ab anno 1238. Populi Intemelii.

Albion, quæ & ſæpius Britannia major, inſula eſt Europæ maxima, Plinio & Ptolemæo, in Oceano Occidentali, ſeparatur à Germania Oceano Germanico ad ortum, & a Gallia Oceano Britannico ad meridiem, vix 20 mill. paſſ. à Gallia disjuncta eſt freto Gallico, diviſa erat in Citeriorem ſeu meridionalem Britanniam, & in Ulteriorem ſeu Septentrionalem, Citerior, nunc Anglia, incolis *England* dicitur, & ejus partes fuere Britannia prima, Britannia ſecunda, Flavia Cæſarienſis, Maxima Cæſarienſis, & Valentia. Ulterior nunc Scotia, incolis *Scotland*, diviſa fuit in Vetturiones in quorum regione poſtea Picti, & in Caledonios quorum regionem invaſerunt poſtea Scoti, extenditur autem Albion à Septentrione in meridiem ad 530. mill. paſſ. ejus verò major latitudo eſt 320. mill. paſſ. alias in plurima regna ſciſſa fuit, quæ tandem ad duo reducta ſunt, nempe ad Anglicum, & Scoticum, ſed principio hujus ſeculi unita fuere, & eidem regi ſubſunt, de ejus partibus fuſius in vocibus Anglia & Scotia.

Albion nova, *la Nouvelle Albion* Gallis, *The Nevv. Albion* Anglis, pars Americæ Septentrionalis detecta à Franciſeo *Drack* Equite Anglo, & ab ipſo anno 1579. nova Albion dicta; regio eſt perampla ut narrant ſed nondum cognita Europæis, neque etiam versùs oram littoralem. A multis creditur extenſa ſupra Californiam inſulam uſque ad terram Eſonis. Aliis autem eſt pars Eſonis terræ, ſicque de iſta nova Albiooe fides ſit penes Anglos, nihil enim certi habemus de ea.

Albis, *Elb*, fluvius Germaniæ ex præcipuis totius regionis, Bohemis *Labe* dictus, Gallis *l'Elbe*, Italis *l'Albi*, ortum habet in monte qui *das Riſengebirge*, id eſt, Gigantum juga dicitur, in Bohemia & in circulo Hradecienſi, in ipſo limite Sileſiæ & ducatus Jauerienſis, deinde in Auſtrum tendens auctus Upavvo &

Vorlice

Digitized by Google

Vorlice fluviis, Jaromirſam & Hradecium Reginæ rigat, hinc in occaſum fluens ad Brandiſium Gizeram recipit, uti ad Melnicum Multaviam fluvium qui Pragam alluit, poſtea ad Liromerium auctus Egra in Boream tendens, paulo infra Bohemiam relinquens, Miſniam ingreditur, ubi Pirnam, Dreſdam, & Miſnam urbes rigat, deinde juxta Torgaviam fluens recepto Elſtero ad Wittebergam Saxoniæ caput labitur, poſtea auctus Mulda ad Deſſaviam, & Sala Magdeburgum lavat, & per Marchiam Brandeburgicam fluit in occaſum,æſtivum ubi recipit Havelam ad Verbenum,hinc ditionem Brunſvicenſem & Megalopolitanam rigans juxta Domitium, ubi recipit Eldam, & Ducatum Lavemburgicum ad Lavemburgum, paulo infra juxta Hamburgum emporium celeberrimum labitur, & Holſatiam à Ducatu Bremenſi ſeparans, æſtuariumque ſatis latum efficiens, infra Glucſtadium ſeu Fortunæ fanum & Brunſbutelam Oceano Germanico miſcetur, 12. milliaribus Germanicis infra Glucſtadium in occaſum.

Albis, *Huit*, *aa*, fluvius Iſlandiæ per Auſtralem partem inſulæ fluens, & deinde in ſinum *Borgar-fiord* ſe exonerans, teſte Theodoro Thorlacio Hol. Iſlando.

Albisola, *Albiſola*, caſtrum Italiæ in ditione Genuenſi, & in ejus ora Occidentali prope Savonam ad 2. milliaria in ortum, patria Sixti IV. & Julii II. Summorum Pontificum.

Albistrum, oppidum Brutiorum mediterraneum, Ptolemæo, quod & Abyſtium, nunc teſte Barrio, eſt *Orſimarſo*, caſtrum Regni Neapolitani in Calabria citeriori prope Laum fluvium, inter Laum oppidum & Cerillos. Vide Abyſtrum.

Albium, ſeu Albius, mons Japodum, nunc *Alben* Laziomons in Carniola regione Alpes ad Idrum oppidum attingens. In eo argentum vivum effoditur ad Avendonem oppidum inter Juſtinopolim urbem Iſtriæ, & Labacum Carniolæ metropolim ad 40. mil. paſſ. ubi Albium oppidum ſeu caſtrum Albenſe.

Albium Intemelium. Vide Albintemelium.

Albius, mons Japodum ingens Straboni, nunc *Birpamgrvvaldt* incolis, qui & *Alben* nominatur, dicitur etiam *Monte del Carſo* à quibuſdam.

Albius, mons Croatiæ verſus oram maris Adriatici, nunc *Morlacca* dictus, teſte Joanne Lucio.

Albocenti, populi Daciæ, teſte Ricciolio.

Albona, quæ & Alvona Plinio, Alvum Ptolemæo, oppidum Iſtriæ, nunc *Albana*, ad ſinum Flanaticum, ſub dominio Reipublicæ Venetæ 5. milliaribus diſtat ab oſtio Arſiæ fluvii in Boream, verſus confinia ditionis Auſtriacæ, Liburniæ cujus pars fuit olim 9. & 14. à Pola in eſtque, nunc parvi momenti, hinc populi Albonenſes.

Alboranum, *Alboran*, inſula Africæ in mari Mediterraneo, & in ora Barbariæ, olim dicta Erroris inſula. Vide ibi.

Alborium, *Albor*, mons Portugalliæ in Algarbia prope Lancobrigam, cum caſtro in quo obiit Joannes II. Portugalliæ Rex anno 1495.

Albretensis ager, ſeu Alibretenſis, *le païs d'Albret*, tractus Galliæ in Vaſconia propria, pars eſt Landarum tractus, inter Vazatenſem tractum, Vaſconiam propriam, Martianum agrum, & Guiennam, ejus oppidum præcipuum Lebreti vicus.

Albretum, *Albret*, oppidum & Ducatus Galliæ, in Vaſconia. Vide Lebreti vicus.

Albucio, *Aubuſſon*, oppidum Galliæ in provincia Marchiæ ad Croſam fluvium verſus Lemovicenſem provinciam, 5. leucis à Garacto in ortum hybernum.

Albula, *l'Aube*, fluvius Galliæ, qui etiam Alba dicitur à quibuſdam, oritur in ipſo limite Burgundiæ, deinde per Campaniam provinciam fluens Firmitatem & Barium ad Albulam dictos, & Arcium rigat, tandemque Sequanæ miſcetur ſupra Pontem ad Sequanam dictum.

Albula, *Albell*, fluuius Rhætiæ in tractu Caſæ Dei, qui Rheno miſcetur.

Albula, qui & Tiberis, ſic ab aquarum albedine dictus, fluvius Hetruriæ notiſſimus Plinio, Romam interluens, *il Tevere*. Vide Tiberis, ſeu Tyberis.

Albula, ſeu & Albulates fluvius Piceni Plinio, per fines Prægutiorum, inter Aſculum & Interamnam urbes Aprutii fluens in mare Adriaticum, & *Vibrato*, nunc dictus.

Albulæ aquæ, in Latio, Plinio, nunc i *Bagni di Tivoli*, aquæ ſalutares ad Tybur urbem quæ in Anienem fluvium excipiuntur.

Album, *Blanc*, urbs parva ſed lepida Galliæ, in Bituricenſi provincia, dicitur melius Oblincum. Vide ibi.

Album mare, *la Mer Blanche*. Vide mare Album.

Album promontorium, *el Cabo bianco*, eſt in Africa in ora Nigritiæ regionis. Vide Caput Album.

Album promontorium, *el Cabo bianco*, eſt in America & in parte Boreali Californiæ inſulæ, ſupra Caput Mendocinum.

Album promnotorium, *el Cabo bianco*, eſt in America Septentrionali & in Nicaragua provincia Novæ Hiſpaniæ, prope ſinum Salinarum, in ora maris Auſtrini.

Album promontorium, *el Cabo bianco*, in America meridionali, in regno Peruæ, & in Quiroa provincia. Vide promontorium Album.

Album promontorium, *el Cabo bianco*, in Braſilia regione Americæ meridionalis, & in præfectura Paraibæ in ora maris Borealis.

Albunea, *l'Albonea*, fluvius parvus Ducatus Mediolanenſis, & Agoniæ pars, Novarienſem agrum rigat, deinde per Lumellinam fluens juxta Mortariam labitur, & in Padum ſe exonerat 12. milliaribus infra Baſſinianam, dicitur etiam Albonea à quibuſdam.

Albunea, ſylva Latii, & Albuneus fons, in montibus, ad Tibur urbem & Anienem fluvium, nunc etiam *Albuna* vulgò dictus. Cujus meminit Virgilius libro 7. Æneidos.

Albuneus lacus, *il Lago di ſedeci borchiette*, lacus parvus admodum, ſeu verius ſtagnum Italiæ, in ditione Pontificia & in Sabina provincia, 5. milliaribus à Tibure Romam verſus ti. prope viam Tiburtinam, & ex eo effluit Albula amnis Sulphureus, nunc *la Solfatara* dictus, teſte Kirchero cum aliis.

Albuquercum, *Albuquerque*, oppidum munitum Hiſpaniæ in Extremadura provincia, regni Legionis, in clivo prope Geboram amnem, in ipſo limite Portugalliæ, medium inter Emeritam Auguſtam ad ortum hybernum & Portum Alacrem ad occaſum æſtivum 7. leucis à Pace Auguſta in Aquilonem, & Ducatus titulo inſignitur.

Aluracis, qui etiam Aurigera dicitur à quibuſdam, & Aregia in actis mediæ ætatis, *l'Ariege*, fluvius Galliæ in Occitania regione, oritur ex Pyrenæis montibus, in comitatu Fuxienſi perquem fluens à meridie in Septentrionem Taraſconem, Fuxium, & Apamias rigat hinc auctus Lertio & aliis in Garumnam fluvium ſe exonerat, 2. leucis ſupra Toloſam.

Alburgensis Dioecesis, olim Burglavienſis dictus, *le Dioceſe d'Alberg*, tractus regni Daniæ, & una ex 4. partibus Jutiæ Septentrionalis, magis ad Boream extenſa, terminatur a Septentrione & occaſu mari Germanico, ab ortu ſinu Codano, & à meridie veſtro ſinu Limico, dividitur in 13. tractus ſeu præfecturas minores, *Herrer* dictas, in quibus ſunt 165. par-

Digitized by Google

rochiæ, 6. urbis ejus autem caput eſt Alburgum.

ALEUROUM, ſeu Ælburgum, *Alborg*, & *Aalborg*, urbs Daniæ regni in Juoa Septentrionali, ſic dicta ab Anguillarum copia, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Lundenſi, & ſedet ad Limici ſinus miſſarium, *Limford*, 3. milliaribus Danicis diſtans ab ora ſinus Codani in occaſum, 8. ab Arthuſia in Boream uti paulo minus à Viburgo, eſtque caput agri ſeu Diæceſis Alburgenſis, ſede è Burglavia huc tranſlata, & in ea obut Joannes I. Rex Daniæ die 22. Aprilis 1513.

ALEURNUS, mons Lucaniæ in Picentinorum confinio Vibio, nunc *il Monte di Poſtiglione* dictus, in Principatu Citeriori prope Silarum fluvium, milliaribus 14. diſtans ab ora maris Tyrrheni & ſinus Salernitani in ortum, teſte Philippo Cluverio, quanquam Celſo Cittadino ſit, *la Montagna di Sicignano* 6. mill. paſſ. à priori diſtans, de eo Virgilius libro 3. Georgicorum.

ALBUS, lacus Tartariæ Aſiaticæ, in regione Cataia, verſus civitatem Cambalum, ut quidam tradunt.

ALBUS MONS, *Blancmont*, oppidum Galliæ in Lotharingia, quod Germanis *Blanckenberg* dicitur, ſitum eſt ad amnem *Veſouze*, 9. leucis à Nanceio in ortum, Argentotarum verſus & 5. à Marſalio in ortum hybernum.

ALEOSAMA, *Albuzeme*, inſula Africæ in Mediterraneo mari, in ora regni Fezzæ, & Errifis provinciæ Sannto teſte, eſtque ſatis parva.

ALCANBTA, *Alcandete*, oppidum Hiſpaniæ cum caſtro in Vandalitia provincia, 6. leucis diſtans ab urbe Giennenſi in occaſum, & 3. ab Alcala regia in Boream, juxta fluviolos *Vivoras* & *Cigarrales*.

ALCALA REGIA, ſeu Regalis, *Alcala la Real*, urbs nova Hiſpaniæ in Vandalitia provincia in ipſo limite regni Granatenſis, & prope flovium *Cubin*, 6. leucis diſtat à Gienno in occaſum hybernum & 9. à Granata in occaſum æſtivum, deficit in dies inter montes ſita.

ALCANITIUM, *Alcaniz*, oppidum Hiſpaniæ in Aragoniæ regno, cum caſtro ad fluvium *Guadalofo*, in planitie perampla, 4. leucis diſtans à Caſpe, & 9. à Dertuſa in occaſum æſtivum, Cæſarauguſtam verſus 15.

ALCANITIOM, *Alcanizes*, oppidum Hiſpaniæ, in regno Legionis, prope Durium fluvium 3. leocis diſtat à Miranda urbe Luſitaniæ in ortum æſtivum, & 3. à Sentica in occaſum.

ALCAMOS, *Alcamo*, Siciliæ urbs ad radices montis Bonifati in Valle Mazaræ, 16. mil. paſſ. diſtat à Panormo verſus Drepanum totidem, 3. milliaribus ab ora littorali.

ALCANTARA, *Alcantara*, urbs Hiſpaniæ in Extremadura, ad Tagum fluvium. Vide Norba Cæſarea & Pons Tagi, quanquam Reſendius & Morales aſſerant nullam fuiſſe urbem antiquitus, ubi nunc eſt Alcantara, ſed nomen hoc illi à Mauris inditum fuiſſe quod pontem ſignificat, hinc Alcantarenſis oomen gentis.

ALCARATIUM, *Alcaraz*, urbecula Hiſpaniæ cum caſtro in Caſtella oova, ſedet in monte, obi antiquus ſpectatur aquæductus duplici ponte inſignis, & vetuſtate ruinas agens, circum inſignes montes *las Sierras de Alcaraz*, dictos, verſus fluvium Guadarmenam & prope Agtum Lamitanum, ubi alias Tugienſis ſaltus, 6. leucis diſtat à confinio regni Murciæ in occaſum, & 20. à Batia in Septentrionem.

ALCATHOE, urbs Achaiæ. Vide Megara, nam eadem illi eſt, ejus inter alios meminit Ovidius.

ALCENONIA, *la Codogna*, urbs regni Neapolitadi Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Compſano in provincia Principatus ulterioris. Vide Aquilonia & Laquedonia.

ALCEDRONENSIS ORBS, ſic à Rhabano & auctoribus annalium Fuldenſium, & Metenſium vocatur urbs Antiſſiodorum *Auxerre*, in Burguodiæ Ducatu. Vide Antiſſiodorum.

ALCESTRIA, *Aulceſter*, oppidulom Angliæ, in Vvarvicenſi provincia ad amnem *Trovv*. Diſtat à Vvarvico 11. mil. Anglicis in occaſum, verſus confinia Vigorniæ comitatus.

ALCHIPPE. Vide Archippe.

ALCIACUM, *Auchy le Chaſteau*, oppidulum Galliæ in Arteſia provincia, ad Altiliam fluvium, 4. leucis diſtans ab Hedino in meridiem, cum Abbatia.

ALCIATUM, *Alzato*, oppidulum Ducatus Mediolanenſis in Italia. Vide Alſiatum.

ALCIMOENNIS, urbs Germaniæ Ptolemæo, quæ ounc, teſte Althamero, Ulma, & vulgó *Ulm* nominatur, urbs libera & Imperialis Sueviæ, inter præcipuas, ad ſiniſtram Danubii ripam ubi recipit Ilarum, ab Auguſta Vindelicorum 9. milliaribus Germanicis in occaſum Eſlingam verſus totidem. Vide Ulma.

ALCINOI HORTI, in Corcyra inſula memoratiſſimi fuere, Alcini ab Homero dicti, ab Alcinoo Rege Phæacum exculti. Horum meminit Virgilius.

ALCIONENSIS, ſic dicitur Antiſſiodorenſis tractus in Burgundia *l'Auxerrois* in capitulis Caroli calvi Imperatoris. Vide Atiſſiodotenſis.

ALCLUITH, de quo ſit mentio à Beda, Britanniæ magoæ oppidum hodieque Scotiæ Meridionalis quod nunc *Dunbriton* dicitur, teſte Hectore Boethio in Levinia provincia, ad confluentis Lelavonii in Cluydam fluvium, caſtrum habet permunitum & maximi momenti quaſi Caſtrum Britonum, 7. milliaribus Scoticis diſtat à Glaſcovio in occaſum æſtivum. & 16. à Strivelino in occaſum.

ALCMARIA, *Alckmaer* incolis, *Alcmar* Gallis, urbs Belgii uniti in Hollandia Boreali ſeu potius Weſtfriſia, & in Kenmaria tractu tantiſper munita, & unde tamen fortiter repulſos Hiſpanus anno 1573. lacubus erat alias circumcincta, nunc parum ab iis diſſita, tribus leucis diſtat ab Horna in occaſum, una ab ora Oceani Germanici, & 5. ab Amſtelodamo in Septentrionem, Zippam lacum verſus 2.

ALCOBACIA, *Alcobaca*, monaſterium percelebre ordinis S. Benedicti in Portugalliæ regno & in Extremadura provincia, ab Alphonſo 1. Rege extructum una tantum leuca diſſitum ab ora Oceani, uti ab Algibarota in ortum & 5. à Leiria urbe in occaſum hybernum.

ALCOCHETUM, *Alconchete*, caſtrum Portugalliæ in Extremadura provincia, & in limite Tranſtaganæ, ad Tagum fluvium, 2. leucis ab Olyſippone in ortum, ubi natus Emanuel Rex Portugalliæ anno 1469.

ALCACERUM SALINARUM, alias Salacia, *Alcacer do Sal*, oppidum Hiſpaniæ in Portugallia & in Extremadura provincia, ad fluvium *Cadaon* in confinio Trans-Taganæ provinciæ, 6. leucis diſtat ab ora Oceani Atlantici, & 8. à Cœtobriga in ortum æſtivum Pacem Juliam verſus 9. circiter.

ALCOLEA, *Alcolea*, oppidulum Hiſpaniæ in Vandalitia, prope Bœtim fluvium, & 6. leucis ab Hiſpali diſſitum.

ALCONIS, locus Galliæ Narbonenſis in Provincia ex Antonino, qui nunc *le Cap Taillat*, in ora maris Mediterranei inter ſinum Samblacitanum & Telonem Martium, aliis tamen eſt *Bormes* caſtrum in ora illius tractus, 4. leucis à Fano S. Torpetis Telonem verſus.

ALENDIA, *Alcudia*, oppidum inſulæ Majoricæ in Hiſpania noviter munitum, cum portu, 7. leucis diſtat ab urbe Majorica in ortum, una autem à Pollentia in meridiem.

ALCYONIUM STAGNUM, eſſe in agro Corinthiaco fertur. Ejus profunditas multis funibus connexis

Digitized by Google

non potuit explorari, forſan idem quod & Amphiarai fons, teſte Pauſania, dictum eſt, Mare quoque in ſinu Corinthiaco Alcyonium dictum ferunt, quod in eo ſe Halcyone audita viri morte præcipitarit.

ALCYONE, oppidum fuit Theſſaliæ ad ſinum Maliacum, teſte Plinio, ex cujus ruinis Methone oppidum exſtructum, ad quod Philippus pater Alexandri altero oculo orbatus eſt.

ALDEBERGA, *Aldeberg*, urbecula Germaniæ in Saxonia ſuperiori & in Miſnia provincia, in confinio Bohemiæ, verſus Albim fluvium, 4. milliaribus Germanicis a Dreſda & 2. à Pirna in meridiem diſtat, ſubeſtque Electori Saxoniæ.

ALDEBURGUM, *Aldebrough*, oppidulum Angliæ cum portu in Suffolcia provincia & in ora maris Germanici, 12. milliaribus Anglicis diſtat ab Gippevico, in ortum, alias Iſurium dictum. Vide ibi.

ALDEBURGUM, *Aldenborg*, urbecula Germaniæ in Holſatia, cujus ſedes Epiſcopalis inde Lubecam eſt tranſlata anno 970. Dicitur aliter *Oldenborg*, unde tractus cognominis in Vvagria, diſtatque 7. milliaribus Germanicis à Lubeca urbe in ſeptentrionem Fimbriam inſulam verſus 3.

ALDEGUS, *l'Aldego*, fluvius territorii Veronenſis parvus. Cadit in Atheſim, in ditione Reipublicæ Venetæ, 18. mill. paſſ. infra Veronam.

ALDENARDA, *Oudenarde*, urbs Flandriæ munita. Jacet inter Gandavum atque Tornacum, & interfluente Scaldi fluvio bipartitur; à Francis capta anno 1658. & Hiſpanis dein reſtituta, iterum expugnata fuit anno 1667. à Ludovico XIV. Rege Galliæ, cui etiam ſuberat cum toto tractu adjacente, pace ad Aquiſgranum confecta. Arcem habens validam, *Pamele* dictam, in medio urbis, & fruſtra obſeſſa fuit ab Hiſpanis anno 1674. tandem iterum ipſis reddita fuit anno 1679. pace ad Noviomagum ſancita.

ALDENBURGUM, *Aldenburg*, oppidum Germaniæ, in Miſnia, & in Oſitia tractu ad amnem *Pleiſſ*, cum caſtro amplo in colle unde Duces Aldemburgenſes antea dicti è domo Saxonica. Dicitur & Altemburgum. Vide ibi.

ALDESCUS, fluvius Sarmatiæ Europææ, qui in Panticapen influit; ac uterque per Podoliam fluens, in mare Euxinum excipitur. De eis Dionyſius Afer de ſitu orbis.

ALDUADUBIS, fluvius Galliæ Celticæ in Sequanis, Cæſari, qui Dubis dicitur ab aliis, nunc *le Doux* dictus, oritur ex Jura monte & per Burgundiæ Comitatum fluens in Ararim ſe exonerat. Vide Dubis.

ALDUIDA MONS, & Alduydenſes montes, *les Monts d'Aldude*, Pyrenæorum pars in regno Navarræ, alias ad Baigorritanos pertinentes, in Navarra inferiori, ſed paulatim uſurpati fuere ab Hiſpanis, ſuntque inter Pompeiopolim & Fanum S. Joannis Pedeportuenſis, teſte Arnaldo Oihenarto.

ALEA, oppidum fuit Arcadiæ, cujus ruinæ apud Tegeam urbem cernebantur, teſte Pauſania, ab ea urbe 10. ſtadiis diſtantes.

ALECTA, *Alet*, urbs Galliæ, parva admodum, in Occitania inferiori, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Narbonenſi, & in tractu ſeu pago Reddenſi, ad Atacem fluvium, dicitur Electa à Papirio Maſſone, eratque Narbonenſis Diœceſis cum tractu adjacente ante ejus erectionem in Cathedralem Eccleſiam à Joanne XXII. Pontifice Maximo, diſtat 5. leucis à Carcaſſona in Auſtrum, & 7. ab Mirapinco in ortum, eſtque ad radices montium Pyrenæorum.

ALECTRIOPOLIS, urbs Macedoniæ Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Philippenſi, inter Philippos & Theſſalonicam, teſte Cedreno, nunc *Aleſtroſo* dicta à recentioribus.

ALECTUM, poſtea Deidonum, *Dundée* & *Dundy*, teſte Camdeno, urbs Scotiæ TransTaanæ, in Anguſia provincia, ad Tavi æſtuarium verſus oram Oceani Germanici, eſtque emporium celebre cum portu capaci, 8. milliaribus Scoticis diſtans ab Andreapoli in ſeptentrionem, & 14. à Brechinia in occaſum hybernum. Vide Donum Dei.

ALEJUS CAMPUS, locus Lyciæ, ad Chimeram montem in quo Bellerophontes cecidiſſe, & periiſſe traditur, teſte Plinio.

ALEMANNI, ſeu Alamani populi fuere Germaniæ Stephano, qui Alamanni Macrobio, & Sidonio, Galliæ Belgicæ & Vindeliciæ contermini erant, nempe inter Rhenum fluvium, Nicrum, Lycum, atque Brigantinum lacum extenſi, ubi nunc maxima pars Sueviæ, quanquam ad Moenum fluvium uſque protendantur à quibuſdam, eorum tractus dictus fuit Alemannia, unde poſtea nomen recens toti Germaniæ inditum.

ALEMANNIA, *Teutſchland* incolis, *l'Allemagne* Gallis, *Alemagna* etiam ſæpe Italis, regio ampla Europæ, quæ aliter & melius Germania dicitur. Vide Germania.

ALEMANNI, *les Allemands* Gallis, populi Europæ, quorum regio Alemannia, ſive ſæpius & melius Germania dicitur. Vide ibi.

ALEMANNUS, Germaniæ fluvius, Taciro, nunc *l'Altmul*, fluvius Germaniæ in Franconia, oritur prope Rotenburgum ad Tubarim, hinc in ortum tendens per ditionem Aichſtadenſem, Papenheimum rigat & Aichſtadium, poſtea auctus aliquot amnibus, per Palatinatum ſuperiorem fluens in Danubium labitur, ad vicum *Kelheim*, 3. milliaribus Germanicis ſupra Raiiſbonam Ingolſtadium verſus 5.

ALENA, *Awlen* & *Ahlen*, urbecula Germaniæ in Suevia, ad Cocharum fluvium, Imperialis facta fuit & libera anno 1360. à Carolo IV. Imperatore, eſtque etiamnum ſui juris, 5. milliaribus Germanicis diſtans à DinKelſpuhla verſus Auſtrum, uti 4. ab Elephantiaco, & 8. ab Ulma in ſeptentrionem.

ALENCONIUM, *Alençon*, urbs Galliæ in Normanniæ Ducatu, in limite Cœnomanenſis provinciæ, Ducatus titulo inſignis ad Sartam fluvium, diſtat 5. leucis à Sagio urbe, & 42. à Pariſiis in ortum verſus Abrincas, eſtque ampla & probe culta.

ALENTAKIA, *Alentaken*, tractus Ducatus Livoniæ in Eſthonia provincia, prope Narvam orbem, ſinum Finnicum inter & Peipum lacum, in ditione Suecorum.

ALENTIO, *Alençon*, urbs Galliæ, ſic dicta in actis mediæ ætatis, quæ à poſterioribus dicitur Alenconium. Vide ibi.

ALEOPOLIS, urbs Sardiniæ inſulæ. Vide Calaris.

ALEPENSIS PRÆFECTURA, *le Beglerbeglic d'Alep*, regio Aſiæ & pars ditionis Turcicæ in Syria Boreali, ſub dominio Turcarum ab anno 1517. & ſub ipſa ſunt novem Sangiacatus ſeu præfecturæ minores nempe *Aolana*, *Ekrad*, *Kelis*, *Beregek*, *Mearre*, *Gazir*, *Balis*, *Matik*, & *Turkman*, teſte Ricautio Anglo.

ALEPUM, *Alep* Gallis, *Alepo* Italis, urbs perampla & probe culta Syriæ regionis, & emporium percelebre provinciæ ſive præfecturæ cognominis caput, ſub dominio Turcarum. dicta fuit olim Berthoea, ut pluribus probatur in voce Berthoa. Vide ibi.

ALERA, *l'Alre*, fluvius Germaniæ in Saxonia inferiori, Verdam urbem alluit, & poſtea in Viſurgim cadit. Vide Allera.

ALEREA, locus Galliæ Aquitanicæ, in Itinerario inter Avaricum & Argantomagum, qui nunc à qui-

buſdam creditur *Chaſteau-Roux* oppidum Bituricenſis provinciæ, ſed ex conjectura tantum.

ALERIA, Colonia & urbs Corſicæ in ora Orientali inſulæ, Plinio, in colle juxta mare Tyrrhenum, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Piſano, nunc in ruinis jacens, locus etiamnum *Aleria deſtrutta* dicitur vix 10. complectens domos, à Mariana urbe etiam extincta 24. mill. paſſ. diſtans in Auſtrum, ejus autem Epiſcopus commoratur in oppido Cervionis, in meditullio inſulæ.

ALES, fluvius Ioniæ, Pauſaniæ, juxta Colophonem urbem fluens: qui Plinio Aleon dici videtur.

ALESA, *Aleſ*, urbs Sardiniæ inſulæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Arborenſi, olim Leza dicta fuit. Vide ibi.

ALESA, urbs Siciliæ Ciceroni. Vide Haleſa. Hinc Aleſinus, ut urbs Aleſina apud Ciceronem in epiſtolis familiaribus.

ALESATIA, *l'Alſace* provincia Germaniæ ad Rhenum, ſic dicta in actis Mediæ ætatis, quæ ab aliis dicitur melius Alſatia. Vide ibi.

ALESIA, & Aleſium, *Alais*, urbs Galliæ, in Occitania inferiori provincia ad Gardonem fluvium, diſtat 5. leucis ab Uceria in ortum uti 10. à Fano S. Spiritus, ſita eſt in Nemauſenſi tractu, ad radices Gebennarum montium, fuitque alias probe munita.

ALESIA, urbs Galliæ Celticæ, Straboni, quæ Alexia Livio & aliis. Vide ibi.

ALESTES, fluvius parvus Hiſpaniæ Tarraconenſis, Straboni, nunc *el Rio Gretones*, fluvius Portugalliæ in Interamni provincia, oritur in monte Spino, 4. milliaribus ſupra Bracaram Auguſtam, juxta quam labitur, atque in Avum majoris famæ fluvium prope oppidum Villam Comitis influit, & hunc male quidam Zethen vocant, teſte Gaſparo Alvaro Machiado.

ALESUS, nunc *la Sanguinara*, teſte Ortelio, fluvius parvus Hetruriæ in ditione Eccleſiæ, & in provincia Patrimonii, oritur prope Sabatinum lacum & deinde in Auſtrum tendens in mare Tyrrhenum ſe exonerat 2. milliaribus ab Alſio in occaſum, uti 20. à Roma Centumcellas verſus.

ALESUS, fluvius Siciliæ, nunc *il Pittineo*, teſte Fazello ex veteri inſcriptione, Aleſam oppidum alluens, ac in mare inter Cephalodium & Haleſam influens.

ALETA, oppidum Illyrici Ptolemæo, nunc *Moſth* in Dalmatia mediterranea quibuſdam, aliis autem eſt *Suigna* caſtrum in ditione Turcarum, 20. mill. paſſ à Spalato in ſeptentrionem.

ALETA, Siciliæ inſulæ oppidum, Ptolemæo, hodie everſum ubi, teſte Fazello, eſt *S. Marco* oppidum in ora Boreali, inter Cephalodium & Haleſam, Alicya Ciceroni dicta videtur, ut rudera teſtantur.

ALETA, & Aletum ex Notitia Imperii, urbs fuit Galliæ Celticæ in Britannia minori, nunc exciſa in ora littorali ad Boream, ex ejus ruinis crevit urbs ei vicina ad primum lapidem, Maclovioplis & Maclovium dicta, *S. Malo* Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Turonenſi in Aaronis inſula, rudera autem Aletæ nunc vulgo dicuntur *Guich-Aleth*, quo nomine Burgus Aletenſis ſignificatur lingua Britannica.

ALETIUM, urbs alias Salentinorum ſeu Meſſapiæ Plinio, & Ptolemæo, *Lecce* nunc, in provincia Hydruntina cujus caput eſt ampla & probe culta, ita ut alias regni Neapolitani urbes incolarum numero longe ſuperet, excepta Neapoli ſola, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Hydruntino, inter Brunduſium ad Boream & Hydruntum ad Auſtrum 20. mill. paſſ. diſtans, 7. autem ab ora maris Adriatici in occaſum Neritum verſus 15, & 50. fere à Tarento in ortum, Litium dicitur à recentioribus.

ALETRIUM, urbs Latii in Hernicis, Plinio; quæ Alatrium Livio, nunc *Alatri* vulgo, in Campania Romana & in ditione Eccleſiæ, inter Anagniam ad occaſum 15. mill. paſſ. & Soram ad ortum 8. mill. paſſ. diſtans. Vide Alatrium.

ALETUM, *Aleth*, urbs parva Galliæ in Occitania Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Narbonenſi. Vide Alecta.

ALEX, fluvius Locrorum, Straboni, qui & Cecinos, & Cæcinos, & etiam Cæcinum, vulgo *l'Alece*, olim Locrenſem agrum à Rhegino dividens, nunc in Calabria ulteriori, & in ejus intimo receſſu ad meridiem, in mare Siculum ſeu Ionium ſe exonerat, inter promontoria Rhegium & Herculis. ſcribitur etiam cum aſpiratione Halex.

ALEXANDRIA, *Alexandria*, urbs nova & parva Poloniæ in Volhynia ad fluvium *Horin*, 10. milliaribus Germanicis diſtans ab *Oſtrog* oppido in ſeptentrionem, ſex à Caſtro *Korſec* in occaſum, & 20. a civitate Luceoria in ortum æſtivum, peſſime habita fuit à Turcis hiſce ultimis annis.

ALEXANDRIA, urbs Ægypti, nunc Turcis *Scanderik*, Gallis *Alexandrie*, Italis *Aleſſandria*, urbs Patriarchalis & Emporium celebre, quo etiam merces ex India præſertim aromata per univerſam Europam diſtribuenda antea advehebantur, ab Alexandro Magno Olympiade 112. condita, olim clarior fuit ante Cairi erectionem, à quo diſtat 125. milliaribus in occaſum æſtivum, & portum habet percelebrem in ora maris Mediterranei, hodie pro majori parte in ruinis jacet, nihilominus ob portus commoditatem multæ naves ex Europa huc appellunt, urbs ipſa Alexandria incolitur duobus mille civibus circiter, ex quibus 100. tantum ſunt Catholici, ſed circa millia ibi adveniunt quocumque anno, in ea eſt Eccleſia S. Athanaſii ampliſſima, alias Patriarchalis nunc à Turcis in Moſcheam verſa, ideo Patriarchæ Græcorum ſedes eſt in Eccleſia pervetuſta S. Catharinæ intra muros urbis, Eccleſia Franciæ præcellit omnibus totius Orientis Catholicorum Eccleſiis, extra muros Alexandriæ conſpicitur columna marmorea ingentis altitudinis Pompeii dicta, ſunt etiam ibi duo obeliſci ſummæ altitudinis, quorum unus ſtat, alter vero dejectus eſt, circuitus murorum urbis adhuc extat, eſtque pulcherrimus, intra portum & ad ejus oſtium eſt inſula Pharos dicta quæ jam injecta mole terræ adhæret, ubi Turris Pharos nunc deſtructa, & ſuper ejus rudera nunc eſt arx Turcarum cum præſidio ad tutelam portus, 12. mill. paſſ. diſtat à Nili oſtio Canopico in occaſum, 460. mill. paſſ. in Boream à Syene ultima Ægypti urbe meridionali, 150. à Peluſio in occaſum Cyrenem verſus 600. Fuit Alexandria civitas triplex antiquiſſimis temporibus, nimirum Menna, id eſt portus, qui Phari & vicinarum partium locus eſt; Alexandria proprie dicta, ubi Alexandria oppidum viſitur hodie, & Nexita quæ forſan Necropolis Joſephi & Strabonis, earum vero quamlibet peculiaris cingebat murus, poſt quem alius ambiebat ſimul omnes, vias per quadras ſive cancellatim ordinatas fuiſſe, quod vix alibi in oriente ſpectare licet, ipſa rudera demonſtrant, teſte Gollio, ante Mahometanum bellum hæc urbs etiam florebat Ægypti totius Metropolis habita, ſed ab Amro expugnata fuit poſt obſidionem 13. menſium, nomine Califæ, & peſſime habita; unde paulatim minui cœpit, capta fuerat à Francis tempore belli Sacri nempe ab Amalarico Rege Hieroſolymitano anno 1167. ſed poſtea ab ipſo derelicta, hinc Alexandrinus nomen gentis.

ALEXANDRIA ALBANIÆ, urbs & emporium Albaniæ regionis præcipuum, ad montis Caucaſi radices, & oram maris Caſpii, Quinto Curtio,

nunc *Temurcapi* Turcis dicta, quaſi portæ ferreæ, & incolis *Capi Derbent* Portæ Cliſuræ à Taureſio, antiqua regia Perſarum itinere 20. dierum diſtans in Boream, ubi ex Aſia in Scythiam per anguſtias tranſitus eſt, teſte Ferrario.

Alexanoria, Arachoſiæ urbs in Aſia Plinio, nunc teſte Caſtaldo eſt *Cabul*, ſed aliis eſt *Candahar* urbs munita Perſiæ tractus ſeu regni cognominis caput in confinio Indiæ propriæ cujus pars erat nunc autem ſubeſt Dominio Regis Perſarum, ſedet inter montes 100. leucis circiter ab Indo fluvio in occaſum, & totidem ab urbe *Cabul* in meridiem.

Alaxandria Ariæ, urbs primaria & regia Ptolemæo, nunc *Heri* dicta Caſtaldo, ad Arium fluvium, inter Hecatompylon regiam Parthiæ ad occaſum 565. & Bactra regiam Bactrianæ in ortum 484. mil. paſſ. Sunt qui *Burgian* dici velint.

Alexanoria, urbs Cariæ in Aſia minori ad Latinum montem non longè ab Epheſo cum qua ſocietatem habebat & fœdere aliquo juncta erat, cujus meminit Stephanus.

Alaxandria, Carmaniæ urbs, Ptolemæo, regionis primaria, inter Armuzam & Ariam, nunc *Serent* teſte Caſtaldo.

Alexandria Margianæ, urbs præcipua, Plinio, & emporium earum regionum, quid ſit hodie non conſtat.

Alexandria Statellio'rum, *Aleſſandria*, ſeu etiam *Aleſſandria della paglia* incolis, *Alexandrie* cognomento *de la paille* Gallis, urbs Italiæ munita & ſatis ampla, ad Tanarum fluvium illam præterfluentem & in duas partes ſecantem in Ducatu Mediolanenſi, agri Alexandrini caput, Epiſcopalis effecta ſub Archiepiſcopo Mediolanenſi ab Alexandro III. Pontifice Maximo anno 1175. à quo etiam nomen ſortita, & tunc temporis extructa ex quatuor pagis Marico, Gamundio, Roborero, & Burgolio, cum aliis quatuor Quadringento, Solerio, Ovilиis, & Foro, media fere eſt inter Genuam ad Auſtrum & Auguſtam Taurinorum ad occaſum ad 44. mill. paſſ. & 52. à Mediolano in occaſum hybernum, teſte Philippo Ferrario, cui ut indigenæ fides magis adhibenda eſt, hinc Alexandrini *gl' Aleſſandrini* vulgo Italis, *les Alexandrins* Gallis.

Alexandria, Syriæ urbs Ptolemæo, nunc *Scanderona* Turcis, *Aleſſandreta* Italis, *Alexandrete* Gallis, Epiſcopalis olim & emporium celebre ad Belum fluvium ubi in ſinum Iſſicum ſe exonerat, 50. mill. paſſibus, diſtat ab Alepo in occaſum & totidem ab Antiochia in Boream, eſtque in confinio Ciliciæ, 25. mill. paſſ. ab ipſo diſſita, hodie tamen vix ejus veſtigia apparent, & manent tantum aliqua tuguria in mercatorum commodum, & una domus lapidea pro Janizzarorum Duce qui vectigalia exigit, teſte Magro.

Alexandria, urbs fuit Thraciæ, cujus meminit Stephanus.

Alexanoria Troadis, quæ & Troas urbs Aſiæ minoris Plinio, & Livio, in Troade ſeu in Phrygia minori, ab Alexandro Magno excitata, ut pluribus narrat Quintus Curtius, in ora maris Ægei, paucis tantum milliaribus in Auſtrum à Troiæ ruderibus, & in ejus veteri inſcriptione legitur Colonia Troas Antigonia Alexandria, Epiſcopalis fuit ſub Archiepiſcopo Cyxiceno, ſed ipſa nunc etiam in ruinis jacet, vocatur à Turcis *Eski Stamboul*, quanquam Leunclavio ſit *Caraſia*, diſtat 17. mill. paſſ. à Sigæo promontorio, uti 35. ab Abydo in Auſtrum Antandrum verſus 34. circiter.

Alexandrinus aoer, *l'Aleſſandrino*, tractus Italiæ in Ducatu Mediolanenſi inter Lumellinam & Dertonenſem agrum ad ortum, & montem Ferratum ad occaſum, ſub dominio Hiſpanorum, Tanaro fluvio in duas fere partes ſcinditur, & ſic dicitur ab Alexandria ejus urbe præcipua

Alaxandrium, oppidulum Palæſtinæ Joſepho, poſtea Scanderium *Scanderia*, caſtrum Terræ Sanctæ in ora maris Syrii, & 6. milliaribus à Tyro diſſitum, cujus fit mentio in hiſtoriis belli Sacri, & teſte Guillelmo Tyrenſi.

Alexandropolis, urbs Parthorum, ab Alexandro Magno condita, Plutarcho teſte, in vita Alexandri, cujus tamen hodie nulla exſtant indicia.

Alaxandrovium, *Alexandrovv*, oppidum Poloniæ, in Ruſſia Rubra, & Palatinatu Braclavienſi, non longè à fluvio *Bog*. Sex milliaribus Polonicis diſtat à Braclavia urbe, quatuor autem à *Ladizin* oppido illius tractus.

Alexanum, urbs alias Salentinorum in Italia, nunc *Aleſſano* in provinciæ Hydruntinæ intimo receſſu, in regno Neapolitano, parva eſt ſed Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Hydruntino, verſus oram littoralem, Leucæ urbi exciſæ cui ſucceſſit ad Japygium promontorium propinqua ad 6. milliaria, 25. autem ab Aleſio in Auſtrum, 16. ab Hydrunto in occaſum hybernum, & 20. à Gallipoli in ortum hybernum.

Alexia, Aleſia quibuſdam, urbs Galliæ Celticæ Mandubiorum olim caput Cæſari, & Paterculo, nunc *Aliſe*, vicus Burgundiæ Ducatus in Alexienſi tractu, & in limite Dueſmenſis pagi in colle ad amnem *Brenne*, teſtibus Vigenero & Paradino, ad ejus radices ſitus eſt pagus *S. Reyne* dictus, ſeu fanum S. Reginæ, & una tantum leuca diſtat à Flaviniaco, & 11. à Divione in occaſum Antiſſiodorum verſus 16. circiter, 4. autem à Semurio in ortum, ab Hercule conditam tradit Diodorus Siculus libro quinto, & de ea ampla fit mentio in commentariis Cæſaris.

Alexiensis tractus, *l'Auxois*, pars Ducatus Burgundiæ in Gallia, inter Divionenſem tractum ad ortum, Antiſſiodorenſem ad occaſum, Auguſtodunenſem ad meridiem, & Campaniam ad Boream, & ſub ipſo comprehenditur pars Dueſmenſis pagi, & ſic dicitur tractus ille ab Alexia urbe exciſa, & ejus urbes ſunt Semurium tractus caput, Aballo, Arnæum Ducis, Monbardum, Mons S. Joannis, & Sadolcucum.

Alfedla, *Alfeld*, oppidulum Germaniæ in Saxonia inferiori, alias in ditione Epiſcopi Hildesheimenſis, nunc juris Brunſvicenſis, diſtat 3. milliaribus Germanicis ab Hildeſio in Auſtrum, & totidem à Goslaria in occaſum.

Alfertonium, *Alfreton*, oppidulum Angliæ, in Comitatu Darbienſi, juxta Ambrum amnem, 8. milliaribus Anglicis diſtat à Darbia urbe, in Boream in limite Notinghamiæ provinciæ, teſte Speedo.

Alforoia, *Aldorf*, oppidulum Angliæ in Lincolnia provincia, verſus oram littoralem 4. milliaribus Anglicis ab ea diſtans Lincolniam verſus 22. in occaſum.

Alfta, *Alfta-Fiord*, ſinus Iſlandiæ in meridionali parte inſulæ prope Beſeſtadium arcem, teſte Theodoro Thorlacio Hola Iſlando.

Aloarbia, *l'Algarve*, pars Hiſpaniæ admodum parva, adjecta Portugalliæ ſub Alphonſo III. cum titulo regni, cujus caput Tavira. Habet à ſeptentrione Portugalliam, ab Oriente Vandalitiam, ab Occidente autem & meridie clauditur Oceano Atlantico, ſic dicta fuit à Mauris quaſi campus fertilis: ejus longitudo ab ortu in occaſum eſt 60. mill. paſſ. ſed à ſeptentrione in meridiem vix extenditur ad 25. & à Portugallia ſeparatur montibus *de Calderaon* & *de Monchique* dictis, & à Vandalitia Ana fluvio,

ejus autem partes ſunt diſtrictus Tavirenſis ſeu Balſenſis *la Commarca de Tavira* in qua Tavira & Pharus, & diſtrictus Lacobrigenſis ſeu Lagenſis *la Commarca de Lagos* in qua Lagium & Sylvæ.

ALGARRIA, *l'Algarria*, provincia Borealis regni Caſtellæ novæ in Hiſpania, cujus periere limites. Ejus caput *Guadalaxara* olim erat; & Toletum atque Madritum cenſentur in illo tractu, eſtque proprie inter Caſtellam novam & Tagum fluvium.

ALGARIA, & Alguetium, *Algher* incolis, *el Alguer* Hiſpanis urbs Sardiniæ, in ora occidentali inſulæ, in monte probe munita, & in ejus parte Boreali, vulgo *el Cabo de Lugudori* dicta, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Turritano, & ei perpetuo unitus fuit Caſtrenſis Epiſcopatus ab Alexandro VI. Pontifice Maximo, ejus Portus *Puerto de Conde* dicitur alias Caracodes, urbs autem olim Corax dicta fuit teſte Cluverio, ſed teſte Franciſco à Vico Sardo, crevit ex ruinis Tylii urbis vicinæ, parva eſt ſed ſatis culta 16. milliaribus à Saſſari in meridiem, Boſam verſus totidem diſtans, & ad ipſam tranſlatus fuit Epiſcopatus Otanæ anno 1504. à Julio II. Pontifice Maximo.

ALGEA, *das Algovve*, tractus Germaniæ in Suevia, qui olim pagus Alemannorum & poſtea Ducatus Alemannorum dictus fuit, hinc Algeani populi, qui quondam Vindelici ſunt vocati. Vide Algovia.

ALGERIA, Algerium & Algaria, *Gezaira* Arabibus, *Alger* Galis, *Argel* Hiſpanis, & *Algiori* Italis, urbs Africæ regni cognominis caput in Barbaria regione, cum portu capaci & munito in óra maris Mediterranei, ſedet ad radices collis arcem habens validam, eſtque ampla & dives, cum Mauriſci ab Hiſpania ejecti ſub Philippo III. Rege huc ſe receperint pro majori parte, ſed piratica infamis eſt, alias Ruſucurum dicta fuit in Mauritania Sitifenſi, nunc eſt in provincia *Gezaira* nuncupata ab incolis, prope oſtium Sefaiæ fluvii. 30. leucis diſtat à Bugia ſeu Salde in occaſum Teneſam verſus 36 circiter, hic Carolus V. Imperator anno 1541. urbem expugnaturus inſignem cladem, maris tempeſtate diuturna amiſſa claſſe ingenti, pertulit. Vide Ruſucurum.

ALGERIANA PROVINCIA, *Gezaira* incolis, *la province d'Alger* Gallis, una ex quinque partibus regni Algeriani in ejus meditullio, inter Bugiam provinciam ad ortum, & Tenezam ad occaſum, habens à ſeptentrione mare Mediterraneum, & a meridie Biledulgeridiam, ejus præcipua urbs eſt Algerium regni caput.

ALGERIANUM REGNUM, ſeu Algerii regnum, *le Royaume d'Alger*, pars Africæ in Barbaria regione, ubi olim Mauritania Cæſarienſis, Mauritania Sitifenſis, & Numidia, extenditur ab ortu in occaſum, per 300. leucas Gallicas, ſed à ſeptentrione in meridiem ejus major latitudo vix excedit 60. aut 70. leucas, terminatur ab Aquilone mari Mediterraneo, à meridie habet Segelomeſſam, Tegorarinum, & Zebum partes Biledulgeridiæ, ab Oriente ſeparatur à Regno Tunetano fluvio Rubricato *Guadilbarbar* dicto, uti ab Occidente à regno Fezzæ Muluia fluvio: dividitur ab incolis in viginti præfecturas ſeu Gubernia, ex quibus decem ſunt verſus oram littoralem, & decem in Mediterraneis, ſed communior eſt diviſio in quinque regiones, ſub quibus referuntur hæ præfecturæ, ſuntque Algeriana provincia *Gezaira* vulgo in medio poſita, Bugiæ & Conſtantinæ regiones ad ortum, & Timici ſeu Telenſinum regnum, atque Teneza provincia ad occaſum: totius regni caput eſt Ruſucurum *Alger*, cum antea eſſet Timici *Tremiſen*, olimque Reges habuit proprios nunc vero quandam Reipublicæ formam ſervat ſub clientela Turcarum, ſed ad ipſorum libitum tantum.

ALGEZIRA, *Algezira*, urbs olim probe munita Hiſpaniæ, quæ & Inſula viridis dicta, nunc diruta jacens cum portu capaci, ad fretum Herculeum in Vandaliria meridionali ad oſtia *Palmones* fluvioli, a. leucis à Calpe in occaſum Tariſſam verſus 4. & ab Hiſpanis recuperata fuit anno 1344.

ALGIA, *le pais d'Auge*, regiuncula Galliæ in Normannia inferiori, extenditur à ſeptentrione & ab ora maris Britannici in meridiem Sagium verſus, inter Lexovienſem tractum ad ortum, & Baiocenſem ad occaſum, & ejus urbes ſunt Argentanum, Sagium, Fanum S. Salvatoris ad Divam, Oximium, Falæſia, & Pons Epiſcopi, dicitur etiam Augia hic tractus à quibuſdam.

ALGIAAROTA, *Aljubarota*, vicus Portugalliæ. Vide Aljubarota,

ALGIDUM, oppidum Latii Tuſculo finitimum, ab urbe Roma paulò ſupra 16. mill. paſſ. diſtans, fuit ubi nunc *la Cava dell' Aglio* ubi ejus viſuntur rudera, teſte Luca Holſtenio.

ALGIDUM NEMUS, Sylva Latii Livio, cum monte cognomine *la Selva dell' Aglio*, ubi quoque oppidum Algidum, de quo ſupra.

ALGONQUII, *les Algonquins*, populi Novæ Franciæ, in America ſeptentrionali verſus fluvium S. Laurentii, inter Montem Regium oppidum & Magnum lacum Huronum, ubi aliquot Coloniæ Francorum à paucis ànnis.

ALGIEZIRA, *Algiezira*, id eſt inſula, una ex quatuor partibus Meſopotamiæ regionis, teſte Jacobo Gollio, in notis ad Alferganum. Vide Meſopotamia.

ALGOVIA, ſeu Algea, *l'Algou*, tractus Germaniæ in Suevia, inter Danubium fluvium ad Boream, Licum ad ortum, Hegoviam tractum & lacum Conſtantienſem ad occaſum, & Tirolis Comitatum ad Auſtrum, & ſub ipſa cenſentur Marchionatus Burgoviæ, Auguſta Vindelicorum, Campodunum, Iſna, Vangena, Memminga, Biberacum, & Lindavia, dicta fuit etiam Almangovia & Alamannia propria.

ALHAMA, *Alhama*, urbs Hiſpaniæ, alias munita in planitie cum caſtro in colle in regno Granatenſi, 7. leucis diſtat ab urbe Granata, aliàs Artigia dicta fuit, & Balneis ſuis celebratur à quibus nomen ei inditum, eſtque in colle ad Frigidum amnem.

ALIACMON, & Haliacmon, utroque enim modo ſcribitur, fluvius Macedoniæ in Pieria tractu, teſte Plinio, nunc *Pelecas* Sophiano, *Platanona* Moletio, aliis autem eſt *Biſtriſa*, teſte Luca Holſtenio, fluvius Macedoniæ in Pieria oritur ex Cambuviis montibus, & deinde in ortum tendens juxta Pydnam in ſinum Thermaicum ſe exonerat. Aliagmon dicitur apud Claudianum, amnis eſt rapidiſſimus & præceps accolas multis malis afficiens.

ALIANORA, *Aliola*, inſula Africæ in mari Æthiopico, inter Africam & inſulam Madagaſcaris, prope inſulas Sancti Spiritus & Comori, dicitur etiam Molalia & parum diſtat à Mayotta inſula in Boream.

ALIARTUS, ſeu Haliartus, oppidum Græciæ Straboni, in Bœotia ad Auſtralem Copaidis lacus oram, inter Theſpias, & Plateas 15. mill. paſſ. à Leuctris in ſeptentrionem, hac tempeſtate in ruderibus jacens.

ALIARTUS, oppidulum Peloponneſi in ora Meſſeniæ Pauſaniæ, & verſus Licæum montem & confinia Arcadiæ, hodie *Neo-Caſtro* dicitur, teſte Nigro.

ALIBALUCHIA, *Alibaluch*, inſula maris Caſpii, in littore Hircaniæ, in ditione Perſarum, prope *Mokan* deſertum, & oſtium Araxis fluvii, teſte Oleario.

ALICATA, *la Licata*, ſeu etiam *l'Alicata*, urbs Siciliæ inſulæ in Valle Mazaræ, & in ora meridionali

ejus ad mare Africum in limite Vallis Netinæ, dicitur ſæpius Leocata. Vide ibi.

Aliciæ, & Haliciæ *Salemi*, oppidulum Siciliæ inſulæ in valle Mazaræ ad radices montis & in ejus parte occidentali, 16. mill. paſſ. diſtat à Mazara in Boream & 10. à Drepano in ortum, teſte Cluverio.

Alicium caput, *il Capo dell' Alice*, promontorium Italiæ & Calabriæ citerioris in mare Ionium excurrens, 12. mill. diſtas a Cariati, & 15. ab Umbriatico, alias dictum fuit Crimiſa. Vide ibi.

Alicus, *il Salemi*, fluvius parvus Siciliæ in Valle Mazaræ, oritur prope Alicias & deinde in meridiem tendens juxta Mazaram in mare Africum ſe exonerat.

Alicodra, urbs Bactrianæ, cujus meminit Ammianus.

Alietum, quod & Caſtrum Halieti ſeu Aquilæ ex veteri inſcriptione, *Iſola* oppidulum Iſtriæ, in ora ſinus Tergeſtioi ſub dominio Venetorum, inter Juſtinopolim & Piranum ad 5. mill. paſſ. diſſitum, & 10. à Tergeſte in meridiem.

Alinda, urbs Cariæ; teſte Ptolemæo, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Stauropolitano, mediterranea Mylaſæ & Stratoniciæ propinqua.

Alimibigus lacus, *le Lac Alibimig*, Lacus Novæ Franciæ verſus oram ſeptentrionalem Lacus Tracii ſive ſuperioris, cui mediante fluvio conjungitur, eſtque in Kiliſtinorum tractu, teſte Marquetto, qui hiſce poſteris annis illas partes luſtravit.

Alineus, *Ayne*, lacus Hiberniæ in Connacia provincia, inter Comitatus *Letrim* & *Roſecomen*. Eum prætterfluit fluvius Shenanus.

Alingaria, oppidum Galliæ Gregorio Turonenſi, qui nunc *Langeſt* dicitur ad Ligerim fluvium in Turonia provincia, & 5. leucis infra Cæſarodunum Turonum, Salmurium verſus 8. in regione perferaci.

Alingonis portos, oppidum Galliæ in Aquitania, Sidonio Apollinari, nunc *Langon* ſeu etiam *Alengon* dicitur, teſte Belleforeſtio, eſtque ad Garumnam fluvium in Vaſatenſi agro in ipſo limite Goyennæ propriæ, una leuca ſupra Cadillacum caſtrum, & 5. ſopra Burdigalam.

Alion, & Alone, orbs Britanniæ Majoris in libro Notitiæ, *Lancaſtre* quibuſdam. Vide Alone.

Alipha, urbs Samnii Horatio. quæ Allipha Ptolemæo, nunc *Aliſe* urbs Terræ Laboris Epiſcopalis ſed pene deſerta. Vide Allipha.

Alisarne, oppidum Troadis regionis in Aſia minori, teſte Stephano.

Alisca, oppidum Pannoniæ inferioris, ex itinerario Antonini, quod nunc Lazius interpretatur *Almaz* oppidum Hungariæ ad Danubium fluvium, 7. milliaribus Hungaricis a Buda diſtans Colociam verſus 5. circiter.

Alisineum, locus Galliæ Celticæ ad Ligerim fluvium, Antonino, qui alias dictus etiam Aquæ Niſincæ, & melius forte Lanconeæ, nunc, teſte Sanſone, eſt *Bourbon Lancy* oppidum Ducatus Burgundiæ cum caſtro in colle, in ipſo limite Borbonienſis provinciæ. Vide Borbonium Anſelmum.

Aliso, fluvius parvus Germaniæ Tacito, nunc *Alme* amnis Germaniæ, oritur in Ducatu Vveſtphaliæ prope vicum *Almen* hinc per ditionem Paderbonenſem fluens, haud procul à Paderbona in Luppiam fluvium ſe exonerat, teſte Cloverio.

Aliso, oppidum Germaniæ in Chamavis, Tacito, nunc, Verrutio teſte, eſt *Iſelborg* ad Iſalam veterem fluvium, in Ducatu Cliviæ, Cluverio vero eſt *Elſen* vicus Vveſtphaliæ in ditione Paderbornenſi, ubi Aliſo fluvius in Luppiam labitur, vix dimidio milliari Germanico à Paderbona & Nienhuſio diſtans in ortum, quanquam non deſint qui vicum *Almen* interpretentur ad fontes Aliſonis & in Ducatu Vveſtphaliæ.

Alisontia, fluvius Galliæ Belgicæ, Auſonio, qui ab aliis Aliſuntia dicitur. Vide ibi.

Alista, oppidulum Corſicæ inſulæ Ptolemæo, nunc *Porto Vecchio* dicitur, eſtque in parte meridionali ſeu Ultramontana inſulæ, & in ejus ora Orientali, inter Portum Philonium ad Aquilonem & Bonifacium oppidum ad Auſtrum, juxta ſinum parvum *il Golfo Arſiano* dictum, quanquam Pineto ſit *Iſta* pagus juxta dictum ſinum.

Alistrus, caſtrum Epiri novæ, teſte Procopio.

Altsum, urbs Germaniæ, Ptolemæo, nunc Villanovanus interpretatur *Harnſtein* caſtrum Sueviæ prope Neccarum fluvium, ſed aliis eſt Hailbruna *Hailbrun*, urbs Germaniæ in Suevia provincia, ad Neccarum, Vimpinæ proxima & inter Heidelbergam ad ſeptentrionem & Stugardiam ad meridiem, teſte etiam Ferrario.

Alisontia, qui & Alſitia quibuſdam, fluvius Galliæ Belgicæ, teſte Antonino, nunc *Alſitz*, oritur in ipſo limite Lotharingiæ, hinc per Ducatum Luxemburgenſem fluens Luxemburgum ab eo Aliſuntiam dictum rigat, ſupra Diecricum, & auctus aliquot fluviis minoribus in Suram ſe exonerat.

Alisus, urbs Germaniæ Ptolemæo, interpretatur Villanovanus, hodie *Bart*, orbem parvam Germaniæ in Ducatu Pomeraniæ citerioris verſus oram maris Baltici, ſub dominio Regis Sueciæ, prope amnem Bardum, 2. milliaribus Germanicis diſtat a confinio Ducatus Magalopolitani in ortum Sundis verſos 4. & Gripſualdiam. Vide Bardum.

Alitrophagi, populi Sericæ regionis, teſte Ammiano.

Aljubarota, *Aljubarote*, vicus Hiſpaniæ, in Portugallia & in Extremadura provincia, celebris victoria Joannis Regis Luſitaniæ contra Caſtellanos anno 1386. diſtat ab urbe Leiria 4. leucis in Africum, duabus autem ab Oceano Atlantico.

Altula, caſtrum Epiri novæ, teſte Procopio.

Alkaoes, lacus Syriæ verſus Antiochiam, per quem labitur Orontes fluvius, teſte Gollio.

Alkinum, *Alkin*, civitas olim nunc oppidulum Arabiæ fœlicis in ejus parte Boreali, & in tractu *Aatter* dicto, 7. ſtationibus à Mecca diſtans verſus meridiem.

Alla, *Alla*, oppidulum Comitatus Tirolis in Germania, ad Atheſim fluvium, 18. mill. paſſ. infra Tridentum in Auſtrum, & totidem ſupra Veronam, ſub dominio Aoſtriacorum.

Alla, *Alla*, fluvius Poloniæ, in Pruſſia Ducali. Cadit in Pregelam fluvium infra Allerburgum oppidum ad caſtrum *Velavv*, alluitque Gurſtarum & Hildergam.

Allabona, ſive, ot aliqui codices habent, Allabova, oppidulum Galliæ Narbonenſis, Antonino. Vide Alapuntis, ſive Alabuntis.

Allabos, fluvius Siciliæ. Vide Alabus.

Allao'a, *Killalo*, urbecula Hiberniæ inſulæ in Connacia provincia, & in Mayenſi agro, quæ & Killala, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Tuamenſi, prope Muadum fluvium ſive Moium; cui unita eſt ſedes Epiſcopalis Achadenſis à paucis annis, teſte Vvaræo.

Allatora, *Allatur*, urbs Moſcoviæ, in regno Cazani, ad Camam fluvium, Quindecim milliaribus Polonicis diſtar in ortum à Cazano, raris habitata colonis.

Allectum, ſeu Alectum, poſtea Deidonum, hodie *Dundée* & *Dundy*, urbs Scotiæ in Anguſia pro-

vincia, teſte Camdeno. Vide Alectum & Deidonum.

ALLENDORFIA, *Allendorf*, oppidulum Germaniæ, in Haſſia inferiori ſeu Lanegraviatu Haſſiæ Caſſellenſis, ad fluvium Verram, 5. milliaribus Germanicis diſtat à Caſſella urbe in ortum.

ALLERA, *Aller*, & *l'Alre*, fluvius Germaniæ in Saxonia inferiori, & ad Verdam urbem, quam alluit. Oritur in Ducatu Magdeburgenſi, & rigat Giſorniam & Cellam urbes, recipitque fluvios Onacram & Leinam in Luneburgenſi Ducatu, deinde in Viſurgim fluvium ſe exonerat infra Verdam urbem Bremam verſus.

ALLERBURGUM, ſeu Allæcaſtrum, *Allerburg*, oppidulum Poloniæ, in Pruſſia Ducali, ad Allam fluvium qui mox cadit in Pregelam, 10. millsaribus Polonicis diſtans à Regiomonte in ortum, & 13. ab Hilberga in ſeptentrionem.

ALLIA, fluvius parvus admodum Sabinorum in Italia, Livio & Lucano, Cruſtumenis montibus præalto defluens alveo, nunc *l'Aia* dicitur, teſte Pirrho Ligorio, quamvis alii *Flora* putent eſſe, & in Tiberim ſe exonerat prope Eretum, nullâ autem re celebris eſt quam 200. Fabiorum cæde, & clade Romanis illata à Gallis Senonibus, Duce Brenno ad undecimum ab orbe lapidem, unde dies Allienſis pugnæ inter alios apud Romanos infauſtus.

ALLIPHA, urbs Samnii Ptolemæo, Allifa Livio, Alipha Horario, & Alliphæ Straboni, nunc *Aliſe*, urbs Terræ Laboris in Regno Neapolitano, prope Vulturnum fluvium in planitie & ad radices Apennini montis, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Beneventano; ſed hac tempeſtate pene jacens, & à paucis inhabitata cum vix 50. domos contineat, ideo ejus Epiſcopus Pedemontii oppido, quod pes montis Alliſæ nominatur, ad 2. millia paſſuum proximo reſidet, Alliſa vero 15. mill. paſſ. diſtat à Teano in ortum, 10. à Calatia in Boream uti 13. à Capua Boianum verſus, 25. autem à Benevento in occaſum æſtivum.

ALLOBROGES, populi fuere Galliæ Narbonenſis Cæſari, & Plinio, ab ortu in occaſum valde protenſi, ſeparabantur à ſeptentrione & occaſu ab Helvetiis, & Seguſianis, Lemano Lacu & Rhodano fluvio, uti à meridie à Segalaunis Iſara fluvio, ab ortu vero habebant Centrones, & Veragros: eorum etiam minuta pars verſus Viennam cis Rhodanum excurrebat verſus Velaunos & montem Pilati vulgo dictum, erantque in eo tractu ubi nunc Sabaudia propria, Genevenſis tractus, Caballicus ager & Foſſiniacus in Sabaudiæ Ducatu, & Viennenſis tractus atque Gratianopolitana vallis in parte ſeptentrionali Delphinatus, eorum autem caput erat Vienna.

ALLOBROGUM INSULA, pars fuit Allobrogum in Gallia Narbonenſi, inter Rhodanum ad ſeptentrionem & occaſum, Iſaram ad meridiem, & Gierum ad ortum, ubi hodie pars ſeptentrionalis Delphinatus, ſeu Viennenſis tractus.

ALLODIUM, *Arleux*, oppidulum Belgii in Arteſiæ comitatu. Vide Arlodium.

ALLODIUM, *Franc-Aleu*, tractus parvus Galliæ in Alvernia inferiori, & in Combralia inſertus, ſic ab ejus immunitate dictus, in limite Borbonienſis provinciæ.

ALMA, *l'Arbia*, fluvius parvus Hetruriæ oritur in confinio agri Florentini, & deinde per Senenſem tractum in Umbronem ſe exonerat paulo infra Bonum conventum oppidum 12. mill. paſſ. à Senis in via quæ Romam ducit.

ALMA, *l'Alma*, fluvios Tartariæ Precopenſis in Taurica Cherſoneſo, illam quaſi bifariam ſecans, & poſtea in Pontum Euxinum ſe exonerans.

ALMA, mons Pannoniæ ad Sirmium, teſte Eutropio. Vide Almus.

ALMACARA, *Almacaren*, oppidulum Hiſpaniæ, in regno Murciæ, in ora maris Mediterranei, ad oſtia fluvii *Guadalentin*, 5. leucis Hiſpanicis diſtat à Carthagine nova in occaſum, Almeriam verſus 16.

ALMACHARANA, *Almacharana*, urbs Arabiæ fœlicis in ejus parte meridionali, & in Hadramutio regno, dicitur etiam *Almachrama*, & 180. mill. paſſibus diſtat ab Adeno in Boream, uti 140. ab ora proximiori maris Arabici, 240. autem ab ora maris Rubri ſeu ſinus Arabici in ortum.

ALMACHIUM MARE. Vide mare Almachium.

ALMAGRUM, *Almagro*, oppidum Hiſpaniæ in Caſtella nova in planitie, in illo tractu qui vulgo dicitur *Campo di Calatrava*, ſedet inter fontes & Scaturigines tota illa regione frequentes eſtque probe cultum 3. leucis diſtans à civitate Regali & 4. ab Oreto in ortum.

ALMAGRUM, *Almaguer*, oppidulum Americæ meridionalis, in regno *Popayano*, in monte ſitum, ad fontes fluvii *Cauca*, diſtat 20. leucis à civitate Popaiana in meridiem, ſubeſtque Hiſpanis.

ALMANGOVIA, tractus Germaniæ in Suevia provincia, qui poſtea Algea ſeu etiam Algovia, *Algovu* dictus fuit. Vide ibi.

ALMARASIUM, *Almaraz*, oppidulum Hiſpaniæ in fundo, in regno Legionis & in Extremadura provincia juxta Tagum fluvium, diſtat 8. leucis à Placentia in ortum hybernum cum ponte lapideo.

ALMAZANUM, *Almazan*, oppidum Hiſpaniæ, in Caſtella veteri, juxta fluvium Durium, 6. leucis diſtat a Soria urbe in meridiem, Seguntiam verſus 9.

ALMADESSUS, ſeu Almydiſſus, oppidum Thraciæ cis-Rodopen Ptolemæo, in ora Ponti Euxini & in Cænica provincia, unde ſinus parvus adjacens nomen habet, & Almydeſſi populi hoc in tractu locantur, hodie *Stagnara* quibuſdam, aliis vero *Halmidis* in viciniis, 30. mill. paſſ. diſtat ab Apollonia in Auſtrum, & 70. à Byzantio in ortum hybernum, ſcribitur & Halmydiſſus & Salmydiſſus. Vide ibi.

ALMENDRALEGIUM, *Almendralejo*, oppidulum Hiſpaniæ, in Extremadura provincia 4. leucis diſtat ab Emerita in meridiem Hiſpalim verſus.

ALMENTIA, *l'Amance*, amnis Galliæ in Lotharingia Almentiam oppidulum rigat, & deinde in Murtam fluvium ſe exonerat paulo ſupra ejus confluentes in Moſellam.

ALMENTIA, & Almantia, *Amance*, oppidulum Galliæ in Lotharingiæ Ducatu ad amnem cognominem in colle, 2. leucis diſtat à Nanceio in ortum æſtivum Seliam verſus, eratque alias oppidum amplum, dicitur etiam Amantia. Vide ibi.

ALMENUM, quibuſdam eſt *Harlingen*, Friſiæ oppidum in Belgio confœderato, ad mare Germanicum, & 4. leucis diſtat à Leovardia in occaſum; eſtque amplum & munitum. Vide Harlinga.

ALMERIA, *Almeria*, urbs Hiſpaniæ littoralis in regno Granatenſi, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Granatenſi unde 21. leucis abeſt, ab Acci 15. in meridiem, inter Charidemum promontoriom ad ortum & Abdaram cui ſuccedit in Epiſcopali dignitate, 7. leucis in occaſum diſtantem, portum habens capacem in ora maris Mediterranei, ſic dicta fuit ab Almarico Gothorum rege qui anno 515. Hiſpaniæ præfuit, & ibidem interfectus fuit, teſte Tarapha, ipſa autem anno 1147. Mauris erepta fuit ab Alphonſo Aragonum rege, & ejus primus Epiſcopus fuit S. Cteſipho B. Jacobi Apoſtoli diſcipulus, Nonnius exiſtimat Abderam dictam fuiſſe olim, ſed aliis eſt Portus magnus. Vide ibi.

ALMERIA, *Almeria*, quæ & *Villa Ricca*, oppidum Americæ Borealis, in nova Hiſpania, & provincia Tlaſcalæ, in ora ſinus Mexicani. *Naothlan*

ab

Digitized by Google

ab incolis dicitur; eſtque ad oſtium fluvii cognominis, 70. leucis Hiſpanicis à Mexico in ortum diſtans.

ALMERINUM, *Almerin*, Hiſpaniæ Burgus, in Portugallia, & in provincia Extremaduræ, ubi Reges degere conſueveraot, ad Tagum ea adverſo Fani S. Irenes.

ALMIANA, *l'Albegna*, fluvius parvus Thuſciæ in agro Senenſi, oritur ex Tuniato monte, prope caſtrum *Rocca Albegna* dictum, deinde in Auſtrum tendens inter Telamonem & Orbitellum in mare Tyrrhenum labitur, Scribitur etiam Amiana.

ALMINIUM, *Almiſſa*, urbs Dalmatiæ. Vide Peguntium.

ALMISSUM, & Dalmiſum, ſeu Dalmaſium, oppidum Dalmatiæ recentioris, olim Chulmiæ, quod malè pro antiquo Delminio uſurpari ſolet, cùm Delminium mediterranea civitas fuerit, Almiſſum verò maritimum oppidum ad oſtium fluminis Cetinæ, & Slave *Omiſe* dicitur, teſte Joanne Lucio.

ALMO, *l'Acqua d'Accia* antea, & nunc vulgò *l'Aquataccia*, fluviolus territorii Romani in Latio, ex via Appia non procul à porta Capena decurrens & in Tiberim fluvium labens uno milliari infra urbem, in ea olim ſacra quæ Cybele fiebant lavabantur, teſte Ovidio libro 4. faſtorum.

ALMOCHIQUI, *les Almouchiquois*, populi Americæ in Nova Francia ad meridiem urbis *Quebec*, ubi aliquot coloniæ Francorum.

ALMODOVARIA CAMPESTRIS, *Almodovar del Campo*, oppidum Hiſpaniæ in Caſtella Nova, & in tractu *la Mancha* dicto in valle cum caſtro ad radices montium Marianorum, 6. leucis à Civitate Regali Cordubam verſus.

ALMON, *Amonde*, fluvius Scotiæ meridionalis in provincia Lothiaoa. In Forthæ æſtuarium ſe exonerat.

ALMONUS, *Altmul*, fluvius Germaniæ, olim Alemannus dictus, quo in tota Germania nullus eſt piſculantior, oritur in Franconia & per ſuperiorem Palatinatum fluens, in Danubium ſe exonerat. Vide Alemannus.

ALMOPES, populi Macedoniæ verſus Mœſiam, teſte Stephano, prope Orbelum montem, unde eorum tractus Almopia dictus fuit.

ALMOSTADIUM, *Almſtad*, oppidulum Sueciæ, in Smalandia provincia, in limite Blekingiæ. Diſtat 3. milliaribus Suecicis à mari Baltico in Septentrionem, 4. autem à Chriſtianoſtadia in ortum æſtivum.

ALMUNECARA, *Almuñecar*, oppidum Hiſpaniæ in ora littorali Granatenſis regni cum portu, & caſtro, 14. leucis diſtat à Malaca urbe in ortum, 13. verò à Granata in meridiem, alias Mœnoba dicta. Vide & Exitani.

ALMUS, mons Pannoniæ inferioris, teſte Aurelio Victore, ad Sirmium urbem quem Probus Imperator vitibus exornaſſe fertur. Dicitur *Arpataro* & *Tarczal* incolis, teſte Lazio & teſte Luccaro, *Eruſcka*, ubi pagi plures vaſtati.

ALNA, *Aulne*, pagus Leodienſis dioonis cum Abbatia, in Hannonia tamen inſertus ad Sabim fluvium, una leuca infra ad Fines in ortum uo 2. à Laubio Matcenas verſus, de eo fit mentio in vitis Sanctorum.

ALNENSIS TRACTUS, ſive Alnetenſis, & Alnienſis, vulgò *le pais d'Aunis*, regiuncula Galliæ ad mare Aquitanicum, detracta ex Santonia provincia, ubi ejus caput clara ſuis Rupella malis, terminatur ab occaſu Oceano a Meridie & Oriente Santonia & a Septentrione, Pictavienſi provincia a qua ſeparatur Separa fluvio, & vix extenditur ad novem aut decem leucas ex omoi parte.

ALNETUM, *l'Annoy & Lannoy*, oppidulum Belgii in comitatu Flandriæ a recentioribus Lannoya. Vide ibi.

ALNETUM, *Aulnay*, vicus Galliæ cum Abbatia in Normannia inferiori, & in Baiocenſi tractu.

ALNAVICUM, *Alnewick*, vulgò *Anwick*, oppidum Aogliæ, in Northumbria provincia ad fluvium Alaunum, ubi Guillelmus Scotiæ Rex captus fuit ab Anglis anno 1174. ſob Henrico II. Rege Angliæ, medium ferè inter Barvicum ad Septentrionem, & Novum Caſtrum ad meridiem; & 3. milliaribus diſtat ab ora Oceani Germanici.

ALNIA, ſive Almienſis pagus, quibuſdam eſt *le païs d'Aunis* de quo ſupra, aliis autem eſt *Aunay* burgus Pictavienſis provinciæ prope Voltumnam fluvium in ipſo limite Santoniæ, 4. leucis diſtans ab Angeriaco in ortum æſtivum, uti 11. à Santonis, 12. autem ab Engoliſma in Boream, fuitque alias oppidum non ſpernendum, de eo in hiſtoria revelationis capitis S. Joannis Baptiſtæ, & forſan Aunedonacum dictum fuit ab Antonino.

ALNISIUM, *le païs d'Aunis*, regiuncula parva Galliæ, alias Santonice annexa. Vide Alnenſis tractus.

ALOCIÆ INSULÆ, ad Orientale latus Peninſulæ Cimbricæ Ptolemæo, ſunt hodie tres inſulæ *Leſſou*, *Rom*, & *Anont* in Sinu Codano, & juris Danici, teſte Cluverio, ſed alii credunt eſſe ubi nunc tres parvæ inſulæ *Hersholm*, *Gresholm*, & *Doyen*, in ora Jutiæ Borealis & Venſiliæ tractus, via 4. milliaribus Germanicis à Scagenſi promontorio diſtantes in Auſtrum, verſus Limicum ſinum, & uno tantum ab ora littorali, ſub dominio Regis Daniæ.

ALONE, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, Melæ, quod Alonæ Ptolemæo, *Alicante* incolis, *Alican* Gallis, oppidum Hiſpaniæ in regno Valentino cum portu capaci, & tuto in ora maris Mediterranei & ſinus Illicicitani, *le Golfe d'Alicante*, hodie ab eo dicti, 10. leucis diſtat a Murcia in ortum æſtivum uti 5. ab Illici & 18. a Valentia Carthaginem novam verſus 14.

ALONE, inſula Æolidis in Aſia minori, inter Lebedum & Tejos, teſte Plinio.

ALONE, inſula Propontidis prope Cyzicum urbem, in ora Aſiæ minoris. Vide Haloncius.

ALONE, urbs Britanniæ magnæ, Pomponio Melæ, nunc teſte Camdeno, eſt Lancaſtria *Lancaſter* incolis, *Lancaſtre* Gallis, *Alencaſtro* Hiſpanis, & *Loncaſtell* Scotis, oppidum Angliæ & Lancaſtriæ comitatus præcipuum a Lono fluvio ſic dictum, ounc multum defecit, eſtque prope oram littoraleio maris Hibernici, medium inter Carleolum ad Septentrionem & Ceſtriam ad meridiem.

ALONE, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, nunc *Aillon* vicus Hiſpaniæ in Caſtella veteri, & Diœceſi Seguntina, teſte Gregorio de *Argaiz*, in notis ad Haubertum Hiſpalenſem, eſtque verſus Uramam.

ALONESUS, inſula parva dicta maris Ægæi verſus oram Macedoniæ & Thermaicum ſinum, nunc *Pelagniſi*.

ALONI, populi Aſſyriæ, inter Tignim & Lycum fluvios, teſte Philippo à Vico.

ALONTIUM, urbs Siciliæ, in ora Boreali, everſa inter Halæſam ad occaſum & Agathyrium ad ortum 12. mill. paſſ. diſſita, & ejus ruinæ apparent 5. milliaribus è regione Roſmarini, in provincia ſeu valle Demonæ infra fanum S. Philadelphi caſtri quod ex ejus ruinis conſtructum eſt, teſtibus Cluverio & Fazello, incolæ Haluntini Ciceroni. Vide Haluntium.

ALOPECIA, inſula Paludis Mœotidis, ante Tanaiis fluvii oſtia, Straboni, & Ptolemæo, quæ Alopece Plinio, in ora Sarmatiæ Aſiaticæ, dicitur etiam Tanais à Ptolemæo, & nunc *l'Iſle des Renards* interpretatur Pinetus.

ALOPECONOSOS, urbs Helleſpontiacæ Cherſoneſi teſtibus Suida, Pomponio, & Livio, eſt quoque inſula haud procul à cœlo Cherſoneſi Thraciæ portu, Plinio teſte.

ALOSTANUS COMITATUS, *le Comté d'Aloſt*, pars Belgii in Flandria, inter Brabantiam ad ortum, Scaldim ad Aquilonem, & ad occaſum, & Hannoniam ad ortum extenſa, cujus urbes Aloſtum tractus caput, Ninive, & Gerardimontium, idque intelligitur de comitatu Aloſtano ſtricte ſumpto ſed comitatus Aloſtanus late ſumptus complectebatur totam Flandriam Imperialem ſeu

Digitized by Google

Teutonicam, ſub qua comitatus Aloſtanus proprie dictus, Vaſia tractus cum quatuor officiis, & dominium Teneræmundæ, & à comite Aloſtano dependebat etiam Cameracum & Cameraceſium tractus, idque ex multiplici conceſſione Imperatorum qui ipſis conceſſerant Avocatiam Cameraceſii, habuit autem comites pſoprios uſque ad annum 1165. quo mortuo Theodorico ejus ultimo comite, comitatus Aloſtanus obvenit heriditario jure Philippo Comiti Flandriæ, qui illum Flandriæ perpetuo univit.

Alorus, oppidum Macedoniæ mediterraneum, Ptolemæo, quod Olorus Plinio, inter Deborum & Jorum, nunc *Dianero* dictum ex quibuſdam recentioribus.

Aloſtum, *Aelſt* Belgis, *Aloſt* Gallis, urbs Belgii, Flandriæ Imperialis caput, ad Teneram fluvium, media inter Bruxellas ad ortum & Gandavum ad occaſum una leuca à Teneramunda in meridiem, & 6. à Mechlinia in occaſum, capta fuit à Gallis anno 1667 Nunc immunita ſubeſt Hiſpanis.

Alpenacum, *Alpenach*, vicus in Helvetiis, in pago Undervaldienſi ſeu Tranſylvanienſi, notus alias clade Auſtriacorum.

Alpes, montes ſunt excelſi Polybio, Livio & aliis qui Italiam ſeparant a Gallia & Germania, *les Alpes* Gallis, *l'Alpi* Italis, *Alben* Germanis dictæ: quæ multiplices ſunt, variaque pro locorum diverſitate ſortiuntur nomina. Quarum longitudo eſt 2000. ſtadiorum, teſte Livio. Illarum ſeries ſic ſe habet, à littore maris Gallici inchoando.

Alpes Marstimæ, Ptolemæo, quæ *le Montagne di Tenda* dicuntur ab Italis, *le Col de Tende* à Gallis, & extenduntur à Meridie in Septentrionem, inter Galliam ad occaſum, & Liguriam ad ortum, incipiunt à Portu Herculis Monœci in ora maris Mediterranei & in limite Liguriæ, deinde per partem Orientalem comitatus Niceenſis excurrentes, uti poſtea inter ipſum & Marchionatum Salutiarum, tandem terminantur juxta Veſulum Montem, inter Delphinatum & Pedemontium. Earum partes ſunt Mons Acema *le Mont Camelion*, Argentarius *le Col de l'Argentiere*, Veſulus *le Mont Viſo*, uti & Montes *le Col delle Feneſtre*, & *le Col de Limon*, dicti.

Alpes Cottiæ, Suetonio, quæ & Cottianæ à Tacito nominantur, ſunt montes excelſi admodum, Delphinatum à Pedemontio ſeparantes, extenduntur a Monte Veſulo, ubi fontes ſunt Padi fluvii, ad Moutem Ceniſium in limite Maurianæ, nunc *le mont Genebre*. & *le mont Cenis* dicuntur à montibus ejus præcipuis, Genebra & Ceniſio, ſuntque inter Alpes maritimas ad meridiem, & Alpes Graias ad Septentrionem.

Alpes Graiæ, Plinio, exordiuntur à Monte Ceniſio, ubi deſinunt Cottiæ, excurruntque inter, Sabaudiam & Tarantaſiam ad occaſum, & Pedemontium Ducatumque Auguſtanum ad ortum, uſque ad Summum Penninum vulgò *il Monte Jove*, Gallis *le Mont Joux*, aliter *le grand S. Bernard*, ubi incipiunt Penninæ. Dicuntur etiam Grææ Alpes à quibuſdam, & Graius mons, teſte Tacito.

Alpes Penninæ, Tacito, ſeu Pœninæ quibuſdam, extenduntur ab occaſu in ortum, inter ſummum Penninum & Adulam montem, *le Mont de ſaint Godard*, ſicque excurrunt intet Sedunos nunc Valeſiam ad Septentrionem, & Inſubres ad meridiem, eorum pars Mons Sempronius.

Alpes Summæ, pars minor Alpium Cæſari, ſed excelſior cunctis, Adulas mons aliis, *le Mont ſaint Godard* Gallis, *das Gothardſberg* Germanis, in ditione Helvetiorum, & in limite Inſubrum, ex eo effluunt quatuor fluvii Rhenus, Rhodanus, Ticinus & Arola.

Alpes Lepontiæ, Plinio, ſummis junguntur ubi Rhenus ortum habet juxta Lepontios populos, à quibus ſic dictæ fuere, nunc in Helvetiis.

Alpes Rhæticæ, Plinio, & Tacito, quæ & Juga Rhætica, ſic dictæ à Rhætis populis per quos excurrunt ab ortu in occaſum, inter Rhætos proprie dictos ad Boream, & Vallem Tellinam ad Auſtrum, earum partes præcipuæ ſunt *il Monte Bernina*, uti *il Monte Braulio*, Germanis *Vourmſerloch* dictus, teſte Schudo, & ex his Oenus per Noricum; Atheſis per Cenomanos, & Venetos, Addua & Ollius per Inſubres flumina derivantur.

Alpes Tridentinæ, Caſſiodoto, ab ortu in occaſum extenſæ, in comitatu Tirolis, inter Rhæticas ad occaſum & Noricas ad ortum, ſeu inter Tridentinos populos ad Auſtrum & Breunos ad Boream, earum partes ſunt Montes *des Groſſ Verner* incolis, *le grand Brenner* Gallis, & *Im Venden* Germanis, & vulgo *le Montagne del Tirolo* dicuntur ab Italis.

Alpes Noricæ, Marcellino, ſic dictæ à Norico regione, extenduntur à Dravi fontibus uſque ad ortum Tiliavempti inter Tridentinas & Carnicas, hac voce non utuntur veteres, ſed tantum mediæ ætatis Scriptores, uti Jornandes & alii, olimque dictæ fuere Mons Taurus, teſte Mela, & etiam veſtigium hujus manet in montibus *Krumler Taurn*, *Felber Taurn*, & in aliis in illo tractu, inter Comitatum Tirolis, Saliſburgenſem ditionem, & Carinthiam.

Alpes Carnicæ, a Carnis populis ſic dictæ, à Ptolemæo, & aliis, inter Noricum ad Boream & Carnos ad Auſtrum protenſæ, ſeu inter Carinthiam partem Norici, & Forum Julium Carnorum regionem, à Tilavempti fontibus ad Sontii fontem in limite Carniolæ, & earum pars eſt Mons Ocra.

Alpes Juliæ, producuntur à fontibus Sontii fluvii ad fontes Colapis fluvii, & ad ſinum Carnarium in mari Adriatico, ſic dictæ ſunt à Julio Cæſare, qui primus iter per eas aperuit & munivit. Tacitus libro 2. eas Pannonicas appellat, nunc Carniolam ab Iſtria & Foro Julio ſeparant, & earum partes ſunt *i Monti del Charſo* verſus Tergeſte, & *i Monte della Vena* prope Lugeam paludem.

Alpes, etiam dicuntur ab indigenis montes excelſi, qui Tranſſylvaniam à Moldavia & Valachia ſeparant, ut conſtat ex omnibus Hiſtoriis illarum partium, hinc dictæ Alpes Tranſſylvanæ.

Alpasa, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ nunc dirutum jacens, & locus nunc *Facialcaçar* dicitur inter oppida Utriculum & *Coronil* in Vandalitia 7. leucis ab Hiſpali, teſte Rodcrico Caro.

Alpha, *l'Aa*, fluvius Germaniæ in Weſtphalia multiplex, dicitur ab aliis Aa. Vide ibi. [vincia.

Alpha, *As*, fluvius Germaniæ inferioris in Friſia pro-

Alphabucelis, oppidum Marſorum in Italia, Ptolemæo, nunc quibuſdam eſt *Avezzano* caſtrum regni Neapolitani in Aprutio Ulteriori, prope Celanum lacum, 8. mill. paſſ. diſtans ab Alba Piſcinam verſus, & ab Aquila 24. in meridiem.

Alpheus, fluvius Peloponneſi notiſſimus & maximus, Straboni, qui Alpheius Ptolemæo, olim etiam Stymphalus, & Nictymus dictus, *l'Orfea* nunc, teſte Sophiano, & *Carbon* nautis Italis, oritur ex Stymphalo monte, hinc per Arcadiam & Elidem regiones labens in ſinum Chelonitem in occaſum ad Triphyliam urbem influens, ac Olympiam alluens ab ejus oſtio 80. ſtadiis diſtantem. Hunc Poëtæ Arethuſæ fonti ad Syracuſas urbem Siciliæ ſubtus mare fluentem miſceri fabulantur, cum Sicilia à Peloponneſo mari ad 450. mil. paſſ. diſtet.

Alpia, ſive Alpes, *Aps*, vicus Galliæ in Vivarienſi provincia, ad Scotaldium fluviolum, qui infra Rhodano miſcetur, comitatus titulo inſignitur, eratque olim Alba Helviorum, ſive Alba Auguſta, urbs Galliæ Narbonenſis, Epiſcopalis uſque ad annum Salutis 411. quo funditus everſa fuit à Croco Vandalorum Duce, ſede Epiſcopali tranſlata Vivarium hinc 2. leucis diſtantem, in ortum hybernum, una leuca diſtat à Rhodano in occaſum uti 2. a Villanova Bergia.

Alpinus, *l'Alpon Vecchio*, fluvius territorii Veronenſis, cadit in Atheſim, in ditione Veneta.

Digitized by Google

ALPIS, fluvius Japodum, in Savum fluens, ounc *Alben* dictus.

ALPUXARÆ, *las Alpuxaras* Hiſpanis, *les Alpujares* Gallis, montes Hiſpaniæ in regno Granatenſi, aliàs montes Solis dicti, teſte Roderico Mendeſio Sylva, & ſatis ooti in hiſtoriis Granatæ, extenduntur ad 17. leucas Hiſpanicas ab ortu in occaſum, & ad 11. à Septentrione in meridiem, terminanturque ad Orientem Almeria urbe, ad Auſtrum mari Mediterraneo, ad Occidentem Motrilo caſtro, & ad Aquilonem Granata & Montibus Nivoſis, ad cujus radices extenduntur, alias erant cultiſſimi, ſed hodie iocolarum numerus maxime imminutus eſt, ex quo ejecti fuere Mauriſci ab Hiſpania ſub Philippo III. Rege, dividuntur in undecim præfecturas, *Taas* dictas, quorum nomina ſunt *Orgiva*, *Puqueyra*, *Pitres*, *Jubiles*, *Vxixar*, *Andaxar*, *Sebel el grande*, *Sebel el Pequeño*, *Adra*, *Verja* & *Dalias*, ſob quibus ſunt 120. vici circiter ſed parvi.

ALRESFORDIA, *Alresford*, oppidulum Angliæ, in Hantonia provincia ad fluvium *Itching*. Diſtat 6. milliaribus Anglicis à Vintonia urbe in ortum, & 7. ab Altonio oppido.

ALSA, fluvius Carnorum in Venetia regione, Plinio, nunc *l'Anſa* dictus, in Foro Julio, exigui eſt decurſus, & prope Aquileiam fluens, mari Adriatico inter Gradum & Maranum excipitur, ubi Conſtantinus junior à Conſtantio fratre cæſus ad Alſam portum dictum.

ALSA, ſeu Ellus & Helellus, fluvius Alſatiæ. Vulgò dicitur. Vide Helellus.

ALSATIA, *die Elſaſſ* Germanis, *l'Alſace* Gallis., *l'Alſatia* Italis, provincia Germaniæ in Circulo Rheni ſuperioris, quæ alias Edelſatia dicta fuit, extenditur à Septentrione in meridiem, inter Sueviam ad ortum, Lotharingiam ad occaſum, Palatinatum inferiorem, ditionem Spirenſem, & ducatum Bipontinum ad Boream, Helvetiamque ad Auſtrum eſtque mire fertilis & rigua, cum late ſumitur complectitur Alſatiam propriam & Suntgoviam, quanquam etiam perſæpe ſub Alſatia late ſumpta comprehendantur Briſigavia, & Ortnavia, quæ revera partes ſunt Sueviæ.

ALSATIA PROPRIA, ſive ſtricte ſumpta, ubi olim Tribocei, Rheno fluvio ſeparatur à Briſigavia & Ortnavia ad ortum, & dividitur in ſuperiorem & inferiorem, & utraque Landgraviatus ſive comitatus provincialis titulo inſignitur.

ALSATIA INFERIOR, *die Undern-Elſaſſ* Germanis, *la baſſe Alſace* Gallis, pars Alſatiæ Septentrionalis, extenditur ad 15. millaria Germanica, & conceſſa fuit Francorum Regi pace Monaſterio Weſtphalorum inita anno 1648. ſub ipſa vero cenſentur ditiones Epiſcopi, urbis, & Capituli Argentoratenſis cis Rhenum, Principis parvæ petræ vulgò de *Lutzelſtein*, præpoſituræ Weiſſemburgenſis, & comitum Hanoviæ, cum majori parte Provincialis præfecturæ Haguenoenſis, ejus verò caput eſt Argentoratum, quæ totius Alſatiæ facile primaria exiſtit.

ALSATIA SUPERIOR, *die Obern-Elſaſſ* Germanis, *la haute Alſace* Gallis, quæ meridionalior eſt, & minor inferiori, ab ipſa terminatur ad Boream, uti à Suntgovia ad Auſtrum, conceſſa fuit etiam Francorum Regi anno 1648. eadem pace Monaſterio Weſtphalorum ſancita, ejus partes ſunt tractus Murbacenſis, Horburgenſis, & Rabodipetræ, cum parte ditionis Epiſcopi Argentoratenſis, parte minori præfecturæ Provincialis Haguenoenſis, & aliquot aliis minoribus, & ejus caput eſt Colmaria prope Hellelum fluvium.

ALSATIÆ URBES CLARIORES.

Argentoratum, *Straſburg*.
Colmaria, *Colmar*.
Haguenoa, *Haguenau*.
Seleſtadium, *Schleſtad*.
Tabernæ Montanæ, *Saverne*.
Viſſemburgum, *Veiſſemburg*.

ALSA, & Alſia *Alſen*, inſula Daniæ in mari Baltico, ad littus Orientale Slevicenſis Ducatus, à quo diſſita exiguo freto; ibi ad meridiem magnifica arx Sunderburgum Ducum Holſatiæ, qui inde Sunderburgenſes dicti ſunt, & Caſtrum Nordoburgum in parte Boreali, unde etiam alii duces denominati, extenditur inſula per 4. milliaria Germanica ab occaſu æſtivo in ortum hybernum, & 4. milliaribus ſimilibus diſtat à Flenſburgo in ortum, pars eſt Ducatus Sleſvicenſis, & ſubeſt dominio Ducum Sunderburgenſium circa Fleni ſinum.

ALSIATUM, *Alzia*, pagus agri Mediolanenſis, Andreæ Alciati Juris Conſulti clariſſimi patria, à Mediolano 20. mill. Comum verſus 5. apud Canturium 1. teſte Ferrario, diſtat.

ALSIETINA AQUA, & Alſietinus fons, aquæductus via Claudia ab urbe Roma 14. mil. paſſ. diſtans, Romam uſque perductus, qui & Alſia aqua in libro Notitiæ ab Alſio urbe, in cujus agro eſt, dictus, teſte P. Victore.

ALSIUM, oppidum & colonia alias Hetruriæ Livio, & Plinio, ad oram littoralem maris Tyrrheni, ſic dictum ab Aleſo conditore, teſte Silio, nunc eſt caſtrum *Palo* gentis Urſinæ in provincia patrimonii, & Ducatu Briciani ſub dominio Summi Pontificis, 18. mill. paſſ. ab urbe Roma diſtans in occaſum Centum cellas verſus 22. circiter.

ALSONA, *Alſone*, oppidum Galliæ in Occitania provincia ad fluvium *Freſquel*, inter Carcaſſonam & fanom S. Papoli, 2. leucis utrinque diſtans in colle.

ALSTERA, *l'Alſter*, fluviolus Germaniæ in Holſatia, Cadit in Albim juxta Hamburgum urbem.

ALSVANGA, *Alſvvangen*, oppidulum Livoniæ, in Ducatu Curlandiæ, in ora maris Baltici, 4. milliarib. Polonicis, diſtat a Vinda urbe in Auſtrum Libam verſus 9. circiter.

ALTA, *l'Alt*, fluviolos Angliæ Borealis in Lancaſtria Comitatu, Cadit io mare Hibernicum prope Almotham, caſtrum ab eo dictum.

ALTA, *Alten* & *Altenbotten*, fluvius & æſtuarium Norvegiæ, in Finmarchia provincia verſus Boreale promontorium, in Vardhuſia Præfectura.

ALTA COMAA, *Haute-combe*, vicus Sabaudiæ cum Abbatia ad lacum Burgetium in ipſo limite Galliæ una leuca à Rhodano fluvio & paulo plus à Bellico diſtans in ortum.

ALTÆ FLAMMÆ COMITATOS, *das Graffſchaft von Hohenlœ* incolis, *le Comté de Holach* Gallis, tractus Germaniæ in circulo Franconiæ, qui ab aliis Holachius dicitur. Vide ibi.

ALTA FAILLA, oppidum Hiſpaniæ, cujus fit mentio in veteribus monumentis, nunc Tafailla, *Tafalla* vulgò, oppidum Navarræ regni ad fluvium Cicadum, cum regiis ædibus, à Carolo III. Rege extructis, teſte Arnaldo Oibenarto. Vide Tafalla.

ALTAI, & Althai, *Altay*, montes Aſiæ in Tartaria vera, ſeu Septentrionali, obi ſepulchra Regum Tartariæ, Marco Polo teſte, verſus urbem *Caracoran*, & regnum *Mongul*. Dicitur etiam *Belgian*, ut multi autumant, ſed de his oihil certi habemus.

ALTANUM, oppidum Brutiorum in Italia, ex itinerario Antonini, nunc *Soreto*, caſtrum Calabriæ inferioris

in regno Neapolitano ad Medanam fluvium, à Soriano oppido 8. milliaribus diſtans Hipponium verſus 16. teſte Barrio.

ALTANUM, etiam oppidum Brutiorum in Italia, Diodoro teſte, nunc *Calegnano* caſtrum Calabriæ inferioris in regno Neapolitano, 3. milliaribus à Morgeto recedens, teſte Barrio, & forſan idem cum ſuperiori.

ALTAO, ſive Atao, oppidum Mauritaniæ Cæſarienſis Ptolemæo, mediterraneum quod *Calao* hodie dici ferunt, teſte Ferrario.

ALTARIBA, CASTRUM, *Hauterive*, oppidulum Galliæ in Occitania provincia, ad Alburacim fluvium, 4. leucis diſtat a Toloſa in meridiem Apamias verſus, teſte Catello.

ALTARIPA, *Altrip*, oppidum olim, nunc vicus Germaniæ in Spirenſi ditione, ad Rhenum fluvium intra Palatinatus Rheni limites, uno milliari ſupra Manheimum in Auſtrum Spiram verſus duo, & paulo plus ab Heidelberga in occaſum, de eo fit mentio in libro Notitiæ.

ALTAVILLA, *Altavilla*, oppidulum Principatus citerioris in regno Neapolitano, ad Silarum fluvium, diſtat a mari Tyrrheno ſex milliaribus in ortum, & à Salerno 20. in ortum hybernum.

ALTEIA, *l'Authie*, fluvius Galliæ in Picardia, qui dicitur ab aliis Altilia. Vide ibi.

ALTEMBERGA, *Altemberg*, oppidum Tranſylvaniæ in colle, 6. milliaribus Germanicis diſtat ab Alba Julia, & totidem ab Abruchania in meridiem, prope Zalatnæ rudera.

ALTENAVIUM, *Altenau*, oppidulum Germaniæ in Ducatu Brunſvicenſi, & tractu Grubenhagenſi ad fontes Ocreræ fluvii, diſtat 2. milliaribus Germanicis à Goſlaria in meridiem, & 6. ab Halberſtadio in occaſum hybernum.

ALTENBURGUM, *Altenburg*, id eſt vetus caſtrum, urbs Germaniæ in Miſnia provincia, caput Oſitiæ tractus, ad fluvium *Pleiſſ* cum caſtro in quo Ducum ſedes fuit è Domo Saxonica, nunc ſubeſt Duci à Gotha cum tractu adjacente, alias urbs erat Imperialis & libera, ſed à Friderico Marchione Miſniæ occupata fuit anno 1308. & ab eo tempore unita fuit Miſniæ provinciæ, diſtat 6. milliaribus Germanicis a Lipſia in meridiem & 8. a Miſna in occaſum.

ALTENBURGUM, *Ovvar* incolis, *Altenburg* Germanis, oppidum Hungariæ inferioris probe munitum, ad Danubium fluvium ubi recipit Leitham, contra Scutiam inſulam, & in comitatu Muſonienſi, ſub Auſtriacis, vix 3. milliaribus Hungaricis diſtat à Poſonio in meridiem Arrabonem verſus 6.

ALTENDORPIUM, *Oltendorp*, caſtrum Germaniæ, in Circulo Weſtphaliæ & in comitatu Schavenburgico, in ipſo limite Brunſvicenſis Ducatus ad Viſurgim fluvium paulo infra Hameliam, ubi Sueci Auſtriacos maxima clade affecerunt anno 1633.

ALTHENUS, fluvius Apuliæ Dauniæ ſanans vulnera, Lycophroni, cujus nullus veterum ob ejus parvitatem meminit.

ALTILIA, *l'Authie*, fluvius Galliæ in Picardia. Oritur in confinio Arteſiæ, ſupra vicum Altiliam *Authie*, hinc Dulendium oppidum rigat & in Oceanum Britannicum ſe exonerat in Pontivo tractu, 6. leucis infra Boloniam in Auſtrum, dicitur etiam Alteia.

ALTILIA, *Altelia*, oppidum Italiæ in regno Neapolitano, & in Calabria citeriori ad fluvium Savutum, ad radices Apennini montis, 6. mill. paſſ. diſtans a Martorano in Septentrionem.

ALTINUM, urbs Venetiæ clara Straboni, & Plinio, *Altino* vulgò, olim Epiſcopalis ſub Patriarcha Aquileienſi, intra paludes prope Silis fluvii oſtium ab Hunnis everſa ſub Attila, cujus hodie, nihil exſtat præter Turrim quæ nomen Altini tenet, *Altino* vulgo, in Marchia Tarviſina ſub dominio Reipublicæ Venetæ media ferme inter Patavium ad meridiem & Concordiam ad Septentrionem ſupra 25. millia paſſuum, & ei Torcellum ſucceſſit in Epiſcopali dignitate.

ALTINUM, quod & Altinium, oppidum Pannoniæ inferioris Antonino, ad Danubium fluvium, *Tolna* nunc, in Hungaria, proximum Colociæ urbi, in altera Danubii ripa infra ad 2. milliaria Hungarica diſtanti. A Buda abeſt 14. mill. in ortum hybernum Teutoburgium verſus.

ALTISSIODORENSIS AGER, *l'Auxerrois*, tractus Galliæ in Ducatu Burgundiæ, inter Campaniam provinciam ad Septentrionem, Alexienſem tractum ad ortum, Nivernenſem provinciam ad meridiem, & Puſæenſem agrum ad occaſum, ejus urbs præcipua eſt Altiſſiodorum, hinc Altiſſiodorenſes populi *les Auxerrois* vulgo.

ALTISSIODORUM, *Auxerre*, urbs Galliæ Epiſcopalis Burgundiæ annexa. Vide Antiſſiodorum.

ALTISOLIUM, ſeu vetus Solium, *Altſol*, oppidum Hungariæ ſuperioris, in comitatu Biſtricienſi & in regiuncula *Bergſtet* ſive via montana, ad Granum fluvium, ſub dominio Imperatoris, ſic dicitur ad differentiam alterius *Neuſol* oppidi vicini, 7. milliaribus Germanicis diſtat à Nitria in ortum, & totidem à Filleco in occaſum æſtivum.

ALTOMONTIUM, *Altomonte*, oppidum Italiæ, in Calabria citeriori, ad amnem *Grondo*, 4. mil. paſſ. à Saracena diſtat ad radices Apennini: fuitque terræ motu deformatum.

ALTOMONS, *Omont*, vicus Belgii cum Cœnobio in Hannonia provincia, ad Sabim fluvium, 3. leucis, infra Landrecium in ortum æſtivum Malobodium verſus, & totidem à Montibus in Auſtrum, dicitur etiam Altus mons & Gallis ſubeſt.

ALTONIUM, *Alton*, oppidum Angliæ, in Hantonia provincia ſeu Comitatu. Diſtat à Vintonia 3. milliaribus Anglicis in ortum, & à Reddingo 14. milliaribus in meridiem.

ALTORPIA, *Altorf*, oppidum Germaniæ, in Franconia, cum caſtro & Academia à Norimbergenſibus erecta anno 1579. prope *Schwartzach* fluviolum, tribus milliaribus Germanicis diſtat à Norimberga Orientem verſus, in limite Palatinatus ſuperioris.

ALTORFIUM, *Altorf*, id eſt vetus vicus, urbs ſatis culta Helvetiorum, pagi Uraniæ caput, unde aliquando Urania dicitur, ſed improprie, ſedet in planitio ad radices montis, & prope Urſam fluvium ubi in lacum Lucerinum ſeu quatuor urbium Sylvaticarum ſe exonerat, 4. milliaribus Helveticis à Lucerna diſtat in ortum hybernum & 7. à Suitio in meridiem, in eo ſunt judicia totius tractus.

ALTRINGAMUM, *Altringham*, oppidum Angliæ, in Ceſtria provincia prope amnem *Ringay*. Diſtat a Ceſtria urbe 20. milliaribus Anglicis in ortum æſtivum, à Mancunio autem 7. mil. eſtque in limite Lancaſtriæ.

ALTUM DUELLIUM, *Hohent-Wiel*, arx munita Germaniæ in Suevia, & in Ducatu Wurtembergico ſita in monte. Vide Duellium.

ALTUS FONS, *Haute-Fontaine*, vicus Galliæ cum Abbatia in Campania provincia, ad Matronam fluvium in Catalaunenſi agro.

ALTUM VILLARE, *Hautvilliers*, Abbatia Galliæ in Campania provincia, & in Remenſi agro, ad Matronam fluvium & 4. leucis à Remis in meridiem.

ALTUS MURUS, *Altamura*, quæ aliis Altavilla, urbs parva regni Neapolitani, in Bariana provincia, Principatus titulo clara, 6. mil. paſſ. diſtans à Gravina, & 24. à Bario civitate in occaſum hybernum, & olim Petilia dicta fuit ut quidam exiſtimant.

ALVARADUS FLUVIUS, *el Rio d'Alvarado* flumen Americæ Septentrionalis in nova Hiſpania & in

Guasaca provincia, ſic dictus à quodam Alvarado Hiſpano, cum ab indigenis vocetur *Papaleapam*, Oritur ex monte Zapoteca, & in mare Boreale ſe exonerat verſus portum Veræ Crucis.

ALUCA, *Alota*, oppidum alias, nunc vicus inſulæ Corſicæ, in ora, prope ſinum Adiacenſem, ad Occidentem inſulæ, teſte Magino.

ALVERNIA, *l'Auvergne* indigenis, *l'Overgna* Italis, provincia ampla regni Franciæ, ubi alias Arverni populi Aquitaniæ, fere in regni meditullio, habens à ſeptentrione Borbonenſem provinciam, ab oriente Foriſienſem comitatum, ab occidente Marchiam & Lemovicenſem provinciam, & à meridie Ruthenenſem cum agro Gabalitano. Duplex eſt ſuperior nempe *la haute Auvergne*, ſive *le haut pays* indigenis, quæ magis ad meridiem & ſatis montuoſa eſt cujus caput Fanum S. Flori, & inferior, *la baſſe Auvergne*, ſive *le bas pays* incolis quæ ad Boream extenditur, fertilis admodum & rigua, præſertim in tractu Limania dicto, ejuſque primaria quæ & totius Alverniæ caput, eſt Claromons ſeu Clarus mons urbs ampla quæ olim Avernæ dicta fuit, ſeu Auguſtonemetum. Aliàs comites habuit hæc provincia, ſed Sceptro Franeico annexa fuit anno 1204. à Philippo Auguſto Rege propter rebellionem Guidonis illius ultimi comitis, & notandum eſt etiam quod alias Claromons comites habuit proprios, tuncque Vicus comitis *Vic le Comte* oppidum erat caput comitatus Alverniæ, teſte Savarone, in antiquitatibus Claromontanis, in Alvernia inferiori ſunt 13. urbes quæ vocem habent in provinciæ comitiis, hinc Alverni populi, *les Auvergnats* vulgo.

ALVERNIÆ DELPHINATUS, *le Dauphiné d'Auvergne*, tractus Galliæ in Alvernia inferiori, cujus caput eſt caſtrum *Vodable* dictum. Vide Delphinatus Alverniæ.

ALVERNIÆ URBES.

Aquæ Spertiæ, *Agueſperſe*.
Aureliacum, *Aurillac*.
Billonium, *Billon*.
Brivate, *Brionde*.
Claromons, *Clermont*.
Curtipetra, *Cropiere*.
Fanum S. Porciani *S. Porçain*.
Floriopolis, *S. Flour*.
Iſſodorum, *Iſſoire*.
Monferrannum, *Monferrant*.
Muratum, *Murat*.
Riomum, *Rion*.
Thierium, *Thiers*.

ALVERNUS, *il monte Alverno*, mons Tuſciæ in Italia, & agro Florentino, ſtigmatibus S. Franciſci celeberrimus, 10. milliaribus diſtat à Burgo S. Sepulchri in ſeptentrionem.

ALVERTONIA, *Alverton*, oppidulum Angliæ, in Eboracenſi provincia ad Vviſcam fluvium, diſtat ab Eboraco 20. milliaribus Anglicis in ſeptentrionem, & totidem à Dunelmo in meridiem.

ALONTIUM, urbs Siciliæ, Plinio, quæ Alontium Ptolemæo, Haluntium etiam ſcribitur cum aſpiratione, nunc exciſa jacet in ora Boreali, ex cujus ruinis crevit oppidulum *S. Filadelfo* in ejus viciniis in provincia ſive valle Demonæ, teſte Cluverio. Vide Alontium.

ALUTA, fluvius Daciæ maximus Ptolemæo, nunc *der Alt* Germanis, *Olt* indigenis dictus, oritur ex Carpato monte in ipſo limite Ruſſiæ Rubræ, hinc per Tranſſylvaniam in meridiem fluens verſus Coroniam labitur, poſtea Mariæburgum alluit uti Fogaram, hinc auctus aliis fluviis minoribus per Moldaviam decurrens, tandem in Iſtrum ſe exonerat paulo ſupra Nicopolim.

ALUTRÆNSES, populi Alpini Alpium Tridentinarum, teſte Plinio, quorum veſtigium manet in caſtro *Lodron* dicto, quod comitatus titulo inſignitur, eſtque intra montes in comitatu Tirolis, juxta Idrium lacum in limite ditionis Venetæ & agri Brixiani, inter Benacum lacum ad ortum & Sebinum ad occaſum, ſeu inter Brixiam & Tridentum, teſte Simlero.

ALUVA, *Alavvay*, oppidulum Scotiæ meridionalis in Fifa provincia, juxta Tavi æſtuarium, 20. milliaribus Scoticis diſtans ab Edimburgo in occidentem, alias Alauna dictum fuit.

ALUUM, ſeu Alvo, oppidum Iſtriæ Ptolemæo, quod Alvona Plinio, & Albona, *Albona*, hodie oppidulum Italiæ in Iſtria in ora ſinus Flanatici, ad radices montium ſub dominio Venetorum 4. milliaribus diſtat ab Arſia fluvio, & 7. ab confinio ditionis Auſtriacæ. Vide Albona.

ALYACMON, fluvius Macedoniæ, Ptolemæo. Vide Aliacmon.

ALYBE, mons Mauritaniæ Tingitanæ, Ptolemæo, qui Abyla Plinio. & Latinis ſcriptoribus una ex Herculis columnis, nunc *la Sierra de la Ximera*, teſtibus Marmolio & Cluſio, *la Sierra de las Monas* aliis, in regno Fezzano, contra Calpen alteram columnam in Hiſpania. Vide Abyla

ALYDDA, ſeu Aludda. urbs Aſiæ minoris in Phrygia majori Ptolemæo, in limite Lydiæ, nunc *Luday* dicta à recentioribus, & paucis admodum conſtans incolis.

ALYSSUS, fons Arcadiæ in Peloponneſo, morſus rabidi canis ſanans; teſte Pauſania.

ALZSIA, *Alzey*, oppidum Germaniæ in Palatinatu Rheni, & antiqua Palatinorum ſedes, cum caſtro, diſtat 5. milliaribus Germanicis à Mogontia in Auſtrum, & totidem à Vormatia in occaſum æſtivum Bingium verſus, nunc in dies reparatur, & tractus adjacens dicitur *das Alzeyer Govv*, ſeu *Ampt Alzey*, præfectura Alzeiana ſatis ampla.

AMACAUM, *Macao* & *Amacao*, urbs Sinarum in ora Quantuniæ provinciæ, & in inſula parva adjacente, eſtque emporium dives & celebre anteaque Epiſcopalis in ora Auſtrali Oceani Sinenſis, cum duobus fortalitiis adjacentibus, alias ſuberat Luſitanis ſub clientela regis Sinarum, nunc autem Tartaris Sinenſibus fere paret & deficit in dies, 50. mill. paſſ. diſtans à Quancheo in Auſtrum.

AMACAXI, *las Amacaches*, populi Americæ meridionalis in Braſilia regione in Mediterraneis, verſus præfecturam fluvii Januarii.

AMACURA, *Amacure* & *l'Amacore* fluvius Americæ meridionalis in Guiana regione, in mare Boreale ſe exonerat verſus Orenocum fluvium.

AMACUSA, *Amacuſa*, inſula & regnum Japoniæ in Ximoa regione, & in ejus ora occidentali, extenditur à ſeptentrione in meridiem per 40. mill. paſſ. & urbem habet cognominem primariam, teſte Cardino.

AMACUSA; *Amacuſa*, urbs Japoniæ, inſulæ & regni cognominis caput in Saicoca regione, 12. leucis Hiſpanicis diſtat ab Arima oppido in occaſum hybernum à Nangaſachio, teſte Cardino, & alias incolis referta Chriſtianis.

AMADABATUM, *Amadabath*, urbs Aſiæ in India. Vide Armadabathum.

AMADOCA, urbs fuit Sarmatiæ Europææ Herodoto, & Ptolemæo, ad Boryſthenem fluvium, ubi nunc forſan Kiovia *Kiovv*, urbs ampla Ucraniæ provinciæ in regno Poloniæ, hodie ſub dominio Moſcorum. Vide Kiovia.

AMADOCI, populi fuere Sarmatiæ Europææ, & Baſtarnarum pars, juxta Boryſthenem, inter parvam Scythiam ad ortum, Baſtarnas proprie dictos ad Au-

Digitized by Google

ſtrum, Bodenos & Vendilos, teſte Cluverio forſan ubi nunc Palatinatus Kioviæ provincia regni Poloniæ, quæ pro maiori parte ſubeſt dominio Turcarum ab anno 1672. & eorum primatia erat Amadoca urbs.

AMÆA, urbs Hiſpaniæ in Luſitania, Ptolemæo, quæ Ammia Plinio, nunc Jacobus Vaſconcellus interpretatur Portum Alacrem *Portalegre*, urbem Portugalliæ Epiſcopalem ſub Archiepiſcopo Eborenſi Helvis finitimam, ab eis 8. leucis diſtantem Scalabim verſus, ab Ebora 14. duplo ab Olyſſipone.

AMOENUM, ſtagnum Hiſpaniæ, Plinio, nunc *Albufera*, ſtagnum ſeu palus Hiſpaniæ in regno Valentiæ, inter Valentiam ad occaſum & Sucronem ad ortum.

AMAGSTOBRIGA, urbs Galliæ Cæſari, de qua fit mentio in itinerario Antonini, & quæ mendoſe Magetobriga ſcribitur, nunc quibuſdam eſt *Magſtat* oppidulum Lotharingiæ verſus Marſalium, aliis autem eſt Bingium *Binghen*, oppidum Germaniæ in ditione Electoris Moguntini, ad Rhenum fluvium ubi recipit Navam, 4. milliaribus Germanicis infra Moguntiam in occaſum Confluentes verſus, & in ipſo limite Palatinatus Rheni.

AMAGRIA, *Amager* & *Amac*, inſula parva maris Baltici, Hafniæ urbi primariæ Daniæ adjacens ab Oriente, & ejus nutrix dicta, ei etiam ponte juncta.

AMAGUANA, *l'Amaguana*, inſula Americæ ſeptentrionalis & una ex Lucaiis inſulis ſupra Hiſpaniolam Boream verſus, dicitur etiam *Maiaguana* & *Manegua* à quiboſdam, teſte Laëtio.

AMAIA, quæ & Amagta, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis in Cantabris, in limite Aſturum, unde poſtea à quibuſdam eis contribuitur, olim Epiſcopalis & provinciæ præcipua, prope Camaricam, ut dignoſcitur ex libris Conciliorum. Nunc diruta jacet, & ejus rudera *Amaia* dicta, ſunt in regno Caſtellæ veteris & in tractu Campeſtri, teſte Arnaldo Oihenarto, 8. leucis à Burgis in ſeptentrionem, 3. vero à vico *Villa Diego* dicto, prope locum *Canonical de Amaya* nuncupatum, & juxta ipſam Leovigildus Rex Gothorum Romanos prælio ſuperavit.

AMALCHIUM, mare ſeptentrionale quod Scythiam alluit, Hecatæo teſte, quod Oceanus Scythicus etiam appellatur, & Motimaruſa Plinio. Vide mare Almachium.

AMALPHIS, urbs Picentinorum Gratiano & aliis, hodie *Amalfi*, urbs regni Neapolitani in provincia Principatus citerioris, Archiepiſcopalis eſt & Ducatus titulo gaudet, ſed parva eſt admodum & male culta, in ora ſinus Salernitani, cujus pars occidentalis dicitur ab ea *la coſta d'Amalfi*, in ea ſervatur corpus S. Andreæ Apoſtoli, & in ea etiam inventa fuit anno 1300. pixis Nautica à Flavio Gioia, Scalis & Ravello proxima eſt, 11. milliaribus diſtans à Salerno in occaſum hybernum, & 24. à Neapoli in ortum hybernum, hinc Amalphitani populi *gli Amalfitani* vulgo.

AMANA, *Amana*, inſula Americæ ſeptentrionalis in mari Boreali, & una ex Lucaiis inſulis inter alias maxime in ortum extenſa, aſpera, & ſcopulis undique cincta, verſus Cacium, & 100. mill. paſſ. ab Hiſpaniola inſula in ſeptentrionem.

AMANA, *Amana*, provincia Floridæ in regione Apalatæorum in planitie & ad radices montium, teſte Briſtochio.

AMANDOPOLIS, *S. Amand*, oppidulum Galliæ, cum inſigni Abbatia in Gallo-Flandria, ad Scaldim fluvium, dicitur ſæpius fanum S. Amandi, Vide ibi.

AMANDOPOLIS, S. *Amand*, oppidum Galliæ in Bituricenſi provincia. Vide Fanum S. Amandi.

AMANGUCIUM, *Amanguci*, urbs Japoniæ in Jamaiſotiæ regionis parte Auſtrali, & in regno Suvo, teſte Cardino, cum portu ſatis capaci, dicitur etiam *Yamanguci*, diſtans 100. mill. paſſ. à Nangazachio in ortum æſtivum Meacum verſus 180. circiter.

AMANICÆ PYLÆ, ſeu portæ Ptolemæo, nunc *il Stretto di Scanderona* Italis, fauces & portæ Amani montis apud Alexandriam, per quas ex Cilicia in Syriam, & è contra tranſitus eſt: quæ & portæ Ciliciæ Plinio dicuntur.

AMANTINI, & Amantini, populi fuere Panoniæ inferioris, Ptolemæo, in limite ſuperioris, inter Strigonium & Voleæ paludes, qui Amantes dicti à Plinio.

AMANTIA, ſeu Almentia, *Amance*, oppidulum Galliæ in Lotharingia, ad amnem cognominem, 2. leucis à Nanceio diſtans. Vide Almentia.

AMANTIA, quæ etiam Adamantia quibuſdam, urbs alias Brutiorum Cedreno, nunc *l'Amantea*, oppidulum regni Neapolitani in Calabria citeriori, ſedet in ora littorali maris Tyrrheni prope ſinum Napitinum, in dominio utili Principis Beſidiani, arcem habens utcumque munitam ad Olivæ oſtia fluvii, diſtat 34. milliaribus à Tropea in Boream, 12. à Martorano in occaſum æſtivum, & 15. à Conſentia in occaſum hybernum, fuitque olim Epiſcopalis ſub Rhegienſi Archiepiſcopo.

AMANTIA, urbs Pannoniæ inferioris Sexto Rufo, Epiſcopalis olim ſub Archiepiſcopo Colocenſi, inde ſupra 16. milliaribus Hungaricis, ferè media inter Albam Regalem & Taurunum poſtea, teſte Vvolfgango Lazio cum aliis, quinque Eccleſiæ, vulgo *Funfkircken*. Aliis vero *Almaz*, oppidum inter Budam & Altinium ad Danubium, à Buda 8. milliaribus Germanicis eſſe videtur. Aliis *Mohacz*, oppidum ejuſdem tractus apud Danubium, inter Batham & Valkovariam, à Batha diſtans 2. milliaribus Germanicis.

AMANTIA, item oppidum Macedoniæ maritimum in ora occidua ad Celydni fluvii oſtia Cæſari, & Ptolemæo, inter Aulonem & Oricum oppidum Epiri, nunc *Porto Raguſeo*, Acroceraunis montibus propinquum.

AMANTINI, populi fuere in illa parte Illyrici, quæ deinde Epirus nova dicta fuit.

AMANTRICÆ, *l'Amatrice*, oppidum Italiæ Apuliæ in Aprutio ulteriori, ad fontes Truenti fluvii, & radices Apennini. Principatus titulo gaudet. Aliter Amantricium. Vide ibi.

AMANUM PORTUS, ubi poſtea Flaviobriga, colonia civitatum ſeptem, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, in ora littorali Autrigonum, Plinio, in Cantabris, nunc eſt *puerto di Vermeo* oppidum Biſcaiæ 5. leucis diſtans à Bilbao in ortum æſtivum, teſte Garibaio, ſed aliis omnibus eſt oppidulum *Portugallette* in eadem provincia paolo infra Bilbaum urbem Biſcaiæ primariam, & ad oſtia Nervæ fluvii in occaſum Cantabricum.

AMANUS, mons Syriæ notiſſimus, illam à Cilicia diſcludens, Ciceroni, Straboni, & Plinio, maxime in ortum extenſus à mari Cilicio verſus Euphratem, nunc *Allocam* dictus ab Arabibus, teſte Gollio, & *il Monte Nero* Europæis, ſive & melius *Montagna Neros* incolis, id eſt Aquoſus mons, eſt enim totus fontibus & rivulis irrigatus, ut pluribus deſcribitur in libris de bello ſacro, & à Poſtello vocatur etiam *il monte di Scanderona*, ab Alexandria urbe ad illius radices ſita, & in eo ſunt trajectus, Portæ dictæ Amanicæ & Ciliciæ à veteribus, per quas in Ciliciam & Syriam tranſitur, verſus Iſſum, Alexandriam, & Myriandrum.

AMAPAIA, *Amapaia*, provincia Novæ Van-

Digitized by Google

dalitiæ, in America meridionali, propè fluvium Orenocum.

AMARA, *Amara*, quæ etiam *Anghara* quibuſdam, mons excelſus, & urbs regni cognominis caput, in Æthiopia proprie dicta, ſeu Abiſſinia, in meditullio regionis, in ea narrant ſervari filios & conſanguineos Regis Abiſſinorum in cuſtodia, quo defuncto Imperii ſucceſſor inde educitur, quanquam alii narrant eſſe in urbe *Ovohni* dicta in provincia Oinadaga.

AMARA, *Amara*, regnum Africæ in Æthiopia ſuperiori ſeu Abiſſinia, juxta regna *Bagamidri*, & *Beleguanze*, cum urbe cognomine.

AMARANTHUS, *Amarante*, oppidum Hiſpaniæ in Portugallia, in provincia inter Durium & Minium dicta, juxta fluvium Tamagam qui mediam ſecat & inter ſylvas, in ipſo limite Tranſmontanæ provinciæ, inter Lamacum & Bracaram 7. leucis utrinque diſtans, oti 24. leucis à Brigantia in occaſum, & 3. à Durio fluvio in ſeptentrionem.

AMARANTI, populi fuere Colchidis, incolæ montis Amarantii verſus fontes Phaſidis fluvii Colchorum, teſtibus Apollonio, & Stephano.

AMAROI, populi ſunt Aſiæ apud Hyrcanum mare, Melæ, Amordi Plinio, gens fera inter Bactros & Sogdianos, ad Oxum fluvium qui inter illos & Paſicas in Caſpium mare labitur. Hi Mardi Ptolemæo eſſe videntur; de quibus ſuo loco.

AMARDUS, fluvius Aſiæ, in Media, cadit in mare Caſpium Fortè *Mana* hodie dicitur.

AMARINUM, *S. Anarin*, oppidum Germaniæ in ditione Baſileenſi, dicitur melius Fanum S. Amarini. Vide ibi.

AMARMOCHDUM, *Anarmochdy*, oppidum Africæ in Æthiopia inferiori & regione Zanguebaria in regno Melindæ, 40. leucis Hiſpanicis diſtat à Melinda urbe.

AMARUMAIA, *l'Anarumaye*, fluvius Americæ meridionalis. Oritur in Vilcabamba provincia Peruæ, verſus Cuſcum civitatem, & poſt longum curſum cadit in fluvium Amazonum, prope Tacurios populos, teſte Texeira.

AMARYNTHUS, fluvius Arcadiæ parvus, in Alpheum influens, teſte Strabone, nunc *Armoa* dictus, ut a nonnullis indigitatur.

AMASEA, urbs Aſiæ minoris, in Cappadocia. Vide Amaſia.

AMASENUM, *Anaſen*, oppidum Africæ in Nigritia regione juxta lacum Borni, & in regno cognomine prope Nigrum fluvium, teſte Joanne Leone.

AMASENUS, fluvius parvus Italiæ in Latio, hodie *l'Evola* in Campania Romana & in Maritimo tractu, oritur ex agro Privernate, deinde in Pomptinas paludes fluens in Tyrrhenum mare ſe exonerat verſus Circæios, teſte Angelo Breventano.

AMASENUS, alter fluvius Latii Ovidio, qui ex finibus Aletrinorum per agros Fruſinatem & Veruſanum in Lirim fluvium labitur

AMASENUS, fluvius parvus Siciliæ inſulæ, cujus meminit Ovidius, & qui aliquando æſtate ſiccatur, dicitur etiam Amenanus ab aliis. Vide ibi.

AMASIA, urbs Aſiæ minoris clariſſima in Cappadocia regione & in Ponto, ad Irim fluvium Ptolemæo, nunc *Amaſia* Italis *Amnaſan* Turcis, Archiepiſcopalis erat & ſub ipſa erant Amiſus, Sinope, Zaliſcus, & Zela, illam Strabo Geographus patriam ſuam multis deſcribit, nunc ſubeſt dominio Turcarum à tribus ſeculis, eſtque ampla, regionis caput & præfecti ſeu Beglirbegi Tocati ſedes, 50. mill. paſſ. diſtat ab ora Ponti Euxini in Auſtrum, & 70. a Tocato in occaſum, uti 240. a Trapezunte Conſtantinopolim verſus 450. circiter, intra montes cum caſtro in monte adjacente.

AMASIA, urbs Germaniæ, Ptolemæo, nunc *Embden*, urbs Germaniæ, teſte Cluverio, in VVeſtphaliæ circulo, & in principatu Friſiæ orientalis cujus caput exiſtit, quæ ab ea perſæpe dicitur comitatus Embdanus, ampla eſt & munita, cum portu capaci, prope oſtia Amaſii fluvii in Dullartium ſinum vulgo *Dollart* dictum, ſub dominio Belgarum unitorum à quibus occupata fuit jam à multis annis, & vix 2. milliaribus Germanicis diſtat ab ora Oceani in ortum Bremam verſus 16. Vide Embda.

AMASIOS, fluvius Germaniæ, Ptolemæo, Amiſius Plinio, Amaſia Straboni, Amaſis aliis, *l'Ems* vulgo, fluvius Germaniæ in Circulo Weſtphalico, fontes habet in Diœceſi Paderbornenſi, prope *Varle* in profunda valle, lenta ſed copioſa ſcaturigine, 2. milliaribus Germanicis cum dimidio à Paderbona in Arctos, hinc in occaſum tendens per comitatus Ritbergenſem & Rhedam, auctus fluviis parvis *Varle*, *Dalke*, & Lutra, in ditionem Monaſterienſem labitur, ubi Varendorpium rigat, deinde in Septentrionem fluens recipit Heſſelum & Verſani fluvios, uti Aam, qui Monaſterium rigat, poſtea Monaſterienſem Epiſcopatum ſuperiorem ab inferiori ſeparatis, & rigata Linga paulo infra Haſum amnem recipit, tandem per Friſiam Orientalem fluens, recepto amne *Soſte* ad Ortiam arcem *Lierort*, ad Amaſiam ſeu Embdam per ſinum Dullartium labitur & paulo infra in mare Germanicum ſe exonerat, eſtque fere medius inter Viſurgim & Iſalam.

AMASTRA, urbs Siciliæ. Vide Ameſtrata.

AMATHUS, urbs Cypri, Straboni, & aliis, nunc *Limiſſo* urbs Epiſcopalis Cypri inſulæ, in ejus parte Auſtrali Amathuſia dicta, & in ora littorali maris Syriaci, prope Curiam promontorium, ex qua Cyprus aliquando Amathuſia dicta fuit, à Papho diſtat 50. mill. paſſ. in ortum hybernum in medio Curium, a Famaguſta 100. in occaſum in medio Salinæ, hac tempeſtate pene jacens, ſub dominio Turcarum, cum antea eſſet ſatis culta ſub Venetis, inde Amathuſius & Amathuntius, Amathunteus, & Amathuſiacus.

AMATICA, *Amatique*, quod aliter *S. Thomas*, oppidum Americæ Septentrionalis in nova Hiſpania & provincia *de Honduras*, 18. leucis diſtat à mari Boreali. Ædificatum fuit anno 1597. ab Hiſpanis quibus ſubeſt eſtque parvi circuitus.

AMATITUCUS, *l'Amatituc*, fluvius Americæ, in Nova Hiſpania, & provincia Soconuſci. Cadit in mare Pacificum, verſus limites provinciæ Guaſacæ.

AMATTUS, *l'Amato*, fluvius Italiæ in Calabria ulteriori in mare Tyrrhenum influit verſus S. Euphemiam oppidum, & oritur ex Apennino monte. Aliis Lametus dicitur.

AMATRICTUM, & Amatrices, *l'Amatrice*; oppidulum regni Neapolitani in provincia Aprutii ulterioris, ad Truenti fluvii fontes verſus confinia Marchiæ Anconitanæ, principatus titulo inſignitum, 15. milliaribus diſtat ab Aſculo in meridiem, & totidem ab Aquila in occaſum æſtivum, & dicitur etiam aliquando Amantricæ, ejus incolæ ſat noti in illis partibus, *gli Amatriciani*, vulgo dicti.

AMESTRIS, urbs Paphlagoniæ in Aſia minori & in ora maris Euxini Straboni & Plinio, metropolis quæ & Amaſtrum ad oſtia Parthenii fluvii. Ex 4. urbibus, ſeu pagis proximis, Seſamo, Cytoro, Gromna, & Teio, magnam crevit in urbem, nunc *Samaſtro* media ferè inter Teium & Cytorum, Gromnæ propior, ab Heraclea Ponti ad 68. mill. paſſ. in ortum diſtans, ſub dominio Turcarum.

Amazones, mulieres fuere bellicoſæ Herodoto, & Straboni, quæ ex Sarmatia à Tanai fluvio digreſſæ, in Cappadocia ad Thermodoontem fluvium conſedere. Ibi mons Amazonius eſt, ex quo fluvius effluit Thermodoon. Ab eis Epheſus urbs Aſiæ condita traditur.

Amazonum Fluvius, *el Rio de las Amazonas* Hiſpanis, *la Riviere des Amazones* Gallis, fluvius ingens Americæ meridionalis, oritur prope Quitum civitatem Regni Peruæ, & octo leucis ab hac urbe, ad radices montium *la Cordillera*, ex duplici palude, quarum major eſt juxta collem *Guamana* dictum, & minor juxta collem *Pulcan*, qui duobus leucis tantum invicem diſtant, hinc in ortum fluens auctus fluviis Coca, Napo, & aliis, percurrit provincias Canclam, & *Pacamoros*, ubi recipit fluvium Xauxam ſeu Maranionem, & poſtea rigat provincias Surinam, Camſuaram, Matayam, Apantam, Coropam, Tapayam, & alias multas Europæis nomine tantum notas. Receptis demum fluviis Arumaya, Jopura, Catua, Madera, & aliis multis, poſt curſum 1200. leucarum, in mare Septentrionale, ſeu *del Nort*, ſe exonerat, inter Braſiliam & Guaianam regiones, quamplurimis inſulis undique refertus eſt. Dicitur etiam à quibuſdam fluvius Orellani à Joanne Orellano Hiſpano, qui primus illum detexit anno 1541. Fusè deſcribitur à Petro Texeira Hiſpano, qui illum diligenter luſtravit anno 1639. totumque percurrit intra 10. menſes. Ferunt ejus oſtium inſulis ſparſum ad 84. leucas Hiſpanicas extendere ſe.

Ambacia, *Amboiſe* incolis, *Amboeſa* Italis, urbs Galliæ in Turonenſi provincia, cum ponte ad Ligerim fluvio & arce ampla in colle ubi perſæpe regum ſeceſſus, & ubi natus anno 1470. Carolus VIII. Rex Galliæ qui in ea etiam obiit, die 7. Aprilis 1498. dicitur etiam ab aliis Ambaſia & Ambacienſis vicus à Venantio Fortunato, 6. leucis diſtat à Cæſarodunio Turonum, in ortum Bleſas verſus 10, ejus etiam meminit Gregorius Turonenſis.

Ambadara, *Anbadar*, oppidum Æthiopiæ ſuperioris, ad Nilum fluvium, in regno Bagamedri, ad pedes montium, inter Sovam & Dambeam provincias Abyſſiniæ regionis.

Ambarri, populi Galliæ Celticæ, & Æduorum pars, teſte Cæſare, horum tractus nunc eſt Caroleſium, *le Charolois*, & pars agri Matiſconenſis in Burgundiæ Ducatu, teſte Vigenereo.

Ambastæ, populi fuere Aſiæ, in regione Sinarum, Ptolemæo, & in ejus parte Orientali, forſan ubi nunc provinciæ Chequianenſis, Quianſia, & Fochienſis in Imperio Sinarum, & verſus Oceanum Orientalem & ſinum Nanchinenſem, ut exiſtimant quidam ex conjectura.

Ambasum, urbs metropolis Phrygiæ, teſte Stephano.

Ambenus, mons Sarmatiæ Europææ ad Tyram fluvium & Ophiuſam, in ora maris Euxini. De quo Valerius Flaccus.

Amber, *Amber*, fluvius Germaniæ in Bavaria, cadit in Iſarum. Vide Ambro & Ambra.

Amberga, *Amberg*, urbs Germaniæ in Nortgovia ad fluvium *Vvils*, caput eſt Palatinatus ſuperioris in ditione Ducis Bavariæ à paucis annis, cùm priùs eſſet Electoris Palatini, cum toto hoc tractu, diſtat 7. milliaribus Germanicis à Ratiſbona, & 8. à Norimberga in ortum.

Ambierta, *Anbierle*, oppidulum Galliæ in Foriſienſi provincia, ad radices montium & in limite Borbonienſis provinciæ, 3. leucis à Rodumna diſtans in occaſum æſtivum Molinum verſus.

Ambiamum, *Ambiam*, regnum Æthiopiæ ſuperioris ſeu Abaſſiniæ, inter regnum Bagamidrum ad Septentrionem & Quaram regnum ad meridiem.

Ambianum, *Ambiam*, urbs Æthiopiæ ſuperioris regni caput, ſub dominio Regis Abaſſinorum.

Ambiancativa, *Ambiancativa*, & regnum Abyſſiniæ, ſeu ſuperioris Æthiopiæ, prope Nilum fluvium, inter Nubiam & regnum Bagamidri.

Ambiancativa, *Ambiancativa*, urbs Æthiopiæ ſuperioris ſeu Abyſſiniæ, regni cognominis caput, inter Nilum fluvium ad ortum & Amaſenum lacum ad occaſum.

Ambianensis ager, *l'Amienois*, tractus Galliæ in Picardia provincia, ubi alias Ambiani populi, inter Arteſiam ad Boream, Sanguiterſam tractum ad ortum, Bellovacenſem ad Auſtrum, & Ponticum comitatum ad occaſum, ſic dicitur ab Ambiano ejus urbe primaria, & ſunt etiam in eo Corbeia, & Dulendium.

Ambiani, populi fuere Galliæ Belgicæ Cæſari, & Plinio, ad Somonam fluvium, inter Atrebates & Morinos ad Septentrionem, Veromanduos ad ortum, Bellovacos ad meridiem, & Caletes Oceanumque Britannicum ad occaſum, ubi nunc Diœceſis Ambianenſis, ſub quo Ambianenſis ager, Ponticum & Vimeſium.

Ambianum, aliàs Ambiani & Samarobrina dicta, *Amiens*, urbs Galliæ, Picardiæ provinciæ caput, in Ambianenſi agro, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Remenſi, ad Somonam fluvium, capta fuerat dolo ab Hiſpanis anno 1597, ſed fortiter recuperata eodem anno ab Henrico IV. Francorum Rege, qui ibi arcem munitiſſimam extruxit ad tutelam urbis, cum Lutetia Pariſiorum & Rotbomago trigonum facit, ab eis 28. leucis diſtans, ab Atrebatibus 14. in meridiem Luteriam verſus, & 11. à Perona in occaſum Abbavillam verſus 10, & ſic ab aquarum ambitu nominata, hinc Ambianenſes populi, *les Amienois*, ut apud Venantium Fortunatum in vita S. Martini.

Ambiatinus vicus, locus Galliæ Belgicæ, Caligulæ Cæſaris natalitiis notus, ſi Plinio ſecundo fides datur, nunc, teſte Cluverio, eſt oppidum *Capelle* ad Rhenum, inter confluentes & Baudobrigam, ubi aliqua Romanæ antiquitatis monumenta etiamnum viſuntur, & quæ etiam inſpexi dum has partes luſtrarem anno 1673.

Ambibarati, populi & urbs Galliæ Celticæ, teſte Cæſare, ſed ubi fuerint non conſtat, forſan errore ſcriptorum pro Ambivareti.

Ambibarii, populi fuere Galliæ Celticæ Cæſari, ubi poſtea Abrincatui populi, *l'Avranchin*, tractus Galliæ in Normannia inferiori, in limite Britanniæ minoris & Cœnomanenſis provinciæ. Eorum veſtigium hodie manet in *Ambie*, ſeu & meliùs, *Hambie*, qui eſt vicus Normanniæ in ora maris Britannici, inter Abrincas & Conſtantia caſtra, 6. leucis diſtat à monte Divi Michaëlis in Septentrionem.

Ambidrani, populi fuere Norici Ripenſis, Plinio, verſus fontes Anaſſi fluvii, & inter Ambiſontios & Noricos ad occaſum, & Pannoniam ſuperiorem ad ortum, in eo tractu ubi nunc minuta pars Occidentalis Stiriæ cum Auſtria ſuperiore, teſte Cluverio ex conjectura.

Ambilatri, Galliæ Aquitanicæ populi, teſte Plinio, ſed ubi fuerint non conſtat, quidam tamen exiſtimant fuiſſe ubi nunc Alibretenſis tractus in Vaſconia.

Ambiliates, populi Galliæ Celticæ Cæſari, quorum tractus nunc Diœceſis Briocenſis, & eorum oppidum *Lamballe* non obſcurum nominatur, in Britannia minore, a Rhedonibus 15. leucis in occaſum æſtivum ea inter Briocum & Jugonum 3., teſte Brietio.

Ambilici,

Ambilici, populi fuere Norici Mediterranei Plinio, inter Pannoniam ſuperiorem, Ambiſontios, & Ambridanos populos, a Dravo fluvio bifariam ſectos, ubi hodie pars orientalis Carinthiæ provinciæ in Germania, cum minuta parte Stiriæ occidentalis.

Ambisontii, populi Norici Mediterranei fuere, Plinio teſte, inter Ambilicos ad ortum, Carnos ad Auſtrum, Rhætiam ad occaſum, & Focunates ad Boream verſus fontes Dravi fluvii ubi nunc pars occidentalis Carinthiæ provinciæ, & pars Auſtralis Archiepiſcopatus Salisburgenſis, teſte Cluverio.

Ambivareti, populi fuere Galliæ Celticæ ſub Æduis comprehenſi, ubi poſtea Vadicaſſes, & hodie Nivernenſis provincia *le Nivernois*, ſecundum receotiores verſus Ligerim fluvium. Vide Vadicaſſes.

Ambivariti, populi fuere Galliæ Belgicæ, Cæſari, qui Brabantini à nonnullis putantur, præſertim in eo tractu ubi ſont Antuerpienſes, teſte Ortelio, quanquam id neget Cluverius.

Amblaoa, urbs fuit Piſidiæ Straboni, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Iconienſi dum ſtaret, inter illam & Antiochiam Piſidiæ.

Amblavia, & Amblava, *l'Amblcve*, fluvius parvus Belgii, oritur in Ducatu Luxemburgenſi, deinde per Leodienſem ditionem fluens Malmundarium rigat & Stabulum, hinc auctus Alba fluvio, & aliquot rivis in Urtum fluvium ſe exonerat.

Ambletosa, *Ambleteuſe*, vicus Galliæ in Picardia provincia, & in comitatu Bolonienſi, cum portu parvo olim *Amſlat* dicto in ora maris Britannici 2. leucis a Bolonia in ſeptentrionem Caletum verſus 5. circiter.

Amboglana oppidum Brigantum in Britannia majori ex libro Notitiæ, nunc *Ambleſide* vicus Angliæ Borealis in comitatu Weſtmariæ, juxta lacum *Wynandermeere*, & verſus Cumbriam provinciam, 9. milliaribus Anglicis diſtans à Kendalia in occaſum æſtivum, teſtibus Speedo, & Camdeno.

Ambohitimeni, *les Ambohiſtmenes*, populi Africæ in inſula Madagaſcaria verſus Orientem, ubi etiam montes altiſſimi ſic dicti, quaſi montes rubei, Flacurtio teſte.

Amboina, *Amboina*, Luſitanis, & Anglis, *Ambone* incolis & Gallis, quæ & *Ito* aliquando inſula maris Indici, in Aſia, non procul a Molucis, parva, & circuitus, 16. leucarum ſed dives aromatum felici proventu, & fertilis, cum ſeptem villis, ubi colonia Belgarum unitorum, 24. leucis diſtat ab inſula Banda in occaſum; habetque oppidum præcipuum cognomine, & arcem Victoriam dictam, & in ea peſſime habiti fuere Angli, ſed nuper maris tempeſtatibus male accepta fuit. Detecta fuit a Luſitanis anno 1515. ſedétque ad meridiem inſulæ Cerami.

Amboinæ Archipelagus, *el Archipielago de Amboina*, pars Archipelagi Molucarum in Oceano Indico verſus Amboinam inſulam, teſte Emanuele Faria.

Ambola, *Amboule*, provincia & vallis fertiliſſima Africæ in inſula Madagaſcaris verſus Meridiem. Eam bifariam ſecat fluvius *Mananpani*, ad Septentrionem provinciæ Carcanoſſiæ.

Ambota, *Ambote*, oppidulum Poloniæ, in Samogitia provincia, ad Wardanam fluvium qui pauló pòſt cadit in Wetan. Diſtat 9. milliaribus Polonicis à mari Baltico, & 2. *à Siadi* oppido.

Ambra, & Ambro *die Amber* indigenis, *l'Ambre* Gallis, fluvius Germaniæ in Bavaria, oritur in limite comitatus Tirolis, 2. milliaribus Germanicis a Fuſſena in ortum, deinde per Bavariam ſuperiorem fluens & per Ambram lacum labens Ambram, Dachaviam, & Cranſpergam oppida alluit, & tandem ad Moſburgum in Iſarum cadit.

Ambra, oppidum alias Lycatiorum in Vindelicia Antonino, nunc caſtrum Germaniæ *Pruck ander Amber*, id eſt Pons ad Ambram dictum in Bavariæ Ducatu, ad Ambram fluvium ex adverſo caſtri *Furſtenfelt*, medium fere inter Auguſtam Vindilicorum ad occaſum & Monachium ad ortum, 4. milliaribus Germanicis utrimque diſtans, teſte Cluverio.

Ambræ lacus, *das Amberzée* ſeu *Ammerzee* lacus Germaniæ in Bavaria ſuperiori, ad 2. milliaria Germanica extenditur, & per eum labitur Ambra fluvius a quo dictus fuit, diſtat autem 2. milliaribus ſimilibus à Landſperga in ortum Monachium verſus 5. dicitur etiam Ambronis lacus.

Ambracia, urbs Epiri Ciceroni, & Straboni, in Moloſſia tractu, quæ Ampracia Herodoto, nunc etiam quibuſdam *Ambrakia*, urbs Epiri hac etiam tempeſtate non obſcura ſub dominio Turcarum, & in intimo receſſu ſinus Ambracii ab ea dicti, a Nicopoli & Actio urbibus in ora dicti ſinus, 29. mill. paſſ. in ortum diſtans, quanquam alii interpretentur *l'Arta* urbem teſte Luca Holſtenio, hinc Ambracius, Ambracii apud Aulum Gellium libro 7. commendantur, Regia fuit Pyrrhi teſte Plutarcho, populi Ambraciotæ apud Livium.

Ambracius sinus, Plinio, & Straboni, Ambracheus Polybio, ſinus eſt Epiri inſtar lacus dictus etiam etiam Anactorius ſinus, hodie *le Golfe de Lar.a & de l'Arta*, ſeu *de Preveſa*, recipit fluvios Inachum & Arachtum, eſtque celebris victoria Actiaca Auguſti contra Marcum Antonium, in ejus intimo receſſu ſita eſt Ambracia, & in ejus faucibus ubi in mare Jonium ſe exonerat ſunt duæ urbes, Actium *il Capo Figalo*, & Nicopoli *Preveſa* minus oilliario diſtantes.

Ambratia, urbs Hiſpaniæ in Luſitania, cujus fit mentio in vita S. Epitacii, nunc quibuſdam eſt *la Vera de Plaſencia* vicus Hiſpaniæ, in regno Legionenſi & in Extremadura provincia, verſus Placentiam, quanquam aliis eadem ſit cum Ambrocio, ex cujus ruinis exſtructa fuit Placentia.

Ambresburia, *Ambreſbury*, oppidum Angliæ Occidentalis alias Ambroſii vicus dictum, in Viltonia provincia. Vide Ambroſii vicus.

Ambrisius, *l'Ambriſi*, fluvius Africæ in Æthiopia exteriori & in regno Congi, oritur ex monribus prope oppidom Tindani, & in mare Æthiopicum ſe exonerar, inter *Lelunda* & *Loſe* flumina.

Ambro, & Ambra *Amber*, fluvius Germaniæ in Bavaria, in Iſarum fluvium ſe exonerat. Vide Ambra.

Ambrocius pagus, vicus fuit Hiſpaniæ in Luſitania ubi nunc Placentia *Plazencia*, orbs regni Legionis in Extremadura provincia, teſte Joanne Mariana.

Ambrones, populi Galliæ Lugdunenſis in Helvetiis, teſte Cluverio, cum aliis, inter Rauracos, Tigurinos, Tugenos, & Verbigenos, Feſto, ab his dictus fuit Ambronicus pagus, ſub quo magna pars Helvetiorum, ubi nunc pagi Bernenſis, Lucerinus, & Friburgenſis: hi olim per Galliam Narbonenſem effuſi, teſte Floro, Mantium & Cepionem Romanorum Duces vixerunt, ſed poſtea à Liguribus fracti, ac demum à Caio Mario una cum Cimbris & Teutonibus prope oſtia Rhodani fluvii deleti fuere, teſte eodem.

Ambroniacum, *Ambournay*, oppidum Galliæ in provincia Beugeſia vix una leuca ab Idano fluvio diſtans & à Breſſiæ provinciæ confinio, à Burgo in Auſtrum Rhodanum fluvium verſus paulo minus, inter Lugdunum & Genevam, ad radices collis, cum Abbatia.

Ambronis lacus, *Amberzee*, lacus Germaniæ in Bavaria Superiori per quem labitur Ambra fluvius, 2. milliaribus Germanicis diſtat à Landſberga in ortum, Monachium verſus. Vide Ambro ſupra.

Ambrosii mons, vulgò *Stonehenge* indigenis, *les gonds de pierre* Gallis, locus Angliæ in Viltonia provincia, vix duobus milliaribus ab Ambreſburia diſtans, eſtque vetuſtum monumentum ab Aurelio Ambroſio Britannorum Rege poſitum, quorum Magnates regnante Vortigero anno 475. Saxonum dolo illic cæſi ſunt & humati, in quorum memoriam Aurelius ille trophæum

Digitized by Google

iſtud erigi curauit forma & magnitudine mirandum, cujus materiam præbent ſaxa quædam ingentia, quæ viginti octo pedes & ſuptà longitudine, latitudine verò decem colligunt. Eorum jam multa vetuſtate conciderunt. Quæ verò hodie extant, ſpatium in circuitu trecentorum pedum continent. Hoc in loco Rex ille Aurelius anno 500. duóque præterea Reges Britannorum, aliis qui ipſi ſucceſſerunt, Vterpendrago & Conſtans, cum nobilibus humati fuerunt. De his fuſiùs Joannes Speedus.

AMAROSIUS VICUS, oppidum Belgarum in Britannia magna, nunc Ambreſburia *Ambreſbury*, oppidum Angliæ Occidentalis, in Vltonia provincia, ad Avennam fluvium, 5. milliaribus Anglicis à Viltonia diſtans in Septentrionem.

AMBRUARETI, qui & Ambrivareti, populi Galliæ Lugdunenſis, inter Icaunam fluvium ad ortum, & Ligerim ad occaſum, ubi nunc major pars Nivernenſis provinciæ, ut exiſtimat Cluverius. Vide Ambivareti.

AMBRUSSUS, locus Galliæ Narbonenſis ex Itineraria tabula, qui nunc *le Pont de Lunel* dicitur in Occitania provincia, inter Montem Peſſulanum ad occaſum, & Nemauſum ad ortum, vix 2. leucis ab Aquis mortuis in Septentrionem.

AMBRYSSUS, urbs Phocidis in Græcia, ad radices montis Parnaſſi in ortum, teſte Strabone, Hyampoli vicina, nunc *Aracona* vicus amplus Livadiæ, ſub dominio Turcarum in planitie, ut quidam exiſtimant.

AMAULATRI, populi fuere Galliæ, in Aquitania, prope Vaſates, iidem qui Ambilatri ſupra.

AMCOPELTUM, *Amcopelz bokell*, mons excelſus in medio inſulæ Iſlandiæ, in mari Deucalidonio, in ea parte quæ vulgò dicitur *Nordlendinga Fiordungur*; diſtatque 7. milliaribus Germanicis a Scha'o:o urbe.

AMELIUM REGNUM, *le Royaume d'Amel*, regnum Africæ in ora maris Atlantici, intra oſtia fluvii Nigri, in Nigritia regione & in ejus parte Occidentali.

AMBLANOIA, *Ameland*, inſula maris Germanici, in littore Friſiæ, ſub Belgis unitis, eſtque oblonga, 6. leucis Gallicis diſtans à Leovardia in Septentrionem.

AMENANUS, fluvius parvus Siciliæ inſulæ, Straboni, qui Amenes Pindaro, & Amaſenus Ovidio, hodie *il Judicello* dictus teſte Fazello, oritur in Valle Demonæ ex Ætna monte, deinde per agrum Catanenſem fluens, ipſamque urbem Catanam interluens, juxta ipſam in mare Jonium labitur poſt curſum 10. milliarium tantum.

AMENDIIS, urbs Cariæ in Aſia minori, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Stauropolis, cujus fit mentio in actis Leonis Imperatoris.

AMENEBURGUM, *Ameneburg*, oppidum Germaniæ cum arce in Franconia, ad Mœnum fluvium in ditione Electoris Moguntini. Vide Omeneburgum.

AMERIA, nunc etiam *Amelia*, urbs eſt Italiæ in Umbria antiquiſſima anno 964. ante Perſeum condita, ut narrant incolæ, & Epiſcopalis nemini ſuffraganea, in ditione Eccleſiæ, ſedet in monte, eſtque ſatis parva, Narniæ propinqua, ab ea vix 6. mill. paſſ. diſtans in occaſum Tudertum verſus, Hortæ etiam & Ocriculo vicina, Populi Amerini.

AMERICA, *l'Amerique* Gallis, *l'America* Hiſpanis, Italis, & Anglis, quarta pars orbis cœteris major à duobus ſeculis detecta, nempe anno 1492. à Chriſtophoro Columbo ſive Colono Genuenſi, & poſtea ab Americo Veſpuccio Florentino nomen ſortita 1497. Dicitur aliter Novus Orbis, ob magnitudinem videlicet, & ſæpiſſime, ſed impropriè, Indiæ Occidentales, *les Indes Occidentales* Gallis, *las Indias Occidentales* Hiſpanis, *Vveſt Inde* Belgis. Non tantùm ab Hiſpanis, qui illam denominationem primi uſurparunt & mordicus tenent, ſed etiam ab Anglis & Belgis, & aliquando à Francis, quod eodem fere tempore detecta ſit ad Occidentem, quoad Orientem India reperta eſt. Eſt autem à Septentrione in meridiem exporrecta, ſub duarum magnarum peninſularum forma, quæ tenui iſthmo Panamæ 17. leucarum connectuntur, inter Portum Pulchrum & Panamam. Clauditur ab Occidente mari Auſtrino ſeu Pacifico, ab Oriente mari Boreali & Æthiopices & Meridiem verſus freto Magellanico, & freto Mæreo, ut & mari Magellanico. At Septentrionales ejus fines ſunt incogniti, neque hactenus ab hac parte perluſtrati, propter nimiam glaciem. Multæ illius partea ſubſunt Regi Hiſpaniæ, uti Perua, Nova Hiſpania, Terra Firma, Paraguaia, pars Ciles regionis, & aliæ cum inſulis in mari Boreali. Quædam autem verſùs oram maritimam patent Francis, Anglis, Luſitanis, atque Belgis unitis. Ibi incolæ cultiores redditi ſunt poſt Europæorum adventum & pro majori parte Chriſtianam fidem amplexi ſunt. Sed qui mediterranea incolunt loca, mores patrios adhuc retinent. Eam accuratè deſcripſit Joannes Laëtius paucis abhinc annis. Dividitur autem in Septentrionalem & meridionalem, hinc Americani populi *les Ameriquains* Gallis, *los Americanos* & ſæpiſſime, *los Indios* Hiſpanis, *gli Americani* Italis.

AMERICA SAPTANTRIONALIS, *l'Amerique Septentrionale*. una ex duabus partibus Americæ ſive Novi Orbis verſus Boream extenſa, quæ & Mexicana aliquando dicitur à Mexicano regno ejus præcipuo, terminatur ab Occidente mari Purpureo, a meridie mari Auſtrino ſive Pacifico, ab Oriente mari Boreali & ſinu Mexicano, cujus inſulæ ſub ipſa cenſentur, à Septentrione autem terminatur freto & ſinu Hudſonio, ſed alii ejus limites ex hac parte verſus Terras Arcticas adhuc ſunt incomperti, & de ejus regionibus, Vide infra.

AMARICÆ SEPTENTRIONALIS REGIONES.

Eſtotilandia, *l'Eſtotilande*, ſui juris.
Florida, *la Floride*, partim Hiſpanis, partim Anglis ſubeſt.
Nova Anglia, *la Nouvelle Angleterre*, Anglis *the Nevv Englande*, ſub Anglis.
Nova Eboracenſis provincia, *the Nevv Yorck*, ſub Anglis.
Nova Francia, *la Nouvelle France*.
Nova Hiſpania, ſeu regnum Mexicanum, *la Nouvelle Eſpagne, ou le Mexique*, Hiſpanis, *la Nueva Eſpaña, ò Mexico*; ubi *Jucatan*, *Nicaragua*, *Nueva Galizia*, *Mechoacan*, *Guatimala*, & *Honduras* provinciæ, ſub Hiſpanis.
Novum Regnum Mexicanum, quod & Nova Granata *le Nouveau Mexique*, ſub Hiſpanis.
Virginia, *la Virginie*, ſub Anglis.
California inſula, *l'Iſle de Californie*, ſui juris.
Cuba inſula, *l'Iſle de Cuba*, ſub Hiſpanis.
Hiſpaniola inſula, *l'Eſpañola Iſle, ou la S. Domingue*, ſub Gallis & Hiſpanis.
Terra-nova inſula, *l'Iſle de Terre-neuve*, ſub Gallis.
Aliæ multæ inſulæ Antillarum nomine contentæ.

AMERICÆ SEPTENTRONALIS URAES PRÆCIPUÆ.

Angelopolis, *la Puebla de los Angeles*, in Nova Hiſpania.
Boſtonium, *Boſton*, in Nova Anglia.
Dominicopolis, in Hiſpaniola inſula, *S. Domingo* Gallis, *la S. Domingue*.
Emerita, *Merida*, in Nova Hiſpania.
Fanum S. Joannis de Portu divite, *S. Juan de Puertorico*, in inſula Portus divitis.
Guadalaxara, *Guadalajara*, in Nova Hiſpania.
Guatimala, *Santiage de Guatimala*, in Nova Hiſpania.
Havana, *la Havana*, in Cuba inſula.
Mechoacanum, *Mechoacan*, in Nova Hiſpania.
Mexicum, *Mexico*, quæ totius illius partis facilè primaria, uti & Novæ Hiſpaniæ.
Quebecum, *Quebec*, in Nova Francia.

Digitized by Google

Amsrica Meridionalis, *l'Amerique Meridionale*, pars maxima Americæ ſive Novi Orbis verſus meridiem extenſa, quæ etiam Peruana nuncupatur aliquando à Peruæ regno ejus præcipuo, peninſulæ ampliſſimæ triangularis formam præ ſe ferens, cum undique mari cincta ſit, excepta tenui parte qua Americæ Septentrionali connectitur, mediante Iſthmo Panamæ: ſicque ejus termini ſunt ad occaſum mare Auſtrinum ſive Pacificum, ad arctos mare Boreale, ad ortum partim etiam mare Boreale, & partim Oceanus Æthiopicus, ad meridiem vero Magellanicum mare, & Freta Magellanicum & Maereum: ejus vero præcipua urbs cenſetur Lima ſive Civitas Regum: ſed de aliis ejus urbibus & regionibus, Vide infra, quanquam ejus perampla pars in mediterraneis inter Peruam & Braſiliam, atque inter fluvios Amazonum & Argenteum huc uſque incognita ſit Europæis.

Americæ meridionalis regiones.

Braſilia, *le Breſil*, ſub Luſitanis verſus oram.
Caracarum regio, *les Carracas*, ſub Hiſpanis.
Cile, *le Chili*, partim ſub Hiſpanis.
Guaiana, *la Guaiane*, ſui juris fere tota.
Magellanica, *la Magellanique*, ſui juris.
Nova Vandalitia, *la Nouvelle Andalouzie*, ſub Hiſpanis ex parte.
Novum regnum Granatenſe, *le nouveau royaume de Grenade*, ſub Hiſpanis.
Paraguaya, *le Paragay*, ſub Hiſpanis ex parte.
Parana, *le Parana*, ſub Hiſpanis ex parte.
Paria, *le Paria*, ſui juris.
Popaiani tractus, *le gouvernement de Popaian*, ſub Hiſpanis.
Peruanum regnum, *le royaume du Perou*, ſub Hiſpanis.
Terra Firma, *la Terre Ferme*, ſub Hiſpanis.
Terra Ignium, *la Terre des Feux*, Hiſpanis *la Tierra del Fuego*, ſui juris.
Tucumania, *le Tucuman*, ſub Hiſpanis.
Venetiola, *la Venezuela*, ſub Hiſpanis ex parte,

Americæ Meridionalis Urbes Præcipuæ.

Arequipa, *Arequipa*, in Perua.
Argentina, *la Plata*, in Perua.
Arica, *Arica*, in Perua.
Baeza, *Baeça*, in Perua.
Carthagena Nova ſeu Nova Carthago nova, *Carthagena la Inda*, in Terra Firma.
Civitas S. Fidei, *S. Fè de Bogota*, in Novo regno Granatenſi.
Conceptio, *la Conception*, in Cile.
Cuſcum, *Cuſco*, in Perua.
Fanum S. Jacobi, *Santiago*, in Cile.
Fanum S. Michaelis de Storea, *S. Miguel*, in Tucumania.
Fanum S. Sebaſtiani, *S. Sebaſtiano de Rio de Janeiro*, in Braſilia.
Fanum S. Trinitatis de Bono-Aere, *Buenos-Aires*, in Paraguaia.
Fluvius Facis, *Rio de la Hacha*, in Terra firma.
Guaira, ſeu Civitas Regia, *Guaira*, in Paraguaia.
Lima, quæ & civitas Regum, *Lima, ò los Reyes*, in Perua.
Manoa, *Manoa el dorado*, in Guaiana.
Maranonium, *S. Luis de el Marañon*, in Braſilia.
Olinda, *Olinda de Pernambuco*, in Braſilia.
Panama, *Panama*, in Terra Firma.
Popayanum, *Popaian*, in regione cognomine.
Portus omnium Sanctorum, *S. Salvador de la Bahia de todos os Santos*, in Braſilia.
Portus ſecurus, *Puerto ſeguro*, in Braſilia.
Potoſium, *Potoſi*, in Perua.
Quitum, *S. Franceſco de el Quito*, in Perua.
Siara, *Siara*, in Braſilia.
Trugillum, ſeu nova Turris Julia, *Trughillo*, in Perua.

Americæ urbes, ubi Senatus ſive ſedes juridicæ *las Audiencias Reales*.

Argentina, *la Plata* ſive *de los Charcas*, ubi erect.
Dominicopolis, *S. Domingo*, ubi erect. 1512.
Fanum S. Fidei de Bogota, *S. Fè de Bogota*, erect. 1549.
Fanum S Jacobi de Cile, *Santiago*, erect. 1609.
Fanum S. Trinitatis de Bono-Aere, *Buenos-Aires*, erect. 1661.
Guadalajara, *Guadalajara*, erect. 1548.
Guatimala, *Guatimala*, erect. 1549.
Lima, *Lima*, erect. 1541.
Mexicum, *Mexico*, erect. 1530.
Panama, *Panama*, erect. 1533.
Quebecum, *Quebec*, ubi *le conſeil*, erect. 1676.
Quitum, *Quito*, erect. 1565.

Amsriæ, *Aymeries*, caſtrum Hannoniæ provinciæ ad Sabim fluvium in Belgio, inter Quercetum oppidum ad occaſum & Avennas ad ortum, 3. leucis ferè utrimque diſtans, & totidem à Mallobodio, ſub dominio Francorum.

Amsriola, oppidum Latii Plinio, Interiit ita ut locus ignoretur.

Amersforoia, ſeu Amerfurtum, *Amersford*, urbs parva Belgii uniti in dominio Ultrajectenſi, ad Emam fluvium, ſub dominio provinciarum Belgii uniti, cum olim eſſet urbs Imperialis. Diſtat ab Ultrajecto 3. leucis in ortum, & à mari Auſtrino leucis 2. in meridiem. Capta fuerat ab Hiſpanis anno 1624. ſed poſtea recuperata à Belgis, capta fuit etiam à Gallis anno 1672. ſed biennio poſt ab ipſis ſponte derelicta. In illo tractu ſunt montes, qui vulgò ab illa *Amersfoorderberg* dicuntur, ſeu montes Amersfordiæ.

Amestrata, oppidum Siciliæ Ciceroni quod Ameſtratos Stephano, Amaſtta Silio Italico Multiſttatum Polybio, Mutuſtratum Plinio *Miſtretta*, hodie *Miſtretta* oppidum Siciliæ inſulæ in ejus parte Septentrionali & in Valle ſeu provincia Demonæ, ad Alæſum fluvium, 14. mill. paſſ. diſtat ab ora maris Tyrrheni in meridiem, verſus Aerios montes totidem, 20. mill. paſſ. à Cephalædo in ortum hybernum & 25. à Troianopoli in occaſum æſtivum populi Ameſtratini à Cicerone, Mutuſtratini à Plinio dicuntur.

Amida, urbs Meſopotamiæ præcipua, ex libro Notitiæ, ampla & Archiepiſcopalis, in excelſo monte & in limite Aſſyriæ, ad Tigrim fluvium ubi recipit Nymphium, nunc *Cara-Hemid* Turcis, id eſt Nigra Amida, à nigredine dicta, teſte Leunclavio, Arabibus vero *Amid*, incolis *Caramit*, eſtque Diarbechiæ regionis caput & ampla, ſub dominio Turcarum cujus præfectus provinciæ hic commoratur, olim Conſtantia dicta fuit à Conſtantio Auguſto inſtaurata, & hic Romani à Sapore Rege Perſarum grandi clade affecti fuerunt, teſte Ammiano, 300. mill. paſſ. diſtat ab Aziri urbe Armeniæ minoris ad Euphratem in ortum hybernum, & 220. ab Edeſſa in ortum: à quibuſdam creditur eadem quæ Ammæa Ptolemæo, aliis vero eſt Doberta ut exiſtimat Gollius, & perſæpe dicitur Diarbechia *Diarbek*, ab incolis harum partium, teſte Thevenotio.

Amidensis præfectura, *le Gouvernement ou Beglerbeglic de Diarbekir*, ſeu *de Caramit*, pars eſt ampla ditionis Turcicæ in Aſia & in Meſopotamia regione, nunc Diarbechia, ſub qua ſunt novemdecim præfecturæ minores, teſte Ricautio.

Amilhanum, *Milhaud*, urbs Galliæ in Ruthenenſi provincia, & ſuperioris Marchiæ Ruthenenſis caput, ad Tarnem fluvium, in ipſo limite Occitaniæ inferioris, & Gabalorum tractus, 7. leucis à Luteva in

Digitized by Google

Septentrionem, & 8. à Rotenis lo ortum hybernum; dictaque fuit etiam Amelianum in actis mediæ ætatis, & alias probe munita fuit.

AMILTON, promontorium Thraciæ, ad Byzantium, Dionyſio, quod vulgo *Tripition*, teſte Petro Gyllio, nominatur. Amilion etiam legitur.

AMIMONE, vel Amymone, fons apud Argos, in Lernam influens, Straboni.

AMINEÆ VITES, à Virgilio lib. 2. Georgicorum memoratæ in Campania, ad montem Falernum, ab Amineo, ſive Aminea oppido qood hodie non exſtat.

AMINSUS, urbs Cappadociæ in Aſia minori, teſte Porphyrogenneta.

AMISIUS, fluvius Germaniæ Plinio, nunc vulgo *l'Ems*, in Weſtphaliæ circulo, dicitur ſæpius Amaſius. Vide ibi.

AMISUS, urbs Aſiæ minoris in Paphlagonia, Ptolemæo, quæ Amiſum Plinio, nunc *Simiſo* Græcis, *Amid* ſive *Hemid* Turcis, teſte Leunclavio, Archiepiſcopali ſede inſignita in ora littorali Ponti Euxini in limite Hellenopolenti, diſtat 100. paſſ. à Sinope Trapezuntem verſus 140. & 70. à Themiſcira in occaſum Byzaotium verſus 400. circiter.

AMITATANUS LACUS, *la Laguna de Amitatan*, ſeu *Amuitan*, lacus Americæ Septentrionalis in Nova Hiſpania, & provincia Guatimala prope civitatem S. Jacobi de Guatimala, à qua 4. leucis tantùm diſtat in ortum, uti 15. ab ora maris Pacifici in Boream.

AMITERNUM, urbs Sabinum in Italia, Livio, & Plinio, qoæ Veſtinis tribuitur a Ptolemæo, olim Epiſcopalis poſtea exciſa, & ejus rudera nunc conſpiciuntur in plano montis dorſo, prope caſtrum *S. Vittorino*, do S. Victorini Epiſcopi Amiternenſis nomine dictum, in Aprutio Ulteriori provincia regni Neapolitani, teſtibus Ferrario, & Cloverio, prope fontes Aterni fluvii, ab Aquila (quæ illi & Forconio urbi exciſæ ex adverſo Amiterni ſucceſſit) 5. mil. paſſ. diſtans in Septentrionem, olim ingens, ut rudera indicant. Salluſtio cive ſuo adhuc gloriatur. Hinc Amiternus nomen gentis.

AMIUAMIA, *l'Isle d'Amiuam*, inſula Africæ & una ex Majottis inſulis io Oceano Æthiopico, inter Zanguebariam regionem & Madagaſcariam, circuitus eſt 20. leucarum, & probe culta cum portu capaci & tuto; & prope ipſam ineſt alia inſula *Moely* dicta.

AMIXOCORI, *los Amixocores*, populi Americæ meridionalis, in Braſilia mediterranea, verſus præfecturam fluvii Januarii.

AMMA, *Emmen*, flovius Helvetiorum, oritur prope Thunum lacum & cadit in Arolam fluvium infra Salodurum.

AMMÆA, urbs Meſopotamiæ præclara Ptolemæo. Vide Amida.

AMMÆA, urbs Arabiæ deſertæ, in intimo receſſu ſinus Perſici, Ptolemæo teſte.

AMMÆDARA, urbs Africæ propriæ, Ptolemæo, quæ Admedara Antonino, olim Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Carthaginenſi, adhuc perſeverans & nomen antiquum retinens, hodie in regno Tunetano inter Tebeſtam 25. & Lares, 50. mill. paſſ. diſtans.

AMMERIA, *das Ammerlandt*, ſeu *Ammergavv*, tractus Germaniæ in Weſtphalia, & in comitatu Oldenburgico, ſub dominio Regis Daniæ.

AMMERUS, *das Ammerzee*, lacus parvus Germaniæ in Bauariæ Ducatu, ab Ambra fluvio effectus. Vide Ambra Ambronis lacus.

AMMIA, urbs Luſitaniæ Epiſcopalis, Populi Ammienſes Plinio. Vide Amæa.

AMMOCOSTOS, urbs Cypri Ptolemæo, nunc *Famagoſta* Italis, *Famagouſte* Gallis, urbs Cypri inſulæ Epiſcopalis in ora ad Orientem, poſt Leucoſiam primaria, inter Thronos & Salaminam, alias Arſinoe dicta fuit, teſte Luſignano. Vide Arſinoe.

AMMON, Ptolemæo, Ammonis templum & oraculum Plinio, Diodoro, & Solino, locus Lybiæ interioris in Ammoniaca regione, & in Marmaricæ confinio, nunc *il Canzaron di Mahoma* dicuntur ejus rudera a quiboſdam, teſte Villanovano, Scribitur & Hammon cum adſpiratione, nomen habet apud veteres ab arena, ἄμμος enim Græcis arena eſt, nam locus arenoſus eſt, & inter media deſerta, 150. mill. paſſ. ab ora maris Ægyptii diſtans in Auſtrum, & 320. à Memphi in occaſum Cyrenem verſus paulo plus, eratque celebris templo & oraculo.

AMMONIACA, ſeu Hammoniaca, regio Africæ in Lybia interiori, inter arenas & deſerta, nunc in regno Barçæ.

AMNISUS, portus Cretæ inſulæ in ejus ora Septentrionali, Strabone teſte, prope Minoam cum fluviolo cognomine; de quo Callimachus & Suidas, nunc *Cazzich* dicitur, ut exiſtimant recentiores quidam, eſtque in agro Sitiæ prope Spinam longam.

AMNITÆ, vel Samnitæ Ptolemæo, ex alio codice, populi fuere Galliæ Celticæ, prope Ligeris fluvii oſtia, & eorum oppidum Ancemiſium dicitur, teſte Bertrando Argentræo, alii autem credunt ſcriptum fuiſſe Amnitæ errore Scriprorum pro Nannetis populis iſtius tractus, quod veriſimilius eſt.

AMOENUM STAGNUM, in Hiſpania Tarraconenſi, Plinio, nunc interpretantur *Albufera*, lacum ſive ſtagnum Hiſpaniæ in regno Valentiæ, & prope Valentiam urbem, in ora littorali.

AMOLIA, *Amol*, urbs regni Perſarum, Taberiſtanæ planæ ſive interioris præcipua, teſte Jacobo Gollio.

AMORBACHIM, *Amorbach*, oppidulum Germaniæ, in Franconia, ad fluviolom *Mulde*, qui pauló infra cadit in Mœnum, in ditione Electoris Moguntini. Diſtat 5. milliaribus Germanicis ab Aſciburgio in meridiem, 3. autem à Verthæmo in occaſum; in limite Ottonis ſylvæ.

AMOREA, dicitur in hiſtoriis mediæ ætatis ea Græciæ pars quæ Peloponneſus vocata, nunc *la Morea* vulgo. Vide Peloponneſus.

AMORGUS, inſula maris Ægæi, Straboni, & Plinio, una Cycladum, cum oppido cognomine, & olim Hypere, & Patage dicta fuit, teſte Plinio, Pancale vero & Pſychia, teſte Stephano, nonc autem *Amorgo* ab omnibus, & ſubeſt dominio Turcarum, cum caſtro & aliquor villis tantum, circuitus eſt 36. milliarium, eſtque proxima Naxo, ab ea 20. milliaribus diſtans, Aſtypalæam verſus, ab Icaria autem 40. & pauló plus à Delo.

AMORIUM, & Amorius urbs Phrygiæ magnæ, in Aſia minori, Straboni, & Plinio, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Synnadenſi, cujus fit mentio in libris Conciliorum, inter Synnadam & Apameam ſita, ad Gallum fluvium, ſed nunc fere diruta jacet.

AMORRHÆI, populi Paleſtinæ, in Judæa, ab Æmor patre Sichem, dicti teſte Iſidoro.

AMPATRI, *les Ampatres*, populi Africæ, in inſula Madagaſcaria, oram verſus ad meridiem, inter tractus *Caremboule* & *Carcanoſsi*, Flacurtio teſte.

AMPE, urbs fuit Babyloniæ, ad ſinum Perſicum, apud oſtium Tigris fluvii, teſte Stephano.

AMPELOESSA, urbs Judeæ, teſte Plinio.

AMPELUS, oppidum fuit Cretæ inſulæ, in ejus ora Orientali Plinio, prope promontorium cognomine, hodie exciſum jacens.

AMPELUS, promontorium Cretæ inſulæ in ejus ora Orientali, ubi vertit ad meridiem, Ptolemæo, nunc *il Capo Zacro* dicitur, teſte Boſchino, eſtque in agro Sitiæ, & 35. milliaribus à Sitia diſtat in ortum hybernum.

AMPELUS, promontorium Macedoniæ in Paraxia

tractu, teſte Ptolemæo, *il Cabo Caniſtro*, teſte Brietio, inter Toropaicum ſinum & Singiticum in Mare Ægæum excurrens.

Ampslusia Cotes, promontorium Mauritaniæ Tingitanæ, Melæ, quod Cortes Plinio, & Ptolemæo, ad fretum Herculeum, nunc *el Cabo Spartello* dictum, teſtibus Mercatore, & Caſtaldo, è regione Vandalitiæ, in Haſbata provincia regni Fezzæ, & prope Tingim urbem, ubi fretum Herculeum Oceano Atlantico miſcetur.

Amphaxis, oppidum Macedoniæ Stephano, in ora ſinus Strymonici, inter Arethuſam & Stagiram; unde tractus Amphaxitis, & populi Amphaxitæ intus ad Axium fluvium incolentes.

Amphiale, promontorium Atticæ, contra Salaminam inſulam porrectum, ex quo in illam brevis eſt trajectus, teſte Strabone.

Amphioenta, urbs fuit Peloponeſſi, in Meſſenia regione. Cujus meminit Statius.

Amphilochi, populi Epiri, in Acarnania, Plinio & Straboni: quorum urbs Amphilochia, & Argos Amphilochium, ſive Amphilochicum eſt, etiam nunc *Anfiloca* incolis dicta, inter Ambraciam & Caſſiopen, ab Ambracia ad 20. mil. paſſ. recedens in ortum.

Amphilochia, urbs Callaicorum in Hiſpania Tarraconenſi, Straboni, à Teucro condita, nunc diruta jacens, ubi vicus *Aquas-ſantas* dictus, in Gallæcia, prope Auriam urbem & Minium fluvium, teſte Gregorio de *Argaiz*, inter Tydem & Lucum urbes, quanquam Marianæ ſit ipſa urbs Auria.

Amphimalia, oppidum Cretæ inſulæ, in ejus ora Septentrionali, teſtibus Plinio, & Antonino, in receſſu ſinus Amphimali ab eo dicti, nunc Sophianus interpretatur, *la Suda* arcem munitam in ſcopulo, ſed alii exiſtimant exciſum eſſe ubi nunc Salinæ *le Saline* vulgò in intimo receſſu ſinus.

Amphimalis, ſinus Cretæ Plinio, & Straboni nunc *le Golfe de Suda*, ſinus parvus Cretæ inſulæ in ejus ora Septentrionali, & territorio Cydoniæ, ſic dictus ab arce Suda in ejus receſſu, vix 6. mill. paſſ. diſtat à Cydonia in ortum Rhitymnam verſus, extenditurque à Septentrione in meridiem.

Amphipolis, urbs Macedoniæ, Thucydidi quæ poſtea Chriſtopolis à Græcis appellata, hodie *Emboli* Turcis, teſte Leunclavio Turcis, aliis autem *Chriſopoli* ſeu & melius *Chiſopoli* teſte Luca Holſtenio, urbs Archiepiſcopalis Macedoniæ verſus Thraciam, in Odomantice tractu, ad Strymonem fluvium paulò ſupra ejus oſtia in mare Ægæum, Serris proxima, & ſinui Strymonico, dicta fuit Amphipolis quod illam Strymon fluvius circumfluit & ambit, eſtque inter Philippos ad ortum & Apolloniam ad occaſum ad 30. mill. paſſ. & 75. a Theſſalonica in ortum, ſub dominio Turcarum.

Amphipolis, urbs Syriæ juxta Euphratem fluvium, à Seleuco condita, teſte Stephano.

Amphissa, urbs Græciæ, Locrorum Ozolarum caput, Straboni, Plinio, & Plutarcho, Amphyſa dicta à Claudiano, alias ampla & ſic vocata quod utrimque montibus vallata, ad fluviolum cognominem, nunc oppidum *Salona* dictum, cum arce in Livadia provincia, Epiſcopatu inſignitur ſub Archiepiſcopo Athenienſi, ſub Turcis, & 10. milliaribus diſtans ab ora ſinus Criſſæi in Septentrionem, quanquam Niger interpretetur *Lambino* vicum.

Amphissia, & Amphiſa, *la Roccella* incolis, *la Rochelle Calabroiſe* Gallis, oppidulum magnæ Græciæ, nunc in regno Neapolitano, & in Calabria ulteriori, teſte Gabriele Barrio, caſtrum habet munitum ad mare Jonium ad oſtia Seigræ amnis, inter Locros ad meridiem & Caulonam ad Septentrionem 8. mill. paſſ. diſtans, hinc Amphiſius nomen gentis.

Amphitheatrum Castrense, ædificatum fuit in urbe Roma à Publio Statilio Tauro, à quo etiam nomen ſumpſit, medium eſt extra urbem & medium intra, ubi nunc Eccleſia & Cœnobium S. Crucis in Hieruſalem, multo minor eſt Amphitheatro Veſpaſiani, & pro maxima parte nunc disjectum jacet, ejus meminit Suetonius in vita Caligulæ Cæſaris.

Amphitheatrum Vespasiani, *il Coliſeo* Italis quaſi Coloſſeum, *le Coliſée* Gallis, à Veſpaſiano Imperatore, teſte Suetonio, in urbe Roma extructum, & a Domitiano ejus filio poſtea exornatum, ut Martialis teſtatur, & perfectum ex Tiburtino lapide, dicitur Coliſſeum ſeu Coloſſeum, quia Neronis cum capite Coloſſus in viciniis erat, quod etiam Lipſius diligenter annotavit, figuram habet ovalem, & ejus altitudo fertur palmorum 221. Romanorum, longitudo vero eſt 820. palmorum ſimilium, & capiebat 87. millia ſpectantium, male habitum fuit à Gothis, uti etiam ultimo ſeculo ab aliis, ſicque ſenſim deficit, cum tertia ejus pars disjecta jaceat.

Amphitria, oppidum Hiſpaniæ, cujus meminit Haubertus Hiſpalenſis, nunc *Hita* vicus Caſtellæ novæ, ad amnem *Henares*, inter Seguntiam & Complutum, ut quidam exiſtimant.

Amphora, *l'Amfora*, fluviolus, ſeu potiùs rivus Forojulienſis provinciæ in Italia. Cadit in mare Adriaticum prope Aquileiam.

Amphrusus, fluvius Aſiæ minoris in Phrygia, ſterilitatem afferens, teſte Plinio.

Amphrysus, & Amphryſſus, fluvius Theſſaliæ in Phthiotide tractu Virgilio & Straboni. Decurrit juxta Othrys montis radices in Enipeum fluvium apud Thebas Theſſalias. Alluebat Halum oppidum extinctum, hinc Amphryſiacus.

Amphrysus, urbs Phocidis, teſte Stephano, ſicut & Daulis, cum qua ſocietatem habebat, forſan eadem quæ Ambryſus ſuprà.

Ampitium, *Ampezo*, caſtrum comitatus Tirolis, ſatis cultum ad radices Alpium, & in limite Cadrubrii tractus provinciæ Fori Julii, cujus pars antea erat, ſed ab anno 1505. ſubeſt Auſtriacis, ex pacto inito inter Maximilianum Imperatorem & Rempublicam Venetam, eique fere adjacet caſtrum Butiſtagni.

Ampsa, *l'Abenſt*, fluvius parvus Germaniæ in Bavaria inferiori, Abenſpergam rigat & cadit in Danubium medio itinere inter Ratiſbonam ad ortum & Ingolſtadium ad occaſum.

Ampsaga, fluvius Africæ in Numidia regione, Melæ, & Ptolemæo, *Suf-Gemar*, teſte Ludovico Marmolio, *Suffegmar* aliis & melius, Cirtam urbem alluit, deinde in Septentrionem tendens per Mauritaniam Sitifenſem, in mare Mediterraneum & in ſinum Numidicum ſe exonerat, 140. mill. paſſ. à Ruſucuro ſeu Algerio in ortum, uti 18. ab Igilgili, dicitur à recentioribus Suſfegmarus, eſtque ex præcipuis regni Algeriani, cujus provincias Conſtantinam & Bugiam rigat.

Ampsalis, urbs Sarmatiæ Aſiaticæ littoralis, Ptolemæo, nunc *Albaſequia* dicta, ut exiſtimat Moletius ex levi conjectura.

Ampsanctus, locus Italiæ alias in Hirpinis, nunc *Muſiti* ſeu *Muſti*, vicus in provincia principatus Ulterioris, prope urbem *Fricento*, de quo Virgilius libro 7. Æneidos. Vide Anſancti vallis.

Ampudia, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis in Vaccæis, Hauberto Hiſpalenſi, olim Epiſcopalis, nunc vicus *Anpudia* etiam dictus, in regno Legionenſi & in Diœceſi Palentina, Gregorio de *Argaiz* teſte.

Ampuniana, *Ampugnana*, oppidum inſulæ Corſicæ, ad Tavolam fluvium in parte Orientali, inter Marianam & Acciam urbes deſtructas.

Ampuriæ, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, in ora maris Mediterranei, dicitur ab aliis Emporiæ. Vide ibi.

AMRINUS LUCUS, *Vvidloch*, locus ſic nunc appellatus in Weſtphalia, teſte Alberto Stadenſi.

AMROMA, *Amrom* & *Amrod*, inſula Daniæ, in ora Ducatus Sleſvicenſis & in mari Germanico prope Foram inſulam. Aliis eſt Ametum.

AMSTELA, *Amſtel*, fluvius parvus Belgii uniti in comitatu Hollandiæ & in Amſtelandia tractu ab ipſo dicto, Amſtelodamum urbem alluit, & ibi in fluvium Yam ſe exonerat.

AMSTELANDIA, *Amſtelandt*, tractus Belgii uniti in Hollandiæ provincia, & in Weſtfriſia ſeu in Friſia occidentali, terminatur ab ortu Goylandia, à meridie Ultrajectenſi provincia & Rhenolandia, ab occaſu ſinu ſeu mari Harlemenſi, & à Septentrione dividitur à Waterlandia, ſeu tractu aquarum æſtuario ſeu fluvio Ya dicto, ejus caput eſt Amſterodamum urbs percelebris.

AMSTERODAMOM, ſeu Amſtelodamum, *Amſterdam* vulgo, urbs Belgii uniti in Hollandiæ provincia, Amſtelandiæ tractus caput ad Yam fluvium ſeu æſtuarium, urbs eſt nova & primum maris cincta anno 1492, ſed centum abhinc annis in tantam amplitudinem & opum abundantiam excrevit, ut inter primarias Europæ civitates facile cenſeatur, creſcitque in dies, totius Belgii facile maxima eſt, & emporium toto orbe celeberrimum, nomen habet ab amne Amſtela qui per ipſam labitur, gaudetque portu percommodo & capaci, & frequentia negotiatorum, navium copia, divitiis civium, & induſtria nautarum cætera Europæ emporia facile antecedit, capta fuit à Belgis unitis ſub Guillelmo Naſſovio, anno 1578. vix 2. leucis diſtat à mari Auſtrino in occaſum Harlemum verſus 4. ab Ultrajecto in occaſum æſtivum, & paulo minus à Lugduno Batavorum in Septentrionem, Horniam verſus 7. circiter, fuitque alias urbs Imperialis, ſed ab Imperio exempta eſt fere à duobus ſeculis.

AMSTERODAMUM NOVOM, ſeu & Manhata, *Nievv Amſterdam* Belgis, *le Nouveau Amſterdam* Gallis, oppidum Americæ Septentrionalis, antea in novo Belgio, nunc in nova Eboracenſi provincia, ad oſtia fluvii *de Nort*, hiſce ultimis temporibus exſtructum, & caput effectum hujus tractus, cum portu capaci, captum fuit ab Anglis quibus ſubeſt & hodie *Nevv Torck* Novum Eboracum dicitur. Vide ibi.

AMSTERODAMUM, Belgis *Amſterdamſche eylandt*, Gallis *l'Iſle d'Amſterdam*, inſula maris Glacialis, in ora occidentali regionis Spitzbergæ ſeu Montium acutorum, à Belgis detecta & ſic dicta.

AMSTERODAMUM, *Amſterdâm*, inſula maris Indici, verſus Terram Auſtralem incognitam, à Belgis unitis nomen ſortita hiſce temporibus. Eſt parvi circuitus, & media inter Novam Hollandiam ad ortum & inſulam Madagaſcariam ad occaſum.

AMSTERODAMUM, altera item inſula, *Amſterdam eylandt*, in mari Pacifico, prope aliam inſulam Roterodamum dictam, inter Peruam & inſulas Salomonis, recens detecta, & ſic dicta à Belgis.

AMSTERODAMUM, *Amſterdam*, inſula Aſiæ, in mari Sinico, à Belgis unitis ſic dicta paucis abhinc annis, quaſi media inter Japoniam & Formoſam inſulam.

AMSTEROOAMUM, *Amſterdam Eylandt*, inſula Indiæ intra Gangem in ora Ceylani inſulæ, prope ſinum Jafanapatani, & in freto Manario à Belgis unitis ſic dicta.

AMUOASA, urbs Africæ propriæ, ſeu Byzacenæ provinciæ, Ptolemæo, quæ Amudarſa Victori Uticenſi.

AMURGUS, inſula maris Ægei. Vide Amorgus.

AMOS, *Amu*, lacus Aſiæ, in Tartaria & regione Zagathaia, teſte Marco Polo.

AMTEI CAMPUS, locus Syriæ, in valle, inter Libanum & Antilibanum montes, per quem Orontes fluvius decurrit, teſte Polybio.

AMVCI, portus Bithyniæ ab Amyco, filio Neptuni, Rege Bebryciorum. Vide Amycli.

AMYCLÆ, quæ & Taygeta, urbs Græciæ in Peloponneſo & in Laconia provincia, Pauſaniæ olim Lemnæ dicta, teſte Strabone, propè Eurotam fluvium, nunc *Vordonia* Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Spartano, ſedet ad montis Taygeti radices, vix 5. mill. paſſ. diſtans à Sparta in ortum, & 22. à Laconico ſinu in Boream, clara eſt natalibus Caſtoris & Pollucis.

AMTCLÆ, urbs erat Italiæ in Latio, & in Auruncis, Plinio, & aliis, in ora littorali maris Tyrrheni, & ſinus Amyclani ab ea dicti, inter Cajetam ad ortum & Terracinam ad occaſum, prope Fundanum lacum, à ſerpentibus deleta, ubi adhuc ſpecus Amyclæum: ejus rudera nunc *Sperlonga* dicuntur, in provincia Terræ Laboris, Plinius ſcribit libro 8. ab hoſtibus captas & everſas ex ſilentii obſervantia, unde tacitæ dictæ ſunt, eam narrant ab Amyclæis Laconiæ conditam fuiſſe.

AMTCLANOS SINOS, qui & Cajetanus, & Formianus, alias mare Amyclæum, quibuſdam eſt *il mare de Sperlonga*, aliis autem & melius eſt *il Golfo di Gaeta*, ſicque dicitur ab omnibus incolis illius tractus, ut ab ipſis didici dum illas partes luſtrarem, eſtque in ora littorali Terræ Laboris. Vide ſinus Formianus.

AMTCLI, ſive Amyci ex alio codice, portus Bithyniæ, Plinio, qui Daphne Arriano, ad Boſphorum Thracium ultra Chalcedonem, nunc *Lamia* dictus, qui & *Scala Marmorea* etiam vocatur, teſte Petro Gyllio, ejus meminit Virgilius libro 5. Æneidos.

AMTDON, urbs fuit Macedoniæ, in Pæonia tractu ad Axium fluvium. Cujus meminit Homerus.

AMTMONE, fons & fluvius Peloponneſi, teſte Plinio, per Argiam regionem fluens in Lernam paludem: unde Amymonius fluvius idem cum Lernæo. Vide Amimone, ſic enim etiam ſcribitur.

AMVNE COLLIS, pars montis Falerni, in Campania, qui etiam Amine ſcribitur à Virgilio. Vide Amineæ.

AMTRNS, fluvius Theſſaliæ parvus, ad Melibœam oppidum fluens. Cujus meminit Valerius Flaccus libro 2. Argonautarum.

AMYRUS, Theſſaliæ urbs, teſte Stephano.

AMTZON, urbs Cariæ in Aſia minori, Plinio, quæ Amuzon Curopalati, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Stauropolitano, nunc adhuc permanens, & *Mezo* dicta à quibuſdam, in mediterraneis inter Magneſiam & Alabandam urbes vicinas, 30. mill. paſſ. à Mileto diſtans, & totidem ab ora maris Ægei in ortum.

ANAAAGATHA, urbs Aſiæ Archiepiſcopalis ſub Patriarcha Antiocheno, teſte Miræo.

ANAAIS, fluvius Hiſpaniæ Ptolemæo, licet non in omnibus codicibus legatur.

ANABIS, oppidulum Lacetanorum in Hiſpania Tarraconenſi, ad radices Edulii montis Ptolemæo, nunc teſte Brietio, eſt *Igualada* oppidulum Cataloniæ principatus, ad Noyam amnem, 9. leucis Hiſpanicis diſtans à Tarracone verſus Septentrionem, & 11. à Barcinone, ubi obiit Ferdinandus III. Aragoniæ Rex anno 1416.

ANABUS, ſive Anadus oppidum Jazygum Metanaſtarum in Dacia, Ptolemæo, nunc Wolfgangus Lazius interpretatur Nehoſelium *Neyheuſel* oppidum Hungariæ ſuperioris prope Danubium fluvium, ſub

dominio Turcarum à paucis annis, ſed id tantum ex conjectura levi admodum.

ANACHIMOSI, *les Anachimonſſi*, populi Africæ, in inſula Madagaſcaria, verſus Orientem, & in Mediterraneis, prope fontes fluvii *Mananghare*, teſte Flacurtio.

ANACTORIA, oppidum Epiri, Plinio, quod Anactorium Straboni, Plutarcho, & aliis, nunc caſtrum *Vonizza* dictum, teſte Sophiano, 40. ſtadiis ab Actio diſtans ut ſcribit Strabo, & 30. mill. paſſ. à Leucade, hinc Anactorii populi dicti à Thucydide.

ANACTOROPOLIS, urbs Thraciæ, quæ antea Eion & Eione, teſte Cantacuzeno, in ora maris Ægei, & olim ſub Macedonia comprehenſa.

ANACUI, *los Anacuies*, populi Americæ meridionalis in Braſilia regione, verſus Præfecturam Seregippæ, ſub Luſitanis.

ANÆA, oppidum fuit Cariæ in ora occidentali contra Samum inſulam, teſte Thucydide.

ANAGARUM, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, ex libris Conciliorum, hodie *Najera*, caput eſt Ruconiæ tractus, alias Navarræ, nunc Caſtellæ veteri acceuſiti, eratque olim Epiſcopalis ſedes, quæ poſtea ad Calceatam tranſlata fuit, nunc Ducatus titulo inſignitur, eſtque celebris victoria Petri cognomento crudelis Caſtellæ regis contra Henricum fratrem poſtea Regem, anno 1367. ſedet inter Calceatam ſeu Dominicopolim, & Logronium urbes, 4. leucis utrinque diſtans, Tritio Metallo exciſo propinqua

ANAGELUM, *Anaghelome*, oppidulum Hiberniæ, inſulæ in Ultonia provincia & Comitatu Dunenſi, ad fluvium Bannum, 20. milliaribus Anglicis diſtat ab Armacho in ortum, 10. autem à Nevvriaco in Septentrionem.

ANAGNIA, urbs Italiæ, Hernicorum aliàs caput, Livio, & Plinio, in Latio, nunc *Anagni*, Epiſcopalis nemini ſuffraganea in Campania Romana, ſub dominio Summi Pontificis, ſedet in monte & parvi eſt circuitus ſed ſatis culta, 36. mill. paſſ. diſtat ab urbe Roma in ortum Ferentinum verſus 7. Alatrium 32. Sotam vero 22. à Præneſte autem 16. Fruſinonem verſus totidem, Privernum 20. & Tarracinam 32. à Sublaco 18. & à Velitris 22. circiter. Hæc Innocentium III. Gregorium IX. Alexandrum IV. & Bonifacium VIII. Summos Pontifices dedit, & hic Marcus Antonius, Octavia Auguſti ſorore repudiata, Cleopatram duxit, Populi Agnanini, Anagniæ obiit Adrianus IV. Pontifex Maximus anno 1159.

ANAGNUTES, populi Galliæ, in Aquitania, ubi nunc forſan *le pays d'Aunis*, tractus in ora Oceani, inter Pictavienſem & Santonenſem provincias. Vide Alnienſis tractus.

ANAGYRUS, locus Atticæ Erectheidos tribus, ubi plurima Anagyris naſcitur, (unde nomen loco eſt) auctore Stephano.

ANANUACA, *Anahuac*, regio ampla Americæ Septentrionalis, ſic dicta ab indigenis quaſi regio prope aquam, quæ ab Europæis vocatur Nova Hiſpania, *la Nueva Eſpaña*, ut pluribus ſcribit Joannes à Turrecremata in Monarchia Indica. Vide Nova Hiſpania.

ANAMANI, populi Galliæ Ciſpadanæ, Plinio, qui aliter dicti fuere Anares & Anamares, in Italia, teſte Cluverio, incoluere ubi nunc Ducatus Placentinus & ſtatus Buſſeti, in Longobardia, ſub dominio Ducis Parmenſis.

ANAMASCIA, ſive, ut legit Wolgangus Lazius Anamaria, oppidum Pannoniæ inferioris ad Danubium fluvium, nunc *Almaz* Simlero interprete in Hungaria inter Budam 8. & Altinium 5. milliaribus Hungaricis diſtans: quod tamen aliis Amantia eſſe putatur. Aliis eſt *Mohacz* oppidum ejuſdem tractus, inter Batham & Varronianum proxima oppida, ad Danubium, ubi Hungari maxima clade affecti fuere à Turcis.

ANAMIS, fluvius Carmanorum in Perſide, Ptolemæo. Cadit in ſinum Perſicum, fortè *Tſindo* hodie.

ANANDIA, ſeu vallis Anandi, *Anandail*, provincia Scotiæ. Vide Annandia.

ANANUM, *Anan*, oppidum Scotiæ. Vide Annandum.

ANAONIS PORTUS, locus Galliæ Narbonenſis, ex itinerario Antonini, nunc Honoratus *Bouche* interpretatur *le Port de S. Soſpir*, portum S. Hoſpicii, qui antea *le Port des Foſſes* dictus fuit, in comitatu Niceenſi & in ora littorali, ſub dominio Ducis Sabaudiæ, vix 5. milliaribus à Nicea in ortum, ſed Petrus Jofredus exiſtimat Anaonem portum, qui ab aliis Nao ſive Navo dicitur, forſan eſſe ſtationem à Nautis *Malo* vocatam in eadem ora magis ad ortum.

ANAPHE, inſula eſt maris Ægei, in ejus parte Auſtrali Straboni, & Plinio, nunc *Nanfio* dicta, verſus mare Creticum, Theræ proxima, inter Stampaliam ad ortum, & Theraſiam ad occaſum, circuitus 30. mill. paſſ. & 100. à Delo recedens in meridiem ſub dominio Turcarum, ſed parum culta cum caſtro in colle, hæc ſerpentes non ſuſtinet, teſte Solino.

ANAPLISTUS, & Anaphliſtus, oppidum Græciæ, in ora maritima Atticæ, nunc *Aſopa* caſtrum ut quibuſdam placet.

ANAPLUS, ſuburbium Bizantii, Procopio, ab eo ad 4. mill. paſſ. diſtans verſus os Ponti, teſte Petro Gyllio.

ANAPUIA, *Anapuia*, provincia Veneriolæ, in America meridionali & in Terra Firma aliàs ab Hiſpanis luſtrata, verſus montes S. Petri & ortum fluvii Buria. Diſtat 40. circiter leucis ab ora maris Borealis in Auſtrum, teſte Laëtio.

ANAPUS, *l'Alfeo*, fluvius Siciliæ inſulæ, in Valle Netina, oritur prope Buſſemam caſtrum, & poſt curſum 15. mill. paſſ. per agrum Syracuſanum decurrit, & in mare Ionium ſe exonerat mille paſſibus à Syracuſis, de quo Ovidius libro 4. faſtorum.

ANAPUS, fluvius Epiri, juxta Stratum urbem fluens, ab ea 10. ſtadiis diſtans, teſte Thucydide.

ANAQUITUS, *Anaquito*, campus Americæ, in Perua, & regione Quitoa, ubi magnum prælium commiſſum anno 1546. inter Proregem Peruæ & Pizarrum Hiſpanos, magna utrinque clade.

ANARIUM, oppidum Armeniæ minoris, inter Arſametem fluvium & Arſanium lacum, teſte Philippo à Vico.

ANARTES, qui & Anarti, Ptolemæo, populi fuere Daciæ, inter Getas ad ortum & Jazyges Metanaſtas ad occaſum, quos Cæſar ad Hercyniam Sylvam uſque pertingere ſcribit, cum inter Daciam & Germaniam in qua Sylva Hercynia eſt Jazyges ſiti ſint, erantque forſan in eo tractu, ubi nunc principatus Tranſſylvaniæ ſeu ſeptem Caſtrenſis, inter Hungariam, Poloniam & Valachiam.

ANAS, fluvius ex magnis Hiſpaniæ Tarraconenſis, Straboni, Plinio, & Melæ, Luſitaniam etiam à Bætica magna ex parte diſterminans nunc *la Guadiana* Hiſpanis, & *Guadi-Ana* Arabibus, id eſt fluvius Anas, oritur in agro Lamitano tractu Caſtellæ Novæ ex paludibus *las Lagunas de Guadiana* dictis, vix duabus leucis ab oppido Villa nova infantium, hinc è palude exiens, & *Rio Roydera* dictus poſt curſum 6. leucarum terræ viſceribus ſe abſcondit ſpatio unius leucæ tantum, hinc denuo oriens ex tribus ſtagnis, *los ojos de Guadiana* dictis, prope vicum *Villabarta* 5. leucis ſupra Calatravam, & in occaſum tendens curſu admodum ſi-

nuoſo Xiguelam fluvium recipit, rigatque Calatravam, hinc verſus montes Toletanos auctus fluviolis *Bullaque*, *Eſtena*. *Guadarranque*, uti paulo infra Guadalupia, & *Zuja* in Extremadura provincia, Metallinum oppidum rigat, uti Emeritam, poſtea receptis Tripero, Guadaxira, Lantrino, & Jevora fluvus, infra Pacem Auguſtam ad Caiam amnem per Portugalliam labitur, & à ſeptentrione in meridiem currens verſus Elvam & Oliventiam, auctus Taliga Ardila, Gama, aliiſque minoribus fluviis tandem Algarbiam à Vandalitia ſeparans, inter Aimontium & Caſtrum Marinum in Oceanum ſe exonerat, & in ſinum Gaditanum, & ejus oſtia 65. mill. paſſ. diſtans à Sacro promontorio in ortum, ſed terræ viſceribus non ſe abſcondit per ſeptem leucas in Extremadura neque ad Metallinum oppidum, ut multi tradiderunt hiſce ultimis temporibus, & de his teſtes habeo omnes Hiſpanos, Marianam, Garibayum, Zuritam, Nonnium, Sylvam, & alios plurimos.

Anas, minor, *la Guadiana la meñor*, fluvios Hiſpaniæ in Vandalitia, oritur in confinio regni Granatenſis, deinde in Boream tendens, auctus fluviis *Barbate* & *Queſada* in Bætim ſe exonerat, paulo ſupra Ubedam veterem, teſte Martino Ximena.

Anasartna, civitas fuit Epiſcopalis Syriæ, teſte Luca Holſtenio, cum Miræo, ſed quid ſit hodie, non conſtat.

Anassum, *Ens*, urbs parva Germaniæ in Auſtria ſuperiori, ad Anaſſum fluvium qui paulo infra in Danubium fluvium ſe exonerat, 3. milliaribus Germanicis diſtat à Lintio in ortum, & 11. a Patavio Cremſam verſus 13. circiter.

Anassos, *l'Ens*, fluvius Germaniæ, oritur in limite ditionis Saliſburgenſis, deinde Stiriam ſuperiorem ſeparans ab Auſtria ſuperiori, auctus aliquot rivis per Auſtriam hanc ſuperiorem labitur, & tandem rigato Anaſſo oppido uno milliari infra in Danubium ſe exonerat.

Anassius tractus, *t'lande ob der Ent* incolis, *le pays ſur l'Ens* Gallis, provincia parva Germaniæ, in Auſtria, quæ & aliter dicitur Auſtria ſuperior, pars fuit Bavariæ ante tempora Friderici primi Imperatoris, à quo ab ipſa ſeparata fuit & Auſtriæ unita, nunc etiam ejus pars ſuperior exiſtit. Vide Auſtria.

Anassus, fluvius Italiæ, Plinio, in Venetia regione, Plavis recentioribus, *la Piave*, oritur ex Alpibus Carnicis in confinio Germaniæ & Carinthiæ provinciæ, prope fontes Dravi fluvii, deinde per Marchiam Tarviſinam fluens à Septentrione in meridiem, per agros Cadubrium, Bellunenſem & Feltrenſem labitur rigatis urbibus Cadubrio, Belluno & Feltria, recipitque fluvios Boetum, Calorum, & Cordevolium, hinc per agrum Tarviſinum fluens ab occaſu in ortum inter Silim & Liquentiam fluvios, in mare Adriaticum ſe exonerat prope Æquilium urbem exciſam, 13. milliaribus à Venetiis in ortum æſtivum.

Anastassopolis, urbs Aſiæ minoris, in Galatia regione, & in limite Bithyniæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Ancyrano ex libris Conciliorum, 14. mill. paſſ. diſtans ab Ancyra in occaſum.

Anastasiopolis, & Anaſtaſia, urbs Epiſcopalis Meſopotamiæ, prope Niſibim, ab ea 12. mill. paſſ diſtans, Daras prius, teſte Marcellino, & Daria, teſte Procopio dicta.

Anastasiopolis, urbs Thraciæ Procopio, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Trajanopolitano, in Rhodope provincia, & in ora littorali maris Ægei.

Anatetarta, urbs Cariæ in Aſia minori, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Stauropolitano, teſte Miræo.

Anatno, urbs inſulæ Proſopitis in Ægypto, quam continenti junctam à Megabaſo Perſa tradit Thucydides.

Anatnotn, vicus Palæſtinæ, Hieroſolymis proximus, teſte Joſepho, inde 20. ſtadiis diſtans in occaſum, olim oppidum, durant loco nomen & veſtigia, ſive rudera.

Anatili, populi Galliæ Narbonenſis, quorum tractus Anatiliorum regio, Plinio, Anatiliorum Ptolemæo, erant ubi hodie campus Marii *la Camargue*, in Provincia inter oſtia Rhodani fluvii, inter Arelatem ad Boream & oram ſinus Lugdunenſis ad Auſtrum, cum minuta parte Occitaniæ regionis Provinciæ contigua, circa Rhodanum, verſus Aquas mortuas, & oppidum S. Ægidii, alias Anatilia dictum.

Anatilia, oppidum Galliæ Narbonenſis, Plinio, nunc Fanum S. Ægidii *S. Gilles* vulgo, oppidulum Galliæ in Occitania inferiori, fere inter Arelatem & Nemauſum ad 4. leucas diſſitum, quod ibi S. Ægidius vitam egerit ſolitariam, vix una leuca à Rhodano fluvio diſtans, prope confinia Provinciæ & campum Marii.

Anatis, fluvius Mauritaniæ Tingitanæ, Plinio, nunc Joannes Mariana interpretatur *Zilia* fluvium regni Fezzani, qui ad Ziliam urbem fluit, & paulo infra ipſam in Oceanum Atlanticum ſe exonerat.

Anatolici, priſcis, erant hi populi ſimul, Phryges, Lycaones, Iſauri, Pamphyli, & Piſidæ in Aſia minori, teſte Leunclavio.

Anatolicum Thema, Porphyrgennetæ, ſic dicta pars Aſiæ minoris, in qua Phrygia magna Galatiaque ſunt, quod in ortum vergat, reſpectu Byzantii (ἀνατολὴ enim ortum vocant Græci) cujus regionis partes ſunt quinque, ſcilicet Phrygia ſalutaris & Pacatiana, Lycaonia, Pamphylia, Piſidia & Iſauria, ſicque quæcumque ſunt Mediterranea & finitima Tauro & ad montes Cappadociæ uſque pertingunt vocantur Anatolica, vulgo etiam *Natolia*, & ejus urbes clariores erant Cotyæum, Synnada, Peſſinus, & Ancyra.

Anauriis, fluvius Aſiæ minoris, in Phrygia minori, ad montem Idam, à quo fluit apud veteres locatur.

Anaurus, fluvius Theſſaliæ regionis ex Pelio monte in mare Ægeum ad Peliacum littus labens, ſic dictus, quod non auram neque nebulam pariatur, teſte Heſiodo. In ſinum Pagaſicum ad Demetriadem effunditur; unde *il fiume di Dimetriada* nominatur ab Italis.

Anaxos, *la Piave*, fluvius Italiæ. Vide Anaſſus.

Anazarbus, urbs Ciliciæ, Plinio, quæ Anazarba Stephano, & aliis, olim Archiepiſcopalis & mediterranea, nunc *Ac-Sarai* ſive *Ac-Serai*, teſte Leunclavio, & *Ain-Zarba* Gollio, ad Pyramum fluvium, urbs quondam clara ſub Patriarcha Antiocheno, patria Dioſcoridis, poſtea Diocæſarea & Cæſaraugusta nominata, à Flaviade 18. mill. paſſ. in Eurum, à Tarſo 80. plus minus in ortum, à Cæſarea Cappadociæ 140. in Auſtrum diſtans, nunc paucis conſtans incolis ſub dominio Turcarum, ſic dicitur à Tur *Ac-Serai* quaſi caſtrum album, hinc Nicetæ & aliis Axara dicta,

Anbara, *Anbar*, urbs Perſiæ regni in Iraca provincia, ad tractum Bagdadi pertinens, ad utramque Euphratis ripam, perantiqua, & etiamnum ſatis culta, ubi olim ſedes Seffaho primi Abbaſidarum Chalifæ, 10. paraſangis diſtans à Bagdado.

Ancalites, populi Britanniæ Cæſari, ſub Dobunis comprehenſi, fuere ubi nunc Centuria Henleia in Anglia vulgo *The Hundred of Henley* in comitatu Oxonienſi, teſte Guillelmo Camdeno & ad Thameſim

meſim fluvium, in ipſo limite Bercheriæ & Buckinghamiæ provinciarum prope Valingfordiam.

ANCAMARI, *los Ancamares*, populi Americæ meridionalis, prope fluvium Maderam, qui poſtea cadit in fluvium Amazonum, in Cayana provincia, aliis Anoamares dicti, teſte Petro Texeira.

ANCAMIA, *l'Iſle d'Ancam*, inſula Sinarum oblonga; in littore provinciæ Cantonenſis, teſte Alexandro *de Rhodes*.

ANCANICUM, oppidum Hiſpaniæ Bœticæ, cujus meminit Iſidorus, nunc *Alanis* vicus Vandalitiæ inter montes Marianos, in ipſo limite Extramaduræ, 14. leucis ab Hiſpali in Septentrionem, teſte Roderico Caro.

ANCARA, *Engouri*, urbs Aſiæ minoris, quæ priſcis Ancyra. Vide ibi.

ANCARANUM, *Ancarano*, oppidulum Italiæ in ditione Eccleſiaſtica & in Marchia Anconitana, in ipſo limire Aprutii ulterioris, in monte prope Truentum fluvium, & 6. milliaribus diſtans ab Aſculo in ortum, ſub dominio utili Epiſcopi Aſculani, & crevit ex ruinis Carruſæ arcis exciſæ in ejus viciniis.

ANCENISIUM, *Ancenis*, aliis Andeneſium in actis medii ævi, oppidum Britanniæ minoris, in Gallia, ad Ligerim fluvium & aliàs munitum, diſtat ab Andegavo 9. leucis in occaſum, verſus Nannetas 4. eſtque in limite Andegavenſis provinciæ.

ANCNIALE, urbs fuit Ciliciæ antiquiſſima Straboni, à Sardanapalo Rege condita. Ibi Anchialeus fluvius. A Stephano eadem cum Tarſo putatur; ſed apud Plinium & alios eſt diverſa, licet proxima.

ANCNIALE, oppidum Græciæ in Epiro, teſte Procopio.

ANCNIALUS, urbs circa Epirum cujus meminit Procopius lib. 3 de rebus Goticis.

ANCHIALUS, urbs Thraciæ Ptolemæo, Anchialos apud Orpheum, hodie *Anchialo* ſeu etiam *Anchelo* Græcis, Kenkis vero Turcis, teſte Leunclavio, Archiepiſcopalis cis Rhodopen in Hæmimonto provincia, cum portu ad oſtia Ergini fluvii in Pontum Euxinum, ubi cum Meſſa ſita erat, teſte Plinio, nunc ſubeſt dominio Turcarum, & 24. mill. paſſ. diſtat à Develto in ortum, & 15. a Meſembria in occaſum hybernum.

ANCNIOOLIUM MARE, *la Mer de Lanchidol*, pars Oceani orientalis, à Java inſula & freto Sundano ad Auſtralem terram parum cognitam porrecta.

ANCLAMUM, *Anclam*, oppidum Germaniæ, in Pomerania citeriori, valde munitum, ſub dominio Regis Sueciæ, ad fluvium Pene, diſtat à Volgaſtia 4. milliaribus Germanicis in meridiem, 3. ab Uſedomia in occaſum, & a Stetino 8. in occaſum æſtivum, capta fuit anno 1676. ab Electore Brandeburgico, poſtea Suecis reddita anno 1679.

ANCONARITIS, regio Meſopotamiæ verſus Euphratem, teſte Philippo a Vico.

ANCONA, urbs Piceni Ciceroni, & Melæ, Ancon aliis, Picena prius dicta, teſte Catone libro originum, *Ancona* vulgo incolis, *Ancone* Gallis, urbs Italiæ, Marchiæ primaria quæ propterea ex ea denominatur *la Marca d'Ancona*, in ora maris Adriatici, prope Crumerum promontorium quod vulgo *il monte S. Ciriaco* dicitur, urbs eſt Epiſcopalis nemini ſuffraganea, emporiumque celebre in ditione Eccleſiæ arcem habens probe munitam in colle & portum ſatis amplum ſed non æque tutum, antiqua eſt & à Syracuſanis Dionyſii Tyrannidem fugientibus condita ex adverſo Dalmatiæ, 30. mill. paſſ. diſtat à Firmo in Septentrionem, & 15. ab Auximo in ortum æſtivum, inter Lauretum ad ortum & Senogalliam ad occaſum, & 110. ab urbe Roma in Septentrionem, & in ea obiit Pius II. Pontifex Maximus anno 1464. hinc Anconitatus nomen gentis, *Anconitano* vulgo.

ANCONITANA MARCHIA, *la Marcâ d'Ancona*, regio Italiæ, olim Picenum, nunc ſic dicta ab Ancona ejus urbe primaria, ſubeſtque tota dominio Summi Pontificis. Vide Marchia Ancomitana.

ANCORA, *Ancre*, oppidulum Picardiæ, in Gallia, ad amnem cognominem, inter urbes Corbeiam in occaſum hybernum, & Bapalmam in ortum æſtivum.

ANCUOIA, *Ancud*, provincia regni Cile, in America meridionali. Hinc dicitur Ancudianus Archipelagus, *l'Archipelague de Ancud, ou de Chiloe*, multitudo illa inſularum adjacentium in ora maris Pacifici. Vocatur etiam illa provincia Ancudia, alio nomine Agulaia, *Agulay*; eſtque in parte Auſtrali Ciles. Sed nullam coloniam habent Hiſpani in illo tractu.

ANCUS, *el Rio di Soure*, fluvius Portugalliæ parvus Saurium oppidum alluens, ac in Mondam fluvium majorem infra Conimbricam influens, in Beira provincia verſus oram.

ANCYRA, urbs Aſiæ minoris, Galatiæ primaria, & in ipſo limite Paphlagoniæ, edito loco ſita, Archiepiſcopalis & Concilio Ancyrano clara ſub Sylveſtro primo Papa anno 314. nunc *Angouri* & *Anguri*, teſte Leunclavio, cui etiam *Engouri* Turcice dicitur, 50. mill. paſſ. diſtans in Septentrionem à Peſſinunte & 110. ab Amaſia in occaſum Nicæam verſus 100. circiter, & 80. ab ora Ponti Euxini in meridiem, ſubeſt dominio Turcarum à tribus ſæculis, eſtque nunc ſatis ampla & Sangiacatus caput, hinc Ancyrani, ut Ancyrani triumphi apud Claudianum, juxta hanc urbem olim victus fuit Mithridates Rex Ponti à Pompeio magno, propè Montem Stellam, ubi etiam anno 1403. victus & captus fuit Bajaſethes Turcarum Imperator à Temure Chane, vulgo Tamerlano dicto, Tartarorum Imperatore, teſte Leunclavio.

ANCYRA, ſeu potius Angyra ex codice Græco, Ptolemæo, urbs Aſiæ minoris in Phrygia Pacatiana Epiſcopalis ſub Archiepiſcôpo Hierapolitano cujus fit mentio in Conciliis, eſt in ipſo limite Myſiæ, & 30. mill. paſſ. diſtat à Nicæa in Auſtrum.

ANCYRÆUM, nunc *Romion*, teſte Gyllio, promontorium Bithyniæ in Aſia, ad os Ponti, unde Boſphorus Thracius incipit è regione Panii promontorii Thraciæ.

ANCZACRICUS, *Anczakrich*, fluvius Ucraniæ in Polonia. Cadit in mare Nigrum, uno milliari Polonico tantum ab urbe Oczacovia, quæ nunc eſt in ditione Turcarum, ad oſtia Boriſthenis fluvii, teſte Guillelmo Vaſſorio.

ANOABATÆ, populi Aſiæ in tenebris verſantes Ciceroni.

ANOAOUILI, *los Andaguailas*, populi Americæ meridionalis in Peruæ regno, inter fluvios Xauxam & Abancaium, 25. leucis citciter à civitate Cuſco in occaſum æſtivum.

ANDAIA, *Andaye*, burgus Galliæ, Hiſpaniæ propinquior, in Aquitania & in Vaſcitania tractu, in ora Oceani, Aquitanici ad Bidaſſoam fluvium, è fronte Fontarabiæ, duabus leucis diſtat ab oppido S. Joannis Luzii in occaſum.

ANOANCIA, *Andance*, oppidum Galliæ, in Occitania & in Vivarienſi provincia, ubi Domia fluvius cadit in Rhodanum, 6. leucis diſtat à Vienna in Auſtrum, Valentiam verſus totidem.

ANOAINUM. Andagium Sigerberto, *S. Hubert*, nunc, teſte Ortelio, Belgii oppidulum Leodienſis ditionis antea, nunc intra Ducatum Bulionenſem, & in Sylva Arduenna, ad amnem *Homme*, habetque ab-

batiam percelebrem, à qua pendent 16. pagi. Incendio deformatum fuit paucis abhinc annis, & illuc pertrahuntur qui rabiem ex canis rabidi morſu reformidant, 4. leucis diſtat à Baſtonia in occaſum, & totidem à Rupe Forti in ortum hybérnum, 14. vero a Leodio in meridiem.

ANDALUZIA, *l'Andaluzia*, regio ampla Hiſpaniæ, quæ aliter & melius Vandalitia dicta fuit, ſub qua Bœtica complectitur, duplex eſt nempe ſuperior, quæ hodie regnum Granatenſe dicitur, & inferior quæ nomen Andaluziæ retinet, & ſub ſuperiori etiam comprehenditur à quibuſdam regnum Murcianum. Vide Vandalitia.

ANDALUZIA INFERIOR, quæ & propria, *l'Andaluzia* incolis, *l'Andalouzie* Gallis, regio Hiſpaniæ regno Caſtellæ annexa, ſub qua major pars Hiſpaniæ, Bæticæ comprehenditur, eſtque miræ fertilitatis. Eam Bætis fluvius bifariam ſecat; & a Vandalis nomen accepiſſe fatentur omnes. Terminos habet à Septentrione Caſtellam novam & Extremaduram, ab Oriente regnum Granatenſe, à Meridie Oceanum & fretum Herculeum, & ab Occidente Luſitaniam & Algarbiam. Ejus primaria urbs Hiſpalis, ampla & dives. Dicitur melius Vandalitia. Vide ibi.

ANDALUSIA NOVA, regio Americæ meridionalis, inter Venetiolam & fluvium Orenocum. Vide Vandalitia nova.

ANDANAGARIUM, *Andanagar*, urbs Indiæ intra Gangem in regno Decani, in Aſia, juxta fluvium Mandovam in mediterraneis, 35. leucis Hiſpanicis diſtat ab urbe *Chaul* in ortum, 15. autem a Viſaputa in Septentrionem, & malè habita fuit à Mogorum Rege hiſce temporibus.

ANDANIOS, fluvius Carmaniæ amplus, Plinio, in ſinum Perſicum contra Armuzam influens, ultra Sabim fluvium ad 25. mill. paſſ. fortè *Tiſindon* hodie. Andanis Plinio.

ANDARISTUS, oppidum Macedoniæ mediterraneum, Ptolemæo, in Pelagonia tractu, nunc *Voſtanza* dictum à Theveto, aliis autem *Eriſſo* dici putatur. Populi Andariſtenſes, Plinio.

ANDECRIUM, oppidum Dalmatiæ mediterraneum, Ptolemæo, Andretium Straboni, Andetrium aliis, *Moſtar* Moletio, aliis autem eſt *Cliſſa* arx munita. Vide Andetrium.

ANDEGAVENSIS DUCATUS, quibuſdam Andegavia, *l'Anjou*, provincia Galliæ fertilis admodum & rigua, Ducatus titulo inſignita, ubi aliàs Andegavi populi qui & Andes, dicitur *l'Angio* ab Italis, & terminatur à Septentrione Cœnomanenſi provincia, ab Occidente Britannia minori, à meridie Pictavienſi provincia, & ab Oriente Turonenſi provincia, ejus caput eſt Andegavum; in ea ſunt alii decem fluvii lintrium capaces & dividitur in ſuperiorem ſeu cis Ligerim, ubi Andegavum, & in inferiorem ſeu Trans Ligerim ubi Salmurium hinc Andegavenſes populi, *les Angevins* vulgo Gallis, *gli Angioini* Italis.

ANDEGAVENSIS PROVINCIÆ URBES.

Andegavum, *Angers*.
Balgium, *Baugé*.
Bellofortium, *Beaufort*.
Caſtrum Gonteri, *Chaſteaugontier*.
Cratumnum, *Craon*.
Flexia, *la Fleche*.
Salmurium, *Saumur*.

ANDEGAVI, populi fuere Galliæ Celticæ, teſte Plinio, à Cæſare Andes dicti, inter Turones ad ortum, Pictones ad meridiem, Nannetas ad occaſum, & Aulercos Cœnomanos ad Septentrionem, ubi hodie Andegavenſis provincia, *l'Anjou*, & eorum caput erat Juliomagus ſeu Andegavi.

ANDEGAVI, ſeu Andegavum, *Angers*, urbs Galliæ. Vide Andegavum

ANDEGAVUM, olim Juliomagus, *Angers*, urbs Galliæ, Andegavenſis provinciæ caput, Epiſcopaliſque ſub Archiepiſcopo Turonenſi, ampla eſt & culta, arcem habens antiquam, ſed munitam in colle, & Meduana fluvio in duas partes dividitur, una leuca diſtat a Ligeri fluvio in Septentrionem, 10. à Salmurio in occaſum & totidem a Flexia in occaſum hybernum, & 16. à Nannetis in ortum, habens Academiam celebrem.

ANDELAUS, oppidum Galliæ, ubi Regum Guntchramni & Childeberti pactio acta eſt, anno 587. teſte Gregorio Turonenſi, nunc eſt *Andelot* oppidum Campaniæ provinciæ in Baſſimaco tractu, ad amnem *le Rougnon*, infra Montem clarum, & inter Calvum montem, Joanvillam, & Fanum S. Theobaldi.

ANDELEIOS, *l'Andelle*, fluvius Galliæ in Normannia, oritur in Braio tractu, prope oppidulum *la Ferté*, hinc per Vulxinum Normannicum currens Floriacum rigat, & una leuca ſupra Pontem Arcus, in Sequanam ſe exonerat.

ANDELIACUM, ſeu etiam Andelium, *Andely*, oppidum Galliæ in Normannia provincia, & in tractu Vulxino Normannico dicto, ad amnem *Gambon* vix dimidia leuca à Sequana fluvio diſtans, 4. a Vernonio in Boream Rothomagum verſus 7. & totidem à Cæſortio in occaſum, ibi obiit ex vulnere ad Rothomagum accepto, Antonius Rex Navarræ pater Henrici Magni Regis Francorum anno 1562.

ANDEMANIA, *Andemaon* Luſitanis, *Andeman* aliis, inſula ſinus Gangetici, in Aſia & in India, verſus oram regni Peguani. Ei adjacent ſex aliæ inſulæ quæ ſub illo nomine continentur, inter ſcopulos & ſyrtes, 80. leucis Hiſpanicis diſtans à parte Septentrionali Sumatræ inſulæ in Boream.

ANDENESIA, *Andenes*, inſula parva Norvegiæ, in præfectura Nidroſiana, & in Vicepræfectura Saltenſi, in ora Oceani Germanici, cum caſtro cognomine, inter inſulas *Sanien* ad ortum, & *Weſtrollen* ad occaſum, & media fere inter Vardhuſium ad ortum & Nidroſiam ad meridiem, 25. milliaribus Germanicis diſtans à *Maelſtroom* ſeu Umbilico maris in ortum æſtivum.

ANDENESIUM, *Ancenis*, oppidum Galliæ in Britanniæ Ducatu, ad Ligerim fluvium in actis mediæ ætatis, quod aliis eſt Anceniſium. Vide ibi.

ANDERIDA, oppidum Britanniæ magnæ, ex libro Notitiæ, nunc, teſte Guillelmo Camdeno, eſt *Newvenden* caſtrum Cantii provinciæ in Anglia, ad Rotherum fluvium, in confinio Suſſexiæ, 7. milliaribus Anglicis ab ora maris Britannici in Boream, Roſſam verſus 22. circiter.

ANDERIDUM, & Anderitum, urbs Galliæ in Aquitania, Ptolemæo, Gabalorum caput, dicta fuit etiam Gabalum, & Gabali, à Gregorio Turonenſi, & ab Aimoino Monacho, eratque Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Bituricenſi, ſed deſtructa fuit, & Epiſcopatus Mimatum tranſlatus fuit, locus etiamnum *Ghave* dicitur, teſte Petro de Marca, ſed Catello eſt *Javoux* caſtrum Gabalorum. Vide Gabalus & Mimatum.

ANDERSCOVIA, *Anderſchovv*, caſtrum Daniæ regni, in parte occidentali Selandiæ inſulæ, vix duobus milliaribus Danicis diſtans à freto Baltico, ubi obiit Fridericus II. Daniæ Rex, die 24. Aprilis 1588.

ANDES, populi fuere Galliæ Celticæ, Cæſari, verſus Ligerim fluvium, qui & Andegavi aliis, quorum provincia Andegavenſis nunc dicitur, *l'Anjou* vulgo, eorum vero caput Juliomagus ſive Andegavi, *Angers*, ſedet ad Meduanam fluvium.

Vide Andegavi & Andegavenſis provincia.

ANDES, *los Andes*, Hiſpanis aliter *la Cordillera de los Andes*, & *la Sierra Nevada*, montes Americæ meridionalis altiſſimi. Protrahuntur a parte Septentrionali regni Peruæ & à præfectura Quixorum, uſque ad Auſtralem partem regni Ciles & fretum Magellanicum continua ſerie, ut longitudinem mille ferè leucarum extenſi, æquali ferè inter ſe diſtantiâ, nec longiùs à mari Pacifico recedunt quam 20. leucis Hiſpanicis & 30. ſeu etiam 40. aliquibus in locis. In his multi montes ignivomi, præſertim verſus Cilem, ab Hiſpanis *Volcano* dicti, ex his præcipui ſunt Antocus, Arequipa, Caucus, Chillanus, Chuanaucus, Copiapus, Coquimbus, Huapcus, Ligua, Maſpa, Notucus, Oſornus, Pinta, S. Clementis, & Villæ divitis, de quibus inſta in voce Montes ignivomi & Vulcani.

ANDES, pagus agri Mantuani in Italia, Silio, patria Virgilii, *Pierola* vicus hodie dicitur, à Mantua 2. mill. paſſ. diſtans.

ANDETHAUNA, oppidum Galliæ Belgicæ Fortunato, quod Andethaunale in itinetario Antonini, nunc *Echternach* incolis, *Echter* Gallis, oppidulum Belgii cum cœnobio in Luxemburgenſi provincia, in limite ditionis Trevirenſis ad Suram fluvium, vix 2. leucis à Treviris in occaſum æſtivum, & 4. à Luxemburgo in ortum æſtivum, ejus meminit Fortunatus libro 4. de vita S. Martini, ejus Abbatiam condidit S. Villibrordus Epiſcopus Trajectenſis.

ANDETRIUM, urbs Dalmatiæ, ita lapis antiquus apud Joannem Lucium in opere de regno Dalmatiæ & Croatiæ; deinde Cluſa dicta fuit, & Chluſſura Conſtantino Porphitogenitæ, nunc *Cliſſa*, Slave *Kliſſ*; eſtque arx permunita, in colle, à Venetis expugnata, 20. mille paſſibus à Sibenico in ortum diſtat.

ANDEVALENSIS AGER, *el Campo de Andevalo*, tractus Hiſpaniæ in Vandalitia, & in ejus parte occidentali verſus confinia Portugalliæ, ubi Cortegana, Paymagum & alia loca.

ANDIATAROCUS, *Andiataroque*, lacus novæ Franciæ, in America Septentrionali verſus limites novæ Angliæ, diſtat à Monte Regali 35. leucis circiter meridiem verſus, & dicitur nunc ſæpius lacus S. Sacramenti. Vide ibi.

ANDOMATUNUM, urbs Galliæ Celticæ, Ptolemæo, & Anteinatunum Antonino, melius Andematunum, nunc vulgo *Langres*, urbs Galliæ Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Lugdunenſi, in Campania provincia in colle, in limite Burgundiæ, & ad ſontes Matronæ fluvii, inter Trecas & Veſontionem, eſtque probe munita. Vide Lingones

ANDORRA, aliàs forſan Udura *Andorra*, Hiſpaniæ vallis fertiliſſima, & tractus Ceretaniæ comitatus intra montes Pyrenæos, & in ipſo limite Galliæ & Fuxienſis comitatus, juxta Balitam fluviolum qui cadit in Secorim, eſtque in Diœceſi Urgellenſi inter Pyrenæos & Urgellam.

ANDOVERPOM, ſeu Antuerpia, *Antvverpen* incolis, *Anvers* Gallis, urbs & emporium Belgii in Brabantia, ex maximis totios regionis, ad Scaldim fluvium, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Mechlinienſi & ſub dominio Hiſpanorum. Vide Antuerpia.

ANDRAGIRA, *Andragiri*, quæ & *Gudahiri*, urbs Aſiæ, cum regno cognomine in India Orientali & in inſula Sumatra, ferè ſub linea æquinoctiali, & in medio inſulæ, 40. circiter leucis diſtat à Malaca in meridiem.

ANDRAGIRUM REGNUM, *le Royaume d'Andragiri*, regio parva Aſiæ, in India & in Sumatræ inſulæ meditullio, proprio regi ſubdita, cum urbe primaria cognomine.

ANDRAPA, urbs Paphlagoniæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Amaſeno, inter Pompeiopolim & Ancyram, quæ & Archelais & nova Claudiopolis, in ipſo limite Galatiæ, teſte Leone in Diſpoſitione.

ANDREAPOLIS, *Saint André*, oppidum Germaniæ in Carinthia inferiori, ad Lavantium fluvium ſub dominio Archiepiſcopi Saliſburgenſis, ubi commoratur Epiſcopus Lavantinus. Vide Fanum S. Andreæ.

ANDREAPOLIS, *Saint Andrevves*, ſeu etiam *Saint Andrevv* incolis, *Saint André* Gallis, urbs Scotiæ meridionalis ſeu cis Taanæ, à Sixto IV. Pontifice Maximo Archiepiſcopali dignitate inſignita anno 1471, loco Abernethi, ſita eſt in Fifa provincia, cujus primaria exiſtit, in ora Oceani Germanici, cum portu ſatis capaci & arce ſemidiruta, ejus viæ ſunt latæ admodum & rectæ, eſtque in planitie, cum celebri Academia a Jacobo I. Scotiæ Rege fundata & dotata anno 1426. condita fuit hæc urbs ab Albato Regulo, unde poſtea Fanum Reguli dicta fuerat, diſtat à Dono Dei 7. milliaribus Scoticis in meridiem, uti 2. ab oſtio Edini fluvii, 13. ab Abernetho in ortum, & 18. ab Edimburgo in ortum æſtivum Aberdoniam verſus 40. teſte Timotheo a Ponte.

ANDREAPOLIS, *Santander* incolis, *Sant Andero* Hiſpanis, *Saint André* Gallis, urbs Hiſpaniæ, olim Flavionavia nonnullis, in Biſcaia provincia & in ora Oceani Cantabrici, in limite Aſturiæ Sanctæ Julianæ, eſt in Diœceſi Burgenſi, ſed Epiſcopalis deſignata hiſce ultimis temporibus, portum habet percommodum cum duplici arce antiqua. Olim deſtructa fuerat, ſed poſtea reſtaurata ab Alfonſo IX. Caſtellæ rege, anno 1174. fuitque antea probe culta, nunc vero deficit in dies, diſtatque à Laredo 6. leucis Hiſpanicis in occaſum Fanum S. Julianæ verſus totidem.

ANDRIA, urbs alias Apuliæ Peucetiæ, nunc etiam *Andria*, urbs regni Neapolitani in provincia Bariana, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Tranenſi, & Ducatus gentis Caraffæ, ſedet in planitie, eſtque ſatis culta & ampla, ſed ejus Diœceſis non extenditur ultra ipſam civitatem, 4. mill. paſſ. tantum diſtat à Barulo & ab ora maris Adriatici in Auſtrum & 6. à Trano, uti 25. à Bario in occaſum media ferè inter Vigiliam ad ortum & Canuſiom ad occaſum, Netium Straboni dicta putatur à quibuſdam, quod non probat Zurita.

ANDRIACA, oppidum Thraciæ Straboni, in ora Ponti Euxini, & prope Halmydeſſum, nunc *Gatapoli* dictum, teſte Caſtaldo.

ANDRIACE, oppidum Lyciæ littorale, in Aſia minori Ptolemæo, nunc caſtrum *Gorante* dictum, teſtibus Villanovano & Moletio, inter Pataram & Apiras Myris proximum inde 4. mill. paſſ. diſtans.

ANDROS, inſula Maris Ægei Straboni, & Plinio, Andrus Ciceroni, nunc *Andro*, inſula eſt fertilis atque probè culta, & una Cycladum, cum urbe Epiſcopali cognomine *Andro*, ſub Archiepiſcopo Naxienſi, portum habet ſatis tutum, & 60. vicos in quibus degunt 6000. Chriſtiani, & ex his vicis ſunt præcipui *Arni* & *Anolacos*, in ea ſunt duo Epiſcopi Latinus unus, alter vero Græcus, & inſula ſuberat alias dominio Sanotorum Nobilium Venetorum, antequam anno 1538. occuparetur à Turcis quibus nunc ſubeſt, diſtat 55. milliaribus à Cea inſula, 4. à Teno in occaſum, & 70. à Pſyra etiam in occaſum, eſtque circuitus 70. mill. paſſ. multa apud veteres habuit nomina, nam Cauros, Laſia, Nonagria, Hydruſſa, & Epagris, ac etiam Antandros dicta fuit, & 15. mill. paſſ. diſtat à Gereſto EubϾ promontorio in ortum.

ANDROS, inſula Britanniæ majoris, Plinio, quæ Hedros Ptolemæo, nunc *Bardſey*. inſula parva Angliæ in mari Hibernico, quæ *Enbly* Britannice dicitur, &

uno tantum milliari diſtat ab ora Walliæ Borealis, & à comitatu Arvoniæ, 24. milliaribus Anglicis ab Arvonia urbe diſtans in meridiem prope Ganganorum promontorium.

Androsia, urbs Paphlagoniæ Ptolemæo, *Andres* nunc, teſte Jacobo Caſtaldo, ad Calum fluvium in limite Galatiæ, & prope Andrapam, 60. mill. paſſ. ab Aocyra in ortum, & vix 30. a Gangris in Septentrionem.

Andrus, inſula maris Ægei. Vide Andros.

Andurianus lacus, qui aliter Salſus, *il lago d'Andoria*, ſeu etiam, *il lago Salſo*, lacus parvus admodum regni Neapolitani in Capitanata provincia, ab Andurio oppido exciſo ſie dictus, prope oſtia fluvii Cerbali in mare Adriaticum, & vix 4. milliaribus diſtans a Manfredonia in meridiem.

Andusa, *Anduſe*, urbs parva Galliæ, in Occitania inferiori ad fluvium Gardum, ad radices montiom in Diœceſi & tractu Nemauſenſi, diſtat ab Aleſia 2. leucis, & à Nemauſu ſex in occaſum æſtivum, & alias munita fuit ſed oune ejus mœnia disjecta ſunt.

Anouxaria, *Andujar*, incolis *Andocar* Gallis, urbs Hiſpaniæ in Vandalitia regione in planitie cum caſtro & ponte ad Bætim fluvium, ubi recipit Xandulam fluviolum, eſtque ſatis culta & 6. leucis diſtata Gienno in occaſum æſtivum, crevit autem ex ruinis Iliturgis urbis, qoæ viſuntur in ejus viciniis *Andujar la vieja* vulgo, unde Iliturgis oova dici poteſt.

Aneburgus, *Laſnebourg*, burgus Sabaudiæ, ad radices Alpium & Montis Ceniſii, ad Arcum fluvium, dicitur & Lanciumburgium, *Lans le bourg* in ſcriptis publicis ad differentiam alterius *Lans le Villars*, oppiduli in vicinio. Ibi ordinarius traoſitus Alpium ex Sabaudiæ Ducatu & Mauriana valle in Pedemontium.

Aneianum, oppidum Italiæ in Venetia regione, Antonino, ſiue Anneianum ex alio codice, oune interpretantur Cluverius & alii *Montagnana*. oppidum Italiæ in agro Patavino, quaſi mons Aneianus, eſtque medium inter Ateſte ad ortum, & Leonicum, ſive Lignaeum ad occaſum, 15. mil. paſſ diſſitum, à Patavio 18. Mantuam verſus, inde in occaſum 45. diſtantem, a Ferraria ſupra 30. verſus Veronam.

Anemo, fluvius Italiæ in Æmilia, teſte Plinio, nunc *Lamone*, oritur ex Apennino monte prope caſtrum *Orci* in Romandiola Florentina, deinde per Ditionem Pontificiam, & Romandiolam fluens, Faventiam interluit & tandem in mare Adriaticum ſe exonerat, 3. milliarihus ab oſtio Padi Primarii in Auſtrum, Ravennam verſus, teſte Pompeio Angelotto, quanquam aliis ſit *il Montone* flovius Romandiolæ, qui Ravennam rigat, & infra ipſam in Mare Adriaticum ſe exonerat, teſte Jacobo Villanio.

Anemurium, urbs Ciliciæ littoralis, Straboni & Plinio, nunc *Stalemura* Nigro, *Anemora* aliis, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Seleucienſi cum arce munita inter Antiochiam ad occaſum & Celenderim ad ortum, ad promontorium ejuſdem nominis, quod a Crommyo promontorio Cypri 44. mil. paſſ. abeſt in Boream, uti a Solis 62. Terminus eſt Ciliciæ & Pamphiliæ apud Melam. Abeſt à Coraceſio urbe Pamphyliæ 820. ſtadiis in ortum Solos verſus 500. diſtantes, teſte Strabone

Anetum, *Anet*, vicus Galliæ, in provincia Inſulæ Franciæ, ad Eburam fluvium, & in limite Normanniæ, cum caſtro ſplendido ab Henrico II. Rege in gratiam Dianæ Pictavienſis Valentinenſis Duciſſæ excitato. Principatus titulo gaudet Ducis Vindocinenſis, crevitque ex ruinis oppiduli Roborei, 3. leucis infra Drocas in Septentrioocm, & 15. à Pariſus in occaſum.

Anfa, *Anfe*, oppidum Africæ, in regno Fezzæ, olim celebre, nunc ſemidirutum, in littore Oceani. A quibuſdam *Anaffe* dicitur; eſtque in provincia Temeſna, cum portu capaci. Diſtat ab Azamuro 20. leucis Hiſpanicis, & 15. à Sala meridiem verſus.

Angadiva, *Angedive*, ſeu *Anchedive*, id eſt quinque inſulæ, inſula parva Aſiæ & Indiæ intra Gangem, in ora regni Decani, 12. leucis à Goa civitate diſtans meridiem verſùs. Ibi aliàs caſtrum Luſitanorum, poſtea disjectum.

Angamala, *Angamale*, urbs parva Indiæ intra Gangem in monte, prope fluvium *Acotta*, Epiſcopalis facta a Paulo V. Papa anno 1609. ſub Archiepiſcopo Goano, ſita eſt in regione Malabaria; ibique & in viciniis degunt Chriſtiani S. Thomæ. Dicitur etiam Epiſcopatus Serrenſis, ſeu S. Thomæ, aut Cranganorenſis, quia prope Cranganoram, a qua diſtat Angamala 10. leucis, & a Coccino 15. leucis in Orientem.

Angasmajus, *l'Angaſmaio*, fluvius Americæ meridionalis in Popaiana regiooe, verſus confinia Peruæ, teſte Lactio.

Angelopolis, *Citta di S. Angelo*, oppidum Italiæ in Aprutio Ulteriori, in regno Neapolitano in monte ſitum, olim Angulus dictum, quæ vox in Angelum detorta eſt, 2. milliarihus diſtat ab ora maris Adriatici, inter oſtia Tiferni & Matrini fluviorum, & 8. milliaribus a Pinna in ortum æſtivum.

Angelopolis, *los Angeles*, ſeu *la Puebla de los Angeles* Hiſpanis, *la ville des Anges* Gallis, urbs Americæ Septentrionalis & Novæ Hiſpaniæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Mexicano antea in Tlaſcala provincia cujùs caput exiſtebat, nunc in præfectura Mexicana, extructa fuit ab Hiſpanis anno 1530. ampla eſt & probe culta in valle fertiliſſima *Guetlaxcoapan* dicta, creſcitque in dies, & ad ipſam tranſlatus fuit Epiſcopatus Tlaſcalæ anno 1550. diſtat 6. leucis Hiſpanicis a Tlaſcala in Auſtrum, & 20 a Mexico in ortum, Veram Crucem verſus & Mare Mexicanum, 40. circiter ad fluvium *Toyaz*.

Anoelopolis, ſeu civitas S. Angeli, *S. Angelo*, urbs Apuliæ & provinciæ Capitanatæ, in monte Gargano, a Manfredonia, 5. mill. paſſ. diſtans, parva eſt ſed ſitu munita, hic ſpecus cum templo S. Michaelis percelebris, & 4. mill. diſtat ab ora maris Adriatici & a ſinu Sipontino, dicitur etiam à quibuſdam mons S. Angeli, & fanum S. Angeli. Vide ibi.

Angelopolis, ſeu Fanum S. Angeli Longobardorum, *S. Angelo de Lombardi*, urbs alias Hirpinorum, nunc provinciæ Principatus ulterioris, in regno Neapolitano intra montes, eſtqoe ſatis parva, & Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Compſano, 5. milliaribus à Nuſco in ortum, & 8. à Compſa Beneventum verſus 20.

Angelopolis, *S. Angelo in Vado*, quibuſdam caſtrum S. Angeli Vadani, urbs parva Italiæ, in ditione Eccleſiæ & Ducatu Urbioate, facta fuit Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Urbinate anno 1635. ab Urbano VIII. Pontifice Maximo ſed cum Urbaniæ Epiſcopatu perpetuo unita. Vide Tiphernum Metaurum.

Angelorum provincia, *los Angelos*, provincia Americæ in Nova Hiſpania, quæ & Tlaſcala dicta, inter mare Mexicanum ad ortum & provinciam Mexicanam ad occaſum, vocatur aliter & ſæpios Guaſtacania provincia, & Tlaſcala. Vide ibi.

Anger, *l'Andre*, fluvius Galliæ, qui & Ingeris dictus a quibuſdam, oritur in Bituricenſi provincia, ubi Caſtream & Caſtrum Rodulphi rigat, deinde Turoniam ingreſſus ad Caſtellionem & Lochiam labitur, tandemque Ligeri miſcetur, ejos fit mentio in actis mediæ ætatis.

Anoeramunda, *Angermond*, oppidulum Germaniæ, in Marchia Brandeburgenſi, ad fluvium *Welſe*, qui mox cadit in Oderam. Vide infra Angermunda nova.

Angeriacum, *S. Jean d'Angely*, oppidum Galliæ præclarum, in Santonia provincia, ad Voltumnum fluvium, 2. leucis diſtans à confinio Pictavienſis provin-

ciæ, fuitque alias munitum ſed ejus munitiones disjectæ fuerunt a Ludovico XIII. Rege, 7. leucis diſtans à Mediolano Saniorum in Septentrionem. Vide Engeriacum.

ANGERMANNIA, *Angermanland* incolis, & *l'Angermanie* Gallis, provincia Sueciæ, Norlandicarum una, ubi & Angermannus fluvius, & civitas unica Hernoſandia in ora ſinus Bothnici, alia vero loca ſunt *Nora*, *Natra*, *Seenſio*, & *Solet*, Terminos habet a Septentrione Bothniam, & Lappiam, ab Oriente ſinum Bothnicum, á Meridie Midelpadiam quæ ſub ipſa cenſetur, & ab Occidente oinnutam partem Norvegiæ & Jemptiam.

ANGERMANNUS, *Angermann flodt*, fluvius Sueciæ regni in Angermannia provincia, oritur ex Sevone monte in confinio Jemptiæ, deinde in ortum tendens in ſinum Bothnicum ſe exonerat.

ANGERMUNDA, *Angermund*, oppidum Livoniæ, in Ducatu Curlandiæ, & in ora maritima maris Baltici, 2. milliaribus Polonicis diſtans a Vinda urbe in Septentrionem.

ANGERMUNDA NOVA, *Nevv Angermund*, urbecula Germaniæ in Marchionatu Brandeburgico, verſus Pomeraniam, ad *Welſe* fluvium, hoc bello deformata. Vix uno milliari Germanico diſtat ab Odera fluvio, 2. ab Aderburgo in Septentrionem, 6. autem a Stetino in meridiem.

ANGIA, incolis *Enghien*, Gallis *Anguien*, oppidum Belgii, in Hannonia provincia, Ducatus titulo clarum, 6. leucis diſtat à Bruxella in occaſum hybernum, & 5. à Montibus in Septentrionem.

ANGILI, populi. Vide Angli.

ANGIRA, urbecula Ægypti ſuperioris, non longè à Nilo fluvio in monte, teſte Ptolemæo, 20. circiter leucis diſtat a Cairo in meridiem, nunc *Anſene* dicta.

ANGITIA SYLVA, in Italia in finibus Marſorum, inter Albam & lacum Fucinum, nunc *la Selva d'Albi* vulgò, ſic ab Octæ Regis filia dicta, quæ & Agnitia. De qua Virgilius.

ANGITULA, oppidum Brutiorum in Italia, Antonino, quod Criſſa Lycophroni, nunc *la Rocca d'Angitola* dictum, in Calabria ulteriori ad fluviolum Angitulam, haud procul ab ora maris Tyrrheni & ſinus Hipponiatis, ab Hipponio vero 8. milliaribus diſtans in Septentrionem Neocaſtrum verſus.

ANGLA, *Angle*, oppidulum Galliæ in provincia Pictavienſi, ad Anglinam fluviolum, *l'Anglin* vulgo cum Abbatia, verſus limites Turoniæ provinciæ, & 9. leucis á Pictavis in ortum.

ANGLERIA, *Anghiera*, oppidum Italiæ in Ducatu Mediolanenſi in ora lacus Verbani, olim præclarum, tituloque Comitatus ſub Principibus Vicecomitibus exornatum anno 1397. a Venceſlao Imperatore, Aronæ proximum, lacu interſito, a Mediolano ſupra 35. mil. paſſ. diſtans; olim mille paſſibus a lacu diſtabat, teſte Leandro.

ANGLERIÆ COMITATOS, *il Contado d'Anghiera*, tractus Ducatus Mediolanenſis in Italia, ad radices Alpium, inter Pedemontium, præfecturas Italicas Rhætorum, & agros Mediolanenſem, & Novarienſem, ſub quo ultimo etiam ſæpe cenſetur, ſic dicitur ab Angleria ejus oppido, aliaſque Comites habuit magni nominis.

ANGLESEIA, *Angleſey*, inſula Angliæ, Walliæ adjacens. Vide Mona.

ANGLI populi Germaniæ in Saxonia, & Vindilorum pars, Taciro, Angiti Ptolemæo, qui in Britanniam profecti, partem in auſtrum vergentem, ejectis Britannis, occuparunt, illámque de ſuo nomine Angliam dixere: eorum veſtigium manet in tractu Anglia dicto vulgo *Anglen*, in Ducatu Sleſvici inter Flenſborgum ad Septentrionem & Sleſvicum ad meridiem, qui tractus extenditur ad quatuor aut 5. milliaria Germanica ex utraque parte & ſubeſt pro majori parte Duci Sleſvicenſi, & pro minima Regi Daniæ, ſed nullum ineſt oppidum alicujus nominis in illo.

ANGLI, populi Angliæ regni, vulgo *English* ſibi, *les Anglois* Gallis, *los Ingleſes* Hiſpanis, *gli Ingleſi* Italis

ANGLIA, *England* & *the Kingdome of England* incolis, *l'Angleterre* Gallis, *l'Inghilterra* Italis, *das Engelland* Germanis, & *la Inglatera* Hiſpanis, pars eſt major Britanniæ inſulæ ad Auſtrum extenſa, regnumque Europæ percelebre a multis ſeculis, quod olim Britannia major ex parte, & ſuperior ſeu citerior & meridionalis vocabatur, terminatur a Septentrione Britannia ulteriori, ſeu inferiori & Septentrionali, ab ortu Oceano Germanico, à meridie mari Britannico, & ab occaſu Mari Vergivio ſeu Hibernico primum diviſa fuit in quinque partes tempore Romanorum, nempe in Britanniam primam, Britanniam ſecundam, Flaviam Cæſarienſem, maximam Cæſarienſem, & Valentiam, ſub quibus fuere populi ſexdecim nempe Attrebatii, Belgæ, Brigantes, Cantii, Cattieuchlani, Coritani, Cornavii, Damnonii, Dimetæ, Dobuni, Iceni, Ordovices, Ottadini, Regni, Silures, & Trinobantes, poſtea Anglia in ſeptem Regna diviſa fuit nempe in Cantium, Surſexiam ſeu Auſtro-Saxoniam, Eaſt-Angliam ſeu Orientalem Angliam, Weſt-Sexiam ſeu Occidentalem Saxoniam, Eaſt-Sexiam, ſive Orientalem Saxoniam, Northumbriam, & Merciam, quæ in unum coaluerunt ſub Adelſtano Rege quibus addi debet Wallia, quæ Anglico Regno acceſſit ſub Eduardo I. Rege, dicta fuit etiam Anglia Saxonia Transmarina, poſt ſublatum Britanniæ nomen, teſte Camdeno, uti etiam poſtea Lhoegria, teſte Valſinghamio. Alias Anglia reges habuit proprios Anglo-Saxones, in Heptarchiam, ſive ſeptem regna diviſos, in quibus tamen qui plurimum poterat, Rex gentis Anglorum dicebatur, ut eſt apud Bedam, & Ecbertus Occidentalium Saxonum Rex, quatuor regna ex his victoria complexus, Heptarchiam, quam occuparant Saxones promulgato edicto vocari juſſit *Engleloneth*, id eſt Anglorum terram, unde Latine Anglia dicta, ab Anglis facta appellatione, hinc vexata fuit per duo ſecula à Danis, quibus etiam aliquando paruit, poſtea rediit ad Anglos, ſub Eduardo Confeſſore, ſed tandem anno 1066. Normanni Franciæ populi, à Francorum Rege adjuti Anglos vicerunt ad Haſtingam, & hanc regionem ſui juris fecerunt ſub Guillelmo Conquiſtore dicto Normanniæ Duce, qui ſic regnum ſibi peperit, & ad ſuos poſteros in hanc uſque diem longa ſerie tranſmiſit. Nunc autem Anglia dividitur in Angliam, & in Walliam, Anglia vero iterum ſeparatur in Angliam propriam, *l'Angleterre*, Angliam Septentrionalem ſeu provincias Septentrionales, *les Provinces du Nort*, & Angliam Occidentalem ſeu provincias Occidentales, *les Provinces de l'Oueſt*, & in his quatuor partibus Angliæ ſunt 52. comitatus ſeu provinciæ.

ANGLIA SEPTENTRIONALIS, ubi alias regnum Northumbriæ, continet ſex provincias Cumbriam, Dunelmenſem, Eboracenſem, Lancaſtriam, Northumbriam, & Weſtmariam.

ANGLIA OCCIDENTALIS, ubi alias regnum Weſtſexiæ ſeu Saxonum Occidentalium, complectitur provincias ſeu comitatus ſeptem Bercheriam, Cornubiam, Devoniam, Dorceſtriam, Hantoniam, Somerſetiam, & Wiltoniam.

WALLIA, continet duodecim comitatus Arvoniam, Brechiniam, Ceretiam, Denbigenſem, Flintenſem, Glamorganenſem ſeu Morganuciam, Maridunenſem, Merviniam, Monam ſeu Angleſeiam, Mongomericenſem, Penbrochiam, & Radnoriam.

ANGLIA PROPRIA, complectitur alias 27. provincias quarum nomina ſunt Cantium, Suſſexia, Suthreia, Midleſexia, Eſſexia, Herfordia, Norfolcia, Suffolcia, Cantabrigia, Huntingdonia, Bedfordia,

Buckingamia, Glоceſtria, Herefordia, Vigornia, Rutelandia, Lincolnia, Northantonia, Staffordia, Salopia, Nottingamia, Ceſtria, Leiceſtria, Varvicenſis comitatus, Oxonienſis comitatus, & Monumethenſis, atque Darbia. In ea eſt Londinum *London* incolis, totius regni caput & ſedes regia. Angliæ propriæ partes erant alias Anglia Orientalis, in qua provinciæ Cantabrigienſis, Eſſexia, Hersfordienſis; Middleſexia, Norfolcia, & Suffolcia; & Anglia Auſtralis, ſub qua comprehendebantur provinciæ Suſſexia, & Suthreia, ſed hæc diviſio vix eſt in uſu, & hæ provinciæ ſub Anglia propria communiter ſumuntur, extenditur Anglia à Septentrione in meridiem per 350. mill. paſſ. nempe à Bervico in limite Scotiæ, ad promontorium Auſtrale Vectis inſulæ in ora Oceani Britannici, & ab ortu in occaſum ejus major latitudo eſt 300. mille paſſuum ſcilicet à Thanato inſula, ad oſtia Tameſis, ad Bolerium promontorium, ſed in aliis locis multo minor eſt.

Angliæ regi subsunt, etiam Scotiæ, & Hiberniæ regna, & hinc dicitur ab aliquot annis Magnæ Britanniæ Rex, eidem parent etiam in America Septentrionali Anglia Nova, Nova Eboracenſis provinciæ, Carolina provincia, Marilandia ſeu Mariæ terra, & Virginia, Jamaica inſula ampla in ſinu Mexicano, & inſulæ æſtivæ ſive Bermuda, cum aliquot ex Antillis.

Angliæ provinciæ seu comitatus

Arvoniæ Comitatus, *Caernarvanshire*, in Vallia.
Bedfordienſis Comitatus, *Bedfordshire*.
Bercheria, *Barkshire*
Brechiniæ Comitatus, *Brecknockshire*, in Vallia.
Buckingamienſis Comitatus, *Buckinghamshire*.
Cantium, *Kent*.
Cantabrigienſis Comitatus, *Cambridgeshire*.
Cardiganiæ Comitatus ſeu Ceretica, *Cardiganshire*, in Vallia.
Carmardeniæ ſeu Maridunenſis Comitatus, *Caermardenshire*, in Vallia.
Ceſtrienſis, *Cheshire*.
Cornubia, *Cornuval*.
Cumbria Comitatus, *Cumberland*.
Denbighienſis Comitatus, *Denbighshire*, in Vallia.
Derbienſis Comitatus, *Darbyshire*.
Devonia, *Devonshire*.
Dorſetia & Dorceſtrenſis Comitatus, *Dorcetshire*.
Dunelmenſis Epiſcopatus, *The Bishoprick of Durham*.
Eboracenſis Comitatus, *Yorkshire*.
Eſſexia, *Eſſex*.
Flintenſis Comitatus, *Flintshire*, in Vallia.
Glamorganenſis Comitatus, *Glamorganshire*, in Vallia.
Gloceſtrienſis Comitatus, *Glоceſtershire*.
Herefordenſis Comitatus, *Herefordshire*.
Hertfordienſis Comitatus, *Hartfordshire*.
Huntindonienſis Comitatus, *Huntingtonshire*.
Lancaſtrienſis Comitatus, *Lancashire*.
Leiceſtrienſis Comitatus, *Leiceſtershire*.
Lincolnienſis Comitatus, *Lincolnshire*.
Mervinia, *Merionethshire*, in Vallia.
Middleſexia, *Middleſex*.
Mona inſula, *The iſle of Angleſey*, in Vallia.
Mongomerienſis Comitatus, *Mongomeryshire*, in Vallia.
Monumetenſis Comitatus, *Monmouthshire*, in Vallia.
Norfolcia, *Norfolk*.
Northamptoniæ Comitatus, *Northamptonshire*.
Northumbria, *Northumberland*.
Nottingamienſis Comitatus, *Nottinghamshire*.
Oxonienſis Comitatus, *Oxfordshire*.
Penbrochienſis Comitatus, *Pembrokshire*, in Vallia.
Radnorienſis Comitatus, *Radnorshire*, in Vallia.
Rutlandia & Rotelandia, *Rutlandshire*.
Salopienſis Comitatus, *Shropshire*.
Somerſetenſis Comitatus, *Somerſetshire*.
Southamptonienſis Comitatus ſeu Hamptonia, *Hantshire*, ſub qua Vecta inſula.
Staffordiæ Comitatus, *Staffordshire*.
Suffolcia, *Suffolk*.
Suſſexia, *Suſſex*.
Suthreia, *Surrey*.
Warvicenſis Comitatus, *Vvarvvickshire*.
Weſtmaria Comitatus, *Vveſtmorland*.
Wigornienſis Comitatus, *Vvorceſtershire*.
Wiltonienſis Comitatus, *Vviltshire*.

Angliæ urbes et oppida præcipua.

Antona Auſtralis, *Southampton*.
Antona Borealis, *Northampton*.
Arvone, *Caernarvan*.
Barnſtapula, *Barnſtable*.
Bathonia, *Bath*.
Bedfordia, *Bedford*.
Bellomariſeus, *Beaumarish*.
Bervuicum, *Barvvick*.
Brechinia, *Brecknok*.
Briſtolium, *Briſtoll*.
Cantabrigia, *Cambridge*.
Cantuaria, *Canterbury*.
Cardiffa, *Caerdiff*.
Carleolum, *Carlile*.
Ceſtria, *Cheſter*.
Cieeſtria, *Chicheſter*.
Civitas Legionum, *Caerleon*.
Colceſtria, *Colcheſter*.
Conventria, *Coventry*.
Corinium, *Cirenceſter*.
Denbighia, *Denbigh*.
Darbia, *Darby*.
Dermuta, *Darmouth*.
Dorceſtria, *Dorcheſter*.
Dubris, *Douer*.
Dunelmum, *Durham*.
Eboracum, *York*.
Elia, *Ely*.
Exonia, *Exceſter*.
Fanum S. Albani, *S. Albans*.
Fanum S. Botolphi, *Boſton*.
Galleva, *Vvallingford*.
Garianonum, *Yarmouth*.
Gippevicum, *Ipsvvich*.
Glovernia, *Gloceſter*.
Harvicum, *Harvvich*.
Herefordia, *Hereford*.
Hertfordia, *Hartford*.
Hullaum, *Hull*. vel *Kingſton upon Hull*.
Huntingdonia, *Huntington*.
Lancaſtria, *Lancaſter*.
Leiceſtria, *Leiceſter*.
Lichfeldia, *Lichfield*.
Lindum, *Lincoln*.
Linum Regis, *Lienne*.
Londinum, *London* urbs regni primaria.
Mancunium, *Mancheſter*.
Maridunum, *Caermarden*.
Mons Gomericus, *Mom Gomery*.
Monumethia, *Monmouth*.
Neoportus, *Nevvport*.
Nevarca, *Nevvarck*.
Northamptonia, *Northampton*.
Norvicum, *Norvvich*.
Nottingamia, *Nottingham*.
Novum caſtrum, *Nevvcaſtle*.
Oxonium, *Oxford*.

Penbrochia, *Pembrock.*
Petroburgum, *Peterborough.*
Plimuta, *Plimouth.*
Portus oſtium, *Portsmouth.*
Readingum, *Reading.*
Rium, *la Rye.*
Roffa, *Rocheſter.*
Salopia, *Shrevvsbury.*
Sandovicum, *Sandvvich.*
Sarum & Sariſburia, *Sarisbury.*
Scarburgum, *Scarborough.*
Staffordia, *Stafford.*
Thetfordia, *Thetford.*
Varvicum, *Vvarvick.*
Vigornia, *Vvorceſter.*
Vimutium, *Vveymouth.*
Vuellæ & de Fontibus, *Vvelles.*
Weſtmonaſterium, *Vveſtminſter.*
Wintonia, *Vvincheſter.*

Angliæ regnum, regio ampla Europæ. Vide Anglia.

Anglia minor, *Anglen*, tractus Daniæ in Ducatu Sleſvici, ubi alias Angili populi, ſeu Angli, inter Flenſburgum & Sleſvicum.

Anglia nova, *The Nevv England* incolis, *la Nouvelle Angleterre* Gallis, regio Americæ Septentrionalis, ad mare Boreale, inter novam Franciam & novum Eboracum. Vide Nova Anglia.

Anglica, *l'Angloiſe* Gallis, *la Ingleſe* Hiſpanis, inſula eſt parva Aſiæ in Oceano Orientali, & una ex Latronum inſulis, ſic dicta quod ab Anglis detecta ſit ſæculo elapſo.

Anglona, urbs fuit Lucaniæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Acherontino, ſeu Mateolano, *Anglona* dicta, ſed hac tempeſtate omnino everſa in Baſilicata provincia regni Neapolitani, ſita erat in promontorio in ora ſinus Tarentini, 12. mill. paſſ. diſtans in ortum a Turſia urbe, quæ ipſi in Epiſcopatu ſucceſſit; & ejus ruinæ nulla alia remanent veſtigia, quam unica Eccleſia campeſtris ſatis parva cum palatio illi contiguo.

Anglorum Orientalium Regnum, ſeu Eaſt Angliæ regnum, *The Kingdome of Eaſt-Angles*, pars fuit Angliæ verſus ortum extenſa, alias proprios habens Reges, terminabatur ab Oriente & Septentrione Oceano Germanico, ab occaſu Merciæ regno, & à meridie Saxonum Orientalium regno, eratque ubi nunc Norfolcia, Suffolcia, & Cantabrigienſis provinciæ Regni Angliæ, teſte Joanne Speedo.

Anglorum Septentrionalium Regnum, ſeu Northumbriæ regnum, *The Kingdome of Northumberland*, pars Angliæ verſus Scotiam, ubi nunc provinciæ Boreales Angliæ. Vide Northumbriæ regnum.

Anglura, *Anglure*, oppidulum Galliæ, in Campania provincia, ubi Auga fluvius cadit in Albam fluvium qui 3. leucis infra in Sequanam ſe exonerat, 8. leucis diſtat à Trecis in Septentrionem, in limite Briæ.

Angola, *Angola*, regio Africæ meridionalis, verſus oram Oceani Æthiopici, inter Regnum Congum quod illi inſidet ad Septentrionem, & Regnum Benguelam ad meridiem, ab occaſu Oceano alluitur, & ab ortu terminatur Regnis Matamba, Dongo, & Cangela, à multis comprehenditur ſub regno Congi, ſed tamen eſt plane diverſa, eſtque regio dives & nota Europæis mercatoribus, atque pro majori parte Luſitanorum vectigalis, ejus provinciæ ſeu partes ſunt Enbaca, Enſaca, Ilamba, Libola *Libolo*, Lumba *Lumbo*, & Quizama, uti pluribus accepi à Luſitanis qui illas partes luſtrarunt. Regionis præcipua orbs eſt Loanda ſeu Fanum S. Pauli *Loanda*, in ora littorali cum portu capaci & ſub dominio Luſitanorum, uti Cambamba *Cambambi*, Enbaca arx, *Enbaca*, Manpunga *Manpungo*, Maſſanganum *Maſſangano*, Mochima *Mochima*, & Nſendela *Nſendera* oppida hujus regni.

Angolus, urbs Veſtinorum in Italia Ptolemæo, Anglos Plinio, nunc eſt *Citta di S. Angelo*, Angelopolis, oppidum Aprutii Ulterioris, prope oram maris Adriatici, & 8. milliaribus à Pinna. Vide Angelopolis ſupra.

Angotinum, *Argote*, regnum Africæ, cum urbe cognomine ad Abanbum fluvium, in Æthiopia ſuperiori ſeu Abyſſinia, inter Azugam urbem in meridiem, & *Beleguanze* in Septentrionem.

Angra, *Angra*, inſula Oceani, quæ aliter & melius dicitur Tertia inſula. Vide ibi.

Angra, id eſt ſtatio navium, *Angra*, urbs inſulæ Terceræ, ſeu Tertiæ, una ex Azoribus, inter Hiſpaniam & Novam Franciam, in Oceano Atlantico, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Oliſypponenſi. Paret Luſitanis cum tota inſula & aliis adjacentibus. Sedet in ora meridionali inſulæ cum portu capaci; eſtque parva, & culta, cum arce permunita S. Philippi dicta

Angria, *Engern*, oppidolum Weſtphaliæ, in Comitatu Ravenſpergenſi, ubi ſepultus Witikindus Dux, Saxo ille percelebris ſub Carolo Magno Imperatore cum quo per tot annos dimicavit, tandémque ab ipſo magnis cladibus attritus Chriſtianus effectus eſt & ibi obiit anno 807. uno milliari Germanico diſtans ab Hervordia, & 8. leucis à Monaſterio in ortum, deficitque in dies.

Angrivari, populi Germaniæ, à Tacito & Ptolemæo memorati, quos Peucerus credit fuiſſe in ora maris Baltici, ubi nunc Pomerania, ſed teſtibus Cluverio, Brietio, & aliis, erant ubi hodie pars Weſtphaliæ propriæ, & Diœceſis Monaſterienſis, & tractus Oſnabrucenſis & Paderbornenſis, cum parte Trans-Iſſalaniæ provinciæ Belgii, & eorum veſtigium manet in Angria oppidulo *Engern* in Weſtphalia.

Anguillara, *l'Anguillara*, oppidulum ditionis Eccleſiæ, in provincia Patrimonii, ad lacum Braccianenſem, ſeu Sabbatium. Diſtat à Braciano 5. milliaribus & 18. a Roma in occaſum, prope *l'Annone* rivum.

Anguillara, *l'Anguillara*, oppidum & lacus Italiæ, in Pataviño agro, & in ditione Veneta, prope Atheſim fluvium, 8. milliaribus diſtans à Rhodigio in Septentrionem, & 15. à Patavio in meridiem.

Anguis, *l'Anguille*, inſula parva Americæ Septentrionalis, & una ex Antillis in mari Boreali, ſub dominio Anglorum, vix 9. mill. paſſ. diſtat ab inſula Sancti Martini in Septentrionem, uti 40. à S. Chriſtophori inſula.

Angusia, *Angus*, Scotiæ Borealis provincia, terminatur à Septentrione Marria provincia, ab ortu Merniſia, & Oceano Germanico, ab occaſu Gorea & Perthia, à meridie autem ſeparatur à Fifa provincia Tavi æſtuario, & partim Oceano alluitur, ejus urbes præcipuæ ſunt Brechinia *Brechin*, provinciæ caput, Donum Dei *Dundée*, & Mons Roſarum *Monroſſ*, teſte Timotheo à Ponte.

Anhaltinus Principatus, *das Furſtenthumb Anhalt*, & *Anhaltiſch* Germanis, tractus Germaniæ, in Saxonia ſuperiori, ab ortu in occaſum extenſus per 18. milliaria Germanica, ſed ejus latitudo multo minor eſt plurimis in locis, & verſus Thuringiam vix eſt 2. aut 3. milliarium, terminatur à Septentrione Ducatu Magdeburgenſi & Principatu Halberſtadienſi, Abbatiaque Quedelimburgenſi, ab ortu Ducatu Saxoniæ, à meridie vero Comitatu Mansfeldienſi: rigatur fluviis Albi, Sala, & Multa, & in quinque partes dividitur ſub totidem principibus Deſſaviæ, Serveſtæ, Plotzæ, *Hertzoggerode*, & *Koden* commorantibus, & ab iis dictis; eorum oppida præcipua ſunt Deſſavia, Serveſta, & Bernaburgum, ſed oppidulum Aſcherlebia in hoc tractu Halberſtadiis oppignoratum eſt, ſicque

Digitized by Google

Brandeburgico Electori paret, horum vero principum ditiones ſic dividuntur, ad Principem Deſlaviæ ſubſunt Deſlavia, *Ragun*, *Gernitz*, Schanderlebia, *Urkleben* & Wotlizia, cum *Radgalt*; Princeps in *Kothen* habet *Vamsdorf*, *Munche-Neubourg*, & *Vvolfen*; Princeps Bernaburgi imperat Bernaburgi, in comitatu *Vvalkenſtet* & præfectura Hazkeroda cum monaſterio Gerningeroda; Princeps in *Plotzke* habet *Plotzke* cum tractu adjacenti; & Principi Serveſtæ ſubſunt Serveſta, Indavia, *Coſuigk*, & Roſla.

Anhaltium vetus, *Alt Anhalt*, caſtrum Germaniæ in Saxonia ſuperiori, ad Selcam, à quo tractus adjacens dicitur Principatus Anhaltinus, nunc ſemidirutum jacet, ferè 5. milliaribus ab Halberſtadio diſtans in Auſtrum, & 8. à Bernaburgo in occaſum.

Anholtium, *Anholt*, oppidulum Ducatus Geldriæ & Tetrarchiæ Zutphanienſis in Belgio unito, 2. leucis diſtans ab Emmerico, & totidem à Bukolta, inter amnes Aam & Iſalam veterem, ſub dominio provinciarum Belgii uniti.

Aniana, *Agnane*, oppidulum Galliæ, cum Abbatia in Occitania interiori, ad Arauraim fluvium, 4. leucis a Luteva in ortum hybernum Montem Peſſulum verſus 7. circiter.

Anianga, *Aniang*, urbs Sinarum, in provincia Huquania. Vide Hanyanga.

Anianæ thermæ, nunc *il Bagni d'Agnano*, balnea provinciæ Terræ Laboris, inter Baias & Cumas: quorum aquæ multis ſunt morbis ſalutares, teſte Scipione Mazzella.

Anianum fretum, *le détroit d'Anian* Gallis, *el Estrecho de Anian* Hiſpanis, fretum Oceani Septentrionalis, ubi ſit non conſtat & à variis variè ponitur. Hiſpani enim, Luſitani, & aliàs Angli crediderunt illud eſſe verſus Tartariam, ubi nunc repertum eſt fretum Eſonis. Hiſce autem temporibus exiſtimant quidam illud eſſe verſus partem ſeptentrionalem Californiæ inſulæ, ſicque de eo nihil certi habemus.

Aniava, *Aniava*, promontorium celebre in regione Eſonis, quæ vulgò *la Terre d'Ieſo* dicitur, in Aſia, ſupra Japoniam in ſeptentrionem. Dicitur & *Anivva* a Belgis unitis, qui illas oras perluſtrarunt hiſce ultimis temporibus.

Anicium, quæ & Podium, *le Puy*, urbs Galliæ in Occitania latè ſumpta, Velaunorum caput, & Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Bituricenſi, ſed ab ejus juriſdictione immunis ſedet in monte propè Ligerim fluvium, eſtque ampla & probè culta, quanquam in montuoſo tractu, crevit ex ruinis Rueſſii urbis Velaunorum primariæ, 2. leucis hinc diſtantis, ubi nunc *S. Paulhan* vicus, teſte Catello & aliis, & antea Anicius mons dicta fuit, diſtat 22. leucis à Lugduno in occaſum hybernum & 20. à Claromonte in Arctos Vivatium verſus, & 18. à Vienna, templum habet Deiparæ dicatum auguſtiſſimum & maxime frequentatum, dicitur etiam Anicienſis urbs, & perſæpe *le Puy en Velay*, ab illo tractu & ad diſtinctionem aliorum locorum, hinc Anicienſes populi.

Anicios mons, *le mont Anis* antiquitus, mons Galliæ, ubi poſtea extructa urbs Podium ſeu Anicium, *le Puy*, in Velaunis ex ruinis Rueſſii urbis, teſte Catello. Vide Anicium.

Anigrus, fluvius Peloponneſi in Elide tractu, Straboni, qui Aniger Vibio Sequeſtri, in quo Centauros vulnera laviſſe refert Ovidius libro 15. metamorphoſeon.

Anilca, *Anilco*, provincia Floridæ regionis Americæ ſeptentrionalis, in mediterraneis proprio Principi ſubdita, teſte Laetio

Animaca, *l'Animacha*, fluvius Aſiæ, in Peninſula Indiæ inter Gangem & regione Malabaria. Oritur in regno Calecuri, & in Oceanum influit, 6. leucis ab Eranganora verſus ſeptentrionem, oppidum rigans cognomine.

Aninsula S. Carilephi, *S. Calez* ſeu *S. Calais* cognomento *du deſert*, oppidulum Galliæ cum Cœnobio in Cœnomanenſi provincia, ad amnem *Aniſle*, 2. leucis diſtans à Belſiæ provinciæ confinio & a Vindocinenſi agro, & 6. leucis à Vindocino in ortum Cœnomanum verſus 11, ſic dicitur à S. Carilepho qui ibi vitam primum eremiticam duxit, & poſtea extructo cœnobio Abbas fuit.

Anio, fluvius Italiæ in Latio, Plinio, & aliis, qui Anien Vibio Sequeſtri, nunc *il Teverone*, fluvius ditionis Eccleſiaſticæ in Campania Romana, fontes habet in monte Trebano 3. mill. paſſ. ſupra Trebam Auguſtam, deinde propè & infra Sublaqueum fluens, & in occaſum tendens, Vicum Varronis rigat, hincque auctus plurimis fluviolis & Latium à Sabina ſeparans, infra Tybur per Catadupas Tyburtinas præcipitatus, 15. mill. paſſ. infra in Tiberim fluvium ſe exonerat propè & infra Pontem Salarium, 3. milliaribus ab urbe Roma in Boream, & à fontibus huc uſque duodecim pontibus ſtratus cernitur, nomen habere tradunt ab Annio Rege Etruſco in eo ſubmerſo, & antiquiſſimis temporibus Pareuſus dicebatur, teſte Kirchero.

Anisus, *l'Ens*, fluvius Germaniæ; qui ex montibus in tractu Salisburgenſi oriens, oblique in Boream fluens infra ad Laureacum urbem exciſam, in Danubium excipitur ad Aniſum urbem Auſtriacam, à Lentia 3. milliaribus Germanicis in ortum diſtantem, Viennam verſus, ab aliis Anaſſus dicitur. Vide ibi.

Anisus, *l'Ens*, oppidum Germaniæ in Auſtria, aliis Anaſſus. Vide ibi.

Anitia, quæ Lencia aliis, *la Lenza*, fluvius Italiæ, in Longobardia. Oritur ex Apennino monte, & cadit in Padum prope Brixellum, dividitque Ducatus Parmenſem & Mutinenſem.

Anitorgis, urbs fuit Hiſpaniæ Tarraconenſis ad quam inter Scipiones & Haſdrubalem pugnatum Livio teſte. Ea aliquibus Concha eſſe videtur, aliis Albarracinum.

Anivva caput, *le Cap Anivva*, promontorium Tartariæ in Jupia regione. Vide Caput Anivva.

Anna, ſeu Ana, *Anna* & *Ana*, urbs antiqua Arabiæ deſertæ, ad Euphratem fluvium, Mercatu priùs celebris; ſed deficit in dies, & raros habet incolas, cum arce in inſula adjacente. A quibuſdam in Meſopotamia ponitur, cum ſit tantum in ejus confinio.

Anna, *Anna*, urbs Arabiæ deſertæ, ad Aſtanum fluvium, in limite Arabiæ fœlicis.

Annaberga, *Annaberg*, urbecula Germaniæ, in Miſnia provincia & monte *Schneberg*, verſus Bohemiam, 9. milliaribus Germanicis à Miſna urbe diſtans in Auſtrum, uno autem à Marienburga, juxta *Schop* amnem.

Annaciugi, *los Annacious*, populi Americæ meridionalis, in Braſilia mediterranea, verſus præfecturam Portus ſecuri.

Annamiticum regnum, ſeu Annanum, pars ampla Aſiæ, complectens regnum Cocinſinæ, *le Royaume de la Cochinchine*, & regnum Tunchini *le Royaume de Tunkin*, extenditurque à Septentrione in meridiem, inter Sinas & Oceanum Sinicum ſeu ſinum Cocinſinæ ad ortum, & Indiam extra Gangem cujus pars eſt ad occaſum, teſte Alexandro *de Rhodes* Gallo.

Annandia, ſeu vallis Annandi, *Annandail*, provincia parva Scotiæ meridionalis, ubi alias Selgovæ populi ex parte, ſita eſt inter provincias Nithiam ad occaſum, & Eſkiam ad ortum, & ad meridiem habet Itunæ æſtuarium, quo ab Angliæ regno ſeparatur,

ſeparatur, ejus vero caput eſt Annandum ad fluvium cognominem.

ANNANDUM, *Annan*, oppidum Scotiæ meridionalis in Annandia provincia, ad Annandum fluvium, & uno milliari Scotico ſupra ejus oſtia in Itunæ æſtuarium, 15. milliaribus ſimilibus diſtans à Carleolo in occaſum æſtivum.

ANNANOUS, *Annand*, fluvius Annandiæ provinciæ ab eo dictæ, in Scotia meridionali: oritur in ipſo limite Tuediæ, deinde in Auſtrum tendens, receptis aliquot fluviis minoribus, Annandum rigat, & uno milliari infra in Itunæ æſtuarium *Solvvay Firth*, ſe exonerat, vix 3. milliaribus Scoticis ab Angliæ confinio, teſte Thimotheo à Ponte.

ANNECIUM, *Annecy*, urbs lepida Sabaudiæ, Genevenſis Ducatus caput cum caſtro, ad lacum cognominem ubi ex eo effluit fluvius *Tioud* dictus, ad radices montis *Saymenoz*, alias amplior, nunc vero parva & à paucis habitata, quanquam in ea tranſlata ſit ſedes Epiſcopi Genevenſis à ſeculo & ultra. Ibi quieſcit corpus S. Franciſci de Sales Epiſcopi Genevenſis, & urbs diſtat 6. leucis à Geneva in meridiem Camberium verſus 7. & totidem ferè à Bellico in ortum, dicitur etiam Anneciacum à quibuſdam.

ANNECIUS LACUS, *le Lac d'Annecy*, lacus Sabaudiæ in Genevenſi Ducatu, à Septentrione in Meridiem extenſus ad 3. leucas Sabaudicas intra montes, ſed valdè reſtrictus, ſic dicitur ab Annecio urbe in cujus ora Boreali poſita, & ferè 5. leucis Sabaudicis diſtat à Rhodano fluvio in ortum.

ANNIBIUS, *Annibi*, lacus Tartariæ ſeptentrionalis, in Aſia, uti & montes cognomines in eadem regione, Marco Paulo teſte.

ANNIBONI INSULA, *Annobon*, inſula Africæ, in littore Guineæ, 10. leucas habens in circuitu. Sic dicta, quia à Luſitanis quibus ſubeſt detecta fuit primo die anni; diſtatque 180. mill. paſſ. à promontorio Lupi Gundiſalvi in occaſum.

ANNONIACUM, ſeu etiam Annonæum quibuſdam, *Annonay*, oppidum Galliæ in provincia Vivarienſi ſuperiori, ad radices montium, & prope *Deume* amnem, qui duabus leucis infra in Rhodanum ſe exonerat, 7. leucis diſtat à Vienna in Meridiem, & paulo minus à Valentia in occaſum æſtivum, ſic ab annona dictum ferunt, eſtque in confinio Forienſis tractus & Velauniorum, 14. leucis à Vivario in Septentrionem.

ANONIUM, oppidum Inſubriæ, Ptolemæo, nunc *Anone*, vicus Italiæ in Ducatu Mediolanenſi ad lacum parvum cognominem, 28. mill. paſſ. à Mediolano diſtans in Septentrionem, Leucum verſus 6. & à Como 10. teſte Ferrario.

ANONIUM, *Anone* incolis, *Non & la Roque de Non* Gallis, caſtrum Ducatus Mediolanenſis, in agro Alexandrino, ad Tanarum fluvium & quaſi in Mooteferrato inſertum, pluries vaſtatum fuit ultimo bello Italico, ſedet in colle, 16. milliaribus ab Alexandria in occaſum Aſtam verſus 5.

ANONYMI, populi Africæ, qui & Atlantes, montem Atlantem incolentes. Sic dicti, quod propriis carerent nominibus, teſte Plinio.

ANOSSIA, *l'Anoſſi & Carcanoſſi*, provincia Africæ, in inſula Madagaſcaria, verſus oram meridionalem, ubi antea coloniæ Francorum. Dicitur etiam *Androbeiʒaba* ab incolis, inter Ampatres populos ad Orientem, & Ambollam vallem ad Meridiem, teſte Flacurtio.

ANOTHIA, *Anoth*, inſula Angliæ, & una ex Sillinis, *Silly*, in Oceano, 25. circiter leucis Gallicis à Cornubia provincia Angliæ in occaſum, ſub Anglis.

ANOTIA, *Anout*, inſula parva ſinus Codani in Dania, inter Jutiam ſeptentrionalem, & Hallandiam provinciam Sueciæ, 8. milliaribus Danicis ab utraque parte diſtans, 7. autem milliaribus à Zeelandia inſula, in Boream, & inter Syrtes poſita.

ANSA, *Anſe*, oppidum Galliæ, in Lugdunenſi provincia prope Ararim fluvium 4. leucis à Lugduno in Septentrionem, Matiſconem verſus, ubi alias Concilium celebratum, dicta fuit etiam Aſſa Paulini.

ANSANCTI VALLII, locus Italiæ in Hirpinis, nunc *la Valle di Fricenti*, teſte San Felicio in provincia principatus ulterioris in regno Neapolitano ſub Fricento, urbe ubi antrum eſt quod incolæ os lupi dicunt, *la Bocca di lupo*, qui noxius & lethalis ob aquas peſtilentes & putres, teſte Plinio libro 2., ei adjacet locus Aoſanctus, nunc *Mufti* dictus.

ANSIANACTI, *les Anſianactes*, populi Africæ, in inſula Madagaſcaria, teſte Flacurtio, in mediterraneis, 30. circiter leucis ab ora occidentali, verſus inſulam Sanctæ Mariæ.

ANSER, *il Serchio*, fluvius Italiæ in Hetruria, oritur ex Apennino in monte in Graſiniana regiuncula, & prope Lucam labitur, deindeque in mare Tyrrhenum cadit, dicitur Sercius à recentioribus.

ANSIBARII, populi Germaniæ, de quibus fit mentio apud Tacitum, fuere ubi hodie Mindenſis Principatus, & Comitatus Diepboltenſis, & Hoienſis, ad Viſurgim fluvium & in Weſtphaliæ circulo, teſte Cluverio, quanquam ſint aliqui qui credant eos fuiſſe in Tranſiſalana provincia Belgii unite.

ANSIDONIA, ſeu Anſedonia, *Anſedonia*, oppidum Thuſciæ, ubi olim Coſæ everſæ, nunc etiam in ruinis jacens à Carolo Magno deſtructum, in Senenſi ditione & in Maritimo agro ulteriori cum portu Fenilia dicto ſub dominio Magni Ducis Hetruriæ, cum olim eſſet caput Comitatus magni nominis cujus partes erant Mons Argentarius, Urbatellum, inſula Lilii, inſula Gianuti, ſtagnum Urbatelli, Martilianum, caſtrum Altuoſcum, Caparbium, Mons Acutus, Mons Futhi, Serpena, Stachilacium, Portus Herculis, Caſtrum Argentarium in monte Argentario, & hæc omnia erant inter Albiniam fluvium ad occaſum & Eliam amnem qui in lacum Buraonm ſe exonerat ad ortum, conceſſaque fuere olim Reipublicæ Senenſi in Emphiteuſim ab Abbatia Trium fontium prope & extra Romam, à qua pendebant, & anno 1452. à Pio II. Pontifice Maximo confirmata, hujus oppidi fit mentio in edicto Deſiderii Regis, à cujus militibus extructa fuerat, eſtque inter ditionem Eccleſiæ ad ortum, & Statum præſidii dictum ad occaſum, 4. milliaribus ab Urbatello in ortum.

ANSICANI, *les Anſiquains*, populi Africæ, in Æthiopia ſuperiore, verſus Septentrionem regni Congi, & ad Orientem Loangi in mediterraneis.

ANSLOOA, *Anſlo* ſeu *Opſlo*, Gallis *Anſloye*, urbs regni Norvegiæ in Aggerhuſia præfectura, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Nidroſienſi, ſita eſt ad ſinum cognominem, 35. mill. paſſ. à mari Baltico in Boream arcem habens propinquam *Aggerhuſio* dictam, hæc civitas fœdo conflagravit incendio ſub Chriſtiano IV. Daniæ & Norvegiæ Regi qui illam reædificavit, Chriſtianamque de ſuo nomine dixit anno 1614. ſicque nunc *Chriſtiana* vulgo vocatur à Danis & aliis, & in hac urbe celebratæ fuerunt nuptiæ Jacobi VI. Scotiæ Regis, uti poſtea etiam Angliæ, cum Anna Friderici II. Daniæ Regis filia, die 23. Novembris anno 1589, 60. mill. paſſ. diſtat à Fridericoſtadia in Boream, uti 140. à Bahuſio Nidroſiam verſus 300. circiter & 120. à Bergis in ortum. Vide Chriſtiania.

ANSINA, *Anſina*, oppidum Ægypti in Thebaide, ſive Saida in occidentali ripa Nili, ubi etiam

Digitized by Google

multa ſuperſunt antiquitatis veſtigia, teſte Abulfeda.

ANSPACHIUM, *Anſpach*, oppidum Germaniæ cum caſtro, in Franconia provincia, & Brandeburgici juris. Aliter etiam *Onolzbach* dicitur ad fluvium cognominem, 6. milliaribus diſtat à Norimberga in occaſum hybernum, 7. autem a Norlinga in ſeptentrionem. Vide Onoldium.

ANTA, *l'Ante*, amnis Galliæ, in Normannia, Falæſam oppidum alluit, & tribus leucis infra in Divam fluvium cadit.

ANTA, *Ante*, oppidulum cum portu, in ora maritima Guineæ regionis, in Africa. Tribus leucis diſtat à promontorio trium Capitum, Orientem verſus.

ANTANDROS, urbecula Myſiæ ſeu Phrygiæ minoris, in Aſia minori, Straboni, & Plinio, nunc *S. Dimitri*, teſte Sophiano, in ora ſinus Adramytteni inter Scepſim & Adramyttium fere media, olim Edonis, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Epheſino, prope oſtia Cillei fluvii.

ANTARADUS, urbs Phœniciæ, in ora maris Syrii, Plinio & Ptolemæo, quæ poſtea Orthoſia dicta, nunc *Tortoſa*, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Tyrenſi, inter Balaneas ad Boream & Tripolim ad meridiem inde 34. hinc 28. mill. paſſibus diſſita, aliquando Conſtantia in libro Conciliorum, dicta à Conſtantino Imperatore, & inſtauratore, teſte Cedreno, nunc in ruinis ferè deſerta jacet à plurimis annis, ſub dominio Turcarum, & juxta ineſt modica inſula quaſi per duo milliaria diſtans, ubi antiqua & inſignis urbs Arados nomine fuit, per aliquot ſæcula, nunc etiam in ruinis jacens.

ANTAVARES, *les Antavares*, populi Africæ, in inſula Madagaſcaria verſus oram & partem orientalem ad Septentrionem regionis Matatanæ, & Fluvius Mananzarus eorum tractum rigat.

ANTARCTICÆ REGIONES, *les Terres Antartiques*, partes Orbis peramplæ, ſic dictæ quia verſus Polum Antarcticum extenduntur, dicuntur ab aliis Terra Auſtralis, *la Terre Auſtrale*, ex his pars perampla ad meridiem maris Pacifici detecta fuit ab Hiſpanis ultimo ſæculo, ſicuti inſulæ Salomonis, *les Iſles de Salomon*, & Terra Auſtralis Spiritus Sancti *la Tierra Auſtral del Eſpiritu Santo*; aliæ autem partes uti Regio Petri Nuitii *t'Landt van Peter Nuitz*, Terra Concordiæ ſeu Nova Hollandiæ, *t'Landt van Eendracht* & *Nievv Holland*, Carpentaria *Carpenter landt*, Regio Antonii Diemeni, *t'Landt Van Diemens*, & Nova Zelandia, *Nievv Zelandt* detectæ fuerunt hoc ſæculo à Belgis qui oram tantum littoralem luſtrarunt, ſed nullam coloniam ſtabilire potuerunt, cum ab incolis illarum partium peſſimè habiti ſint, quoties illud tentarunt; ſunt etiam aliæ partes Terræ Antarcticæ ad Auſtrum mari Magellanici, ori ad Auſtrum maris Æthiopici, ſed quæ ſint huc uſque incompertum eſt. Vide Terra Auſtralis.

ANTATOQUI, *les Antatoques*, populi novæ Eboracenſis provinciæ in America ſeptentrionali, qui & *Antaſtovais* dicti, teſte Galineo.

ANTEÆ, locus Galliæ Narbonenſis in Provincia, qui nunc ex itinerario Antonini eſt *Fayence*, oppidum inter Regium & Draguinianum.

ANTEMANTUNUM, urbs Galliæ Celticæ Antonino, nunc *Langres*. Vide Andomatunum, & Lingones.

ANTENACUM & Antonacum, urbs Germaniæ inferioris, in libro Notitiæ, Autunnacum Antonino, nunc *Andernach*, oppidum Germaniæ ad Rhenum fluvium, in ditione Electoris Colonienſis, in planitie ad radices montis, & in ipſo limite ditionis Trevirenſis & Juliacenſis Ducatus, ubi acriter dimicatum fuit anno 876, inter Carolum Calvum Imperatorem & Ludovicum III. Regem Germaniæ, parvi eſt circuitus, & anno 1120. reſtauratum fuit, cum antea eſſet exciſum, ſitum eſt vix 3. milliaribus infra Confluentes Bonnam verſus 5. fuitque alias urbs Imperialis & libera.

ANTENNA, urbs fuit Sabinorum in Italia, Plinio, quæ Antennæ Virgilio, & Straboni, ad Tiberim fluvium, & 50. ſtadiis ab urbe Roma diſtans, cujus hodie nullum exſtat veſtigium, hinc Antennates populi dicti à Livio.

ANTEQUIA, oppidum Autrigonum in Hiſpania Tarraconenſi, quod à Ptolemæo Antecuia dicitur, & in mediterraneis ponitur, ſed quid ſit hodie non conſtat, quanquam Coquus crediderit fuiſſe Andreapolim *S. Ander* oppidum, quod Flavionavia veteribus dictum ab aliis putatur.

ANTHEDON, urbs Palæſtinæ, Straboni & Plinio, Epiſcopalis ſub Patriarcha Hieroſolymitano, nunc *Daron* dicta, teſtibus Tyrenſi & Nigro, in ora littorali maris Syrii, denominata fuit etiam Agrippiada, à Rege Herode in honorem Agrippæ, fuitque illuſtris, & eam ab Alexandro Judæorum principe everſam Gabinius refecit, eſt in confinio Idumææ, 14. ſtadiis à Gaza & 10. mill. paſſ. ab Aſcaloo, ea Majuma in libris Conciliorum appellatur, ut quidam autumant.

ANTHEDON, oppidum Græciæ in Bœotia, teſte Ptolemæo, in ora littorali Euripi, nunc *Antedona*, teſte Brietio, inter Thebas & Chalcidem inde 60, hinc 70.

ANTHEMOS, urbs fuit Macedoniæ mediterranea, propè Thermam, teſte Plinio.

ANTHEMUSIA, urbs Meſopotamiæ, Nicephorio finitima, teſte Plinio, quæ & Anthemuſias dicta à Tacito, à Macedonibus condita, ſed nunc diruta jacens.

ANTHEMUSIA, provincia Meſopotamiæ, inter Euphratem, & Chaboram fluvios.

ANTHROPOPHAGI ÆTHIOPES, populi Africæ in ejus intimo receſſu Auſtraliori in Æthiopia inferiori ſeu exteriori, ubi hodie Cafrorum regio, *le pays de Cafres* vulgo. Vide Cafreria.

ANTHROPOPHAGI, ſunt populi Americæ meridionalis pro majore parte, præſertim verſus Braſiliam, Magellanicam, & alibi. Illos Hiſpani delere conati ſunt, ſed incaſſum. Ipſi enim Hiſpanos magnis cladibus affecere in provinciis mediterraneis: ſed in maritimis malè mulctati ab Europæis, ipſis parent pro majori parte. De ipſorum deſtructione conſule Bartholomæum Caſaum, Epiſcopum Chiapenſem.

ANTI, populi Sarmatiæ, Hunnorum genus, ad paludem Mæoticam incolentes: quibus devictis, Juſtinianus Imperator Anticus cognominatus eſt, teſte Jornande.

ANTIANA, & Antianæ, oppidum Pannoniæ inferioris Antonino, nunc, teſte Lazio, eſt *Zanko*, oppidum Hungariæ ad Dravum fluvium, ſed aliis eſt *Batha* oppidum ejuſdem regni, ad Danubium ubi recipit Sarvioum, medium ferè inter Statuas Coloſſos ad Boream, & Teutoburgium ad Auſtrum, 15. milliaribus Germanicis infra Budam in meridiem Belgradum verſus 22. circiter.

ANTIATUM NAVALE, recentioribus Neptunium *Nettuno*, Italiæ oppidum in Campania Romana, in ora maris Tyrrheni, & in ditione Eccleſiæ, crevit ex ruinis Antii. Vide Antium & Neptunium.

ANTIBARUM, *Antivari*, urbs Dalmatiæ in ſcopulo apud oram maris Hadriatici in monte, ſita inter Butuam ad occaſum & Olchinium ad ortum 10. mill. paſſ. à Scodra 18. in Auſtrum, ſub dominio Turcarum metropolis ſive Archiepiſcopalis cui ſuffragantur Butua, Olchinium, Drivaſtum, & Scodra; cum

aliis quinque urbibus, hinc Antibarenſes populi *gli Antivarini* vulgo.

ANTICARIA, *Antequera*, urbecula Hiſpaniæ, quæ olim Singilia dicta, ut quidam exiſtimant, in regno Granatenſi, & in confinio Vandalitiæ, 7. leucis diſtans a Malaca in Boream Singilim fluvium verſus totidem, & 12. ab Aſtigi, uti 14. à Corduba in Auſtrum, nunc deficit in dies, ſita eſt ad fluviolum *Antequera* dictum cum caſtro veteri, & lacu parvo adjacente, teſte Roderico Sylva, eſtque partim in monte aſpeto & partim in planitie, hinc Anticarienſis nomen gentis.

ANTICARIA, ſeu Antiquaria, *Antequera*, urbs Americæ ſeptentrionalis, in Nova Hiſpania & in provincia Guaxaca ſeu Oaxaca, 80. leucis Hiſpanicis diſtat à Mexico urbe in ortum, 17. à Mari Boreali in Meridiem, & 26. tantum ab oppido Veræ Crucis, parva eſt & malè culta, eſtque Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Mexicano ab anno 5535. quo Epiſcopali dignitate inſignita fuit à Paulo III. Pontifice Maximo, & perſæpè etiam dicitur Guaxaca urbs.

ANTICITTUS, vel Anticites, fluvius Sarmatiæ Aſiaticæ, Straboni, Atticitus Ptolemæo, in mare contra Boſphorum Cimmerium fluens è regione Panticapæi urbis, *Latiti* nunc, teſte Villanovano.

ANTICOSTA, ſeu Aſſumptionis inſula, *l'Anticoſti, ou l'Aſſomption*, inſula eſt Americæ ſeptentrionalis in Nova Francia, dicitur etiam Antiſcotia. Vide inſula Anticoſta.

ANTICYRA, oppidum Locrorum Epicnemidiorum, in Achaia, ad Sperchium fluvium ubi in ſinum Maliacum ſe exonerat, contra Oetam montem, & in ipſo limite Theſſaliæ, ei adjacet inſula cognominis in ora dicti ſinus in qua Helleborus contra amentiam naſcitur, teſte Plinio libro 25. legitur apud Horatium in numero plurali Anticyræ.

ANTICYRA, urbs Phocidis, Pauſaniæ, quæ Anticyrrha, Ptolemæo, & Straboni, nunc *Spola* dicta, teſte Pineto, in ora ſinus Corinthiaci, inter Criſſam ad occaſum & Siphas oppidum ad ortum, à Delphis vero 18. mill. paſſ. diſtans in Meridiem, verſus Iſthmum Corinthiacum.

ANTIGONIA, inſula Propontidis, inter Byzantium & Nicomediam in ora Aſiæ minoris & Bithyniæ, teſte Petro Gillio.

ANTIGONIA, urbs fuit Arcadiæ in Peloponneſo, quæ teſte Nigro, dicitur & melius Mantinea. Vide ibi.

ANTIGONIA, urbs Bithyniæ in Aſia minori.

ANTIGONIA, urbecula fuit Syriæ verſus Antiochiam, ad Orontem fluvium, vix 10. mill. paſſ. ab ipſa diſtans in ortum.

ANTIGONIA, urbs Epiri mediterranea in Chaonia tractu, teſte Ptolemæo, nunc Niger interpretatur *Argiro caſtro*, oppidulum ejuſdem regionis verſus Macedoniæ fines, & 25. mill. paſſ. diſtans à Chimæra urbe in montibus Acroceraunits, ſicque dicta fuerat ab Antigono ejus conditore.

ANTIGONIA, urbs Macedoniæ in Mygdonia tractu, Plinio, quæ nunc *Coiogna*, Pineto interprete aliis eſt *Antigoca*, ad fauces montium Brætiſcorum, & 60. mill. paſſ. è Pella in Septentrionem.

ANTILIA, *Anthill*, oppidulum Angliæ, in Comitatu Bedfordienſi, 4. milliaribus Anglicis diſtat à Bedfordia in Meridiem, & à Buckingamia 12. milliaribus in ortum.

ANTILIA, oppidum Liguriæ, Suetonio, nunc *Alteiola*, vicus Italiæ in ditione Reipublicæ Genuenſis, ad Iriam fluvium, teſte Gaudentio Merula, prope Serravallum oppidum, & confinia Ducatus Mediolanenſis, 12. mill paſſ. à Dertona in meridiem, Genuam verſus, & Altilia vocatur in aliis codicibus.

ANTILIBANUS, mons Syriæ, ſeu Phœniciæ, Plinio, & Straboni, inter quem & Libanum vallis eſt longa, fertiliſque, ac optimè habitata, *Abellinas* incolis dicta, teſte Poſtello, per quam Orontes fluvius decurrit ad Heliopolim, nuncque mons *Xouf* dicitur, teſte Goilio, & inhabitatur pro majori parte a Druſis populis Chriſtianis; ibique eſt Abarum oppidum vulgo *Abaro*, dictum.

ANTILLÆ, *les Iſles Antilles* Gallis & Anglis, *las Antillas* Hiſpanis, inſulæ Americæ ſeptentrionalis, in mari Boreali vulgo *el Mar del Norte*, quæ in longum excurrunt inter Floridam regionem ad Septentrionem & novam Vandalitiam in America ad Meridiem. Earum præcipuæ ſunt Hiſpaniola, Cuba, Jamaica, S. Joannis inſula, Lucaioneca, Bahama, & aliæ, Linſcoto teſte. Alii autem exiſtimant, & rectius, Antillas inſulas eſſe quæ jacent inter continentem Americæ meridionalis, & partem orientalem inſulæ S. Joannis de Portu Divite; ſuntque in modum arcus politæ. Detectæ primum fuerunt a Chriſtophoro Colono ſive Columbo anno 1493. dicunturque Antillæ Americæ, quaſi ante inſulas Americæ, nempe ante majores inſulas ſinus Mexicani. Ex iis viginti octo præcipuæ numerantur; & pro majori parte parent Gallis, Anglis, & Belgis unitis, qui in his habent colonias ab anno 1625. quo *Diel Deſnambuch* Gallus & Warnerus Anglus illas primi occuparunt. Dicuntur etiam Caribarum inſulæ ab antiquis illarum incolis, & à quibuſdam Camercanæ. Ab Europæis autem harum partium incolis, tota hæc multitudo inſularum cum aliis ſinus Mexicani, ſæpius Archipelagus Mexicanus dicitur. Sunt autem Antillæ pro majori parte mirè fertiles & riguæ, abundantque omnibus ad victum & ad delicias etiam neceſſariis, cum pluribus fortalitiis præſertim in Guadalupia, Martinica, & S. Chriſtophori inſulis, & dividuntur in duas partes, nempe in inſulas ad ventum dictas, *les Iſles du Vent* Gallis, *las Iſlas de Barlovento* Hiſpanis, quæ ſunt Antillæ propriè dictæ, & magis ad ortum extenſæ; & in inſulas infra ventum dictas, *les Iſles ſous le Vent* Gallis, *las Iſlas de Sottavento* Hiſpanis, quæ magis ad Meridiem excurrunt verſus oram Terræ Firmæ, & Venetiolæ regionum.

ANTILLARUM PROPRIE DICTARUM INSULÆ PRÆCIPUÆ.

Alba inſula, *l'iſle Blanca*, deſerta.
Anguis inſula, *l'Anguille*, in ditione Anglorum.
Antiqua inſula, *l'Antigoa*, Anglorum.
Avium inſula, *l'iſle de Aves*, deſerta.
Barbata inſula, *la Barbade*, Anglorum, perculta.
Barbuda inſula, *la Barboude*, Anglorum.
Boni aëris inſula, *Bon Ayre*, ſub Belgis.
Curaſſoa inſula, *Curaſſovv*, ſub Belgis.
Deſiderata inſula, *la Deſirade*, Francorum.
Dominica inſula, *la Dominique*, Caribarum.
Granata inſula, *la Grenade*, Francorum.
Guadulapia inſula, *la Guadaloupe*, Francorum.
Margarita inſula, *la Margarita*, ſub Hiſpanis.
Marigalanta inſula, *Marigalante*, Francorum.
Martinica inſula, *la Martinique*, Francorum.
Montis ſerrati inſula, *Monſerrat*, Anglorum.
Nivium inſula, *Nieves*, ſeu *Menvis*, Anglorum.
Oruba inſula, *Oruba*, ſub Belgis.
Saba inſula, *Saba*, Anglorum.
Sanctæ Crucis inſula, *Sainte Croix*, Francorum.
Sanctæ Luciæ inſula, *Sainte Alouzie*, Francorum.
S. Bartholomæi inſula, *S. Barthelemy*, Francorum.
S. Chriſtophori inſula, *S. Chriſtophle*, Francorum & Anglorum.
S. Euſtachii inſula, *S. Euſtache*, Anglorum.

S. Martini inſula, *S. Martin*, Francorum & Belgarum.
S. Thomæ inſula, *S. Thomas*, ſub Danis.
S. Vincentii inſula, *S. Vincent*, Caribarum.
Tabaci inſula, *Tabaco*.
Teſtitudinis inſula, *la Tortuga*.
Trinitatis inſula, *Trinidad*, ſub Hiſpanis.

ANTIMELOS, *Antimilo*, inſula parva maris Ægei, prope Melon inſulam à qua nomen ſortitur, tota montuoſa eſt & deſerta.

ANTIMONASTERIUM, *Eymotiers*, oppidulum *Galliæ in Lemovicenſi provincia cum Abbatia ad Vigennam fluvium in limite Marchiæ, & 7. leucis à Lemovico in ortum.

ANTINOË, urbs Ægypti ſuperioris, prope Nilum fluvium, Ptolemæo, quæ teſte Stephano & Hadrianopolis dicta eſt & Antinoopolis, inter Babylonem in Boream & Copton in Auſtrum inde 160. hinc 210. mill. paſſ. Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Thebano, nunc in ruinis jacet, *Anthios* dicta teſte Leone Africano, diſtatque a Nilo 49. leucis in ortum.

ANTINOPOLIS, urbs Ægypti, Stephano. Vide Antinoë.

ANTIOCHIA MAGNA cognomento, urbs Syriæ regionis quondam primaria, Straboni, & Plinio, cum floreret, & Theopolis diceretur, nomen habet à conditoris patre, hoc eſt ab Antiocho patre Seleuci qui illam condidit, dicta fuit etiam Rebbara, teſte Philippo à S. Trinitate, nomen apud noſtrates Europæos retinet antiquum, *Antioche* Gallis, & *Antiochia* Italis, ſed apud Turcas quibus nunc ſubeſt, *Antachia*, teſte Leunclavio, & *Anthakia* Arabibus, nominatur, ſedet partim in clivo & partim in plano, juxta Orontem fluvium qui ibi ponte jungitur lapideo, muri urbis fere integri manent, ipſa autem ſemidiruta in ruinis jacet, à paucis inhabitata, Patriarchali tamen dignitate inſignitur cui ſuffraganitur 13. Metropoles, duodecim leucis diſtat à mari Mediterraneo in ortum, uti 16. à Laodicea, 22. ab Aleppo in occaſum hybernum, & 120. a Tarſo in ortum hybernum, eſtque ferme media inter Byzantium & Alexandriam Ægypti itinere terreſtri, 700. mill. paſſ. diſtans ab Alexandria in ortum æſtivum, & paulo plus a Byzantio in ortum hybernum, ſedes vero Patriarchalis tranſlata fuit Damaſcum, & in ea ſunt plurima Chriſtianæ antiquitatis veſtigia, olim exciſa fuerat à Choſroe Perſarum rege, ſed poſtea ab ipſo reparata unde etiam Choſroantiochia vocata fuit, & principatus titulo inſignita fuit à Latinis Orientalibus tempore belli ſacri.

ANTIOCHIA AD EUPHRATEM, urbs Syriæ, ad Euphratem fluvium ſita, hujus non meminit Stephanus, quamvis tredecim hujus nominis enumeret, nec Strabo, nec Ptolemæus, ſed Lucianus in Dea Syria hanc nominat, ſicut & Plinius libro 5. cap. 24. ſita erat inter Samoſatam ad Septentrionem & Zeugmam ad meridiem.

ANTIOCHIA AD TAURUM MONTEM, urbs Comagenes Strabone teſte, Epiſcopalis in Syria, in ejus & in Euphrateſiæ confinio, nomen adhuc ſervans, teſte Bellonio, ſita inter Antiochiam ad Euphratem ad ortum, & Iſſum ad occaſum 36. ferè leucis utrimque diſtans, & totidem ab Anazarbo in meridiem.

ANTIOCHIA CILICIÆ, urbs Epiſcopalis Ciliciæ ad Pyramum fluvium, teſte Stephano, ſed quid ſit nunc non conſtat.

ANTIOCHIA SUPER TRAGUM, urbs Ciliciæ aſperæ, in ora littorali maris Cilicii Ptolemæo, *Antiochetta*, hodie Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Seleucienſi, ſic dicta fuit alias quia ſedet juxta Tragum fluvium, & prope Cragum oppidum, verſus Piſidiæ confinia, 60. mill. paſſ. diſtat à Seleucia in occaſum, & 14. à Selinunte in ortum æſtivum.

ANTIOCHIA, quæ & Mygdonia, & Niſibis urbs Meſopotamiæ, Plinio teſte, ad radices Maſſii montis, Archiepiſcopalis eſt ad rivum qui 25. mill. paſſ. in Tigrim fluvium ſe exonerat, nunc etiam *Niſibin* dicta, teſte Nigro, ſed alii ferunt ab incolis *Abeſin* nominari, condita fuit a Seleuco Rege Antiochi filio, 80. mill. paſſ. diſtat ab Amida in meridiem Seleuciam verſus 160, & 300. ab Edeſſa in ortum.

ANTIOCHIA MARGIANÆ, quæ & Alexandria, & Seleucia dicta eſt, teſte Plinio, quibuſdam nunc eſt *Thus* in Choraſaona regione.

ANTIOCHIA MÆANORI, urbs Cariæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Stauropolitano, *Tachiali* vulgo, Miræo teſte. Sedet ad Mæandrum fluvium inter Apameam ad ortum & Epheſum ad occaſum, 70. milliaribus utrimque, Latitus ejus Epiſcopus ſubſcripſit Concilio Chalcedonenſi.

ANTIOCHIA, Piſidiæ urbs Ciceroni, & Straboni, Archiepiſcopalis, Piſidiæ regionis cui nomen tribuit hodie primaria, in Aſia minori, ſedeſque præfecti, nunc *Verſacgeli* à Turcis dicta, ut quibuſdam placet, quanquam alii nomen antiquum retinere credant, *Antachio*, nunc paucis conſtat incolis, diſtans ab Iconio 60. mill. paſſ. in occaſum hybernum & paulo minus ab Aſcanio lacu in meridiem, ab Epheſo autem 160. mill. paſſ. in ortum circiter.

ANTIOCHIÆ URBES, aliæ 5. à veteribus memorantur: quæ cum minimè exſtent, prætermiſſæ ſunt.

ANTIOCHIA, *Antiochia*, ſive ètiam *Santa Fé d'Antiochia*, ut vocant Hiſpani, urbs Americæ meridionalis in regno Popaiano, & in limite præfecturæ Carthaginis novæ, in valle perampla *el Val de Nore* dicta, parva eſt & malè culta ſub dominio Hiſpanorum, à quibus exſtructa fuit ſæculo elapſo, 15. leucis diſtat a fluvio Cauca in occaſum Darienum verſus molto plus, & 80. leucis à Popaiana urbe in ſeptentrionem, Carthaginem novam verſus 50. circiter, teſte Laetio.

ANTIOCHENUS PRINCIPATUS, *la Principauté d'Antioche*, tractus Syriæ verſus Antiochiam magnam, & una ex quatuor partibus regionis Latinorum in Oriente, initium habebat à rivo qui eſt inter *Maracleam & Valeniam urbes maritimas, ubi conterminus erat Tripolitano comitatus, & uſque in Tarſum Ciliciæ urbem verſus Occidentem protendebatur, teſte Guillelmo Tyrenſi Archiepiſcopo, habuitque plures principes proprios, tempore Regum Hieroſolymitanorum, à quibus quodammodo pendebant.

ANTIPAROS, *Antipari*, inſula parva maris Ægei, circuitus 18. mill. paſſ. Paro obverſa, & ferè adjacens, unde nomen habet, eſtque ſatis culta à Græcis, quanquam à Piratis ſæpè malè habita.

ANTIPATRIS, Ptolemæo, quæ & Antipatrida & Apollonia dicta, apud Hebræos vero Aſſur, & Caphar Salema dicta eſt, nunc *Aſſur* teſtibus Tyrio & Poſtello, urbs Palæſtinæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Cæſarienſi, propè oram littoralem maris Syrii, 17 mill. paſſ. à Joppe in Boream, uti 13. à Lidda Cæſaream verſus 19. ab Hieroſolymis vero 40. in occaſum æſtivum, nuncque fere diruta jacet.

ANTIPHELLUS, urbs Lyciæ in Aſia minori, Straboni, & in ora maris Pamphilii, *Antifello* etiam nunc dicta, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Myrenſi, inter Pataram & Andriacam urbes proximas, nunc paucis conſtans incolis, ſub Turcis.

ANTIPHILI, portus Æthiopiæ, ſub Ægypto, ad

Google

ſinum Arabicum, Sttabone teſte, *Vella* nunc, teſte Stuchio dictus.

ANTIPOLI, Deccatum urbs in Gallia Narbonenſi Livio, & in ora maritima Provinciæ, dicta fuit etiam Antipolis Julia-Auguſta, teſte Ligorio, nunc *Antibe* urbs Provinciæ, eratque olim Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Ebrodunenſi, ſed poſtea, Epiſcopatus Graſſam tranſlatus fuit, nunc eſt probe munita cum portu capaci & arce in ora maris Mediterranei, diſtat 3. leucis à Nicæa in occaſum, 7. à Foro Julio in ortum æſtivum, 2. à Vincia in meridiem, & pauló plus à Graſſa in ortum.

ANTI-PYRENÆI MONTES, *les monts Anti-Pyrenées* Gallis, *los montes Antipyrenées* Hiſpanis, montes ſunt Galliæ, & pars Pyrenæorum, a quibus ſeparantur juxta fontes Atacis, in tractu Capſirio, deinde ab occaſu in ortum extenſi uſque ad ſtagnum Salſularum, Occitaniam à Ruſcinonenſi comitatu ſeparant.

ANTIPYRGUS, urbs Marmaricæ littoralis in Africa, Ptolemæo teſte, prope Catæonium promontorium, quæ Tetrapyrgia Straboni, nunc Caſtaldus interpretatur *Luco* caſtrum regni Barcæ.

ANTIQUA, *l'Antigoa*, inſula Americæ ſeptentrionalis ſub poteſtate Anglorum, in mari Boreali, dicto. Una eſt ex Antillis inſulis inter Barbaram & Guadalupam. Longitudinis eſt 7. leucarum.

ANTIRITES, *Larite*, fluvius Sarmatiæ. Vide Anticittus.

ANTIRRHIUM, promontorium Achaiæ ſeu Ætoliæ, Plinio, *il Capo Molicreo* nunc dictum, teſte Sagredo, contra Rhium promontorium Peloponneſi, vix 2. mill. paſſ. ab eo in Boream diſtans, ad fauces ſinus Corinthiaci, ubi in mare Jonium ſe exonerat, ibi arces utrimque firmiſſimæ, *les Dardanelles* vulgò dictæ cum valido Turcarum præſidio ingreſſum in ſinum prædictum prohibentes, Naupacto proximum uti Rhium Patris quibus 10. mill. paſſ. diſtat in meridiem, eſtque inter Corinthum ad ortum, & Leucadem ad occaſum, 85. mill. paſſ. circiter.

ANTISCOTA, *l'Antiſcoti*, inſula Americæ Septentrionalis, quæ etiam Aſcenſionis inſula dicitur, in Nova Francia, & in ſinu ſancti Laurentii, ubi aliquot coloniæ Francorum.

ANTISSA, urbs Leſbi inſulæ in mari Ægeo, in ejus ora Boreali, teſte Strabone, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Mitylenenſi, vulgò etiam *Anteſſa* dicta, & in vicum redacta, ſub Turcis, olim inſula fuit à Leſbo diviſa, poſtea illi aſſidua aggeſtione arenarum copulata.

ANTISSIODORENSIS TRACTUS, *l'Auxerrois*, Galliæ regiuncula Burgundiæ annexa, ubi olim Senonum pars. Vide Altiſſiodorenſis.

ANTISSIODORUM, urbs Senonum in Gallia Celtica, Antonino, quæ Antiſſiodorum Ammiano, & Altiſſiodorum ex libris Conciliorum, *Auxerre* vulgò, urbs Galliæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Senonenſi, dicitur à quibuſdam Antricum, & celebratur Annacharius Antricæ urbis Epiſcopus, quia collis urbi imminens Anticus dicitur, teſte Brietio, nunc caput eſt Antiſſiodorenſis tractus Ducatui Burgundiæ annexi, ſub Carolo VII. ad Icaunam fluvium, ubi primum lintrium capax eſt, eſtque ampla & culta in planitie fertili, 40. leucis diſtat a Lutetia Pariſiorum in meridiem, uti 12. à Senonibus Auguſtodunum verſus 20, & 20. etiam à Nivernis in ortum æſtivum, hinc Antiſſiodorenſes populi ſive Altiſſiodorenſes, *les Auxerrois* vulgò.

ANTITAURUS, mons Armeniæ minoris, teſte Strabone, à Tauro in Septentrionem avulſus inter Euphratem & Arſanium fluvios, in cujus convallibus Comana urbs eſt. Illum *Roham Thaura* ab incolis vocari Thevetus ſcribit.

ANTIVESTÆUM, promontorium Britanniæ majoris extremum ad occaſum, quod & Bolerium à Ptolemæo dicitur, hodie promontorium eſt Angliæ in Cornubia, quod *The Cape of Cornwal* nominatur ab Anglis, & ſtrictius *Lands end* incolis, quaſi finis terræ, Gallis *le Cap de Cornouaille*, hiſtoricis vero Britannis *Penwich*, id eſt promontorium ad ſiniſtram, teſte Camdeno, 18. milliaribus Anglicis diſtat à promontorio Damnonio in occaſum æſtivum, 155. a Plimuto in occaſum, uti 8. à Monte S. Michaëlis in hac provincia, & 82. ab Exonia urbe, ibi vicus S. Burienæ, *Saint Buriens* vulgo dictus.

ANTIQUA, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis in Vaccæis, cujus meminit Gregorius Epiſcopus Eliberitanus, nunc *Antiguedad* vicus Caſtellæ veteris in territorio Burgenſi.

ANTIUM, urbs & colonia Latii, Ciceroni, & Livio, Antium & Anthia Stephano, *Anzio*, & *Anzo* etiam nunc, olim Epiſcopalis in ora maris Tyrrheni Volſcorum caput fuit, & patria Caligulæ & Neronis, habuitque templum Fortunæ celebre, teſte Brietio, ab Aſcanio Æneæ filio, ſive ab Antio Rege condita fuit, & à Saracenis everſa, ita ut nunc in ruinis jaceat in provincia Campaniæ Romanæ, 25. mill. paſſ. diſtans ab urbe Roma in ortum hybernum, ab Oſtia 20. in ortum Circeios verſus totidem, & 12. a Velitris in meridiem, ei adjacet Antium promontorium hodie, *il Capo d'Anzio*, hinc Antiales populi apud Livium.

ANTIUM, ſeu Antiatum navale, recentioribus Neptunium, *Nettuno*, oppidum Campaniæ Romanæ in Maritimo tractu, cum portu tantiſper capaci, ſub dominio Summi Pontificis, crevit ex ruinis Antii urbis in viciniis, à quibus 2. milliaribus diſtat in ortum eratque alias in dominio utili Columnatum & ægre inhabitatum propter vicinas paludes Pomptinas.

ANTOCUS, *el Volcano de Antoco*, mons Americæ meridionalis, in regno Ciles, & unus ex Andibus, ignes ſemper emittens, ita ut ab Hiſpanis dicatur Vulcanus Antoci, eſtque in limite Cujæ provinciæ, verſus tractum caſtri Angeli.

ANTON, *le Teſt* nunc, parvus fluvius Angliæ occidentalis in Hantonia provincia, teſte Camdeno, in mare Britannicum ſeu potius in Triſantonis portum ſe exonerat prope Antonam meridionalem.

ANTONA, fluvius Britanniæ majoris, Tacito, melius dicitur Auſana, teſte Camdeno. Vide ibi.

ANTONA, urbs Angliæ, duplex eſt, Meridionalis & Septentrionalis.

ANTONA MERIDIONALIS, *Southampton*, oppidum Angliæ in Hantonia provincia, in ora maris Britannici, aliàs Clauſentum dictum, cum portu capaci, olim Triſantonis vocato, teſte Camdeno, oppidum eſt munitum cum caſtro a Ricardo 2. extructo, prope oſtia Antonæ fluvii, 10. milliaribus Anglicis diſtat a Vintonia in meridiem Vectim inſulam verſus 20. & totidem à Ciceſtria in occaſum.

ANTONA SEPTENTRIONALIS, *Northampton*, urbs Angliæ, quæ aliter Northantonia dicitur, olimque Bennaventa, Northantoniæ comitatus caput eſt, in meditullio Angliæ, ad Auſonam fluvium, 25. milliaribus Anglicis diſtans ab Oxonia in Boream, & paulo minus ab Huntingdonia in occaſum, 20. autem à Conventria in ortum hybernum.

ANTONIA, caſtellum apud Hieroſolymam exciſum, antè Baris dictum, teſte Joſepho.

ANTONII DIEMENI REGIO, *t'Land van Diemens* Belgis, *le pais de Dime* Gallis, pars terræ Auſtralis, detecta ſub auſpiciis Antonii Diemeni Hollandi, præfecti Societatis Belgicæ Indiæ Orientalis, anno 1642. die 24. Novembris. Ejus pars maritima tantùm nota eſt Belgis verſus Auſtrum. Neſciunt autem utrum ſit inſula aut continens. Inſulis quam-

Digitized by Google

plurimis referta eſt in littore ; eſtque in mari Pacifico verſus terram Auſtralem , & media ferè iotet Hollandiam novam & Zelandiam novam. Vide Dioreni regio.

ANTONII ÆGIDII SINUS, *la Baye d'Antongil* Gallis, *Manghabei* indigenis , ſinus parvus inſulæ Madagaſcariæ , in Africa , ſic dictus ab Europæis , eſtque in ora orientali inſulæ qua tendit ad arctos , verſus inſulam Sanctæ Mariæ , quæ ei inſider ad Meridiem ; eſtque longitudinis 15. leucarum , habens ad Septentrionem regionem Vohemari , Flacurtio teſte.

ANTONINA, dicitur ex veteri inſcriptione Ultrajectum, *Utrecht*, urbs Belgii uniti , quæ Utriceſium vocatur ab Ammiano Marcellino, atque etiam Trajectum inferius , & Trajectum ad Rhenum , ad alterius in Brabantia diſcrimen.

ANTONINI FANUM, *S. Antonin*, urbs parva Galliæ in Aquitania , & in Ruthenenſi provincia , ad Veronium fluvium , in ipſo limite Cadurcenſis & Albigenſis provinciarum , alias munita fuit , ſed nunc ejus munitiones disjectæ ſunt , 13. leucis diſtat à Ruthenis in occaſum Montem Albanum verſus 7. circiter.

ANTONINOPOLIS , urbs Meſopotamiæ , ad Tigrim fluvium , ab Antonino extructa , teſte Marcellino.

ANTONNACUM, & Antonnacenſe caſtellum Fortunato. Vide Antennacum.

ANTRAPA , urbs Aſiæ minoris in Cappadocia , teſte Porphyrogenneta.

ANTRIMENSIS COMITATUS, *The Countye Antrym* Anglis , *le Comté d'Antrim* Gallis , tractus Hiberniæ , in Ultonia provincia. Terminatur à Septentrione mari Deucaledonio , ab Oriente mari Scotico , à Meridie Comitatu Dunenſi , & ab Occidente Comitatibus Londino-Derienſi , & Tyronenſi , ejus primarium oppidum eſt Rupes Ferguſii, & ejus pars eſt Routa tractus.

ANTRIMUM, *Antrim* , caſtrum Hiberniæ , in Ultonia provincia , & Comitatus cognominis olim caput. Sedet prope lacum *Eagh* , ad 2. mill. paſſuum & ferè dirutum jacet. Diſtat 17. milliaribus à Rupe Ferguſii in Occidentem, & 19. ab Armacha in Boream.

ANTRON, urbs fuit Theſſaliæ , à ſpecubus antriſque quibus ſcatebat nomen habens , Stephano & Suida teſtibus. Alii Antronem & Antroniam oppidum in Meſſenia regione Peloponneſi locant , à Theſſalica diverſum.

ANTROS, inſula Galliæ in Aquitania, Melæ, nunc *Cordouan* ad oſtia Girondæ æſtuarii in mare Aquitanicum , alias ſatis lata , hodie vero pro maxima parte à mari abſorpta, verius eſt ſcopulus inter Syrtes, ubi Henricus II. Rex Francorum ſuperbiſſimam Pharum excitavit *la Tour de Cordouan* dictam , Architecto Ludovico *de Foix* Pariſino , quam poſtea injuria temporis collabentem, magnificentiſſime reparavit Ludovicus XIV. Francorum Rex anno 1665. curante Claudio *Pellot* Libellorum ſupplicum Magiſtro , nunc Senatus Rothomagenſis primo præſide , diſtat a Burdegala 15. leucis in occaſum æſtivum. Vide Corduana turris.

ANTRUM, *Andre*, inſula fuit Galliæ in Britannia minori , in Ligeri fluvio , tribus leucis infra Nannetas, ubi S. Hermelandus Abbas vitam egit ſolitariam , & Monaſterium ſtruxit , quod nunc aquis abſorptum eſt , una cum inſula , teſte etiam Bertrando Argentræo.

ANTRUM HECATES , locus fuit Samothraciæ inſulæ cujus meminit Ovidius lib. 1. de triſtibus. Vide Zerynthus.

ANTRUM SIBYLLÆ , locus celebratiſſimus Campaniæ in Italia , Virgilio , qui Antrum Cumanum Martiali , Tecta Sybillæ Statio , nunc *la Grotta della Sibilla* , locus provinciæ Terræ Laboris , ubi Sibylla Cumana habitavit , in antro intra duriſſimum ſaxum interius mire excavato prope Avernum lacum , inter Baias, Cumas, & Puteolos ad 2. & 3. millia paſſuum, ut ego pluries vidi.

ANTSIANACHIA, *Antſianach*, provincia inſulæ Madagaſcariæ in Africa , ubi montes excelſi verſus Orientem , in medio ferè inſulæ. Regio eſt ampla & ſatis dives , ſed parum nota Europæis , inter tractus *Vohits Angombes*, & *Tametavi* , Flacurtio teſte. Vide Anſianacti.

ANTUATES, populi Galliæ Cæſari. Vide Nantuates , uti legendum videtur.

ANTUERPIA, *Antvverpen* incolis , *Anvers* Gallis, *Antorff* Germanis , *Antvverp* Anglis , *Anverſa* Italis, & *Amveres* Hiſpanis , urbs Belgii in Brabantiæ Ducatu , ampla & pulcherrima olimque Imperialis & libera , ad Scaldim fluvium , Epiſcopalis facta ſub Archiepiſcopo Mechlinienſi a Paulo IV. Pontifice Maximo anno 1559. eſtque emporium percelebre , arcem habens probe munitam excitatam ab Albano Duce anno 1569. urbs eſt ex maximis totius Belgii in eo tractu Brabantiæ qui Marchionatus S. R. Imperii dictus fuit cujus caput erat , habuitque alias innumeros pene incolas , ſed deficit in dies , ex quo Amſterodamum crevit in tantam opum abundantiam , peſſime habita fuit & vaſtata ab Hiſpanis anno 1576. & poſtea ab Alexandro Farneſio Parmæ Duce fortiter expugnata anno 1585. nunc ſubeſt dominio Hiſpanorum, diſtat ab Oceano 18. leucis in ortum , uti 10. à Gandavo , & totidem à Bruxellis in Septentrionem , 4. à Mechlinia in occaſum æſtivum , à Colonia 28. in occaſum , & à Pariſiis 76. in Septentrionem , Ambivaritorum metropolis creditur ab Abrahamo Ortelio qui in hac urbe natus eſt doctiſſimus ſui ævi Geographus*, de ea fuſe & accurate ſcripſit Ludovicus Guicciardinus in ſua deſcriptione Belgii , dicitur etiam à quibuſdam Andoverpum , quod nomen illi contigiſſe narrant ab Andoverpo gigante loci domino , cujus oſſa adhuc monſtrantur , ſed de hoc fides ſit apud ipſos , hinc Antuerpianus nomen gentis.

ANTUERPIENSIS TETRARCHIA, *le Quartier d'Anvers*, una ex 4. partibus Ducatus Brabantiæ in Belgio tertium locum obtinens, ſic dictus ab Antuerpia ejus præcipua urbe , terminatur à Septentrione Hollandia , ab ortu Tetrarchia Boſcoduenſi , ab occaſu Zelandia & Flandria , à Meridie vero Tetrachiis Bruxellenſi & Lovanienſi , ejus partes ſunt Antuerpienſis ager ; Marchionatus Bergarum ad Zomam , Bredana Baronia , Ryenſis tractus , & Arckelienſis , cum comitatu Hochſtratenſi , & Majoratu Herentalienſi, in quibus ſunt urbes Antuerpia , Berga ad Zomam , Breda , Lira , & arces Lilloa & Sanflita , ſed Bergenſis Marchionatus , & Bredana Baronia , cum Lilloa arce ſubſunt Belgis unitis.

ANTURNACUM, oppidum Germaniæ inferioris Antonino , nunc *Andernach* , oppidum Germaniæ ad Rhenum fluvium , in Superiori ditione Colonienſi , 6. milliaribus Germanicis infra Confluentes Bonam verſus. Vide Antennacum & Antonnacum.

ANTYLLA , ſive Antylla , urbs erat Ægypti prope Alexandriam , teſte Herodoto , cujus vectigal à Regibus Perſarum ſuis uxoribus in cinctuum impenſas donabatur.

ANUELIA, *Anvveil* & *Anvveiler* , oppidulum Germaniæ in Palatinatu Rheni , ad amnem Queicham , & prope arcem *Triefels* dictam , uno milliari ſupra Landaviam in occaſum.

ANUS , locus erat Samariæ , à Neapoli 10. mil. paſſ. Hieroſolymam verſus occurrens , teſte D. Hieronymo.

ANUSCANA URBS, urbs Epiſcopalis Italiæ , in Hirpinis. Vide Nuſcum.

ANUBIS, fluvius Hiſpaniæ Tarraconenſis in Vaccæis , nunc recentioribus Carrio , *el Carrion* vulgo , in Piſoracam ſe exonerans , teſte Gregorio de *Argaiz*. Vide Carrio.

ANXA, quæ poſtea Gallipolis, urbs alias Salentinorum provinciæ in Italia, Plinio, nunc *Gallipoli*, urbs provinciæ Hydruntinæ in regno Neapolitano, parva eſt ſed permunita, in ſcopulo inſtar peninſulæ à terra quaſi ſejuncto, cum portu capaci & tuto, in ora ſinus Tarentini, eſtque Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Hydruntino, ſunt tamen multi qui negant Callipolim Anxam dictam fuiſſe, teſte Alberto Leandro. Vide Callipolis & Gallipolis.

ANXANUM, urbs Frentanorum Ptolemæo, nunc *Lanciano*, urbs Archiepiſcopalis in Regno Neapolitano & in provincia Aprutii citerioris cujus caput exiſtit, verſus oram maris Adriatici, ab ea 5. mill. paſſ. diſtans, ad Feltrinum rivum, & 2. milliaribus a Saro fluvio, eſtque urbs ſatis ampla & frequens, ob nundinas quæ ibi fiunt, 7. milliaribus diſtat ab Ortona in meridiem, & 12. à Lento fluvio, eſtque inter Hiſtonium ad ortum, & Teatcam ad occaſum, 15. mill. paſſ. plus minus diſſitum, uti à Matella monte, & à recentioribus Lancianum dicitur, eſtque Archiepiſcopalis ab annò 1562. Populi Anxani Plinio.

ANXUR, poſtea Tertacina & Tarracina, urbs Latii in Volſcis Plinio, olim etiam Thrachne dicta fuit ob ſaxi aſperitatem cui inſidet, vulgo nunc *Terracina* incolis, urbs Epiſcopalis in Campania Romana ſub dominio Summi Pontificis, in ora maris Tyrrheni cum portu alias capaci & quem refeciſſe Antoninum Pium tradit in ejus vita Spartianus, ſedet ad radices montis, cum olim eſſet in colle aſpero, ubi etiam hodie caſtrum munitum S. Angeli *la Rocca di S. Angelo*, & paucis conſtat incolis propter aeris gravitatem ex paludibus Pomptinis ei adjacentibus, prope ipſam Uſcns fluvius in mare Tyrrhenum ſe exonerat, & 2 milliaribus tantum diſtat a confinio Regni Neapolitani in occaſum 15. à Caieta, & 9. à Fundis Circeios verſus 10. & urbem Romam 50. circiter.

ANBABA, fluvius Meſopotamiæ, teſte Ammiano Marcellino.

ANZERMA, *Anzerma*, oppidulum Americæ meridionalis, in monte in regno Popaiano. Dicitur aliter *S. Anna d'Anzerma*, 50 leucis diſtans ab urbe Popaiani in Septentrionem, juxta fluvium Gaucam. 12. autem à Caramanta oppido in meridiem, ſub Hiſpanis, eſtque in tractu Umbra dicto.

ANZETA, urbs Armeniæ majoris, à qua Anzetene regio, quæ Antizena Nicephoro, & Anæita Plinio, verſus Euphratem fluvium à quo diſtat 40. mill. paſſ. in ortum.

ANZIOHI, *les Anzicains*, populi Africæ, ultra Loanghum, nempe à *Zaire* fluvio uſque ad deſerta Nubiæ extenſi in Æthiopia inferiori. Dicuntur etiam Anſicani. Vide ibi.

ANZUQUIUM, *Anzuqui*, oppidum Japoniæ inſulæ, in Jetſegena regione, & in Regno Vomio, in ora orientali ſinus Meaci, diſtat 18. leucis Luſitanicis in ortum à Meaco urbe primaria Japoniæ, & 9. ab Oſaca in ortum æſtivum, teſte Cardino.

AOAXUS, ſive Haoaxus, *l'Aoaxe*, fluvius Africæ, oritur in Abaſſinia, in limite provinciarum Xaoæ & *Ogge*, & auctus fluvio *Machi*, in ortum tendens per regnum Adelis labitur, & ejus primariam Aveam Gurrelam rigat, & deinde in mare Arabicum ſe exonerat, teſte Hieronymo Lobo Luſitano. Vide Haoaxus.

AONIA, tractus Bœotiæ montoſus, in quo Aonius mons & fluvius tametſi pro tota ſumitur Bœotia, teſte Pauſania. Aones populi. hinc Aonius nomen gentis.

AORNOS, fluvius Arcadiæ in Peloponneſo, parvus admodum in Pheneum lacum influens, teſte Athenæo.

AORNUS, lacus Epiri Plinio, in Theſprotia tractu, ex quo exhalatio eſt avibus peſtifera.

AORSI, populi fuere Sarmatiæ Europææ Straboni, & Ptolemæo, verſus Boream extenſi, inter Hoſios in Boream, Pagiritas ad ortum, Agathyrſos ad Auſtrum, & Veltas ad occaſum, ubi nunc forſan, provinciæ Novogrodenſis & Bielenſis in Ruſſia magna, ſub dominio magni Ducis Moſcoviæ, ut exiſtimant recentiores.

AORSI, populi Aſiæ, in Scythia intra Imaũm, verſus mare Caſpium & oſtia Jaxartis fluvii, teſte Sanſone.

AOUS, fluvius Macedoniæ Livio, qui Lous Ptolemæo, Æas Straboni, & Melæ, Appiano Alorus, & Plutarcho Amus appellari videtur, Stymphaliam & Elymiotas tractus percurrit, & per Taulantios in mare Adriaticum ſe exonerat 10. ſtadiis ab Apollonia, hodie *Polina* dicitur, teſte Brietio, ſed aliis eſt *Piergo*, eſtque nunc ex præcipuis Albaniæ regionis, & juxta ipſum Philippus Macedoniæ Rex maxima clade affectus fuit a Romanis.

APACI, *les Apaches*, populi Americæ ſeptentrionalis, in parte Boreali regionis Novi Mexici. Sunt autem longè lateque diffuſi: dividunturque ab Hiſpanis in quatuor nationes, ſeu populos, nempe *les Apaches de Perillo*, verſus meridiem, *les Apaches de Xila*, & *les Apaches de Navaio*, ad Septentrionem, & *les Apaches Vaqueros*, ad Orientem.

APALATÆUS MONS, *le Mont d'Apalatay*, ſeu *d'Apalatche*, in Florida regione Americæ ſeptentrionalis. Ibi etiam populi Apalatci, *les Apalaches*, in mediterraneis, qui & *les Apalachites* dicuntur ab Europæis. Sunt autem potentes; habèntque principem proprium, cui ſubſunt ſex provinciæ ſatis cultæ, nempe *Bemarin*, ubi urbs *Melilot* regionis caput, *Amana*, & *Matique*, quæ ſunt in planitie, & tres aliæ *Schama*, *Meraco*, quæ ſunt intra montes Apalatæos, & *Aqualaque*, provincia juxta Lacum *Theomi*. verſus Septentrionem. Ibi quædam coloniæ Anglorum, qui ibi ex Virginia penetrarunt, ſi Briſtokio Anglo credimus.

APAMIA, & Apamea urbs Syriæ, Straboni, & Plinio, Archiepiſcopalis olim clara ad Orontem fluvium, inter Antiochiam ad Boream & Emeſam ad Auſtrum, ad 50. mill. paſſ. à Seleuco Rege condita ac de ſororis nomine dicta, nunc *Hamous*, teſte Bellonio, ſed *Hama* eſt Leunclavio & aliis, ſubeſtque dominio Turcarum, 40. mill. paſſ. diſtat a mari Syriaco in ortum, & ab ea regio circumjacens Apamene dicta fuit & Apamena, & populi Apamenſes Ciceroni & aliis, ejus meminit Dionyſius Afer.

APAMIA, quæ & Cibotos, & Celæna, urbs Phrygiæ magnæ, teſtibus Strabone, & Ptolemæo, *Apamia* hodie, urbs Archiepiſcopalis in Aſia minori, in confinio Piſidiæ, ad Marſiam fluvium circumfluentem ubi is Mæandro commiſcetur, à Seleuco Rege etiam condita, olim Epiſcopalis ſub Metropoli Antiochena Piſidiæ, poſtea & ipſa Archiepiſcopalis effecta, deficit tamen in dies à pluribus annis, diſtat 80. mill. paſſ. à Synada in meridiem Myrram verſus, & 100. circiter a Laodicea in occaſum Sardes verſus paulò plus.

APAMIÆ, quæ & Pamiæ, *Pamiers*, urbs Galliæ in Occitania, & in comitatu Fuxio, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Toloſano, ad Alburacim fluvium, caſtrum habet *Fredeles* dictum, & olim Fredelacum dicta fuit, teſte Petro de Marca V. Cla. diſtat vero 3. leucis à Fuxio in Septentrionem Toloſam verſus, & facta fuit Epiſcopalis anno 1296. à Bonifacio VIII. Papa. Vide Pamiæ.

APAMIA, urbs Bithyniæ in Aſia minori, teſte Ptolemæo, ad Propontidem & juxta Cianũm ſinum, prius Myrlea dicta, Græcis vero *Apami*, ſicuti & hodie à Turcis quibus nunc ſubeſt, eſtque Epiſcopalis, quanquam ab aliis inter metropoles recenſetur, parva eſt, 50. mill. paſſ. diſtans à Cyzico in ortum, uti 20. circiter à Daſcylio urbe, & ab oſtio Rhyndaci fluvii, & paulò plus a Pruſa in Septentrionem.

APAMEA, urbs Mediæ, Plinio, in illius & Parthiæ

confinio, *Miana*, incolis dicta, teſte Moletio, in Parthia cenſetur a Ptolæmeo.

APAMIA, item urbs parva Meſopotamiæ, ad Euphratem fluvium ex adverſo Zeugmatis, teſte Plinio. Quid ſit hodie non conſtat.

APAMIA, urbs Meſopotamiæ ad Tigrim fluvium Plinio, ubi is in duos alueos dividitur, ſupra Seleuciam ad 125. milliaria paſſuum, nunc *Traxt* dicta, teſte Bertio.

APANTA, *Apante*, provincia Terræ firmæ, in America meridionali, inter lacum *de Parimé* & fluvium Amazonum, ubi etiam Apantes populi ad ſiniſtram fluvii Amazonum ripam, ad Occidentem provinciæ Coropæ, Texeira teſte.

APARIA, *Aparia*, provincia Peruæ, in America meridionali, prope fluvium Amazonum, obi recipit Cutaraium, ad Septentrionem provinciæ Pacamorum, Perro Texeira teſte. Ei inſidet Canela provincia ad Occidentem.

APELBUSA, quæ & Anelebuſa, inſula Aſiæ minoris, in ora Pamphiliæ, & ſinu Attalico, inter Attaliam & Sidam urbes littorales.

APEHESTÆ, quæ poſtea Veſta, urbs Apuliæ Dauniæ Ptolemæo, nunc *Vieſte*, urbs regni Neapolitani in provincia Capitanata Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Sipontino, ſedet in ora maris Adriatici & ad montis Gargani radices, ubi in ortum maxime extenditur, caſtrum habens ſatis munitum, & paucis conſtans incolis, 26. mill. paſſ. diſtat à Manfredonia in ortum æſtivum & 16. ab Huria in ortum, circuitus eſt unius milliarii & ejus Diœceſis non extenditur extra civitatis muros.

APEHNINOS, *l'Apennino* incolis, *l'Apennin* Gallis, mons Italiæ notiſſimus & maximus, ab occaſu in meridiem excurrens per 700. millia paſſuum, & illam ab Alpibus maritimis uſque ad extremos Salentinos & Brutios in longum, continuo jugo in duas veluti partes dividens, niſi qua tranſitum præbet, teſtibus Strabone, Plinio, &. aliis, hinc inde varia montium ramenta dimittens, & in duo apud Hirpinos capita ſeu cornua diviſus, uno ad Acram Japigiam in Salentinis, altero in Brutiis ad Leucopetram promontorium finitur, ab occaſu primum Pedemontium à Liguria ſeparat, hinc ad ortum currens inter Liguriam ad Auſtrum & Ducatus Montisferratum, Mediolanenſem, & Parmenſem, ad Septentrionem, inde inter Hetruriam ad Meridiem ubi maxime excelſus, & Ducatum Mutinenſem, territorium Bononienſe, & Romandiolam, hic flectitur in ortum hybernum inter Ducatum Urbinatenſem & Marchiam Anconitanam ad ortum æſtivum & Umbriam ad occaſum hybernum, tandem per regnum Neapolitanum & Aprutium Ulterius extenſus, Aprutium citerius & comitatum Moliſinum à Terra Laboris ſeparat, uti poſtea Principatus citerioris provinciam a Capitanata, & in ipſo limite Baſilicatæ in duas partes ſcinditur, ex quibus quæ in ortum tendit per provincias Barianam & Hydruntinam extenditur, alia vero pars in Auſtrum tendens, principatum Ulteriorem à Baſilicata provincia ſeparat, & deinde per Calabriam citeriorem & ulteriorem excurrit uſque ad mare Siculum, à ſolo fluvio Aufido ſecatur prope Compſam urbem, & varia pro locorum diverſitate nomina tam Latine, quam vulgo ſortitur, ex his præcipui montes ſunt., Semola, *il monte Semola* in Liguria ad fontes Tanari, Acutus, *il monte Acuto* in Liguria prope Tanarum, Bergera, *il monte Bergera* verſus Savonam, Zovus, *il monte Zova*, ad fontes Scriviæ in Ligoria: Suiſmontium, *il monte Cervara* in ora orientali Genuenſi: Brunus, *il monte Bruno* ad fontes Trebiæ: Bovius, *il monte Bovo* prope fontes Tari: Auginus, *il monte Codoro* in Brunatibus: Mons centum Crucium, *il monte Centocroci* prope Apuam: Mons Anidus, *il monte Borgada* ad fontes Macræ: Baliſta, *il monte Peneſe*, omnes in ditione Genuenſi: Lætus, *il monte S. Pelegrino* in Hetturia, inter ditiones Mutinenſem & Lucenſem: mons Jugi, *il Giogo* in Hetruria prope Florentiolam: Alvernus, *il monte dell'Averno* in Hetruria in limite Romandiolæ: Cuccus, *il monte Cucco*, in Ducatu Urbinate prope Eugubium: Victor, *il monte Vistore*, inter Umbriam & Marchiam Anconitanam: Nicates, *il monte Maiella*, prope Aternum fluvium: Mons S. Theodori, *il monte S. Todoro*, in comitatu Moliſino prope Æſerniam: & Mons S. Antonii, *il monte S. Antonio*, in provincia Hydruntina prope Uriam.

APEHROA, *Apenrade*, urbs parva Daniæ & Jotiæ meridionalis, prope mare Balticum, in Ducatu Sleſvicenſi. Portu gaudet capaci; diſtatque ab Haderſtebia 3. milliaribus Danicis in Meridiem, & à Flenſburgo totidem in Septentrionem, duobus autem ab A'ſia inſula in occaſum, ſub dominio Ducis Sleſvicenſis cum tractu ſeu præpoſitura adjacente.

APERANTII, populi fuere Græciæ in Epiro, inter Moloſſiam & Athamaniam, ad fontes Acheloi fluvii, Sophiano teſte.

APERI-OCULOS, *os Abrolhos* Luſitanis, *les Abrolles* Gallis, inſula parva, & aliquot ſcopuli in mari Braſilico, in itinere ex Europa Pèrnambucum verſus. Diſtant ab ora Braſiliæ 70. leucis circiter; ſuntque nautis formidabiles propter ſirtes, quæ ad 50. leucas extenduntur. Sunt autem inter inſulam Ferdinandi Noronæ & oram occidentalem Braſiliæ.

APERI-OCULOS, *os Abrolhos*, ſcopuli & ſirtes in mari Braſilico, in America meridionali, inter inſulam Aſcenſionis ad ortum hybernum & præfecturam Portus ſecuri; à qua diſtant 20. leucis ad occaſum.

APERI-OCULOS BARUECÆ, *os Abreojos*, ſeu *ô Baxos de Babueca*, ſcopuli & ſirtes Americæ ſeptentrionalis in mari Boreali, 16. circiter leucis ab ora maritima inſulæ Hiſpaniolæ in Septentrionem diſtantes.

APERRÆ, & Apheræ, Apyræ Plinio, Apiræ Ptolemæo, *Phinica* nunc, teſte Villanovano, oppidum Lyciæ maritimum in Aſia minori & in ora maris Pamphilii, inter Olympum urbem ad ortum & Andriacam ad occaſum, verſus oſtia Limyri fluvii.

APESAS, ſive Apeſos, mons Peloponneſi in Argia tractu, Stephano, qui Apeſantus Plinio, prope Lernam paludem & Nemæam Sylvam, ejus meminit Statius.

APETUBÆ, *les Apetous*, populi Americæ, in Braſilia, verſus præfecturam Portus ſecuri, in mediterraneis degentes, teſte Laetio.

APHANA, inſula ſinus Perſici Plinio, in ora Arabiæ, *Queximi* forſan hodie, 10. leucis diſtat ab ora maritima in ortum.

APHAS, qui & Inachus, ut videtur aliis, appellitur, fluvius Macedoniæ in Epiro, per Moloſſos fluens, dicitur etiam Moloſſorum fluvius, apud Plinium, hodie *Inacho* vulgo, teſte Pineto, & in ſinum Ambracium ſe exonerat.

APHECA, oppidum Palæſtinæ, in campo magno, quod, teſte Bredenbachio, nunc *Faba* dicitur.

APHELE, vicus Babyloniæ regionis, ad lacum Chaldaicum Plinio, nunc *Alarch* dictus, ut Pinetus exiſtimat.

APHRA, urbs Aſiæ Epiſcopalis ſub Patriarcha Hieroſolymitano, teſte Guillelmo Tyrenſi Archiepiſcopo.

APHRICA, *l'Afrique*, una ex tribus terræ partibus antiquis cognitis. Vide Africa, ubi fusè de ea dicitur.

APHRODISIAS, inſula ſinus Perſici, Ptolemæo, ſic à Venere, quæ ibi colebatur, dicta.

APHROOISIAS, ſeu Aphrodiſia, Cariæ urbs in Aſia minori Ptolemæo, nunc *Apodoſia*, ad Mæandrum fluvium, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Stauropolitano, 20. mill.

20. mill. paſſ. diſtat ab Antiochia Mæandri in ortum hybernum, & 30. mill. paſſ. à Laodicea in Meridiem, nunc fere diruta jacet ſub Turcis,

APHRODISTAS, urbs Cherſoneſi, teſte Procopio.

APHRODSIAS, urbs Thraciæ, Ptolemæo, quæ Aphrodiſia Procopio, ad Melam fluvium.

APHROOISIAS, oppidum Ciliciæ in Aſia minori Ptolemæo, qood templum Veneris Plinio, *S. Theodoro* nunc, teſte Coriolano Cippico, & in ora maris Cilicii, inter Celenderim & Sarpedonem promontorium, diſtat 12. mill. paſſ. à Seleucia in occaſum hybernum, & 18. ab Arſinoe in ortum.

APHROOISIOM, urbs Cypri, Ptolemæo, nunc teſte Stephano Luſignano, eſt *Achaton*, vicus Cypri inſulæ in ejus ora Boreali, inter Carpaſium & Ceraunium urbes, 24. mill. paſſ. diſtat à Salamina in Septentrionem.

APHROOISIUM, promontorium Hiſpaniæ Tarraconenſis, teſte Ptolemæo, in ora maris Mediterranei & ſinus Leonini, nunc *el Cabo de Creuz* dicitur ab Hiſpanis, eſtque in Catalonia provincia, verſus Galliam, & comitatum Ruſcinonenſem, prope montes Pyrenæos, 3. leucis Hiſpanicis diſtans à Rhodis in ortum, 6. à Caucoliberi in ortum hybernum, uti 5. à Portu Veneris, & 10. à Gerunda in ortum æſtivum, a Pyrene autem promontorio adverſo ad occaſum 68. leucis diſtat in ortum, & 16. leucis à Narbone in Auſtrum, male autem ſumitur à quibuſdam pro Portu Veneris, dicitur etiam Caput Crucis a recentioribus quibuſdam.

APHROOISTUM, urbs Africæ, Ptolemæo, hodie *Africa* Italis, *Afrique* Gallis, teſte Mercatore, & *Mahadia* incolis, teſte Fazello, urbs Africæ cum portu io ora littorali maris Mediterranei, ounc probe munita eſt in Regno Tunetano, & 20. leucis diſtat ab Hadrumeto in ortum, capta fuerat ſeculo elapſo à Carolo V. ſed paulò poſt Hiſpaoi inde ejecti fuere à Mauris, quibus nunc ſubeſt.

APHROOISTUM, urbs & colonia Africæ propriæ, Ptolemæo, in ora maris Mediterranei Sardiniæ obverſa, prope Hipponem regium, ab ea parum recedens in occaſum, *Mabra* nunc, Moletio, Caſtaldo, & aliis.

APHRODITES, inſula gemina, una Cyrenaïcæ, altera Ægypti, teſte Ptolemæo. Vide Læa.

APIA, urbs Aſiæ minoris in Phrygia Pacatiana, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Laodiceno.

APIANOM, *Aviano* Italis, & *Heppen* Germanis, caſtrum Tridentinorum in comitatu Tirolis, ad Atheſim fluvium, io via Tridento Veronam eunti occurrens, teſte Lazio.

APICTOM, *l'Apice*, oppidulum regni Neapolitani ad fluvium Calorem, in Principatu ulteriori. Diſtat à Benevento, 7. mill. paſſ. in Orientem, & totidem ab Ariano in Occidentem, paucis conſtat incolis, eratque olim in ditiooe Beneventana.

APIOANUS, fluvius Theſſaliæ, teſte Pauſania, *Epideno* vulgò, qui ex Bormio monte oriens, Gomphos & Pharſalum rigat, & auctus Enipeo, Melace, & Phœnice fluviis ejuſdem regionis, in Peneum ſe exonerat ſopra Lariſſam, eſtque velociſſimus.

APINA, urbs fuit Apuliæ Dauniæ, quam Diomedes unà cum Trica in ea loca veniens, deleta gente Monadorum & Dardorum, ædificavit, poſtea everſa, teſte Plinio.

APOLLINARIUM, ſeu Reii Apollinarii Albicorum, orbs Galliæ Narbonenſis in Provincia & in Memeniis, teſte Plinio, nunc *Riez*, urbs Galliæ Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Aquenſi in Provincia, inter Aquas Sextias & Sanitium. Vide Reii.

APOLLINIACUM, ounc *Polignac*, ex veteri inſcriptione, caſtrum Galliæ in Velaunis, in monte prope Podium urbem, dicitur ab aliis Podomniacum. Vide ibi.

APOLLINIS URBS MAGNA, in Ægypto, de qua fit mentio in Ptolemæo, & in itinerario Antonini, *Munſia* nunc dicta, teſte Joanne Leone Africano, urbs Ægypti in Thebaide ad Nilum fluvium, Latopoli proxima, a Thebis 80. mill. paſſibus diſtans in Septentrionem Latopolim verſus, ſatis pulchra etiamnum ſub dominio Turcarum.

APOLLINIS FANUM, oppidum Africæ littorale, Ptolemæo, Tabrachæ urbi propinquum, ab ea in ortum Uticam verſus recedens, *Tamaclati* hodie, teſte Moletio.

APOLLINIS PROMONTORIUM, in Africa propria, Livio, & Ptolemæo, quod Apollonium promontorium Straboni, nunc *il Capo Raſamuzar* dictum, teſte Mercatore, in ora regni Tunetani, inter Uticam & Apollinis fanum, contra Sardiniam inſulam porrectum.

APOLLINIS PROMONTORIUM, in Mauritania Cæſarienſi, Ptolemæo, nunc *il Capo di Tenes* dicitur, teſte Moletio, à Teneſa urbe in vicinus, eſtque in ora littorali maris Mediterranei & in Regno Algerii, 35. leucis circiter diſtans ab Algerio in occaſum.

APOLLONIA, urbs Macedoniæ ad occaſum, teſtibus Livio, & Ptolemæo, nunc *Piergo* dicta, in Albania regione, prope oram maris Adriatici, ubi Octavianus litteris operam dabat quando Cæſar Romæ interfectus eſt, & juxta quam Æas fluvius ad 10. ſtadia decurrit, Epiſcopalis fuit olim nunc metropolis 7. mill. à littore diſtans, 35. à Dyrrachio in Meridiem & tot fere à Scampe in occaſum, paucis conſtans incolis ſub dominio Turcarum, vocatur etiam *Pollona* a quibuſdam, ſed fere in vicum redacta eſt.

APOLLONIA, urbs Macedoniæ mediterraneæ, teſte Ptolemæo, in Mygdonia provincia, Arbiepiſcopalis, poſtea Serræ dicta, *Seres*, ſedet ad fluvium Echedorum, 25. mill. paſſ. diſtans à Theſſalonica in occaſum æſtivum, 70. antem ab Amphipoli in occaſum, & 100. circiter à Philippis, quam tameo alii ſcribunt interiiſſe, Seraſque ſuffectas.

APOLLONIA, urbs Africæ in Cyrenaica regione, teſte Ptolemæo, in ora littorali maris Mediterranei, hodie *Bonnandrea* dicta Europæis, *Bo-darea* Arabibus, in Barca regione, portu gaudet utcumque capaci, ſed paucis conſtat incolis, eratque olim Epiſcopalis, 35. mill. paſſ. diſtans à Cyrene in ortum æſtivum, & 20. à Phycunte promontorio.

APOLLONIA, urbs Bithyniæ in Aſia minori, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Nicomediæ, de qua fit mentio in libris Conciliorum, erat io confinio Myſiæ ad Rhyndacum fluvium, & 12. mill. paſſibus diſtabat à Propootide io Meridiem & totidem à Cyzico urbe.

APOLLONIA, Cariæ urbs etiam in Aſia minori, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Stauropolitano, erat propè Lyciam interiorem, inter Alabandam & Cabiram urbes, & ejus etiam fit mentio in libris Conciliorum, ſed vix nunc ejus apparent veſtigia, teſte Philippo à Vico.

APOLLONIA, urbs Macedoniæ, teſte Plinio, in Amphaxitide tractu, ad Chabrium fluvium, nunc *Eriſſo* dicitur teſte Brietio, cum aliis, eſtque Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Theſſalonicenſi ad radices montium, ſed paocis conſtat incolis, inter Amphipolim ad ortum & Theſſalonicam ad occaſum.

APOLLONIA, Myſiæ urbs mediterranea in Aſia minori, teſte Ptolemæo, ounc *Lupadi* dicta, ut aliquibus videtur, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Sardiano, in colle ſita, 15. mill. paſſibus diſtat ab Hermo fluvio, eſtque in confinio Lydiæ fere inter Sardes ad ortum & Pergamum ad occaſum, 30. mill. paſſ. utrimque diſtans.

APOLLONIA, oppidum fuit Siciliæ inſulæ in mediterraneis, Diodoro, ſupra Calactam & Alun-

Digitized by Google

tium, ad Chydam amnem, nunc prorſus extinctum, ejus oppidani Apollonienſes dicti fuere à Cicerone, quanquam Fazellus crediderit fuiſſe propè Leontinos.

Apollonia, Thraciæ urbs in Cœnica tractu Plinio, magna cognominata fuit à Pompeio, nunc autem *Sißopoli* dicitur, eſtque Archiepiſcopalis in ora Ponti Euxini, in parva inſula quę Apolloniatarum nominatur, inter Salmydeſſum in Auſtrum & Anchialum Meſembriamque in Boream, 30. mill. paſſ. utrimque diſtans, nunc à paucis inhabitatur.

Apollonia, urbs Syriæ, ad radices Caſſii montis, 14. mill. diſtans ab Apamea in occaſum, 40. autem ab Antiochia in Meridiem.

Apolloniates, populi Aſſyriæ, ubi Apollonia Sittacina, quæ Antiochia Plinio, urbs ad Gorgem fluvium qui paulo infra cadit in Tigrim, Philippo à Vico teſte.

Apollonia, *Cabo Apollonia*, promontorium Africæ in ora meridionali Guineæ regionis, 5. leucis diſtat à caſtro *Axiem* in occaſum, prope oſtia fluvii *Mancu*, & 30. circiter leucis ab arce S. Georgii de Mina, etiam in occaſum.

Aponus, nunc *Abano*, vicus cum fonte & balneis in Italia & in agro Patavino, ubi Titus Livius Hiſtoricus ortus traditur, teſte Martiali, a Patavio 5. mill. paſſ. Euganeos colles verſus.

Apotevizza, *Apotevitz*, oppidum Sclavoniæ, in regno Hungariæ, non longe à Dravo fluvio in Riſienſi Comitatu. Vix uno milliari Hungarico diſtat à Copranitio in occaſum, intra montes.

Appamiæ, *Pamiers*, urbs Galliæ in Occitania. Vide Pamæa.

Appencenaium urbs, *Gap*, urbs Galliæ in Delphinatu, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Ebrodunenſi, inde 6. leucis diſtans, forſan pro Vapincenſium urbs. Vide Vapincum.

Apphana, inſula ſinus Perſici, cæteris inſulia ejuſdem ſinus occidentalior, prout à Ptolemæo deſcribitur. Fortè hodie eſt inſula *Queximi* dicta, in littore Arabiæ, 40. leucis à Balſera urbe in Meridiem. Dicitur etiam Aphana à quibuſdam.

Appia via, Regina viarum dicta à Statio libro 2. prima omnium ſtrata ab Appio Claudio anno urbis conditæ 442, deſcribitur accuratè à Procopio libro 1. de bello Gothico, & ait integram omnino duraſſe annos circiter 800. in ea ad Terracinam ſaxum ad centum pedes longitudinis, 15. latitudinis exciſum fuit, ut egomet vidi pluries, ad Capuam pergebat 142. mill. paſſ. reliquum Brunduſium uſque 238. mill. paſſ. videtur à Julio Cæſare confectam eſſe, tota erat igitur ex Antonino, 380. mill. paſſ. ex Strabone 360. ab Auguſto & Trajano Imperatoribus reſtaurata fuit, præſertim per medias paludes Pomptinas inter Aſturam fluvium & Terracinam per 15. milliaria, ubi ingentibus ſilicibus ſtrata, cujus etiam ſuperſunt rudera, utrimque foſſas habebat itinerantibus commodas, & ejus etiam magna pars lapidibus ſtrata conſpicitur plurimis in locis, ex ea exiſtebant aut ei connectebantur, viæ Trajana Numicia, Setina, & Domitia.

Appioanus, fluvius Theſſaloniæ, Straboni, Phthiam urbem alluens, & in Peneum labens, *Epideno* vulgo. Vide Apidanus.

Appii Forum, urbs Latii Ciceroni, nunc exciſa, in via Appia occurrens, inter Privernum & Tarracinam. Vide Forum Appii.

Appledora, *Appledore*, oppidulum Angliæ, in Cantio provincia ad Rotherum fluvium, 5. milliaribus Anglicis diſtat à Ripa in Septentrionem, 16. à Cantuaria in Meridiem, & totidem à Dubri in occaſum hybernum, Speedo teſte.

Aprimonasterium, *Ebersheim-munſter*, oppidulum Germaniæ in Alſatia inferiori, & in ditione Epiſcopi Argentoratenſis, dicitur etiam *Ebersmunſter*, & ſedet ad Ellelum fluvium, vix uno milliari Germanico diſtans à Schleſtadio in Septentrionem, Benefeldam verſus duobus.

Apros, colonia & urbs Thraciæ, Plinio, in Corpialica tractu. Apri Ptolemæo, *Aprio* & *Apri* nunc, Sophiano, urbs Thraciæ Archiepiſcopalis & in mediterraneis, cujus meminit Juſtinus, inter Trajanapolim ad occaſum & Reſiſtum ad ortum 24. mill. paſſ. à Cyſella paulo plus diſtans in Septentrionem, & 46. mill. paſſ. diſtans à Trajanopoli in ortum, ad Melam fluvium, poſtea à Theodoſio Imperatore reſtaurata & Theodoſiopolis dicta, teſte Cedreno.

Aprositos, ſeu Aproſita, id eſt inacceſſibilis, inſula Oceani Atlantici verſus Africam, Plinio, nunc quibuſdam eſt *Porto Santo*, inſula prope Maderam, ſed alii omnes interpretantur eam, quæ olim Ombrio dicta fuit, etiam nunc inſula S. Blandani, & per corruptionem vulgo *la iſla de San Borondon*, & ab Hiſpanis perſæpe *l'Encubierta*, quod ſylvis opaca, *e la non trouada*, quod difficile inveniri poſſit à nautis, & 40. leucis diſtat ab inſula Palmæ, una ex Canariis in occaſum ut exiſtimant & de ea pluribus agit Joannes *Nuñez de Pena* in deſcriptione inſularum Fortunatarum, ſed an revera exiſtat judicent peritiores.

Aprus, fluvius Poloniæ, *Wieprz* vulgo, in Viſtulam cadens, in confinio Poloniæ & Sileſiæ, Cluverio teſte.

Aprusa, fluvius Galliæ Ciſalpinæ, Plinio, nunc *l'Avesa*, fluvius parvus Italiæ in Romandiola, oritur ad radices Titani montis, deinde in Boream tendens poſt 12. milliaria in mare Adriaticum ſe exonerat juxta Ariminum, teſte Jacobo Villanio Ariminenſi.

Aprustum, oppidum Brutiorum in Italia, Plinio, nunc teſte Gabriele Barris, eſt *Caſtro villare* oppidum Calabriæ citerioris, à Caſſano 7. mill. paſſ. diſtans in occaſum & à Beſidiano 22. in Septentrionem, ad radices Apennini, ad Sibarim fluvium, aliis autem eſt *Aprigliano* caſtrum in eadem provincia, 8. mill. paſſ. à Conſentia diſtans in ortum.

Aprutium, *l'Abruzzo* incolis, *l'Abruſſe* Gallis, pars ampla regni Neapolitani in Italia, & una ex ejus quatuor antiquis partibus, ſub qua comprehenditur etiam comitatus Moliſinus cum latè ſumitur, eratque olim in eo tractu hi populi, Frentani, Marrucini, Marſi, Peligni, & Veſtini, cum Samnitum præcipua parte, & parte etiam Piceni, teſte Cluverio cum aliis. Aprutium autem ſtrictè ſumptum duplex eſt, Citerius nempe & Ulterius, totius Aprutii primaria eſt Aquila, eſtque regio fertilis & probè culta: hinc Aprutini populi, *gli Abruzzeſi* vulgo.

Aprutium citerius, *l'Abruzzo citra* incolis, provincia eſt regni Neapolitani, inter alias nonum locum obtinens ubi olim Frentani, Marucini, & Peligni populi, terminatur à Septentrione mari Adriatico, ab ortu Capitanata provincia, à Meridie comitatu Moliſino, & partim Terra Laboris, ab occaſu vero ſeparatur ab Aprutio ulteriori Aterno fluvio, & ejus caput eſt Anxanum *Lanciano*, aliæ urbes ſunt Aternum, Sulmo, & Theate.

Aprutium ulterius, *l'Abruzzo oltra* incolis, provincia eſt regni Neapolitani ſatis ampla, quæ inter alias decima cenſetur, ubi olim Marſi, & Veſtini populi, cum Piceni parte, terminatur à Septentrione & occaſu ditione Pontificia, à Meridie etiam partim Campania Romana, & provincia Terræ Laboris, ab ortu vero mari Adriatico & Aprutio citeriori, ferè in duas partes ſecatur Apennino monte, & ejus caput eſt

Digitized by Google

Aquila, *l'Aquila*, aliæ urbes ſunt Adria, Interamnia, & Pinna.

APRUTII URBES PRÆCIPUÆ.

Anxanum, *Lanciano.*
Aquila, *l'Aquila.*
Aternum, *Peſcara.*
Atria, *Atri.*
Interamnia, *Teramo.*
Pinna, *Civita di Penna.*
Sulmo, *Solmona.*
Theata, *Civita di Chieti.*

APRUTIUM, ſeu Aprutina civitas, quæ aliter Theramum dicitur, *Teramo* vulgo, urbs Aprutii ulterius in regno Neapolitano. Hinc dictus Epiſcopus Aprutinus in Provinciali Romano. Vide Interamnia & Theramum.

APSALUS, oppidum Macedoniæ mediterraneum, Ptolemæo, Europo & Hormæ oppidis finitimum, nunc *Preſpa* dictum, teſte Moletio.

APSARUM, & Apſirus, oppidum Colchidis, Plinio, olim Apſorus Ptolemæo, in confinio Cappadociæ, in ora littorali Ponti Euxini, ubi in eum ſe exonerat Apſarus fluvius, nunc *Arcani* dici putatur, teſte Moletio, eſtque inter Trapezuntem 150, & Phaſim urbem Colchorum in Septentrionem 75. mill. paſſ. teſte Arriano.

APSARUS, & Abſorrus, & Apſyrtus fluvius Colchorum Arriano, etiam *Arcani* dictus, teſte eodem Moletio, ortum habet ex Pariedris montibus Armeniæ majoris, teſte Plinio, & in Boream tendens ad Apſarum oppidum in Pontum Euxinum ſe exonerat.

APSUS, fluvius Macedoniæ occidentalis, Cæſari, & Straboni, nunc *l'Aſpro* quibuſdam, *la Spirnaza* vero aliis, in Albania regione, teſte Brietio, oritur ex Bertecetio monte, deinde in occaſum tendens, in mare Adriaticum ſe exonerat, 18. mill. paſſ. ab Apollonia in Septentrionem Dyrrachium verſus 25, & dictus fuit etiam Thapſus antiquitus.

APTA JULIA VULGIENTIUM, ſeu Apta, urbs Galliæ Narbonenſis, teſte Plinio, nunc *Apt*, urbs Galliæ in Provincia, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Aquenſi, ſedet ad Calavonem fluvium, prope montes, ubi ſervant corpus S. Annæ, eſtque ſatis parva, & 6. leucis diſtat a Cabellione in ortum æſtivum, 6. autem a Carpentoracte in ortum hybernum, & 7. ab Aquis Sextiis in Boream, novem ab Avenione in ortum verſus Seguſteronem 12.

APTERIA oppidum Cretæ inſulæ mediterraneum, Ptolemæo, quod Apteron Plinio, & Aptera Suidæ, nunc caſtrum *Paleo-caſtro* dictum à Cydonia 12. milliaribus diſtans in Meridiem verſus Leucos Montes, & totidem ab Amphimalo ſinu.

APTUCHI FANUM, urbs Cyrenaïcæ, Ptolemæo, Aptungis apud D. Auguſtinum, in regione Pentapolitana. *Lungiſarie* incolis, ut Ludovicus Marmolius ſcribit.

APUA, oppidum Liguriæ, in Thuſciæ confinio *Pontremoli* nunc, teſte Juſtiniano cum aliis, ad Macram fluvium 5. milliaribus ſupra ſcaturientem intra montes, qui Apuani dicuntur, eratque olim in ditione Fliſcorum, uti feudum Ducatus Mediolanenſis, ſed ab Hiſpanis occupatum ultimo ſæculo, & ab iis venditum fuit anno 1650. menſe Septembri Magno Duci Hetruriæ, cui nunc ſubeſt, fruſtra reclamantibus Genuenſibus, quibus antea venditum fuerat ab iiſdem Hiſpanis: ſatis munitum eſt, viſ 4. milliaribus Italicis diſtans ab Apennino monte, & a con[illegible] catus Parmenſis in Auſtrum, Lunam urbem exciſam verſus 18 & 15. à Bruneto in ortum æſtivum. Populi Apuani Livio, *Pontremoleſi* hodie dicti.

APUS, *les Apuyes*, populi Americæ meridionalis in Braſilia mediterraneæ, ve ſus fontes & præfecturam fluvii Jiminari, Laëtio teſte & aliis.

APULIA, Italiæ meridionalis regio & Magnæ Græciæ pars, inter Mare Adriaticum, ſinum Tarentinum, Lucaniam, Campaniam, & Samnium comprehenſa, dupliciter ſumebatur ab antiquis, nempe Apulia lata & Apulia propriè dicta. Apulia latè ſumpta complectebatur, Apuliam propriè dictam, & Meſſapiam. Apulia propriè dicta ſeu vera continebat Apuliam Dauniam, & Apuliam Peuceciam, de quibus poſtea, Apulia autem hiſce ultimis temporibus, una eſt ex quatuor partibus regni Neapolitani, ſub qua cenſentur hæ provinciæ, Ager Barianus, Ager Hydruntinus, & Capitanata provincia, vulgo *la Puglia* dicitur ab incolis, *la Pouille* Gallis, *la Pulla* Hiſpanis, eratque antea Ducatus titulo inſignita regio eſt fertiliſſima, & quanquam ejus pars Capitanata dicta arboribus careat, & aquis pro majori parte, ac raras habeat habitationes, tamen ad paſcendos armentorum innumeros greges peropportuna eſt, hinc Apuli populi, *i Puglieſi* vulgo dicti.

APULIA DAUNIA, regio Italiæ in magna Græcia, teſte Ptolemæo, ubi alias Apuli Dauni populi, nunc *la Pugl apiana*, & ſæpius *Capitanata* provincia regni Neapolitani, extenditur inter mare Adriaticum ad Boream, Phiternum fluvium à Frentanis in occaſum ſeparantem, Aufidum fluvium ab altera Apulia dividentem, & Campaniam montemque Apenninum ad Meridiem, in qua Garganus mons, Sipontum, Uria, & Luceria. Vide Capitanata.

APULIA PEUCETIA, regio Italiæ in magna Græcia, ubi olim Apuli Peucetii, teſte Ptolemæo, & nunc *la Terra di Bari*, Regni Neapolitani provincia, ſub qua etiam pars Baſilicatæ provinciæ cis Apenninum, terminabatur a Septentrione mari Adriatico, ab ortu Meſſapia, a Meridie Lucania, & ab occaſu Apulia Daunia, hujus meminit Horatius, in ea Barium metropolis a qua hodie regioni nomen, Egnatia, Canuſium, & Venuſia, hinc Apulus nomen gentis.

APULIÆ DUCATUS, Regio fuit Italiæ meridionalis, & pars ampla regni Siciliæ citra Pharum, ſub regibus Normannis, uti poſtea ſub Suevis, complectebatur hanc partem ubi nunc Capitanata, & Ager Barianus, atque Hydruntinus.

APULIÆ REGNUM, pars fuit meridionalis Italiæ, quæ poſtea dicta fuit regnum Siciliæ cis Pharum, & à ducentis annis vocatur regnum Neapolitanum, ejus pluries fit mentio in actis mediæ ætatis. Vide Neapolitanum regnum.

APULIÆ URBES PRÆCIPUÆ HUJUS TEMPORIS.

Aletium, *Lecce.*
Andria, *Andria.*
Aſculum Apulum, *Aſcoli.*
Barium, *Bari.*
Butuntum, *Bitonto.*
Brundiſium, *Brindiſi.*
Gallipolis, *Gallipoli.*
Gravina, *Gravina.*
Hydruntum, *Otranto.*
Luceria, *Luceria.*
Manfredonia, *Manfredonia.*
Mateola, *Matera.*
Tarentum *Taranto.*
Tranum, *Trani.*
Troia, *Troia.*

Apulum, urbs Daciæ, ex antiqua inſcriptione & Ptolemæo, nunc Alba Julia, *Gula Feirvvar* incolis, *Vveiſſenburg* Germanis, urbs Tranſſylvaniæ ex præcipuis regionis; prope Mariſum fluvium, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Colocienſi, 8. mill aribus Germanicis diſtans a Cibinio in occaſum. Vide Alba Julia.

Apurima, *l'Apurima*, fluvius Americæ meridionalis in Peru. Fontes habet in Parinacochæ provincia, ad pedes Andium montium, alluitque territorium Caſci, & poſt curſum 60. leucarum Hiſpanicarum in fluvium Xauxam ſeu Maranionem ſe exonerat inter Abancayum & Incayum fluvios.

Apurvvaca, *l'Apurvvaca*, Hiſpanis, *l'Aprouague* Gallis, qui & Caperuvaca quibuſdam, fluvius Americæ meridionalis in Guiana regione ex præcipuis illarum partium. Oritur ex montibus ſupra Lacum Haritianorum, per quem labitur; & deinde poſt longum curſum in Oceanum ſeptentrionalem ſe exonerat, 25. leucis ab inſula Catena in ortum, Joanne Laetio teſte, & aliis. A quibuſdam etiam hic fluvius *Peragne* dicitur.

Aqua bella, *Aiguebelle*, vicus Galliæ, cum Abbatia in Delphinatu, & in Valentinenſi tractu, ad Bertam fluviolum, & 2. leucis à Fano S. Pauli Tricaſtini in Septentrionem, dicitur etiam Aqua Pulchra & melius.

Aqua pulchra, *Aiguebelle*, oppidulum Sabaudiæ Ducatus, prope Maurianam vallem, ad Arcum fluvium, 5. leucis a Camberiaco in ortum verſus Monaſterium urbem.

Aqua Pontis, *Bridgevvatter*, oppidulum Angliæ in comitatu Somerſetenſi, ad ripam Fluch fluvioli, quod à quibuſdam dicitur etiam Pons Gualteri; teſte Waddingo.

Aquas parsa, *Aigueperſe*, urbs Galliæ in Alverniæ inferioris provincia & in tractu Limania dicto, ad amnem Butonium parum diſtans à Montepenſerio caſtro dituto Claromontem verſus quinque. Vide Aquæſperuæ.

Aquæ, oppidum Pannoniæ ſuperioris, quod & Aquæ Pannoniæ dictum, ex veteri inſcriptione, nunc teſte Cluverio, eſt *Baden*, oppidum in Germania in Auſtria inferiori, 4. milliaribus Germanicis a Vienna diſtans in Meridiem, & totidem a Novoſtadio in occaſum, eſtque ad radices montium.

Aquæ, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis Hauberto, nunc *Cazalegas*, vicus Hiſpaniæ in Caſtella nova, prope Tagum fluvium & Eburam urbem.

Aquæ Albenses, urbs Epiſcopalis Mauritaniæ Sitifenſis, in Africa.

Aquæ Apollinares, locus erat Etruriæ, inter urbem Romam 34. & Coſam urbem exciſam prope montem Argentarium 27. mill. paſſ. teſte Antonino.

Aquæ Augustæ, quæ & Tarbellicæ, urbs Galliæ Aquitanicæ, Ptolemæo, *Acqs* vulgo, vel *Dax* ut loquuntur indigenæ, urbs Galliæ in Vaſconia, & in Aquenſi territorio, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Auxitano, ad Aturum fluvium, teſtibus Scaligero & Vineto, dicta fuit etiam Taſta antiquitus, & in ea etiam ſunt balnea, vix 5. leucis diſtat ab ora Oceani Aquitanici in ortum hybernum, uti decem ferè ſupra Baionam in ortum æſtivum, 12. ab Olorone in Septentrionem, & 23. a Burdegala in Meridiem.

Aquæ Balissæ, oppidum Pannoniæ inferioris, Antonino, nunc *S [illegible]* oppidulum Hungariæ inferioris, ut exiſtimat Lazius, 5. milliaribus Hungaricis a Quinque Eccleſiis diſtans in occaſum.

Aquæ Bigerronum, Galliæ oppidum in Novempopulonia, hodie [illegible]. Vide Aquenſis vicus.

Aquæ Bilbilitanorum, locus Hiſpaniæ Tarraconenſis, in agro Bilbilitano, teſte Antonino, uti Aquæ Salutares, nunc *os Baños de Albama* dicitur in Aragoniæ regno, verſus Bilbilim, ut interpretatur Varrerius.

Aquæbillichum, *Waſſerbillich*, vicus Belgii in Ducatu Luxemburgico, ad Muſellam fluvium ubi recipit Suram in ipſo limite Trevirenſis ditionis.

Aquæ Bormonæ, locus Galliæ Aquitanicæ, qui nunc ut exiſtimant eſt *Bourbon l'Archambaut*, ſeu *Bourbon les Bains* oppidum Borbonienſis provinciæ 5. leucis diſtans à Molinis in occaſum ubi Balnea laudatiſſima. Vide Borbonium Arcimbaldi.

Aquæ calidæ, non Caiæ, ut ſcribit Ortelius cum Leandro, thermæ in Thuſcia Viterbii verſus Viterbium, inde ad 3. mill. paſſ. Pluſionem verſus. Baiæ Straboni & Tibullo, i *Bagni di Ballicane* vulgo, in provincia Patrimonii.

Aquæ calidæ, locus Aquitaniæ nunc eſt urbs *Aiguesperſes* in Alvernia ſecundum recentiores. Vide Aquæ ſperſæ & Aquaſparſa.

Aquæ calidæ, urbs fuit Africæ in Numidia propria, nunc in ruinis jacens.

Aquæ calidæ, etiam oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Auſetanis, Antonino, prope Gerundam urbem, quod vulgo *Bagnoles* dicitur in Catalonia, vix 3. leucis a Gerunda in Septentrionem.

Aquæ calidæ, urbs etiam in Britannia majori, teſte Ptolemæo, quæ & Aquæ ſolis, & Bathonia *Bath*, urbs Epiſcopalis Angliæ. Vide Bathonia.

Aquæ calidæ Cilinorum, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, teſte Ptolemæo, Aquæ Celinæ Antonino, Amphilochia Straboni, quibuſdam eſt *Baiona* in ora littorali Oceani ad oſtia Minii, aliis vero & melius eſt *Orenſe*, Auria dicta in libris Conciliorum, urbs Hiſpaniæ in Gallæcia, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Compoſtellano, ubi etiamnum extant calidi & ſalubres fontes, unde & urbi nomen, teſte Nonnio, 14. leucis Hiſpanicis diſtat a Compoſtella in ortum hybernum, & totidem a Luco in Meridiem [illegible] verſus paulo minus, ſeditque ad Minium fluvium, quamquam Gregorius de *Argaiz*, Aquas calidas Cilinorum interpretetur *Caldas* vicum in Gallæciæ ad Minium, prope Ripadavium.

Aquæ Convenarum, oppidulum Galliæ Aquitaniæ, teſte Antonino, & in finibus Convenarum, quibuſdam eſt *Encauſſe en Cominge*. Sanſonio eſt *N. Dame de Garozan* vicus Armeniacenſis tractus, ſed aliis eſt vicus *Bagneres* vulgo dictus in Valle Arbuſia in Convenenſi comitatu, ad radices iractus montium Pyrenæorum non longe a fontibus Garumnæ fluvii [illegible] Petro de Marca, 2. leucis diſtat à Fano S. Beati in Auſtrum & 3. à Viella urbecula Ar[illegible], 16. autem milliaribus a Lugduno C[illegible], & incolæ Vicani Aquenſes dicti fuere.

Aquæ Gutiliæ, lacus parvus ſive potius Stagnum Sabinorum, in agro Reatino, Plinio & Dionyſio, quod & Aquæ Sabinæ & Cotiliæ Straboni, nunc *P[illegible] R[illegible]gian[illegible]*, teſte Cluverio, prope Cotilam vicum, verſus Civitatem Ducalem.

Aquæ duræ, locus Hiſpaniæ B[illegible], cujus fit mentio in media ætate, nunc *Alcala del Rio* vicus Hiſpaniæ in Vandalitia, prope Hiſpalim, teſte Roderico Caro.

Aquæ Flaviæ, oppidum Bracariorum in Hiſpania Tarraconenſi, nunc *Chaves* oppidum P[illegible], regni & in provincia Tranſmontana, a Veſpaſiano & Tito nomen habet & a quibuſdam etiam Aquæ Leæ dictum fuit, ſedet ad Tamacam fluvium ad [illegible] montium, una tantum leuca diſtat [illegible] Gallæciæ, decem leucis a Bragantia in [illegible] Bracaram verſus 15. circiter [illegible] Aquiflavienſes.

AQUÆ [illegible], vicus Carnotum, teſte [illegible], nunc S. [illegible] [illegible] in provin[illegible] [illegible] ad So[illegible] [illegible], ſub dominio Ve[illegible] & in [illegible], ubi S. Chryſog[illegible] [illegible] affec[illegible] [illegible], 4. milli[illegible] Itali[illegible] ab Aq[illegible] diſtat, & paulo minus ab ora ſinus Venet.

AQUÆ GRANI, An[illegible]. Vide Aquiſgranum.

AQUÆ GRATIANÆ, [illegible] Allobrogum in Gallia Narbonenſi, nunc *Aix* oppidulum Sabaudiæ [illegible] Bu[illegible] [illegible] inter Annecium & Cam[illegible], teſte Franciſco Auguſtino ab Eccleſia Epiſcopo Sa[illegible].

AQUÆ HELVETIÆ, oppidum Galliæ Lugdunenſis, quod [illegible] vulgo *Baden* dicitur in Helvetiis ad Limagum fl[illegible]. Vide Aquæ Helvetiorum & caſtellum aquarum.

AQUÆ HELVETIORUM, oppidum [illegible] Cel[illegible] & Caſtellum [illegible] a Tacito [illegible], *Baden*, o[illegible] Hel[illegible] [illegible], quo paulo [illegible] cadit in Ar[illegible] [illegible] ge[illegible] [illegible] [illegible], ap[illegible] & [illegible] ſuperiores O[illegible] *Bad* ad [illegible] Badæ d[illegible] men caſtrum habens a [illegible] ſunt in [illegible] [illegible], [illegible] Hel[illegible] ſtat à Rheno fluvio in Merid[illegible] & 5. a [illegible] in ortum, Tigu[illegible] ſex d[illegible], urbeſque urbo ver[illegible] bus pagi Helvetiis.

AQUÆ HIPSITANÆ, [illegible] Sardiniæ Inſulæ, nunc [illegible] caſtrum *For[illegible]* dictum, teſte [illegible] [illegible] Vico.

AQUÆ LESITANÆ, urbs Sardiniæ [illegible] caſtrum *Sardara* dictum, teſte Franciſco a Vico.

AQUÆ LUPIÆ, *[illegible]upe*, [illegible] [illegible] Americæ ſeptentrionalis, & [illegible] ex [illegible] [illegible] [illegible] ſubeſt do[illegible] corum, & [illegible]tur ſæpius Guadalupia. Vide [illegible].

AQUÆ LUPIÆ, *Guadalupe*, oppidum [illegible] in regno Legionis, in E[illegible]madura provincia, ad [illegible] cogn[illegible], celebris devotione erga B. Virginem, cujus imago mir[illegible] clara caſu reperta fuit ſub Alphonſo X. Rege. [illegible] leucis ſtat a Turri Julia in ortum, eſtque [illegible] ad radices montis *Villuerta* dicti, c[illegible] 25. [illegible]onibus.

AQUÆ MATTIACÆ, oppidum Germaniæ Ta[illegible], [illegible] *W[illegible]* [illegible] eſt B[illegible] a Al[illegible], oppid[illegible] Germaniæ [illegible] tractu, [illegible] titulo [illegible] [illegible] Electoris [illegible] ubi etiamnum [illegible] vi. 2. milliaribus Germ[illegible] diſtat a M[illegible] in Septentrionem, & 4. à Franc[illegible] [illegible] ut [illegible] vidi.

AQUÆ MORTUÆ, [illegible] *mortes*, urbs Galliæ [illegible] parva in Occitania [illegible], prope [illegible] Magalonenſe, una leuca à [illegible], [illegible] quibuſdam, 7. leu[illegible] ab A[illegible] in occaſum 5. a Monte Peſſu[illegible] [illegible], Rhodani oſti[illegible], alii portum [illegible] capa[illegible] ex ea ſolvit S. Ludovicus Galliæ Rex [illegible] ad [illegible] in Sanctam [illegible] annis 1248. & 1269.

AQUÆ NEAPOLITANÆ, oppidum Sardiniæ Inſulæ [illegible] [illegible] juxta caſtrum *[illegible]*, teſte Franciſco à Vico.

AQUÆ NISINEÆ, melius forte Lanc[illegible], poſtea Al[illegible]cum, oppidulum Galliæ Lugdunenſ[illegible] nunc [illegible] dicitur *Bourbon Lancy*, op[illegible] Ducatu Burgundiæ prope [illegible] fluvium, [illegible] limite Borbon[illegible] ſis [illegible]. Vide Borbonium An[illegible].

AQUÆ ON[illegible]IORUM, lo[illegible] corruptu, pro Aq[illegible] [illegible]venarum, ut probant Surita & alii. Vide Aquæ C[illegible].

AQUÆ PATAVINÆ, locus Italiæ in Venetia [illegible] qui fuit tes Aponi Livio & Martiali, nunc i *Ba[illegible]*, [illegible] agri Patavini, in dominio Reipublicæ Venetæ. Vide Aponus.

AQUÆ PENSILES, locus Italiæ in Apulia, cujus fit mentio in actis [illegible] ætatis, nunc *il Lago [illegible]ſole*, lacus parvus regni Neapolitani in Baſilicata pro[illegible] [illegible] Venuſium.

AQUÆ QUINTIANÆ, oppidulum Hiſpaniæ T[illegible]onenſis in Callaicis, teſte Ptolemæo, quibuſ[illegible] eſt Caſtrum *Arc[illegible]*, aliis autem & forſan melius eſt *Sarria*, oppidum Gallæciæ ad fluvium parvum cognominem, 5. leucis à Luco diſtans in Meridiem.

AQUÆ REGIÆ, urbs fuit Africæ, teſte Antonino, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Carthaginenſi, nunc pagus *Caſal Romol* vulgo dictus, teſte Marmolio, inter Hadrumetum & Sufetulam 50. mill. paſſ.

AQUÆ URBIS ROMÆ [illegible].

Anio novus, aqua ex Aniene fluvio extracta, via Sublacenſi Romam perducta, 24. ab urbe mill. paſſ.

Anio vetus, aqua pariter ex Aniene, ſupra Tibur extracta, Romamque perducta per viam novam, inter Labicanam & Lavicanam.

Alſietina, ab Alſio urbe.

Appia, ex agro Luculliano, via Præneſtina, inter ſeptimum & octavum ab urbe lapidem deducebatur.

Claudia, è lacu Sublaceoli 45. mill. paſſ. diſtante in urbem derivabatur; & ipſam ingrediebatur per portam Majorem.

Julia, ab Aureliano [illegible] in Tepulam 12. ab urbe lapide [illegible]debat.

Martia, ex lacu Fucino [illegible] Valeria deducebatur.

Tepula, ex agro L[illegible]ano via Latina [illegible] ab urbe mill. [illegible] ubi villa Luculli erat, ad Columnam oppidum [illegible] inter Tuſculum & Tibur.

Virginea, & ipſa ex agro T[illegible] via Præneſtina, 8. mill. paſſ. ab urbe [illegible] per portam Pincianam ducta, nomen ſervans, ac *Acqua di Trevi* dicta. Hactenus porro aquarum ſola Virginea perſeverat.

AQUÆ SALVIÆ, locus 3. milliaribus Roma diſtans, ubi S. Paulus Apoſtolus martyrio coronatus fuit, ubi poſtea cœnobium extructum SS. Vincentii & Anaſtaſii, dicitur hodie Abbatia trium fontium, ſeu ad Aquas Salvias, vulgo *le Tre Fontane* nullius Diœceſis, & ab ea pe[illegible] alias comitatus Anſ[illegible]oniæ in Thuſcia, verſus montem Argentarium, cum inſulis I[illegible], & Dianii.

AQUÆ SEXTIÆ, urbs & colonia Galliæ Narbonenſis, Strabóni, & Plinio, nunc *Aix* incolis, *Es* Italis urbs Galliæ Archiepiſcopalis Provinciæ caput, & Parlamenti totius regionis ſedes ad Arcum fluv[illegible] pulchra eſt & per amplam planitie[illegible] [illegible], 5. leucis diſtat à Maſſilia in Boream Apt [illegible] 7. ab Arelate 15. in ortum, [illegible] 13. ab Avenione, & 28. leucis circiter in occaſum a Nicea ad Varum, eſtque perculta ad radices colli S. Eutropii.

AQUÆ SOLIS, urbs Britanniæ majoris, Antonino, Aquæ calidæ Ptolemæo, M[illegible] Badonius ſive Badonicus Bedæ, poſtea Bathonia, nunc *Bath* vulgo incolis, & *Caer Badon*, atque *T[illegible] Tubmin* Britannice, *Bathe* Gallis, urbs Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Cantuarienſi, in regno Angliæ & in comitatu Somerſetenſi, ſedet in planitie ad fluvium Avenum, 5. milliaribus Anglicis diſtans à Briſtolio in ortum & [illegible] a Glocestria in Auſtrum [illegible] verſus 37. [illegible] in limite Glo[illegible]ſtrienſis comit[illegible]. Vide Bathonia.

AQUÆ [illegible]PERTIÆ *Agua[illegible]*, [illegible] Galliæ in Alver[illegible] inferiori, [illegible] Lima[illegible], in agro palud[illegible], prope rude[illegible] [illegible] ad [illegible] in Buronium, olim Aquæ calidæ [illegible], ut qui[illegible]

dam exiſtimant, eſtque parva ſed elegans, 5. leucis diſtans a Claromonte in Septentrionem, Fanum S. Portiani verſus 7. circiter.

Aquæ Statellæ. ſeu Statellæ, urbs Liguriæ, Straboni, Aquæ Statyellæ Plinio, *Acqui* nunc, urbs Ducatus Montisferrati, ſub dominio Ducis Mantuæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Mediolanenſi, ad Bormium fluvium, verſus Apenninum montem, male habita fuit ultimo bello Italico, 16. milliaribus diſtans ab Alexandria in Meridiem Savonam verſus totidem, paulo plu ab Aſta in ortum hybernum & ab Alba in ortum, hic Aquæ calidæ, & ſulphureæ ad quas ægroti plures in dies confluunt, ut humores frigidos noxioſque abſumant, teſte Ferrario, Populi Statellates Livio, Statiellenſes Ciceroni.

Aquæ Sui[illegible]anæ, in Campania, Tacito, Sinueſſanæ Livio, Plinio, & Martiali, i *Bagni de Mandragone* nunc dictæ, thermæ ad Sinueſſam urbem exciſam, prope oram maris Tyrrheni, & ſinus Formiani, & ad radices montis Maſſici, inter oſtia Liris & Vulturni fluviorum, 8. mill. paſſ. utrinque diſtantes, in provincia Terræ Laboris.

Aquæ Tarbellicæ, urbs Galliæ in Aquitania, Antonino, quæ Aquæ Tarbellæ Auſonio, & Aquenſium civitas in libro provinciarum, nunc *Acqs*, urbs Galliæ in Vaſconia. Vide Aquæ Auguſtæ.

Aquæ Taurinæ, urbs Thuſciæ, Plinio, Acula Ptolemæo, vulgo *Acquapendente*, urbs Epiſcopalis Hetruriæ in colle prope Pelliam fluvium, in ditione Pontificia, in quam tranſlatus fuit Epiſco[illegible]atus Caſtri urbis dirutæ ab Innocentio X. Pontifice Maximo, Senis diſtat 50. milliaribus Volſinios verſus 16. in via quæ Romam ducit, Populi Aquenſes Plinio. Vide Acula & Aquula.

Aquæ veteres, *Oudewater*, oppidum Belgii uniti in Hollandiæ comitatu, & in ipſo confinio dominii Ultrajectini, vix 2. leucis à Gouda diſtans in ortum U[illegible]jectum verſus 3. ad fluviolum Iſſalam, & male habitum fuit ultimo bello Hollandico, à Francis.

Aquæ Voconis, ſeu Voconæ aliis, oppidum Hiſpaniæ Tarrac[illegible]nenſis in Auſetanis Ammiano, ubi poſtea Auſa *Vich*, urbs Cataloniæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Tarraconenſi, 7. leucis a Gerund[illegible] diſtans in occaſum. Vide Auſa.

Aqualania, *Aqualegna*, vicus Italiæ, in di[illegible]e Eccleſiæ & in Ducatu Urbinate, ubi v[illegible]ctus Totila Rex Gothorum a Narſete, plagam accepit, ex qua interiit, eſtque prope fluvium Cantianum, 5. milliaribus a Calio in Boream.

Aqualatum, *Igualada*, oppidum Hiſp[illegible] in Catalonia, diſtans a Barcinone de[illegible] leucis in occa[illegible] æſtivum Ballegariſim verſus, ad amnem Novam, quo [illegible]biit Ferdinandus V. Aragoniæ Rex anno 1416. [illegible]e 6. Aprilis.

Aqualaqua, *Aqualaque*, provincia Flo[illegible]dæ in regione Apalatæorum, verſus Septentrionem, & [illegible] in *Thomy* dictum, teſte Briſtochi[illegible].

Aquaria. *Tvoire*, oppid[illegible]um Sabaudi[illegible] Ducatus ad lacum Lem[illegible]num, in C[illegible] tractu. Vix tribus leucis diſtat [illegible] Tononio in o[illegible]aſum, & 5. ab Aqu[illegible]no, 6. autem a Genev[illegible] in ortum.

Aquarium, *Acquaria*, op[illegible]idum Italiæ, in F[illegible]na tractu Duc[illegible]us Mutine[illegible]ſis, medicati[illegible] [illegible]obile, ad [illegible]ter[illegible]am fluvium, 11. milliaribus di[illegible] à Saxulo in Meridiem, uno autem a Seſtula in Septentrionem.

A[illegible]ua ſparta, *Acqu[illegible] ſparta*, [illegible]um Italiæ, in U[illegible]bria & in di[illegible] Eccleſiæ. S[illegible]et in monte, & Duca[illegible]s titulo gaudet gentis Cæſiæ, [illegible]

milliaribus diſtans a Spoleto in o[illegible], & 4. ab Ameria in Septentrionem.

Aquathilcum, *Aquatulco* op[illegible]um & portus Americæ ſeptentrionalis, [illegible] nova [illegible] & provincia Guaxaca, ad m[illegible] Pacificum, 54. circiter leucis Hiſpanicis diſtans ab Anticaria n[illegible] in Meridiem, & 50. ab Acapulco in ortum. P[illegible] conſtat incolis, cum caſtro Hiſpanorum, & [illegible] indigenis *Quaubtochco* vocatur.

Aquaviva, [illegible]ve Aquavia, oppidum Pannoniæ ſuperioris, Antonino, nunc *Fuezel, ſive Teplicza* oppidulum Stiriæ, in Hungariæ confinio, teſt[illegible] Lazio, 20. mill. paſſ. a Poetovione diſtans in ortum.

Aquaviva, *Aiguevive* vicus Galliæ cum Abbatia in Turonenſi provi[illegible], 2. leucis a Monte Richardo in Meridiem.

Aquaviva, urbs & colonia [illegible]paniæ, ex libr[illegible] Conciliorum, n[illegible]ſt vicus *Aquaviva* dictus, in comitatu Moliſino in regno Neapolitano, ad radices A[illegible] montis [illegible] in limite T[illegible] Laboris & Aprutii cite[illegible]oris, 4. [illegible]illiaribu diſtat a Vulturno fluvio, 9. a Venafro in Septentrionem, uti 6. ab Æſerniæ, teſte Cluverio.

Aquav[illegible]va, urbs fuit Italiæ, Epiſcopalis in provincia Romana & in Patrimonio S. Petri, in via Flaminia veteri ſub [illegible]on[illegible] Soracte, inter Arimanum & civitatem Caſte[illegible], paulo ultra diverſorium St. bix, ubi nunc [illegible]a extat S. Ma[illegible]æ de Aquaviva prope eſt fons-u[illegible]nus qui loc[illegible] nomen dedit, *la Fontana d'Acquav[illegible]a*, hic fuit Carpenatium Epiſcop[illegible]tus.

Aquaviva, *Aquaviva*, caſtrum regni Neapolitani in Bariani provincia, diſtat 15. mill. paſſ. a Mateola in Septentrionem, & totidem à Bario in Meridiem. Ind[illegible] nomen ſumpſit familia celebris regni Neapolit[illegible]. ſedetque ad radi[illegible]es Apennini.

Aq[illegible]nse territorium, *le pays d'Auribat*, tract[illegible] [illegible] V[illegible]ſonia, ubi alias Tarbelli populi ex parte, [illegible]turum fluvium, cjus caput eſt Aqu[illegible] Augu[illegible], *Acqs* vulgo, eſtque [illegible] Beneat[illegible] V[illegible]citaniam, ibi olim etiam Aquitani p[illegible]puli.

Aquen[illegible]es Taurini cognomine, populi Hetruriæ, Plinio, quorum oppidum Aquula, & Aquæ Taurinæ, nunc urbs *Acquapendente*, [illegible] O[illegible] ad [illegible], & Suan[illegible] in [illegible]cc[illegible]ſum, 12. mill. paſſ. i[illegible] ditione Eccleſiæ. Vide Aquæ Taurinæ.

A[illegible]enſi[illegible] vici[illegible], oppidum Galliæ, in Novempopulania, in Bigerronibus, nunc *Bagneres* in Aquitania & in Bigerre[illegible] comitatu, ob aquarum ſalubrium copiam nobile, adeoque veteribus Romanis cogn[illegible]n, ut patet ex antiquis inſcriptionibus, quæ etiamnum extant, teſte S[illegible] Baluzio. V. Cl. Sedet ad A[illegible]n fluvium in vall[illegible] C[illegible], una leuca à Cam[illegible] in Septentrionem, & [illegible] 4. a Tarba in Meridiem.

Aque[illegible]ſium urbs, *Acqs* urbs Epiſcopalis Aquitan[illegible]. Vide Aquæ Tarbell[illegible]æ.

Aquæ r[illegible]num, *Aqui*, tractus Japoniæ [illegible] ora meri[illegible]di[illegible] Niphoniæ inſulæ, & in Jam[illegible] regione, i[illegible] Bi[illegible]um ad ortum & Suvum ad occ[illegible]ſum, teſte Bri[illegible]tio.

Aquæ *Aqui*, oppidum Japoniæ, regni cognominis caput, in Jamaſiſera r[illegible]one in ora Auſtrali, & inter T[illegible]um & Jamang[illegible] oppida, teſte Brietio.

Aqu[illegible]anu[illegible], *Evian* oppidum tenue Sab[illegible]. ad lacum [illegible]manum, in Caballico tractu 5. leucis diſtat [illegible]rio in ortum, & 2. à Tononio, 4. autem a [illegible]na in Meridiem.

Aq[illegible]aldn[illegible] [illegible] Hiſpaniæ [illegible]

teſte Plinio, quorum oppidum, Aquæ calidæ in Auſetanis, nunc *Bagnoles*, in Catalonia provincia, vix 3. leucis Hiſpanicis à Gerunda diſtans in Septentrionem. Vide Aquæ calidæ.

AQUI FLAVIENSES, populi Hiſpaniæ Tarraconenſis in Callaicis Bracariis, quorum oppidum Aquæflaviæ, nunc *Chiaves*, in Portugallia ad Tamacam fluvium, ex veteri inſcriptione. Vide Aquæ flaviæ.

AQUIGIRÆ, *les Aquigires*, populi Americæ meridionalis in Braſilia, verſus præfecturam Spiritus Sancti, in mediterraneis, Levinio, Laetio, & aliis teſtibus.

AQUILA, vulgò *l'Aquila*, urbs Italiæ, Aprutii Ulterius caput, in regno Neapolitano, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Theatino, quanquam ab ejus juriſdictione immunis, cum in ea tranſlatus ſit Epiſcopatus Furconienſis anno 1257. ab Alexandro IV. Papa, ſedet in monte cum caſtro munito, & ex ruinis Amiterni & Forconii urbium exciſarum condita ſive aucta fuit à Longobardis, juxta ipſam Aternus fluvius labitur, eſtque ex præcipuis illarum partium, & totius Aprutii primaria, ab urbe Roma 60. mill. paſſ. diſtans in ortum æſtivum, & 70. ab Ancona in Meridiem Neapolim verſus 90. circiter, hinc Aquilanus *Aquilano* nomen gentis.

AQUILA, *l'Aigle*, oppidum Franciæ, in Normannia provincia ad Rillam fluvium, diſtat 5. leucis à Mortania, 8. autem à Sagio, in Uticenſi tractu. Vide ad Aquilas.

AQUILARIA CAMPESTRIS, cognomine, *Aquilar do Campo*, oppidum Hiſpaniæ in Caſtella veteri, 5. leucis diſtat à Fontibus Iberi fluvii, & 14. à Burgis in Boream, dicitur ab aliis Aguilaria campeſtris quod melius. Vide ibi.

AQUILEBURGIUM, *Arnsburg*, arx Daniæ, prope Coldingam urbem Jutiæ ſeptentrionalis. Vide Coldinga.

AQUILEIA, urbs Carnorum metropolis, Plinio, & Livio, nunc *Aquileia* incolis, *Aquilée* Gallis, *Aglar* & *Aglarn* Germanis, urbs patriarchalis Italiæ, in provincia Foro-Julii, alias erat perampla & ex primis Italiæ, inter Sontium fluvium ad ortum, & Alſam ad occaſum, ſed ab Attila Hunnorum Rege triennio obſeſſa, & tandem capta & deſtructa anno 452. deinde reparata fuit à Narſete, & iterum à Longobardis anno 590. incenſa & vaſtata fuit, & poſtea à Popone Patriarcha reædificata, antiquitus ſob poteſtate temporali Patriarchæ, poſtea ab Archiducibus Auſtriæ occupata, & adhunc uſque diem in eorum poteſtate remanet, ſed muris ſpoliata, & ob aeris inclementiam & rudera longe lateque ſparſa, ita inhabitabilis reddita, ut 35. domos vix complectatur, cum paucis incolis, qui ibi tantum remanent hyberno tempore, exceptis piſcatoribus aliquot, vix diſtat 9. milliaribus ab ora littorali maris Adriatici in Septentrionem, eſtque media fere inter Palmam ad Septentrionem, & Gradum ad Meridiem, 14. milliaribus utrinque diſtans, uti etiam inter Tergeſtum ad ortum, & Concordiam urbem exciſam ad occaſum 30. mill. plus minus diſſidet, ejus Patriarcha commoratur Utini urbi Carnorum, inde 23. mill. paſſ. diſtanti, & in ea obiit Maximinus Imperator.

AQUILEIÆ PALODES, pars maris Adriatici & intimus ejus receſſus, in ora Foro-Julii, nunc Piavæ dictæ, *le Piave*, vulgò.

AQUILEIA NOVA, urbs Carnorum. Vide Gradus.

AQUILINA SYLVA, *la Foreſt d'Iveline*, ſylva & tractus Galliæ in Carnotenſi agro Belſiæ, & verſus Fanum S. Arnulfi, ſed nunc vix ſylva apparet, & Aqualina etiam dicta fuit in actis mediæ ætatis.

AQUILONIA, urbs fuit Hirpinorum in Samnio, Livio & Plinio, & olim Epiſcopalis, quæ poſtea exciſa fuit, nunc creditur Alcedonia *Lacedogna*, quæ ei in Epiſcopatu ſucceſſit ſub Archiepiſcopo Compſano, teſte Cittadino cum Luca Holſtenio, Cluverio vero eſt *Carbonara*, vicus regni Neapolitani in principatu Ulteriori, juxta Aufidum fluvium in limite Capitanatæ, atque inter Alcedoniam ad occaſum, & Montem Viridem ad ortum urbes proximas, 30. mill. paſſ. à Benevento diſtans in ortum, ſed prior interpretatio veriſimilior. Populi Aquiloni, Plinio.

AQUILONIUM, *Aiguillon*, oppidum Galliæ, in Aquitania, in Aginnenſi tractu, ad Garumnam fluviom ubi recipit Oldum 4. leucis infra Aginnum. Vide Aguillionom.

AQUILUNDA, *Aquilonda*, lacus Africæ, in regnô Congi, verſus Orientem & terminos Abyſſiniæ, cum multis inſulis. Ex eo profluit fluvius Dandus, & ab Europæis, *la Laguna di Quilunda* dicitur, ſeu etiam *Laguna di Aquilunda*.

AQUINCUM, ſive Acincum, urbs Pannoniæ inferioris, Antonino, nunc quibuſdam eſt *Cepol* ad Danubium, aliis autem eſt Buda *Offen*, urbs Hungariæ caput & regia ſedes, ad eundem fluvium, Cluverio teſte, quod etiam probat Brietius ex Lazio. Vide Buda.

AQUINUM, urbs & colonia Latii Tacito, in confinio Campaniæ, nunc *Aquino* incolis, *Aquin* Gallis, urbs regni Neapolitani in provincia Terræ Laboris, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Capuano, ſed ab ejus juriſdictione immunis, à Conrado Imperatore everſa fuit, ideo raros habet incolas, & vix 35. ſocularia continet, Epiſcopus autem Pontecurvo oppido finitimo reſidet, ſita eſt ad Melphem amnem non longe à Liri fluvio, & 5. milliaribus tantum diſtat à confinio ditionis Eccleſiæ, ſub dominio utili Ducis Soræ è genti Boncompagna, hinc dictus S. Thomas Doctor Eccleſiæ celeberrimus.

AQUISCINCTUM, *Anchin*, Abbatia Belgii in Hannonia, & in ipſo limite Flandriæ provinciæ, ad Scarpam fluvium & in ejus inſula, 2. leucis infra Duacum in ortum Condatum verſus, in ditione Francica.

AQUISGRANUM, Aquæ-Grani quibuſdam; Thermæ Grani Rheginoni, cui etiam Aquæ, *Aach* Germanis, *Aken* Belgis, *Aix* Gallis, ſeu etiam *Aix la Chapelle* aliquando, *Aquisgrana* Italis, urbs Germaniæ inferioris ſeu Cis-Rhenanæ, Imperialis & libera, in circulo Weſtphaliæ intra limites Ducatus Juliacenſis, & in confinio Ducatus Limburgenſis, nunc ſub clientela Ducis Neoburgenſis uti Ducis Juliacenſis, olim claruit Palatio & reſidentia, uti hodie tumulo S. Caroli Magni Regis Franciæ & Imperatoris, qui illic obiit die 24. Januarii anno 814. & illam ab Attila deſolatam reſtauravit, incendio pene tota conflagravit anno 1656. nunc in dies reparatur, & celebris facta eſt pace in ea ſancita anno 1668. inter Reges Galliæ & Hiſpaniæ, 8. milliaribus Germanicis diſtat à Colonia Agrippina in occaſum, Leodium verſus fere 7. & paulò minus à Trajecto ad Moſam, in ortum Juliacum verſus 3. à Ruremunda autem 7. in Meridiem, eſtque in loco depreſſo & collibus fere cincto.

AQUISTRIA, *Guiſtres*, pagus Galliæ in Aquitania, cum Abbatia, & caſtro ad Illam fluvium, in Burdegalenſi agro & in limite Santoniæ provinciæ, 3. leucis à Liburno in Septentrionem.

AQUITA, *Aquita*, regnum Japoniæ in Niphonia inſula, & in Ochia regione, maxime ad Septentrionem porrectum, verſus Sangarium fretum & terram Eſonis, prope regna Devam & Nambum, teſte Cardino.

AQUITA, *Aquita*, orbs Japoniæ in Ochia regione Niphoniæ inſulæ, regni cognominis caput in ejus ora Boreali, cum portu juxta fretum Sangarium, parva eſt & ad pedes montium, teſtibus Cardino & Brietio.

AQUITANI, populi fuere Galliæ, qui circa Aquas Tarbellicas degebant, ſicque vocati fuere ab Aquis, unde ſucceſſu temporis nomen inditum fuit Aquitaniæ regioni, teſtibus Vineto, & Petro de Marca.

Google

AQUITANIA, una ex quatuor partibus Galliæ, ab Aquitanis ſic dicta, quæ etiam Aremorica nuncupata fuit, teſte Plinio, libro quarto, quia maxima pars populorum ejus ad Oceanum accolebant, inquit Strabo, tempore Julii Cæſaris terminabatur Oceano, Garumna fluvio, & Pyrenæis montibus, poſtea tamen ab Auguſto extenſa fuit, adjunctis ei quatuordecim populis, teſte Strabone, & ad Ligerim fluvium præter propter promota, ſicque tempore Romanorum protendebatur à Ligeri fluvio ad Pyrenæos montes, uti & ſub prima ſtirpe Regum Galliæ, antea dicta fuerat *l'Aquitaine*, quod nomen amplius non eſt in uſu, & nunc vulgo *la Guienne & la Gaſcogne* ab incolis vocatur, *la Ghienna & la Gaſcogna* Italis, *die Gaſconien* Germanis, *la Gaſcuña* Hiſpanis, à Garumna fluvio bipartitur & nunc anguſtioribus limitibus reſtringitur quam antea, cum olim viginti tres populi ſub ipſa complecterentur nempe Ageſinantes, Aquitani ſeu Datii, Arverni, Auſcii, Benearni, Bigerrones, Bituriges Cubi, Bituriges Vibiſci, Cadurci, Conſortani, Convenæ, Eluſates, Gabali, Heleuteri, Lemovices, Nitiobriges, Petrocorii, Pictones, Rutheni, Santones, Tarbelli, Vaſates, & Velauni, ſub quibus totidem civitates, ſed de ejus terminis non eſt facile ſtatuere, ſicque Aquitania magis protendebatur quam nunc Vaſconia late ſumpta ſeu Guienna; ſed notandum quod pars Aquitaniæ cis Garumnam dicitur communius Guienna, verſus Septentrionem extenſa, & in ea ſunt provinciæ Aginnenſis *l'Agenois*, Cadurcenſis *le Quercy*, Guienna propria ſeu Burdegalenſis tractus, *la Guienne ou le Bourdelois*, Lemovicenſis provincia *le Limoſin*, Petrocoricenſis *le Perigord*, Ruthenenſis, *la Rouergue*, & Santonia *la Saintonge*, ejuſque caput eſt Burdegala, quæ totius Aquitaniæ facile primaria, pars vero Aquitaniæ trans Garumnam fluvium vocatur ab omnibus Vaſconia *la Gaſcogne* vulgo, & ejus partes ſunt Alibretenſis tractus *l'Albret*, & provinciæ Arminiacenſis *l'Armagnac*, Benearnia *le Bearn*, Bigerrenſis *le Bigorre*, Condomenſis, *le Condomois*, Conſorauenſis *le Couſerans*, Convenenſis *le Comminge*, Vaſatenſis *le Bazadois*, Vaſcitania *les Baſques*, & Vaſconia propria *la Gaſcogne propre*, & ab antiquis Novempopulonia dicta fuit, teſte Plinio, & verſus Meridiem extenditur, Populi Aquitani, hinc Aquitanicus nomen gentis.

AQUITANIÆ URBBB PRIMARIÆ HUJUS TEMPORIS.

Aginnum, *Agen.*
Aquæ, *Acqs.*
Aturrus, *Aire.*
Auſcii, *Auſch.*
Bajona, *Bayone.*
Bergeracum, *Bergerac.*
Briva, *Brive.*
Burdegala, Aquitaniæ primaria, *Bordeaux.*
Cadurcum, *Caors.*
Condomum, *Condom.*
Lactorium, *Lectoure.*
Laſcurris, *Leſcar.*
Oloro, *Oleron.*
Petrocorium, *Perigueux.*
Ruthena, *Rodez.*
Santones, *Saintes.*
Sarlatum, *Sarlat.*
Tutela, *Tulle.*
Vaſatum, *Baſas.*

AQUITANICUM MARE, *la mer de Guienne*, ſeu *la mer de Gaſcogne*, pars eſt Oceani occidentalis, Galliam alluens ad occaſum, inter Britanniam minorem ad Boream, & Cantabriam extenſus, verſus oram littoralem Britanniæ, Pictavienſis provinciæ, Santoniæ, Vaſconiæ late ſumptæ, & Vaſcitaniæ; diciturque ſæpius a nautis ſinus Francicus, *le Golfe de France*, ſive *la grande baye de France.* Vide Francicus ſinus.

AQUITANICUM REGNUM, alias pars ampla Galliæ, complectebatur Galliam Aquitanicam, & in regnum evectum fuit à Carolo Magno Rege & Imperatore anno 778. pro Ludovico Pio ejus filio, deinde alios duos Reges habuit, poſteaque regia dignitas ſuppreſſa fuit à Carolo Calvo anno 856. manente tantum titulo Ducali.

AQUITANICUS OCEANUS, Vide Aquitanicum mare.

AQUULA, ſeu Acula, Aquæ Taurinæ Plinio, *Acqua pendente* vulgò, urbs Hetruriæ in ditione Eccleſiæ & in provincia Patrimonii, ſedet in clivo, eſtque ſatis ampla ſed non æquæ culta, prope Peliam fluvium qui ibi ponte jungitur pulcherrimo Gregoriano dicto, Epiſcopalis facta fuit ab Innocentio X. anno 1650. loco Caſtri diruti, 5. milliaribus diſtat a confinio Senenſis agri, & à ditione magni Ducis Hetruriæ, & 6. à Vulſinienſi lacu, eſtque fere media inter Oropitum ad ortum & Suanam ad occaſum 12. mill. paſſ. utrinque diſtans.

ARA CÆSARIS, locus Inſubriæ nunc *Arſago*, pagus Italiæ in Ducatu & agro Mediolanenſi, ad Curiam pictam, à Mediolano 10. mill. paſſ. inter Albiatum & Saronum, ex veteri traditione.

ARA LAPIOEA, oppidum Norici, Antonino, Arlapa Libro Notitiæ, & melius Arlape, nunc *Erla* pagus Auſtriæ prope *Pechlarn* oppidum, ad Danubium fluvium, teſte Lazio, medius fere diſtans inter Viennam ad ortum, & Lentiam ad occaſum. Vide Arlape.

ARA LUGOUNENSIS, aliter Athanacum, hodie *Ainay*, cœnobium Galliæ, alias prope Lugdunum, nunc intra hujus orbis muros, ad Araris cum Rhodano confluentes, ejus meminit Juvenalis Satyra prima.

ARA TUTILA, oppidum Corſicæ inſulæ, Ptolemeo, nunc pagus *Calonica* dictus, teſte Moletio, in ora orientali Corſicæ, medio fere itinere inter Marianam urbem exciſam & Aleriam.

ARA UBIORUM, oppidum Germaniæ inferioris in Ubiis, Tacito, nunc Cluverius interpretatur Bonnam *Bonn*, oppidum Germaniæ in ditione Colonienſi, & ubi ſedes Electoris, 15. mill. paſſ. ſupra Coloniam Agrippinam, ad Rhenum fluvium. Vide Bonna.

ARABANUM, oppidum Raſitarum in Meſopotamia, ad Chaboram fluvium, teſte Gollio.

ARABES, populi Arabiæ regionis Aſiæ, vulgò *les Arabes* Gallis, *gl' Arabi* Italis, *los Arabes* Hiſpanis, *Arabians* Anglis, *Arabiers* Belgis, *Arabczyks* Polonis, & *Arabers* Germanis.

ARABIA, emporium & urbs Arabiæ felicis Ptolemæo, in ora littorali Oceani Arabici, ubi nunc eſt *Aden*, urbs permunita, regni cognominis caput cum arce, portu, & emporio celebri, à Turcis dolo capta anno 1528. ſed ipſis erepta à paucis annis. Vix diſtat 69. leucis Hiſpanicis à faucibus ſinus Arabici in ortum, & 80. à promontorio Aromatum in Septentrionem. Maginus autem & Baros credunt urbem Adenum eſſe Mardoce Ptolemæi, Arabiam autem eſſe *Laghi* urbem in illa ora.

ARABIA, *Arabiſtan* Aſiancis, *l'Arabie* Gallis, *l'Arabia* Hiſpanis, Anglis, & Italis, *die Arabien* Germanis, & *Arabskaziemia* Polonis, regio eſt perampla Aſiæ, & una ex ejus præcipuis partibus, terminos habens à Septentrione Syriam & Diarbechiam, ab Oriente ſinum Perſicum, & ſinum Armuzianum, quo ſeparatur à Perſia, à Meridie mare Arabicum ſive Erythræum, & ab occidente mare Rubrum ſive ſinum Arabicum, quo ab Africa dirimitur. Illius major pars quæ auſtralis & orientalis, probe culta eſt, ſed quæ

ad

ad Boream tendit pro maxima parte arenoſa eſt & ſterilis, raros habens accolas & urbes pro amplitudine regionis, tum ob vaſtas ſolitudines & montes aſperrimos, tum etiam propter aquæ penuriam, tota autem ſubeſt propriis principibus, excepta minuta parte Arabiæ Petrææ ad Occidentem, verſus mare Rubrum, uti aliquot arces Turcarum, triplex eſt nempe Arabia deſerta, *l'Arabie deſerte*, Arabia fœlix, *l'Arabie heureuſe*. & Arabia Petræa, *l'Arabie Petrée* Gallis.

ARABIA DESERTA, pars minor Arabiæ quæ magis ad Septentrionem extenditur, nunc *Berii-Arabiſtan* dicta ab Aſiaticis, teſte Joanne Molino cum aliis, terminatur à Meridie montibus Arabiæ Fœlicis, ab ortu Iraca provincia, olim Chaldæa, à Septentrione Diarbechia, Euphrate fluvio diſſeparante, & ab occaſu Syria propria, Terra-Sancta, & Arabia Petræa, olim ab Hebræis Cedar vocata fuit, & in ea erant Meſani, Nubæi, & Omani populi, nunc vero aliquot principibus ſubeſt, ex quibus unus Regis nomen obtinet, cum parte occidentali regionis, & ei paret etiam Terræ Sanctæ pars, quæ trans Jordanem jacet ad ortum, hujus vero regionis urbes præcipuæ ſunt Aona ſive, Ana *Anah*, ad Euphratem, Anna *Anna* ad Aſtanum fluvium, Tangia *Tangia*, & Teredon *Balſera*, dicitur ſæpe hæc regio Deſertum, ſive etiam Campi Syriæ.

ARABIA FOELIX, quæ maxima pars Arabiæ late ſumptæ, maxime ad Auſtrum & ortum extenſa, nunc *Jemen* dicta ab Incolis, & Turcis, ob perpetuum virorem & ſummam fertilitatem, vocatur etiam ſæpe Arabia propria, eſtque ampliſſima, inter duos ſinus Perſicum ad Orientem & Septentrionem, Arabicumque ad Occidentem, ex parte media, terminatur autem etiam partim à Septentrione Arabia deſerta, & Arabia Petræa, à Meridie autem mari Arabico ſive Erythræo, ejus populi olim fuere Aræi, Catabani, Chatramotitæ, Gerræi, Homeritæ, Leaniti, Macæ, Omanitæ, Sabæ & Scenitæ, poſtea dicta fuit *Mamotta* à Saracenis, nunc verò ab Europæis *l'Hiemen* vocatur, & dividitur ab ipſa gente in ſex regiones, nempe *Jemen*, *Higiaz*, *Tehamam*, *Negid*, *Jemamam*, & *Bahrein*, & ſub prima cenſentur Hadramutta, Omana, Saba, & Xohra provinciæ, teſte Gollio; ſunt autem in his plura regna de quibus infra, uti etiam de ejus urbibus.

ARABIA PETRÆA, pars Arabiæ magis ad occaſum extenſa, quæ Nabathea etiam dicta fuit, teſte Plinio, nunc *Daſc-lik Arabiſtan* Turcis, ut quidam tradunt, *Barraab* aliis & *Arabiſtan*, vulgo incolis, terminatur à Septentrione Terra Sancta & Syriæ parte, ab ortu Arabia deſerta, & partim etiam Arabia Fœlici, cui conterminа eſt ad Meridiem, & ad occaſum extenditur verſus Arabicum ſinum & confinia Ægypti, & in ea olim fuere Nabathæi populi, Pharanitæ, & Minæi, nunc ejus pats Septentrionalis montuoſa eſt & parum culta, ſub dominio Turcarum, ſed pars meridionalis ſatis fertilis eſt & culta ſub dominio propriorum principum, uti Methymna & Mecca, exceptis quibuſdam locis in ora littorali quæ etiam Turcis parent, hujus regionis urbes præcipuæ ſunt Petra *Crac*, Boſtra *Buſſereth*, Mecca *la Mecque*, & Medina *Medecine*, ſed notandum quod hæc regio magis extenditur ad Meridiem, quam vulgo notatur in tabulis, teſte Gollio, & ut mihi pluries narravit Franciſcus *Bernier*, vir clar. qui illas partes luſtravit.

ARABIÆ FOELICIS REGNA SEU partes præcipuæ.

Adenum regnum, *le Royaume d'Aden* ſeu *de Mocha*.
Alibinalium regnum, *le Royaume d'Albinali* ſeu *de Seger*.
Armuzium regnum, *le Royaume d'Ormuz*.
Fartachium regnum, *le Royaume de Fartach*.
Gerrhæ regio, *Baharein*.
Higiaza regio, *Higiaz* & *Hagiaz* etiam.
Jemama regio, *Jemama*.
Jemenum regnum, *le Royaume d'Iemen*.
Maſtalæ regnum, *le Royaume de Maſcalat*.
Omana, *l'Oman* ſeu *le Royaume d Aman-Zirifdin*.
Sabæ regnum, *le Royaume de Zibit*.
Tehama, *Tehamam*.
Xaelum regnum ſive Hadramutta, *le Royaume de Xael*.

ARABIÆ FOELICIS URBES PRÆCIPUÆ.

Adenum, *Aden*.
Alibinalium, *Alibinali*.
Almacharana, *Almacharana*.
Gerrha, *el Catif*.
Jamama, *Jamama*.
Laghium, *Laghi*.
Maſcatum, *Maſcate*.
Mocha, *Mocha*.
Saba ſeu Zibithum, *Zibith*.
Sabe, *Dhofar*.
Sanaa, *Sanaa*, regionis caput.

ARABICUS OCEANUS, alias mare Erythræum Plinio & Straboni, nunc *la Mer d'Arabie*, pars eſt Oceani Indici juxta oram auſtralem Arabiæ Fœlicis extenſi, inter Corodamum promontorium ad ortum, ubi incipit Oceanus Perſicus, & fauces ſinus Arabici, *le détroit de Babel Mandel*, & Dioſcoridis inſulam ad occaſum.

ARABICUS SINUS, ſive mare Rubrum Straboni, nunc *Bohar Colzum* Arabibus, *Arabiſtan deghiz* Turcis, ſive *Mekie-deghiz* ab urbe cognomine, *la mer Rouge*, ſeu etiam *la mer de la Mecque* Gallis, *el mar Roxo* Hiſpanis, *il mare Roſſo* Italis, *the Arabian Gulph* Anglis, & *the Arabiſſchen Golf* Belgis, ſinus eſt peramplus, inter Aſiam & Africam extenſus à Septentrione in Meridiem per 1100. millia paſſuum, inter Arabiam Fœlicem & Arabiam Petræam ad ortum, à quibus nomen ei inditum fuit, & Abaſſiniam Ægyptumque ad occaſum. Ejus major latitudo alicubi tantum eſt 250. mill. paſſuum, & ſeparatur ab Oceano, Arabico freto *Babelmandel* dicto, ejus partes ſunt ſinus Adulicus, Ælaniticus, & Heroopolites, eſtque nautis formidabilis propter frequentes ſyrtes, ſcopulos, & pulvinaria verſus utramque oram littoralem, præſertim verſus Arabiam ubi recipit aliquot flumina parvi momenti, aliaſque in intimo ejus receſſu præbuit tranſitum Iſraëlitis, ut videre eſt in Sacris paginis.

ARABISSUS, urbs fuit Armeniæ minoris, teſte Antonino, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Melitenenſi, in confinio Comagenes, prope Taurum montem, diſtabat 60. milliaribus à Melitene in Meridiem, & 80. circiter ab Anazarbes Septentrionem verſus.

ARABIUS, fluvius Gedroſiæ provinciæ in Perſia, nunc *Ilment* fortè. Vide Arbis.

ARABIUS, fluvius Perſiæ, teſte Plinio, nunc *Ilment*, oritur in Drangiana, deinde auctus aliquot fluviis per Gedroſiam fluens, tandem in Oceanum Indicum ſe exonerat, inter Indi oſtia ad ortum & Alambateram extremum ad occaſum.

ARABO, fluvius Pannoniæ ſuperioris, nunc *Rab* & *Raab* in inferiori Hungaria. Vide Arrabo.

ARABO, urbs Pannoniæ ſuperioris, Antonino nunc *Rab* & *Raab*, urbs Hungariæ ſub dominio Imperatoris, uti Regis Hungariæ. Vide Arrabo.

ARABRICA, oppidum Hiſpaniæ Luſitaniæ Ptolemæo, nunc teſtibus Varterio & Bertio eſt, *Aravida* vicus Portugalliæ in Extremadura provincia, inter Leiriam urbem ad ortum & oram littoream ad occaſum, 2. leucis utrinque diſſitus, ſed Rodericus Carus in an-

L

tiquitatibus Hiſpalenſibus, exiſtimat eſſe *el Gallego*, vicum in illo tractu, & aliis eſt *Caſtanheira* vicus ad Tagum fluvium prope Alanqueram, ex his prior interpretatio probabilior videtur.

Ararum insula, ſeu potius peninſula, ſic dicitur perſæpe ab Orientalibus Arabia propria ſive Fœlix, quod pro majori parte aquis circumflua ſit, teſte Jacobo Gollio.

Arachle, urbs Aſiæ, in Palæſtina, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Tyrenſi, teſte Miræo.

Arachosia, regio Imperii Perſarum in Aria, Plinio teſte, & Ptolemæo, terminata à Septentrione Paropaniſadum regione, ab occaſu Drangiana, à Meridie Gedroſia, & ab ortu India intra Gangem, ubi nunc regna *Candahar* & *Hajacan* quæ antea ſuberant dominio magni Mogolis, ſed a paucis annis regnum Candaharium ſub quo pars maxima & occidentalis Arachoſiæ paret regi Perſiæ, eſtque intra montes. Arachoſiæ autem urbes præcipuæ fuere, Alexandria Arachoſiæ, nunc *Candahar* recentioribus, & Arachotus hodie *Chatzan*, quanquam Caſtaldus crediderit Arachoſiam fuiſſe ubi nunc *Cabul* regio Indiæ propriæ magis in Boream extenſa.

Arachotus, fluvius Arachoſiæ regionis in Perſarum Imperio, urbem cognominem rigans, & poſtea in Indum fluvium ſe exonerans cum latu ejuſdem nominis, teſte Ptolemæo.

Arachotus, urbs Arachoſiæ regionis Ptolemæo, quæ Plinio Arachoſiorum oppidum, & Solino Arachoſia nominatur, quibuſdam eſt *Cabul*, aliis vero eſt *Chatzan*, urbs Hajacanæ regionis in ditione magni Mogolis, media fere inter Candaharium urbem ad occaſum & Indum fluvium ad ortum, 120. leucis à Prophtaſia in ortum æſtivum & 100. circiter à *Cabul* urbe in Meridiem.

Arachthos, fluvios Epiri cum oppido, Livio & Ptolæmeo, in Acarnanum finibus, quod *Spagmagmuriſi* incolis, teſte Nigro, dicitur, fluvius etiam ad Nicopolim urbem, teſte Strabone, fluit diverſus ab hoc, ut videtur, ac in ſinum Ambracium labitur. Aliis videtur *Vouro-potami*.

Aracillum, oppidum Cantabrorum, in Hiſpania Tarraconenſi, Oroſio, quod Arracillum Floro, Aracælum Antonino, aliis Arocillum, & Arocelis, nunc, teſte Zurita, eſt *Araciol* vicus Navarræ prope Iberum fluvium inter Calagurim & Tutelam, ſed aliis eſt *Araquil* ſeu *Huarte Araquil*, oppidulum Hiſpaniæ in Navarra, ad amnem *Aranas*, prope montes *de Andia* dictos, 5. leucis diſtans à Pompelone in occaſum, hinc Arocelitani populi, teſte Plinio.

Aracuiti, *les Aracuies*, populi Americæ meridionalis, in Braſilia, prope præfecturam Pernambuci, in mediterraneis, teſte Laetio.

Aracvnthus, mons Ætoliæ, ſive Acarnaniæ Straboni, per illam extenſus. Alter, teſte Stephano, in Bœotiæ & Atticæ confinio, ubi Dirce fons, unde Dircæus. Juxta Aracynthum Acarnanum novam Calydonem urbem exſtructam ſcribit Strabo.

Arad, oppidum olim Amorrhæorum, nunc pagus à Chebron & Malati 4. mill. paſſ. diſtans.

Araduca, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Braccaris, teſte Ptolemæo, *Arzua* nunc Moletio, ſed Floriano, Vaſconcello, & aliis eſt *Guimaranes*, oppidolum Portugalliæ in provincia Interamnica, ad Avum fluvium Ducatus titulo inſignitum prope Bracaram, & quod à recentioribus Vimaranum dicitur & Guimaranium. Vide ibi.

Araoucta, oppidum Luſitaniæ in Hiſpania, teſte Ptolemæo, nunc Ferrario, & aliis eſt *Ardoza* caſtrum Portugalliæ in Extremadura, aliis autem eſt *Arouca* pagus ejuſdem regionis in Beira provincia, ad Paivam amnem & prope montes, & medius fere inter Viſeum & Portum urbes, 6. leucis utrimque diſtans.

Aradux, inſula Phœniciæ, prope Orthoſiam urbem ponte juncta continenti, a littore olim 20. ſtadiis recedens, circuitus 7. cum urbe ejuſdem nominis, teſte Plinio, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Tyrenſi.

Aræ Cæsaris, locus Sarmatiæ Europeæ Ptolemæo, qui Aræ Alexandri etiam dictus ad Tanaim fluvium, inter ejus oſtia ad occaſum & ejus flexionem ubi maxime in ortum vergens proxime ad Rham fluvium accedit, nunc *Veliki Prevuos* interpretatur Sigiſmundus Eberſtenius in Moſcovia orientali, quanquam aliis ſit *Scoſha*, oppidum in eodem tractu.

Aræ Flaviæ, urbs Germaniæ, Ptolemæo teſte, ſive ex alio codice Alæ Flaviæ, a multis creditur Nordlinga *Nordlingen*, urbs Sueviæ Imperialis & libera, quæ etiam Nerolinga dicta, teſte Bertio, ſedet ad amnem Egram tribus milliaribus Germanicis à Danubio fluvio diſſita, & nota eſt clade Suecorum anno 1634. atque victoria Francorum anno 1645. Vide Nerolinga. Cluverius tamen & alii credunt Alas Flavias eſſe nunc Uracum *Aurach*, oppidum munitum Sueviæ in Ducatu Vurtembergenſi 4. milliaribus Germanicis a Tubinga diſtans in ortum.

Aræ Genuæ, locus Galliæ Celticæ ex tabula Itinerarii, qui nunc recentioribus eſt *Argentan*, oppidum Normanniæ provinciæ quod ab aliis Argentanum dicitur. Vide ibi.

Aræ Herculis, locus in Alpibus Graiis, qua Cæſar in Gallias trajecit, ad montem S. Bernardi, ut exiſtimant ex veteri inſcriptione.

Aræ Mutiæ, oppidum Italiæ, in Hetruria, & in finibus Veientum, Plinio, quod nunc interpretantur *Aremuzze* vicum ditionis Eccleſiæ, in provincia Patrimonii in colle prope Civitatem Caſtellanam, ex nominis alluſione.

Aræ Philænorum, oppidum Africæ extremum in Cyrenaica, & in confinio Tripolitanæ, Ptolemæo, & Saloſtio, cui etiam Aræ Philenon, & villa Philæni dicta, in ora littorali maris Mediterranei, ultra Septim, & intra Syrtes, nunc vulgo *il Porto di Sabia* Italis, *le Port de Sable* Gallis, cum portu tantiſper capaci.

Aræ Sestianæ, ſive Aræ tres Auguſti, locus Hiſpaniæ Tarraconenſis in Callaicis, teſte Plinio, Aræ Seſtii Ptolemæo, ubi nunc promontorium, *el Cabo de Mongia*, dictum *ò de Monge*, in Gallæciæ ora ſeptentrionali, inter Caronium oppidum ad ortum, & Artabrum promontorium ad occaſum, quanquam non deſint qui *Gijon* oppidum Aſturum eſſe exiſtimant, ſed prior interpretatio probabilior.

Aræ Sabææ, urbs Mediæ, in ora maris Caſpii, in Atropatia regione ad Cyri fluminis oſtia, *Caitachi* nunc, teſte Moletio.

Araga, urbs Arabiæ fælicis, Plinio, ubi olim Agrani populi.

Aragonia, *el Aragon* incolis, *l'Aragon* Gallis, *Aragam* Luſitanis, & *l'Aragone* Italis, regnum eſt amplum Hiſpaniæ & unum ex ejus tribus præcipuis, ſub quo comprehenditur pars ampla Hiſpaniæ Tarraconenſis, terminatur à Septentrione Navarra, & Gallia, à qua ſeparatur Pyrenæis montibus, ab ortu Cataloniæ principatu, ab occaſu Caſtella Nova, & Veteri, & à Meridie Valentiæ regno, olim erat tantum comitatus cui additis aliquot locis Mauris ereptis, cum regno Sobrarbiæ quod conficiebatur ex comitatibus Sobrarbiæ & Ripæcurtiæ, hoc regnum enatum eſt ſub Ramirio rege, habuitque deinde reges proprios, uſque ad Ferdinandum V. ſub quo in unum coaluit cum Caſtellano anno 1479. & tunc Aragoniæ regibus ſuberant in Hiſpania regna Aragoniæ, Majoricæ, & Valentiæ, cum principatu Cataloniæ, quæ etiamnum ſub Aragoniæ corona comprehenduntur. Aragonia autem propria, ſeu regnum Aragoniæ ab Ibero fluvio biſariam ſecatur,

eſtque [illegible] ſiccior, aſpera, & ſatis deſerta, præſertim verſus Caſtellam ubi vix habitationes reperiuntur plurimis in locis, ejuſque primaria urbs eſt Cæſar-Auguſta; ſcribitur Aragonia cum unica r. ab incolis & ab Hiſpanis non autem cum duplici r. ut quidam male ſcripſere, eratque alias diviſa in quinque partes *Juntas* dictas, nempe Cæſar Auguſtanam *de Caragoza*. Oſcanam *de Hueſca*. Sobrarbienſem *de Sobrarbe*, Exeanam *de Exea*, & Turiaſonenſem *de Taraçona*, nunc autem partitur in ſeptem Diœceſes, Barbaſtrenſem nempe, Cæſar Auguſtanam, Jaccenſem, Lobetenſem, Oſcenſem, Terulenſem, & Turiaſonenſem & in plures tractus *comarcas* dictos, ſicque vocatur ab Aragonio fluvio, hinc Aragonii populi *los Aragoneſes* vulgo, *les Aragonois* Gallis, & *gli Aragoneſi* Italis.

ARAGONIÆ URBES PRÆCIPUÆ.

Barbaſtrum, *Balbaſtro*.
Bilbilis, *Calatajud*.
Cæſar-Auguſta, regni caput, *Caragoça*.
Jacca, *Jacca*.
Lobetum, *Albarazin*.
Oſca, *Hueſca*.
Terulum, *Teruel*.
Turiaſo, *Taraçona*.

ARAGONIUS COMITATUS, *le Comté d'Aragon*, pars fuit Hiſpaniæ parva admodum ad radices montium Pyrenæorum, antequam in regnum eveheretur, complectebaturque civitatem Jaccam, & vix ad ſex leucas extendebatur intra duos fluvios Aragonios dictos, à quibus nomen ſumpſit.

ARAGONIUS, *l'Aragon*, fluvius Hiſpaniæ, oritur ex montibus Campi Franci, in Pyrenæis in limite Benehamiæ prope fanum S. Chriſtinæ in Aragoniæ regno ab eo dicto, deinde Jaccam rigans paulo poſt auctus fluvius Aragonio Subordano, Verallo, Eſca, & Yratio, & in occaſum tendens, Sangoſſam alluit, & tandem recepto Arago fluvio, ſimul in Iberum ſe exonerat in Navarræ regno, inter Calagurrim & Tutelam.

ARAGONIUS FLUVIUS, qui Aragonius Subordanus, *l'Aragon Suberdan*, fluvius Hiſpaniæ, oritur etiam ex Pyrenæis montibus, in ipſo confinio Aquitaniæ & principatus Beneharniæ, in valle Hechana *de Hecho*, teſte Petro de Marca, & rigatis aliquot locis Aragoniæ, in Aragonium fluvium ſe exonerat, prope Fanum S. Joannis de rupe.

ARAGUS, *l'Arga*, fluvius Hiſpaniæ extremus in finibus Vaſconiæ, oritur ex Pyrenæis montibus in confinio Navarræ inferioris, 10. leucis a Bajona in Auſtrum, deinde per Navarram fluens Pompelonem rigans recipit Aranam fluvium & poſtea in Meridiem tendens, tandem cum Aragonio fluvio in Iberum cadit, dicitur etiam Agrada à quibuſdam, & Arga recentioribus.

ARAGUS, fluvius Moloſſorum in Epiro, teſte Strabone.

ARALUNENSIS MARCHIONATUS, *le Marquiſat d'Arlon*, tractus Belgii Ducatui Luxemburgico annexus, & alias feudum Eccleſiæ Trevirenſi, teſte Browero. Vide Orolaunenſis Marchionatus.

ARALUNUM, *Arlon*. oppidum Belgii in Ducatu Luxemburgico, in colle ſub dominio Hiſpanorum. 45. mill. paſſ. a Treviris diſtans. Vide Orolaunum.

ARANDA DURII, *Aranda de Duero*, urbs Hiſpaniæ in Caſtella veteri, cum ponte ad Durium fluvium, unde ei cognomen, novem leucis infra Uxamam in occaſum Roam verſus 4. hinc Arandenſis nomen gentis.

ARANOTS, oppidum Hiſpaniæ Luſitanicæ Ptolemæo, nunc teſte Moletio, eſt *Torres vedras*, caſtrum Portugalliæ 6. leucis ab Olyſippone diſtans in Boream Letiam verſus, ſed ſitus apud Ptolemæum non congruit.

ARANES, caſtrum fuit, ſeu potiùs palatium ſuperbum Regum Gothiæ, in Gothia [illegible] one Sueciæ prope lacum Venetum, cujus nunc tantum ſuperſunt rudera.

ARANÆ, quæ & Aranæ Auſtrales, *les Iſles d'Aron* Gallis, *The Iſles of Aran* Anglis, inſulæ tres Hiberniæ in ora Connaciæ provinciæ, ad fauces ſinus Gallovidienſis, ex his major vulgo etiam dicitur, *Aran-More*, id eſt Arana-Magna incolis, & *Great-Iland* Anglis, aliæ vero *Inis-ier* & *Inis-mane* incolis, *Iſer Iland* & *Smale-Iland* Anglis, id eſt inſula media, & inſula minor, teſte Waræo.

ARANÆ BOREALES, *The North Iles of Aran* Anglis, inſulæ Hiberniæ in littore occidentali Ultoniæ provinciæ, & comitatus Dungalenſis, contra portum S. Helena.

ARANIA, *la Vallée d'Aran* Gallis, *el Val de Aran* Hiſpanis, vallis fertilis admodum Galliæ in Aquitania intra montes Pyrenæos, & in comitatu Bigerrenſi cujus pars exiſtit uſque ad annum 1192. quo ab Alfonſo Rege Aragoniæ occupata fuit, teſte Petro de Marca, & ab eo tempore pars eſt Aragoniæ regni quanquam cis Pyrenæos montes, in ea oritur Garumna fluvius & in ea ſunt 33. caſtra ſeu vici cum Viella oppidulo præcipuo & arce Caſtro Leonis dicta, & à multis tribuitur Cataloniæ.

ARANIA, *The Ile of Arren* Scotis, *l'iſle d'Arran* Gallis, inſula Scotiæ meridionalis cum caſtro cognomine in ejus parte Boreali, alias Glotta dicta, eſtque in Glottæ æſtuario, forſan ab eo ſic nuncupato, inter Argatheliam & Canticam provincias, tota ferè montuoſa eſt ſed tamen Ducatus titulo inſignis, ejus circuitus eſt 60. milliarium Scotiorum & ejus locus præcipuus *Brodwick* dicitur. Vide Glotta.

ARANUS, *Aranios*, fluvius Tranſſylvaniæ. Oritur prope Claudiopolim, & in Mariſum ſe exonerat.

ARAPOTES, Plinio qui Maria, & Mareotis Straboni, lacus Ægypti maximus, proximus Alexandriæ, qui nunc *Anracon*, & *Buheira* ab adjacentibus oppidis, teſte Ortelio nominatur.

ARAR, fluvius Galliæ Celticæ, Cæſari, Araris Virgilio & Plinio, Saucona Ammiano Marcellino, *la Saone* vulgo, ſed *la Soſne* pronunciandum, *la Sona* Italis, fluvius Galliæ, oritur ex Vogeſo monte in Lotharingia propè Darneyum, deinde in Auſtrum tendens per partem ſuperiorem comitatus Burgundiæ labitur, ubi auctus plurimis rivis Grænum rigat, hinc paulo infra recipit Vigennam & *Lougnon* fluvios, & per Ducatum Burgundiæ fluit, ubi rigatis Auxona, Fano S. Joannis Ladonenſis, Belloguardia, Virduno, Cabillone, & Matiſcone, receptiſque fluviis Tilla, Oſcaro, Dubi, Salia, aliiſque minoris nominis, inter Breſſiam, Bellojovienſem & Lugdunenſem provincias labitur, & tandem Lugdunum biſariam ſecans juxta & infra ipſam urbem Rhodano miſcetur, ejus fontes vix 5. leucis diſtant à Moſella fluvio in occaſum.

ARARATH, mons Aſiæ, in Armenia, ubi ſtetit Arca Noë poſt diluvium. Pars eſt montis Caſpii, prope Mediam, & inter Artaxatam & Arſiſſum paludem, nunc *Meſeſouſar* dictus ab indigenis, id eſt mons Arcæ, teſte Tavernerio, eſtque præaltus.

ARARUS, fluvius Aſiæ, per Armeniam fluens, 6. mil. paſſ. ab Euphrate oriens, teſte Herodoto.

ARARUS, fluvius Americæ meridionalis in Braſilia regione, vulgo *l'Arari* dictus. Cadit in mare Boreale dictum juxta præfecturam & inſulam Tamaracam.

ARATHIA, urbs Aſiæ minoris in Cappadocia, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Cæſarienſi, Miræo teſte.

ARAUCUM, *Arauco*, caſtrum munitum Americæ meridionalis, in regno Ciles ſub Hiſpanis cum valle cognomine cultiſſima, prope fluvii *Lebo* oſtia, & ver-

ſus oram littoralem maris Pacifici, ubi Araucani populi notiſſimi in hiſtoriis noſtri temporis, qui per centum prope annos cum Hiſpanis pro libertate pugnarunt, fœlici perſæpe eventu, & etiamnum pugnant, & de his pluribus ſcripſit metro Alphonſus ab Ercilla in ſua Araucana, caſtrum autem Araucum in colle ſitum 20. leucis circiter diſtat ab urbe Conceptionis in Meridiem, Imperialem verſus totidem, ſed multo minus ab inſula S. Mariæ in ortum, teſte Alphonſo ab Ovale.

ARAVISCI, populi Pannoniæ inferioris Plinio, Arabiſci Ptolemæo, inter Danubium ad ortum & Volcæam paludem ad occaſum; ubi nunc comitatus Albenſis & Pelyſienſis, inter Albam Regalem & Budam, Herciniatibus Borealiores, hos Tacitus ad ulteriorem Danubii ripam deſcribere videtur, & de iis etiam tractat Franciſcus Picus Mirandulanus.

ARAURA, ſive Ceſſero, locus Galliæ Narbonenſis, qui nunc *S. Ubery*, oppidum Occitaniæ inferioris recentioribus. Vide Ceſſero.

ARAURARIS, fluvius Galliæ Narbonenſis Melæ, Araurius Ptolemæo, Rhauraris Straboni, nunc *l'Eraule* fluvius Galliæ in Occitania, qui ab aliis Araura etiam dicitur, & in actis mediæ ætatis Eravus, oritur ex Gebennis montibus in ipſo limite Gabalorum, deinde in Auſtrum tendens auctus aliquot fluviis minoris notæ prope Piſcenas & Ceſſeronem labitur, ac juxta & infra Agatham urbem in mare Gallicum ſe exonerat.

ARAUSA, oppidum Illyrici. Vide Arauzona.

ARAUSICANA ARX, *t'fort van Orange* Belgis, arx Americæ in nova Eboracenſi provincia. Vide Arx Arauſicana.

ARAUSICANUS PRINCIPATUS, *la Principauté d'Orange*, tractus eſt parvus admodum Galliæ in Provincia, intra limites comitatus Vindaſcini inſertus, ſub dominio principis è gente Naſſovia, ejus circuitus vix eſt leucarum ſex Gallicarum, & in eo ſunt Arauſio tractus caput, cum 15. vicis ſeu caſtris.

ARAUSIO, quæ & Arauſio Cavarum, urbs Galliæ Narbonenſis in Provincia, Colonia Secundanorum dicta à Plinio, à Legione ſecunda eò à Triumviris deducta, *Orange* nunc, urbs Galliæ in Provincia Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Arelatenſi cum Academia, parvi eſt circuitus prope rivum *Eigue*, & caput Principatus Arauſicani, proprio parens Principi è gente Naſſovia, ſed ejus arx permunita in monte urbi imminente disjecta fuit anno 1660, viſitur in ea Amphitheatrum antiquum & una leuca diſtat à Rhodano in ortum, fere 3. à Fano S. Spiritus in Meridiem Avenionem verſus 4. Carpentoracti propior.

ARAUSIONIS CASTRUM *Oranienburg*, oppidulum Germaniæ in Marchia Brandeburgica ad Havelam fluvium, ſic nuper dictum in gratiam Ludovicæ Principiſſæ Arauſicanæ, cum antea Botzavia diceretur. Vide ibi.

ARAUZONA, oppidum Illyrici mediterraneum, Ptolemæo, quod Arauſa Antonino, inter Jaderam ad occaſum & Tragurium ad ortum, quod nunc Niger interpretatur *Oſtrov-Zit* in Dalmatia, ſed Sinlero eſt *Suonigra* in eadem regione.

ARAXES, fluvius notiſſimus & ingens Armeniæ majoris, Straboni, & aliis, illam à Media Atropatia ſeparans, Artaxatamque rigans, nunc à Perſis *Araſſ* dictus, *Aras & Achlar* à Turcis, teſte Leunclavio, & *Arais* in tabulis recentibus, ſicque ferunt à violentia nominatum, illius fontes ab Euphrate 36. mill. paſſ. tantum diſtant in ortum, teſte Plinio, & in mare Caſpium ſe exonerat inter oſtia Cyri & Cambiſis fluviorum.

ARAXES, fluvius alter in Meſopotamia Xenophonti, qui ab aliis Savo[illegible] dicitur, & in [illegible]tem ſe exonerat, Ͻo [illegible]us infra [illegible].

ARAXES, fluvius Perſidis cujus [illegible] Quintus Curtius, hodie *Bend-Emir* dictus, per Perſidem propriam labitur & prope [S]chiraſium deindeque in ſinum Perſicum ſe exonerat.

ARAXARUS, *l'Araxa*, fluvius Americæ meridionalis in Braſilia regione & in præfectura Paraibæ. Cadit in fluvium Mo[n]taguibam.

ARAXUS, promontorium Elidis in [ora] occidentali Peloponneſi teſte Strabone, nunc *il Capo di Chiarenza* Sophiano, inter Dymam & Cyllenem jacet quod & Chelo ut eum promontorium ejuſdem oræ auſtralius, Peneus fluvius in mare Ionium effundit. Abeſt à Dyma urbe 20. ſtadiis in occaſum.

ARBA, inſula Illyrici in Liburnia, teſte Plinio & in ſinu Flanatico *Arbe* Italis, *Rab* Slavis cum urbe parva ejuſdem nominis [E]piſcopali ſub Archiepiſcopo Iderenſi in ejus ora auſtrali, dicitur etiam Arbum, teſte Joanne Lucio & Venetis paret, contra Seniam urbem a qua 13. mill. paſſ. urbs diſtat in Auſtrum, & inter G[i]ſſam ad ortum, & Curidam ad occaſum inſula autem extenditur tantum ad 15. mill. paſſ. ab Oriente in Occidentem, & 4. [tantum] diſtat ab ora Liburniæ.

ARBA, *l'Arbe*, mons Hiſpaniæ, & unus ex Pyrenæis in Aragonia qui nomen dedit tractui Sobrarbæ in illo regno, ex eo quod ſeparat à planitie partes ſuperiores tractus montuoſi, qui eſt ſupra montem Arbam. teſte Petro de Marca vir. clar.

ARBACA, urbs Arachoſiæ regionis, teſte Ammiano Marcellino.

ARBACULA, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, nunc interpretantur Abulam *Avila* urbem Hiſpaniæ in Caſtella veteri. Vide Abula.

ARBEIA, oppidum Britanniæ magnæ ex libro Notitiæ, nunc pagus Angliæ *Ierbei*, ſive *Ierby* in Cumbria provincia.

ARBELA, urbs quondam Aſſyriæ, ad quam Alexander Macedoniæ Rex Darium Perſarum Regem vicit, ut pluribus ſcribit Quintus Curtius, urbs erat Epiſcopalis in libris Conciliorum memorata, ad Caprum fluvium qui poſtea cadit in Tigrim, nunc vix ejus apparent rudera, ab eâ regio adjacens Arbelitis dicta fuit, teſte Ptolemæo.

ARBELE, quoque urbs fuit Siciliæ, teſte Stephano.

ARBERGA, *Arberg*, oppidum Helvetiorum in pago Bernenſi ad Arulam fluvium, 2. milliaribus Germanicis diſtans à Berna, alias comites habuit proprios. ſed ab anno 1315. ſubeſt Bernatibus, eſtque in inſula Arolæ fluvii.

ARBI, urbs Gedroſiæ, prope oram [illegible]em Oceani Perſici, teſte Plinio nunc *Bi*[illegible] [di]cta a multis, *Berber* autem Nigro, 70. mil. paſſ. diſtat ab Arabio fluvio in ortum, hinc Arbiti montes dicti.

ARBOGA, *Arbogen* incolis, *Arbo* aliis, urbs parva regni Sueciæ, in Veſtmannia provincia, ad fluvium cog[n]ominem paucis conſtans incolis [illegible] milliaribus Suecicis diſtat ab Arobia in occaſum Orebroam verſus paulo minus, & vix una ab Hielmero lacu.

ARBONA *Arbon*, caſtrum Germaniæ in Suevia, ad lacum Potamicum, in ditione Epiſcopi Conſtantienſis, eratque alias urbs clar. Vide Arbor felix.

ARBO[RE]A, *Ori[st]agni* incolis *l'Oriſtan* Gallis, urbs eſt Sardiniæ u[rb]s Archiepiſcopalis in ejus ora occidua, 6. mill. paſſ. à littore diſſita & ab urbe Arborea nunc ab ea dicta, uti ab oſtiu fluvii Thyrſi, [qu]æ ob aëris inclementiam habitata eſt & expugnata fuit atque vaſtata à Gallis Duce Harcurtio anno 1637, diſtat 45. milliaribus a Calari in occaſum æſti-

Saſſari in Auſtrum uti 30. à Boſa, alii principes habuit propri... ...ices dictos, & in hiſtoria valde celebres, ... in Aragonum poteſtatem devenit eſtque in provincia Calaritana, hinc Arboreus nomen gentis.

ARBORENSES MARCHIONATUS, *il Marcheſato d'Oriſtagni*, tractus Sardiniæ inſulæ in ejus parte meridionali ſive promontorio Calaritano, alias ſub proprio Marchione, prope Arboream urbem, & ſub ipſo cenſentur urbes Arborea, Uſellis, Fanum S. Juſtæ, Torralba, Galtellum, Lezi, comitatus Goceanus valde extenſus, & comitatus Bonorvæ, cum 13. Baronis, & 104. vicis & terris, & aliis caſtris, ſicque erat magni momenti.

ARBORENSIS PROVINCIA, una ex quatuor partibus antiquis Sardiniæ verſus occaſum in... extenſa, & ſic dicta ab Arborea ejus urbe primaria, poſtea principes habuit proprio... unde ab eis dicta fuit Judicium Arborenſe, nunc pars eſt occidentalis provinciæ ſive promontorii Calaritani,

ARBOREUS SINUS, *il Golfo d'Oriſtagni*, pars eſt maris Sardoi in ora occidentali Sardiniæ inſulæ, contra Arboream urbem, inter terras fere incluſum à promontorio S. Marci uſque Neapolitanum caput.

ARBOR FOELIX, oppidum Helvetiorum, teſte Antonino. *Arbon* nunc, caſtrum Germaniæ in Suevia provincia ad lacum Conſtantienſem & in ditione Epiſcopi Conſtantienſis, dicitur etiam Arbona à quibuſdam, 16. mill. paſſ. diſtat à Lindavio in occaſum Tigurum verſus 45. & 16. à Conſtantia in ortum hybernum.

ARBORICHÆ, populi Belgii, de quibus fit mentio apud Procopium, teſte Jacobo Meiero, fuere ubi hodie inſulæ Zelandiæ provinciæ Belgii, quæ ſubſunt dominio Statuum Generalium Provinciarum unitarum, quæ à Rege Hiſpaniæ deſciverunt anno 1581. Alii autem exiſtimant in his inſulis fuiſſe alias Toxandros, Becanus vero & alii exiſtimant Arborichas populos fuiſſe in medio Brabantiæ, inter Antuerpiam & Moſam. Abotriti hoc loco apud Procopium legendum contendit Petrus Divæus, quorum mentio eſt apud Witichindum, Aimonium, Eginartum, & ejus ſæculi ſcriptores; Sigebertus hos etiam a Carolo Magno perdomitos ſcribit.

ARBOROSA, oppidum Galliæ Celticæ in Sequanis, teſte Ammiano Marcellino, poſtea Arboroſium *Arbois*, urbs parva ſed culta comitatus Burgundiæ in Gallia, ad amnem Lauſtinam, inter Salinas & Poliniacum 2. leucis utrimque diſtans, uti 10. à Fano S. Claudii in Boream Dolam verſus ſex, & ejus vina celebrantur, quibuſdam tamen eſt *Oroux* ſeu *Auroux* vicus in illo tractu.

ARBOSIUM, *Arbois*, urbs parva comitatus Burgundiæ in Gallia. Vide Arboroſa.

ARBURGUM, *Aarburg*, oppidum Helvetiorum, prope Arolam fluvium in Bernenſi pago, 2. milliaribus Germanicis diſtat à Soloduro in ortum, 4. autem a Tiguro in occaſum, dicitur etiam Arolæ burgum, caſtrum habens in colle, eſtque in ipſo limite pagi Solodurenſis.

ARCA, *l'Arche* fluvius Sabaudiæ, oritur ex Alpibus in ipſo limite Pedemontii, & Ducatus Auguſtani, deinde in occaſum tendens per Maurianam vallem quam bifariam ſecat inter rupes & ſcopulos Lanciburgium, Modanam, & Fanum S. Joannis alluit, uti poſtea Camaram & Aquambellam, tandem paulo infra in Iſaram ſe exonerat inter Miolanum & Fanum S. Petri de Arbiniaco in Sabaudia propria, & quatuor leucis ſupra Momelianum, per ... plures vicos.

ARCA, ſive Arcæ *Arques*, vicus Galliæ in Normannia provincia, & in Caletenſi tractu, unde dicitur etiam Arcæ Caletorum in actis mediæ ætatis, eſt ad Arcam amnem 2. leucis diſtans à Deppa in Meridiem, & celebris eſt prælio ſub Henrico Magno anno 1589.

ARCA, urbs Phœniciæ, Ptolemæo, & Antonino, Alexandri Imperatoris patria, Lampridio, quæ ab aliis Arcena dicitur.

ARCÆ, ſeu etiam Arcæ Remorum, *Arches*, vicus Galliæ in Campania, ad Moſam fluvium, Principatus titulo celebris. Duci Nivernenſi, qui inibi Carolopolim condidit prope Macerias. Vide Carolopolis.

ARCABRICA, ſive Arcabriga, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis olim Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Toletano nunc pagus Conchæ urbi quæ ſedem illius & Valeriæ Epiſcopalem tenet finitimus. *Arcas* dictus in Caſtella nova tribus leucis à Concha.

ARCADIA, regio Peloponneſi mediterranea Polybio, Straboni, & Pauſaniæ, nuſquam mare attingens, à Poetis decantatiſſima, ab Arcade Jovis & Caliſti filio nominata, ejus limites erant Achaia propria à Septentrione, ab Oriente Argia & Laconia, a Meridie Meſſenia, & ab Occidente Elis, nunc cum Laconia *Tzaconia* dicitur ab incolis, teſte Brietio, & ſubeſt dominio Turcarum a 180. annis, cum tota Græcia, ejus urbes præcipuæ fuere Megalopolis, Tegea, Mantinea & Pſophis, eæ utique olim Epiſcopales, fluvii Alpheus, uti Ladon, & Erymanthus in Alpheum labentes, inter montes excellior Cyllene Mercurio ibi genito memorabilis. Populi Arcades dicti qui contra proprios hoſtes dimicantes nunquam eos viciſſe feruntur, aliorum vero hoſtes, auxilium ferentes, ſæpe ſtraviſſe, hinc Arcadius nomen gentis.

ARCADIA, urbs eſt Cretæ inſulæ, Epiſcopalis in ejus ora occidentali verſus Ciſſamum, ex libris Conciliorum.

ARCADIA, urbs Peloponneſi in Meſſene provincia, & in ejus ora occidentali, inter Haliartum & Methonem, teſte Stephano, *l'Arcadia* etiam vulgo, ut quibuſdam placet.

ARCADIOPOLIS, antea Bergulæ, urbs Thraciæ in Corpialica tractu, nunc vulgo *Berges*, teſte Brietio, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Heracleenſi, ſic ab Arcadio Imperatore Theodoſii filio denominata, poſtea inter Metropoles relata, ... dreno. Vide Bergulæ.

ARCÆ, quæ & Arca, urbs Phœniciæ, Antonino, & Stephano, in confinio Syriæ, & in ora littorali maris Syrii, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Emiſſeno, ad montis Libani radices, inter Antaradum ad Septentrionem & Tripolim, inde 30, hinc 18. mill. paſſ. diſtans, eſtque nunc vicus tantum *Archis* dictus, teſte Tyrenſi, fere in ruinis jacens.

ARCHANGELOPOLIS, ſeu Fanum S. Archangeli, *l'Archangel*, ſive etiam *S. Michel Archange* Gallis, *Archangel* ſive *S. Michiel* Belgis, urbs & emporium perceleбre Moſcoviæ ſeptentrionalis, cum portu capaci & tuto in Duina provincia, & ad Duinam fluvium qui juxta ipſam in duo brachia diviſus, inſulam *Podeſemske* efficit & poſtea in mare Album ſe exonerat, 6. milliaribus Germanicis infra hanc urbem, quæ creſcit in dies frequentia Anglorum & aliorum mercatorum.

ARCANUM, villa olim Q. Ciceronis ... tio nunc *Arce*, oppidulum Terræ Laboris in regno Neapolitano in limite Campaniæ Romanæ, prope Melphem fluvium, inter Arpinum ad Boream 4. & Aquinum ad Auſtrum 7. ferme mill. paſſ. occurrens, in colle, quod ab aliis Arx ſimpliciter vocatur, eſtque Ducatus titulo inſignis.

ARCANUM, *Arcan*, ſive *Charcan*, oppidum

L ...

Tartariæ deſertæ, in Aſia, ad fluvium Caſſimam, in Caſra regione, ad pedes montium, & ad Meridiem oppidi Ghermam, ut quidam narrant.

Arcassonius, *Arcachon*, portus, ſeu potius parvus ſinus Galliæ, in Aquitania, ad Oceanum, inter oſtia Garumnæ & Aturri fluviorum, vix 6. leucis a Burdegala diſtat in Occidentem.

Arcati, urbs Indiæ intra Gangem, teſte Ptolemæo, quæ nunc creditur à Caſtaldo *Biſnagar* urbs regia in illis partibus, ſed ex conjectura tantum.

Arcennnum, promontorium Aſiæ minoris in Ionia. Ptolemæo. Excurrit in ſinum Argennum, aliis Smyrnæum, prope Chium inſulam. Vide Argennum promontorium.

Arcennum, oppidum Hetruriæ in Sabatia tractu, Livio, quod Bracennum aliis, & Brygianum Catoni, nunc *Bracciano* oppidum Italiæ in ditione Eccleſiæ & in provincia Patrimonii, ad Sabatium lacum, Ducatus titulo clarum Urſinæ gentis, parvum eſt ſed lepidum 20. milliaribus diſtans ab urbe Roma in occaſum Centumcellas verſus paulo plus, & vix 12. ab ora littorali maris Tyrrheni in Septentrionem.

Arcensium colonia, Hiſpaniæ Bæticæ urbs, nunc teſte Moletio ex veteri inſcriptione, *Arcos* urbs Hiſpaniæ mediterranea in Vandalitia regione, Ducatus titulo inſignita gentis Pontiæ Leonis, culta eſt cum caſtro in rupe aſpera ad fluvium Lethe *Guadalete* vulgo, 4. leucis Hiſpanicis diſtans à Xera ſive Cæſariana in ortum, 12. autem ab Hiſpali in Meridiem Aſſidoniam verſus 5. & Calpen verſus 18. & 9. a Gadibus in ortum æſtivum.

Arces Lobiæ, oppidum Germaniæ inferioris Antonino, nunc interpretantur *Hueſſen*, oppidulum Germaniæ intra limites Gueldriæ inſertum, pars tamen Ducatus Clivenſis ſub dominio Electoris Brandeburgici, ad Rhenum fluvium qui paulo infra dividitur in Rhenum & Iſalam, vix uno milliari ſupra Arenacum in Meridiem.

Archa, *Herc*, caſtrum Germaniæ cum amne cognomine in Leodienſi ditione, & in confinio Brabantiæ, medium fere inter Trajectum ad Moſam ad ortum & Lovanium ad occaſum, fluvius autem Archa etiam dictus, haud longè à Tungris fluens paulo infra oppidum Archam in Demeram ſe exonerat.

Archas, fluvius Aſiæ minoris in Cappadocia. Cadit in Pontum Euxinum, 6. milliaribus à Trapezunte in Septentrionem, ex Ariani Periplo.

Archelais, urbs Aſiæ minoris in Cappadocia, teſte Plinio, à Tiberio Claudio Cæſare colonia facta, erat in limite Galatiæ propè Aſcanium lacum & verſus Halym fluvium in illo tractu exorientem, 60. mill. paſſ. diſtans ab Iconio in Septentrionem, 70. ab Aipano in Meridiem, & 140. ab Ancyra in ortum hybernum, teſte Philippo à Vico inter Aiponam Galatiæ ad occaſum æſtivum & Tyanam ad ortum ad 80. mill. paſſ.

Archelais, urbs Judææ, teſte Ptolemæo.

Archeopolis, urbs Thraciæ, Laziææ tractus caput, teſte Procopio.

Archiacum, oppidum Galliæ in Campania. Vide Arciaca.

Archicum, *Archico*, ſeu *Erquico*, portus Æthiopiæ ſuperioris alias Adulis dictus, in ora maris Rubri, ſub dominio Turcarum. Vide Erquicum.

Archidona, *Archidona*, oppidum Hiſpaniæ, in Vandalitia, prope confinia Granatenſis regni, 2. leucis à Singuli fluvii, 2. autem ab Anticaria in ortum. Eſt parvum, & in edito colle, cum caſtro.

Archidona, *Archidona*, oppidulum Americæ meridionalis, in Peru & provincia Cancla, verſus Napum fluvium & Abulam oppidum, paucis conſtat incolis, ſub dominio Hiſpanorum.

Archipelagus *l'Archipel* Gallis, *el Archipielago* Hiſpanis, *l'Archipelago* Italis, pars eſt maris Mediterranei, inter Græciam & Aſiam minorem, & à Turcis mare Album dicitur. Vide Ægeion mare.

Archipelagus Amboinæ, *el Archipielago de Amboina* pars Oceani Indici & Archipelagi Moluccarum verſus Meridiem extenſa, prope Amboinam & inſulas Bandæ, ubi etiam plures inſulæ parvæ.

Archipelagus Celebum, *el Archipielago de los Celebes*, pars Oceani Indici & Archipelagi Molucarum verſus inſulas Celebum, Mindanum, Masbatam, & alias ad occaſum Molucarum, ubi quamplurimæ inſulæ ſparſæ & ſub propriis etiamnum Regibus.

Archipelagus Chiloensis, *el Archipielago de Chiloe*, in America meridionali, prope oram auſtralem regni Ciles. Sic dicitur mare inſulis quamplurimis ſparſum, dictis *Iſlas de los Ciones*, in ſinu maris Pacifici, & juxta inſulam Caſtri. A quibuſdam dicitur etiam Archipelagus Ancudianus. Vide Chiloa.

Archipelagus Maldivarum, *l'Archipelague des Maldives* Gallis, *el Archipielago de Maldivas* Luſitanis, pars Oceani Indici, circa inſulas Maldivas, in Aſia & verſus oram Malabaricam, ubi infinitæ ferè inſulæ parvæ, quæ à quibuſdam ſex mille eſſe dicuntur, & dividuntur in 13. partes. Vide Maldivæ.

Archipelagus Mauri, *el Archipielago del Moro*, pars Oceani Indici & Archipelago Molucarum verſus oram ſeptentrionalem & orientalem Giloli inſulæ, ubi plurimi ſinus & inſulæ vix nomine notæ.

Archipelagus Mexicanus, *l'Archipelague du Mexique*. Sic vulgo dicitur à Gallis, Anglis & Belgis ſinus Mexicanus, propter innumeras inſulas quæ in eo reperiuntur. Vide ſinus Mexicanus.

Archipelagus Molucarum, *el Archipielago de las Malucas*, pars ampla Oceani Indici verſus ortum hybernum extenſi, & prope Molucas inſulas, a quibus ipſi nomen inditum fuit, dividiturque in quinque partes, nempe in Archipelagum Molucarum ſtrictè ſumptum, Archipelagum Mauri, Archipelagum Papuorum ſive Nigrorum, Archipelagum Celebium, & in Archipelagum Amboinæ, teſte Emanuele de Faria.

Archipelagus Molucarum propriè dictus, pars Oceani Indici verſus Molucas inſulas ſtrictè ſumptas, & Giloli inſulæ oram occidentalem, ubi etiam plurimæ aliæ inſulæ parvi nominis.

Archipelagus novæ Eboracensis provinciæ, *l'Archipelague de la nouvelle Yorck*, pars parva Oceani ſeptentrionalis, inſulis quamplurimis referta in America, inter oram novæ Eboracenſis provinciæ & Longam inſulam.

Archipelagus Papuorum, *el Archipielago de los Papuos*, pars Oceani Indici ad ortum Molucarum extenſa, verſus regionem Papuorum & Novam Guineam, eſtque pars etiam Archipelagi Molucarum.

Archipelagus S. Lazari, *el Archipielago de S. Lazaro*, pars Oceani orientalis quæ ſic dicitur ob plurimas ſparſas in eo inſulas; eſtque verſus Latronum inſulas, & inter Japoniam & Philippinas, ubi connectitur mari Pacifico.

Archippe, oppidum fuit Latii, Ptolemæo, in finibus Marſorum, quod Archippe Plinio, ad lacum Fucinum, & ab eo abſorptum, locus nunc

Marſiglia dicitur in Aprutio Ulteriori, teſte Pyrrho Ligorio.

Archirgilum, *Archyrgill*, caſtrum Scotiæ ſeptentrionalis in Cathaneſia provincia, & in ora littorali, prope Vicum urbem ab ea 2. milliaribus diſtans verſus Picticum fretum, & aliquando etiam *Ackergill* dicitur, teſte Timotheo à Ponte.

Archium, *Arky*, oppidum Boſniæ regni, ad Savum fluvium ubi recipit Boſnam, in ipſo confinio Sclavoniæ regionis, ſub dominio Turcarum, & medium ferè inter Belgradum ad ortum & Zagrabiam ad occaſum.

Arci, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, teſte Ptolemæo, quod nunc Carolo Cluſio eſt *Ariza* in Aragoniæ regno inter Bilbilim & Methymnam cœli, ſed aliis Arci eſt *Arcos*, oppidum Caſtellæ veteris ad Salonem fluvium, in limite Aragoniæ vix 32. leucis à Methymna cœli diſtans in ortum Bilbilim verſus 6. & 9. ferè à Seguntia in ortum æſtivum.

Arciaca, ſive Artiaca & Arciacum, *Arcis ſur Aube*, oppidum Galliæ in Campania provincia, in finibus Trecenſium ad Albulam fluvium ſedet, 5. leucis à Trecis diſtans in Septentrionem.

Arcilacis, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, teſte Ptolemæo, in Turdulis, nunc *Lora* oppidulum regni Granatenſis in limite Vandalitiæ quibuſdam, aliis autem eſt *Hardaleſs* caſtrum Vandalitiæ in ſummo monte, & olim munitum in confinio regni Granatenſis, 5. leucis diſtans ab Anticaria in occaſum, & totidem ferè ab Urſone in Meridiem, quod magis probatur.

Arcilacis, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis in Baſteranis, Ptolemæo, Moletio eſt *Archiſana* caſtrum, ſed aliis eſt vicus *Xaraſuel* dictus, in regno Valentiæ ad Sucronem fluvium ubi recipit *Cabriel*, in confinio Caſtellæ novæ.

Arcissa, palus ampla Armeniæ majoris, Plinio, non longè ab Arthemita, nunc *le Lac de Vaſtan*, verſus montes Caſpios & confinia Mediæ. Aliis eſt Arſiſſa & Arſanias lacus. Eum præterluit Arſanias fluvius.

Arclovium, *Arclo* & *Arcelo*, urbecula Hiberniæ, in Lagenia provincia & Comitatu Vicloenſi, ad oſtia fluvii Durii, non longè à mari, cum caſtro Ducis Ormondani, diſtat à Vicloa 10. milliaribus Hibernicis in Auſtrum, & à Vexfordia 20. in Septentrionem.

Arcobadara, urbs Daciæ, ad Tyram fluvium, teſte Ptolemæo, fortè *Chotzin* nunc, in Valachia ſeptentrionali in confinio Poloniæ.

Arcobriga, & Arcobrica, oppidum Hiſpaniæ in Luſitania, teſte Ptolemæo, quibuſdam eſt *Laura*, oppidulum Portugalliæ ad amnem cognominem, in provincia inter Tagum & Anam dicta, 7. leucis à Salacia diſtans in Boream & totidem ab Ebora in occaſum, aliis tamen eſt *Arcos de Eſtremadura* vicus in Extremadura provincia, teſte Gregorio de Argaiz in colonia Eccleſiaſtica Hiſpaniæ, qui à Vaſconcello *Arcos de Val de Vez* dicitur.

Arcobriga, Hiſpaniæ Tarraconenſis oppidum in Celtiberis, Ptolemæo, nunc teſte Joanne Franciſco Andrea in libro de patria S. Laurentii, eſt *Ariza* oppidulum Aragoniæ ad Salonem fluvium, in limite Caſtellæ veteris, medium ferè inter Bilbilim ad ortum & Methymnam cœli ad occaſum 6. leucis Hiſpanicis utrimque diſtans, & 9. à Seguntia in ortum, parvum eſt & deficit in dies.

Arcomarianum, *Camariano*, vicus Ducatus Mediolanenſis in agro Novarienſi, ſic dictus quaſi Arcus Marianus, teſte Alciato, ex veteri inſcriptione, quanquam aliis potius caſtra Mariana eſſe videatur, & 5. milliaribus diſtat à Novaria in occaſum.

Arcona, urbs fuit Germaniæ in ora ſeptentrionali Rugiæ inſulæ Pomeraniæ adjacentis, quæ à Uvaldemaro Daniæ Rege exciſa fuit anno 1168, cujus locus adhuc *Orcan* vulgo denominatur, de ea conſule Munſterum.

Arconesus, inſula Bithyniæ ad Propontidem, teſte Plinio. Vide Cyzicus.

Arconesus, inſula parva Cariæ provinciæ in Aſia minori, teſte Stephano.

Arcticæ regiones, quæ verſus Polum Arcticum ſitæ ſunt. Dicuntur & aliter Terræ Arcticæ, ſeu Boreales. Vide ibi.

Arctopolis, *Bern*, urbs Helvetiæ. Vide Berna.

Arcuatom, *Arqua*, vicus Liguriæ, ad Scriviam fluvium in ditione Reipublicæ Genuenſis, 15. mill. paſſ. ſupra Dertonam in Auſtrum, ad radices Apennioi, & in confinio Ducatus Mediolanenſis.

Arcus, ſeu Coenus, *l'Arc*, fluviolus Galliæ, in Provincia. Aquas Sextias alluit, & poſtea in mare Mediterraneum ſe exonerat ad Aſtromelam ſinum.

Arcus, *Ark*, lacus Scotiæ ſeptentrionalis, in Loquabria provincia.

Arcus, *Arco*, oppidulum Germaniæ, in comitatu Tirolis ad Sarcam fluvium qui pauló poſt cadit in Benacum lacum. Abeſt à Tridento 14. mill. paſſ. in occaſum, ſubeſtque Auſtriacis.

Arcus, *Arcos*, urbs Hiſpaniæ. Vide Arcenſium colonia.

Arda, *Ardres*, urbecula Galliæ in Picardia & in comitatu Giſnenſi, ſic dicta in actis mediæ ætatis, uti & Ardea aliquando, teſte Valeſio, oonc vero Ardra à recentioribus. Vide ibi.

Ardacha, *Ardagh*, urbecula Hiberniæ inſulæ in Lagenia provincia, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Armachano, in editiore ſitu poſita, & ejus Epiſcopatus Kilmorienſi unitus eſt, teſte Warco, ſita eſt autem in comitatu Longſordienſi in limite Connaciæ, prope Rienſem lacum, & 6. milliaribus a Longofortio in Meridiem.

Ardanis, promontorium Marmaricæ in Africa, Ptolemæo teſte, nunc *il Capo Rameda*, in ora maris Mediterranei, inter Catæonium ad occaſum & Petram magnam ad ortum.

Ardatum, *Ardart*, urbs Hiberniæ, io Momonia provincia. Vide Ardferta.

Ardea, oppidum & colonia antiqua Latii, Rutulorum caput, teſte Livio, multo Roma antiquior, à Danaë Perſei matre, teſte Solino condita, ubi Camillus exulavit, *Ardea* etiam vulgò, urbecula Italiæ in ditione Eccleſiæ, ſic dicta ab arduitate quaſi Ardua, teſte Servio ob difficilem aſcenſum, nunc ferè in ruinis jacet in Campania Romana, manet tantum caſtrum Marchionatus Cæſarinæ gentis, 16. mill. paſſ. diſtat ab urbe Roma in ortum hybernum, & 6. ab ora maris Tyrrheni, inter Antium ad ortum & Oſtiam ad occaſum, populi Ardeatini, unde prædium Ardeatinum.

Ardea, *l'Ardle*, amnis Galliæ, in Normannia provincia in Oceanum Britannicum ſe exonerat prope Abrincas. Aliis eſt Arduus.

Ardebila, & Ardevila, *Ardebil*, urbs Aſiæ, in Perſia, verſus mare Caſpium, in provincia *Servan*. Sita eſt in plano, 20. leucis Hiſpanicis à mari Caſpio diſtans in Auſtrum, & 12. leucis à Tabriſio, ibique viſuntur multa Regum Perſiæ ſepulchra. Urbs eſt perampla & ſine muris, teſte Oleatio.

Ardelica, nunc *Peſchiera*, oppidum Italiæ parvum ſed permunitum, in ditione Venetorum, ad lacum Benacum, ubi ex eo effluit Mincius fluvius in Veronenſi agro, & in ipſo limite Brixiani, 14. milliaribus diſtat à Verona in occaſum, Brixiam ver-

Digitized by Google

ſus. Dicitur etiam Piſcaria. Vide ibi.

ARDENBURGUM, *Ardenbourg*, oppidulum Flandriæ, ſub poteſtate Provinciarum unitarum ab anno 1604. Una leuca diſtat à Clauſulis in ortum, & paulò minùs à Middelburgo oppidulo, olimque erat totius hujus tractus primaria urbs. A Belgis vulgò *Ardenborch* dicitur, & paucis conſtat incolis, vocatur etiam Rodeburgus. Vide ibi.

ARDENNA, *Ardeyne*, Abbatia Galliæ in Normannia inferiori, & in Baiocenſi agro, 2. leucis diſtans à Cadomo in Septentrionem.

ARDESCA, *l'Ardeſche*, fluvios Galliæ, in provincia Vivarienſi. Albenacum alluit, & in Rhodanum cadit, ſupra Fanum S. Spiritus.

ARDESIA, *The Ardes*, regiuncula Hiberniæ inſulæ, in Ultonia & comitatu Dunenſi, extenditur in modum peninſulæ à Septentrione in Meridiem per 23. mill. paſſ. inter ſinum Rupis Ferguſii ad Boream, & Lacum *Coyn* ad Auſtrum, in ora maris Vergivii obverſa Scotiæ, à qua diſtat 22. mill. paſſ. tantum in occaſum, teſte Speedo.

ARDFERTA, *Ardart*, urbecula parva Hiberniæ inſulæ in Momonia provincia, aliàs *Ardfert* dicta, in Kerria tractu, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Caſſelienſi, teſte Waræo, & aliquando dictus fuit Kerrienſis Epiſcopatus à tractu adjacente, eſtque in ora Oceani occidentalis, & aliquando etiam Ardatum vocatur à quibuſdam recentioribus.

ARDIÆI, populi Illyrici, qui Autariatarum loco ſucceſſere, eoſdemque eſſe cum Vardeis Plinii & Flori, & Sardjeis Strabonis & Dionis ſcribit Lucius, ab eiſdemque dictam regionem Ardiam & montem Ardium Strabonis, qui Dalmatiam mediam ſecabat. Vide Varalii.

ARDILA, *el rio Ardila*, amnis Hiſpaniæ oritur in Vandalitia. Et in Anam ſe exonerat infra Oliventiam urbem, ad Muram oppidulum Luſitaniæ.

ARDIMACHA, ſeu melius Armacha, unde Armachana urbs, *Armagh*, urbs Hiberniæ Archiepiſcopalis & Ultoniæ provinciæ caput, ſedet in comitatu cognomine ad Caſſinum fluvium. Vide Armacha.

ARDIUS, mons Illyrici, Dalmatiam ſecans, teſte Strabone, deſcribitur à Sexto Rufo ſub nomine Alpium Juliarum, & à quibuſdam *Roſai* nunc dicitur.

ARDMORIA, *Ardmore*, urbecula olim, nunc vicus Hiberniæ, in comitatu Waterfordienſi, cum portu, in ora Momoniæ provinciæ 4. milliaribus ab Yogallia in Septentrionem, & paulò amplius à Dungarvano in Meridiem.

ARDONEA, urbs Apuliæ, Plinio, nunc exciſa, quæ à Strabone Herdonia dicitur. Vide ibi.

ARDOTIUM, oppidum Illyrici mediterraneum, Ptolemæo, nunc *Margmicha* Nigro, ſed *Vergovigna* Moletio, Aruciæ & Stlupi finitimum in Liburnia.

ARDRA, *Ardra* & *Arda*, regnum Africæ in Guinea regione, & in ejus parte orientali, inter oram Benini ad ortum & oram Auream ad occaſum, ſeu inter Lacum Curamum & fluvium *de Volta* dictum, ejus urbs regia etiam Ardra *Ardra* vocatur, 30. mill. paſſ. circiter diſtans ab ora in Boream, ejus autem portus & emporium alicujus nominis eſt *Offra*, ut notatur in ultimis relationibus illarum partium, & urbs Ardra etiam *Aſſem* dicitur ab incolis.

ARDRA, *Ardres*, urbecula Galliæ, in Picardia, & in Guinenſi comitatu ſat munita, in paludibus in limite Arteſiæ, 3. leucis diſtat à Caleto in Meridiem, & paulò plus à Gravelina, 4. autem à Fano S. Audomari in Septentrionem. Sæpè ab Hiſpanis tentata, irrito tamen conatu, dicitur Arda vel Ardea in actis mediæ ætatis, fuitque olim pars Bolonienſis comitatus.

ARDRACUM, *Ardragh*, oppidulum Hiberniæ, in Lagenia provincia & in comitatu Mediæ orientalis, in ipſo limite Ultoniæ, Speedo teſte, 18. mill. paſſ. à Pontana in occaſum æſtivum.

ARDRACUM, *Ardragh*, urbecula Hiberniæ, in Lagenia provincia & comitatu Longfordienſi, dicitur melius Ardacha. Vide ibi.

ARDROSA, *Ardroſen*, caſtrum Scotiæ meridionalis in Cuninghamia provincia, in ora littorali æſtuarii Glottæ, 4. milliaribus Scoticis diſtat ab Iruino in occaſum.

ARDSTINUS, *Ardſtin*, fluvius Scotiæ meridionalis in Gallovidia provincia, in Glottæ æſtuarium & mare Hibernicum ſe exonerat prope *Ardſtinſel* oppidum, ex adverſo Cantiræ provinciæ.

ARDUBA, civitas Dalmatiæ, quæ deinde Tininium dicta in Croatia, Slavè *Knin*, teſte Joanne Lucio.

ARDUENNA SYLVA, *Arden* ſylva Angliæ in comitatu Varvicenſi, teſte Camdeno, aliquot milliaribus tantum diſtans à Varvico in occaſum.

ARDUENNA SYLVA, in Gallia Belgica Cæſari, & Tacito, Ardenna poſterioribus, *la foreſt d'Ardenne*, ſeu etiam *les Ardennes* Gallis, *Ardenner-Vvaldt* & *Luitticheruvaldt* Germanis, *la Selva d'Ardenna* Italis, ſylva eſt Galliæ & Belgii maxima, 100. mill. paſſ. & amplius in longitudinem patens, extenditurque per Ducatum Luxemburgenſem, uti & per ditionem Leodienſem auſtralem verſus confinia Campaniæ provinciæ, & partem etiam per Hannoniam meridionalem, diverſa habens nomina pro varietate locorum, eratque aliàs multo amplior.

AREÆ, *Hieres*, oppidum Galliæ in Provincia, & in ejus ora littorali contra Stoechades inſulas quæ ab eo nomen recens accepere, & 2. leucis diſtat à Telone in ortum.

AREBRIGIUM, locus Galliæ Subalpinæ Antonino, in Salaſſis, 25. mill. paſſ. diſtans ab Auguſta Prætoria in occaſum, qui nunc creditur *Pra S. Didier*, ut dignoſcitur ex Itinerario Romano, quanquam Simlerus credat eſſe *le bourg de la Thuile*, pagum Salaſſorum ultra Auguſtam Prætoriam in Alpibus Graiis.

AREBURIUM, oppidum Germaniæ inferioris, ex Itinerario Antonini, quod recentioribus eſt Aremberga *Aremberg*, principatus titulo nuper inſignitum in Eiffalia tractu, inter Coloniam Agrippinam ad Boream & Treviros ad Auſtrum occurrens, prope amnem *Aer*, diſtat 7. milliaribus Germanicis à Joliaco in Meridiem & 4. à Rheno fluvio in occaſum.

ARECLOA, *Arcklo*, urbs Hiberniæ. Vide Arclovium.

ARECOMICI, populi fuere Galliæ Narbonenſis, Ptolemæo, Aricomiſcii Straboni, aliàs ſub Volcis comprehenſi, & hinc etiam Volcæ Arecomici dicti fuere, erantque in ea regione, ubi nunc Occitania inferior *le bas Languedoc* Galliæ, provincia, in qua urbes præcipuæ fuere Agatha, Luteva, Nemauſus, & Ucetia.

AREDATE, oppidum Norici Ptolemæo, prope Aram lapideam, nunc *Ardacher*, vicus Germaniæ in Auſtria inferiori cum cœnobio, ad Danubium fluvium, 4. milliaribus Germanicis à Lintio in ortum Pechlarnam verſus 7, teſte Lazio.

AREGIA, *l'Ariege*, fluvius Galliæ in Occitania, dicitur & melius Alburacis. Vide ibi.

AREGIA, *Anaya*, oppidum Hiſpaniæ in regno Legionenſi, prope oppidum ſancti Facundi, à Legione 11. leucis in ortum Burgos verſus ad 24.

urbs

urbs Epiſcopalis olim ſtuiſſe traditur, ex D. Iſidoro.

Arelate, urbs Galliæ Narbonenſis, Straboni, & Plinio, quæ Arelatum Ptolemæo, nunc *Arles*, urbs Galliæ Archiepiſcopalis in Provincia, ad Rhodani fluvii alveum ſiniſtrum qui ibi ſtratur ponte ligneo, ubi ex adverſo incipit regiuncula feraciſſima, *la Camargue* dicta, alias Caſtra Mariana. Caput fuit Arelatenſis regni ab ea dicti, & in ea manent multa antiquitatis veſtigia, 5. leucis diſtat a Nemanſu in ortum, & 12. à Maſſilia in occaſum, uti ab Aquis Sextiis, 6. autem ab Avenione in Meridiem mare Mediterraneum verſus ſeptem, & vix una leuca à confinio Occitaniæ. Arelas dicitur à Poëtis.

Arelate, oppidulum Galliæ Narbonenſis, nunc *Arles*, oppidulum in comitatu Ruſcinonis, ad Tecem fluvium & ad Pyrenæorum radices, ſub dominio Francorum ab anno 1640. vix 2 leucis diſtat à confinio Cataloniæ cum Abbatia, & dicitur ab aliis Arulæ. Vide ibi.

Arelatense Regnum, pars fuit ampla Galliæ, ſub qua major pars Galliæ Narbonenſis, in regnum erecta ſub Catolo Calvo Imperatore, dictum fuit etiam Regnum Burgundiæ cis Juranæ ut conſtat ex omnibus authoribus contemporaneis, & aliquando regnum Viennæ: complectebatur autem Delphinatum, Provinciam, agros Lugdunenſem, Matiſconenſem, Genevenſem, & Bellojocenſem, cum Breſſia, Bengeſia, & Sabaudia, Regeſque habuit proprios per 153. annos cum Boſo primus ejus Rex electus fuerit Mantalæ prope Viennam die 15. Octobris anno 879. & Rodolfus ultimus Rex obierit die 6. Septembris anno 1032. teſte Nicolao Choriero v. clar. ſed hoc regnum ab aliis multum reſtringitur, ut fuſe ſcribit Hadrianus Valeſius in Notitia Galliarum.

Aremorica, dicta fuit alias Aquitania, inquit Strabo, quia maxima pars populorum ejus ad Oceanum accolebant, & Aremorica regionem maritimam ſignificabat in veteri Gallorum lingua, teſte Plinio.

Aremorica, *la Bretagne*, Galliæ provincia perampla. Vide Armorica.

Arenacensis tractus, *le quartier d'Arnheim*, una eſt ex 4 partibus Ducatus Gueldriæ in Belgio, quæ aliter Velavia dicitur. Vide ibi.

Areñacum, urbs Germaniæ inſeriotis Tacito, quæ Arenatium in itinerario Antonini, nunc recentioribus Arnhemium; *Arnheim* vulgò incolis, *Arnem* Gallis, urbs Belgii uniti ex primis Ducatus Gueldriæ, & in ea parte quæ Velavia dicitur, & ab ea etiam Arenacenſis tractus, ſedet ad Rhenum fluvium, qui paulo ſupra ſcinditur in duos alveos nempe in Iſalam ad ortum, & Rhenum ad occaſum, eſtque elegans ſub dominio provinciarum unitarum Belgii ab anno 1585. 2. leucis diſtat à Noviomago Gueldriæ primaria in Boream, & totidem à Druſiburgo in occaſum Ultrajectum verſus 7. circiter, capta fuit anno 1672. à Gallis Duce Ludovico XIV. Rege, ſed biennio poſt ab ipſis derelicta, cum antea ejus munitiones dirutæ fuiſſent.

Arenæ insula, *l'Iſle de Sable*, inſula Americæ ſeptentrionalis verſus oram Acadiæ. Vide inſula Arenæ.

Arenæ Olonenses, *les Sables d'Olone*, oppidum maritimum Galliæ, in Pictavienſi provincia ubi periti nautæ. Vide Olona.

Arenosum littus, oppidum Corſicæ inſulæ, Plinio, nunc pagus *Latere* dictus, in ora occidentali inſulæ & verſus Adiacium, teſte Pineto.

Arenosum mare, *la mer de Sable* Gallis, *het Sandt-Zée* Belgis, ſic dicitur ab Arabibus deſertum ſive Zaara regio Africæ. Vide Arenoſum.

Arensberga, *Arenſberg*, urbs parva Weſtphaliæ Ducatus, cum ponte ad fluvium Ruram *Roer*, in ditione Electoris Colonienſis, 4. milliaribus Germanicis diſtat à Lippia in Meridiem, undecim autem à Colonia in ortum æſtivum, & paucis conſtat incolis, cum arce in colle, dicitur etiam Arnſberga & conceſſa fuit Electori Colonienſi anno 1371. à Codeſrido ultimo ejus Comite.

Arensburgum, *Arnſburg*, oppidulum præcipuum inſulæ Oſiliæ, in mari Baltico, juris Suecici, cum caſtro munito in ora orientali inſulæ, diſtat 8. milliaribus Germanicis ab ora proximiori Livoniæ, 18. autem a Riga in Septentrionem.

Arensium, *Arleux*, oppidulum Galliæ, in Arteſia provincia & confinio Flandriæ. Aliis eſt Arluſium, antea bello deformatum, ſubeſt dominio Francorum. Vide Arlodium.

Arensvaloa, *Arenſwwalde*, oppidulum Germaniæ, in nova Marchia Brandeburgica, juxta lacum *Slavin*, & in limite Pomeraniæ, 4. milliaribus Germanicis diſtat a Lanſperga in Septentrionem, & 8. a Stetino in ortum hybernum. Male habitum fuit bello tricennali Germanico.

Arentalium, *Herentals*, oppidulum Belgii, in Brabantia, ad Netham amnem, diſtans 6. leucis ab Antverpia. Aliis eſt Herentalium. Vide ibi.

Areopolis, urbs Arabiæ Petrææ, Stephano, in Palæſtinæ confinio, quæ Moab Hebræis, illam quoque Rhabathmonam Stephanus appellat, nunc vicus *Aroer* dictus, ut quidam recentiores exiſtimant.

Arequipa, *Arequipa*, urbs Americæ meridionalis, in Peruæ regno verſus oram, & in Limana præfectura, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Limenſi, diſtat a mari 12. leucis, a Lima 120. in Meridiem, & 75. a Cuſco civitate, juxta fluvium Quilcaut; eſtque parvi circuitus, ſub Hiſpanis.

Aretas, fluvius magnæ Græciæ Lycophroni, qui ab aliis Aretus dicitur, per fines Crotoniatarum ad Crimiſſam oppidum fluens, *Lipuda* nunc, teſte Gabriele Barrio, Umbriaticum Calabriæ ulterioris urbem rigat & poſtea in mare Jonium ſe exonerat.

Arethon, fluvius Epiri, teſte Livio, nunc *il Spagmamurſi*, juxta Ambraciam in ſinum Ambracium decurrens, idem cum Arachto. Vide Arachtus.

Arethusa, urbs Syriæ Straboni, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Apameno, nunc *Fornacuſa* dicta, ut quidam volunt, & in vicum redacta, haud procul ab Apamea, media inter Epiphaniam & Emiſam 16. mill. paſſ. hinc populi Arethuſii Plinio.

Arethusa, oppidulum Macedoniæ Plinio, ad ſinum Strymonicum, *Tadino* nunc, teſte Moletio, inter oſtia Strymonis & Tentyram oppidum, ſed ab aliis oppidum *Rendina* indigitatur.

Arethusa, fons Siciliæ ad Syracuſas ingens Ciceroni, in quem Alpheum fluvium Elidis ex Peloponneſo occultis ſubter mare cuniculis fluere fabulantur, hac tempeſtate exſiccatus, teſte Fazello.

Arethusa, lacus Armeniæ majoris Plinio, prope fontes fluvii Tigridis qui eum præterfluit, inter Arſanium fluvium ad Boream & paludem Thoſpitem ad Auſtrum prope montes Gordios, & 100. mill. paſſ. ab Arſiſſa lacu in occaſum, teſte Plinio, omnia ſuſtinet pondera & piſces pluviatiles non excipit.

Aretium, urbs Italiæ in Hetruria Plinio, & Livio, Arretium Ptolemæo, nunc *Arezzo*, urbs Hetruriæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Florentino, ſed ab ejus juriſdictione immunis, & antiquiſſima, ab Areta Jani filio condita, ut narrant, ac una ex primis 12. Tuſcorum coloniis, nunc in agro Florentino ſub dominio magni Ducis Hetruriæ, ſedet in monte, & ejus Epiſcopus fuit S. Donatus ibidem martyrio coronatus, vix 3. milliaribus diſſita à Clani palude quæ paulo infra in Arnum fluvium ſe exonerat, 28. milliaribus diſtat à Sena in ortum, & 30. à Peruſia in occaſum æſtivum Florentiam verſus 40. ſed 16. tantum à Civitate Caſtelli in occaſum, Vaſa Aretina apud veteres in pretio fuere, & de his Martialis libro 14. Epigrammatum, Populi

M

Aretini, *gli Aretini* vulgo Italis, *les Aretins* Gallis, Aretii obiit Gregorius X. Pontifex Maximus anno 1276.

AREVA, fluvius Hiſpaniæ Tarraconenſis in Arevacis, Plinio, nunc *el Rio Ereſma*, fluvius Caſtellæ veteris, teſtibus Ortelio, Martino Ximena, Didaco *de Colmenares*, & aliis, oritur in monte de *Fonfria*, in limite Caſtellæ novæ, hinc ad Segoviam labitur ubi fluviolum *Clamores* recipit, & ad Caucam ubi auctus Valtaia, deinde in Septentrionem fluens Cegam recipit & alios minores fluvios, tandemque poſt curſum 17. leucarum Durio miſcetur ex adverſo Turris Syllanæ.

AREVACÆ, Populi Hiſpaniæ Tarraconenſis, Ptolemæo, Arevaci Straboni, & Plinio, Arevacci Appiano Alexandrino, per quos Areva fluvius decurrit ab eo nomen habentes, extendebanturque verſus Durium fluvium, ubi nunc pars Caſtellæ veteris & territoria Segobienſis & Uxamenſis, eorum vero oppida erant Clunia, Uxama, Termes, Lutia, Segobia & Rauda, teſte Plinio.

AREVALUM, *Arevalo*, oppidulum Hiſpaniæ in Caſtella veteri cum caſtro juxta fluvios Adajam & Arevalillum, in limite regni Legionis, & 6. leucis a Methymna Campeſtri in ortum hybernum, olimque Ducatus titulo inſignitum fuerat.

AREZIBUM, *Arezibo*, oppidulum Americæ ſeptentrionalis cum fluvio cognomine in inſula S. Joannis de Portu Divite, diſtans 3. leucis à civitate S. Joannis, in ditione Hiſpanorum cum tota inſula.

ARGA, *l'Arga*, fluvius Hiſpaniæ in Navarræ regno, dicitur melius Aragus. Vide ibi.

ARGATHELIA quæ & Argadia quibuſdam, *Argyll* & *Argile*, provincia eſt Scotiæ meridionalis ſeu Cis Taanæ, verſus occaſum extenſa, ſub qua cenſetur Covelia uti & Knapdalia, teſte Timotheo a Ponte, ibi alias erant Caledonii populi proprie dicti ad Boream Novantarum, terminatur à Septentrione Lorna provincia, ab ortu Levinia, ab occaſu mari Hibernico, & a Meridie Glottæ æſtuario, & Buthe inſula; ſeparatur autem Argathelia propria Lelanonio ſinu a Knapdalia quæ ei adjacet ad occaſum, & Marchionatus titulo gaudet Cambeliorum, diſtatque 50. milliaribus Scoticis in Boream ab ora littorali Hiberniæ, ſed in ea nulla urbs ineſt alicujus momenti.

ARGÆUS, mons Cappadociæ maximus, Straboni, in Aſia minori, valdeque excelſus, extenditur inter Cæſaream ad ortum & confinia Galatiæ regionis ad occaſum, prope Melam fluvium ſpatio fere 80. mill. paſſ., teſte Plinio, diſtat 50. mill. paſſ. à Sebaſtia in Meridiem, & 40. circiter ab Aſcanio lacu in ortum, etiam æſtate nivoſus eſt, teſte Solino, hinc etiam Argæus nomen gentis.

ARGANTOMAGUM, ſeu ex alio codice Argentomagum oppidum Galliæ, teſte Antonino, nunc *Argenton*, oppidum Bituricenſis provinciæ ad Crauſiam fluvium, in limite Marchiæ, 28. leucis diſtat ab Inculiſma in ortum æſtivum & 18. a Lemovico in Septentrionem, ubi totidem à Biturico in occaſum hybernum.

ARGANTOMUM, oppidum Galliæ Celticæ Antonino, quod in Martyrologio Argentomachum legitur, aliis Argentomum & Argentanum, nunc *Argentan*, oppidum Galliæ in Normanniæ Ducatu & in Algia tractu, ad Argenem ſeu Ornam fluvium, ſatis eſt cultum inter Falleſiam & Sagium urbes paulo ſupra 3. leucas interſitum, 7. leucis ab Alenconio in Septentrionem.

ARGELIA, urbs Germaniæ Tacito, quam Cluverius interpretatur Torgaviam *Torgaw* urbem Saxoniæ ſuperioris ad Albim fluvium, aliis vero eſt Erfordia *Erfort* urbs Thuringiæ primaria, ſed ex conjectura tantum.

ARGENES, *l'Orne*, fluvius Galliæ, in Normannia provincia, qui aliter Orna & Olina dicitur. Oritur prope Sagium urbem, & 3. leucis infra Cadomum in in mare Britannicum ſe exonerat juxta Strehamum oppidum.

ARGENNUM, promontorium Aſiæ minoris in Jonia, teſte Ptolemæo, ab aliis Arcennum dicitur, nunc *il Capo Bianco*, Nigro teſte, eſtque in ora ſinus Smyrnæi, inter Clazomenas & Erythras proximas urbes, à quo Chios inſula 60. tantum ſtadiis abeſt.

ARGENNUM, promontorium Siciliæ inſulæ, in ora ejus orientali Ptolemæo, nunc *il Capo di S. Aleſſio* dictum, in Valle Nemorenſi & in ora maris Jonii, teſte Thoma Fazello, 24. mill. paſſ. a Meſſana in Meridiem Tauromenium verſus 5.

ARGENNUM, promontorium Leſbi inſulæ, teſte Strabone, unde Arginuſæ inſulæ dictæ fuere.

ARGENTACUM, *Argentac*, oppidulum Galliæ in Lemovicenſi provincia, ad Dordoniam fluvium, 4. leucis à Tutela diſtans in Auſtrum Auriliacum verſus, & in limite Alverniæ ſuperioris, & Cadurcenſis provinciæ.

ARGENTANUM, urbs Brutiorum mediterranea Livio, forte nunc *Argentina*, caſtrum Calabriæ citerioris ad radices Apennini, prope oppidum Montis alti, medio itinere inter urbem S. Marci ad Boream, & Conſentiam ad Auſtrum 20. mill. paſſ. utrimque diſtans, teſte Luca Holſtenio, ſed aliis eſt ipſa urbs S. Marci *S. Marco*, in eadem provincia Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Conſentino, ſed ab ejus juriſdictione immunis ad Folonem fluvium, 22. mill. paſſ. ab ora maris Tyrrheni diſtans, teſte Gabriele Barrio.

ARGENTANUM, *Argentan*, urbs Franciæ, in Normannia, ad fluvium Olinam. Vide Argentomagum.

ARGENTARIA, *Argentiere*, oppidulum Galliæ in Occitania & in Vivarienſi provincia, undecimo Chriſti ſeculo extructum, ubi olim abundantes argenti fodinæ è quibus nomen eſt ſortitum, 3. leucis diſtat à Villanova Bergia in occaſum, & 2. ab Albenaco in occaſum hybernum.

ARGENTARIUS MONS, *le Col de l'Argentiere*, unus ex Alpibus, per quem tranſitus patet è Gallia in Italiam, inter Marchionatum Salutiarum & Vicariatum Barcinonis in comitatu Nicenſi, prope Caſtrum Delphinum & in ipſo limite Delphinatus, ſicque a vico adjacente dicitur.

ARGENTARIUS, mons Hiſpaniæ Tarraconenſis, qui aliter Saltus Tugienſis dictus, nunc *la Sierra de Caçorla*, teſte Martino Ximeno, unde Bætis fluvius profluit, in Vandalitia & in ipſo limite regni Granatenſis, ſed Floriano eſt *la Sierra Segura* in illo tractu, ſic a diverſis oppidis diverſa habens nomina, eſtque pars montis Oroſpedæ, appellatur etiam Argenteus mons à Strabone.

ARGENTARIUS MONS, *il Monte Argentaro*, mons Italiæ in Hetruria, in ora auſtrali agri Senenſis, in mare Tyrrhenum excurrens inter portum Herculis ad ortum, & portum S. Stephani ad occaſum, contra Ægilium inſulam a quo 8. mill. paſſ. diſtat, & prope Orbetellum oppidum, circuitus eſt 20. milliarium circiter, & ad ejus radices Coſæ urbs erat, nunc pars eſt tractus Status præſidii dicti, ſub Hiſpanis à ſeculo & ultra.

ARGENTEA, & Argentina, *la Plata*, urbs Americæ meridionalis in Peruæ regno, & in præfectura Charcarum cujus caput exiſtit in montanis, & prope fluvium Picolmajum, Archiepiſcopali dignitate fulget, cui ſubſunt quatuor Epiſcopi ſuffraganei, urbs eſt nova ab Hiſpanis quibus paret excitata in valle ſeu tractu *Chuquiſaca* dicto, unde ſæpe urbs ipſa ſic vocatur, teſte Laetio, eſtque valde culta, & dives celebriſque fodinis argenteis in ejus vicinis, 165. leucis Hiſpanicis diſtat à civitate Cuſci in Meridiem, & 18. a Po-

Digitized by Google

toſio in ortum, uti 110. circiter ab ora maris Pacifici & ejus Archiepiſcopus ſæpe vocatur Charcarum Archiepiſcopus.

ARGENTEA, urbs fuit metropolis Jabadii inſulæ, teſte Ptolemæo, nunc forſan *Meaco*, urbs Japoniæ caput, ſed ex conjectura tantum levi.

ARGENTEI FLUVII PROVINCIA, *Rio de la Plata*, ſeu *Provincia de Rio de la Plata*, regio Americæ meridionalis ſub Paraguaia comprehenſa, ab Argenteo fluvio ſic dicta & verſus ejus oſtium extenſa, terminatur à Septentrione Paraguaia & Chaco provinciis, ab ortu Parana & Uraguaia, ab occaſu Tucumania regione, uti à Meridie Magellanica, & ejus urbes ſunt Aſſumptio, Currentes, & Bonus Aër, quæ ſubſunt Hiſpanis.

ARGENTEOLA, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis in finibus Aſturum, Ptolemæo, quod Argenteolum Antonino, nunc *Medules* vicus Hiſpaniæ in Aſturia, teſte Moletio, ſed aliis eſt *Aviles*, oppidum Hiſpaniæ cum portu in Aſturia Ovetana, & in ora Oceani Cantabrici, Gregorio de *Argaiz* teſte.

ARGENTEUS FLUVIUS, *el Rio de la Plata* Hiſpanis, *Paranaguazu* Americanis, *la Riviere de la Plate* Gallis, fluvius eſt Americæ meridionalis, qui aliter dicitur *de Paraguay*, ex maximis totius orbis oritur ut plurimi exiſtimant, in Paraguaia regione ſupra lacum *de los Xaraies* dictum, deinde longo curſu verſus Meridiem tendens & Paraguaiam à Chaco provincia ſeparans, per Argentei fluvii provinciam labitur, rigatiſque oppidis Aſſumptionis, Currentium, Sanctæ Fidei, & Boni Aëris urbem, & auctus fluviis Guapeio, Piraio, Picolmaio, Parana, Purpureo, Salſo, Carcarana, Uraguaio, & aliis quamplurimis, infra urbem Boni Aëris in mare Braſilicum ſe exonerat per oſtium 40. leucarum latum juxta promontorium ſancti Antonii, & ab eo provincia circa ejus oſtium vulgò etiam *Rio de la Plata* dicitur, hic fluvius primum detectus fuit anno 1513. à Joanne *Diaz* Luſitano, & ab argenti ramentis denominatus.

ARGENTEUS, fluvius Galliæ Narbonenſis, Ciceroni Argentius Ptolemæo, *Argens* nunc, teſte Villanovano in Provincia, oritur prope fanum S. Maximini, deinde in ortum tendens, receptis quinque minoribus fluviis prope Forum Julii in mare Mediterraneum ſe exonerat, 4. leucis a Fano S. Torperi in Boream.

ARGENTEUS, mons Hiſpaniæ Tarraconenſis Straboni, nunc *la Sierra de Caçorla*. Vide Argentarius.

ARGENTIA, *Argenta*, burgus ditionis Eccleſiæ, & Ducatus Ferrarienſis in Italia, in tractu peninſula S. Georgi dicto, prope Vallem Maremortuum vocatam, inter Ferrariam & Ravennam, ab eo Paduſa foſſa quæ pars eſt Padi fluvii, nunc *il Pò di Argenta*, Argentanus Padus vocatur.

ARGENTIA, *Gorgonzola*, vicus Italiæ in Ducatu Mediolanenſi, ad incile Marteſanum, 12. milliaribus diſtat à Mediolano in ortum.

ARGENTINA, urbs Germaniæ, cujus fit mentio in actis mediæ ætatis, dicitur ſæpius & melius Argentoratum. Vide ibi.

ARGENTINA, *la Plata*, urbs Americæ in Perua. Vide Argentea.

ARGENTOILUM, *Argenteuil*, oppidulum Galliæ in provincià inſulæ Franciæ, ad Sequanam fluvium 3. leucis infra Pariſios in ortum Pontiſaram verſus, Jeſu-Chriſti D. N. veſte inconſutili celebre.

ARGENTOMAGUM, ſeu Argentomachum, & Argantomum, oppidum Galliæ Celticæ Antonino, nunc *Argentan* in Normannia provincia, ad Olinam fluvium in Algia tractu, medium fere inter Sagium & Falæſiam. Vide Argantomum.

ARGENTOMAGUM, urbs Galliæ in Aquitania Antonino, nunc *Argenton* in Bituricenſi provincia. Vide Argantomagum.

ARGENTORATENSIS EPISCOPATUS, *das Biſthumb von Straſburg* Germanis, *l'Evêche de Straſbourg* Gallis, tractus Germaniæ in Alſatia provincia, a Septentrione in Meridiem excurrens in inferiori Alſatia, & partim etiam in Superiori Alſatia extenſus, ad aliquot milliaria Germanica ſed non æque latus, proprio Epiſcopo ſubjectus, & in eo ſunt tantum Benefeldia & Rubeacum oppida alicujus nominis, & Taberna ubi perſæpe commoratur Epiſcopus, cum aliquot locis in Ortnavia.

ARGENTORATUM, urbs ampla Germaniæ ſuperioris in Triboceis teſte Antonino, nunc *Straſburg* incolis, quaſi caſtrum viæ, *Strasbourg* Gallis, *Argentina* Italis, urbs Germaniæ Alſatiæ caput, Imperialis eſt ſeu libera & ſui juris, Epiſcopaliſque ſub Archiepiſcopo Moguntino, ſita eſt in Alſatia inferiori ad Hellelum fluvium *Ill*, ubi cadit in fluvium *la Breuſch* & nomen perdit, mille paſſibus tantum diſtans a Rheno, qui inibi ponte jungitur ligneo ſed oblongo, vocatur etiam Argentina à poſterioribus, eſtque permunita & dives habens Turrim Eccleſiæ Cathedralis miri ac plane ſtupendi operis, 8. milliaribus Germanicis diſtat à Briſaco in Boream, uti 14. à Baſilea, Spiram verſus 12. & Haguenoam 3., à Bipontio autem 15. in Auſtrum, à Nanceio vero & Metis 20. circiter, hic Alemanni à Juliano primum poſtea a Gratiano Auguſto ad 30. millia cæſi, hinc Argenturatenſis nomen gentis.

ARGENTUARIA, urbs Germaniæ Superioris, Ptolemæo, Argentaria Aurelio Victori, nunc eſt *Colmar* urbs Alſatiæ ſuperioris caput, Imperialis antea & libera, nunc ſub dominio Regis Franciæ, prope Hellelum fluvium, vix 2. milliaribus Germanicis a Briſaco in occaſum, quanquam aliis ſit *Horburg* caſtrum Colmariæ urbi vicinum, vix dimidio milliari in ortum, ex quo Colmariam illi ſucceſſiſſe ferunt, Argentuariamque novam dici.

ARGENUM, Straboni & Plinio, quod Argennum Ptolemæo. Vide ibi.

ARGENUS, fluvius Galliæ Celticæ, teſte Plinio, in Britannia minori, nunc *l'Arguenon* dictus, teſte Bertrando Argentræo, alluit Jugonem oppidum, & in mare Britannicum cadit 3. leucis a Macloviopoli in occaſum, uti 10. à limite Normanniæ Briocum verſus totidem.

ARGEUS, mons Cappadociæ. Vide Argæus.

ARGI, Vide Argos.

ARGIA, provincia Peloponneſi in ejus parte orientali Livio, & Ptolemæo, terminabatur a Septentrione Saronico ſinu & Corinthia provincia, ab Occidente Arcadia, à Meridie Laconia, & ab Oriente ſinu Argolico & mari Ægeo, Argolis eſt Melæ, & ſic dicitur ab Argo urbe ejus primaria per quam Inachus fluit, nunc à pleriſque Romania Moreæ *la Romanie* dicitur, & à quibuſdam etiam Saconia *la Sacanie*, totaque ſubeſt dominio Turcarum à duobus ſæculis, ejus urbes præcipuæ fuere alias Argos, Mycenæ, Nauplia, & Epidaurus, nunc vero tantum celebris eſt Nauplia.

ARGIÆ, inſulæ ſunt parvæ Aſiæ minoris in ora Cariæ, ſuntque viginti numero, teſte Plinio.

ARGIDAVA, oppidum Daciæ, Ptolemæo, nunc *Argiſch*, oppidulum Moldaviæ regionis intra montes, teſte Lazio, ad Filiſcum fluvium prope fines Transſylvaniæ, inter Cibinum ad occaſum, & Tergoviſtum ad ortum 8. milliaribus Hungaricis diſtans.

ARGILETUM, locus Romæ, ad palatium, unde tabernæ Argiletanæ apud Martialem libro primo, ibi enim habitabant multi artifices.

ARGINUS, collis Cretæ inſulæ, ad Dictum montem, ſub quo ſpecus, in qua Harpiæ ſe abdiderant.

ARGINUSÆ, inſulæ tres Aſiæ minoris ante Canam oppidum Æolidis, teſte Strabone, quæ a Plinio opponuntur Leſbo, ab Ægis 4. mill. paſſ. diſtantes. Apud

Stephanum adjacent Maleæ promontorio Leſbi. Nomen habent ab Argeno promontorio Leſbi illis proximo, ut videtur.

ARGIOS, fluvius Sardiniæ inſulæ, nunc *Fluminaria* dictus, teſte Franciſco à Vico.

ARGIRES, vel Argirus, urbs Indiæ citerioris, teſte Ptolemæo, nonc ut quibuſdam placet, eſt *Orixa* urbs Regia Golcondæ regni, ſed tantum ex conjectura.

ARGIRUNTUM, urbs Dalmatiæ in Liburnia, Plinio, & in ora maris Adriatici, quam nunc Cluverius interpretatur *Peſcha*. Vide Argyruntum.

ARGITA, fluvius Hiberniæ per oram ſeptentrionalem fluens, & teſte Ptolemæo Robogdios populos rigans, nunc creditur *Ban* ſeu *Band*, fluvius Ultoniæ provinciæ, qui ortus in comitatu Dunenſi poſtea auctus aliquot fluviis per lacum Eaugum labitur, & deinde comitatum Antrimenſem à comitatu Londino-Derienſi ſeparans, infra Colranum in Oceanum Caledonium ſe exonerat, Speedo teſte, ſicque dividit Ultoniam in duas partes, nempe in Citeriorem ſeu cis Bannum & in Ulteriorem ſeu Trans Bannum, quanquam Camdenus exiſtimet Argitam eſſe Lacus *Swilly* oſtium, & Varæus portum *Logh-foil* in agro Derienſi.

ARGITHEA, urbs fuit Epiri, & caput Athamaniæ, tractus in mediterraneis, verſus Theſſaliæ provinciæ limites, Plinio.

ARGIVI, populi Græciæ, quorum frequens eſt mentio apud Poëtas.

ARGLA, *Arglas*, oppidum & portus Hiberniæ, in Ultonia provincia & Comitatu Dunenſi, in littore verſus Scotiam, ad oſtia fluvii *Cog*, & ex adverſo peninſulæ *Ardes*, 14. milliaribus Hibernicis à Rupe Ferguſii in Auſtrum diſtans.

ARGOIA, *das Argow* indigenis, *l'Argau* Gallis, tractus Helvetiæ, & unus ex præcipuis partibus regionis, ſub quo complectuntur pars ampla pagi Bernenſis, quæ eſt ad ortum Arolæ fluvii, uti & pagi Lucernenſis, Solodurienſis, & Sylvanienſis, ſicque extenditur ab ortu in occaſum à Ruſſa fluvio ad Arolam, uti à Septentrione in Meridiem à confinio pagi Baſileenſis uſque ad fontes Arolæ fluvii, in limite Valleſiæ regionis, ubi alias Ambrones populi extitere.

ARGOLICUM MARE. Vide Argolicus ſinus.

ARGOLICUS SINUS, *il Golfo di Napoli di Romania*, pars eſt maris Ægei in ora orientali Peloponneſi, olim ſic dictus ab Argolide regione cui adjacet, nomen autem recens accepit à Nauplia urbe ei adjacente in ejus ora Boreali, eſtque inter Maleam promontorium ad Meridiem, quo à Laconico ſinu ſeparatur, & Scyllæum promontorium Argiæ ad arctos, quo à Saronico dividitur.

ARGOLIS, regio Peloponneſi Melæ, eadem cum Argia. Unde Argolicus nomen gentis apud Poëtas. Hinc Argolicus ſinus apud Ptolemæum.

ARGONA, *l'Argonne*, tractus Galliæ in Campania provincia, extenditur à Septentrione in Meridiem, nempe à Moſa fluvio verſus Moſomum & Sathenacum uſque ad agrum Barrenſem, Catalaunenſe territorium, & Victoriacenſe per 20. leucas, atque inter Axonam & Moſam fluvios, per Diœceſes Catalaunenſem, Remenſem, & Virdunenſem, in quo etiam eſt Archidiaconatus Argonæ, & comitatus Claromontenſis complectitur in hoc tractu, ejus præcipuum oppidum eſt Fanum S. Menehildis, alia oppida ſunt Claromontium, Bellomontium, Francopolis, Varennæ, & Grandipratum.

ARGOS, ſeu Argos Peloponneſiacum Straboni, nunc *Argo*, urbs Græciæ in Peloponneſo, Argiæ regionis caput, olim Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Corinthio, hodie metropolis ſeu Archiepiſcopalis, quanquam in vicum redacta ſit, paucis tantum conſtans incolis ſub dominio Turcarum, ſedet ad Inachum fluvium, 10. mill. paſſ. diſtans à Mycenis, & 26. à Corintho in Auſtrum Spartam verſus 60. circiter, & Hippia cognominata fuit ab equis qui generoſi ibi multique proveniunt, & vendita fuerat à Theodoro Spartæ Duce Venetis, quibus erepta fuit à Mahumete II. Turcarum Imperatore, teſte Chalcocondyla.

ARGOS AMPHILOCHIUM, urbs erat Epiri in Amphilochia tractu, Plinio, inter Ambracium ſinum ad occaſum & Acheloum fluvium ad ortum, nunc *Ierovilia* dicta, teſte Sangallo, qui civitatem magnam eſſe ait figura quadrangulari, ubi ingentia ſuperſunt antiquitatum veſtigia, eſtque in tractu *il Deſpotato* dicto, ſub dominio Turcarum.

ARGOS PELASGICUM, urbs Macedoniæ in Theſſalia à quibuſdam ponitur verſos ſinum Pagaſæum, ſed ab aliis confunditur cum ipſa Lariſſa in campo Pelagiſco ſita, de hac controverſia vide Pauſaniam in Corinthiacis, tametſi ipſa Theſſalia Argos Pelagicum appellata eſt apud veteres, uti à Strabone.

ARGOUS PORTUS, in Hetruria, Straboni, nunc Portus Ferrarius *Porto Ferraio*, ſeu etiam *Porto Ferraro*, portus Æthaliæ ſeu Iluæ inſulæ maris Tyrrheni, teſte Paulo Jovio & aliis, contra Populonium, inde 10. mil. paſſ. in Auſtrum, nuncque ſubeſt dominio magni Ducis Hetruriæ qui eum ſui juris fecit, & munivit tempore Caroli V. Imperatoris, ſed nullam Coſinopolim ibi condidit Coſinus, neque ejus ſucceſſores, ut finxere Porcatius, Maginus & alii poſt eos, & ego ipſe ter teſtis oculatus nullam invenire potui Coſmopolis mentionem in tota Ilua inſula neque in viciniis.

ARGUINUM, *Arguin*, caſtrum Africæ, in ora maris Atlantici, & in Nigritia regione, & tractu Gualata à Luſitanis exſtructum anno 1455. Captum fuit à Belgis unitis anno 1633. & ab Anglis expugnatum hiſce ultimis temporibus. Inſulam habet cognominem in littore, cum aliis minoribus, captum fuit & dirutum à Francis anno 1678., ſicque remanſit in ditione Belgarum.

ARGUS, *l'Arg*, fluvius parvus Germaniæ, in Suevia provincia, Vangenam alluit, & poſtea in lacum Conſtantienſem ſe exonerat prope Langenarchiam oppidulum.

ARGYRIPA, urbs fuit Apuliæ Dauniæ, Straboni, Argypana à Polybio dicta, Arpi Ciceroni & aliis. Vide Arpi.

ARGYROPOLIS, ſuburbium erat Byzantii, alteri ejuſdem urbis ſuburbio oppoſitum: quæ duo ſuburbia ſtabant ante urbem à Turcis occupatam, teſte Nicephoro Calliſto.

ARGYRUNTUM, oppidum Dalmatiæ in Liburnia Plinio, quod Argyrutum Ptolemæo, in ora littorali maris Adriatici Plinio, nunc, teſte Cluverio, eſt *Peſcha* oppidum in ora Giſſæ inſulæ obverſa, ſed teſte Jacobo Petro Luccaro Ragoſæo, hodie dicitur *Obrovazzo*, oppidulum Dalmatiæ prope Novigradum ſub Turcis, & Moletio eſt idem *Novigrad* Novigradum, oppidum Venetorum in Dalmatia, & in ora intimi receſſus ſinus Morlachiæ, cum arce munita, quod melius videtur.

ARHUSIA, *Arhuſen*, urbs Daniæ in Jutia ſeptentrionali, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Lundenſi, cum portu in ora ſinus Codani ſeu maris Baltici, ad oſtia amnis Gutuli *Gude* qui eam præterluit, caput eſt tractus cognominis, & male habita fuit à Suecis anno 1644. nunc autem ſubeſt Regi Daniæ uti antea, 8. milliaribus Germanicis diſtat à Fionia inſula in Boream Alburgum verſus 10. & totidem ab Viburgo in ortum, 17. à Ripa & 15. ab Haderſlebia in Septentrionem.

ARHUSIENSIS DIOECESIS, *le Diœceſe d'Arhuſe* Gallis, *das Stifft Arhuſen* Germanis, tractus Daniæ, & una ex quatuor partibus Jutiæ ſeptentrionalis, verſus oram ſinus Codani extenſa ad 15. milliaria Ger-

Digitized by Google

manica à Borea in Auſtrum, complectiturque 33. territoria cum ſex oppidis & ejus urbe Arhuſia.

Ari, *les Aryes*, populi Americæ meridionalis in Braſilia, verſus præfecturam Portus Securi, in & mediterraneis, Laetio teſte.

Aria, Hiſpaniæ Bæticæ, oppidum conventus Hiſpalenſis, teſte Plinio, hinc mons Ariorum, in Itinerario Antonini.

Aria, *Aire* Gallis, *Arien* Belgis, *Ere* Hiſpanis, urbs munita Belgii in Arteſia provincia intra paludes, ad Legiam fluvium, in confinio Flandriæ comitatus, 3. leucis diſtans ab Audomaropoli in Meridiem Atrebatum verſus 12. & totidem a Bolonia 10 ortum, capta fuit à Gallis anno 1641. uti iterum anno 1676. & ipſis etiamnum ſubeſt pace ad Noviomagnum ſancita.

Aria, regio fuit ampla regni Perſarum Plinio, & una ex ejus quinque partibus magis in ortum extenſa, ſub qua cenſebantur Aria propria, Arachoſia, Drangiana, Gedroſia, & Paropaniſus provinciæ, verſus Indiam porrectæ.

Aria propria, regio Aſiæ in regno Perſarum teſte Ptolemæo, quæ nunc *Sitz-ſtan* & *Choraſan* dicitur, teſte Jacobo Caſtaldo, ejus termini erant a Septentrione Bactriana & Margiana, ab Oriente Paropaniſus & Arachoſia, à Meridie Drangiana, & ab Occidente Parthia, eratque paulo remota ab Hircania. Ejus autem urbs primaria Aria etiam dicta fuit, unde regioni nomen inditum, aliæ urbes ſunt Alexandria & Betara, hinc populi Arii & Arienſes.

Aria, urbs Ariæ regionis caput in Imperio Perſarum Straboni, & Plinio, nunc *Herat* vulgo, ſive *Hera* urbs ex præcipuis Choraſanæ regionis, in regno Perſarum ad fluvium *Heri*, etiamnum ampla & roſis ſuis celebris, ſub qua ſunt plures tractus ſive præfecturæ, eſtque occidentalior Balcho auſtraliorque, teſte Abulfeda, æquali 11. dierum itinere diſtaos à Segiſtano, & a Niſabore, à Chovatizma.

Ariacæ, popoli Scythiæ intra Imaum montem, teſte Ptolemæo, ad Jaxartem fluvium in Sogdianorum confinio, nunc pars Mauralnahariæ regiouis.

Arialbinum, urbs Rauracorum in Germania ſuperiori, de qua fit mentio in Itinerario Antonini, nunc, teſte Cluverio, cum aliis, eſt Baſilea *Baſle*, urbs Germaniæ ad Rhenum fluvium Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Veſontino, crevit ex ruinis Auguſtæ Rauracorum in viciniis, eſtque ex 13. pagis Helvetiorum, quanquam Simlerus credat Arialbinum eſſe Mulhuſium *Mulhauſen* urbem Alſatiæ ſuperioris ad Hellelum, ſed prior interpretatio multo probabilior, Artalbinum habent alii Codices. Vide Baſilea.

Arianthe, oppidum Oenotriorum in Italia Herodoto, nunc *Folone*, teſte Barrio, in Calabria citeriori ad fluvium cognominem, prope Ninæam, ſive ut nunc dicunt, oppidum S. Donati, inter Balbiam & Artemiſium 4. mill. paſſ. diſſitum. Sed potiùs *Arenda* videtur oppidulum ejuſdem provinciæ inter Frigidum & Agellum, ab Amantia 6. mil. paſſ, Agello propius.

Arianum, *Ariano*, caſtrum eſt Italiæ in ditione Eccleſiæ, & in Ducatu Ferrarienſi, ad ramum Padi ab eo cognominatum, in limite ditionis Venetæ, 9. milliaribus diſtat ab Adria in Auſtrum Comaclum verſos, & 25. à Ferraria in ortum æſtivum, ab eo tractus parvus adjacens dicitur Peninſula Ariani, *il Poleſine di Ariano*, vulgo.

Arianum, *Ariano*, urbs Regni Neapolitani, in provincia Principatus Ulterioris, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Beneventano, ſedet in colle arduo, ad radices montis Apennini, eſtque ſatis culta ſub dominio utili Ducis Bovini, qui comes eſt Ariani, ipſamque ſic dictam volunt ab ara Jani, 12. milliaribus diſtat à Benevento in ortum Trevicum verſus, & 25. à Luceria in Auſtrum Abellinum verſus.

Ariaratha, urbs Armeniæ minoris, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Melitenenſi, quæ aliter Ariarſathea dicta fuit, ad montium radices, & non longè à Mela fluvio, 80. mill. paſſ. ab Arcis in occaſum, & totidem à Sebaſtia in Meridiem.

Ariarica, oppidum fuit Sequanorum in Gallia Lugdunenſi, à Veſontione 16. mill. Urbam verſus, inde 24. diſtantem, teſte Antonino, qui nunc dicatur, nondum didici.

Ariaspe, urbs regni Perſarum, alias caput Drangianæ regionis, teſte Ptolemæo, & in ipſo limite Ariæ, ad Arabium fluvium, nunc quibuſdam eſt *Gobinan*, ſed aliis & melius eſt oppidum *Araba* dictum in Sitſiſtana provincia, medium fere inter Candaharium ad ortum & Sitſiſtanum ad occaſum, 240. mill. paſſ. utrinque diſtans, eſtque parvi momenti.

Arica, *Arica*, oppidulum Americæ meridionalis, in ora Peruæ, in Provincia *de los Charcas* dicta, octoginta circiter leucis diſtat ab Argentea urbe in occaſum æſtivum, & totidem ferè a Cuſco in Auſtrum, ſub Hiſpanis; pauciſque conſtat incolis. Sed portum habet capacem, & tutum, cum arce valida.

Arica, *l'Iſle de Sarck*, inſula parva maris Oceani, in littore Normanniæ, pars alias Galliæ, nunc in ditione Anglorum, & parvi circuitos, inter Jarſeiam & Garnſeiam inſulas. Ei adjacet parvus ſcopulus, qui ab Anglis *Little Sarck* dicitur, ſeu parva Arica, dicitur etiam Sarchia.

Aricia, urbs & colonia olim clara Latii, Livio & Ciceroni, in Italia, nunc *l'Ariccia*, caſtrum Campaniæ Romanæ & ditionis Eccleſiæ, Ducatus titulo inſignitum, in colle cum palatio recenti Ducum, 16. mill. paſſ. ab urbe Roma diſtans in ortum, haud procul à Velitris inde 4. milliaribus recedens, parum ab Albano diſtans, ibi porri miræ magnitudinis proveniunt. Ab Archilocho condita orbs traditur, & de Ariciæ Atticæ puellæ nomine dicta, Populi Aricini, & Aricinus nomen gentis, Prope Ariciam olim ſub radice montis in ima valle fuit lacus Aricinus dictus, ſatis parvus qui hodie evaneſcentibus aquis in agrum fœcundiſſimum evaſit, habuiſſe autem hunc lacum originem ſuam ex lacu Nemorenſi teſtatur copioſus rivus qui ex collis vicini latebris profluens molas impetu ſuo convertit, & in hunc uſque diem canalis in lacu Nemorenſi ſpectatur, quem alias pluries vidi cum illa loca viſerem in comitatu Cardinalis Antonii Barberini.

Ariecomici, populi Galliæ Narbonenſis. Vide Arecomici.

Ariconium, oppidum Silurum in Britannia majori, Antonino, nunc teſte Guillelmo Camdeno, eſt vicus *Kencheſter* in Anglia & comitatu Herefordienſi, vix 3. milliaribus ab Herefordia in occaſum, & 3. à confinio Walliæ in ortum, eſtque prope Wagam fluvium, & ex ejus ruinis crevit Herefordia urbs Epiſcopalis in viciniis, quanquam aliis ſit ipſa urbs Herefordia, ejus fit mentio in itinerario Antonini.

Ariel, fluvius Tartariæ minoris, ſeu Precopenſis, qui in Boryſthenem fluvium ſe exonerat infra Circaſam urbem, teſte Mercatore.

Arietis frons, ſeu Criu Metopon Græce, promontorium Tauricæ Cherſoneſi, Ptolemæo, nunc *Im Kermen* dictus ab incolis, & *il Capo Caroſqui* ab Italis, promontorium eſt Tartariæ minoris in ejus ora auſtraliori, cui ſcopoli tres Acuſagores nomine objacent, teſte Nigro, ex adverſo Carambis promontorii Paphlagoniæ in Aſia minori, 260. mill. paſſ. diſtantis.

Arietis Frons, ſeu etiam Criu Metopon, promontorium Cretæ inſulæ, in ejus ora auſtrali ubi vergit ad occaſum, teſtibus Ptolemæo, & Plinio, nunc *il Capo Crio* dicitur, nomen antiquum fere retinens, eſtque in tractu ſeu territorio Cydoniæ urbis à qua 47. mil. paſſ. diſtat in occaſum hybernum & 150. à littore Cy-

Digitized by Google

renaicæ regionis in Septentrionem, teſte Strabone.

Arigia, ſive Aregia, *l'Ariege*, fluvius Galliæ, in Occitania provincia, qui cadit in Garumnam. Vide Alſiuracis.

Arima, *Arima*, urbecula Aſiæ, in ora littorali Japoniæ, & in ea parte quæ *Ximo* dicitut. Portu gaudet commodo in regno *Figen*, 6. leucis Hiſpanicis diſtat à Nangaſachio in Meridiem, & decem circiter ab Amacuſa in ortum. Ibi aliàs multi Chriſtiani.

Arimaspi, populi fuere Sarmatiæ Europææ Plinio, inter Agathyrſos ad Septentrionem, & Roxolanos ad ad Meridiem, erantque ubi nunc forſan Ingriæ provincia, & Ducatus Novogordienſis & Pleſcovienſis in Moſcovia, teſte Brietio, de his pluribus Plinius, cum Solino, qui ſcribunt eos uno tantum oculo præditos in fronte: ſed de hoc fides eſto apud ipſos.

Ariminium, urbs Æmiliæ in Italia, Livio, & Plinio, nunc *Rimini* urbs Romandiolæ provinciæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Ravennate, ſedet in planitie, eſtque elegans & culta in ora maris Hadriatici, ad oſtia fluvii Arimini, ubi pons lapideus pulchræ ſtructuræ, Auguſti Cæſaris opus, olim habuit proprios dominos Malateſtas dictos, nunc autem ſubeſt dominio Summi Pontificis, eſtque inter Bononiam ad occaſum & Anconam ad ortum hybernum quaſi media, ad 70. mill. paſſ. diſſita, & 20. milliaribus diſtat à Piſauro in occaſum æſtivum, 25. à Ravenna in ortum hybernum, & paulominus ab Urbino in Septentrionem. Hic Flaminia via ab urbe Roma perducta terminatur, & Æmilia unde nomen regioni, incipit, Placentiam uſque protracta, Populi Ariminenſes, Reipublicæ Romanæ fideles, nam hæc una ex 18. coloniis quæ Romanis pecunias contra Hannibalem ſuppeditarunt, teſte Livio, hinc Ariminenſis nomen gentis, *Riminese* vulgo.

Ariminus, fluvius Italiæ in Æmilia regione, Plinio, nunc *la Marecchia*, oritur ex Apennino monte vix 4. milliaribus à Fontibus Tiberis in agro Florentino, deinde in ortum æſtivum tendens per Ducatum Urbinatem labitur prope Leopolim, hic per Romandiolam fluens juxta Ariminum in mare Hadriaticum ſe exonerat.

Arimoa, *Arimoa*, inſula Aſiæ, verſus Novam Guineam, & prope oram Septentrionalem Terræ Nigrorum ſeu *des Papaous* vulgò dictæ, à Belgis detecta initio hujus ſeculi. Eſt parvi circuitus, inter inſulas Moam & Guillelmi Schuteni.

Arina, oppidum Mauritaniæ Cæſarienſis mediterraneum, Ptolemæo, Victoriæ urbi finitimum, nunc *Tezela*, teſte Marmolio.

Arinianum, *Arignano*, oppidum alias, nunc vicus Hetruriæ in agro Florentino, ad Arnum fluvium, inter Florentiam ad occaſum hinc 12. mill. paſſ. diſtantem, & Aretium ad ortum.

Arinianum, oppidum Faliſcorum in Hetruria, nunc caſtrum *Rignano*, ſedet in colle in provincia Patrimonii, ſub dominio Summi Pontificis, uno milliari tantum diſtans à Tiberi fluvio, & Ducatus titulo inſignitur, ſed tamen paucis conſtat incolis, ſedet prope Soractem montem, 21. mill. paſſ. ab urbe Roma in Septentrionem Feſcenniam urbem verſus inde 4. Ocriculum verſus diſtantem.

Arintha, oppidum Brutiorum in Italia, Stephano, quod aliis Atiantha, nunc *Folone*, caſtrum Calabriæ citerioris, Paulæ finitimum, inter Mulam & Surdum fluvios, teſte Gabriele Barrio. Vide Arianthe.

Ariodonum, oppidum Norici, nunc ex veteri inſcriptione, eſt *Erding*, vicus Bavariæ 4. milliaribus Germanicis à Saliſburgo diſtans in Boream Pataviam verſus.

Ariola, locus Galliæ Belgicæ, inter Durocortorum & Tullum, ut conſtat ex Itinerario Antonini, forſan *Aillencelles*, ſeu *Vrenil*, aut *Rocourt*, qui ſunt vici ad amnem *le Delin*, in ipſo limite Diœceſis Catalaunenſis, uti & Tullenſis, 24. mill. paſſ. à Catalauno in ortum.

Ariolica, pagus Aquitaniæ in Boïis, qui forzan *Nizeroles* caſtrum, inter Auguſtonemetum & Rodumnam à qua vix 10. mill. paſſ. diſtat in Septentrionem, eſtque in ipſo limite Æduorum.

Arjona, *Arjona*, oppidum Hiſpaniæ, in Vandalitia provincia, duabus leucis ab urbe *Anduxar* diſtans. Vide Auricia, & Alba Vircaonenſis.

Arjona, fluvius Illyrici, apud Scylacem, hodie *Ombla*. Influit in portum Agravonitarum, nunc *Gravoſa* dictum, ſeu S. Crucis, prope Raguſium, teſte Joanne Lucio, viro clar.

Ariorica, locus Galliæ Celticæ, forſan Abiolica in Verbigeno pago, qui nunc *le Bullet*, teſte Cluverio. Vide Abiolica.

Arisabium, urbs Indiæ extra Gangem mediterranea, teſte Ptolemæo, nunc *Ava* urbs regia, Caſtaldo, ſed ex levi tantum conjectura.

Arisbe, ſeu Ariſba, oppidum fuit Troadis, teſte Plinio, ad Sellentem amnem, 20. mill. paſſ. ab Ilio diſtans in Boream, & 15. ab Abydo in ortum, ab eo tractus adjacens dictus fuerat Ariſbæ dynaſtia, una ex novem dynaſtiis Trojani regni.

Ariscotum, *Arschot*, urbs Brabantiæ, in Belgio, cum titulo Ducatus, ad Demeram fluvium, dicitur ſæpius Arſcotium. Vide ibi.

Arisitium, urbs Galliæ, Epiſcopalis in Aquitania Gregorio Turonenſi, nunc exciſa, & ejus veſtigia manent in Ariſiteoſi pago, *le petit païs d'Arſat*, in Rhutenenſi provincia, verſus Æmilianum.

Aristaoium, *Arnſtat*, oppidulum Germaniæ, in Thuringia. Vide Arnoſtadium.

Aritium, oppidum Hiſpaniæ in Luſitania, Ptolemæo, quod Aritium prætorium Antonino, nunc *Benavente* vicus Portugalliæ in Extremadura provincia, teſte Andrea Reſendio, una leuca a Tago fluvio, & 4. à Scalabi prope Salvaterram & 9. ab Olyſipone in ortum.

Arius, fluvius Regni Perſarum, in Aria provincia quam interluit, Plinio teſte, inter occaſum & ortum, urbem quoque illius primariam intermeans, Aria à Ptolomæo dictus, qui nunc *Heri* de urbis nomine appellatur, teſte Jacobo Gollio. Arius etiam nomen fuit gentis ab Aria derivatum.

Arius, lacus Ariæ, in Perſia Plinio, nunc *le Lac de Burgian*, recipit Arium fluvium & alios; eſtque in provincia Sitziſtania.

Arlanso, *l'Arlanzon*, fluvius Hiſpaniæ, in Caſtella veteri, qui alias Arenæ dictus fuit, Burgos urbem rigat & auctus Arlanza fluvio, in Piſoracam ſe exonerat, ad viculum *Quintana de la puente* dictum.

Arlape, oppidum Norici Ripenſis, ex libro Notitiæ, nunc *Erla* vicus Germaniæ in Auſtria inferiori, teſte Lazio, ad Danubium fluvium, ubi is fluvium cognominem excipit, ad Pechlarnom oppidum quod Arlape ſucceſſiſſe videtur, fluvius vero Arlape ſive Arlapa, *Erlaph* dicitur.

Arlodium, & Allodum, *Arleux* olim *Alleux*, oppidum Belgii in comitatu Arteſiæ, & alias in Cameraceſio tractu, 4. leucis diſtat a Cameraco in Boream Duacum verſus, ſubeſtque dominio Francorum pace ad Pyrenæos ſancita.

Arma, *Arma*, & *Santiago d'Arma*, oppidum regni *Popaiani*, in America meridionali, prope fluvium Caucam, 50. leucis diſtat ab urbe Popaiani in Septentrionem, & 25. ab oppido S. Fidei Antiochiæ in Meridiem ſub Hiſpanis.

Arma, *Arma*, provincia regni Popaiani in America meridionali, inter Cartamam provinciam ad Septentrionem & Paucuram ad Meridiem, juxta fluvium

Caucam extenſa, cum urbe cognomine.

Armacha, *Armagh*, urbs Hiberniæ inſulæ, & Ultoniæ provinciæ caput in Armachano comitatu, ſedet ad fluvium *Kalin*, ſed incendiis deformata & pene diruta jacet a multis annis, & antiquitus loco *Drumſailich* nomen fuit, Spec. teſte, Archiepiſcopali ſede decorata fuit anno 1151. ab Eugenio III. Pontifice Maximo, & ejus Archiepiſcopo qui totius Hiberniæ primas eſt, ſuffraganutur Epiſcopi Dunenſis *Dovvne*, Connerenſis *Conner*, Midenſis *Meath*, Derrienſis *Derry*, Clocherenſis *Clogher*, Ardachadenſis *Ardagh*, Rapotenſis *Rabogh*, Dromorenſis *Dromore*, Kilmorenſis *Kilmore*, & Cluanenſis *Kiloom* aliis *Cloney*, urbs ipſa Armacha 12. milliaribus Hibernicis diſtat a lacu Eango in Auſtrum Monaghanum verſus totidem, & 48. à Dublino in Septentrionem, hinc Armachanus nomen tis.

Armachanus comitatus, ſive ager, *Armagh countie*, tractus Hiberniæ, in Ultonia provincia, inter Dunenſem comitatum ad ortum, Derrienſem comitatum ad Boream, & Monaghanum ad occaſum & Auſtrum, ejus præcipua urbs eſt Armacha ad *Kalin* fluviolum.

Armadabatum, *Amadabat*, quæ & *Harimedevvat*, urbs Aſiæ prædives & ampla, non procul à mari Indico, regno Guzaratæ cujus caput exiſtit, in ditione Magni Mogolis, & ex præcipuis illius Imperii. Dicitur ab aliis *Amadabath*, 18. leucis diſtans ab urbe Cambaia, uri 45. ab urbe Surata in Septentrionem, & à quibuſdam creditur Barbari dictam fuiſſe ab antiquis.

Armalausi, populi fuere Germaniæ Tacito, ubi nunc Palatinatus ſuperior ſeu Nortgoia. Ibi antea erant Nariſci, ut exiſtimat Cluverius.

Armamentarium, ſeu Armentarium, locus Batavorum excíſus in Hollandiæ comitatu, nunc, teſte Philippo Cluverio, eſt *Roomburg*, vicus prope Lugdunum Batavorum, ſed aliis eſt *t'huys te Bretten*, locus ad Cattorum vicum, qui à Lugduno una leuca diſtat verſus littus maris, ut dignoſcitur etiam ex veteri inſcriptione ibidem inventa, teſte Abrahamu Ortelio, in Theſauro Geographico.

Armanas, fluvius Armeniæ. Vide Arſanates.

Armanothia, *Armanoth*, Camdeno, *Ard-Meanach* Roberto Gordonio, tractus Scotiæ ſeptentrionalis, ubi alias forſan Cantæ & Lugi populi, altiſſimis montibus refertus eſt, & pars eſt provinciæ Roſſiæ ad ortum extenſa, inter Vararis & Cromarti æſtuaria verſus oram Oceani, & confinia Moraviæ provinciæ.

Armasanicæ, *Aymargues*, oppidum Galliæ in Occitania. 2. leucis ab Aquis mortuis diſtans in Septentrionem ad amnem *Viſtre*, & 6. ab Arelate in occaſum, teſte Catello.

Armauria, urbs Armeniæ majoris, Stephano, inter fontes Euphratis & Lichnitem paludem, & 50. milliaribus ab Artaxata in occaſum.

Armenia major, quæ proprie & vere Armenia, Straboni, & Plinio, nunc vulgo dicta *l'Armenie & le Curdiſtan* ex parte incolis & exteris, *Armenioba* Georgis, regio eſt Aſiæ perampla, & notiſſima, à Septentrione dividitur ab Iberia & Colchide Moſchicis montibus; à Meridie monte Tauro à Meſopotamia, & monte Niphate ab Aſſyria diſcernitur, ad occaſum habet Euphratem fluvium, quo à Cappadocia & Armenia minori dividitur, & ab ortu monte Caſpio à Media ſeparatur, ejus partes fuere alias plurimæ, teſte Dominico Mario Nigro, uti infra, & Euſtathius ſcribit Armeniam à Juſtiniano Imperatore in quatuor partes diviſam fuiſſe, primamque Heptapolim dictam, ſecundam Pentapolim, tertiam Herxapolim, & quartam Tzopharem & Balbitenam vocatam, Reges olim habuit proprios magni nominis, nunc autem pro majori parte ſubeſt dominio Turcarum, & ejus minuta portio ad ortum Regi Perſarum paret, eſtque etiamnum probe culta, ſed ex ejus innumeris urbibus antiquis ſuperſunt tantum quædam alicujus momenti, uti *Erzerum* quæ regionis præcipua eſt, *Van* alias Arthemita, *Teflis* olim Artaxata, *Cars*, *Revan*, & *Derbent* olim Caſpiæ portæ: nomen ab Armenio Jaſonis comite habere fertur. Et inde Euphrates & Tigris fluvii ortum ducunt. Populi Armenii, *les Armeniens* etiam Gallis, *gli Armeni* Italis.

Armeniæ majoris provinciæ fuere.

Arſia.
Bagravandene.
Baſiliſſene.
Cambyſena.
Colthene.
Cortea.
Cotarzena.
Enſena.
Gordiena.
Gorgarena.
Hobordene.
Igordena.
Saccaſina.
Sapacene.
Soducena.
Sophena.
Sybacene.
Syſpiretida.
Thoſpitis.

Armeniæ majoris urbes præcipuæ fuere.

Anzeta.
Armactica.
Armauria.
Arſamoſata.
Artaxata.
Arthemita.
Babila.
Baliſbiga.
Carcathiocerta quæ & Artaſigarta.
Matuſtana.
Naxuana.
Raugonia.
Tarina.
Thoſpia.
Tigranoama.
Tigranocerta.

Armenia minor, Livio, *Aladuli* nunc vulgò dicta, teſte Nigro cum aliis, quanquam Leunclavio ſit *Ac-coionlu*, id eſt Albarum ovium regio, quæ revera ejus pars eſt Colchidi vicina, regio eſt Aſiæ minoris, magis ad ortum extenſa, & olim Cappadociæ pars, terminatur à Septentrione Colchide & Ponto, ab occaſu Cappadocia, à Meridie Cilicia & Syria, & ab ortu Armenia majori, à qua ſeparatur Euphrate fluvio. Tota nunc ſubeſt Turcarum dominio, & ejus partes ſunt duæ, *Pegian* & *Bozoch* dictæ, ibi urbs præcipua *Maraz* quæ Metita, & forſan Marala, & Carmala dicta fuit, cum alias in ea plures eſſent urbes alicujus momenti, uti Comana, Melitena, Nicopolis, Satala, & Simyra.

Armenius mons, in Armenia majore, teſte Dionyſio, juxta Iberum fines, ex quo Phaſis Colchorum fluvius erumpit; qui Moſchicus mons à Ptolemæo dicitur. Vide Moſchicus mons.

ARMENTARIÆ, *Armentieres*, oppidum Flandriæ, ad Legiam fluvium prætenito bello notum, diſtat ab Ipra 3. leucis in Meridiem, ab Inſula 3. leucis, 4. à Baſſca in ortum æſtivum, & 3. à Belliola; eſtque elegans oppidum, & ſub dominio Regis Franciæ ab anno 1668. pace ad Aquiſgranum confecta.

ARMENTIA, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis in Cantabris, olim Epiſcopalis ſive ubi ſedes Epiſcoporum Alavenſium, nunc *Armentequi*, vicus Hiſpaniæ in Alava provincia Caſtellæ veteris, media tantum leuca a Victoria urbe diſtans, teſte Oihenarto, & dicitur etiam *Armenza* a quibuſdam.

ARMENTIO, *l'Armanſon*, fluvius Galliæ, in Burgundiæ Ducatu. Oritur ſupra Semurium oppidum quod alluit, in Alexienſi tractu, Tornodorúmque rigat, & in Icaunam cadit infra Antiſſiodorum.

ARMINA, ſive Armena, (utroque enim modo legitur) vicus Paphlagoniæ, Straboni & Plinio, ad Sinopem urbem, nunc *Carini*, teſte Moletio. Vide Armene.

ARMENIACENSIS COMITATUS, *l'Armagnac*, ſeu *le Comté d'Armagnac*, provincia eſt Galliæ in Aquitania ſeu Vaſconia ſuperiori, aliaſque comites habuit in Hiſtoriis Francicis percelebres, ejus partes nunc ſunt Armeniacenſis tractus ſuperior qui ad ortum, *le haut Armagnac*, cujus urbes ſunt Lactora provinciæ caput, & Auſcii; & Armeniacus tractus inferior ſeu Niger, *l'Armagnac le Noir*, ubi Nogarolium, & ſub ipſo etiam continentur tractus ſeu regiunculæ Aſtaracenſis *l'Eſtarac*, cujus caput Marſiacum, *Marſiac*; Bruleſium ditio *le Brulhois*, ubi oppidulum *la Plume*; Eluſatenſis tractus *l'Euſan*, ubi Eluſa *Euſe*; Gaurenſis comitatus *le Comte de Gaure*, cujus caput Florentia *Florence*; Lomania *la Lomagne* ſeu *Loumagne*, ubi oppidulum *la Vit* ſeu *la Bit*; Manoacenſis ager *le Magnoac*, in quo Caſtrum novum Manoacenſe *Caſtelnau de Magnoac*; & Montenſis tractus *les Montagnes d'Armagnac*, ubi oppidulum Sarrancolinum *Sarrancolin*; terminatur autem hæc provincia à Septentrione Aginnenſi provincia, & Condomenſi agro, ab ortu Occitania, ab occaſu Vaſconia propria, Benearnia, & Bigerrenſi comitatu, à Meridie vero Convenenſi agro.

ARMIRUS, *l'Armiro*, fluvius parvus Cretæ inſulæ, forſan olim Ooxes dictos: oritur ex monte Ida & per agrum Candiæ decurrens in mare Creticum ſe exonerat prope Caſtrum vetus.

ARMORICA, regio Galliæ Celticæ, extrema ad Oceanum, & in occaſum valde extenſa, quæ poſtea Britannia minor dicta, vulgò *la Bretagne* Gallis, & *Lhydavv* incolis antiqua lingua, teſte Roberto Cænali, olim Reges & poſtea Duces habuit proprios per plura ſæcula, tandem adjuncta fuit regno Franciæ ſub Carololo VIII. Rege, cui nupſit Anna Duciſſa & hæres hujus provinciæ anno 1488. dividiturque in novem Diœceſes ſeu diſtrictus, Populi Britones apud Eginhartum & Jornandem. Hinc Armoricus Fortunato. Vide Britannia minor.

ARMORUM CAPUT, *il Capo dell'Armi*, promontorium eſt Italiæ in Calabria ulteriori, quod prope fretum Siculum in mare Jonium excurrit, & alias Rhegium promontorium dictum fuit, teſte Brietio. Vide ibi.

ARMOSATA, urbs Armeniæ Ptolemæo, quæ Arſamoſata, & Arſamote Plinio, juxta Campum pulchrum, Polybio teſte, qui eam ut in nummo M. Aurelii Armoſatam appellat, ſedet in limite Meſopotamiæ ad Chaboram fluvium. Vide Arſamoſata.

ARMOTIA, *l'Iſle d'Armot*, inſula parva Galliæ, in ora Santoniæ provinciæ, Brietio teſte & aliis.

ARMUZIA, inſula Perſidis, Plinio, Armuza Ptolemæo, Armozus Straboni, Harmoſa Ariano, *Ormus* nunc exteris, *Ormous* incolis, inſula eſt parva Imperii Perſarum, cum urbe cognomine in ora Carmaniæ & in faucibus ſinus Perſici, inter Armozum promontorium Carmaniæ, à quo forſan nomen ſortita eſt, & Aſaborum promontorium Arabiæ fœlicis, & ab antiquis etiam Organa dicta ſunt, ut credit Varrerius, inſula celebris eſt unionum copia & piſcatione, ejus vero circuitus eſt 9. mill. paſſ. & 12. milliaribus diſtat ab ora littorali Perſiæ & Carmaniæ provinciæ; urbs autem, quæ regni Armuzii caput eſt, nunc diruta tantum gaudet arce probe munita, & diſtat 150. leucis Hiſpanicis circiter ab oſtio Indi fluvii in occaſum, à Teredone 160. ſimilibus leucis in ortum, 70. vero à Maſcato in Septentrionem. Alias Reges habebat proprios, ſub clientela tamen Luſitanorum qui illam urbem ſui juris fecerant anno 1517. Duce Alphonſo Albuquerquio, nunc autem ſubeſt dominio Perſarum qui inde Luſitanos & Regem inſulæ ejecerunt, arcemque illam munitiſſimam pluries Arabum & Turcarum armis fruſtra tentatam auxilio Anglorum expugnarunt die 25. Aprilis 1622. & ab eo tempore urbs iſta, alias emporium celeberrimum, ſic defecit, ut nunc deſtructa & deſerta jaceat; manet tantum caſtrum in ditione Perſarum, & ex ejus ruinis crevit urbs *Gambron*, ſeu *Bander Gamron*, in vicinis, & in proxima continenti Perſiæ.

ARMUZIUM REGNUM, *le Royaume d'Ormus*, regnum eſt parvum Aſiæ partim in Perſide & in Carmania regione verſus fauces ſinus Perſici, & partim etiam in Arabia fœlici, verſus Azaborum promontorium, extendebaturque etiam verſus oram ad ortum ad Mocheſtanum, ſed de ejus partibus & urbibus non eſt facile ſtatuere, alias Reges habuit proprios & Luſitanorum vectigales, qui ſub illorum tutela regno potiebantur, & perſæpe Mocheſtam commorabantur, ſed ex quo Armuzia ejecti ſunt Luſitani, anno 1622. illius ultimus Rex *Seid Mahomet Scach* dictus, in perpetua cuſtodia detentus fuit uſque ad ejus obitum, & ejus regnum a Perſis occupatum ipſis etiamnum ſubeſt, dempta tantum parte ipſius in Arabia ſita, & verſus oram auſtralem ſinus Perſici extenſa, quæ Arabibus paret, ut dignoſcitur ex relationibus illarum partium, hinc Armuzianus nomen gentis *Ormuziano* vulgò, totius autem regni primaria urbs erat Armuzia *Ormus*, in inſula parva cognomine, unde nomen ei inditum.

ARMUZUM EXTREMUM, promontorium eſt Carmaniæ in regno Perſarum, teſte Ptolemæo, nunc *le Cap d'Ormuz*, in confinio Perſidis ad fauces ſinus Perſici, contra Arabiæ fœlicis oram proximam, in qua Aſaborum promontorium.

ARNA, oppidum fuit Umbriæ Plinio, Mevaniæ & Hiſpello finitimum, licet ejus nullum exſtet veſtigium. Populi Arnates Plinio.

ARNÆUM DUCIUM, *Arnay le Duc*, oppidum Galliæ in Burgundiæ Ducatu, in Alexienſi tractu, 6. leucis diſtans à Sadoleuco in ortum, & totidem ab Auguſtodino in Septentrionem, ad fontes Arroſii fluvii, eſtque peramœnum & cultum.

ARNAPA, *Hoorendiep*, fluvius parvus Belgii uniti, teſte Ortelio, oritur in Drentia tractu Tranſiſalaniæ, deinde per Groningenſe dominium fluens, Groningam urbem rigat, & paulo infra in Huneſum fluvium *Reit diep* ſe exonerat.

ARNE, urbs fuit Phtiotidis in Theſſalia, cujus meminit Plinius.

ARNEBURGUM, *Arneburg*, oppidulum Germaniæ, ad Albim fluvium in veteri Marchia Brandeburgica, 2. milliaribus Germanicis ab Havelberga in Meridiem, & 7. a Magdeburgo in Septentrionem. Paucis conſtat incolis, & ferè dirutum fuit tricennali bello à Suecis.

ARNEDUM, *Arnedo*, oppidulum Americæ meridionalis,

dionalis, in tegno Peruæ, & præfectura Regum, diſtat 16. leucis à Civitate Regum in Septentrionem. Portu gaudet utcunque capaci, in ora maris Pacifici ſeu Auſtrini, teſte Laetio.

ARNEMUDA, *Armuyden*, oppidulum Belgii uniti, in Zelandiæ comitatu & Valachria inſula, in ora è fronte Bevelandiæ auſtralis, ſub dominio provinciarum onitarum Belgii, ſed nunc fere deſertum jacens ob portum limo obſtructum, dimidia leuca diſtat à Midelburgo.

ARNESTUM, oppidum fuit Apuliæ Peucetiæ, teſte Antonino inter Barium & Egnatiam, à Bario 22. mil. paſſ. haud procul à Converſano urbe.

ARNHEIMENSIS TETRARCHIA, *le quartier de Arnheim*, tractus Belgii uniti in Gueldriæ Ducatu, qui aliter Velavia. Vide ibi.

ARNHEMII REGIO, *t'Landte van Arnheim* Belgis, *la Terre d'Arnem* Gallis, pars terræ auſtralis noviter detecta à Belgis, in ora maris Anchidolii, ad Meridiem novæ Guineæ, inter Carpentariam & terram ſeu regionem Concordiæ.

ARNHEMIUM, *Arnheim*, urbs Belgii uniti in Gueldria. Vide Arenacum.

ARNHUSIA, *Arnhuſen* vulgò, oppidulum Germaniæ in Pomerania ulteriori, & in Caſſubia tractu, prope Regam fluvium in ipſo limite Marchiæ Brandeburgicæ, 4. milliaribus Germanicis diſtat ab ora maris Baltici, & à Colberga urbe in Meridiem, uti 2. à Belloguardia, eſtque ſub dominio Electoris Brandeburgici.

ARNISIUM, *Arnish*, caſtrum excelſum Hiberniæ, in Ultonia provincia & Comitatu Armachano, medium ferè inter Armacham & Lugum urbes.

ARNON, torrens Palæſtinæ, inter Amorrhæos & Moabitas fluens, quem incolis nunc *Adramelech* dici Thevetus teſtatur, in mare Mortuum ſe exonerat.

ARNOSTADIA, *Arnſtad*, oppidulum tenue Germaniæ, in Thuringia provincia ad Geram amnem. Vix 3. milliaribus Germanicis diſtat ab Erfordia in Meridiem, & paulò ampliùs à Gotha cum arce, dicitur etiam Arnſtatum, eſtque in ditione Comitum Schwartzenburgiorum, qui in ejus arce commorantur.

ARNSBERGA, ſeu Arenſberga, *Arnsberg*, oppidum Germaniæ in circulo Weſtphaliæ, & in Ducatu Weſtphaliæ propriæ, cum caſtro in colle & ponte ad Ruram fluvium, in ditione Electoris Colonienſis cum toto tractu, eſtque parvi circuitus, 12. mill. paſſibus diſtat à Suſato in Meridiem, & 37. à Paderborna in occaſum Coloniam verſus 55. circiter.

ARNSBERGENSIS COMITATUS, *le Comté d'Arnsberg*, provincia Germaniæ in circulo Weſtphalico, & in Weſtphalia propria, cujus maxima pars exiſtit, Comites olim habuit proprios, ſed anno 1368. die 25. Auguſti illum Cuno de *Falkenſtein* Archiepiſcopus Colonienſis adjecit ditioni ſuæ, poſt obitum Godefridi ultimi Comitis, ſicque etiamnum juris eſt Colonienſis, oppidum habens præcipuum *Arnsberg* dictum, eſtque inter Diœceſim Paderbornenſem ad ortum, comitatum Marchiæ ad Septentrionem & occaſum, & Veſtervaldiam ad Meridiem. Vide Weſtphaſia.

ARNSBURGUM, *Arnsburg*, arx inſulæ Oſiliæ, in mari Baltico & ditione Suecica, verſus Livoniam & fauces ſinus Rigenſis. Vide Arenſburgum.

ARNUS, *l'Arno* Italis, *l'Arne* Gallis, fluvius Italiæ in Tuſcia, oritur ex Apennino monte in Florentino agro, prope vicum *S. Maria delle gratie* dictum, in confinio Romandiolæ Florentinæ, 15. milliaribus à fontibus Tiberis in occaſum, deinde in Meridiem Aretium verſus, ibi auctus Glanis paludibus poſtea in occaſum fluit, & receptis Ambra amne, & Siena fluvio, Florentiam bifariam ſecat, hinc auctus Biſentio & Ombrone, & lintrium capax effectus, prope montem Lupi recipit Peſam fluvium, uti Elſam ſupra fanum S. Miniati, & Eram Peſciamque ad Pontem Eræ tandem Piſam interluit & 8. mill. paſſ. infra in mare Tyrrhenum ſe exonerat, 6. mill. paſſ. ab oſtiis Auſeris in Meridiem Liburnum verſus duodecim, ejus meminere Rutilius, Strabo, Plinius, & alii.

AROA, & Arroa, *Arroe*, inſula Daniæ parva admodum, in mari Baltico, inter Fioniam inſulam & Ducatum Sleſvicenſem. Vide Arroa.

AROASIA, *Aronaiſſe*, vicus Galliæ cum Abbatia in Arteſiæ comitatu, verſus Bapalmam.

AROCELUM, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis in Celtiberis, nunc, teſte Varrerio, eſt *Nodales* caſtrum Caſtellæ veteris, inter Seguntiam urbem & Methymnam cœli oppidum cui proprius eſt, in limite Aragoniæ, quod etiam confirmatur à Jacobo Delgado, hinc Arocelitani populi Plinio, ſed, teſte Garabeio, Arocelum eſt *Araquil* ſeu *Huarte Araquil* in Navarræ regno; quòd etiam Aracilum a quibuſdam dicitur. Vide ibi.

AROER. Vide Areopolis.

AROLA, *l'Aar*, fluvius Helvetiorum præcipuus, teſte Regnone, oritur ex monte Aduls, nunc D. Gothardi, prope fontes Rhodani & Ticini fluviorum, deinde per pagum Bernenſem verſus Boream fluens, per lacum Brientinum labitur, uti per Thunenſem lacum, hinc Bernam rigans, paulò ſupra Arbergam recipit Sanam fluvium, uti poſtea Tielam, deinde Solodorum rigans, & recepto Emma fluvio, ad Arolæburgum & ad Arbergam labitur, hinc prope Aquas Helveticas auctus Ruſſa & Limago fluviis, tandem Rheno miſcetur prope Waldhuſtum oppidum Sueviæ, ab eo tractus adjacens dicitur Argoia *l'Argovv* vulgo.

AROLA, *Arool*, urbs parva Moſcoviæ auſtralis, ad Occam fluvium, in Ducatu Vorotino, 40. milliaribus Germanicis diſtans à Moſcua urbe in Auſtrum, uti 20. à Vorotina, teſte Iſaaco Maſſa.

AROLA, *l'Ayr*, fluvius parvus Galliæ, oritur in Barredſi Ducatu prope Ligniacum, deinde in Septentrionem tendens rigatis Claromonte & Varennis, per Campaniam labitur ad Grandipratum, & paulo infra Axonæ miſcetur.

AROLÆ-BURGUS, *Aarburg*, oppidum eſt pagi Bernenſis, in Helvetiis, ad Arolam fluvium, cum caſtro in colle, 15. mill. paſſ. infra Solodurum in ortum, Aquas Helveticas verſus 22. eſt in Argavia, & dicitur etiam Arburgum.

AROMAIA, *Aromaia*, provincia Americæ meridionalis, in nova Vandalitia, non longe ab oſtiis fluvii *Orinoque*, verſus Caribanam regionem, teſte Laetio.

AROMATA, promontorium Æthiopiæ, Ptolemæo, nunc *el Capo di Guardafumi*, Joanni Bario & Mercatori, *le Cap de Guardafuy* Gallis, promontorium Æthiopiæ in Azania regione, & in ejus ultimo receſſu ad ortum maxime porrecto, in ora Azanii maris, ubi incipit mare Erythræum, ibi nunc pars orientalis Regni Adelis, ex adverſo Arabiæ fœlicis & prope Dioſcoridis inſulam, à qua vix 40. leucis Gallicis diſtat in occaſum, & 200. à faucibus maris Rubri in ortum.

AROMATUM INSULÆ, *las Iſlas de la Eſpecieria*, ſic vocantur ab Hiſpanis Moluccæ inſulæ perſæpe, quod Aromatum proventu celebres exiſtant. Vide Moluccæ.

ARONA, *Arona* incolis, *Arone* Gallis, oppidum eſt Italiæ in Ducatu Mediolanenſi, ad occidentalem ripam Lacus Verbani cum arce munita gentis Borromææ, ſedet in comitatu Angleriæ & Diœceſi Mediolanenſi, quanquam intra fines Novarienſis inſertum ſit, & 8. mille paſſibus diſtat ab Angleria oppido in adverſa ejuſdem lacus ripa proximo. Conditum fuit ab Obizone Comite anno 984. & S. Caroli Borromæi natalibus

clarum eſt, 16. milliaribus diſtans à Novaria in Boream Voconiam verſus 18. & 34. a Mediolano in occaſum æſtivum, & pro majori parte fœdo conflagravit incendio anno 1674, menſe Julio, arce etiam ex parte diruta.

ARONCÆ, populi Africæ, in Libya interiori, Ptolemæo, forſan ubi *Benin* regnum Guineæ, Mercatore teſte.

AROSIA, *Aroſen*, urbs Sueciæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Upſalenſi, ubi argenti fodinæ fuere, dicitur etiam *Weſteras*, eſtque Veſtmanniæ provinciæ primaria, prope lacum *Meler*, cum arce; ſed parva admodum, 4. milliaribus Uplandicis ab Arbogia in ortum diſtans, & 10. ab Holmia in occaſum. Anno 1521. validus Chriſtierni II. Daniæ Regis exercitus hic cæſus & fugatus fuit à Guſtavo Erici Dalecarlorum Ductore, poſtea Rege Sueciæ; & anno 1544. regnum Sueciæ electivum in hereditarium mutatum fuit in hac civitate.

AROTERES, populi Æthiopiæ ſuperioris, ad ſinum Adulicum in Trogloditica regione, teſte Plinio.

AROTERES, populi Scythiæ parvæ, in Thraciæ Moeſiæque confinio, teſte Plinio, & circa Dionyſiopolim urbem incolentes, in ora Ponti Euxini.

AROTREBÆ, populi Hiſpaniæ Tarraconenſis, Plinio, extremi ad occaſum. Vide Artabri, ſive Artabrum promontorium.

AROVIUM, *Aravv*, oppidum Helvetiorum, parvum ſed elegans in pago Bernenſi & in Argoia tractu, ad Arolam fluvium, uno milliari magno ab Arburgo remotum, ubi olim Rorenſe caſtrum.

AROISUS, *el Aroy*, fluvius Americæ meridionalis. Oritur ex lacu Caſſipa, & in fluvium *Orenoque* cadit, in Nova Vandalitia.

ARPI, urbs Apuliæ Dauniæ, in Italia, Straboni, & Plinio, quæ Argos Hippium, & Argyrippa a Græcis dicta, nunc prorſus exciſa, durat nomen loco *l'Arpi* vulgo, in Capitanata provincia, 6. milliaribus à Foggia in Boream, inter Luceriam ad occaſum & Sipontum ad ortum duodecim milliaribus diſtans.

ARPII, populi fuere Mœſiæ inferioris, teſte Ptolemæo, quorum regio Getarum ſolitudo dicta fuit, teſte Nigro, nunc vero *la Beſſarabie* à Beſſis populis, in qua Arpis urbs ipſorum caput, in ora Ponti Euxini, prope oſtia Iſtri fluvii, quæ nunc *Bialogrod* dici putatur, teſte Ortelio, ſed aliis eſt *Falconara* oppidum in illo tractu.

ARPINUM, oppidum Volſcorum in Latio, Plinio, patria Marci Tullii Ciceronis, & Caii Marii, nunc *Arpino*, caſtrum eſt regni Neapolitani, in provincia Terræ Laboris, & in confinio ditionis Eccleſiæ, ſedet in colle excelſo, & paucis nunc conſtat incolis, diſtat autem 4. milliaribus à Sora in ortum hybernum, montem Caſſinum verſus novem, & duobus tantum à Liri fluvio, hinc populi Arpinates dicti.

ARPIS, urbs Mæſiæ inferioris ad oſtia Iſtri, Ptolemæo teſte. Vide Arpii.

ARPONIUM, oppidum Italiæ in magna Græcia, Livio, nunc, teſte Barrio, eſt *Cerchiara* caſtrum regni Neapolitani in Calabria citeriori, in colle ad radices montium & ad Cyrim fluvium parvum, inter Langariam urbem exciſam & Coſanum urbem 4. mill. paſſ. & ſex tantum ab ora maris Jonii in occaſum.

ARQUA, *Arqua*, caſtrum Italiæ, in dominio Reipublicæ Venetæ & territorio Patavino, celebre longa habitatione & ſepultura Petrarchæ Poetæ celeberrimi, 9. mill. paſſ. diſtat à Patavio in Meridiem, 4. autem ab Ateſte in Septentrionem.

ARQUATUM, *Arquata*, oppidulum Italiæ, in ditione Eccleſiæ & in Marchia Anconitana ad radices Apennini, juxta Truentum fluvium & verſus limites Aprutii, 7. mill. paſſ. diſtat ab Aſculo in Meridiem.

ARRABO, fluvius Pannoniæ, nunc *le Rab* & *Raab* dictus, oritur in Stiria inferiori prope Gracium, deinde in ortum tendens per Hungariam inferiorem labitur, & per comitatus Zaladienſem, Caſtriferrei, & Javarinenſem, ubi receptis Lauſnitio, Binca, Guntia, rigatiſque Fano S. Gothardi, & Kermendo, infra Sarvarium in duo brachia diviſus, quorum ſiniſtrum *Rabnitz* dicitur, Arrabonem inſulam *l'Iſle de Rab* efficit ad 7. milliaria Germanica extenſam, & tandem ad Arrabonem denuo junctus in Danubium ſe exonerat, eſtque nobilis victoria Gallorum contra Turcas anno 1664. in ejus ripa, ad Kernendum oppidum.

ARRABO, urbs Pannoniæ ſuperioris, Antonino, nunc *Gevver* incolis Hungaris, *Rab*, ſeu etiam *Raab* Germanis, *Javarin* Gallis, & *Giavarino* Italis, urbs Hungariæ inferioris munitiſſima, & Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Strigonienſi, ad Danubii fluvii ramum dextrum ubi recipit Arrabonem, è regione inſulæ Scutiæ minoris, alias capta fuerat à Turcis anno 1591. ſed poſtea mirabili audacia recepta a Domino de *Vaubecourt* nobili Gallo anno 1606. nunc ſubeſt dominio Auſtriacorum, eſtque caput comitatus Javarinenſis 5. milliaribus Hungaricis diſtat à Comara in occaſum, uti 8. a Strigonio, 14. ab Alba Regali in Septentrionem Poſonium verſus 10, & a Vienna 16. in ortum hybernum.

ARRACAMUM, Gallis *Arracan*, Luſitanis. *Arracaon*, urbs Aſiæ, in India ulteriori, prope ſinum Gangeticum. Primaria eſt regni cognominis, ad fluvium *Martaban*; & diſtat à mari 6. milliaribus, à civitate Pegu 140. milliaribus in occaſum, & totidem a Catigano in Meridiem.

ARRACANUM REGNUM, *le Royaume d'Arracan*, regio Indiæ extra Gangem, alias ſub rege proprio poſtea ſub Peguano regno, iterum ſui juris, terminatur à Septentrione regnis Cacomæo & Tapoura, ab ortu Canaranæ & Brema, ab occaſu ſinu Gangetico, & à Meridie Regno Peguano, urbem habens primariam cognominem, & nunc ſubeſt Regi Avæ.

ARRAGONIA, *l'Aragon*, regnum Hiſpaniæ, dicitur melius Aragonia. Vide ibi.

ARREGIANIA, *Arregian*, ſive *Argian*, tractus regni Perſarum, & Suſianæ extrema pars, cognominem habens urbem ad fluvium Eulæum, quæ videtur eſſe Urzan Ptolemæi, teſte Jacobo Gollio.

ARREICIUM, civitas Armeniæ, ubi S. Dionyſius Mediolanenſis exulavit, ut in ejus vita apud S. Ambroſium, quid ſit nunc non conſtat.

ARREMARENSE CŒNOBIUM, *Monſtier-Ramey*, ſeu & ſæpius *Montiramey*, Abbatia Galliæ, in Campania provincia, ad fluviolum *Barſe*, 4. leucis à Trecis in ortum.

ARRHATA, lacus Africæ Æliano, juxta Rhizophagos populos qui lacus nunc *Lacus monachorum* nominatur, teſte Livio Sanuto.

ARRIACA, ſeu Carriaca, oppidum Carpetanorum in Hiſpania Tarraconenſi, teſte Antonino, nunc *Ghadalajara*, oppidum Caſtellæ novæ, Algarriæ tractus caput, ad fluvium Carracam *Henares*, diſtat 4. à leucis à Compluto in ortum æſtivum Segontiam verſus 15.

ARRIANUM, oppidum Norici, de qua fit mentio in Notitia Imperii, nunc teſte Wolfgango Lazio, eſt *Altenhoffen* quaſi vetus curia, caſtrum Auſtriæ inferioris ad Danubium fluvium, inter Aniſum urbem

ad occaſum & Grimam oppidum ad ortum, 2. milliaribus Germanicis utrimque diſtans, à Lentio vero 5. Viennam verſus.

ARRIBANTIUM, urbs Moeſiæ ſuperioris, Ptolemæo, in Dardania, nunc *Wiezsiern* interpretatur Lazius, aliis vero eſt *Novibazar*, id eſt Novus Mercatus, urbs Serviæ, in via inter Raguſiam & Sophiam occurrens.

ARRO, *Arre*, fluvius parvus Angliæ. Cadit in Luguin fluvium in comitatu Herefordienſi.

ARROA, *Arroe*, inſula parva Daniæ in mari Baltico, Ducatus tamen Slevicenſis, ubi caſtrum *Koping* dictum in ejus parte Boreali, cum tribus tantum parochiis prope partem auſtralem Fioniæ inſulæ, extenditur ab ortu in occaſum ad 2. milliaria Germanica cum dimidio, ſed ejus latitudo vix eſt dimidii milliarii.

ARROIUM, *Arrois*, caſtrum præcipuum inſulæ Mulæ, unæ ex Hebridis, ad Occidentem Scotiæ, in ſeptentrionali parte inſulæ, & ex adverſo Abriæ provinciæ, teſte Timotheo à Ponte.

ARROSIUS, *l'Arroux*, fluvius Galliæ, in Burgundiæ Ducatu. Oritur prope Arnæum Ducum, Auguſtodunumque rigat, & poſtea in Ligerim ſe exonerat ſupra Borbonium Aoſelmum.

ARSA, oppidum Bæticæ, ex quo Metellus Viriatum expulit, teſte Livio. Locus ignoratur.

ARSACIA, urbs Mediæ mediterraneæ ſeu Choromithrenæ, teſte Ptolemæo, ex præcipuis regionis, nunc Oleario & aliis quibuſdam eſt *Caſvvin* ſeu *Caſbin*, urbs Perſiæ pulcherrima & ampla, in provincia *Ayrach* dicta, ubi Rex Perſarum commorabatur poſt captam Tabriſium antequam ad Aſpahamum ſedem transferret, diſtat à Tabriſio 80. leucis in ortum hybernum & totidem ab Aſpahano in Boream, mare Caſpium verſus 60. circiter, ſed aliis Arſacia eſt *Hery*, urbs ampla ejuſdem provinciæ in confinio Dilemoniæ provinciæ, & 40. ferè leucis à Caſbino in ortum hybernum.

ARSAMETES, fluvius Armeniæ majoris. Cadit in Euphratem fluvium.

ARSAMOSATA, quæ in nummo M. Aurelii Armoſata dicitur, urbs fuit Armeniæ majoris, teſte Strabone, ad Chaboram fluvium, verſus Meſopotamiæ confinia & prope Montem Mazium, eratque Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Amidenſi, & 70. mill. paſſ. diſtabat ab Euphrate fluvio in ortum atque 90. à Thoſpia in occaſum hybernum. Arſamote dicitur à Plinio, ſed quid ſit nunc non conſtat.

ARSANIAS, lacus Armeniæ majoris. Vide Arciſſa palus, & Arſiſſa.

ARSANIAS, fluvius Armeniæ majoris. Tranſit per Arſaniam lacum, & poſtea cadit in Euphratem infra Zimaram, Plinio teſte.

ARSATIANUM, oppidum Pannoniæ, Antonino, nunc *Arſa* in Hungaria ad Dravum fluvium, teſte Lazio cum aliis.

ARSENARIA, urbs & colonia Mauritaniæ Cæſarienſis, teſte Ptolemæo, nunc *Arzen*, teſte Gerardo Mercatore, *Arzeo* vocatur à Marmolio, eſtque in ora littorali inter Quizam & Cartennam ad portum Deorum.

ARSCHOTIUM, *Aerſchot* Belgis, *Arſcot* Gallis, urbs parva Belgii in Brabantiæ Ducatu, ad Demeram fluvium ſob dominio Hiſpanorum, eſtque Ducatus titulo inſignita gentis *de Crouy*, 4. leucis diſtans à Mechlinia in ortum & 3. à Lovanio in Septentrionem.

ARSI, urbs Hiſpaniæ in Edetanis, Ptolemæo, nunc Villanovanus interpretatur *Ariza* caſtrum Aragoniæ verſus Caſtellam, quod tamen à Surita non probatur.

ARSIA, fluvius parvus Iſtriæ, teſte Ptolemæo, Italiæ terminus illam ab Illyrico quod in ortum vergit, ſeparans, *l'Arſa* vulgò, oritur ex lacu Coſliaco in limite ditionis Auſtriacæ, & poſt curſum 15. milliarium in ſinum Flanaticum ſe exonerat, 8. milliaribus a Pola in ortum, uti 100. circiter a Venetiis, ſed quanquam Italiam dividat ab Illyrico quibuſdam in locis, ſunt tamen plura loca trans ipſum, & præſertim verſus ejus oſtium quæ ſub Iſtria cenſentur ſuntque in ditione Veneta. Hic fluvius abeſt ab Alpibus Maritimis, Italiam à Gallia Narbonenſi dividentibus, recta viâ 425. milliaribus circiter in ortum, & 550. itinere per Taurinos, Comum, Veronam, Aquileiam, & Tergeſte habito, teſte Magino.

ARSICUA, Germaniæ urbs, teſte Ptolemæo, in Quadis, quam interpretatur nunc Villanovanus *Brinn*, urbem Moraviæ, ſed aliis eſt *Hradiſch* oppidum ejuſdem provinciæ ad Moravum fluvium, ſex milliaribus Germanicis à Bruna diſtans in ortum, & totidem ab Olomucio in Auſtrum, & à Boheniis *Hradiſſe* vocatur, idque ex conjectura tantum.

ARSICUA alia, urbs Germaniæ antiquæ, Ptolemæo, in limite Sarmatiæ Europææ ad Viſtulam fluvium. Nunc forſan Varſovia *Warſovv*, in Polonia.

ARSIETÆ, populi fuere Sarmatiæ Europææ, Ptolemæo, in Peucinis, ubi nunc Chelmenſis Palatinatus, in Polonia, ut Cluverius exiſtimat.

ARSINARIUM, promontorium Africæ ſeu Lybiæ interioris, Ptolemæo, in ora Oceani Atlantici, nunc *el Cabo Verde* dictum à Luſitanis, teſte Joanne Barroſio, & *le Cap Verd* à Gallis, in Nigritia regione, ubi magis in occaſum ſeſe extendit, inter oſtia Nigri fluvii & in regione Jaloſarum, 20. circiter leucis diſtat ob oſtio fluvii *Senega* in occaſum hybernum, uti 240. mill. paſſ. ab urbe Genehoa, & ab Europæis multum frequentatur propter commercia. Ab eo Gorgades inſulæ in Oceano Atlantico dicuntur à recentioribus inſulæ Capitis Viridis, *les Iſles du Cap Verd*, quia ei obverſæ ſunt quanquam hinc diſſitæ ſunt 360. mill. paſſ. in occaſum.

ARSINES fluvius Armeniæ, teſte Procopio, in Euphratem influit.

ARSINOE, oppidum Cypri inſulæ, Straboni, in ora occidentali, inter Paphum novam & veterem, *Aſdime* nunc, teſte Stephano Luſignano, ſed *il Caſale Audimo* Porcaccio, alias à Ptolemæo Philadelpho ædificata in honorem ejus ſororis, in Paphia tractu.

ARSINOE, iterum oppidum Cypri in ora orientali, Plinio, inter Pedalium promontorium & Salaminam urbem, quod nunc, teſtibus Luſignano & Porcaccio, *Famagoſta* nominatur, urbs hæc tempeſtate inſulæ primaria poſt Nicoſiam, cum portu tuto, antea Hamacoſtos dicta, & ſub dominio Turcarum ab anno 1571.

ARSINOE, tertium oppidum inſulæ Cypri, Strabone teſte, ad Callinuſam promontorium in ora Boreali verſus occaſum. Solis proxima, quæ à Luſignano *Leſcare* dicitur, & *il Caſale Leuca* à Porcaccio, Italis vero *Aleſſandreta*, ejus etiam meminit Ptolemæus.

ARSINOE, quarto, oppidum Cypri inſulæ à veteribus non memoratum, mediterraneum eſt, & ab incolis *Arzes* dicitur, teſte Luſignano, & *Arzos*, teſte Porcaccio, eſtque urbs Epiſcopalis quæ à recentioribus Arzus dicitur.

ARSINOE, urbs parva Aſiæ minoris in Cilicia maritima, teſte Ptolemæo, inter Anemurium ad occaſum & Celenderim ad ortum proximas urbes, ſeu inter Antiochiam ad Tragum ad Orientem & Seleuciam ad Occidentem, *Draganti* nunc pagus.

ARSINOE, urbs Ægypti in Arcadia provincia,

quæ à nonnullis Cleopatris vocatur, ut Strabo refert, nunc, teſte Petro Gillio, eſt *Suez* in intimo receſſu ſinus Arabici, 125. mill. paſſ. à Peluſio in Auſtrum, ſed teſtibus Philippo *de la Ruë*, Petro du *Val*, & aliis, eſt *Azirut* oppidulum in ora occidentali ſinus Arabici & 45. mill. paſſ. à *Suez* in Meridiem, quod melius convenire videtur.

Arsinoe, urbs Cyrenaicæ in Africa, Plinio, quæ & Teuchira Straboni, Epiſcopalis, & una ex quinque urbibus Pentapolitanæ regionis, nunc *Taochara*, teſte Mercatore, *Trochara* vero Marmolio, in regno Barcæ, in ora littorali maris Lybici, inter Berenicem ad occaſum hybernum 40. & Ptolemaidem ad ortum æſtivum 26. mill. paſſ.

Arsinus, *Arſine*, fluvius Lappiæ, ſub Moſcovitis. Cadit in mare Glaciale verſus mare Album, teſte Maſſa.

Arsissa palus, ſive ut in codice Græco Arceſa, lacus Armeniæ majoris, teſte Ptolemæo, qoi nunc à plurimis dicitur, *la Mer de Van*, ab urbe *Van* adjacente quæ alias Arthemita vocata fuit, aliis eſt *la Mer d'Armenie*, ſicque dicitur quia ejus aquæ ſunt ſalſæ, aliis eſt etiam Arſanias palus, extenditur ad 60. millia paſſuum ſed non eſt æqualis latitudinis, eſtque in ditione Turcarum in ipſo limite Perſiæ. Sunt qui hanc paludem *le Lac de Vaſtan* nuncupant etiam, & in ea graviſſima quæque natant, teſte Plinio, diſtat vero 20. leucis à confinio Aſſyriæ in Septentrionem, & 60. circiter à mari Caſpio in occaſum bybernum.

Arta, urbs Epiri in Græcia, teſte Cantacuzeno, nunc *l'Arta* ſeu *Arta*, ot quidam exiſtimant, probe culta eſt præſertim à Græcis, eſtque Archiepiſcopalis, 16. milliaribus ab ora maris Jonii diſtans prope ſinum Ambracium ab ea nunc dictum, ad fluvium cognominem.

Artabrorum portos, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis Plinio, nunc *Muros* oppidum Gallæciæ in ora Oceani occidentalis, & ad oſtium Tamaræ fluvii, 6. leucis ab Artabro promontorio in Meridiem, & 9. à Compoſtella in occaſum, teſte Mercatore.

Artabrom, promontorium Hiſpaniæ, Plinio autore, quod Celticum idem quoque appellat, Nerium apud Ptolemæum, & Strabonem, Hiſpaniæ Tarraconenſis promontorium, ſive frons ut cum Plinio loquar, qua ſe ex Septentrione verſus Occidentem vergit, hodie *el Cabo de Finis terre* dicitur, eſtque in occaſum maxime porrectum, in Gallæciæ regno, à Gallis dicitur *le Cap de Fine terre*, eſtqoe joxta oppidulum *S. Maria Finis terra*, 10. leucis ab urbe Compoſtella io occaſum diſtans, quanquam Petrus de Medina credat hoc eſſe potius *el Cabo Tourinban* prope Mongiam caſtrum, 5. leucis à promontorio Finis terræ in Septentrionem.

Artalainum, oppidum Germaniæ ſuperioris Antonino. Vide Arialbinum.

Artaunom, oppidum Mattiacorum in Germania, Ptolemæo, nunc, teſte Petro Appiano, eſt *Vurtzbourg*, quæ Herbipolis orbs Franconiæ caput, ad Mœnum fluvium, ſed Cluverio, & aliis eſt *Ortenberg* oppidulum Veteraviæ, in comitatu Iſenburgico inter Francofurtum ad Moenum & Fuldam, verſus Haſſiam ſuperiorem.

Artaxata, numero plurali, Plinio, urbs Armeniæ majoris, Artaxia Taciro, & Artaxiaſata Straboni, ad Araxem fluvium in limite Mediæ regionis, quæ à quibuſdam creditur *Teflis*, urbs probè munita & antea Archiepiſcopalis in Georgiæ regno ſub dominio Turcarum, paucis nunc conſtans incolis cum alias fuerit urbs ampla & celebris io hiſtoriis Romanorum, vix 60. mill. paſſ. ab Ecbatana in Boream & 120. à mari Caſpio in occaſum; aliis vero Artaxata eſt *Revan* ſive *Erivan*, urbs munita ejoſdem regionis ſub Perſis, ſive potius in ejus viciniis, cum ejus rudera etiamnum conſpiciantur tribus leucis ab Erivano, teſte Tavernetio.

Artaxata, altera apud Antoninum, urbs Cappadociæ eſt inter Cæſaream 24. & Comanam 42. mil. paſſ.

Artemisium, oppidulum Oenotriæ, Stephano, nunc *S. Agatha* in Calabria citeriori, teſte Barrio, Agello & Arianthæ oppidis proximum ad Iſaurum amnem, à Pbolone 4. à littore maris Tyrtheni, 8. mill. paſſ. diſtans.

Artemisiom, oppidum Conteſtanorum, in Hiſpania Tarraconenſi, teſte Strabone, quod aliter Dianium dicitur, *Denia* in ora littorali Regni Valentini. Vide Dianium.

Artemisium, oppidum Euboeæ inſulæ, in mari Ægeo, ad promontorium ejuſdem nominis, cujos meminit Demoſthenes.

Artemisium, promontorium Hiſpaniæ Tarraconenſis, Straboni, inter ſinus Illicitanum ad Meridiem & Sucronenſem ad Septentrionem, qood Dianium, Hemeroſcopium, & Ferraria dictum fuit, nunc vulgò *el Cabo Martin*, & ejus pars etiam *la Punta del Emperador* dicitur, diſtat ab Alona 10. leucis Hiſpanicis in ortum æſtivum, & à Valentia 15. verſus Meridiem; eſtque in regno Valentino, 11. leucis ab Ebuſo inſula in occaſum.

Artemita, inſula parva admodum Italiæ, in Thuſcia, nunc *la Palmaiola* dicta, prope oram Borealem, Æthaliæ ſeo Ilvæ inſulæ maris Tyrrheni.

Artemita, inſula eſt parva maris Ionii, ante oſtium Acheloi fluvii, Plinio, Artemia Straboni, io ora Acarnanum, verſus Echinades inſulas.

Artemita, quæ & Arthemita, urbs Armeniæ majoris Ptolemæo, Artemita Straboni, Artemidita etiam aliis, *Van* nunc, urbs permunita ſub domioio Turcarum, & in limite Perſiæ, prope ingentem lacum Arſiſſam, qui ab ea aliquot tantum milliaribus diſtat in Boream, & hinc etiam dicitur *la Mer de Van*, ejus incolæ pro majori parte ſunt Chriſtiani, 80. milliaribus diſtat à Tigranocerta in ortum, & 250. circiter à mari Caſpio in occaſum, ſed 50. tantum à confioio Aſſyriæ in Septentrionem.

Artesia, *l'Artois* incolis, *el Artoes* Hiſpanis, *l'Arteſia* Italis, provincia eſt Galliæ, ubi alias Atrebates populi Galliæ Belgicæ, & Morini etiam ex parte, terminatur à Septentrione Comitatu Flandriæ, ab occaſu & Meridie Picardia provincia, & ab ortu partim Flandria & partim Hannonia, atque Cameracenſi tractu, extenditur à Septentrione in Meridiem ad 26. leucas, & comitatus titulo inſignitur, olim pars fuit Flandriæ, eratque proprie Flandria occidentalis, ſed ab ea revulſa ſub Philippo Alſatico, comites habuit proprios ab anno 1198. oſque ad annum 1382, quo denuo ad Flandriæ comites rediit ſub Ludovico Malano, ſicque poſtea Burgundis paruit & Hiſpanis, ſed his ultimis temporibus effecta fuit tota Francici juris pace ad Pyrenæos ſancita anno 1659. & poſtea etiam pace ad Noviomagum facta anno 1678. Dividitur autem in tredecim partes ſeu præfecturas minores, quorum nomina ſunt Gubernium Atrebati, Advocatia Betuniæ, comitatus S. Pauli, Regalia Tarvannæ, Caſtellania Diſiaci, & Balliviatus octo nempe Albiniaci, Ariæ, Audomaropolis, Avennæ, Bapalmæ, Heſdini, Lendii, & Lillerii, totius autem provinciæ caput eſt Atrebatum *Arras*, ſed de aliis urbibus vide infra.

Artesiæ urbes.

Aria, *Aire.*
Atrebatum, *Arras.*

Audomaropolis, *S. Omer.*
Bapalma, *Bapaume.*
Betunia, *Betune.*
Heſdinum, *Heſdin.*

ARTHENÆUM, *Arthenay*, oppidulum Galliæ, in Belſia provincia. 6. leucis diſtans ab Aureliano in Septentrionem Lutetiam Pariſiorum verſus.

ARTIACA, oppidum Galliæ Celticæ Antonino, nunc *Arcis ſur Aube*, oppidulum Galliæ in Campania provincia. Vide Arciaca.

ARTIGI, urbs Turdulorum in Hiſpania Bætica, Plinio, quæ Artigis Ptolemæo, nunc teſte Henrico Coquo, *Albama*, urbs Regni Granatenſis in colle, quæ undique præcipitiis ambitur, & olim Granatenſibus regibus præbebat delicias, ibi etiam thermæ ab ipſis excitatæ magnis impenſis unde ei nomen, & 7. leucis diſtat à Granata urbe in occaſum hybernum Malacam verſus.

ARTOBRIGA, Vindeliciæ oppidulum Ptolemæo, nunc, teſte Joanne Aventino, eſt *Artzburg* pagus Bavariæ, cum cœnobio ad Danubium fluvium infra Ingolſtadium in ortum, ſed, teſte Cloverio, eſt vicus *Lebnaw*, Juvavo amni adpoſitus infra oppidum *Lauffen*, in Saliſburgenſi ditione, quod melius convenit.

ARTOLICA, oppidum Salaſſiorum in Gallia Ciſpadana Antonino, ad radices Alpium, nunc Cloverio, & aliis eſt *la Tuile* incolis & Gallis, *la Tuglia* Italis, vicus Sabaudiæ in Ducatu Auguſtano, ad radices montis S. Bernardi minoris & ſub dominio Ducis Sabaudiæ.

ARTOMAGANA, *Artomagana*, ſeu & *Oramagan*, inſula eſt parva Aſiæ in Oceano orientali, & una ex inſulis Latronum, inter Aganam inſulam ad Boream, & Guaguanam ad Auſtrum, eſtque ſui juris, & tantum ab Hiſpanis luſtrata dum à Philippinis in Novam Hiſpaniam tendunt.

ARTOMICI, populi Galliæ Narbonenſis Cæſari. Vide Arecomici.

ARTONA, *Artone*, Abbatia Galliæ in Vaſconia & in Aquenſi tractu, teſte Lubino.

ARTORTI INSULA, *l'Iſle d'Artus*, inſula eſt Angliæ, & Silurum una in mari Verginio, 70. milliaribus à Bolerio promontorio Cornubiæ in occaſum diſtans.

ARTYNIA, ſtagnum Myſiæ, in Aſia minori, ex quo Rhyndacus fluvius effluit, apud montem Pomiſium, & Miletopolim urbem, teſte Plinio.

ARTZICI, urbs Armeniæ minoris, Epiſcopalis ſub Metropoli Keltzina, teſte Leone Auguſto.

ARVA, *l'Avre*, fluvius Galliæ, cujus fit mentio in actis mediæ ætatis, oritur in Perticenſi provincia deinde in ortum tendens, & Normanniam à Belſia ſeparans oti ab inſula Franciæ, Vernolium, Tegulerias, & Nonancurtium rigat, ac paulò ſupra Anetum in Eburam cadit.

ARVA, *l'Arve*, fluvius parvus Sabaudiæ Ducatus. Cadit in Rhodanum prope & infra Genevam, cùm fontes habeat in Fociniaco agro, ad Alpium radices.

ARVA, Hiſpaniæ Bæticæ oppidum Hiſpalenſis conventus, Plinio, nunc, teſte Roderico Caro, eſt *Alcolea* caſtrum Vandalitiæ ad Bætim fluvium, 7. leucis ſupra Hiſpalim in ortum Granatum verſus 14.

ARVA, *Aru*, inſula Aſiæ, inter Molucas & novam Guineam ad Meridiem, diſtat à Terra Nigrorum 25. leucis, & ei adjacent aliquot aliæ inſulæ, quæ frequentantur à Belgis unitis.

ARVA, *Arva*, oppidum Hungariæ ſuperioris unde comitatus Arvenſis; diciturque oppidum aliter *Orowa* à Germanis, verſus Carpathum montem ad Vagum fluvium & confinia Poloniæ. Sex milliaribus Germanicis diſtat à Biſtricia in Aquilonem.

ARUCCI, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, Plinio, in conventu Hiſpalenſi, *Moron* nunc, in Vandalitia, teſte Cluſio ex antiqua inſcriptione, ab Urſone 5. leucis Nebriſſam verſus in occaſum diſtans.

ARUCI, oppidum Luſitaniæ in Celticis, teſte Antonino, & ex veteri inſcriptione, nunc teſte Andrea Reſendio, eſt *Moura* & *Mora*, oppidum tenue Portugalliæ, in Tranſtagana provincia, prope Anam fluvium ubi recipit Ardilam, cum caſtro inter Oliventiam ad Boream & Myrtilim ad Auſtrum, 9. leucis Hiſpanicis utrimque diſtans, 7. vero à Pace Julia in ortum, 4. à Serpa, & 7. ab Aruci veteri, dicitur etiam ab aliis Aruci novum ad alterius differentiam.

ARUCI VETUS, oppidulum Hiſpaniæ Bæticæ, in Turdetanis, Ptolemæo, nunc teſte Morali, eſt *Aroche* vicus Vandalitiæ, in confinio Portugalliæ & Extremaduræ, ad amnem Gamam, 7. leucis diſtans ab Aruci novo in ortum, & undecim à Pace Auguſta in Meridiem, eſtque in agro Hiſpalenſi & in tractu monte Arucitano ab eo dicto.

ARUPIA, oppidum Illyrici, in Liburnia mediterranea, Ptolemæo, nunc teſte Mario Nigro, eſt *Bregna*, ſed, teſte Villanovano, eſt *Ottoſchatz* caſtrum Morlachiæ tractus, in ditione Turcarum, & 13. mill. paſſ. à Senia in ortum Vibiizam verſus 32.

ARUCITANUS MONS, *la Sierra de Aroche*, tractus Hiſpaniæ in Vandalitia, & una ex quatuor partibus Hiſpalenſis agri, in Septentrionem extenditur verſus confinia Portugalliæ, & in ea cenſentur caſtra ſeu vici *Aroche* ejus caput, *Aracena*, *Higuera*, *Frexenal*, *Enzina-ſola*, *Cala*, *Cumbres majores*, *Cortegaza*, *S. Olalla* cum aliis.

ARVENSIS COMITATUS, *le Comté d'Arva*, tractus eſt Hungariæ ſuperioris ſub dominio Auſtriacorum, terminatur à Septentrione Regno Poloniæ, ab occaſu comitatu Tranſchinienſi, ab ortu vero & Meridie Turocenſi comitatu, eſtque intra montes, & verſus Vagi fluvii fontes, habens oppidum præcipuum Arvam dictum.

ARVERNÆ, urbs Galliæ in Aquitania, Plinio, Arverni Cæſari, Arverna Gregorio Turonenſi, Arvernum Sidonio Apollinari, nunc *Clermont*. urbs Galliæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Bituricenſi, & Alverniæ caput, in monte poſita, unde ei nomen inditum, crevit ex ruinis Gergoviæ urbis in viciniis, & 2. leucis diſtat ab Elavere fluvio in occaſum, uti 25. à Lugduno, 13. à Floriopoli in Septentrionem Molinum verſus 15. ab ea populi circumpoſiti dicti fuere Alverni, nunc *l'Auvergne*. Vide Claromons.

ARVERNI, populi fuere Galliæ Aquitanicæ Cæſari, ubi nunc Alvernia *l'Auvergne*, provincia Galliæ celeberrima, inter Lemovices, Boios, Ruthenos, & Gabalos. Ejus pars Alvernia ſuperior dicta, quæ & ſatis montuoſa, primariam urbem habet Fanum S. Flori, inferior autem eſt admodum fertilis & rigua, & eam Elaver fluvius bifariam ſecat. Ejus caput ac totius regionis eſt Claromons, urbs ampla & culta, in colle. Aliæ urbes celebres ſunt Aquaſperſa, Auteliacum, Brivas, Iſſodorum, Ricomagus, Thierrium, & Cuſſetum. Alverni populi non tantum eum tractum complectebantur, ubi nunc Alvernia, ſed eorum pars erant etiam Boii. Vide Alvernia, Arvernorum meminit Lucanus.

ARVISIUS, mons Chii inſulæ in mari Ægeo, Plinio, qui Arvis dictus à Vibio Sequeſtri, nunc *Amiſta* vocatus, ut quidam exiſtimant, in quo vinum Arviſium generatur, ibi etiam Arviſium promontorium.

ARULA, *der Arlberg*, mons Germaniæ, & pars

Alpium Rheticarum prope Brigantinum lacum.

Arula, *le Loir*, fluvius Galliæ, qui aliter & melius Lædus dicitur, oritur in Perticenſi provincia, deinde per Belſiam ad Caſtrodonum, Vindocinum, Dureſtallumque fluens, in Sartam fluvium cadit ſupra Aodegavum. Vide Lædus.

Arula, item apud Scriptores Helveticos, fluvius eſt Helvetiæ, in Rhenum per Bernam & Solodorum fluens, *Aar*. Vide Arola.

Arulæ, *Arles*, oppidulum Galliæ cum cœnobio in comitatu Ruſcinonenſi, & in Diœceſi Helenenſi ad fluvium Tecim, in confinio Hiſpaniæ & ad radices Pyrenæorum.

Arunarius sinus, *Arunar fiord*, ſinus Iſlandiæ inſulæ in mari Deucaledonio, verſus occidentem inſulæ, & in eam per aliquot milliaria extenſus.

Arunca, urbs. Vide Sueſſa.

Arum regnum, *le Royaume d'Aru*, regnum Indiæ in Sumatra inſula, & in ejus parte ad ortum extenſa contra fretum Sincapuræ, & è regione Malacæ Regni.

Arunci, urbs Luſitaniæ, Plinio, & aliis, *Aronches* ounc, oppidum Hiſpaniæ in Portugallia, & probe munitum in confinio Extremaduræ provinciæ, ad fluvium Caiam, inter Elvam ad Meridiem & Portum Alacrem ad Septentrionem, 3. leucis ab Albuquerco diſtans in occaſum.

Arunci, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, in Celticis, quod nunc Rodericus Carus interpretatur *Moron*, oppidum Vandalitiæ, in agro Hiſpalenſi ſatis cultum verſus fontes fluvii Lethes.

Arunda, urbs Hiſpaniæ Bæticæ, Plinio, & Ptolemæo, nunc *Ronda-lavieja* dicitur, teſte Cluſio, eſtque vicus parvus Hiſpaniæ in regno Granatenſi, ex cujus ruinis excitata fuit Arunda recens, vulgo *Ronda*, urbs Hiſpaniæ in eodem regno Granatenſi & in confinio Vandalitiæ, cum arce in monte excelſo juxta fluvium *Guadiaro*, eſtque ſatis culta prope duos alios fluvios *Goza* & *Guadalquavirejo*, & caput tractus adjacentis *la Serrania de Ronda* dicti, 12. leucis diſtans à Calpe in Septentrionem, & 13. à Malaca in occaſum, ſed Rodericus Carus exiſtimat Aciniponem oppidum fuiſſe ubi nunc *Ronda la Vieja*, Arundam autem eſſe *Ronda* urbem regni Granatenſis de qua ſupra, quod multis etiam probare nititur.

Aruntina, *Arundel*, oppidulum Angliæ, in provincia Suſſexia, comitatus titulo clarum, ad fluvium Arontem. Vix tribus milliaribus Anglicis diſtat ab ora, ubi portum habet utcunque capacem, & à Ciceſtria 10. milliaribus in ortum. Paucis conſtans incolis.

Arvonia, *Caernarvanshire* Anglis, *le Comté de Carnarvan* Gallis, provincia eſt ſeu comitatus Angliæ in Vallia Boreali, ubi alias Ordovices populi ex parte: terminatur ab ortu partim Mervinia, & partim Denbighenſi comitatu, à Septentrione & Meridie mari Vervinio, uti etiam ab occaſu obi partim ſeparatur freto *Menay* à Mona inſula, ejos autem urbes ſunt Arvonia provinciæ caput & Bangorium.

Arvonia, quæ & Arvone, *Caernarvan*, urbs eſt Angliæ, in Valliæ Principatu, & inde Arvoniæ comitatus dictus, ſedet in littore maris & freti *Menay*, ex adverſo inſulæ Monæ, 7. milliaribus Anglicis diſtans à Bangoria urbe in occaſum hybernum, & 15. ab Harleco in Septentrionem, ad oſtia fluvii *Saint*, & 200. à Londino, excitata fuit ex ruinis Segontii, & io ea natus eſt Eduardus II. Angliæ Rex.

Arupenum castrom, oppidum Japodum Straboni, ſeu Arupium & Arupius ut in alio codice Antonini, nunc Lazius interpretatur *Aurſperg* caſtrum Carniolæ, aliis vero eſt *Lipa* oppidum Carniolæ in Corbaviæ confinio, a Senia 28. mill. paſſ. diſtans in Septentrionem Siſciam verſus ex itinerario Antonini, populi Aurupeni Appiano Alexandrino.

Arupinum, oppidum fuit Iſtriæ, Straboni in ora maris Adriatici, poſtea exciſum, & ejus rudera cernuntur in loco *il Monte Auro* dicto, prope Rovinium urbem, quæ crevit ex ejos ruinis, & etiam Arupina aliquando dicitur, eſtque ioter Patentium ad Septentrioonem & Polam ad Meridiem.

Arus, *l'Are*, fluvius Angliæ, in Eboracenſi provincia, oritur in confinio Lancaſtrenſis comitatus; & rigatis aliquot oppidulis, 12. milliaribus infra Eboracum, in Abum æſtuarium ſe exonerat.

Arus, *Aru*, oppidum Aſiæ, cum regno cognomine, in India & inſula Sumatra, ex adverſo urbis Malacæ, à qua vix diſtat 15. leucis Hiſpanicis, ſedetque in ora freti Sincapuræ.

Aruvacca, *les Arouacques*, populi Americæ meridionalis in Caribana regione, prope fluvium *Eſſekebe*. Sunt valde potentes, & magnas cum Caribis inſulanis exercent inimicitias à multo tempore.

Aruvii, populi Galliæ Celticæ, Ptolemæo, ubi poſtea Seſſui, quorum urbs Vagoritum, nunc *Seez* in Normannia provincia Galliæ, inter Lexovios & Cenomanos.

Arxata, urbs Armeniæ majoris, Straboni, quæ *Teflis* eſſe putatur, Archiepiſcopalis, in Georgianorum confinio. Vide Artaxata.

Arx Batavorum, oppidum Germaniæ inferioris, ex tabulis Peutingerianis, ounc quidam interpretantur *Batenburg*, oppidulum Belgii uniti, in Gueldriæ Ducatu, ad Moſam fluvium in confinio Brabantiæ, inter Megam & Ravenſtenoim oppida vicina, & 2. leucis à Noviomago.

Arces aliquot proprie dictæ.

Arx Alingarom, *le Fort des Alinges*, in Sabaudiæ Ducatu & in tractu Caballiaco, in colle non longè à Drancia fluvio, vixque 2. leocis diſtat à Tononio & a Lemaoo lacu in Auſtrum. Sed nunc in ruderibus jacet.

Arx Andrsana, *le Fort de S. André*, in Belgio. Vide Arx S. Andreæ.

Arx Arausicana, *t'Fort van Orange* Belgis, *le Fort d'Orange* Francis, arx oova Americæ ſeptentrionalis & novæ Eboracenſis provinciæ, juxta fluvium Boreale, recens à Belgis extructa, & ingratiam Principis Arauſicani ſic dicta, diſtat ab ora littorali circiter 50. mill. paſſ. & nunc Anglis ſubeſt cum toto tractu, vocaturque Albania ab ipſis.

Arx Arausicana, *t'Fort van Orange* Belgis, *o Fuerte de Orange* incolis, caſtrum Americæ meridionalis in Braſilia regione, quod excitatum fuit à paucis annis à Belgis unitis in ora littorali prope Tamaracam inſulam, 5. milliaribus Germanicis ab Olinda urbe in Septentrionem, ſed captum poſtea à Loſitanis ipſis etiamnum paret cum hoc tractu & deficit in dies.

Arx Austrina, *Zuid Schans* incolis, *le Fort du Sud* Gallis, arx Belgii, in Brabantia à Bataviis erecta ad tutelam portus Bergarum ad Zomam, cui adjacet ad Scaldim, diſtat ab Antuerpia 7. leucis in Septentrionem, eſtque ſub dominio provinciarum Belgii uniti.

Arx Barrana, quibuſdam, *le Fort Barraux*, arx eſt permunita Galliæ, in provincia Delphinatus in limite Sabaodiæ, ad Iſaram fluvium duabus leucis à Mornneliaoo in occaſum. Alias excitata à Sabaudo;

ſed paulò poſt capta à Gallis, anno nempe 1594. ipſis ſemper remanſit, eſtque in Gratianopolitana valle.

ARX BELLI VISUS, *le Fort Belgeit*, erecta fuit à Belgis unitis in Aſia, in inſula Banda, una ex Molucis; eſtque etiamnum ſub eorum poteſtate, permunita, & quadrata.

ARX BLOCKZYLLA, *Schans Blockzyll* incolis, *le Fort de Blockzyl* Gallis, arx Belgii uniti in Tranſiſalania provincia ad Sinum auſtralem, ubi recipit Aam fluvium, 2. milliaribus Germanicis diſtat à Steenvico in occaſum, capta fuit a Gallis anno 1672. & ab ipſis poſtea deſtructa anno ſequenti.

ARX BORTANGI, *le Fort Bourtang*, locus Belgii uniti, in Tranſiſalania provincia, prope limites Weſtphaliæ, inter paludes, noviter munitus à Belgis arce pentagonali, in Drentia tractu, 5. leucis diſtat à Coverdia, & 6. à Groninga in ortum. A quibuſdam Burtanga dicitur.

ARX BRIANÇONIA, *le Fort de Briançonet*, arx Sabaudiæ, in Tarantaſia provincia, una tantùm leuca infra Monaſterium urbem in rupe, ad Iſaram fluvium nunc fere diruta jacet.

ARX CAPITIS CORSI, *le Fort de Capo Corſo*, ſita eſt in Africa & in littorali Guineæ, una leuca ab arce Mina ortum verſus, cum portu. Antea paruit Suecis, deinde Danis, poſtea Belgis unitis hiſce ultimis temporibus.

ARX CAROLINA, *le Fort Charles*, extructa fuit ab Anglis ſub initium hujus ſæculi; eſt in Ultonia provincia Hiberniæ, ad amnem *Blackwater*, in comitatu Tironiæ, 4. milliaribus Hibernicis ab Armacha in Septentrionem. Nunc diruta jacet.

ARX CAROLINA, *la Caroline*, arx Americæ ſeptentrionalis, aliàs à Gallis excitata in Florida anno 1562. aliquot leucis à mare ſeptentrionali diſtans verſus Virginiam; ſed poſtea capta & diruta fuit ab Hiſpanis.

ARX COUBELLA, *le Fort Conbels*, quæ aliter Victoria dicitur, excitata fuit in inſula Amboina, una ex Molocis in Aſia hiſce ultimis annis; eſtque permunita & cum valido Belgarum unitorum præſidio, 25. leucis diſtat ab inſula Banda in occaſum.

ARX DELFZILIA, *Delfziil Schans* incolis, *le Fort de Delfzil* Gallis, arx Belgii uniti in Groningæ dominio, ad littus & prope Amaſi fluvii oſtia, cum portu commodo, una leuca à Damma, & pari trium leucarum ſpatio a Groninga ſimul & Embda ſemota. Pluries everſa & reſtaurata fuit. Nunc ſubeſt Belgis unitis cum ipſo tractu.

ARX DELPHINA, *le Fort Dauphin*, caſtrum Africæ, in inſula Madagaſcaria ſeu Delphina, in Carcanoſſia provincia, verſus Meridiem inſulæ, cum portu peramplo. Ab incolis *Tolanghare* dicitur, & 3. leucis diſtat a fluvio *Fanshere* in ortum. A Gallis extructum fuit anno 1643.

ARX DUNEMUNDA, *Dunemund*, ſita eſt in Livonia, ubi fluvios Duina in ſinum Rigenſem ſe exonerat, uno milliari Polonico infra Rigam, ſubeſtque dominio Suecorum à multis annis.

ARX ERENBREITSTENIA, *Ehrenbreitſtein*, arx munitiſſima Germaniæ ad Rhenum fluvium, contra Confluentias in rupe excelſa, ſub dominio Electoris Trevirenſis, dicitur aliter Hermanſtenum. Vide Ehrenbreitſteinum, & Hermanſteinum.

ARX FONTANA, *le Fort de Fuentes*, arx Italiæ probe munita, in Ducatu Mediolanenſi, in colle, ubi Addua fluvius in Larium lacum cadit, in confinio Rhætiæ & Vallis Tellinæ, extructa fuit a comite Fontano anno 1603. & nunc etiam ab Hiſpanis ſervatur. Sedet ad ſeptentrionalem laci ripam, & 30. milliaribus à Como diſtat in Septentrionem.

ARX FREDERICI HENRICI, *Friderik Hendrik Schans*, munitio Belgii uniti, in Brabantia, ad Scaldim fluvium, inter Lilloam & Sanflitam. Sic dicta fuit à Belgis unitis quibus ſubeſt, in gratiam Principis Arauſicani, 2. milliaribus Germanicis diſtat ab Antuerpia in Septentrionem.

ARX FRONTENACA, *le Fort Frontenac*, fortalitium Novæ Franciæ, anno 1673. exſtructum in ora orientali lacus Ontarii ſive Frontenaci, ubi ex eo effluit fluvius S. Laurentii, antea locus *Katarokovi* dictus fuit, nunc autem ſic vocatur à Comite Frontenaco totius regionis Gubernatore, qui illum munivit anno 1673., ut ſic Iroquios in officio contineret.

ARX GANDULPHI, *Caſtel Gandolfo* incolis, caſtrum Italiæ, in ditione Eccleſiæ & Campania Romana, 12. milliaribus diſtans ab urbe in occaſum, Velitras verſus, in colle, ubi amœnus Summi Pontificis receſſus vernali tempore & autumnali. Egregiè reſtauratum fuit ab Urbano VIII. Pontifice Maximo; ornaturque in dies ſplendidis ædificiis. Ei adjacet lacus Albanus, qui inde *il Lago di Caſtel Gondolfo* dicitur.

ARX GUELDRIA, *le Fort Gueldria*, arx munita Aſiæ, in India intra Gangem, & ora ſinus Gangetici & Coromandeliæ, in regno Narſingæ à Belgis unitis, anno 1619. excitata, diſtat à Narſinga 10. leucis in ortum, ad oſtia fluvii Aremenagi.

ARX HENNUINA, *le Fort Hennuin*, munitio Flandriæ in confinio Arteſiæ & in territorio Burburgenſi, capta à Gallis, quibus poſtea remanſit pace ad Pyrenæos, diſtat à Gravelina vix duabus leucis, eſtque media inter Burburgum & Ardram ſed ſemidiruta jacet.

ARX HOFTENSIS, *le Fort de Heuſt*, ſita eſt in Polonia & provincia Pruſſiæ Regiæ, ubi Viſtula fluvius in duo brachia ſcinditur, tribus milliaribus Germanicis ſupra Gedanum, Elbingam verſus, & totidem à Marienburgo, paret Regi Poloniæ, & varias experta eſt vices ultimo bello Suecico.

ARX IMPERIALIS, *Rocca Imperiale*, caſtrum regni Neapolitani, in provincia Baſilicatæ, in ora ſinus Tarentini, verſus limites Calabriæ citerioris. Paucis conſtat incolis, & malè habitum fuit a Turcis paucis abhinc annis.

ARX ISABELLA, *le Fort Iſabelle*, munitio Belgii, in Flandria, prope portum Clauſularum, alias ab Hiſpanis excitata, & ſic dicta in honorem Archiduſſæ Iſabellæ. Vix una leuca diſtat ab ora maris Germanici, & 3. à Dama, & etiamnum ſubeſt Hiſpanis

ARX LIEROTIA, *Lierovrt Schans* Belgis, *le Fort de Lierort* Gallis, arx Germaniæ, in Friſia orientali, ad Amaſim fluvium, tribus milliaribus Germanicis ſupra Embdam, in ditione Belgii uniti.

ARX LUDOVICA, *le Fort Louis*, munitio Americæ meridionalis, in Guaiana regione & in Cayana inſula, ſita eſt ad oſtia Cayani fluvii in mare Boreale, in monte Coperoſio, unde aliquando dicta fuit *Ceperoux*, & primum exſtructa fuit anno 1643. à Francis quibus etiamnum ſubeſt, cum ab eis fortiter recepta fuerit anno 1676. ſub Comite Eſtræo, ejectis inde Belgis unitis qui illam anno præcedenti ſui juris fecerant.

ARX MARDICA, *le Fort Mardik*, fortalitium fuit Belgii, ab Hiſpanis excitatum prope Mardicum & permunitum in ora Flandriæ, ubi ſtatio navium prope Dunquercam, una leuca a Fano S. Vinoci in Septentrionem, & tribus à Gravelina in ortum. Plures captum fuit à paucis annis. Nunc autem paret Francis, ſed dirutum jacet.

ARX MAURITIA, *le Fort Maurice*, à Belgis

unitis quibus paret, excitata fuit à multis annis in Aſia, in inſula Machiani, una ex Molucis. Paucis leucis diſtans ab ora occidentali inſulæ Giloli, in Archipelago S. Lazari.

Arx Monaghana, *the Fort of Monaghan* incolis, arx Hiberniæ, in Ultonia provincia & comitatu Monaghano, ad amnem Aquam Nigram, 15. milliaribus Anglicis ab Armacha in Meridiem. Nunc diruta jacet.

Arx Mormontia, *le Fort Moermont*, munitio Belgii uniti in Brabantia & loco paludoſo, prope Bergas ad Zomam, & ad ipſius tutelam extructa à Belgis unitis anno 1628. in via Stenobergam verſus.

Arx Nassovia, *le Fort Naſſau* ſeu *Mourée*, arx Africæ, in Guinea regione & in ora littorali, 4. tantum leucis ab arce S. Georgii de Mina in ortum. Eſt probè munita, & à Belgis unitis excitata fuit anno 1612. portu gaudens percommodo.

Arx Nassovia, *le Fort Naſſau*, fortalitium Belgii, in Brabantia, intra paludes, ad fluvium Scaldim orientalem, inter Bergas ad Zomam & Tolam. Subeſt dominio provinciarum Belgii fœderati.

Arx Nassovia altera, *le Fort Naſſau*, arx munita Aſiæ, recens erecta in inſula Motiris, una ex Molucis. Quinque circiter leucis ab ora occidentali inſulæ Giloli diſtat, paretque Belgis unitis à multis annis cum eadem inſula.

Arx Niulana, *le Fort Nieulet*, arx Galliæ, quæ ab aliis caſtrum Nulleti dicitur, in Picardia provincia, & in tractu Oſienſi, prope Caletum urbem, non longè ab ora Freti Gallici, eſtque parva ſed munita intra paludes.

Arx Nova, *Nieuwſchans*, quæ & *Langenackerſchans*, arx Belgii uniti, in Gronigenſi provincia ad Dullartium ſinum, in ipſo limite Friſiæ orientalis, pluries captum & receptum hiſce ultimis temporibus, nunc ſubeſt dominio ſtatuum provinciarum unitarum.

Arx Patiantia, *le Fort Patientia*, munitio Belgii uniti in comitatu Flandriæ, alias ab Hiſpanis excitata in ora littorali ex adverſo Zelandiæ, uno milliari Germanico ab Iſendico, verſus Aggerem Gandavenſem. Capta fuit à Belgis unitis, ipſiſque paret à multis annis.

Arx Philippina, *het Philippine Schans* incolis, *la Philipine* Gallis, fortalitium Belgii, in Flandria, medium ferme inter Birfletum & Aggerem Gandavenſem in ora. Alias excitatum fuit ab Hiſpanis, ſed poſtea à Belgis unitis expugnatum, nunc eorum ſubeſt dominio.

Arx Pinsii, *le Fort Pinſen*, arx Belgii, in Brabantia, in loco paludoſo, prope Bergas ad Zomam, in via Stenobergam verſus, a Belgis unitis extructa anno 1628. eorum etiam ſubeſt dominio.

Arx Regia, *le Fort Royal*, arx recens Americæ, in Martinica inſula una ex Antillis in ejus ora occidentali, à Gallis excitata, ubi nunc Baſſi villa exſtructa eſt, portu gaudet capaci, & fruſtra tentata fuit à Belgis unitis anno 1674.

Arx Regia, *le Fort Royal*, munitio Americæ ſeptentrionalis, à Gallis excitata hiſce ultimis temporibus, in Guadalupia inſula, una ex Antillis. Ipſis etiam paret, eſtque ad Meridiem inſulæ.

Arx Reyda, *Reyde Schans*, arx Belgii uniti, quæ ab aliis Reydamum dicitur, in Groningæ dominio, ad Amaſi fluvii & Dullarti ſinus angulum communem, ex adverſo Embdæ, à qua diſtat uno milliari Germanico in occaſum, & quatuor à Groninga in ortum, eſtque munita, in ditione Belgarum unitorum

Arx Sastinga, *t'Fort van Saeſtingen*, arx Belgii & comitatus Flandriæ, excitata hiſce ultimis temporibus, ad ripam Scaldis occidentalis, ſeu Foſſæ Othonianæ, ex adverſo Bevelandiæ auſtralis, & inter Hulſtum & Bergas ad Zomam. Subeſt dominio provinciarum unitarum à multis annis.

Arx Sancti Andreæ, *S. Andries Schans* incolis, *le Fort de Saint André* Gallis, arx permunita Belgii uniti, quæ aliter Sant Andreana, in Ducatu Gueldriæ, inter fluvios Moſam & Vahalim, in Bommeliæ territorio, excitata ab Andrea Auſtrio Cardinale anno 1599. Sed anno ſequenti expugnata fuit à Belgis unitis, quibus etiam paret. Capta fuit à Gallis anno 1672. & biennio poſt ab ipſis diruta & derelicta. Vix una leuca diſtat à Bommelia, & ferè duabus à Boſcoduco in Boream.

Arx Sancti Christophori, *el Fuerte de S. Chriſtoval*, monitio Hiſpaniæ, à paucis annis excitata, in colle juxta Anam fluvium, in Extremadura provincia, ex adverſo Pacis Auguſtæ & ad ipſius tutelam, à Luſitanis bis fruſtra tentata. Paret Hiſpanis.

Arx S. Crucis, *Cruys Schans*, fortalitium Brabantiæ, ad Scaldim fluvium, excitatum ab Hiſpanis, vix una leuca à Lilloa, & duabus ab Antuerpia. Ipſis etiam paret.

Arx S. Donati, *le Fort S. Donat*, arx parva, ſed munita Flandriæ, media inter Damum & Clauſulas, intra paludes excitata alias ab Hiſpanis, ad coërcendos Belgarum unitorum incurſus poſt Clauſulas captas.

Arx S. Erasmi, *Caſtel S. Elme*, arx permunita olim Hiſpaniæ, nunc Franciæ, in comitatu Ruſcinonenſi, prope Caucoliberim, in ora littorali maris Mediterranei in colle, ad pedes montium, & media ferme inter Perpinianum & Rodam, in confinio Cataloniæ. Capta fuit à Francis anno 1641. poſteaque ipſis remanſit pace ad Pyrenæos ſancita.

Arx S. Georgii de Mina, *S. Georgio de la Mina* ſeu *la Mina*, caſtrum Africæ, in ora aurea Guineæ regionis, cum portu capaci & oppidulo, alias excitatum à Gallis, & munitum fuit à Luſitanis, anno 1481. poſtea expugnatum à Belgis unitis. Varias expertum eſt vices hiſce temporibus. Quatuor leucis diſtat ab arce Naſſovia.

Arx S. Helenæ, *le Fort de S. Helene*, munitio parva nuper ab Anglis extructa, in inſula S. Helenæ, longè ab ora Africæ, in Oceano Æthiopico occidentali, media ferme inter promontoria Viride & Bonæ Spei.

Arx S. Hospitii, *S. Soſpir*, arx comitatus Niceenſis in ora maris Liguſtici, prope Villæfrancæ portum, à Victore Amedæo Duce Sabaudiæ exſtructa atque à Divi Hoſpitii incolatu & templo nomen ſortita, ſub dominio Ducis Sabaudiæ.

Arx S. Joannis de Ulua, *la Fuerça de S. Juan de Ulua* Hiſpanis, *S. Jean de Luz* Gallis, arx Americæ ſeptentrionalis, in Nova Hiſpania, in parva inſula prope Portum veræ Crucis, & ad ejus tutelam munita ab Hiſpanis ultimo ſæculo. Ibi appellunt qui verſus Mexicum urbem tendunt, à qua diſtat 80. circiter leucis in ortum.

Arx S. Juliani, *Sam Giam*, caſtrum regni Portugalliæ probe munitum ad æſtuarium Tagi fluvii, & in rupe ad ejus oſtium, 5. leucis ab Olyſippone in occaſum verſus promontorium Olyſipponenſe paulo minus.

Arx S. Mariæ, *la Fortezza di S. Maria*, arx Italiæ bene munita, in dominio Reipublicæ Genuenſis, in ſinu Spetiæ & in ſcopulo ferme à continenti ſeparata, ex adverſo Portus Ericis, in ora orientali Genuenſi, & 5. milliaribus diſtat à

Digitized by Google

Sarſana in occaſum, 2. autem à Portu Veneris.

Arx S. Mariæ, *S. Maria Schans*, ſortalitium Belgii, in Flandria & Vaſia regiuncula, ad Scaldim fluvium, prope Calloam, & uno milliari Germanico infra Antuerpiam. Ab Hiſpanis excitatum, ipſis etiamnum paret.

Arx S. Mariæ, *le Fort Sainte Marie*, munitio Americæ ſeptentrionalis, in inſula Guadalupia, una ex Antillis, verſus oram orientalem, nuper excitata à Francis, quibus hæc inſula ſubeſt a multis annis.

Arx S. Martini, *le Fort S. Martin de Ré*, arx permunita Franciæ, in Rea inſula, in ora Santoniæ, ex adverſo Rupellæ, à qua diſtat tribus leucis circiter in occaſum. Celebris facta eſt victoriâ Francorum & clade Anglorum anno 1627.

Arx S. Martini, *la Fortezza di San Martino* incolis, arx Italiæ, in dominio magni Ducis Hetruriæ & agro Florentino, in colle, à magno Coſmo munita, non longè ab Apennino monte, & prope Sievam amnem, 10. milliaribus diſtat à Florentia Bononiam verſus, in Septentrionem.

Arx S. Michaëlis, *el Fuerte di S. Miguel*, munitio Hiſpaniæ recens extructa prope Pacem Auguſtam in Extremadura, & ad ejus tutelam. Capta fuit à Luſitanis anno 1658. Sed poſtea ab ipſis derelicta, juris manet Hiſpanici.

Arx S. Nicolai, *il Forte di S. Nicolo*, arx Dalmatiæ, prope Sibenicum urbem, & ad ejus tutelam excitata a Venetis, quibus paret, juxta oſtium portus, 300. circiter milliaribus Italicis diſtat à Venetiis in ortum.

Arx S. Petri, *le Fort S. Pierre*, ſortalitium Americæ ſeptentrionalis, excitatum in inſula Martinica, una ex Antillis ad Meridiem Guadalupiæ inſulæ; ſubeſt dominio Francorum à pluribus annis.

Arx S. Philippi, *el Fuerte de S. Felipe* Luſitanis, *le Fort S. Philippe* Gallis, arx eſt permunita Tertiæ inſulæ, in Azoribus & in Oceano Atlantico, prope Angram civitatem, ſub dominio Luſitanorum.

Arx Schenkia, *Schenken-Schans* indigenis, *le Fort de Schenk* Gallis, arx munita Germaniæ, in Ducatu Cliviæ & in ipſo limine Gueldriæ, in tractu parvo Comitis inſula dicto, vulgò *s'Gravenwert*, ubi Rhenus in Vahalim & Rhenum ſcinditur, uno milliari Germanico infra Embricam ad occaſum, uti à Clivia in Septentrionem, ſic dicta fuit a Martino Schenkio ejus conditore, & dolo capta ab Hiſpanis anno 1635. poſtea recepta fuit anno ſequenti à Belgis unitis poſt obſidionem undecim menſium, capta fuit à Gallis anno 1672. intra biduum, & reddita anno 1674. Electori Brandeburgico qui eam denuo oppignoravit anno 1679 menſe Julio provinciis Belgii uniti, quibus nunc ſubeſt, ſed deficit in dies.

Arx Stenobsroa, *t'Fort van Steenberge*, fortalitium Belgii, in Brabantia, prope Stenobergam, & ad ejus cuſtodiam, in littore, excitatum anno 1630. à Belgis unitis, quibus paret, vixque ab ea mille paſſibus diſtat, & una leuca à Bergis ad Zomam in Septentrionem.

Arx Voornia, *Voorn Schanß*, munitio Belgii uniti, in Ducatu Gueldriæ, in Voornia inſula, ad Moſam fluvium, extructa à Mauritio Naſſovio anno 1599. paulo ſupra arcem S. Andreæ, ubi Moſæ Vahalis conjungitur, & ab ea ferè eodem loco ſeparatur. Vix duabus leucis diſtat à Buſcoduco; ſubeſtque dominio Belgarum. Capta fuit à Gallis anno 1672. & anno ſequenti ab ipſis diruta & derelicta.

Arx Urbana, *il Forte Urbano*, arx Italiæ, in ditione Eccleſiæ & in agro Bononienſi, biſce temporibus extructa ab Urbano VIII. Summo Pontifice, & ab eo nomen ſortita. Ibi antea ruinæ Caſtri dicti *Caſtel Leone*. Sita eſt prope confinia Ducatus Mutinenſis, vix uno milliari Italico à vico Caſtro Franco dicto, & tot a Panaro fluvio, 12. milliaribus à Bononia Mutinam verſus.

Arx Zelandia, *Fort Zelandia*, arx Aſiæ, in Caloneſo inſula, ſeu Formoſa, in Oceano Sinenſi, inter Sinas & Luſoniam inſulam. Excitata fuit hiſce poſterioribus annis à Belgis in ora occidentali inſulæ prope Taoanum oppidum. Sed anno 1661. Sinæ eam expugnarunt, & etiamnum tenent.

Arces, alias propriis locis deſcriptas invenies.

Arymagous, fluvius Ciliciæ, ex Tauro monte in mare inter Anemurium & Arſinoen exiens, nunc *Sequino*, teſte Nigro.

Arzanene, tractus Meſopotamiæ, & una ex quinque regionibus Trans Tigritanis à Galerio acquiſitis, teſte Feſto.

Arzilla, *Arzilla*, urbs Africæ & regni Fezzæ, in ora Oceani Atlantici, capta à Luſitanis anno 1471. ſed poſtea recepta à Mauris. Etiamnum paret Regi Marochi; eſtque munita, ſed parva, cum portu & arce in Haſbata provincia, & 15. leucis diſtat à Tingi in Meridiem. olimque Zilia dicta fuit, teſte Marmolio.

Arziris, urbs Armeniæ ad Euphratem fluvium, teſte Ptolemæo, quæ aliis Aziris. Vide ibi

Arzus, urbs Thraciæ Ptolemæo, cum fluvio eiuſdem nominis, *Chiourlic*, nunc, teſte Bellonio, urbs eadem cum Tzurulo videtur. Vide ibi.

Arzus, urbs eſt Thraciæ, inter Philippopolim & Druſiparam urbes, ex antiquo itinerario, a Philippopoli 50. mill. paſſ. in ortum verſus Hadrianopolim.

Arzus, urbs Epiſcopalis Cypri inſulæ in mediterraneis, olim Arſinoe, ut Stephano Luſignano videtur, & nunc tantum vicus *Arces* dictus.

Asa Paulini, oppidum Galliæ Lugdunenſis, ex Æthico, nunc *Anſe*, oppidulum Galliæ in Lugdunenſi provincia. Vide Aſſa Paulini.

Asaborum, promontorium Arabiæ fœlicis, ad fauces ſinus Perſici, teſte Ptolemæo, & aliis, nunc teſte Joanne Barrio, eſt *le Cap Mochandan*, contra Armozum promontorium Carmaniæ, à quo 15. leucis abeſt in Auſtrum, in medio Armuzia inſula, & juxta illud promontorium Macæ populi Arabiæ incolunt.

Asacus, fluvius Phtiotidis, Ptolemæo, Heracleam urbem ad Oetæ montis radicem alluens, & in ſinum Maliacum ſe exonerans.

Asæi, populi Sarmatiæ Aſiaticæ, verſus ſontes fluvii Rha ſeptentrionalioris, inter Modocas & Suardenos, teſte Mercatore.

Asama, fluvius Mauritaniæ Tingitanæ, Ptolemæo, Aſana Plinio, qui nunc Ommirabihus dicitur, *Ommibrabi* vulgò, teſte Jacobo Caſtaldo, oritur ex Atlante monte & in Oceanum Atlanticum ſe exonerat 90. mill. paſſ. à monte Solis in ortum æſtivum, regnum Marrochium à Fezzano ſeparans. Vide Ommirabihus.

Asana, fluvius Africæ in Libya interiori Plinio, qui nunc, teſte Joanne Mariana, eſt *le Senega* fluvius, unus ex brachiis Nigri verſus Arſinarium promontorium.

Asanca, oppidum Sarmatiæ Europææ, nunc teſte Villanovano, eſt *Clepern* in regno Poloniæ, ſed aliis eſt *Sandecz*, oppidum Poloniæ ſuperioris in Palatinatu Cracoviæ, ad fluvium *Dunajo* dictum, 30. mill. paſſ. à Cracovia, in ortum hybernum, & paulò plus à confinio Hungariæ ſuperioris in Septentrionem.

Asaphopolis, ſeu Fanum S. Aſaphi, quæ & olim Eluva, *S. Aſaph*, urbs Angliæ in principatu Walliæ, & in Flintenſi comitatu, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Cantuarienſi ab anno 560. ſedetque ad Cluidam fluvium ubi recipit *Elwy* amnem, in limite Den-

bighenſis Comitatus, vix 5. milliaribus Anglicis diſtat ab ora maris Vergivii in Meridiem Deobigham verſus 4. & 16. a Ceſtria in occaſum æſtivum, ſed parva eſt admodum & fere in vicum redacta.

ASBINUM REGNUM, *le Royaume d'Aſbin*, regnum Africæ in ora aurea Guineæ, eſtque parvum admodum.

ASBURTONIUM, *Aſhburton*, caſtrum Angliæ, in Devonia provincia ad fluvium *Dart*, diſtat ab Exonia 15. milliaribus verſus Meridiem, & totidem à Plimutho in ortum.

ASCALINGIUM, urbs Germaniæ ſuperioris, Ptolemæo, quid ſit nunc varie interpretatur, Irenicus & Appianus credunt eſſe Hildeſium *Hildesheim*, quæ urbs Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Moguntino in Saxonia inferiori, ſed Philippus Cluverius, & alii exiſtimant Aſcalingium fuiſſe oppidum Dulgibinorum in eo tractu, ubi nunc oppidulum *Herworden* in Weſtphaliæ circulo & Comitato Ravenſbergico, 9. circiter milliaribus Germanicis diſtans ab Hildeſio in occaſum Monaſterium verſus 10. quod probabilius.

ASCALON, urbs Palæſtinæ in ora maris Syriaci, Straboni, quæ Aſcalo Plinio, una ex quinque primis Philiſtinorum urbibus, poſtea Epiſcopalis ſub Patriarcha Hieroſolymitano, nunc etiam *Scalona* dicta, ſed pene jacens ſub Turcis, & paucis conſtans incolis, ſede Epiſcopali Bethleemiticæ juncta, teſte Leunclavio, eſtque inter Azotum ad Septentrionem & Gazam ad Meridiem 18. mill. paſſ. ab Azoto diſſita.

ASCANIA, *Aſcania*, caſtrum Germaniæ perantiquum, Comitatus caput, in Principatu Anhaltino, ad Wippram fluvium medio itinere inter Magdeburgum & Northuſiam. Nomen dedit aliàs Principibus Anhaltinis; diſtatque medio milliari Germanico ab Aſcherleba oppido quod ex ejus ruinis crevit.

ASCANIA, palus Aſiæ minoris in Bithynia, Straboni, & Ptolemæo, nunc *Acſu* dicta à Turcis, teſte Leunclavio, & *il Lago di Nicea* Italis, cum ſit prope Nicæam urbem, inter eam & Daſcylium urbem maritimam extenſa, & per eam labitur Aſcanius fluvius.

ASCANIUS, fluvius Bithyniæ, teſte Plinio, *Acſu* nunc per Aſcaniam paludem ad Nicæam, in ſinum Cianum influens.

ASCAUCALIS, oppidulom Germaniæ Ptolemæo, eo in tractu ubi Burgundiones populi, eſtqoe forſan *Furſtenovv*, in Marchia Brandeburgica, ut exiſtimat Cluverius.

ASCENSIO, *Acemçaon* Luſitanis, *l'Aſcenſion* Gallis, inſola Americæ, in mari Braſiliæ, verſus Præfecturam Spiritus Sancti, in ditione Luſitanorum, diſtat à Braſilia 80. leucis Orientem verſus; eſtque parvi circuitus.

ASCERADA, *Aſcerade*, oppidulum Livoniæ, ad Duinam fluvium in ditione Suecorum, infra Kachenhuſium tribus milliaribus Polonicis, & 13. ſupra Rigam. Fœdè vaſtatum fuit à Moſcovitis.

ASCHAFFENBURGUM, *Aſchaffenburg*, urbs Germaniæ in ditione Electoris Moguntini, in limite Franconiæ provinciæ cui etiam tribuitur à quibuſdam, olim fuit Imperialis & libera, ſed poſtea ab Imperio exempta, dividitur in urbem ſuperiorem & inferiorem, cum ponte lapideo ad Mœnum flovium, & palatio recenti cultiſſimo & quadrato Joanniburgo vocato, *Johansburg*, obi perſæpe commoratur Elector Moguntinus, dicitur etiam Aſciburgum à quibuſdam & 6. milliaribus Germanicis diſtat a Francoſurto in ortum Herbipolim verſus.

ASCHERLEBA, *Aſcherleben*, urbecula Germaniæ, in Saxonia & Principatu Anhaltino, ad Wipperam fluvium, malè habita fuit hiſce ultimis annis, 3. milliaribus Germanicis diſtat à Mansfeldia in Auſtrum; & quatuor ab Halberſtadia in ortum, crevit ex Aſcaniæ ruinis, ſubeſtque nunc dominio Electoris Brandeburgici uti Principis Halbertoſtadienſis.

ASCIBURGIUM, oppidulum Germaniæ inferioris, ex itinerario Antonini, nunc, teſte Thoma Leodio, & aliis, eſt *Aſburg* vicus Archiepiſcopatus Colonienſis in Comitatu Murſienſi, vix mille paſſibus diſtans à Murſia in ortum Duiſburgum verſus duobus, inter Rhenobergam ad Septentrionem & Caſtra Ordeonis ad Meridiem, & 36. mill. paſſ. á Colonia Agrippina in Septentrionem.

ASCIBURGIUS, mons Germaniæ, Ptolemæo, ex Sarmaticis mootibus ortum ducens, nunc mons Poloniæ ab accolis Polonis *Tatary* dictus, initium ducit juxta oppidulum *Twardoszyn* in Hungariæ confinio, inde in Septentrionem excurrens verſus Wartam fluvium & Marchiam Brandeburgicam, ad mare Balticum deponitur. Trajectus ejus hîc accolis *Gyllenberg* dicitur, Cluvero teſte.

ASCOTIA, *Aſcoytia*, oppidulum Hiſpaniæ, in provincia Ipuſcoa, ad Uiolam fluvium, duabus leucis a Placentia verſus ortum, & 5. à Fano D. Sebaſtiani, prope Seguiæ montes.

ASCRA, pagus Bœotiæ, teſte Pauſania, ad Heliconem montem, Heſiodi patria, a Theſpia 4. ſtadiis. Hinc Aſcræus nomen gentis.

ASCRIVIUM, urbs eſt Illyrici in Dalmatia Plinio, quæ Aſçrivion Ptolemæo, Aſcrovium aliis, quam ſolus Dominicus Niget interpretatur *Cattaro* urbem Epiſcopalem ſub Archiepiſcopo Raguſino in intimo receſſu ſinus Rhizonici ſub Venetis, ſed aliis eſt Caſtrum novum *Caſtel novo*, oppidum monitum ad eundem ſinum Rhizonicum ſub dominio Turcarum, 9. mill. paſſ. à Cattara in occaſum, & totidem à mari Adriatico in ortum, quanquam recentiores aliqui exiſtiment Aſcrivium eſſe *Melata grande* caſtrum in ora maris Adriatici, 20. mill. paſſ. a Cattara in occaſum Raguſium verſus 32.

ASCULUM APULUM, cognomento, ſeu etiam Satrianum, urbs Apuliæ Dauniæ, Straboni, & Plinio, nunc *Aſcoli*, quæ & *Aſcoli di Satriano*, urbs Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Beneventano, in regno Neapolitano & in Capitanata provincia, in confinio Principatus ulterioris, ad radices Apennini montis, principatus titulo gaudet & deficit in dies, 35. mill. paſſ. diſtans à Benevento in ortum, 16. à Compſa Manfredoniam verſus 30. & 18. à Troia in Meridiem Venuſiam verſus 15. ſita eſt in monte, & cum antiqua urbs horrendo terræ motu anno 1399. tota corruiſſet, incolæ novam urbem Aſculum condiderunt anno 1410. haud procul ab antiqua, teſte Ughello.

ASCULUM PICENUM, cognomento, urbs Piceni, teſte Livio, nunc *Aſcoli*, urbs eſt Italiæ, Epiſcopalis nemini ſuffraganea in Marchia Anconitana, & in ditione Eccleſiæ, ſatis eſt culta, & munita in monte, ad Truentum fluvium ubi recipit Caſtellanum amnem, in confinio Aprutii ulterioris ad montium radices, fuerat olim totius Piceni caput, & dividitur etiamnum in quatuor partes, duas habens arces vetuſtas, centum turres vetuſtas, pontes ſex, & portas novem, diſtans 20. milliaribus ab ora maris Adriatici in occaſum, & 9. à Monte alto in Auſtrum, uti 18. à Firmo Aquilam verſus 20. Aſclum cauſa metri dicitur uti apud Silium. Patria fuit Nicolai IV. Pontificis Maximi, hinc Aſculanus nomen gentis *Aſcolano* vulgò.

ASDATÆ, populi Aſiæ, ad Caucaſum montem incolentes, apud quos Topaſium lapidem gigni ſcribit Plinius.

ASEA, vicus & fons Arcadiæ, ex quo Alpheus in occaſum, & Eurotas in Meridiem profluunt, teſte Pauſania.

ASENA, oppidulum Hiſpaniæ Tarraconenſis in Carpetanis, Ptolemæo, nunc forte *Almeda* caſtrum

Digitized by Google

Caſtellæ novæ in Hiſpania, teſte Brietio, alii vero interpretaotur *Adamuz* oppidulum ejuſdem regionis, non longè a Tago fluvio diſſitum.

ASEMUM REGNUM, *le Royaume d'Aſem*, regio Indiæ extra Gaogem, in mediterraoeis verſus lacum Chiamæum, urbem habens primariam *Kemmerouf* dictam, ubi ſedes eſt Regis, teſte Tavernerio.

ASFERUN, mons Tartariæ deſertæ, in Aſia, juxta Obium fluvium.

ASGARA, *Aſgar*, provincia regni Fezzæ, in Africa, juxta littus Oceani Atlantici, inter oſtia fluviorum Buragragi & Lucci, & provincias Fezzam & Haſbatam verſus Fezzam exteoditur; ejuſque caput eſt Lixa urbs, cum aliæ pro majori parte dirutæ fuerint ultimis civilibus bellis, teſte Marmolio.

ASHFOROIA, *Aſhford*, caſtrum Angliæ, in provincia Cantio, ad fluvium Sturam. Novem milliaribus Anglicis diſtat à Cantuaria in Meridiem, & duodecim a Dubri in occaſum.

ASIA, palus Aſiæ minoris cum oppido cognomine, teſte Strabone, ad Tmolum montem & Cayſtrum fluvium. Hinc Aſius nomen gentis.

ASIA, maxima pars cogniti orbis ab antiquis, & in ortum valde extenſa, nobiliſſima mundi portio cenſetur multis de cauſis, & a Gallis *l'Aſie*, ab Hiſpanis, Italis & Anglis *l'Aſia* dicitur. Tribus partibus pereingitur vaſtiſſimo Oceano, qui ab Oriente vocatur Orientalis ſeu Eous, à Meridie Indicus, & à Septentrione Scythicus ſeu Tartaricus; ab Occidua autem parte habet ſinum Arabicum, ſeu mare Rubrum, Iſthmum inter Arabicum ſinum & mare Internum, atque inde maria Phœnicium & Ægeum, Helleſpontum, Propontidem, Boſphorum Thracium, Pontum Euxinum, Boſphorum Cimmerium, Mœotidem paludem, & fluvios Tanaim, Rham, & Obium. Aſiam ipſam Taurus mons mediam quodam modo cinguli in morem dividit, ab Occidente in Orientem longiſſimo tractu excurrens. Duplicem olim Aſiam veteres fecerunt, alteram ſcilicet Majorem, quæ trium orbis partium tunc cognitarum una fuit; alteram verò, quam Aſiam propriam ſeu minorem dixere; eſtque illius pars ſeu regio. Strabo Aſiam in quinque portiones dividit. Ptolemæus in 47. regiones ac provincias diſtribuit. Hiſce temporibus dividitur a plurimis in ſeptem ampliſſimas partes; ſunt autem Turcica ditio in Aſia, Arabia, Perſia, Tartaria, Sinarum regio ſeu China, India, & inſulæ, ſub quibus quamplurimæ aliæ regiones continentur.

ASIÆ MAGNÆ REGIONES FUERE.

Albania, nunc *le Dagheſtan.*
Arabia deſerta, *Beriara.*
Arabia fœlix, *l'Hyemen.*
Arabia petræa, *Barraab.*
Aria, *le Sableſtan & la partie meridionale du Chorasan.*
Armenia major, *l'Armenie en partie & le Curdiſtan.*
Aſia minor, *la Natolie.*
Aſſyria, *partie du Curdiſtan, & Terach.*
Babylonia, *l'Terach Arabi.*
Bactriana, *la partie meridionale du Mauralnabar.*
Carmania, *le Kherman.*
Colchis, *la Mengrelie.*
Drangiana, *le Siſtitan.*
Gedroſia, *le Send.*
Hyrcania, *le Tabareſtan.*
Iberia, *le Gurgiſtan.*
India citerior, *l'Inde deça le Gange.*
Iodia ulterior, *l'Inde de la Gange.*
Margiana, *la partie Septentrionale du Choraſan.*
Media, *le Schirvan, & Aderbeizan.*
Meſopotamia, *le Diarbekir.*
Palæſtina, *la Terre Sainte.*
Paropamiſus, *le Cabul.*
Parthia, *l'Terach.*
Perſia, *la Perſe propre, ou Farſiſtan.*
Phœnicia, *la partie de Sourie ou Beglirbeglic de Damas,*
Sacæ, *les Cazalgites.*
Sarmatia Aſiatica, *la Tartarie Moſcovite.*
Scythia intra Imaum, *la Tartarie deſerte, ou la partie Occidentale de la grande Tartarie.*
Scythia extra Imaum, *la partie Orientale de la grande Tartarie, & le Thibet.*
Serica, *le pais des Naimans, & les pais de Tanju & des Tartares de Kin.*
Sogdiana, *le Mauralnahar.*
Sinæ, *la Chine.*
Suſiana, *le Chuſiſtan.*
Syria, *la Sourie ou Souriſtan.*
Terra Septentrionalis incognita, *la Tartarie inconnuë,* ſeu *Mongal.*

ASIÆ MAGNÆ REGIONES EX ORDINE MARE ATTINGENTES FUERE.

Colchis.
Aſia minor.
Syria.
Palæſtina.
Arabia.
Babylonia.
Suſiana.
Perſis.
Carmania.
Gedroſia.
India citerior.
India ulterior.
Sinæ.
Serica.
Scythia borealis.
Sarmatia.

ASIÆ REGIONES AD MARE HYRCANUM.

Albania.
Media.
Hyrcania.
Margiana.
Sogdiana.

ASIÆ REGIONES INTERIORES.

Iberia.
Armenia major.
Meſopotamia.
Aſſyria.
Parthia.
Aria.
Carmania deſerta.
Drangiana.
Aracboſia.
Paropamiſus.
Bactriana.
Sacæ.
Scythia intra Imaum.
Scythia extra Imaum.

ASIÆ PARTES NUNC SUNT.

Arabia, *l'Arabie*, quæ triplex eſt.
Armenia, *l'Armenie & le Curdiſtan*
Aſia minor, *la Natolie.*
Bornei inſula, *l'Iſle de Borneo.*

Ceylani inſula, *l'Iſle de Ceylan*, quæ aliàs Taprobana.
Cyprus inſula, *l'Iſle de Cypre.*
Diaberchia, *le Diarbeckir*, alias Meſopotamia.
Georgia, *la Georgie*, & *Gurgiſtan.*
Japoniæ inſulæ, *le Japon.*
Java inſula, *l'Iſle de Java.*
India, *l'Inde*, quæ in tres partes dividi poteſt, nempe in Indiam propriam, ſeu Imperium magni Mogolis, *l'Indoſtan*, Indiam extra Gangem, *la Preſqu'Iſle de l'Inde delà le Gange*, & Indiam intra Gangem, *la Preſqu'Iſle de l'Inde deça le Gange.*
Kaimachitatum ſeu Naimanum regio, *le païs des Kaimachites.*
Maldivæ inſulæ, *les Maldives.*
Molucæ inſulæ, *les Iſles Moluques*, cum aliis in Oceano Indico ſparſis.
Perſia, *la Perſe.*
Philippinæ inſulæ, *les Iſles Philippines.*
Sinarum Regio, *la Chine.*
Syria, *la Sourie*, ſub qua Terra Sancta comprehenditur.
Sumatra inſula, *l'Iſle de Sumatra.*
Tartaria deſerta, *la Tartarie deſerte*, quæ pars eſt magnæ Tartariæ, aliàs Scythia intra Imaum.
Tartaria vera, quæ & vetus & magna, *la vraye ou la grande Tartarie.*
Thibetum regnum, *le Tobbat*, & *le Thibet*, aliàs Scythiæ extra Imaum pars meridionalis.
Trans Oxiana, *le Mauralnaher*, ubi olim Sogdiana.

Asiæ urbes nunc clariores.

Achemum, *Achem*, in Sumatra inſula.
Adenum, *Aden*, in Arabia.
Agra, *Agra*, in India.
Aleppum, *Alep*, in Syria.
Amedebatum, *Amedevvat*, in India.
Ancyra, *Angoury*, in Aſia minori.
Antiochia, *Antachiach*, in Syria.
Aſpahamum, *Hſpaham*, in Perſia.
Bagdatum, *Bagadet*, in Babylonia.
Baotamum, *Bantam*, in Java inſula.
Batavia, *Batavia*, in Java inſula.
Borneum, *Borneo*, in inſula cognomine.
Calecutum, *Calecut*, in India.
Cambaia, *Cambaia*, in India.
Candea, *Candy*, in Ceylani inſula.
Cantanum, *Cantan*, in Sinis.
Caſbinum, *Caſbin*, in Perſia.
Damaſcus, *Scham* ſeu *Damas*, io Syria.
Dellium, *Delly* ſeu *Jean Abad*, in India.
Famaaugusta, *Famagoſta*, in Cypro.
Goa, *Goa*, in India.
Hieruſalem, *Hieruſalem*, in Terra Sancta.
Jendum, *Jendo*, in Japonia.
Lahorium, *Lahor*, in India.
Macaſſaria, *Macaſſar*, in inſula Celebum.
Macaum, *Macao*, in Sinis.
Malaca, *Malaca*, in India.
Manila, *Manila*, in Philippinis.
Mataranum, *Mataran*, in Java inſula.
Meacum, *Meaco*, in Japonia.
Mecca, *la Mecque*, in Arabia.
Medina, *Medina Talnabi*, in Japonia.
Nangaſacum, *Nangaſachi*, in Japonia.
Nanquinum, *Nanquin*, in Sinis.
Ninive, *Moſul*, in Aſſyria.
Odiaa ſeu Siamum, *Odiaa ou Siam*, in India.
Pequinum, *Pequin*, in Sinis.
Pruſa, *Burſia*, in Aſia minori.
Samarcanda, *Samarcanda*, in Mauralnaria.
Sciraſium & Schiraſium, *Schiras*, in Perſia.
Smyrna, *Smirne*, in Aſia minori.
Surata, *Surate*, in India.
Tabriſium, *Tauris*, in Perſia.
Teredon, *Balſera*, in Arabia deſerta.
Trapezus, *Trebizonde*, ſeu etiam *Taraboſan*, in Aſia minori.

Asia minor, *la Natolie* Gallis, *la Natolia* Italis, regio eſt ampla Aſiæ, maxime in occaſum extenſa verſus Europam, terminatur à Septentrione Ponto Euxino, ab Oriente Syria, & Armenia majore à qua ſeparatur Euphrate fluvio, à Meridie mari Lycio & Pamphilio, ab Occidente vero mari Ægeo, Helleſponto, Propontide, & Boſphoro Thracio quibus ab Europa ſeparatur, continetque Bithyniam, Myſiam, Æolidem, Joniam, Cariam, Lyciam, Pamphyliam, Ciciliam, Armeniam minorem, Cappadociam, & Paphlagoniam, intus verò, Galatiam & Phrygiam magnam. Reliquæ partes harum ſunt, totáque Turcis paret; nunc autem dividitur in quatuor partes; quarum major verſus Occidentem & mare Ægeum extenſa, propriè *Natolia* vocatur; ibique fuerunt alias Bithynia, Paphlagonia, Myſia, Phrygia, Lydia, Æolis, Jonia, Caria, & pars Galatiæ. Altera pars verſus Pontum Euxinum & Septentrionem *Amaſia* dicitur, ſeu etiam *Rum*, ubi alias Pontus, Cappadocia, & pars Galatiæ. Tertia, *Caramania* dicta, ad Meridiem & juxta mare Mediterraneum occupat totum terræ tractum, ubi aliàs Cilicia, Pamphilia, Licaonia. Quarta, in Orientem porrecta verſus Euphratem, *Aladulis* dicitur, continétque Armeniam minorem antiquam.

Asiæ minoris præfectura, *le Beglierbeglic de Natolie*, una eſt ex quatuor partibus Turcicæ ditionis in Aſia minori, ſub qua comprehenditur media fere pars Aſiæ minoris verſus occaſum quæ proprie *Natolie* etiamnum dicitur, & quæ in quatuordecim Sangiacatus ſeu præfecturas minores dividitur, quorum nomina ſunt *Cutaige*, *Sarahan*, *Aidin*, *Kaſtamoni*, *Hudanendighiar*, *Bolli*, *Menteſche*, *Angora*, *Karabyſar*, *Tekeili*, *Kangri*, *Amid*, *Sultan-Ughi*, & *Kareſi*, reſte Ricautio Anglo, & ſubeſt dominio Turcarum à tribus ſæculis.

Asiæ minoris regiones, quæ mare attingunt:

Ad Septentrionem.

Pontus, *Genech.*
Paphlagonia, *Bolli.*
Cappadocia, *Amaſia.*

Ad Occidentem.

Bithynia, *Becſangil.*
Myſia, *la Natolie propre.*
Phrygia minor ſeu parva, *partie de Sarcum*,
Æolis, *partie de Sarcum.*
Jonia, *partie de Sarcum.*
Caria, *Aidinelli.*

Ad Austrum.

Cariæ pars, *Aidinelli.*
Lycia, *Menteſeli.*
Pamphylia, *Caramanie Occidentale.*
Cilicia, *la Caramanie.*

Juxta Euphratem fluvium ad ortum.

Melitene, pars Armeniæ, *Boſoch.*
Armenia minor, *Aladuli.*

ASIÆ MINORIS REGIONES MEDITERRANEÆ.

Galatia, *Chiangare.*
Lycaonia, *Cogni.*
Piſidia, *Verſacgeli.*
Iſauria, *Saura.*
Phrygia magna, *Germian.*
Lydia, ſeu Mæonia, *Caraſia.*

ASIÆ MINORIS REGIONUM METROPOLES SUB PATRIARCHA CONSTANTINOPOLITANO.

Adana Ciliciæ, ſub Patriarcha Antiocheno, *Adena.*
Amaſea, Cappadociæ, *Amaſia.*
Amaſtris, Paphlagoniæ, *Famaſtro.*
Anazarba, & Anazarbus, Sub P. Antiocheno, *Aeſar.*
Ancyra, Galatiæ, *Anguri.*
Antiochia, Piſidiæ, *Verſacgeli.*
Apamia Bithyniæ, *Apami.*
Apamia Phrygiæ magnæ, *Apamiz.*
Attalia, Pamphyliæ, *Satalia.*
Cæſarea, quæ & Mazaca, Cappadociæ, *Caiſar.*
Celtzene in Armenia minore,
Ceraſus, Cappadociæ, *Chiriſonda.*
Chalcedon, Bithyniæ, *Calcitius.*
Chios, inſulæ cognominis, *Chio.*
Chonæ, quæ & Coloſſæ, Phrygiæ magnæ, *Chonos.*
Clandiopolis, Honoriadis in Ponto, *Caſtomena.*
Cotyæum, Phrygiæ majoris, *Cutaige.*
Cyzicus, Myſiæ, *Chizico.*
Epheſus, Joniæ, *Ajaſalouth.*
Gangra, Paphlagoniæ, *Cangria.*
Germa, Galatiæ, *Girmaſti.*
Heraclea, Ponti, *Penderachi.*
Hierapolis, Phrygiæ major, *Bambouk-Kalé.*
Iconium, Lycaoniæ, *Cogni.*
Laodicea, Lydiæ, *Eskihiſſar.*
Melitene, Armeniæ minoris, *Melatie.*
Mitylene, Leſbi inſulæ, *Metelino.*
Mocaſus, Cappadociæ,
Mopſueſtia Ciliciæ, ſub Patriarcha Aotiocheno, *Malmiſtra.*
Myra, Lyciæ, *Strumita.*
Neocæſarea, Cappadociæ, *Tocato.*
Nazianzus, Cappadociæ.
Nicæa, Bithyniæ, *Iſnich.*
Nicomedia, Bithyniæ, *Comidia.*
Pergamus, Troadis, *Pergamo.*
Peſſinus, Galatiæ, *Poſſene.*
Philadelphia, Lydiæ, *Allaſcheir.*
Pompeiopolis, Ciliciæ, ſub Patriarcha Anteocheno, *Paleſoli.*
Pruſa Bithyniæ, *Burſia.*
Rhodus, inſulæ cognominis, *Rhodi.*
Sardes, olim Lydiæ regia, *Sardo.*
Sebaste & Sebaſtia, Cappadociæ, *Sauſtia.*
Seleucia, Ciliciæ, *Selechia*, ſub Patriarcha Antiocheno.
Sida, Pamphyliæ, *Scandalor.*
Smyrna, Joniæ, *Smyrne.*
Stauropolis, Cariæ.
Synnada, Phrygiæ majoris, *Sinada.*
Tarſus, Ciliciæ, ſub Patriarcha Antiocheno, *Tarſo.*
Trapezus, Cappadociæ, *Taroboſan.*
Tyana, Cappadociæ, *Tiano.*

ASIAA ROPRIÈ DICTA, Aſiæ minoris regio, Myſiam ſeu Phrygiam minorem cum Troade, Æolidem, Joniam, Cariámque, cum Lydia & Phrygia magna provinciis mediterraneis complectitur, apud antiquos mari Ægeo, Myrtoo, Rhodióque circumfluo. Urbes olim claræ, Cyzicus, Alexandria, Ilium, Pergamum, Smyrna, Epheſus, Miletus, Halicarnaſſus, Gnidus, Sardes, Magneſia, Apamea, Cibyra. Nunc fulgent Smyrna, Cotiæum, Magneſia. Populi Aſiani, & Aſiatici.

ASIATICUM MARE, proprie dictum, alluit Aſiam minorem verſus Meridiem, & vulgò, *la Mer de Rhodes* dicitur, & *la Mer de Caramanie*, cujus autem partes ſunt mare Lycium, mare Pamphylium, mare Cilicium, & mare Carpathium.

ASIBA, oppidum Aſiæ minoris, in Cappadocia, Strabone teſte, verſus Euphratem fluvium & Moſchicos montes, 30. milliaribus diſtat ab ora Ponti Euxini, in Auſtrum.

ASIBA, oppidum Ponti in Aſia minori, teſte Ptolemæo.

ASIDA, ſeu Aſila, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, Plinio, idem quod Aſinda & Aſindum, nunc *Medina Sidonia*. Vide Aſindum.

ASILIUM, ſive Aſilium Manſum, *le Mas d'Azil*, oppidulum Galliæ in Fuxenſi Comitatu, cujus fit mentio in actis mediæ ætatis. Vide Azilium Manſum.

ASINARIA, *l'Aſinara*, inſula eſt Italiæ, in ora occidentali Sardiniæ inſulæ, ubi tendit ad Septentrionem, aliaſque Herculis inſula dicta, circuitus eſt 28. mill. paſſ. & pertinet ad Saſſarim urbem, à qua diſtat 15. milliaribus in Septentrionem, uti 4. à promontorio Gorditano, arcem habens *il Caſtillazo dell'Aſinara* dictam, teſte Franciſco a Vico, & juxta hanc inſulam Genuenſes ab Aragoniis prælio navali victi fuere anno 1409.

ASINDUM, quod aliis Aſinda, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, Prolemæo, nunc *Medina Sidonia*, in Vandalitia provincia, Docatus titulo clarum Guzmanæ domus, ſedet in colle, 9. leucis à Gadibus in ortum, & 4. ab ora littorali Mundam verſus 11. & 20. ab Hiſpali in Auſtrum, dicitur à quibuſdam recentioribus Aſſidonia, fuitque olim urbs Epiſcopalis, teſte Hauberto Hiſpalenſi cum aliis.

ASINÆUS SINUS, qui & Meſſeniacus, *le Golfe de Coron* quibuſdam, & *le Golfe de Calamata* nautis, pars eſt maris Mediterranei Meſſeniam Peloponneſi regionem alluens ad Auſtrum, ſic dictus alias ab Aſine oppido littorali adjacente, eſtque inter Acritam & Tænarum promontoria. Vide Meſſeniacus ſinus.

ASINE, oppidum fuit Peloponneſi in Meſſenia, teſte Strabone, quod nunc *Farenomini* dicitur, teſte Sophiano, ſed teſte Nigro, dirutum eſt & manet tantum caſtrum Anchora dictum in ora littorali, inter Coronem ad Boream & Methonem ad occaſum & circa hunc locum ſunt parvæ inſulæ Threſtirides dictæ, ab Aſine Aſinæus nomen gentis, & Aſinæus ſinus.

ASINE, urbs fuit parva Argiæ regionis in Peloponneſo, Ptolemæo, cognomento Hermionica, & quam Strabo Argivæ terræ pagus dicit, nunc *Vulcanos*, teſte Nigro, in ora Boreali ſinus Argolici, & 15. milliaribus à Nauplia in ortum verſus Scyllæum promontorium.

ASINE, inſula parva Peloponneſi, in ora occidentali, apud Pylum oppidum, teſte Thucydide.

ASINERIÆ, *Aſnieres Bellay*, Abbatia Galliæ in Andegavenſi provincia, & in ejus parte meridionali verſus Pictaviam, inter Monſtrolium Bellei & Duacum oppida.

ASINES, & Aſinius, fluvius Siciliæ. Vide Aceſines.

ASISIA, oppidum Illyrici in Liburnia, Ptolemæo, & in mediterraneis, quod Aſſiſia Plinio, nunc exciſum, ubi multa antiquitatis veſtigia, teſte Nigro, qui locum *Beribir* vocat, ſed aliis eſt *Ivonigrad*, caſtrum in limite Boſniæ, ſub Turcis, 30. mill. paſſ. à Sebenico in Boream, ut dignoſcitur ex ſitu. Populi Aſſiſiates Plinio.

ASIUS, fluvius parvus Italiæ Ptolemæo, qui re-

centioribus Claſia ſeu Claſius, vulgò *il Chiaſcio* dictus, teſte Leandro, oritur ex Appennino monte prope Eugubium in Ducatu Urbinate, hinc auctus aliquot rivis per Umbriam labitur tribus milliaribus ab Aſſiſio, & poſtea in Tiberim cum Tinia ſe exonerat ad Torſcianum caſtrum, duobus milliaribus ſupra Derutam, & 4. à Peruſſia, multum autem diſſicit ab Aſio fluvio a Ptolemæo memorato, qui per Semnones lábitur. Vide Claſius.

Askarna, *Aſcherne*, oppidulum Hiberniæ, in Momonia provincia & Limericenſi Comitatu, ad fluvium cognominem. Aliis eſt *Aſcheten*, 15. milliaribus Hibernicis à Limerico diſtans in occaſum.

Asmera, *Aſmere*, urbs Aſiæ; in imperio Magni Mogolis, in India, & provincia *Bando*, prope fontes fluvii *Padder*, diſtat ab urbe Agra 70. leucis Hiſpanicis in occaſum, 15. autem ab urbe *Bando*.

Asmirea, regio Sericæ in Aſia, Ptolemæo, ubi nunc Kaimachitæ populi proprie dicti, ſecundum quoſdam recentiores, ejus urbs primaria Aſmirea etiam dicta fuit.

Asmirea, urbs Sericæ in Aſia, Ptolemæo, ad Oechardem fluvium, nunc *Chacan-Kaimach*, urbs Tartariæ magnæ, ut exiſtimant recentiores.

Asmirei, montes Aſiæ, in Serica regione, ubi etiam Aſmiræi populi, teſte Ptolemæo, verſus Iſſedonem Sericam, in eo tractu ubi nunc forſan Kaimachitarum regio ampliſſima, & pars Tartariæ latè ſumptæ, ex Abilpheda.

Asnaus, mons Macedoniæ, inter quem & Æropum alium montem, Aous fluvius, decurrit, Livio teſte.

Asnidia, oppidum Germaniæ, cujus fit mentio in actis mediæ ætatis, dicitur etiam Aſnithenſe Monaſterium, nunc Eſſendia *Eſſen*, oppidum Germaniæ in Weſtphaliæ circulo, & intra fines Montenſis Ducatus. Vide Eſſendia.

Asola, *Aſola*, oppidulum Italiæ & agri Brixiani, ad fluvium *Chieſe*, in ditione Veneta, diſtat à Brixia 25. mill. paſſ. in ortum hybernum, & à Mantua 20. milliaribus in occaſum; eſtque prope limites Ducatus Mantuani.

Asophos, oppidulum erat Palæſtinæ, in Galilæa, ad Sepphervam urbem, & Jordanem fluvium, teſte Joſepho.

Asopia, pars fuit Sicyoniæ provinciæ in Peloponneſo, teſte Nigro.

Asopus, fluvius Bœotiæ Pauſaniæ, nunc *Aſopo*, oritur ex Citherone monte, hinc in ortum tendens Plateas rigat, & per agrum Thebanum fluens ad Tanagram labitur. tandemque verſus Oropum oppidum in Euripum ſe exonerat.

Asopus, fluvius parvus Locrorum Epicnemidiorum, in limite Theſſaliæ Plinio, oritur ex Oeta monte, & accepto Phœnice fluvio in Sinum Maliacum ſe exonerat, 15 ſtadiis a Thermopylis, ac vulgo etiam *Aſopo* nominatur.

Asopus, Lydiæ fluvius, in Aſia minori, Livio, Laodiceam urbem præclaram alluit & poſtea in Lycum cum Capro delabitur.

Asopus, Macedoniæ fluvius qui, teſtibus Livio, & Strabone, Heracleam rigat.

Asopus, fluvius Peloponneſi, in Sicyoniæ tractu, teſte Pauſania, nunc *Arbon* vulgò dicitur; oritur ex monte Cœloſte, & in ſinum Corinthiacum ſe exonerat, prope Sicyonem.

Asopus oppidum Peloponneſi in Laconia regione, teſte Pauſania, & in ora littorali Sinus Laconici cum portu in Cherſoneſo, inter Boam oppidum ad ortum & Eurotæ oſtia ad occaſum, manet tantum caſtrum quod etiam *Aſopo* dicitur à quibuſdam, ſed à nautis & aliis *Rampano*, & *Caſtel-Rampano*, teſte Nigro.

Aspa, Parthiæ urbs, teſte Ptolemæo, nunc forſan *Aſpahan*, ut credit Lucas Holſtenius cum Jacobo Gollio. Vide Aſpahamum.

Aspahamum, alias Aſpa, *Hiſpahan*, urbs eſt Perſiæ præclara, in provincia *Terach*, ubi Rex Perſarum commoratur a ſeptuaginta circiter annis. Ampliſſima eſt, pulcherrima, & opibus pollens, innumeros continens incolas, cum tribus prægrandibus ſuburbiis, *Tzulfa*, *Tabriſabath*, & *Haſenalath*; ornatúrque quotidie ſuperbiſſimis ædificiis. A multis *Aſpahan* & *Haſpachan* dicitur, & a Perſis *Spahan*; habetque in ambitu 16. milliaria, & palatium Regis ſumptuoſiſſimum, principali rerum venalium foro imminens, ſita eſt in planitie perampla montibus circum ſepta; & ab ea pendent octo ditiones ſive tractus, in quibus ſunt pagi circiter quadringenti, & rigatur flovio *Zenderoud*, qui a monte *Dimavend* delatus, ipſam in duas partes ſecat, ſed poſt quinque milliaria extinguitur, diſtat vero hæc urbs à Schiraſio itinere decem dierum in Septentrionem, & totidem à Caſbino in Meridiem.

Aspacharathæ, populi Aſiæ, in Serica regione, Ptolemæo, ubi nunc regio *Tainfu*, verſus Sinas, ex levi conjectura.

Aspalathos, Illyrici oppidum maritimum, quod nunc *Spalato* apud Conſtantinum Porphyrogennetam, Vide Spalatum.

Aspaluca, oppidulum Aquitaniæ in Tarbellis, de quo fit mentio in itinerario Antonini, inter Toloſam & Cæſar-Auguſtam, nunc, teſte Petro de Marca, eſt *Acous*, locus in medio Vallis Aſpæ in Benearnia, ad radices Pyrenæorum montium, 12. mill. paſſ. diſtans ab Olorone in Auſtrum verſus confinia Aragoniæ regni, ad amnem Gabarum Aſpenſem, *le Gave d'Aſpe* dictum

Aspavia, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, Aulo Hirtio, nunc *Eſpejo*, oppidulum Hiſpaniæ in Vandalitia, teſte Morali, Cordubæ proximum ad Salſum fluvium, inter Cordubam & Aſtygim, & prope Caſtrum Rivi.

Aspeicia, *Aſpeycia*, caſtrum Hiſpaniæ in Ipuſcoa provincia, ad Urolam fluvium, 3. leucis diſtat à Toloſa oppido in occaſum, & pauló plus ab ora littorali in Meridiem.

Aspendus, urbs fuit Aſiæ minoris, ab Argivis condita Livio, Aſpendum Plinio, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Sidenſi; ad Eurymedontem fluvium, 60. ſtadiis ſupra ejus oſtium in Boream, teſte Strabone, & 18. à Perga in ortum Cybiram minorem verſus.

Aspensis Gabarus, *le Gave d'Aſpe*, fluvius Galliæ in Aquitania, & in Benearnia tractu, oritur ex Pyrenæis montibus in ipſo limite Aragoniæ, hinc in Arctos tendens Aſpalucam rigat, & juxta Oloronem in Gabarum Oloronenſem cadit.

Asperum mare, ſeu Barbaricus Sinus Ptolemæo, & Barbaricum pelagus Stephano, pars eſt maris Æthiopici auſtralis, verſus oram Africæ & Æthiopiæ ſuperioris, inter Zanguebariam regionem in continenti ad occaſum, verſus Raptum promontorium, & inſulam Madagaſcariam ſeu S. Laurentii, & à multis, nunc vulgò, *la mer de Zanguebar* & *la coſte de Melinde* dicitur, ab urbe littorali præcipua, terminaturque à Septentrione Mari Azanio.

Asphaltis lacus, & Aſphaltites, ſic à bitumine quod gignit certo anni tempore dictus ab omnibus Latinis Græciſque ſcriptoribus, nunc *la Mer Morte* Gallis, *il Mare Morto* Italis, lacus eſt Palæſtinæ, ubi alias vallis Sylveſtris in qua quatuor civitates Sodoma, Gomorra, Adama, & Seboim igne cœleſti ſuccenſæ, dicitur aliter mare Salis, mare Salſiſſimum, & mare Deſerti & ſolitudinis, ejus longitu-

do eſt 580. ſtadiorum ab Aquilone in Auſtrum, latitudo veto ab Occidente in Orientem eſt 150. ſtadiorum, teſte Joſepbo, & 35. milliaribus diſtat ab Hieroſolyma in ortum, ei adjacent ondique montes altiſſimi, & in eum influunt Jordanis fluvius qui ibi aquas ſuas perdit, atque Arnon, Dibon, & Zered torrentes, cum aliquot aliis, & ab incolis illius tractus *Babberet Louth* dicitur quaſi lacus Loth, ut aſſerit M. *Nau*, ſed aliis eſt *Babar Melach* id eſt mare ſalſum, & non rejicit pondera, ut exiſtimat Plinius, ſed ob nimiam ſalſedinem ea ſuſtinet, teſte Magro.

Aspes, *Aſpe Viejo*, oppidum Hiſpaniæ, ad Eldam fluvium in regno Valentiæ, 4. leucis ab Alona in occaſum, & paulò ſupra Illicim, 7. leucis diſtat à Murcia in ortum æſtivum, & ex ejus ruinis crevit oppidulum *Aſpe*, paulò ſupra.

Aspis, *l'Aſpido*, amnis Italiæ in ditione Eccleſiæ & in Marchia Anconitana. Cadit in Muſonem prope Lauretum, & dein cum eo in mare Adriaticum ſe exonetat.

Aspis, mons & oppidum Africæ propriæ ad Hermæam promontorium, Polybio; nunc *Meis* incolis, teſte Curione.

Aspis, oppidulum Africæ, teſte Strabone, ad Syrtim majorem ad initium, inter Calumacumam & Sacazamam pagos, ounc *Lard* incolis, teſte Marmolio.

Aspisii, populi fuere Aſiæ, in Scythia intra Imaum, ubi etiam Aſpiſius mons, Ptolemæo teſte, ubi nunc pars Tartariæ deſertæ.

Aspithra, *Ta*, fluvius ingens Imperii Sinarum, qui ejus partes auſtrales rigat & poſtea infra Aſpithram urbem in Oceanum cadit.

Aspithra, urbs Sinarum, teſte Ptolemæo, ad fluvium cognominem, nunc, ut colligitur ex tabulis Martini Martinii, eſt forſan *Quancheu* Quancheum, quæ proviociæ Quantoniæ caput eſt ad fluvium *Ta*, qui paulo infra in Oceanum ſe exonerat.

Aspithræ, populi fuere Sinarum, in parte meridionali illius regionis Ptolemæo, ubi nunc forſan provinciæ Junnania *Iunnan*, Quanſia *Quanſi*, & Quantonia *Quantung*, urbs ipſorum præcipua fuit Quancheum, teſte Martino Mattinio.

Aspledon, urbs Achaiæ Straboni, Bœotiæ Plinio, cum Heſichio, Phocidis autem, Stephano teſte.

Aspona, urbs fuit Galatiæ, teſte Antonino, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Ancyrano, inde 64. mill. paſſ. in ortum Parnaſum & Archelaidem urbem Cappadociæ verſus.

Asprenctacum, oppidum Galliæ ad Matronam fluvium, *Eſpernay* vulgò, quibuſdam in Campania provincia, medium fere inter Catalaunum ad ortum & caſtrum Theodorici ad occaſum. Vide Sparnacum.

Aspuca, urbs fuit Africæ in Numidia, Plinio, cujus locus ignoratur.

Assa Paulini, oppidulum alias Galliæ Lugdunenſis Æthico, nunc etiam *Ance*, oppidulum provinciæ Logdunenſis prope Ararim fluvium, in limite Baujovienſis, ubi alias Concilium celebratum. Vide Anſa.

Assara, fluvius Mauritaniæ Cæſarienſis, teſte Ptolemæo, in mare Mediterraneum inter Sigam urbem ad occaſum & Portum magnum ad ortum influens, *Seſfis* incolis, teſte Caſtaldo.

Assæ, *les Aſſas*, populi ſunt Africæ, in Guinea mediterranea, inter Aboraas & fluvium Mancum, teſte Joanne Leone.

Assaracæ, populi fuere Lybiæ interioris, Plinio, forſan ubi nunc regnum *Biafara*, verſus Guineam, Mercatore teſte.

Asseriates, populi Alpioi, teſte Plinio, Alutraenſibus finitimi, in Tridentinorum confinio quorum tractus *Val di Serra* hodie nominatur, teſte Joſia Simlero.

Asserimum, *Aſſerim*, caſtrum permunitum Indiæ in monte, io regno Cambaiæ & imperio Magni Mogolis, diſtat à mari Indico 15. leucis Hiſpanicis io ortum, & totidem ab urbe Surata in Meridiem. Paret Luſitanis, & dicitur etiam *la Roche d'Aſſerim*.

Assinarius, amnis Siciliæ Thucydidi, *la Falconara* dictus, ab oppido cognomine ei adjacente in valle Netina, teſte Fazello. prope Netum urbem labitur & in mare Jonium ſe exonerat 10. milliaribus à Pachyno promontorio in Septentrionem, Syracuſas verſus, juxta illum Athenienſes à Syracuſanis victi, inſigni clade affecti ſunt anno urbis cooditæ 542, Duce Nicia.

Assinoium, *Eſſen*, oppidum Germaniæ in Weſtphalia regione, cum celebri Abbatia virginum cui ſubeſt cum ditiuncula adjacente, eſtque inter Comitatum Marchiæ, & Ducatum Clivenſem, dicitur aliter Eſſendia. Vide ibi.

Assinum, *Aſſyn* & *Aßyn beg*, caſtrum Scotiæ ſeptentrionalis in Aſſino tractu Roſſiæ, ſedet in ora maris Deucaledonii in limite Strath-Naverniæ provinciæ, a quo vix 5. milliaribus diſtat & paucis conſtat incolis, ei fere adjacet lacus *Loch Aſſin* dictus.

Assinus tractus, *Aſſynt*, provincia parva Scotiæ ſeptentrionalis, quæ proprie pars eſt Roſſiæ provinciæ ad occaſum extenſa juxta Deucaledonium mare, & verſus Strath-Naverniam provinciam, ubi alias Creones ſeu Cerones populi, ut exiſtimat Camdenus.

Assis, inſula parva Italiæ quam efficit Tiberis fluvius ad ejus oſtia inter Portum & Oſtiam, teſte Damaſo in vita S. Silveſtri Papæ, alias inſula ſacra dicta fuit, nunc vulgo *l'Iſola Grande* diſtatque 12. milliaribus tantum ab urbe Roma in Meridiem, in ora maris Tyrrheni.

Assisia, oppidum Illyrici, Plinio. Vide Aſiſia.

Assisium, quæ Æſiſium, urbs Italiæ, Ptolemæo, vulgo *Aſſiſi* iocolis, *Aſſiſe* Gallis, urbs eſt Umbriæ in ditione Eccleſiæ & Epiſcopalis nemini ſuffraganea, ſedet in monte, 4. milliaribus à Claſio ſeu Aſio fluvio diſtat, 11. à Peruſia in ortum Fulginium verſus 9. & 14. ab Eugubio. Nota eſt S. Franciſci natalibus, & S. Claræ.

Asso, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in finibus Baſtitanorum, Ptolemæo, nunc *Oſſea* vicus Hiſpaniæ Bigerræ finitimus, teſte Moletio, ſive potius locus etiamnum *Aſſota* dictus in viciniis, & in regno Granatenſi in confinio Murciæ, teſte Gregorio Argáizo.

Assor Antiopia, urbs fuit Palæſtinæ, Chananæorum præcipua, teſte Joſepbo, à Joſue incenſa, in tribu poſtea Nephtali, oon longè a finibus Tribus Aſer, & tempore Jeſu Chriſti una ex civitatibus Decapoleos, teſte Lubino, hodie vero *Antiopia* vicus, dicitur etiam à quibuſdam Arama Aſor.

Assoros, oppidum Macedoniæ in Mygdonia tractu, Ptolemæo, juxta fluvium Echedorum, 10. mille paſſibus diſtabat ab Apollonia in Boream Antigoniam verſus, teſte Brietio, nonc vix ejus ſuperſunt rudera, quanquam à quibuſdam *Aſſera* dicatur.

Assorus, oppidum Siciliæ, Ciceroni, Aſſorium Stephano, Aſſerus Ptolemæo, nunc vicus Siciliæ inſulæ *Aſoro* dictus, teſte Fazello, ſedet in monte cujus pedes alluit Chryſus fluvius in provincia ſeu

Valle Nemorenſi, Comitatus ritulo gauder, & 12. milliaribus diſtar à Rayalbuto in occaſum hybernum. Populi Aſſerini Ciceroni.

Assum, promontorium Troadis prope rudera urbis cognominis, nunc *il Capo di S. Maria* dictum à nautis Chriſtianis, & *Bababourn* à Turcis, in ora Aſiæ minoris.

Assum, urbs Troadis, Ptolemæo, quæ Aſſus Straboni, & Apollonia Plinio, in Aſia minori, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Epheſino, nunc vicus *S. Quaranta* dictus, teſte Moletio, ſeder in ora ſinus Adramirteni, & 16. mill. paſſ. diſtat a Lecto promonrorio in ortum, Gargarum verſus paulo minus, 13. a Leſbo inſula in Septentrionem, & 30. ab Antandro in occaſum.

Assumptio, *l'Aſſomption*, urbs oova & parva Americæ meridionalis, prope fluvium Argenteum, in regione Paraguaia & in provincia fluvii Argentei. dicitor aliter Beata Maria Aſſumpta; diſtatque 80. leucis à Guaira oppido io occaſum, & 200. a S. Cruce *de la Sierra* ortum verſus ſub Hiſpanis, eſtque Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo *de la Plata*.

Assur, Palæſtinæ urbs maritima, haod longè à Rama, *Arſid*, vulgariter diei ſcribit anonymus, de bello Hieroſolymitano. Idem fluvium Aſſur dictum hoc tractu haber, ut notat Ortelius, Antipatris veteribus eſt. Vide ibi.

Asstrani, nunc Baccaſara, *Baciesaray*, urbs Thauticæ Cherſoneſus in Tartaria minori ſeu Precopenſi, ubi Principis Sedes. Vide Baccaſara.

Assurus, urbs Africæ propriæ, reſte Ptolemæo, quæ ab aliis Aſſures dicta fuit, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Carthaginenſi, media inter Siccam Veneriam ad occaſum æſtivum & Suffetulam ad ortum hybernum, & 120. mille paſſibus diſtat à Carthagine in Meridiem, ſed quid ſit nunc non conſtat.

Asstria, regio Aſiæ perampla ſub Syriæ nomine, & vice verſa Syria ſub Aſſyriæ nomine comprehenſa ſæpius vocarur.

Asstria, regio Aſiæ Srraboni, Plinio, & Ptolemæo, olim regnum fuit peramplum complectens Aſſyriam propriam, Meſopotamiam, & Babyloniam, ejus termini erant à Septentrione Armenia major, ab ortu Perſarum Imperium, ab occaſu Syria, & Aſia minor, & a Meridie Arabia deſerta.

Assyria propria, regio Aſiæ & pars Aſſyriæ magnæ, terminabatur à Septentrione partim Armenia majori, & partim Media, ab ortu eadem Media, à Meridie Babylonia, & ab occaſu Meſopotamia, à qua diviſa erat Tigri fluvio, ab Aſſur filio Sem nomen habet, teſte Iſidoro, nunc Iraca dicitur, *Terach* vulgo incolis, & *Terach Agemi* aliquando ex parte, teſte Gollio, eſtque fere tota ſub dominio Turcarum, & in ipſo limite ditionis Perſiæ, ejus urbes olim claræ fuere Ninos, Arbela, & Cteſiphon, nunc præcipuæ ſunt *Moſul* alias Ninus, & *Schiarazur* quæ ex Arbelæ ruinis crevir, ejus partes alias decem fuere uti infra, Popu li Aſſyrii.

Assyriæ propriæ partes foere.

Adiabene.
Apolloniates.
Arbelitis
Arrapachitis.
Artacene.
Calacine.
Chalonitis.
Garamæi.
Sambaræ.
Sittacene.

Asta, orbs & colonia Galliæ Ciſalpinæ in Liguria, teſte Ptolemæo, ad Tanarum flovium, *Aſti*, nunc incolis, *Aſte* Gallis, urbs Italiæ Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Mediolanenſi, eſt probe munita cum arce recenti & valida, fuir alias Reſpublica potens, poſtea vero ceſſit Vicecomitibus, ſicque erat pars Ducatus Mediolanenſis, ſed ab co disjuncta poſt varias vices conceſſa fuit Sabaudiæ Duci cui nunc ſubeſt ab anno 1531. & dividitur in plures partes nempe in Civitatem, Burgum, Cittadellam, ut vocant, & Caſtrum, & S. Petri Caſtellum, 9. milliaribus diſtat a Nicæa Palæa in Occidentem æſtivum, 15. à Caſali in Auſtrum Albam verſus 10. & 16. ab Alexandria in occaſum Taurinum verſus 20. hinc Aſtenus nomen gentis *Aſtegiano* incolis, *Aſteſan* Gallis.

Asta, orbs fuit Hiſpaniæ Bæticæ io Turdetanis, teſte Livio, quæ etiam, Aſta Regia, Plinio, ad Lethem fluvium, nunc, teſte Morali, *Meſa de Aſta* dicitur, locus ſic nominatur a Cæſariana urbe introrſum, Arcenſem urbem verſus 8. mill. paſſ. diſtaos, rudera ingentem fuiſſe indicant, ex ejus ruinis crevit Cæſariana, *Xerez de la Frontera*, urbs in vicinus in Vandalitia regione. quæ Aſta nova dici poteſt, & quæ eſt magni circuitus in agro perferaci, ſed malè culta; & non procul ab ipſa luctuoſum illud prælium inter Arabes, & ultimum Gothorum Regem Rodericum commiſſum fuit, ubi Gothi cæſi, & Hiſpania in Arabum prædam ceſſit, anoo 713. die 11. Novembris.

Asta, *Aſta*, oppidum Aſiæ, in India citeriori & regno *Decani*, inter Viſiaporam & Dabulam urbes, 15. circiter leucis utrimque diſtans.

Astabeni, populi Hyrcaniæ, teſte Ptolemæo, quos quidam *Aſtrias* ex parva oominis alluſione dici putant

Astaboras, fluvius Æthiopiæ ſoperioris, Straboni, *Tacaſſi*, Mercatori, *Tacaze* Hierooymo Lobo Luſitano, in Abaſſinia, oritur in Angorino regno, hinc in Boream tendens, rigaris aliquor provinciis in Nilum ſe exonerat, in Nubia regione.

Astacapra, urbs Indiæ citerioris ſeu intra Gangem, reſte Ptolemæo, prope oſtia Indi fluvii, quæ à Caſtaldo *Campanir* dicitur, ſed alii & melius exiſtimant Aſtacapram fuiſſe ubi hodie *Ianager* urbs ditionis Magni Mogolis in provincia *Soret* dicta.

Astacara, & Iſtachra, *Aſtachar*, urbs Perſiæ, alias maxima, juxta fluvium *Bendimir*, prope ruinas antiqoæ Perſepolis, quę olim caput fuit Imperii Perſici, in via Sciraſio Aſpahamum verſus. Vide Perſepolis.

Astacenom æstoarium, tractus Hiſpaniæ Bæticæ, reſte Ptolemæo, qui nunc *la Mareſma* dicitur, in Vandalitia regione, juxta oſtium fluvii Bætis, extenditurque verſus oppida Nebriſſam & Palatium, teſte Morali.

Astacenus ſinus, Straboni, nunc *le Golfo de Comidia*, teſte Gillio, pars eſt Propontidis in Bithyniam excurrens ad ortum, verſus Nicomediam, ſicque ab Aſtaco urbe adjacente dieitur, uti etiam Nicomedienſis.

Artaces, fluvius Aſiæ minoris in Pooto, teſte Plinio.

Astacia, urbs Bactrianæ regionis, cujus meminit Ammianus Marcellinus.

Astacos, urbs Bithyniæ in Aſia minori, Straboni, in ora Boreali Aſtaceni ſinus ab ea dicti, 15. milliaribus diſtat à Nicomedia urbe in occaſum æſtivum, & 50. ferè à Conſtantinopoli io ortum, nunc ferè diruta jacet, *Geiviſo* dicta, reſte Leunclavio.

Astacos, Macedoniæ urbs, in Acarnania regione, Thucydidi

Thucydide teſte. Quid nunc ſit, non conſtat, neque etiam ex conjectura.

ASTAGOA, *Aſtago*, urbs Africæ, in Æthiopia inferiori, & imperio Monemugi, verſus limites Zanguebariæ regionis, & Mozambici regni, ut quidam recentiores tradunt.

ASTALUM, *Adſtat*, oppidulum inſulæ Iſlandiæ, in parte ſeptentrionali, in mari Deucaledonio, prope ſinum Skagam, & 3. tantum milliaribus Germanicis ab urbe Halar ſeu Hola in Meridiem, ſub dominio Regis Daniæ cum tota inſula.

ASTALICIS, ſeu Aſtacilicis, urbs Mauritaniæ Cæſarienſis, Ptolemæo, nunc *Tefezara*, oppidum Barbariæ, in regno Algerii in mediterraneis, teſte Marmolio, prope Timici urbem regiam.

ASTÁPUS, fluvíus Æthiopiæ ſuperioris, teſte Ptolemæo, dicitur nunc Abanhus, *Abanhi*, id eſt pater Aquarum, ab incolis illius regionis, ſecundum quoſdam, & *Tazace* ſecundum alios, & in Nilum ſe exonerat, ſunt tamen plurimi qui credant Aſtapum eſſe tantum Nili ramum.

ASTARACSNSIS COMITATUS, ſeu tractus *l'Eſtarac*, ſeu *le Comté d'Eſtarac*, tractus Galliæ Aquitanicæ in Vaſconia ſuperiori, & pars Conitatus Armeniacenſis, inter Comitatus Convenarum ad ortum, & Bigerr.nſem ad occaſum; ejus præcipuum oppidum eſt Miranda *Mirande*, conditum ſub Philippo Pulchro Rege anno 1289, alia ſunt Caſtrum novum Barbarenſi, *Caſtelnau de Barbarens*, Maſſylva *Maſſeoube*, & Marſiacum *Marſiac*, teſte Oihenarto.

ASTELFUS, fluvius Colchidis in Aſia, teſte Arriano, nunc *Eugur* dictus ab incolis, oritur ex monte Caucaſo, & Cipuriam Anatghiamque tractus Mengreliæ rigat, & deinde in Pontum Euxinum ſive mare Nigrum labitur, 20. milliaribus ab oſtio Cobii fluvii in Septentrionem, teſte Archangelo Lamberto.

ASTENIDUM, oppidum Galliæ, cujus fit mentio in actis mediæ ætatis, & quod à recentioribus Satanacum dicitur, & Stanacum etiam quibuſdam, vulgo *Sten.y*, oppidum munitum Galliæ, in Lotharingia ad Moſam fluvium. Vide Stanacum.

ASTENSIS COMITATUS, *l'Aſtegiano & il Contado d'Aſti* incolis, *le Comté d'Aſt & l'Aſtezan* Gallis, tractus Italiæ, antea pars Ducatus Mediolanenſis, nunc autem ſub dominio Ducis Sabaudiæ ab anno 1531. ex conceſſione Caroli V. Imperatoris, qui hunc Comitatum Gallis eripuerat biennio antea, ſicque hodie Pedemontio latè ſumpto annexus eſt, terminatur ab occaſu Pedemontio, & ab aliis partibus undique cingitur Ducatu Montisferrati, ejus vero urbes ſunt Aſta tractus caput, Verrucola *Verrua* ad Padum fluvium, & Claraſcum.

ASTEPA, urbs Hiſpaniæ Bæticæ, quæ ab aliis Oſtipo dicitur. Hæc à Marcello obſeſſa ne in Romanorum poteſtatem veniret, ſe ipſam cum filiis uxoribus & opibus, teſte Livio, concremavit, nunc diruta jacet propè Singulim fluvium, teſte Ambroſio Morali, ex ejus ruinis excitata fuit Aſtepa nova, *Eſtepa*, urbs Vandalitiæ in clivo, paucis conſtans incolis, in ipſo limite regni Granatenſis, vix duabus leucis ab Urſone diſtans in ortum, tribus a Singuli fluvio, & 5. ab Aſtygi in Meridiem.

ASTERABATIA, *l'Aſterabath*, provincia Perſidis, non longè à mari Caſpio, in regione *T.ba.reſtan*. Oppidum habet cognomine verſus montes, quod 20. leucis ab urbe Gorgiano in occaſum, & circiter 50. leucis à mari Caſpio diſtat, teſte Oleario.

ASTERIA, inſula parva maris Jonii, Straboni, inter Ithacam & Cephaleniam, Aſte.is Homero, nunc *Didaſcalio* dicitur, teſte Sophiar.o.

ASTERION, fluvius Argiæ regionis in Peloponneſo, Pauſaniæ, in Eraſinum fluvium influens: ubi etiam mons, teſte Plinio, ex quo fluvius prædictus effluit per ſylvam Nemæam.

ASTETLANIA, *Aſtetlan*, provincia novæ Hiſpaniæ, in America ad Septentrionem provinciæ Cinaloæ, & non longè à mari Purpureo. A paucis annis luſtrata fuit ab Hiſpanis, qui tamen nullas in ea habent colonias, teſte Laetio.

ASHTICANUM, *Ashtecan*, urbs Aſiæ in Mawaralnahra regione, tractus cognominis caput in provincia *Al-Sogd*, caſtrum habet amplum ad fluvium cognominem, & diſtat à Samarcanda itinere unius diei, ſeu 3. paraſangis, teſte Abulfeda, ejus tractus extenditur itinere 5. dierum in longitudinem.

ASTIÆ, promontorium Thraciæ ad Boſphorum, Straboni, quod nunc vulgo *Cevrion* dicitur, teſte Petro Gyllio.

ASTIGI, urbs Hiſpaniæ Bæticæ, olim Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Hiſpalenſi. Vide Aſtygi,

ASTIR, *Steyr* quibuſdam, urbs Auſtriæ, à Lentio 4. milliaribus Germanicis in Meridiem. Vide Aſturis.

ASTOMI, populi Indiæ, circa fontes Gangis, toto corpore hirta frondium lanugine tantùm utentes, ut Plinius ſcribit, cui fides eſto.

ASTRACANUM, *Aſtracan*, urbs ampla Tartariæ Aſiaticæ, regni cognominis caput, propè oſtium fluvii Rhæ, in ditione Moſcorum ab anno 1554. cum arce permunita; habuitque olim Regem proprium. Ibi antiquitus erant Aſturcani populi ut exiſtimant. Urbs diſtat 12. leucis à mari Caſpio, & 70. ab urbe Terkia in Septentrionem, eſtque in ea parte Tartariæ, quæ vulgò *Nagaia* dicitur, ſeu regnum Aſtrachanum, Oleario teſte & aliis.

ASTRACANUM REGNUM, *le Royaume d'Aſtracan*, pars eſt ampla ditionis magni Ducis Moſcoviæ in Tartaria deſerta, verſus oſtia fluvius Rhæ in mare Caſpium, quod ei adjacet ad Meridiem, uti Bulgariæ regnum ad Septentrionem, Nogai populi & Tanais fluvius ad occaſum, & Calmuchi populi ad ortum, antea paruit proprio Regi, ſed à Joanne Baſilide magno Duce Moſcoviæ occupatum fuit, & ejus ſucceſſoribus huc uſque ſubeſt, urbem præcipuam habens cognominem, ibi alias Aſturcani.

ASTRÆUS, fluvius parvus Macedoniæ, teſte Æliano, fontes habet in limite Albanorum, prope Aſtræum ſeu Æſtræum oppidum, quod l'*Oſtro* nunc dicitur, & unde nomen habere videtur, deinde in Axium defertur, ibi etiam Æſtræi populi Macedoniæ, inter Almopes ad Septentrionem & Deſſaretios ad Meridiem.

ASTRATA, inſula maris Rubri, intra ſinum Arabicum, teſte Ptolemæo, quæ *Caiaſſa* nunc dici fertur.

ASTROMELA, oppidum Galliæ Narbonenſis, ex itinerario Antonini, & Plinio, nunc Honoratus *Bouche* interpretatur *Iſtres*, vicum Galliæ in Provincia ad oram orientalem finus Aſtromelæ inde dicti, ubi recipit foſſam *Crapone* in planitie ampliſſima, una leuca à Foſſa Mariana, & una cum dimidia a Ferrariis in Septentrionem.

ASTROMELA, ſinus parvus maris Mediterranei in Gallia Narbonenſi, Plinio teſte, Maſtramella Stephano, & in ora Provinciæ, nunc *la Mer de Martignes*, dictus à Maritima oppido, & inſulula ei adjacente ad oſtia, cum circumſtant Juncariæ & Ferreriæ ad oſtia, uti Berra in intimo receſſu, & ejus longitudo eſt 9. mill. paſſ. latitudo vero 7. & circuitus triginta circiter, teſte Honorato *Bouche*, eſtque propè oram littoralem maris Mediterranei, & hinc ſunt periti nautæ *les Marteguux* dicti.

ASTRUNUS, mons Italiæ in Campania, propè

Puteolos urbem; & lacus parvus qui vulgò *i Bagni di Aſtruno* nominatur, teſte Mazzella, à balneis ibi exiſtentibus.

Astuia, oppidum Cavionum in Germania, teſte Ptolemæo, & in regione Vindilorum, quod aliqui *Swerin* indigitant urbem Ducatus Megalopolitani in Saxonia inferiori, ad lacum parvum cognominem.

Astura, oppidum olim Latii in Volſcis Feſto, nunc exiguum caſtrum *Aſtura*, ditionis Eccleſiæ in Campania Romana, & in ora littorali, & prope Pomptinas paludes, Dominos habuit Frangepanos, & hic Marcus Tullius Cicero à Marci Antonii militibus fugiens interfectus eſt, ibique etiam detectus fuit & captus Conradinus Sueviæ Dux nepos Frederici II. Imperatoris, atque poſtea Neapolim deductus, ei adjacet fluvius parvus etiam *Aſtura*, qui juxta ipſum in mare Tyrrhenum ſe exonerat. 30. mill. paſſ. diſtat ab urbe Roma in ortum hybernum, & 5. ab Antio Circæos verſus decem.

Astura, fluvius Hiſpaniæ Tarraconenſis, Oroſio, nunc *Aſta*, fluvius Hiſpaniæ, in regno Legionis, verſus Lucum Aſturum labitur, & poſtea in Cantabricum Oceanum cadit; & a quibuſdam Melſus dicitur. Alii tamen credunt eum eſſe qui nunc *Tuerto* dictus, Aſturicam alluit, & dein cum Urbico & Eſtola in Durium cadit.

Astures, populi fuere Hiſpaniæ Tarraconenſis, teſte Strabone, verſus oram Oceani Borealis ſeu Cantabrici accolentes, inter Callaicos ad occaſum, Vaccæos ad Meridiem, & Cantabros ad ortum, qua Pyrenæi jugum haud procul ſecundo Oceano ſub Septentrionem deducitur, eorum regio aſpera eſt, & montibus ſylviſque horrida, diviſi olim erant in Transmontanos, & in Auguſtanos ſeu Ciſmontanos, teſte Plinio, erantque omnes in Cantabria latè ſumpta comprehenſi, teſte Arnaldo Oihenarto.

Astures Cismontani, ſeu Auguſtani, populi erant Hiſpaniæ Tarraconenſis, inter Callaicos ad occaſum, Aſtures Tranſmontanos ad Septentrionem, & Vaccæos ad ortum, & Meridiem, ubi nunc pars ſeptentrionalis regni Legionis, quæ ad occaſum vergit, inter Gallæciam & Eſtolam fluvium, & eorum urbes fuere Aſturica Auguſta & Legio.

Astures Transmontani, erant in Hiſpania Tarraconenſi, inter Callaicos ad occaſum, Aſtures Ciſmontanos ad Meridiem, Cantabros ad ortum, & mare Cantabricum ad Septentrionem, ubi nunc Aſturia regio, *l'Aſturia*.

Asturia, regio Hiſpaniæ & regni Legionis pars, principatus titulo clara, ab incolis vulgò *l'Aſturia*, & à Gallis *l'Aſturie* dicitur, eſtque in longum protenſa ab ortu in occaſum, à Biſcaia nempe ad Gallæciam: duplex eſt, nempe Aſturia Ovetana, *l'Aſturia de Oviedo*, quæ ad occaſum extenditur & Gallæciæ adjacet, à primaria ejus urbe Oveto, & Aſturia S. Julianæ, *la Aſturia de Santillana*, *ſeu de Sant Illana*, dicta ab oppido cognomine, & ad ortum, extenſa verſus Biſcaiam, quibus additur etiam tertia pars nempe *la Aſturia de Tranſmiera*, teſte Gregorio de *Argaiz*, & hæ tres partes, ſeu melius Aſturia dividitur in ſeptem tractus ſeu Majorinatus *las Merindades* dictas, totius regionis caput eſt Lucus Aſturum, quæ & Ovetum *Oviedo*, urbs alias regia ſede inſignis, alia oppida ſunt Avila *Aviles*, Fanum S. Julianæ *Santillana*, Fanum S. Vincentii *S. Vincent de la Varquera*, & Gigio *Gijon*, quod antiquitus caput fuit Aſturiæ ante Ovetum; inter utramque Aſturiam ſunt montes Europæ dicti, valde excelſi, & intra hos montes Lievana provincia parva, quæ pars eſt Aſturiæ, & de qua ſuo loco dicetur, hinc Aſtures populi *los Aſturianos* vulgò.

Asturica Augusta, urbs & colonia aliàs Aſturum Ciſmontanorum in Hiſpania Tarraconenſi, Ptolemæo, in confinio Vaccæorum, nunc *Aſtorga* incolis, *Aſtorgue* Gallis, urbs in regno Legionenſi, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Compoſtellano, ſedet ad fluvium Teram *Tuerto* in planitie, ſed à paucis inhabitatur & quotidie deficit, 7. leucis diſtans à Legione in occaſum hybernum, 28. à Burgis in occaſum, uti 18. à Palencia, & 12. à Sentica in Septentrionem, dicta fuit etiam Amacorum urbs, hinc Aſturicenſis nomen gentis.

Asturis, ſeu Caſturis, oppidulum Norici, ex vita S. Severini, quod teſte Cuſpiniano, nunc *Stokeravv* dicitur, vicus Auſtriæ inferioris ad Danubium, 4. milliaribus Germanicis ſupra Viennam, aliis vero eſt *Steyr*, urbs parva Auſtriæ ſuperioris ad Aniſum fluvium, 3. milliaribus ſimilibus a Laureaco diſtans in Meridiem, quod magis probatur.

Asturum Lucus, urbs fuit Hiſpaniæ Tarraconenſis, in finibus Aſturum, teſte Ptolemæo, nunc prorſus everſa prope Ovetum urbem quæ illi ſucceſſit, teſte Moletio, & quæ nova lucus Aſturum dici poteſt, in Aſturia Ovetana ab ipſa dicta, 16. leucis diſtans a Legione in Septentrionem, Scythicum promontorium verſus 9. ad duos amnes *Nalon* & *Nora*. Vide Ovetum.

Astygi, urbs Hiſpaniæ, Plinio, quæ Aſtigis, Ptolemæo, nunc *Ecija*, urbs Hiſpaniæ ad Singulim fluvium, Epiſcopalis olim ſub Archiepiſcopo Hiſpalenſi, nunc vero in Diœceſi Hiſpalenſi, ſed etiam hac tempeſtate clara in Vandalitia provincia. Auguſta firma dicta fuit etiam a Plinio, hæc una cum Aſtapa & Urſone recuperatur à Ferdinando Rege anno 1239. Mauris inde ejectis, 8. leucis diſtat à Corduba, & 24. à Granato in occaſum Hiſpalim verſus 15, & à Malaca 17. in Septentrionem, hinc Aſtygitanus nomen gentis.

Astygitanus conventus, tractus Hiſpaniæ in Bætica, in quo pars fuit Turdulorum populorum, ubi nunc pars Vandalitiæ inferioris trans Bætim fluvium, inter Hiſpalim Aſtygim & Mundam.

Astypalæa, oppidum Coi inſulæ in mari Ægeo, teſte Stephano.

Astypalæa, inſula maris Ægei, in mari Carpathio, teſte Strabone, *la Stampalia* vulgò, cum urbe ejuſdem nominis Epiſcopali ſub Archiepiſcopo Rhodienſi, in parte auſtrali inſulæ quæ in longum extenditur ab ortu in occaſum, ejus circuitus eſt 65. milliarium, & vix 60. milliaribus diſtat ab ora proximiori Cretæ inſulæ in Septentrionem, uti à Gnido urbe Aſiæ minoris in occaſum, Theraſiam inſulam verſus 50. ei adjacent ad Meridiem aliquot inſulæ parvæ, uti *Placida*, *Plana*, *Deonia*, *Scrova*, & *Zafrania*, & *Serpas* ad occaſum, alias Querinos nobiles Venetos habuit dominos, ſub poteſtate Reipublicæ Venetæ, ſed anno 1537. uſurpata fuit à Turcis, quibus etiam ſubeſt.

Astyra, villa Italiæ inter Antium & Circæios, in Latio, eadem cum Aſtura, ut videtur, ab urbe Roma 30. mill. paſſ. diſtans, ubi Cicero interſectus eſt, teſte Plutarcho.

Astyra, urbs erat Phœniciæ in ora littorali, teſte Stephano.

Astyra, urbs Troadis vel Myſiæ, in cujus campo erat Dianæ templum, à quo Diana Aſtyrina vocata fuit.

Asuga, *Aſug*, oppidulum Abyſſiniæ, ſeu Æthiopiæ ſuperioris, in provincia *Ambiam*, centum circiter milliaribus infra Ambiamum in Septentrionem.

Asulum, *Aſolo*, oppidum Italiæ, in ditione Veneta & in Marchia Tarviſina, prope fontes fluvii

Muſſoni, in monte ſedet; 15. milliaribus à Tarviſio in occaſum, & octo a Baſſano in ortum diſtans.

ASUNGA, *Aſungen*, lacus Sueciæ regni, in Weſtro-Gothia provincia, verſus Smalandiam.

ATABYRIS, mons in inſula Rhodi, teſte Strabone, unde ipſa Rhodus Atabyria olim dicta fuit, teſte Plinio, libro 5.

ATABYRIS, mons Siciliæ, prope Agrigentum urbem, ubi boves Æneæ mugire ſolitos, cùm aliquid iniqui fieret, tradunt, teſte Stephano.

ATACAMA, *Atacama*, deſertum Americæ meridionalis, in regno Peruæ, verſus confinia regni Ciles, in ora littorali maris Pacifici, ad centum fere leucas extenſum, teſte Laëtio, in regione *de los Charcas*, inter Aricam & fluvium Copiapum.

ATACINI, populi Galliæ Narbonenſis, prope Narbonem, ſic dicti quod circa ripas Atacis fluvii inhabitarent, hinc Atacinorum colonia dicta fuit Narbo, urbs Galliæ in Occitania, in antiquis inſcriptionibus, quod prope ejus oſtia ſita ſit, teſte Catello.

ATAIA, urbs fuit Laconiæ, teſte Stephano.

ATALANTA, inſula parva Achaiæ, Eubocæ adjacens, Plinio, & oppidulum cognomine, è regione Opuntis urbis Bœotiæ, cujus meminit Statius, nunc *Talanta* quibuſdam, ad Euripum, hinc Atalanteus nomen gentis.

ATALANTES NESIUM, inſula parva Eubœæ, teſte Ptolemæo, ad Cenæum promontorium quam Niger *Caloiero* vulgo dici teſtatur. Sed hæc eadem eſt cum Atalante Plinii.

ATAVILLI, *los Atavillos*, populi Americæ meridionalis, in Perua, prope fontes fluvii Xauxæ, diſtant circiter 60 leucis à civitate Regum, & 40. ab ora littorali maris Pacifici.

ATAX, fluvius Galliæ Narbonenſis, Straboni, & Ptolemæo, *l'Aude* vulgo, oritur ex montibus Pyrenæis in ea parte Comitatus Ruſcionenſis quæ tractus Capſirius dicitur, *le Capſir*, in ipſo limite Cerretaniæ, ſupra oppidum *Puig Validor*, hinc in Arctos tendens per Occitaniam provinciam, Alethum, Limoſium, & Carcaſſonam rigat, deinde paulo poſt recepto Freſquelo & in ortum fluens, auctus aliquot aliis fluviis minoribus, tandem una leuca ſupra Narbonem in duo brachia ſcinditur: ex quibus quod ad ſiniſtram vetus eſt alveus Atacis, & in mare Mediterraneum ſe exonerat 3. leucis infra, per oſtium *le Gran de Vendre* dictum, 2. leucis à Biterris in Meridiem, brachium autem dextrum tenile *la Robine* dictum, per mediam Narbonem labitur, & 2 leucis magnis infra per ſtagnum Bagenſe ſeu Rubrenſe in mare Mediterraneum cadit, creduntque pluriorillud iocile fuiſſe olim verum Atacis oſtium, ejus meminit Lucanus libro primo, & Narbo dicitur à Polybio eo quod Narbonem rigat.

ATEGUA, & Attegua, Cæſari, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ olim munitiſſimum, a Cæſare everſum, cujus rudera *Tebala vieja* ſeu *Teivela*, teſte Ambroſio Morali, cernuntur in Vandalitia prope Alcalam Regiam, in confinio regni Granatenſis, ubi adhuc fons viſitur qui *Fuente di Teivela* dicitur, 12. leucis à Corduba in ortum Granatum verſus.

ATELLA, oppidum Lucaniæ Silio, nunc *Atella* caſtrum regni Neapolitani, in Baſilicata provincia, ad radices montis Apennini, & in ipſo limite Principatus Ulterioris, paucis conſtans incolis, vix 7. milliaribus à Melphi in Meridiem, & 12. a Venuſia in occaſum.

ATELLA, urbs Campaniæ in Italia, teſtibus Ptolemæo, & Strabone, poſtea Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Neapolitano, 7. milliaribus à Neapoli in Boream Capuam verſus, nunc vicus tantum, *S. Arpino* dictus, teſte Sanfelicio, in provincia Terræ Laboris, 3. milliaribus a Clanio fluvio, & vix uno milliari ab Averſa urbe quæ illi ſucceſſit in Epiſcopatu, & nova Atella dici poteſt. media inter Capuam ad Septentrionem & Neapolim ad Meridiem, 8. mill. paſſ. utrinque diſtans, ut ego vidi dum illas partes luſtrarem anno 1667. Populi Atellani Ciceroni, & Plinio.

ATER, mons Africæ, in longum valde extenſus, & uno latere Syrtim minorem attingens, teſte Plinio.

ATERNUM, urbs Marrucinorum in Italia, Straboni, & Plinio, alias Epiſcopalis, in limite Veſtinorum, nunc *Peſcara* incolis, *Peſquaire* Gallis, oppidum munitum Regni Neapolitani in Aprutio Citeriori, in ipſo limite Ulterioris cum arce valida ad oſtium fluvii Aterni, ſub dominio utili Avalorum qui hinc Marchiones Piſcarienſes dicti, ejus Epiſcopatus Adriam tranſlatus fuit, & 16. milliaribus diſtat ab Anxano in occaſum æſtivum, 12. à Pinna in ortum, & 8. a Teate in Septentrionem.

ATERNUS, fluvius Italiæ, Plinio; qui Peſcara Paulo Diacono, vulgo *la Peſcara*, oritur ex Apennino monte in Aprutio, propè Amiterni rudera, hinc propè Aquilam fluens, & juxta Apenninum in ortum tendens, 15. milliaribus infra verſus Arctos labitur, & auctus aliquot amnibus, diviſoque Aprutio citèriori ab ulteriori Teateam rigat, & juxta & infra Aternum oppidum in mare Adriaticum cadit, Aterni fluvii oſtia 100. mill. paſſ. diſtant in ortum æſtivum ab oſtiis Tiberis, teſte Magino.

ATESTE, urbs Galliæ Tranſpadanæ, Plinio, & Tacito, Epiſcopalis olim ſub Patriarcha Aquileienſi, nunc *Eſte*, oppidum Venetæ ditionis, ſatis cultum in agro Patavino, ad Medoacum minorem fluvium, propè Euganeos montes, 12. milliaribus a Patavio diſtans in Meridiem, 5. à Monte Silicis, & 30. a Venetiis recedens in occaſum hybernum, hinc dicti Principes Ateſtini, ſive Eſtenſes, Ferrarienſi Ducatu diu potiti, nunc Mutinenſes & Regienſes Duces Ateſtini populi.

ATIRA, urbs Bithyniæ, ſub monte Olympo, teſte Oroſio, eadem Pruſa.

ATIRA, *Atha*, amnis Germaniæ, in Ducatu Bavariæ. In Danubium fluvium ſe exonerat paulò ſupra Ingolſtadium.

ATHAMANES, populi Epiri, teſte Strabone, quorum regio Athamania dicta fuit; eratque inter Acarnaniam, Ætoliam, Theſſaliam, & Achaiam, intra montes, ubi alias urbs præcipua Argithea, dicti fuere etiam Athamantes.

ATHAMAS, mons Phthiotidis; ab Athamante Rege dictus, cujus incolæ Athamantes, teſte Strabone, nominantur. Ex eo fluvius Athamas profluit.

ATHANACUM, *Aiſnay*, Abbatia Galliæ ad Lugdunum, alias extra urbis muros, teſte Gregorio Turonenſi, ubi ara Lugdunenſis, de qua Juvenalis, nunc intra urbem ad confluentes Araris in Rhodanum fluvium.

ATHANAGIA, urbs Illergetum in Hiſpania citeriori, quæ à Scipione expugnata fuit, teſte Livio, quid ſit liquido non conſtat: Floriano a campo eſt Minoriſſa *Manreſa*, oppidum Cataloniæ ad radices Montis Serrati, aliis eſt *Cardona*, oppidum ejuſdem provinciæ, inter Minoriſſam & Solſonam, ſed recentioribus eadem eſt poſtea dicta fuit Ilerda *Lerida*, urbs munita Cataloniæ, & Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Tarraconenſi, quæ Illergetum caput erat, ad Sicorim fluvium, 3. leucis ſupra ejus confluentes in Iberum & in limite Aragoniæ, quod probabilius eſt. Vide Ilerda,

Athar, pagus Palæſtinæ, teſte Euſebio, qui ſi nunc exſtet, incertum.

Athenæ, urbs Græciæ notiſſima, & Atticæ metropolis, alias ἄστυ, dicta Antonomaſtice, cujus incolæ Aſtici, Pelaſgi, Cranai, Cecropidæ & tandem Athenienſes dicti, ait Stephanus, clariſſima armis quondam & litteris, a Cecrope condita, & ſic de Minervæ, quæ ibi colebatur, nomine dicta, nunc *Athinia* Incolis & Turcis, *Athenes* Gallis, *Atene* Italis, *Atenas* Hiſpanis, ſed & inter fluvios Cephiſum & Iliſſum in colle, Archiepiſcopalis eſt ſed nunc deficit ex quo ſubeſt Turcis, ejus portus Phalerus, nunc *il Porto*, ad 2. milliaria diſtans & alias urbi conjunctus per longos muros ſenſim oblimatur, ut vix minorum navigiorum capax ſit, urbs autem nunc caput eſt Ducatus cognominis, habuitque alias Duces proprios per plurimos annos, antequam in Turcarum poteſtatem deveniret, ſed capta fuit a Mahumete II. anno 1455 & ab eo tempore ſubeſt dominio Turcarum, arcem habens munitam in rupe prærupta, & dividitur in octo partes *Platomata* dictas; vix mille paſſibus diſtans ab ora Saronici ſinus, 44. a Corintho in ortum, uti 24. a Megara, 50. a Thebis in Meridiem, & 120. a Sparta in Septentrionem.

Athenæum, locus erat Athenis, Minervæ dicatus, ubi opera litteris dabatur, hoc eſt gymnaſium & academia.

Athenæum, promontorium Magnæ Græciæ, teſte Dionyſio Halicarnaſſeo, nunc *il Capo Roſſo* dicitur, à Gabriele Barrio, eſtque in Calabria Citeriori, in ora maris Jonii, & 4. mill. paſſ. diſtat a Roſciano urbe.

Athenæum, promontorium Picentinorum, Plinio, quod & promontorium Minervæ, & Sirenarum, alter Surrentinum & Prænuſſum apud Strabonem, nunc *il Capo Campanella*, teſte Scipione Mazzella, Craterem ſinum a Pæſtano ſeparans contra Capreas inſulam inde 4. mill. paſſ. diſtans in occaſum, dicitur melius Minervæ promontorium. Vide ibi.

Athenarum Ducatus, *le Duché d'Athenes*, ſeu *de Atines* provincia Græciæ, ubi alias Attica regio & Megaris, eſtque pars Livadiæ regionis, ejus caput eſt Athenæ, & alias habuit Duces proprios, quibus ſuberat, nunc autem paret Turcis.

Athenienſis Legio, locus Germaniæ inferioris, ubi Domitianus Legionem Athenienſem primam inſtituit, teſte Dione, ſed quid ſit hodie non conſtat, an hæc oppido Brabantiæ quod *Thenen* a Belgis, & *Tillemont* à Gallis dicitur, an potius oppido *Ath* in Hannonia quærit Ortelius.

Athenopolis, oppidum Galliæ Narbonenſis, teſtibus Plinio, & Mela, in ora Provinciæ, quibuſdam eſt Antipolis *Antibe*, urbs munita cum portu in Provincia, voce non abludente, 7. leucis a Foro Julio in ortum æſtivum, aliis eſt *la Napoule*, arx ejuſdem regionis in ora, 3. leucis à Foro Julio Antipolim verſus, ſed Honoratus *Bouche* exiſtimat Athenopolim fuiſſe ubi forſan Sambracis, hodie *Grimaut* oppidum Provinciæ verſus oram, & una leuca diſtans ab intimo receſſu ſinus Sambracitani, idque multis prob[illegible] nititur.

Athenum, & Atina *Atene*, oppidulum regni Neapolitani, in Principatu citeriori, prope fluvium Tanagrum, ſeu Nigrum, cum titulo Principatus; eſtque ad radices Apennini montis, & parvi circuitus. Vide Atina.

Athenria, *Athenry*, urbecula Hiberniæ, in Connacia provincia, & in Galluiæ Comitatu, dicitur melius Achada *Achde*. Vide ibi.

Atheſinus Ager *das Etſchlandt*, tractus Germaniæ in Comitatu Tirolis, juxta Atheſim fluvium, & ab ejus fontibus uſque ad Bolzanum, inter Brennum montem ad Septentrionem & Tridentinum tractum ad Meridiem, ſub dominio Auſtriacorum, ejus oppidum præcipuum eſt Meranum.

Atheſis, fluvius maximus Venetæ regionis, Plinio, & Livio, Atagis Straboni, nunc *l'Adige* Italis, *die Etſch* Germanis, fluvius eſt Italiæ in Veneta ditione, oritur ex Brenna monte maximo Alpium in Comitatu Tirolis, vix 2. milliaribus Germanicis ab Oe[illegible] fluvio, & à confinio Rhætorum, hinc Atheſinum tractum ab eo dictum alluens labitur prope Meranum atque Bolzanum, ubi in Auſtrum tendens, recipit E[illegible] fluvium, hinc auctus Nuce & Laviſio in Tride[illegible] agro Tridentum ipſius caput rigat, & paulò poſt per ditionem Venetam & agrum Veronenſem [illegible] tum, Veronam biſariam ſecat, & Patavinum [illegible] rioni a Rhodigina Peninſula ſeparat, & auctu [illegible] fluviis minoris notæ, tandem in mare Adriaticum ſe exonerat inter Foſſam Claudiam urbem, & [illegible] liſtinam poſtremum Padi oſtium, 16. circ[illegible] bus a Venetiis in Meridiem, ut ego [illegible] partes luſtrarem. Populi per quos lab[illegible] tra Alpe[illegible] Atheſini dicuntur à Plinio, nunc *Etſchlender* G[illegible]nice.

Athiso, fluvius parvus Galliæ Ciſ[illegible]pinæ in Inſubria, *la Toſa*, vulgo oritur ex ſummis Alpibus, & monte S. Gothardi in confinio Valleſiæ provinciæ, deinde in Meridiem tendens, per Ducatum Mediolanenſem plurimis amnibus auctus, prope Oſcellam labitur & Voconiam oppidum rigat, tandemque in V[illegible]banum lacum ſe exonerat prope P[illegible]tiam, in [illegible]ius or[illegible] occidentali inter Aronam & Locarnum.

Atholia, *Ath[illegible]*, provincia Scotiæ ſeptentrionalis, ſeu trans Tavum fluvium, ad radices Montis Grampii in mediterraneis, ubi forſan al[illegible] pars Caledoniorum: terminatur a Septentrione Badenochia provincia, ab ortu Gonrea, ab occaſu Abria, & à Meridie A[illegible]baniæ, Strathernia, & Perthia provinci[illegible]; lacubus & fluviis referta eſt, & ejus oppidum præcipuum eſt Blaira, *Blaire*, teſte Thimotheo Ponte.

Athos, Mons Macedoniæ in Chalcidica tractu Plinio, Livio, Straboni, nunc *il Monte Santo* Italis, ἅγιον ὄρος Græcis recentioribus, valde excelſus ut locum imbrium ſuperet, teſte Mela, in mare Ægeum [illegible]currit inſtar peninſulæ, inter Sinus Strymonicum ad Septentrionem & Singiticum ad Meridiem, jungitur [illegible], 12. ſtadiorum qui a Xerxe ſectus fuit, teſte Herod[illegible]to, ejus ambitus eſt 9[illegible]. mill. paſſ. circiter, & a Turcis *Scididag* dicitur teſte Leunclavio, & etiam *Monaſtir* ob cœnobiorum multitudinem, in eo enim numerantur 24. monaſteria Calogerorum ſeu Monachorum Græcorum, quorum celeberrima ſunt Garopedos & Agia laura, in his duobus 6[illegible]0. monachi numerantur, aliis quinque millia, & pleraque eorum ſunt munita ut piratis obſiſt[illegible]t, indeque Epiſcopi omnes ſub Conſtantinopolitano Patriarcha ad Eccleſias regendas deſumuntur, ibi in ſacris litteris & ceremoniis probe eruditi, ex quo mons hic *agion oros* nominatur, teſte Bellonio qui hunc montem accurate deſcripſit, à ſolis monachis ordinis S. Baſilii inhabitatur, eſtque in *Jamboli* provincia Macedoniæ recentis, narrat Plinius hunc montem eſſe adeo excelſum ut ejus umbra in Lemnum inſulam, hinc in ortum 45. mill. paſſ. diſtantem, uſque pertingat.

Athra, *Athren*, oppidulum antea, nunc [illegible]us Hiberniæ, in Lagenia provincia & Comitatu Kildarienſi, ad fluvium Burgium, medius fere [illegible] Catlogium & Kildariam.

Athres, fluvius Scythiæ Europææ Herodoto, qui *Labus* incolis appellatur, teſt[illegible] Leu[illegible]

Athum, *Aeth* Belgis, *Ath* Gallis, [illegible] nitum Belgii, in Hannoniæ Comitatu & in B[illegible] tio tractu, ad fluvium Teneram, 2. leu[illegible] diſtat [illegible] finio Flandriæ, quinque a Tornaco in [illegible]; eſt medium ferme inter Ald[illegible] ad [illegible]

& Montes ad Meridiem, 5. leucis utrinque diſtans, Captum fuit anno 1667. à Ludovico XIV. Rege Francorum, cui etiam ſuberat cum toto territorio adjacente, pace ad Aquiſgranum confecta, ſed pace ad Noviomagum facta redit ad Hiſpanos anno 1679. & in eo ſancita fuit pax anno 1357. inter Venceſlaum Ducem Brabantiæ & Ludovicum Comitem Flandriæ.

ATHYMBRA, urbs Cariæ, ad Mæandrum fluvium. Vide Nyſſa. Sic enim poſtea dicta fuit, teſte Stephano.

ATHYNA, *Athyna*, oppidum Sclavoniæ, in monte, & in Comitatu Poſegienſi, verſus Dravum fluvium, & prope fontes Oriawæ fluvii, 5. milliaribus Germanicis diſtat à Poſega in Septentrionem, & ſex circiter à Sigetho in Meridiem, ſub dominio Turcarum.

ATHYRA, urbs Thraciæ, Procopio. Vide Athyras.

ATHIRAS, fluvius Thraciæ Ptolemæo, Atyras Plinio, nunc *Glicynero* Græcis, *l'Acqua dolce* Italis, teſte Carolo Rinio, fluvius Thraciæ in Europa provincia, oritur prope Byziam urbem, deinde verſus Auſtrum fluens prope Selymbriam in Propontidem ſe exonerat, inter Conſtantinopolim ad ortum & Perinthum ad occaſum, ubi etiam ineſt Athyra, numero plurali, urbs Epiſcopalis alias & nunc Metropolis, Metris finitima, teſte Leunclavio, & *il Ponte Grande* vulgo dicta ab Italis, *le grand Pont* à Gallis.

ATIENTIA, *Atiença*, oppidulum Hiſpaniæ in Caſtella veteri, intra montes cognomines cum caſtro in colle, 4. leucis diſtans a Seguntia, teſte Roderico Sylva.

ATILIA, locus Vindeliciæ, cujus meminit vetus inſcriptio quam profert Joannes Aventinus in ſuis Annalibus, *Altenburg* nominari hodie idem addit in Bavariæ Ducatu, ſed, teſte Marco Velſero, eſt *Azelburg* vicus ejuſdem regionis prope Danubium, & verſus urbem Straubingam, forſan idem quod Auguſta Acelia.

ATILIANA, oppidum Vaſconum in Hiſpania Tarraconenſi, de quo fit mentio in itinerario Antonini, nunc teſte Hieronymo Zurita, eſt *Sadava* caſtrum Aragoniæ regni ad fluvium Riguelum, in confinio Navarræ, octo leucis a Calaguri in ortum Jaccam verſus totidem, & 5. a Sangoſſa in Meridiem.

ATINA, urbs & Colonia Volſcorum, in Latio, Livio teſte, in confinio Campaniæ, olim Epiſcopalis, nunc tantum vicus provinciæ Terræ Laboris, *Atino*, ſedet in monte ad Melſim fluvium, 4. mill. paſſ. ab Arpino in ortum, uti 10. a Sora Venafrum verſus 17. & 4. à Monte-Caſſino in Septentrionem ad radices Apennini, & ejus Epiſcopatus ſuppreſſus fuit Innocentii III. temporibus, Populi Atinates, Plinio & Livio.

ATINA, urbs Italiæ in Lucania, teſte Plinio, quæ etiam Athenum dicitur à quibuſdam, *Atena*, Epiſcopalis alias, nunc oppidulum regni Neapolitani in provincia Principatus citerioris, ad Tanagrum fluvium, inter Polam & Salam oppidula, 4. mill. paſſ. utrimque diſtans, ad radices Apennini montis, 8. mill. paſſ. diſtat à Marſico novo in occaſum, & 16. a Potentia, gaudet titulo Principatus, eſtque parvi circuitus, ejus campus Atinas à Plinio commemoratur.

ATINIUM, oppidum Theſſaliæ, in Macedoniæ confinio, Ptolemæo, Gomphis Triccæque finitimum, nunc caſtrum *Atino* dictum, ut Ferrarius exiſtimat.

ATINTANES, populi fuere Macedoniæ, teſte Polybio, in Oreſtide regione. Thucydides eos Moloſſis annumerat.

ATISO, fluvius Italiæ. Vide Athiſo.

ATITLANUS LACUS, *la laguna de Atitlan*, lacus Americæ in nova Hiſpania, & in Guatimala provincia, circuitus 10. leucarum, & 12. ab urbe S. Jacobi de Guatimala diſtans, teſte Laëtio.

ATLANTICUM MARE, ſeu Oceanus Atlanticus, & Atlanticum Pelagus, *l'Ocean Atlantique*, ſeu etiam *la mer Atlantique*, pars eſt ampliſſima Oceani, verſus Occidentem noſtræ continentis extenſa, unde dicitur etiam Oceanus occidentalis, Africam regionem maximam alluit ad occaſum, extenditurque continuus inter Artabrum Hiſpaniæ promontorium ad Septentrionem, & promontorium Leonis verſus Guineam ad Meridiem, & trans Gorgades inſulas etiam protenditur, vocatur autem Atlanticum, quod Atlanti monti Africæ percelebri objaceat.

ATLANTIS INSULA, ingens inſula Oceani Platoni, quæ a plurimis & a doctioribus America, ſeu novus Orbis eſſe putatur, vulgò *l'Amerique*, cam lapſu temporis neglectam rurſus antiquitati reſtituit Sanſon, qui id probat variis argumentis ex Platone, Seneca, Æliano, & aliis deſumptis, eamque diſtribuit in decem partes antiquas ſeu Regna, juxta decem Neptuni filios, nempe in parte ſeptentrionali Gadirus & Atlas, in parte vero meridionali Ampheres, Eudæmon, Mneſeus, Autochton, Elaſippus, Diaprepes, Meſtor, & Azanes. Detecta fuit tandem ab Europæis Duce Chriſtophoro Columbo ſeu Colono Genuenſi anno 1492. & poſtea ab Americo Veſpucio dicta America, mille leucis diſtat ab Hiſpania in occaſum, & ejus magna pars præſertim verſus oram littoralem, ſubeſt dominio Hiſpanorum, & aliorum Europæorum, de ea fuſius in voce America.

ATLAS, mons Africæ maximus, Straboni, Ptolemæo, Plinio, pro diverſitate regionum varia ſortitur nomina. Incipit in Mauritania Tingitana prope oram Oceani, ab eo Atlantici dicti, juxta promontorium Gerum, *le Cap de Guer*; inde perpetuo dorſo variè flexus, extendit ſe ſe, Orientem verſus, ad confinia deſerti Barcæ, & immanibus, & ſuprà quam credi poſſit altis jugis, è media arenarum vaſtitate conſurgens, extollitur, verticem nubibus ſemper tectum habens. Verſus Oceanum *Aiduacal* ſeu *Idevacal* dicitur, teſte Marmolio, & inter Segelomeſſam regionem, & provincias Haſcoram & Tedleziam, in regno Marochio, *Tenſif* & *Dedes* ab incolis vocatur, & *Zizi* prope confinia regni Fezzæ, ab Hiſpanis *los Montes Claros* dicitur, *le Mont Atlas* à Gallis: nomen habet ab Atlante Rege aſtrorum peritiſſimo, quem propterea cœlum humeris ſuſtinere fabulantur, in eo elephantes reperiri teſtatur Plinius, Garamantes & Libyæ deſerta ab Africa propria & Tripolitana regione ſeparat, uti Libyam interiorem & Getulos a Mauritania Cæſarienſi, & Sitifenſi, & à Numidia: dicitur etiam a quibuſdam *Anchiſa*, ſed quo auctore non mihi conſtat, ab eo Atlanticus nomen gentis.

ATLAS MINOR, mons Africæ in Mauritania etiam Tingitana Ptolemæo, pars eſt Atlantis majoris, extenditur ab occaſu in ortum inter regnum Fezzanum ad Septentrionem & Marrochium ad Meridiem, *Errif* nunc dicitur, teſte Marmolio, & 130. mill paſſ. circiter abeſt à Lixa urbe in ortum hybernum, & 200. fere à freto Herculeo.

ATLONA, *Atlone*, oppidulum Hiberniæ inſulæ, cum caſtro in Connacia provincia & Roſcomanenſi Comitatu, in ipſo confinio Lageniæ, ad Sineum fluvium ubi exit à lacu Rea, 16. milliaribus Hibernicis diſtans à Longoforrio in Meridiem, & 30. circiter à Galuia in ortum, Dublinum verſus 50.

ATMONES, populi fuere Sarmatiæ Europææ, & pars Baſtarnarum, Ptolemæo, ubi nunc Volhinia provincia Poloniæ, ut Cluverius exiſtimat.

ATQUANACHUCI, *les Arquanachukes*, populi Americæ ſeptentrionalis, in Virginia regione in ortum æſtivum, verſus novam Eboracenſem provinciam, ubi aliquot coloniæ Anglorum.

ATRACES, populi Ætoliæ, & regio Atracia Pli-

nio. Inde Atracius nomen gentis.

ATRAMYTTIUM. Vide Adramyttium.

ATRANI, populi fuere Italiæ in Apulia Peucetia, teſte Plinio, quorum urbs videtur Tranium *Trani*, in agro Bariano provincia Regni Neapolitani, inter Barulum ad occaſum & Barium ad ortum. Vide Tranium.

ATRAX, urbs Theſſaliæ regionis in Pelaſgiotide tractu, Plinio, *Voidanar* nunc, teſte Pineto, ad Peneum fluvium, 30. mill. paſſ. diſtat à Lariſſa in occaſum Triccam verſus 60. circiter; & 60. ab Olympo monte etiam in occaſum, ad eam habitabant populi Lapithæ dicti, ut & Perhæbi Pelaſgiotes, ibi Atrax quoque fluvius, teſte Plinio, & Atraceſia ſtagna apud Orpheum, hodie urbs eſt ex primis regionis ſub dominio Turcarum. Populi Atraces Livio.

ATREBATES, populi fuere Galliæ Belgicæ Cæſari, qui Atrebatii Ptolemæo, quorum termini erant ab Oriente Nervii, à Meridie Veromandui & Ambiani, ab Occidente & Septentrione Morini, eorum regio nunc Arteſia, *l'Artois*, provincia Belgii Comitatus titulo clara, ſed notandum eſt quod Atrebates non complectebantur totam Arteſiam, cum ejus pars ad Septentrionem & ad occaſum, ubi nunc Audomaropolis, Aria, Hedena, Lillerium, & Teruanna ſub Morinis cenſeretur; & vice verſa Atrebatum pars erat Auſtrebantii tractos Hannoniæ, inter fluvios Scaldim & Scarpam extenſi. Eorum caput erat Atrebates, quæ Nemetocerna & Nemetacum urbs, a recentioribus Atrebatum dicta, *Arras* vulgo, hinc etiam Atrebates populi, *les Arteſiens* nunc.

ATREBATES, dicitur etiam ſæpiſſime pro Arteſia provincia Belgii, quæ alias ſuberat dominio Hiſpanorum, nunc autem tota eſt juris Francici, habet ab Aquilone Flandriam, quæ ei etiam adjacet ad ortum cum Cameracenſi tractu, ad Meridiem vero & occaſum Picardiam, & Comitatum Bolonienſem, eſtque fertilis admodum. Vide Arteſia.

ATREBATII, populi fuere Britanniæ magnæ, Ptolemæo, nunc in Angliæ regno, ubi Bercheria provincia, *Barkshire*, Camdeno & Lelando teſtibus, ab Atrebatibus Galliæ Belgicæ populis ortum ducunt, teſte Cæſare, & extendebatur inter Belgas ad Meridiem, Catieuchlanos ad ortum, & Dobunos ad occaſum, & Septentrionem, eorum præcipua urbs erat Galleva ſeu Gallena Antonino, nunc *Wallingford* oppidulum cum caſtro ad Tameſim.

ATREBATUM, alias Nemetocerna, & Nemetacum dicta, teſte Antonino, vulgò *Arras* Gallis, *Atrecht* Belgis urbs ampla Galliæ in Belgio, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Remenſi, Arteſiæ Comitatus caput ad Scarpam fluvium, munitiſſima eſt cum arce valida, ſub dominio Regis Francorum ab anno 1640. cum prius ſubeſſet Hiſpanis, qui ibi grandi clade affecti fuere à Gallis die S. Ludovico ſacra 25. Auguſti, anno 1654. & obſidionem ſolvere compulſi; hic cereus prodigioſus ſervatur qui accenſus non minuitur, media fere eſt inter Ambianos in Boream, 14. & Tornacum 15. leucis, & 9. leucis diſtat à Cameraco in occaſum, uti 5. a Duaco, dividiturque in duas partes nempe in Civitatem & urbem.

ATRIA, urbs Galliæ Tranſpadanæ in Venetia regione, Plinio, Adria ſive Hadria Livio, Straboni & aliis, *Adria* vulgò, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Ravennate, ſedet ad Tartarum fluvium parvum; in Romandiola Trans Padum, & in provincia Peninſula Rhodigii dicta, ſub dominio Venetorum, ſed aquis pro majori parte abſorpta eſt, & paucis admodum conſtat incolis, iiſque piſcatoribus tantum, Epiſcopo Rhodigii commorante, vix 5. mill. paſſ. diſtat a confinio Ducatus Ferrarienſis, & 50. a Ravenna in Septentrionem Venetias verſus 26. a Rhodigio 15. in ortum, & 30. à Ferraria in ortum æſtivum, ab ea dictum fuit mare Adriaticum. Vide Adria.

ATRIA, colonia fuit & urbs Picenii, quæ à pleriſque Adria & Hadria dicta, ubi natus Hadrianus Imperator qui ab ea ſic cognominatus eſt, nunc vulgò *Atri*, urbs eſt Epiſcopalis nemini ſuffraganea, in Regno Neapolitano & in Aprutio Ulteriori, in planitie, paucis conſtans incolis, Ducatus titulo inſignitur gentis Aquavivæ, & ejus Epiſcopatus perpetuo unitus eſt cum Pinnenſi, vix 4. milliaribus diſtat à Mari Adriatico, 10. à Pinna in Septentrionem, uti 15. à Theate & 23. ab Aſculo Piceno in ortum, ejus Epiſcopatum inſtituit Innocentius IV. Papa anno 1252. eſtque in monte arduo.

ATRIANORUM PALUDES, in Venetia regione Plinio, paludes Tartari Tacito, & aliis, ſtagna Adriatica circa Adriam urbem, nunc *le Lagune di Venetia* Italis, *les Lagunes de Veniſe* Gallis, ſunt paludes Italiæ in Venetia ditione, & in intimo receſſu maris Adriatici, intra aliquot inſulas & continentem, extenduntúrque à Septentrione in Meridiem per plura milliaria, & intra ipſas Veneta urbs conſtructa fuit, dicuntur etiam Gallicæ paludes.

ATRIANUS, fluvius Venetiæ, in Italia Ptolemæo, quem alii eundem cum Tartaro, alii eundem cum Atheſi faciunt, & cum Adria fluvio apud Stephanum, illum Mercator *il Tartaro* indigitat.

ATRIBUNIA, *l'Atribunie*, fluvius inſulæ S. Dominici ſive Hiſpaniolæ, in America ſeptentrionali, verſus occaſum inſulæ, & ex adverſo Cubæ, ubi plures coloniæ Francorum à paucis annis in eo tractu.

ATROPATIA, ſeu Atropatene, regio fuit Mediæ Straboni, & una ex tribus ejus partibus magis in Boream extenſa, ubi terminatur Albania, ſicuti mari Caſpio ad ortum, Armenia majore & Tropatena regione ad occaſum, & Parthia ad Meridiem, nunc *le Kilan* dicitur, eſtque provincia Regni Perſiæ, in qua Cyropolis urbs fuit præcipua.

ATTA, oppidum Arabiæ fœlicis, teſte Ptolemeo.

ATTALIA, oppidum Arabiæ fœlicis, teſte Ptolemæo.

ATTACUM, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, teſte Ptolemæo, in Celtiberis, quod etiam Attacenſe municipium dicitur, in veteri inſcriptione apud Moralem, nunc teſte Cluſio, eſt *Ateca* caſtrum Regni Aragoniæ, proximum Voberçæ, una leuca diſtans in ortum Bilbilim verſus 2. ad Salonem fluvium, quanquam aliis credant eſſe *Daroca* oppidum parvum ejuſdem regni ad Xilocam fluvium, 4. leucis à Bilbili diſtans in Meridiem.

ATTAGUS, fluvius Galliæ Narbonenſis, teſte Feſto Avieno, nunc *l'Aude*. Vide Atax.

ATTALIA, urbs maritima Aſiæ minoris in Pamphylia, Ptolemæo, Archiepiſcopalis & primaria regionis, nunc *Satalyah* Turcis, & *Satalia* Italis, teſte Sophiano, ab Attalo rege condita, ſedet in ora maris Pamphylii & Sinus Attalici ab ea dicti, 10. mill. paſſ. recedens in occâſum ab oſtio Ceſtri fluvii Olbiam verſus 18. diſtat 15. mill. paſſ. à Perga urbe, & ab Aſpendo 32. mill. paſſ. in occaſum, nuncque ſub Turcis probe munita eſt, cum portu & arce ubi præfectus moratur, ſed male habita fuit à Chriſtianis principio hujus ſæculi, & tantiſper diſtat à veteri Attalia quæ diruta jacet verſus ortum & oſtia Ceſtri, ſcribitur etiam Attalea & Atalia unicot.

ATTALIA, urbs Æolidis, teſte Plinio.

ATTALICUS SINUS, *il Golfo di Sattalia*, pars eſt maris Mediterranei, ſeu verius Pamphylii, cujus magna pars exiſtit, verſus oram Pamphyliæ regionis, ſic dicitur ab Attalia urbe ei adjacente in ora, eſtque Nautis formidabilis propter tempeſtates & naufragia.

ATTANUM, & Fanum S. Aredii, *S. Irier de la Perche*. oppidulum Galliæ in Lemovicenſi provincia,

ad *Liſle* fluvium in limite provinciæ Petrocoricenſis, & 5. a Lemovico, verſus Petrocorios.

ATTELLA, urbs Campaniæ. Vide Atella. Sic autem ſcribitur apud Silium libro 11.

ATTENIUM, *Atteny*, oppidum Aſiæ, in peninſula Indiæ intra Gangem & regno *Decan*, quod aliis eſt *Attony*; diſtatque ab urbe Viſiapora 22. leucis circiter.

ATTERUS, *Atterſee*, lacus Germaniæ, qui aliis Niger lacus *Schwartzſee*, in Archiepiſcopatu Saliſburgenſi. Eum præterluit fluvius Æger in confinio Auſtriæ.

ATTICA, regio parva Achaiæ, Straboni, & Plinio, Attis Melæ, Acte olim & Actica, nunc *le Duché d'Athenes* Gallis, *il Ducato di Atene* Italis, regio fuit Achaiæ ſeu Helladis in ejus angulo orientali, ejus termini erant ab ortu Euripus, à Septentrione Bœotia, ab occaſu Megaris, quæ ejus etiam pars fuit aliquando, & à Meridie Saronicus Sinus: dicta fuit & Mopſopia & Cecropia, & ejus primaria urbs fuit Athenæ totius Græciæ clariſſima. Hinc Atticus nomen gentis.

ATTIGOUVANTANT, *les Attigouvantans*, populi Novæ Franciæ, in America ſeptentrionali, verſus Occidentem, & lacum magnum Hutonum.

ATTILÆ PONS, oppidum alias Galliæ Belgicæ, nunc *Ettelsbruck*, vicus Luxemburgenſis Ducatus ad Alixontiam fluvium, teſte Browero, diſtat 5. leucis à Treveris in occaſum & 4. à Luxemburgo in Septentrionem.

ATTIPIACUM, *Atichy*, caſtrum Galliæ ad Axonam fluvium, in Sueſſionenſi agro, & inter Sueſſiones ad ortum & Compendium ad occaſum.

ATTIQUAMECHI, *les Attiquamecques*, populi Novæ Franciæ, in America ſeptentrionali, prope fontes fluvii Saguenait.

ATTINIACUM, caſtrum Galliæ Belgicæ, in finibus Remenſium ad Axonam fluvium, teſte Antonino, nunc eſt *Attigny*, oppidulum Campaniæ provinciæ, & Ducatus Remenſis, 5. leucis à Retelio diſtans in ortum, & 11. à Remis in ortum æſtivum Sedanum verſus 8. fuitque antea peſſime habitum bello Belgico, ſed nunc in dies reſtauratur, & in eo obiit Childericus III. Francorum Rex anno 721.

ATTIUM, promontorium Corſicæ inſulæ, Ptolemæo, nunc *la Punta di Laccivolo* dicitur, in ora occidentali inſulæ, 22. mill. paſſ. diſtans à Calvio in Septentrionem, & 24. à Fano S. Florentii in occaſum.

ATTOCHIUM REGNUM, *le Royaume d'Attock*, provincia ſeu regio Imperii magni Mogolis in India propria, juxta Indum fluvium, extenditurque inter regna Cabulum, Caſſimirium, Multanum, & Pengabum, teſte Bernerio.

ATTOCHIUM, *Attock*, urbs Indiæ propriæ, regni cognominis caput in Imperio magni Mogolis, ad Indum fluvium ubi recipit fluvium *Send*, 200. mill. paſſ. a Lahorio in occaſum æſtivum.

ATTUARI, & Atthuarii, populi Germaniæ, quorum meminere Velleius Paterculus, & Ammianus Marcellinus, qui fuerint non conſtat, niſi ſint Chattuarii ſeu Chaſſuarii populi, inter Chattos Bructeros & Cheruſcos extenſi, quod forſan probabilius.

ATTUBI, quod & Claritas Julia, Plinio, Atubi ex alio codice. Ucubis Aulo Hirtio ut Morali videtur, oppidum fuit Turdulorum in Hiſpania Bætica, ad Singilim fluvium, 25. mill. paſſ. à Corduba diſtans in Meridiem, & pauló plus ab Aſtigi in ortum Illiberim verſus, ubi forſan hodie caſtrum *Olivera* dictum, in Vandalitia, & in confinio regni Granatenſis.

ATTUNDIA, *Attund*, tractus Sueciæ regni, & una ex tribus partibus Uplandiæ provinciæ, inter Holmiam, Upſaliam, & mare Balticum extenſa, ſic dicta ab octo præfecturis in quas diſtributa eſt, teſte Pontano, vocatur etiam aliquando Oſtundia.

ATUACUTUM, quæ dicitur, & meliùs, Aduatucum ſeu Aduatuca Tungrorum, urbs fuit Eburonum, in Gallia Belgica, teſte Antonino, & Tungrorum caput, hodie *Tongeren*, oppidum Leodienſis ditionis, ad amnem *Jecker*, medium inter Trajectum ad Moſam ad ortum, & Fanum S. Trudonis ad occaſum, teſtibus Scaligero, Cluverio, Brietio, aliiſque. Vide Aduatuca.

ATUÆ, populi Galliæ Belgicæ, Ciceroni, qui Aduatici Cæſari, & Atuatici Dioni. Vide Aduatici.

ATURIA, regio Aſſyriæ, in qua Ninus & Gaugamela ſita eſt, Strabone teſte. Vide Aſſyria.

ATURUM, ſeu Aturus, alias Vico Julius dicta, & Atutenſium urbs, olim Eluſatum urbs in Gallia Aquitanica, & in Novempopulonia, nunc *Aire* vulgò. Vaſconiæ propriæ caput, & urbs Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Auſcenſi, ſedet juxta Aturum fluvium, ex quo nomen habet, in ipſo limite Comitatus Armeniacenſis, 4. leucis Aquitanicis ſupra Fanum S. Severi in ortum hybernum, 10. vero diſtans ab Aquis Tarbellis in ortum, uti 16. a Bajona Auſcios verſus 11. circiter, teſte Petro du Val, Scribitur etiam gemino r.

ATURUS, ſeu Aturrus, fluvius Galliæ in Aquitania, *l'Adour* dictus. Apud Bigerros, in valle Campana, haud procul Bagneriis fluunt tres fluvii, Aturri dicti, quorum nomen commune, origo prorſus diverſa. Aturrus ille, qui reliquos excipit, quique ſat notus eſt Hiſtoricis & Geographis, oritur ex Pyrenæis montibus ex fonte, *le Cap d'Adour* dicto, in ſummo montis *Tourmalet* jugo in Baredgino tractu, hinc per Bigerros fluens, & per Auſcios, Eluſates, & Datios, rigat urbes Tarbam, Aturum, Fanum S. Severi, & Taſtam, & pauló infra Bajonam in Oceanum Aquitanicum ſe exonerat, receptis priùs Gabaro, Niva, aliiſque minoribus. Alter Aturrus oritur in finibus vallis Campanæ, dictúrque Aturrus Silvenſis, *l'Adour de la Seube*; ac dein influit in Aturrum quem diximus. Tertius Aturrus oritur in Parochia Bagneriarum, vocatúrque Aturrus Baudeanicus, *l'Adour de Baudean*, eò quòd vallem Baudeanicam irrigat, infra quam excipitur undis majoris Aturri. Uterque autem horum fluviorum excurrit per duodecim milliaria, antequam influat in Aturrum majorem, teſte Baluzio, v. cl. Aturus autem ille major, *l'Adour*, qui reliquos recipit, alias in Oceanum Aquitanicum ſe exonerabat juxta promontorium Britonum, & vicum *le Bocau* dictum, ſex leucis infra Bajonam in Boream, peninſulam oblongam faciens, nunc autem vix uno milliari infra Bajonam in Oceanum cadit ab anno 1579. idque effectum fuit opera Ludovici de Fuxio Pariſini Architecti eruditiſſimi, qui teſte Thuano, Scoriale Templum & Palatium in Hiſpania excitavit, ſub Philippo II. Rege, & Corduennam turrim ſeu Pharum ædificavit in Antro inſula ad oſtia Garumnæ.

ATYRAS, collis in Illyrico, Dioni, incertæ poſitionis.

ATYS, fluvius parvus Siciliæ Plinio, ſeu Acis & Acithis, nunc *il Carabi*, fluvius Siciliæ in ejus ora auſtrali & in valle Mazaræ, in mare Africum ſe exonerat inter Thermas ad ortum & promontorium trium fontium ad occaſum. Vide Acis.

AVÆ REGNUM, *le Royaume d'Ava*, regnum Japoniæ in Ochia regione, verſus Meridiem qua tendit ad ortum, prope Canzulam regnum, cum urbe cognomine, teſte Cardino.

AVA, *Ava*, regnum Japoniæ in Xicoca regione, & in ejus ora orientali cum oppido cognomine, inter Sanuqui & Toſæ regna, teſte Cardino, & dicitur etiam *Auva* à quibuſdam.

AVA, *Ava*, urbs Indiæ intra Gangem, regni co-

cognominis caput, ad Caipumum fluvium.

Ava, *Ava*, urbs Japoniæ in regno cognomine, in Ochia regione, verſus oram auſtral.m, 70. mill. paſſ. circiter diſtans ab Jedo in Meridiem.

Avalitæ, populi fuere Æthiopiæ ſuperioris in Troglotidica regione, verſus fauces maris Rubri, teſte Plinio, eorum urbs erat Avalites, ex Ariani periplo.

Avalites, urbs & emporium Æthiopiæ ſuperioris in Troglotidica regione, Ptolemæo, nunc teſte Moletio eſt, *Zeila*, urbs munita regni Adelis, cum portu percapaci in Aiana regione, & in ora maris Rubri, vix 90. milliaribus diſtans à faucibus ſinus Arabici in Meridiem Adelum verſus totidem, 400. autem ab Aromata promontorio in occaſum, & 110. ab ora proximiori Arabiæ in Meridiem.

Avallensis Comitatus, tractus Galliæ in Aquitania, cujus fit mentio in Epiſtolis S. Lupi, nunc forſan *Availle* in Lemovicenſi provincia, teſte Ortelio, ex conjectura.

Avallonia, quæ & Aballonia, *Avalon*, provincia Americæ ſeptentrionalis in inſula Terræ Novæ, ubi *Ferryland* colonia Anglorum, cum duobus aut tribus vicis ab anno 1630. ſub dominio Regis Angliæ.

Avalocium, pagus Galliæ Celticæ Antonino, qui nunc Allocium, *Alluye*, caſtrum Galliæ in Belſia, prope tractum, *le Perche Gouet* dictum, ut credunt recentiores, ejus meminit Gregorius Turonenſis, eſtque in Diœceſi Carnotenſi inter Autricum & Caſtrodunum.

Avalonia, urbecula Britanniæ magnæ inſulæ, *Inis Avalon* dicta Britannice, & *Inis Writtin* Saxonice, teſte Joanne Lelando in ſuo Arturio, id eſt vitrea inſula, poſtea, teſte Matheo Weſtmonaſterienſi, Glaſconia dicta fuit, vulgò *Glaſtenbury*, pagus Angliæ in Comitatu Somerſetenſi, ad Brium amnem ubi cœnobium Glaſconenſe olim percelebre, à Rege Henrico 8. dirutum, & in quo ſepultus erat Arturius Rex, teſte Giraldo Cambrenſi, cum Eadgaro & aliis Regibus Saxonum Occidentalium, vix 4. milliaribus diſtat a Fontana urbe in Meridiem.

Avanticum, ſeu melius Aventicum, urbs Helvetiorum Tacito, olim Epiſcopalis & Verbigeni pagus caput, nunc urbecula *Avenches* dicta. Vide Aventicum.

Avares, populi fuere Scythiæ Europææ, verſus Hamaxobios, qui & Abares dicti fuere. Vide ibi.

Avaricum, urbs Galliæ in Aquitania, teſte Antonino, nunc *Bourges*, urbs ampla & Archiepiſcopalis, Bituricenſis provinciæ primaria, ad fluvium Auram ſeu Avarum, dicitur ab aliis Avaricum Biturigum Cuborum, & Bituriges, quia hic olim habitabant Bituriges Cubi, Academia gaudet celebri, undecim leucis diſtans à Niverno in occaſum æſtivum, 5. ab Exeloduno in ortum, & 22. ab Aurelia in Meridiem. Vide Bituriges.

Avanum regnum, ſive Avæ regnum, *le Royaume d'Ava*, pars ampla Indiæ extra Gangem, in mediterraneis, ſic dicitur ab Ava ejus urbe præcipua, & valde protenditur à Septentrione in Meridiem, cum ſub ipſo cenſeantur etiam Regna Peguanum, Arracanum, Canaranæ, & Bramæ, cum aliquot populis in viciniis, eſtque inter Sinas & regnum Tunchini ad ortum, & Imperium magni Mogolis, & ſinum Bengalæ ad occaſum, teſte Tavernerio.

Avareni, populi ſub Peucinis, in Sarmatia Europæa Ptolemæo, forſan ubi nunc pars Palatinatus Cracovienſis in Polonia, inter Viſtulam fluvium & Carpathos montes, ex conjectura Cluverii.

Avario, *l'Aveyron*, fluvius Galliæ, qui à Papirio Maſſone Averio dicitur, oritur ex fonte *Vayrou* dicto, prope Severacum in Rutenenſi provincia, deinde Segodunum & Villam Francam Rutenorum, atque Naiacum rigat, hinc auctus fluvio *Biaour*, ad Fanum S. Antonini & ad Nigrapeliſſam labitur, & tandem ſe exonerat in Tarnem fluvium, ſicque Albigenſem provinciam à Rutenenſi ſeparat, teſte Catello.

Avarum, promontorium Hiſpaniæ Tarraconenſis, Ptolemæo, in ora Callaicorum Braccarum, nunc teſte Moletio, eſt *el Cabo di Viana*, promontorium Portugalliæ in provincia inter Durium & Minium dicta, ad oſtia Limii fluvii, 5. leucis a Bracara diſtans in occaſum.

Avatici, populi Galliæ Narbonenſis, teſte Plinio, ad Rhodani fluvii oſtia, ubi etiam Avaticorum ſtagna Melæ, dicuntur à Ptolemæo, & aliis Anatili, erantque in Provincia prope oram, inter Rhodani oſtia & Maritimum. Vide Anatili.

Aubanea, *Aubagne*, urbecula lepida Galliæ, in Provincia, 3. leucis a Maſſilia diſtans in ortum, & 5. ab Aquis Sextiis; ibique perſæpe celebrantur Comitia provinciæ.

Auca, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis exciſa penitus, finitima Burgis, quæ illi in Epiſcopali dignitate ſucceſſit. Locus adhuc *Nueſtra Sennora de Oca* nominatur prope Villam Francam oppidum inter Burgos 5. & Dominicopolim 9. leucis diſſitum juxta montes, qui *los Montes de Occa* dicuntur.

Aucalo, fluvius Galliæ Narbonenſis in Provincia, quem nunc, ex veteri inſcriptione interpretantur, *le Calavon* fluvium Provinciæ, qui Aptam Juliam rigat, & in Druentiam ſe exonerat in Comitatu Vindaſcino infra Caballionem.

Aucensis fluvius, *el Rio de Occa*, fluvius Hiſpaniæ, in Caſtella veteri & in Borobia provincia, oritur ex montibus Aucæ, teſte Gregorio de *Argaiz*, & in Septentrionem tendens Virovīſcam rigat Borobiamque bifariam ſecat, & tandem Ibero miſcetur.

Auchanites, ſeu Auranitis, tractus Babyloniæ, inter Babylon & Seleuciam urbes, prope Euphratem fluvium, Philippo a Vico teſte.

Auchetæ, populi Scythiæ Europææ, Plinio, qui Auchatæ dicti ab Herodoto, eorum etiam meminit Valerius Flaccus.

Audelopes, populi Libyæ interioris intra illius deſerta, ultra Garamantes & Naſamones. Quorum meminit Claudianus.

Audomaropolis, ſeu Fanum S. Audomari, & Audomarenſis, urbs Belgii in Arteſia provincia, vulgò *Saint Omer*, olim Abbatia *Sithien* dicta, ſedet ad Agnionem fluvium, eſtque Epiſcopalis ſub Archepiſcopo Cameracenſi ab anno 1559. loco Taruannæ urbis exciſæ, a qua 3. leucis diſtat in Boream, 8. a Bolonia in ortum, 3. autem ab Aria in Septentrionem, uti 14. ab Atrebato, eſtque probe munita juxta paludes, in ipſo limite Flandriæ Comitatus, ſic dicitur à S. Audomaro Morinorum Epiſcopo, qui eo obiit anno 695. & capta fuit a Gallis anno 1677. die 23. Aprilis, ſicque nunc Francici juris eſt, pace ad Noviomagum ſancita.

Audus, fluvius Mauritaniæ Sitifenſis Ptolemæo, *Baleſna* nunc dictus, teſte Molerio, in mare Africum ſe exonerat inter Jarſath & Igilgilim oppida, ad Audum promontorium, *il Capo Gibramel* dictum.

Audus, mons Africæ propriæ, teſte Ptolemæo, haud procul ab ora littorali, qui *Aurais* incolis dici perhibetur.

Avea Gurrela, *Avea Gurrele*, urbs Africæ, regni Adelis primaria in Aiana regione, juxta Haoaxium fluvium, & in mediterraneis, teſte Hieronymo Lobo Luſitano.

Avedonacum, oppidum Galliæ, in actis mediæ ætatis quod Aunedonacum ab aliis dicitur, nunc *Aunay* in Pictavenſi provincia. Vide Aunedonacum.

Aveinum, *Avein*, vicus Belgii, in Ducatu Lucemburgico,

cemburgico, celebris ingenti victoria Francorum contra Hiſpanos anno 1635. Vix duabus leucis diſtar à Fano S. Huberti in Septentrionem, Marchiam verſus.

A v e l l a, oppidum Campaniæ fœlicis, teſte Plinio, io Hurpinorum confinio, nunc *Avella*, etiam vulgò, in provincia Terræ Laboris in limite Principatus citerioris, ad Literni fluvii fontes, 18. milliaribus à Neapoli in ortum uti 4. à Nola Abillinum verſus 10. & 13. a Benevento, eſtque intra montes.

A v e l l a n i, populi Campaniæ in Italia, teſte Plinio, quorum oppidum Avella.

A v e n a c u m, & Avennacum, *Avenay*, urbecula Franciæ, in provinciâ Campaniæ, propè Matronam fluvium, & 4. leucis à Remis in Meridiem, cum Abbatia Monialium.

A v e n d i c a s t r u m, poſtea Romarici mons, *Remiremont*, oppidum Galliæ in Lotharingia, ad Moſellam fluvium, propè Vogeſum montem & in confinio Comitatus Burgundiæ. Vide Romarici mons.

A v e n d o, ſive Avendonis, oppiduon Liburniæ, ex itinerario Antonini, quod Vendum Straboni, nunc Lazius interpretatur, *Adelſperg* caſtrum Carniolæ intra montes, 3. milliaribus Germanicis a Tergeſte in ortum, ſed aliis eſt *Ouglin* oppidum Croatiæ ad fluvium *Dobram*, in ipſo limite Carniolæ ſub dominio Auſtriacorum, 23. mill. paſſ. à Caroloſtadio in Meridiem Scniam verſus 16. quod probabibus ex diſtantiis itinerariorum.

A v e n i o, urbs Galliæ Narbonenſis. Plinio, alias Cavarum caput, nunc *Avignon* incolis, *Avignone* Italis, urbs Galliæ, in Provincia ad Rhodanum fluvium, Archiepiſcopatus titulo inſignis, prope & juxta Comitatum Vindaſcinum, ampla eſt & præclara, ſub dominio Summi Pontificis ab anno 1348. ex conceſſione Joannæ Reginæ Neapolitanæ, ſimulque Comitiſſæ Provinciæ, fuitque ſedes Summorum Pontificum per 70. annos, ibi Academia, & Pons lapideus nunc ſemidiutus, & ſepiem ſeptenarii, & Archiepiſcopatu inſignita fuit anno 1475. à Sixto IV. Pontifice Maximo, 7. leucis, diſtat a Fano S. Spiritus in Auſtrum Arclatem verſus totidem & 12.° ab Aquis Sextiis in occaſum æſtivum Ucetiam verſus 7. circiter, Avenioni obiere, Summi Pontifices Joannes XXII. anno 1334. Benedictus XII. anno 1342. Clemens VI. anno 1352. Innocentius VI. anno 1362. & Urbanus V. anno 1370. ejus incolæ Avenionenſes, vulgò *les Avignonois* dicti, *gli Avignoneſi* verò Italis.

A v e n i o n e t u m, *Avignognet*, oppidulum Galliæ in Occitania ſuperiori, & in Diœceſi S. Papuli, teſte Catello, dicitur ab aliis *Vignonet*, eſtque in Lauracenſi tractu prope Lerſium fluvium, & vix una leuca à Francopoli in ortum.

A v e n i o n e t u m, *la Napoule*, vicus Galliæ in Provincia, cum arce & portu in ora maris Mediterranei, ad ſinum parvum cognominem, prope Lerinam inſulam, & 3. leucis à Foro Julio in ortum.

A v e n n a, *l'Avon*, fluvius Angliæ. Sariſburiam alluit, & poſtea io mare Britannicum ſe exonerat ex adverſo inſulæ Vectis. Speedo autem teſte, eſt Avona.

A v e n n æ, ſeu Avenna, *Aveſnes*, oppidum Galliæ in Hannonia, parvom ſed præclarum & probe munitum ad Hepram fluviolum, Comitatus titulo inſignitur, & ſubeſt dominio Regis Francorum ab anno 1659. Pace ad Pyrenæos ſancita, diſtat 4. leucis à Mallobodio in Meridiem Capellam arcem Picardiæ verſus totidem, 4. etiam a Landrecio in ortum Chimacum verſus 7. ejus meminit Gregorius Turonenſis.

A v e n n æ, vulgò *Aveſnes le Comte*, oppidulum Galliæ, in Arteſiæ Comitatu & limite Picardiæ, 4. leucis diſtat a Dulendio Atrebatum verſus, male habitum fuerat bello Belgico; & ſubeſt dominio Francorum cum tractu adjacente, Pace ad Pyrenæos ſancita.

A v e n s, *la Cureſe*, fluvius parvus Italiæ in Sabinis, Cures rigat & in Tiberim ſe exonerat.

A v e n t i c u m, urbs Galliæ Celticæ, & Helvetiorum caput in Verbigeno pago, Tacito, Avanticum Ptolemæo, olim ampla & Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Veſontino. nunc oppidum tantum Helvetiorum, vulgò *Avenches* Gallis, *Wiſliſpurg* Germanis, in Vaudo tractu, & in pago Bernenſi, in limite pagi Friburgenſis, ſedet in colle prope Murtanum lacum ubi recipit amnem *la Broye*, reſtauratum fuerat à Tito Veſpaſiano, ſed poſtea à Germanis exciſum, ideo ejus Epiſcopatus Lauſanam tranſlatus fuerat, & tandem anno 1076. Burchardus Epiſcopus Lauſanenſis. primus hoc oppidum extruxit de novo & munivit, uno milliari Helvetico diſtat à Friburgo in occaſum, uti tribus fere a Berna, 4. vero à Lauſana in Septentrionem.

A v e n t i c u s p a g u s, *das Wiſliſpurgergow*, tractos Helvetiorum. & ona ex eorum quatuor partibus in occaſum extenſa, ubi olim Verbigenus pagus, ſic dicitur ab Aventico urbe alias totius regionis primaria, terminatur ab ortu Arola fluvio & Argoia tractu, à Meridie Alpibus & Lemano lacu, ab occaſu vero & Septentrione, Juraſſo monte dividitur fere in duas partes nempe in Nuitoniam ad ortum, & in Vaudum provinciam ad occaſum, ubi quidam exiſtimant fuiſſe alias Nantuates, & in bis duobus partibus complectitur maxima pars pagi Bernenſis quæ cis Arolam, pagus Friburgenſis, & Principatus Neocomi, teſte Gerardo Mercatore, cum aliis.

A v e n t i n u s m o n s, unus ex 7. collibus urbis Romæ, teſte Feſto, & aliis, olim extra pomœrium urbis, nunc intra muros, *il Monte Aventino*, & melius *il Monte di Santa Sabina* dicitur hodie ob ſacram Ædem ſub invocatione Divæ Sabinæ.

A v e r i a, urbs fuit Syriæ, quæ Avera Ptolemæo, in Palmyrene provincia, ad fluvium Palmyritem, non longe a confinio Arabiæ deſertæ, & 25. circiter milliaribus a Palmyra urbe in Meridiem. Quid ſit nunc, non conſtat.

A v e r i u m, *Aveiro*, oppidum Portugalliæ regni, olim Lavare dictum, in provincia Beira, verſus oſtia Vacui fluvii in Oceanum Atlanticum, Ducatus titulo inſignitur, eſtque fere medium inter Portum ad Septentrionem & Conimbricam ad Meridiem.

A v e r n u s, qui Aornus Græcis, lacus Campaniæ notiſſimus, ad antrum Sibyllæ Cumanæ, Straboni & Plinio, Cumis, Baiis, & Puteolis (à quibus 3. mill. paſſ. abeſt) proximus, adhuc *il Lago d'Averno* dictus, teſte Erythræo cum Mazella: Hinc ad inferos deſcendi Poëtæ fabulantur, qui etiam Avernum pro inferno uſurpant.

A v e r s a, *Averſa*, urbs Regni Neapolitani, in provincia Terræ Laboris, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Neapolitano, ſed ab ejus juriſdictione exempta, condita fuit ex Atellæ ruinis à Roberto Guiſcardo Normannorum Duce, & hinc ad ipſam tranſlatus fuit Epiſcopatus Atellæ à Leone Nono Pontifice Maximo; dicitur etiam aliquando Adverſa, & à Carolo primo utriuſque Siciliæ Rege diruta fuerat, ſed poſtea reparata, ſedet in planitie amœniſſima eſtque oblonga ſed parva, & media inter Capuam ad Septentrionem & Neapolim ad Meridiem.

A v e s n æ, oppidum Galliæ, in Hannonia. Vide Avennæ.

A v e s i c a, caſtrum Japodum, teſte Antonino, quod Aneſica in aliquibus codicibus, nunc teſte Sim-

lero, eſt pagus Carniolæ *Senaſecz* dictus à Germanis, & *Scenaſechie* ab Italis, eſtque intra montes in limite Comitatus Goritienſis, & 15. milliaribus diſtat à Tergeſte in Septentrionem Labacum verſus ſupra 30. circiter.

AUFIDENA, oppidum Samnitum in Italia, Livio, & Auphidena, Caracenorum tractus caput, teſte Ptolemæo, nunc *Alſidena* caſtrum eſt Regni Neapolitani in Aprutio citeriori, ad radices montis Apennini, & juxta Sagrum fluvium, paucis conſtans incolis, diſtat 15. milliaribus à Sulmone in Meridiem Venafrum verſus paulo minus, eſtque in ipſo limite Terræ Laboris, populi Aufidenates Plinio.

AUFIDUS, fluvius Apulorum, teſtibus Ptolemæo, Livio, & aliis, *l'Ofanto* nunc, ſolus Italiæ fluviorum ſecat Apenninum montem, ex eo tamen oritur in provincia Principatus ulterioris, ſupra Compſam urbem quam alluit 6. mill. paſſ. deinde in ortum æſtivum tendens, Montem viridem rigat, hinc Baſilicatam provinciam ſeparans a Capitanata, poſteaque eandem Capitanatam ſeu Apuliam Dauniam ab agro Bariano ſeu Apulia Peucetia dividens, rigata Canoſa & aliis oppidulis in mare Adriaticum ſe exonerat, 5. milliaribus à Barulo in occaſum.

AUFONA, *Nyne*, fluvius Angliæ, Northantoniam urbem & provinciam alluit; poſteaque in mare Germanicum cadit inter Norfolciam & Lincolniam provincias.

AUFUSTIANÆ, oppidum Illyrici, inter Salonas 59. & Naronam 25. mill. paſſ. ex itinerario Antonini occurrens, aliis eſt ad Fuſtinianas. Vide ibi.

AUGA, *Eu*, & *la ville d'Eu*, urbs Galliæ in Normannia. Vide Augum.

AUGARARI, *les Augarars*, populi Americæ, in Braſilia, & præfectura Portus ſecuri, teſtibus Laëtio & aliis.

AUGELA, deſertum Africæ, ubi aliàs Augilæ populi, in Marmarica regione ſeu Libya ſuperiori, Joanne Leone teſte, & aliis.

AUGIA, ſeu Algia, *le païs d'Auge*, regiuncula Galliæ, in Normannia provincia, inter Lexovium, Argentomum, & Falæſam urbes. Ejus limites periere. Vide Algia.

AUGIA MAJOR, quæ & dives dicta, *Reichenaw*, inſula parva Germaniæ in Suevia, intra lacum Venetum ſeu Cellenſem, tribus Parœciis conſtans, cum inſigni Abbatia fundata tempore Caroli Martelli, & anno 1540. Epiſcopatui Conſtantienſi perpetuo unita, teſte Plantino, inſula hæc extenditur ad dimidium milliare Germanicum, uno tantem milliari diſtans à Conſtantia in occaſum, & in ea obiit Carolus Craſſus Imperator anno 889.

AUGIA MINOR, ſive Augia Alba, *Meinow*, inſulula Germaniæ in Suevia, & in inferiori parte lacus Conſtantienſis, media ferme inter Uberlingam & Conſtantiam, teſte Munſtero, quanquam alii exiſtiment Augiam minorem eſſe *Minderow*, cœnobium Sueviæ ad Schuſſium fluviolum, propè Ravenſburgum oppidum, & vix 3. milliaribus Germanicis à Brigantino lacu diſſitum.

AUGILÆ, populi Africæ, in Marmarica, Plinio teſte, verſus Cyrenaicum. Vide Ægila.

AUGINUS, mons Liguriæ, Livio, intra Apenninos montes, per quos Hannibal tranſiit, qui *Monte Augon* dicitur hodie, in finibus Ticinenſium, teſte Bernardo Sacco, ſed aliis eſt *il monte Codoro* in ditione Genuenſi, qui Boactem effundit, teſte Cluverio.

AUGUM, ſeu Auga & Euſium, *Eu*, ſeu *la Ville d'Eu* incolis, urbs Galliæ, in Normannia provincia, ad fluvium Breſelam, vix una leuca à mari, caput Comitatus, in confinio Picardiæ, eſtque media inter Deppam & Fanum Divi Valeriaci, & 7. leucis diſtat ab Abbavilla in occaſum, cum caſtro ſplendido & Abbatia.

AUGUSTA, oppidum Galliæ Narbonenſis inter Deam & Valentiam, ex itinerario Antonini, nunc creditur *Autun*, vicus Delphinatus inter Romanum & Pontem Royani a quibuſdam, ſed Nicolaus Chorierus credit eſſe *Aoſte* vicum inter Deam & Valentiam, quod meliùs convenit.

AUGUSTA, *Augſt*, vicus Galliæ in Picardia, & in Vinemaco tractu in ora maris Britannici, ubi olim villa Regia, cujus fit mentio in actis mediæ ætatis, 6. leucis ab Abbavilla in occaſum, & vix 2. ab Augo.

AUGUSTA, urbs Ciliciæ, teſte Ptolemæo, quæ aliis eſt Sebaſte, nunc *Seveſta*, urbs Aſiæ minoris in Cilicia, & in ora littorali maris Pamphylii, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Tarſenſi, inter Corycium ad occaſum & Pompeiopolim ad ortum. Vide Sebaſte.

AUGUSTA, *Agouſta* incolis, *Agouſte* Gallis, urbs Siciliæ, parva ſed culta & munita in Peninſula in Valle Netina, & in ora orientali inſulæ, olim Xiphonia dicta fuit, teſte Cluverio, & extructa fuit a Friderico Imperatore anno 1229. caſtrum habens munitum anno 1232. excitatum ab eodem, eſtque in regione feraci admodum, ſed ſæculo elapſo munita & inſula effecta fuit, ſicque nunc continenti jungitur tantum ponte lapideo, portu gaudet peramplo & valde tuto, cum tribus caſtris *Caſtro Graſcia*, *Caſtro Vittoria*, & *Torre d'Avola*, dictis, & in ſcopulis ſitis ad ejus tutelam, 18. milliaribus diſtat à Catana in Meridiem Syracuſas verſus 24. fortiter capta fuit à Gallis anno 1675. & poſtea ab ipſis ſponte derelicta anno 1678. hinc Auguſtenſis nomen gentis.

AUGUSTA, nunc Tubinga, *Tubingen*, ex veteri inſcriptione, urbs Germaniæ in Suevia, ſic dicta ab Antonino Caracalla Imperatore, ſedet ad Nicrum fluvium in Ducatu Wurtembergenſi cum caſtro in colle & Academia celebri, uno milliari Germanico diſtans a Rotenburgo in ortum Reutlingam verſus 2. & Ulmam, 5. autem à Stugardia in Meridiem. Vide Tubinga.

AUGUSTA ACILIA, oppidum olim Vindeliciæ ad Danubium, nunc *Aizelburg*, teſte Joanne Aventino, pagus Straubingæ urbi in Bavaria propinquus, à Ratiſbona 6. milliaribus Germanicis in ortum, ex veteri inſcriptione, aliis eſt Atilia.

AUGUSTA AUSCIORUM, urbs Aquitaniæ, Ptolemæo, Auſci Cæſari, & Plinio, antea Climberris dicta, nunc *Aux*, urbs Archiepiſcopalis Galliæ in Vaſconia ſuperiori, & in Comitatu Armeniacenſi, in ipſo limite Aſtaracenſis Comitatus, ſitu munita eſt ad Ægircium fluvium, in regione fertili admodum & rigua, 6. leucis diſtans ab Eluſa in ortum hybernum, & totidem ferè à Condomo in Meridiem, & 11. à Toloſa in occaſum Aturum verſus.

AUGUSTA BADACUM, oppidum Norici, quod Badacum ſimpliciter, Ptolemæo, & Bedacum aliis, nunc *Birckhauſen*, in Bavaria, teſte Simlero, ſed Cluverius putat eſſe vicum *Painburg*, ad fluvium Achſam, ſeu Alaſam, in ſuperiori Bavaria, paulo infra lacum Chimum, in limite ditionis Saliſburgenſis. Vide Badacum.

AUGUSTA BATIENORUM, ſive Auguſta Bagiennorum, oppidum Italiæ, Ptolemæo, quod nunc Merula & Maginus interpretantur *Baſſignana* caſtrum amplum Ducatus Mediolanenſis, ad confluentes Tanari in Padum prope Valentiam, forſan ex nominis ſimilitudine, ſed alii re melius excuſſa exiſtimant fuiſſe,

Digitized by Google

ubi nunc Salutiæ *Saluzzo*, urbs Pedemontii ad radices Alpium, aut forſan *Oſtana* vicus Pedemontii in valle Padi, ſeu forſan etiam Bena *Bene*, oppidulum ad Tanarum quod Bagenne dicitur in actis mediæ ætatis, teſte Francifco Auguſtino ab Eccleſia Epiſcopo Salutiarum.

AUGUSTA BRACARUM, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, Plinio, quæ & melius Braccara Auguſta, Ptolemæo, alias Callaicorum Braccarum, & conventus Braccarenſis caput, nunc *Braga* incolis, *Bragues* Gallis, urbs Archiepiſcopalis Portugalliæ, in provincia inter Durium & Minium dicta, cujus Archiepiſcopus ſe totius Hiſpaniæ Primarem inſcribit, ſicuti & Toletanus facit, ipſa magni eſt circuitus, ſed non æquè incolis referta, ad Aleſtem fluvium ſedet, 4. leucis diſtans ab ora Oceani in ortum, & 6. ab urbe Portu Cale in Septentrionem, uti 50. ferè ab Olyſippone, Bracara paſſim ſcribitur. Populi Bracari & Bracarenſes, & Bracares.

AUGUSTA DRUSI, urbs Germaniæ, Straboni, quæ alias Druſomagus, nunc vulgò *Memmingen*, urbs Sueviæ putatur. Vide Druſomagus.

AUGUSTA EMERITA, quæ Emerita ſimpliciter dicitur in libris Conciliorum, urbs olim Archiepiſcopalis Hiſpaniæ Luſitanicæ cujus caput erat, uti Conventus Emeritenſis, ab Auguſto Cæſare condita, & militibus emeritis ad incolendum tradita, nunc *Merida*, urbs parva admodum Hiſpaniæ in Extremadura provincia, ſub dominio utili ordinis militaris S. Jacobi *de Spata*, ejus ſede Archiepiſcopali Compoſtellam urbem Callaicorum inde longiſſime diſtantem tranſlata à Calixto II. Summo Pontifice anno 1122, ipſa vero ſedet ad Anam fluvium, qui pulcherrimo ſtratus eſt ponte, hac in urbe duo olim fuere aquæductus, ubi etiam contigua moles quam incolæ Septiſolium vocant, hic præterea Naumachia figura, campi eſt ovalis, 1400. pedes in longitudinem porrecta, latitudo vero longitudini reſpondet, teſte Nonnio, diſtat 9. leucis a Pace Auguſta in ortum Metallinum verſus 6, & 24. ab Hiſpali in Septentrionem Coriam verſus 22. Epiſcopum habuit titularem ei conceſſum anno 1620. à Paulo V. Pontifice Maximo, ſed poſtea extinctus fuit Epiſcopatus.

AUGUSTA EUPHRATESIA, urbs Syriæ, in Comagene provincia ad Euphratem fluvium, cujus fit mentio in libris Conciliorum, dicitur etiam Comagene à quibuſdam, nunc vulgò *Azar*, caſtrum, teſte Nigro.

AUGUSTA FIRMA, Plinio. Vide Aſtygi.

AUGUSTA GEMELLA, Plinio. Vide Tucci.

AUGUSTA NOVA, oppidum Arevacorum in Hiſpania Tarraconenſi, ad Arevam fluvium, quòd aliis Nova Auguſta, Porta Auguſta, Ptolemæo, nunc, teſte Moletio, eſt Turris cremata, vulgo *Torrequemada*, ſed aliis eſt in eo tractu, ubi *Covarruvias* vicus Caſtellæ veteris, medius fere inter Uxamam & Aucam, verſus montes.

AUGUSTA PRÆTORIA, urbs & colonia Galliæ Ciſalpinæ, Ptolemæo, Salaſſiorum caput, à Plinio Italiæ limes dicta, nunc *Aouſte* incolis, & Gallis, *Aoſta* & *Oſta* etiam Italis, *Augſt* Germanis; Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Tarantaſienſi, & caput Ducatus Auguſtani in Sabaudia, ſub dominio Ducis Sabaudiæ, ſedet in tractu montuoſo ſed fertili ad radices Alpium Graiarum, & ad Duriam fluvium ubi recipit aliud flumen, *il Bauteggio* vocatum, 25. milliaribus diſtans ab Eporedia in Boream, uti 50. à Taurino, & 36. à Monaſterio urbe Tarantaſiæ in ortum.

AUGUSTA QUINTANORUM, oppidum Vindeliciæ, quòd Quintianæ Antonino, Quintanæ libro Noritiæ, aliis Quintana & Quintiana caſtra, ex veteri inſcriptione, dicitur nunc *Kintzen*, vicus Bavariæ inferioris, prope *Ooſterhoven* oppidulum ad Danubium fluvium, medium inter Paravium ad ortum & Straubingam ad occaſum.

AUGUSTA RAURACORUM, & Auguſta Rauricorum, urbs Galliæ Belgicæ, Ptolemæo, Rauricum Plinio, Rauracum, & Rauriaca colonia Ammiano Marcellino, Rauraci Cæſari, à Rauracis populis alias Helvetiis adjectis, vulgo *Augſt*, urbs olim Epiſcopalis Helvetiorum, nunc vicus tantum in colle cum multis antiquitatis veſtigiis, in pago Baſileenſi ad Rhenum fluvium, 2. milliaribus Germanicis diſtans in ortum à Baſilea quę illi in Epiſcopatu ſucceſſit, & prope Rhenofeldiam.

AUGUSTA RHÆTORUM, urbs Vindeliciæ in Rhætia latè ſumpta, eadem cum Auguſta Vindelicorum. Vide ibi. Ejus meminit Auſonius in Moſellanicis.

AUGUSTA ROMANDUORUM, urbs Galliæ, Ptolemæo. Vide Auguſta Veromanduorum.

AUGUSTA SUESSIONUM, urbs Galliæ Belgicæ, teſte Antonino, ſeu Sueſſonum ut alii legunt, Auguſta Veſſonum Ptolemæo, Sueſſiones Cæſari, & Plinio, nunc *Soiſſons* vulgò, *Soeſſons* Italis, urbs Galliæ, Sueſſionenſis tractus caput, in Picardia provincia, ſub præfectura tamen Inſulæ Franciæ, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Remenſi, ſedet ad Axonam fluvium qui eam bifariam ſecat, eſtque ampla & probè munita atque Comitatus titulo inſignita, cum alias Reges haberet proprios, eſſetque regni Sueſſionenſis caput, ſub prima ſtirpe Regum Franciæ, 7. leucis diſtat a Lauduno in Meridiem, Lutetiam Pariſiorum verſus 22. & 14. à Remis in occaſum Compendium verſus.

AUGUSTA TAURINORUM, urbs Galliæ Subalpinæ, Plinio, & Ptolemæo, quæ Taurasia Livio, & Appiano Alexandrino, Taurania Stephano, poſtea facta colonia dicta fuit etiam Colonia Taurina, Taurinum poſterioribus, vulgo *Torino* incolis, *Turin* Gallis, urbs Archiepiſcopalis Italiæ, principatus Pedemontani caput, & Ducis Sabaudiæ ſedes, ſita eſt in planitie fertili admodum & rigua ad Padum fluvium qui ibi recipit Duriam, arcem habens firmiſſimam & pulcherrimam, exſtructam ab Emanuele Philiberto Duce Sabaudiæ anno 1565, cum Academia erecta anno 1405, ſub Benedicto XIII. & conventu juridico totius Pedemontis, urbs ipſa permunita eſt, & in dies amplior evadit & ſplendidior, ſed præcipuè aucta fuit à Victore Amedeo, & Carolo Emanuele Sabaudiæ Ducibus hiſce poſterioribus annis, capta fuit fortiter à Gallis anno 1640. ſub Comite Harcurtio, diſtatque 12. milliaribus à Pinarolo in ortum æſtivum Mediolanum verſus 76. Vercellis in medio, & 22. ab Aſta in occaſum, uti 80. à Genua in occaſum æſtivum, Alexandria circa medium.

AUGUSTA TIBERII, urbs Vindelicorum, ex veteri inſcriptione, urbs Tiberina in libris Conciliorum, aliis Reginum & Regina, ſeu etiam caſtra Regina, urbs nunc Germaniæ, vulgò *Regensburg*, Gallis & Anglis *Ratisbone*, Italis *Ratisbona*, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Saliſburgenſi, ad Danubium fluvium, alias fuit primaria Bavariæ in qua etiamnum ſita eſt, ſed tandem facta eſt Imperialis atque libera, & in ea Imperii comitia ſeu Dietæ frequenter haberi ſolent, 7. milliaribus Germanicis diſtat ab Ingolſtadio in ortum Straubingam verſus 6. & 15. à Monachio in Septentrionem, uti 7. à Landshuto Ambergam verſus totidem, 15. vero ab Auguſta Vindelicorum in ortum æſtivum. Vide Regina.

AUGUSTA TRAJANA, urbs Aſiæ minoris, cujus nemo Geographorum meminit, quamvis multa numiſmata ejus epigraphe inſigniantur, illam ad

Trajanopolim Phrygiæ refert Triſtanus, cui aſſentitur Lucas Holſtenius in annotationibus ad Ortelium.

AUGUSTA TREVERORUM, ſeu Trivirorum, urbs Germaniæ ad Moſellam, Ptolemæo. Vide Treviri.

AUGUSTA TRICASTINORUM, urbs Galliæ Narbonenſis, Plinio, Tricaſtini Livio, antea Senomagus, ſeu Neomagus dicta, nunc Fanum S. Pauli Tricaſtinorum *S. Paul*, ſeu etiam aliquando *S. Paul Trois-Chaſteaux*, teſte Roberto Cœnali cum Poldo, urbs Galliæ in Delphinatu, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Arelatenſi, ſatis culta in clivo & in confinio Provinciæ, vix una leuca à Rhodano fluvio diſtans, 4. à Montilio Ademari in Meridiem Arauſionem verſus totidem, & vix 2. à Vivario, uti 1. a Fano S. Spiritus, ut pluries vidi.

AUGUSTA TRINOBANTUM, urbs Britanniæ magnæ. Vide Londinium.

AUGUSTA TURONUM, *Tours*, urbs Galliæ quæ ſæpius dicitur Cæſarodunum Turonum, & Turones. Vide ibi.

AUGUSTA VAGIENNORUM, urbs fuit Galliæ Subalpinæ, in finibus Taurinorum, teſte Plinio, quæ quibuſdam eſt Salutiæ, *Saluces*, Marchionatus Salutiarum caput, Cluverius tamen exiſtimat eam fuiſſe verſus Ligures montanos, juxta Carmaniolam *Carmagnole* oppidum prædicti Marchionatus Salutiarum, juxta fines Pedemontii inſertum, prope Padum fluvium, & inter Taurinum & Foſſanum. Vide Vagienni ſeu Vageni.

AUGUSTA VALERIA, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, Plinio. Vide Valeria.

AUGUSTA VEROMANDUORUM, urbs Galliæ Belgicæ, Antonino, Auguſta Romanduorum Ptolemæo, Veromandui Cæſari, & Plinio, olim Veromanduorum primaria & Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Remenſi, nunc *Vermand*, vicus eſt & Abbatia Veromandui tractus in Picardia provincia, ad rivum *l'Oumignon* dictum, cum urbs ipſa ab Hunnis everſa fuerit, & ſedes Epiſcopalis Noviomum tranſlata, 3. leucis diſtat a Fano S. Quintini in occaſum Peronam verſus 4, & 9. a Noviomo in Septentrionem, Cameracum verſus, ſunt qui Auguſtam ipſam S. Quintini urbem eſſe velint, cum locus illius nomen antiquum retinens prædicta abbatia ſit.

AUGUSTA VINDELICORUM, urbs erat Vindeliciæ, Tacito, & aliis, Rhætorum colonia, ubi Lycates populi in Rhætia latè ſumpta, antea Damaſia nuncupata fuit, teſte Cluverio, atque etiam colonia Julia Auguſta, ut probat Marcus Welſerus ejus civis ex veteri inſcriptione, nunc vulgò *Augsburg* & *Auſpurg* incolis, *Ausbourg* Gallis, *Auguſta* Italis, eſtque urbs Germaniæ celebris & emporium ingens, caput Sueviæ provinciæ, & in Algea tractu, in ipſo limite Ducatus Bavariæ, ad Lycum fluvium, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Moguntino, & Imperialis ſeu libera, & ſui juris, à Friderico I. Imperatore anno 1162, & deinde ejus cives libertatem emerunt anno 1266. à Conrado ultimo Sueviæ Duce, & ad eam Virido fluviolus *Werdach* in Lycum ſe exonerat. Celebratur pluribus Comitiis ſeu Dietis Imperii, & confeſſione Lutheranorum quæ dicitur Auguſtana, oblata Carolo V. anno 1530. diſtat 6. milliaribus Germanicis à Danubio fluvio in Meridiem Campidunum verſus duodecim, & 9. à Friſinga in occaſum, uti à Monachio Ulmam verſus 50, à Ratiſbona vero 16. Conſtantiam verſus, ejus meminit Venantius Fortunatus in vita S. Martini.

AUGUSTALDIA, urbs Britanniæ magnæ. Vide Lindisfarna.

AUGUSTAMNICA, regio Ægypti, & pars orientalis inferioris Ægypti, Ptolemæo, inter Arabiam Petræam & Judæam ad ortum, & Deltam ad occaſum, mare Mediterraneum ad Boream, & Ægyptum mediam ad Meridiem, nunc pars eſt regionis *Errif* dictæ ſeu Ægypti inferioris, duplex erat alias nempe Auguſtamnica prima, quæ magis ad Boream verſus mare Mediterraneum ubi Peluſium, & Auguſtamnica ſecunda quæ ad Auſtrum tendebat, verſus intimum receſſum ſinus Arabici.

AUGUSTANA, ſeu Auguſtana caſtra, oppidum fuit Vindeliciæ, ex veteri inſcriptione, quod nunc, teſte Lazio, eſt vicus *Gaiſting* dictus, in Ducatu Bavariæ propè Danubium fluvium, & 11. mill. paſſ. infra Reginum in ortum Straubingam verſus.

AUGUSTANÆ CLAUSURÆ, locus inter Carnos & Noricos, Caſſiodoro, nunc, teſte Ortelio, eſt pagus Foro Julii, *la Chiuſa* dictus incolis, *l'Ecluſe* Gallis, in tranſitu Alpium Juliarum occurrens ad amnem Fellam, in ipſo confinio Carinthiæ ſuperioris, 12. mill. paſſ. ſupra Glemonam in Septentrionem, in via quæ ducit Villacum 30. mill. paſſ. inde diſtantem.

AUGUSTANUS DUCATUS, *le Duché d'Aouſte*, ſeu *le Val d'Aouſte* Gallis & incolis, *il Ducato d'Oſta* Italis, *das Augſtall* Germanis, tractus Sabaudiæ ad radices Alpium, ſub dominio Ducis Sabaudiæ, eſtque montuoſus valdè ſed fertilis, & dividitur in ſeptem partes ſeu valles, terminatur à Septentrione Valleſia, ab ortu agro Vercellenſi & Comitatu Angleriæ in Ducatu Mediolanenſi, ab occaſu Sabaudiæ Ducatu, & à Meridie Pedemontio, ejus vero caput eſt Auguſta Prætoria, ſed alia oppidula ſunt parvi momenti; extenditur autem hic Ducatus ad 35. milliaria tantum a Septentrione in Meridiem, nempe à monte S. Bernardi uſque ad Bardum in ipſo limite Canapicii, & in eo tractu erant olim Salaſſi populi, teſte Franciſco Auguſtino ab Eccleſia Epiſcopo Salutienſi cum aliis.

AUGUSTANUS EPISCOPATUS, *das Biſthumb Auſburg* incolis, *l'Eveſché d'Auſbourg* Gallis, tractus parvus Germaniæ in Suevia, ſub dominio Epiſcopi Auguſtani, extenditur per 10. milliaria Germanica, juxta Lycum fluvium, in longum à Septentrione in Meridiem, ſed ab ortu in occaſum maximè reſtringitur plurimis in locis, ab eo etiam pendent aliquot loca ad Danubium fluvium inter Ulmam & Donawertam, ubi Dillinga Epiſcopi ſedes ordinaria, & Comitatus Dillingenſis, quæ omnia illi conceſſa fuere ab Hartmanno Epiſcopo Auguſtano & ultimo Comite Dilligenti anno 1260.

AUGUSTAVIA, *Auguſtow*, oppidulum Poloniæ parvum & recens extructum, in Podlaſſia tractu Maſoviæ, ad Brebezam fluviolum, verſus limites Lithuaniæ, 10. milliaribus Polonicis diſtans a Grodna in occaſum, & 20. a Bielka in Meridiem.

AUGUSTIA, oppidum Daciæ, Ptolemæo, quod nunc interpretatur Lazius *Kuſty*, oppidulum Valachiæ ad Geraſſum fluvium, aliis autem *Ias* ſeu *Iaſſy* urbs Valachiæ præcipua, & principis ſedes ad eundem fluvium, uti 30. mill. paſſ. à limite Poloniæ in Meridiem.

AUGUSTOBERGA, ſeu Auguſti mons, *Auguſtberg*, oppidulum recens Germaniæ, in Saxonia ſuperiore & Miſnia provincia, juxta fluviolum *Schop*, Bohemiam verſus, diſtat à Dreſda 6. milliaribus Germanicis in Meridiem, & 5. à Zuica in ortum, ſicque dictum fuit ab Auguſto Electore Saxoniæ.

AUGUSTOBONA, urbs Galliæ Celticæ, Ptolemæo, & Antonino, dicta poſtea Trecæ & Tricaſſium, nunc *Troyes*, urbs Campaniæ provinciæ caput, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Senonenſi, ad Sequanam: malè Auguſtomana dicitur à quibuſdam, eſtque ampla & dives atque probè culta, 34. leucis diſtans à Lutetia Pariſiorum in ortum hybernum Lingones verſus. Vide Trecæ & Trecaſſes.

AUGUSTOBRIGA, Pelendonum urbs in Hiſpania Tarraconenſi, Ptolemæo, & Antonino, nunc, teſte Morali, eſt *Aldea el muro*, pagus Caſtellæ veteris, in ipſo limite Aragoniæ, propè Agredam oppidum, & inter illud & Numantiæ rudera, ſunt tamen qui credant Auguſtobrigam eſſe Agredam.

AUGUSTOBRIGA, oppidum Vettonum in Hiſpania Luſitanica, Ptolemæo, nunc eſt *el Pedroſo* pagus Vandalitiæ, decem leucis ab Hiſpali in Septentrionem, ut opinantur Moralis, Cluſius, & Rodericus Carus.

AUGUSTODUNENSIS TRACTUS, *l'Autunois*, pars Ducatus Burgundiæ, in Gallia, ubi alias Ædui populi ex parte, terminatur à Septentrione Alexienſi tractu, ab ortu Burgundia propria ſeu Divionenſi agro, & Cabillonenſi, à Meridie Caroleſii Comitatu & Borbonienſi provincia, ab occaſu vero Nivernenſi provincia, & ejus præcipua urbs eſt Auguſtodunum à qua ſic denominatur, ſunt etiam in eo Semurium in Briennenſi agro, & Borbonium Anſelmum.

AUGUSTODUNUM ÆDUORUM, urbs Galliæ Celticæ Antonino, antea Bibracte dicta, Ædui Cæſari, Hedui Plinio, quo nomine ſignificantur populus, & urbs, quæ poſterioribus quibuſdam Hedua, vulgò *Autun*, urbs Galliæ perantiqua, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Lugdunenſi, & alias valdè celebris, à Samotheo I. Rege Galliæ, ut ferunt, condita, ſita eſt ad Arotium fluvium, in Ducatu Burgundiæ, & in Auguſtodunenſi tractu ab ea dicto, ejus pars olim Campus Martii dicta, nunc *le Marchaut* vocatur, eſtque media inter Lugdunum ad Meridiem & Senones ad Septentrionem, & 12. leucis diſtat à Cabillono in occaſum Nivernum verſus 22. & 18. à Divione in occaſum hybernum, hinc Auguſtodudunenſis nomen gentis, *Autunois* vulgò.

AUGUSTODURUS, locus Galliæ Lugdunenſis ex Antonino, ubi nunc forſan *Tury* oppidum in Normannia, ad Olinam fluvium, ſupra Baiocaſſes, Sanſone teſte.

AUGUSTOMAGUS, urbs Galliæ Belgicæ, Antonino, poſtea Sylvanectum in libris Conciliorum, Subanectes Plinio, alias Sylvanectorum caput, nunc etiam *Senlis*, urbs Sylvanectenſis Balliviatus primaria, in præfectura inſulæ Franciæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Remenſi, urbs eſt ſatis culta & lepida, in colliculo ſita, ad Nonnetam amnem, diſtat 10. leucis à Lutetia Pariſiorum in Septentrionem Compendium verſus 8. Vide Sylvanectum.

AUGUSTOMANA, eadem cum Auguſtobona, & Trecis, Vide ibi.

AUGUSTONEMETUM, urbs Galliæ in Aquitania, Ptolemæo, Arvernorum caput, quæ aliis Gergobia, & Arvernum, alias Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Bituricenſi, nunc mons *Gergoie* dictus, ubi ejus rudera videntur prope Claromontem urbem Alverniæ primariam quæ crevit ex ejus ruinis, & etiam Epiſcopali titulo inſignita fuit loco Auguſtonemeti, ut pluribus probat Savaro in ejus hiſtoriis, ideo Auguſtonemetum novum dici poteſt, ſedet in Alvernia inferiori & in Limania tractu, una tantum leuca ab Elavere fluvio, & 5. fere ab Iſſoduro in Boream Rigomagum verſus 2. Vide Gorgobia ſeu Gergovia, & Arvernum.

AUGUSTOPOLIS, urbs Aſiæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Rabenſi ſeu Petracenſi, teſte Guillelmo Tyrenſi.

AUGUSTORITUM, urbs Galliæ in Aquitania, Ptolemæo, quæ, teſte Cluverio cum aliis, eſt *Limoges*, Lemovices & Lemovicum, urbs Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Bituricenſi, & Lemovicenſis provinciæ caput, ad Vigennam fluvium, aliaſque Lemovicenſium primaria, jacet media fere inter Pictavium in occaſum æſtivum & Claromontem in ortum, eſtque civitas ampla & valde culta, in confinio Marchiæ. Non deſunt tamen qui exiſtimant Lemovicum alias dictum fuiſſe Ratiaſtrum, Auguſtoritum autem fuiſſe Inguliſinam, ſed prior interpretatio probabilior. Vide Lemovices.

AUGUSTUM, oppidum Galliæ Narbonenſis, ex Antonino, nunc pagus *Hoſte* dictus, ſeu *Aoſte* in Delphinatu, & in limite Sabaudiæ, ad ſiniſtram Rhodani ripam ubi Guiam fluvium recipit, teſte Sanſone ex itinerario Antonini.

AUGYLÆ, populi Lybiæ interioris, qui Manes Deos ſolos colebant, teſte Plinio.

AVIA, poſtea Furconium, urbs Veſtinorum in Italia, Ptolemæo, alias Epiſcopalis, nunc exciſa à Longobardis, locus etiam *Forcone* dicitur in Aprutio ulteriori, ad Aternum fluvium, 8. milliaribus ab Aquila, ubi ejus Epiſcopatus tranſlatus fuit.

AVIARIUM, ſeu Pithuerium, *Pluviers*, urbs Galliæ, in Belſia provincia, ad amnem *l'Oeuf*, decem leucis ab Aureliis in Septentrionem, & totidem à Montargio in ortum diſtat, eſtque ſat culta. Vide Pithuerium.

AVIAROCOS, *Aviaroki*, & *Aurojoki*, fluvius Sueciæ, in Finnia regione. Aboam urbem alluit; caditque poſtea in ſinum Finnicum paulo infra, & ex adverſo Alandiæ inſulæ.

AVICULA, *Vogelberg* Germanis, *il Monte Uccello* Italis, mons Rhætiæ propriæ, & pars Alpium, ubi fontes Rheni poſterioris, prope Splugam, eſtque pars Adulæ montis.

AVILIANA, *Avigliana*, oppidulum Italiæ, in Pedemontio principatu ad Duriam fluvium, 20. milliaribus ab Auguſta Taurinorum in occaſum Seguſionem verſus paulò plus, cum caſtro diruto in colle.

AVILLA, *Avilles*, urbecula Hiſpaniæ, in Aſturia Ovetana, juxta oſtia amnis *Nalon*, non longè ab ora littorali Oceani Cantabrici, a quibuſdam creditur Flavionavia Pæſicorum, Brietio teſte, & 9. leucis Hiſpanicis diſtat ab Oveto in Septentrionem, 3. autem a Scythico promontorio.

AVINIONETUM, *Avignonet*, oppidulum Galliæ in Occitania & in Diœceſi S. Papuli, teſte Catello. Vide Avenionetum.

AVINUM, *Avino*, oppidulum Americæ meridionalis & Novæ Hiſpaniæ, in nova Biſcaia, ubi argenti fodinæ, inter Durangum & Ellerenam urbes, prope vicum Nominis Dei, & verſus Zacatecas, in ditione Hiſpanorum.

AVINUS, *l'Avin*, fluvius Scotiæ meridionalis Avindalium caſtrum alluit; poſteaque in Cludum ſe exonerat, in Cludeſdalia provincia, prope Hamiltonium oppidum.

AVIQUIRINA, *Aviquirina*, inſula Americæ meridionalis, in ora regni Ciles, contra Civitatem Conceptionis, in mari Pacifico, cum aliquot pagis.

AVISIO, portus Liguriæ, ex itinerario Antonini, quem nunc quidam interpretantur Iſiam *Eſe* vicum Comitatus Niceenſis, cum portu parvo in ora littorali, ſub dominio Ducis Sabaudiæ, & 3. mill. paſſ. ab Herculis Monœci portu in occaſum, Honorato *Bouche* teſte, cum Petro Joffredo, & ei adjacet caſtrum eminens in ſaxi ſummo vertice.

AVISIUM, *Avis*, oppidulum Hiſpaniæ, in Portugallia, unde Ordo Equitum, in provincia Tranſtagana, ad fluvium cognominem 9. leucis diſtat ab Ebora in Septentrionem, & totidem à Portu Alacri in occaſum; eſtque parvum, ſed munitum.

AVITACUM, locus Galliæ in Arvernis, cujus

pluries meminit Sidonius Apollinaris, quem varii varie interpretantur, Papyrius Maſſo & Savaro exiſtimant fuiſſe, ubi nunc *Aubiere* vicus Alverniæ inferioris prope Sorbivium lacum, & vix una leuca à Claromonte in Meridiem, ſed Sirmondus & Durandus multis probant Avitacum fuiſſe, ubi nunc vicus *Chambon*, ad lacum cognominem in eadem provincia, & ad radices montis Aurei.

AVITTA, urbs Africæ in Numidia regione, nunc in ruinis jacens.

AVIUM INSULA, *la Iſla de Aves* Hiſpanis, *l'Iſle d'Aves* Gallis, una ex Caribarum inſulis, in ora Americæ meridionalis, verſus Venetiolam regionem, inter inſulas Rupem & Bonum Aërem; eſtque parva admodum, & ſic dicta à multitudine Avium qui in ea reperiuntur.

AVIUM INSULA, *la Iſla de Aves*, una ex Antillis inſulis, quæ à Gallis *l'Iſle des Oyſeaux* dicitur. in America meridionali, diſtat à Guadalupia inſula 25. leucis circiter in occaſum; eſtque parvi circuitus.

AUKLANDIA, *Aukland*, oppidulum Angliæ Borealis in Dunelmenſi Epiſcopatu, ad fluvium *Were*. Dicitur & Auklandia Epiſcopalis ſeu *Bishops Auklands* 5. milliaribus Anglicis a Dunelmo in Meridiem, & 10. ab ora littorali Oceani diſtans; eſtque parvum admodum, teſte Speedo.

AULA ALBA, *Whitehall* Anglis, *Ouitehal* Gallis, Palatium Regum Angliæ in Weſtmonaſterienſi oppido, juxta urbem Londinum, & ad Tameſim fluvium ubi ordinarius Regum Seceſſus, & excitatum fuerat à Cardinali Wolſæo ſub Henrico VIII. Rege.

AULAGA, *la Laguna de Aulagas*, lacus Americæ meridionalis in Perua regione, 180. leucis diſtat à civitate Cuſci in Meridiem, & 8. leucis a Potoſio urbe in occaſum. Dicitur aliter *la Laguna de Paria*, verſus provinciam *de los Charcas* & montes Andes, teſte Laetio.

AULCESTRIA, *Aulceſter*, oppidulum Angliæ, in Varvicenſi provincia. Vide Alceſtria.

AULEOTA, *Aulot*, oppidum Hiſpaniæ in Catalonia. Vide Aulotum.

AULERCI, popoli Galliæ Celticæ, fuere diviſi in Cenomanos, Diablintes, & Eburovices, teſtibus Cæſare & Plinio.

AULERCI CENOMANI, populi fuere Galliæ, ubi poſtea Cenomanenſis provincia, *le Maine*, inter Seſſoos & Biducaſſes ad Boream, Aulercos Diablintes & Carnutes ad ortum, Redones ad occaſum, & Andegavos atque Turones ad Auſtrum, eorumque urbs primaria erat Vindinum *le Mans*. Vide Cenomani.

AULERCI DIABLINTES, populi Galliæ Celticæ ſeu Lugdunenſis, fuere ubi nunc Pertiœnſis provincia *le Perche*, eorumque vicini erant ab ortu Carnutes, a Septentrione Aulerci Eburovices, & ab occaſu & Meridie Aulerci Cenomani, eorum vero caput erat Noviodunum *Nogent*. Vide Diablintes.

AULERCI EBUROVICES, populi Galliæ, fuere ubi nunc Ebroicenſis Diœceſis in Normannia, *le Dioceſe d'Evreux*, in quo duæ regiunculæ Campania, *la Campagne*, & Uticenſis tractus *le pais d'Ouche*, eorum termini erant à Septentrione Velocaſſes, ab ortu Carnutes, à Meridie Aulerci Diablintes, & ab occaſu Seſſui & Lexovii, eorum autem primaria Mediolanum Eburovicum, *Evreux*. Vide Eburovices.

AULIS, oppidum & portus Bœotiæ, Straboni, & Plinio, contra Chalcidem urbem Eubœæ. Aberat à Chalcide 3. mill. paſſ. & ejus meminit Virgilius, ſed nunc omnino intercedit, teſte Brietio.

AULOCRENA, fons, convallis, & mons Phrygiæ magnæ, ex quibus Mæander fluvius emanat, ab Apamea urbe 10. mill. paſſ. diſtans, teſte Plinio.

AULON, oppidum magnæ Græciæ. Vide Caulon.

AULON, urbs Taulantiorum in Macedoniæ ora occidentali, & in Pelaſgonia tractu, teſte Plinio, Aulon navale dicta à Ptolemæo, nunc *la Valona* Italis, *la Valone* Gallis, urbs eſt Albaniæ ſuperioris ſub Turcis, alias Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Athenienſi, poſtea ſub Dyrrachino, deinde Metropolis & ipſa effecta a Græcis, urbs eſt probe munita cum arce & portu ampliſſimo, ſeu verius ſinu quem duo caſtra muniunt ad ejus oſtium, ſedes eſt præfecti Turcarum in confinio Epiri, inter Apolloniam ad Septentrionem & montes Acroceraunios ad Meridiem juxta fauces maris Adriatici ubi ſuperioribus annis incenſæ ſunt naves pyratarum Algerienſium à Venetis, & 70. mill. paſſ. diſtat ab Hydrunto urbe Italica in ortum.

AULOPOTAMUS, urbs fuit Cretæ inſulæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Cretenſi, Miræo teſte, nunc in vicum redacta.

AULOTUM, *Aulot*, oppidulum Hiſpaniæ, in Catolonia, ad fluvium Fluvianum, diſtat 6. leucis à Gerunda in occaſum, & 5. ab Auſa in Septentrionem, paucis conſtans incolis, dictum fuit etiam Auleota & olim fuerat Epiſcopalis.

AUNA, quæ & Emelia, *Emeley*, antea *Aunn*, urbecula Hiberniæ in Momonia provincia, & in Comitatu Tripetarienſi, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Caſſilienſi, in confinio Comitatus Limericenſis, nunc ferè deſerta jacet à paucis inhabitata, Speedo teſte, & aliis. Vide Emelia & Imelaca.

AUNEDONACUM, oppidum Galliæ Aquitanicæ, ex itinerario Antonini, nunc, teſte Ortelio, eſt *Aunay*, oppidulum Pictavienſis provinciæ, in limite Santoniæ, 4. leucis ab Angeriaco diſtans in ortum æſtivum Pictavium verſus. 8. à Niortio in Meridiem, & 14. à Rupella in ortum.

AUNUS, *Auneau*, oppidulum Galliæ in Belſia provincia, & in Carnotenſi agro, 14. leucis à Pariſus diſtans in ortum hybernum, & 4. ab Autrico in ortum Stampas verſus 7. cum caſtro antiquo, & notum eſt clade Germanorum anno 1587, ſub Carolo IX. Francorum Rege.

AVO, fluvius Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Braecatiorum Callaicorum tractu, Melæ, qui Avus dictus à Ptolemæo, nunc *el Rio d'Aves*, teſte Andrea Reſendio, inter Celandum & Durium in Oceanum occidentalem cadit. Vide Avus.

AVO, *l'Aven*, fluvius Scotiæ meridionalis. Cadit in Forthæ æſtuarium prope Lindum urbem, in Lothiana provincia. Aliis autem eſt Avenna.

AVO, *l'Avon*, fluvius Angliæ, in Wallia regione & Comitatu Monumethenſi. In Uſcam ſe exonerat prope Iſcam urbem. Vide Alaunius fluvius.

AVOGASIA, *l'Avogaſie*, provincia Aſiæ, inter Georgiam, mare Nigrum, & Comaniam, ubi alias pars Colchidis Borealis; eſtque verſus oram littoralem maris Nigri extenſa qua ab ortu tendit ad Septentrionem, & ſæpe ſumitur pro parte Georgiæ: ibi locus præcipuus S. Sophia, verſus Circaſſes.

AVONA, *l'Avon*, fluvius Angliæ meridionalis in Viltonia provincia ortus. Briſtoliam urbem alluit, & poſtea in Sabrinæ æſtuarium cadit. Vide Abonis.

AVONA, *l'Avon*, fluvius Angliæ, qui Warvicenſem Comitatum præterfluit, & in Sabrinam ſe exonerat juxta Teocicuriam, in Gloceſtria provincia, poſt rigatum Warvicum.

AVONUS, fluvius Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Callaicis Braccariis, qui nunc *el Rio d'Aves*, in Portugallia, & provincia inter Durium & Minium fluvios.

In Oceanum occidentalem ſe exonerat inter oſtia Celandi & Durii prope Abobricam.

Aura, *l'Eure*, fluvius Galliæ. Oritur in Belſia. Carnutum alluit & prope Drocum labitur, poſteaque cadit in Sequanam ſupra Rothomagum; alius eſt Ebura. Vide ibi.

Auracum, ſeu Uracum, *Aurach*, oppidum Germaniæ in Suevia provincia, & in Ducatu Wurtembergenſi, ad amnem *Ermſt*, qui duobus milliaribus Germanicis infra cadit in Nicrum, ſedet ad radices montium, 4. milliaribus ſimilibus a Tubinga diſtans in ortum Ulmam verſus 7. eſtque recens munita cum arce valida *Hohen Aurach*, ſeu alto Auraco dicta, vocatur etiam Vracum à quibuſdam recentioribus, & in eo commorantur ſecundo geniti Ducum Wurtembergenſium.

Auraicum, *Auray*, oppidum Galliæ, in Britannia provincia, ad æſtoarium *le Morbihan*, prælio ſuo notum, ubi de Britannia decertatum, inter Joannem Monfortium & Carolum Bleſenſem ibi occiſum die 29. Septembris anno 1364. Tribus leucis diſtar ab urbe Venetenſi in occaſum, Blabiam verſus.

Auran, urbs Palæſtinæ, in dimidia Tribu Manaſſe trans Jordanem, vix 10. milliaribus à Cæſarea Philippi in ortum Damaſcum verſus, teſte Joſepho, ab ea tractus adjacens dictus fuit Auran & Auranitis *Cauan* vulgo, Guillelmo Tyrenſi authore, eſtque pars Trachonitidis.

Aurana, oppidum Dalmatiæ recentioris, Slavè *Wrana* dictum, Italicè *la Urana*, ei adjacet lacus cognominis ad Meridiem, eſtque radices montis Negri, ſub dominio Turcarum, ſed in confinio ditionis Venetæ, 5. milliaribus diſtans ab ora maris Adriatici, 16. à Sibenico in occaſum æſtivum Jaderam verſus 20.

Auranitis, tractus Palæſtinæ trans Jordanem fluvium, & pars Trachonitidis, teſte Joſepho. Vide Auran.

Aurartarum, oppidum Daciæ, nunc vulgò *Abruckbanya*, in Tranſylvania, ad Slotnam, ab Alba Julia 5. milliaribus Germanicis in occaſum, teſte Lazio, ex veteri inſcriptione.

Aurasius, mons Mauritaniæ in Zebe regione, Suidæ & Procopio, nunc etiam *Auraz* dictus, in Africæ propriæ confinio, & Ando monti proximus.

Auravannus, Britanniæ majoris fluvius, & lacus Ptolemæo, *Rian* nunc in Scotia & in Gallovidia provincia, ad ipſum ferme promontorium Novatum ad occaſum extenſum, teſte Camdeno, qui addit poſitum eſſe pro Aber-Ruanus, id eſt oſtium Ruaoi prope Novantum Cherſoneſum.

Aurea Chersonesus, regio eſt ampla Aſiæ in India extra Gangem, teſte Ptolemæo, in modum peninſulæ verſus Auſtrum & inſulas Sindæ extenſa, ita ut dicatur nunc, *la Preſqu'Iſle delà le Gange* à Gallis, ſeu etiam *le païs de Malaca*, ab urbe illius præcipua: disjungitur ab inſula Sumatra freto Malacenſi ſeu Sincapurano, habetque ad ortum Oceanum orientalem & ſinum Perimulicum, ad occaſum vero Oceanum Indicum & Sinum Gangeticum, dividitur in plura regna, ſed ejus præcipuæ partes ſunt regnum Malacæ & pars meridionalis regni Siami, totius regionis caput eſt Malaca emporium percelebre in ditione Belgarom ab anno 1641. cum priùs Luſitanis pareret. Sunt etiam qui credant Sumatram inſulam olim ſub Anrea Cherſoneſo fuiſſe comprehenſam, & dictam inſulam ejus partem fuiſſe, ſed poſtea à mari avulſam & inſulam effectam. Fides ſit penes ipſos.

Aureatum, ex veteri inſcriptione, urbs Germaniæ, quæ teſte Gaſparo Bruſchio, eſt Aichſtadium *Aichſtat* ſeu *Aichſtet*, urbs Germaniæ in Franconia, ad Alemannum fluvium, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Moguntino, in ipſo confinio Bavariæ Ducatus & Sueviæ, ſub dominio proprii Epiſcopi, 2. milliaribus Germanicis diſtans à Neoburgo in Septentrionem Norimbergam verſus, & 11. a Ratiſbona in occaſum, quæ urbs nomen habet à quercu, ita ut Quercopolis vel novum Aureatum dici poſſit, cum Aureato urbi proximæ excisæ ſucceſſerit, teſte Lazio, rudera enim illius inter Aichſtadium & Neoburgum cernuntur, ubi vicus *Naſſavels* ad Sculterum amnem vix uno milliari diſtans in Meridiem, teſte Aventino: Ortelius tamen putat novum eſſe vocabulum, & ſunt etiam qui credant eſſe urbem Auracum in Suevia, & in Ducatu Wurtembergenſi, incerto tamen auctore.

Aurea Vallis, *Orval*, Abbatia celebris Belgii in Luxemburgenſi Ducatu, & in Comitatu Chiniaco, ordinis Ciſtercienſis, vix 2. leucis diſtat a Monmedio in Septentrionem, & 3. ab Yvodio in ortum, in ipſo limite ditionis Franciæ.

Aurea vallis, *Airvaut*, Abbatia Galliæ in Pictavienſi provincia ſuperiori, 10. leucis a Pictavio in occaſum.

Aurelia, oppidum Hiſpaniæ Luſitanicæ, quod nunc quidam interpretantur *Oreja*, viculum Hiſpaniæ in Extremadura; ad Tagum fluvium, verſus Cauriam, cum arce diruta.

Aurelia Allobrogum, urbs Galliæ Narbonenſis, quam plures interpretantur Genevam *Geneve*, urbem liberam & ſui juris ad Rhodanum fluvium. Vide Geneva.

Aurelia Carisa, cognomine, urbs & colonia Hiſpaniæ Bœticæ Plinio, quæ Cariſſa Ptolemæo, & Aurelia Antonina, in Tarraconenſis confinio, teſte Golzio, nunc exciſa jacet, & locus adbuc *Cariza* nominatur, teſtibus Morali, & Roderico Caro in antiquitatibus Hiſpalenſibus, eſtque in Vandalitia inferiori, verſus Caſtellam novam, prope *Bornos* vicum.

Aurelianensis insula, *l'Iſle d'Orleans*, inſula Americæ in Nova Francia, & fluvio S. Laurentii paulo infra Quebecum urbem, ab ortu ad occaſum extenſâ ad octo leucas, eſtque probe culta.

Aurelia, porta urbis Romæ Procopio & aliis, prope molem Adriani erat; nuncque diruta jacet à tempore Leonis quarti Summi Pontificis, teſte Famiano Nardino.

Aurelia via, Italiæ via in territorio Romano, ſtrata fuit ab Aurelio Cotta anno urbis conditæ 512. ut putat Sigonius, & docta eſt primum ab Aurelia porta urbis Romæ, ubi ejus principium, ad forum uſque Aurelii, ad 85. mill. paſſ. tradit Strabo ad Sabbatios Vados protractam eſſe ab Æmilio Scauro, Eutropius eam promovet ad Alpes maritimas, Antoninus Arelatem uſque, & hodie etiam indigenæ vocant *lou camin Aurelian* in Provincia, teſte Brictio.

Aureliæ, & Aurealiani urbs Galliæ Celticæ, in libris Conciliorum, Aurelia aliis, Aureliani & Genabum, Aurelianenſis urbs Sidonio Apollinari, nunc *Orleans* incolis, *Orliens* Italis, urbs Galliæ in Aurelianenſi præfectura generali, & in Aurelianenſi agro, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Pariſienſi, cum prius ſoffragaretur Senonenſi Archiepiſcopo, urbs eſt pulcherrima & probe culta, ad Ligerim fluvium, in tractu feraci admodum, è regione Sicaloniæ, Ducatus titulo inſignitur ſecundo genitorum Regum Franciæ, & Academiam haber celebrem, ædificata fuit ut tradunt anno Chriſti 163. à Marco Aurelio Imperatore & ab ipſo denominata, poſteaque Reges habuit proprios & in ea commorantes ſub prima ſtirpe Regum Franciæ, celebriſque effecta eſt clade Anglorum anno 1428. ſub Carolo VII. Rege, & obſidionibus ſuis ab Attila & aliis, ex primis eſt Galliæ urbibus, 34. leucis diſtans à Pariſiis in Meridiem Bituriges verſus 22. ſunt tamen qui exiſtiment Genabum eſſe *Gien*, oppidum vicinum 12. leu-

Digitized by Google

cis ſupra ad Ligerim ſitum, & in ea obiit Franciſcus II. Galliæ Rex anno 1560. hinc Aurelianenſes popoli, *les Orleanois* vulgò dicti.

AURELIACUM, *Aurillac*, urbs Galliæ, in Alvernia ſuperiori, dicitur etiam Aurillacum & Meriolacum quibuſdam. Sedet ad amnem Jordanum, intra montes; eſtque ſatis culta. Vide Aurilliacum.

AURELIANANSE REGNUM, *le Royaume d'Orleans*, pars fuit ampla Galliæ ſub prima regum ſtirpe, & una ex quatuor partibus regni, ſed ex quibus provinciis conſlatum fuerit non eſt facile ſtatuere, quia à variis Regibus varie diviſum fuit diverſis temporibus, ejus caput & regia ſedes erat Aureliæ, de eo vide pluribus Gregorium Turonenſem.

AURELIANENSIS AGER, *l'Orleanois*, provincia eſt Galliæ, pars Aurelianenſis præfecturæ, & ſic ab ejus urbe primaria dicta, terminatur à Septentrione Belſia, ab ortu Vaſtinio tractu, ab occaſu Bleſenſi agro, & a Meridie Sicalonia, à qua fere dividitur Ligeri fluvio, quanquam ab aliis extendatur etiam in pluribus vicis ultra Ligerim, ejus caput eſt Aureliæ *Orleans*, ſunt in eo oppida Balgenciacum, Cleriacum, & Magdunum, ibique olim fuere Aureliani populi ex parte.

AURELIANENSIS PRÆFECTURA GENERALIS, *le Gouvernement general d'Orleans*, pars eſt ampla regni Franciæ citra & ultra Ligerim fluvium, ſub qua una vice anno 1615. tempore Comitiorum generalium regni & non alias continebantur provinciæ Aurelianenſis, Andegavenſis, Alnienſis ager, Belſia, Bleſenſis provincia, Bituricenſis, Cenomanenſis, Inculiſinenſis, Nivernenſis ex parte, Perticenſis, Pictavienſis, Turonenſis, & Vaſtinium.

AURELIANI, populi fuere Galliæ Celticæ, Cæſari, ad Ligerim fluvium, inter Bituriges Cubos, Carnutes, & Senones, ubi nunc Aurelianenſis Diœceſis ſeu Aurelianenſis ager cum parte Boreali Sicaloniæ tractus, & eorum primaria erat Genabum, quæ poſtea Aureliæ dicta.

AURELIANUM, *Orleans*, urbs ampla Galliæ, ad Ligerim fluvium, provinciæ cognominis caput. Vide Aureliæ.

AURELIANUM, ex veteri inſcriptione, ſeu & melius Lintium, urbs Norici, nunc *Lintz*, urbs Germaniæ in Auſtria ſuperiori, teſte Lazio ad Danubium fluvium, qui paulo infra recipit Travum fluvium *Traun*, eſt lepida cum eximio caſtro Archiducum in colle, 7. milliaribus Germanicis diſtans à Patavio in ortum Viennam verſus 24. & 3. ab Anaſo in occaſum, 14. vero à Saliſburgo in ortum æſtivum Olomutium verſus, eſtque media inter Viennam ad ortum & Ratiſbonam ad occaſum.

AURELII VICUS, oppidum Hetruriæ, quod Biracellum Ptolemæo, nunc caſtrum *Vicarello*, in provincia Patrimonii & in Sabatio tractu, teſte Leandro, ſedet ad lacum Sabatinum, 6. mill. paſſ. diſtans in Septentrionem à Bracceno oppido, & 21. ab urbe Roma in occaſum, ubi ſalubres aquæ thermales ſub dominio utili Ducis Bracceni è gente Urſina, qui ibi nova erexit ædificia.

AURELIOPOLIS, urbs Aſiæ minoris, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Epheſino, Miræo teſte, in Lydia regione, 60. mill. paſſ. ab Epheſo in Boream.

AUREOLI PONS, *Pontirole*, pagus Italiæ in Ducatu Medialonenſi, ſic dictus ab Aureolo Tyranno, ibi à Claudio Imperatore interfecto, teſte Trebellio, eſt in tractu Addua Glarea dicto, in confinio ditionis Venetæ & Bergomenſis agri, medius ferme eſt inter Bergomum ad ortum & Mediolanum ad occaſum, 2. milliaribus ab Addua fluvio diſtans, teſte Gaudentio Merula.

AUREOLUM, caſtrum agri Faventini in Romandiola provincia *Oriolo*, inter Faventiam & Mutilum, à Faventia 4. mill. paſſ. ex traditione antiqua.

AUREUS MONS, mons Corſicæ inſulæ, Ptolemæo, ad oram illius occidentalem, ubi Cervini populi, ad Sagonam urbem dirutam deſinens, nunc *Monte Gradacchio*, teſte Leandro. Ex eo tria flumina Tavola, Rhotanus, & Ticarius profluunt.

AUREUS MONS, mons Mœſiæ ſuperioris ad Iſtrum fluvium, teſtibus Antonino & Aurelio Victore, à Probo Imperatore vineis conſitus, in Pannoniæ inferioris confinio, nunc *Metzeck*, teſte Lazio, in Servia regione, 25. mill. paſſ. infra Singidunum in ortum.

AUREUS MONS, *le Mont d'or*, mons Galliæ, in Alvernia ſuperiori provincia, excelſus valde, 5. leucis diſtans à Claromonte in occaſum hybernum Mauriacum verſus.

AURIA, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, ſic dicta in libris Conciliorum, quæ Amphilochia Straboni, Aquæ calidæ Cilinorum Ptolemæo, *Orenſe* vulgò, urbs Gallæciæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Compoſtellano ad Minium fluvium, ubi etiamnum extant calidi fontes, diſtat 12. leucis Hiſpanicis a Tyde in ortum æſtivum, & 14. à Compoſtella in ortum hybernum. Vide Aquæ Calidæ.

AURICUM, *Aurik*, oppidum Germaniæ, in Friſia orientali, cum caſtro, ubi perſæpe habitat Princeps. Situm eſt in loco inſertili in planitie, & vix tribus milliaribus Germanicis diſtat ab Embda in ortum, & totidem a Norda, hinc tractus parvus adjacens Aurikia, *Aurikerland*, vulgo dicitur.

AURIGERA, *l'Ariege*, fluvius Galliæ, in Occitania, Maſſono qui ab aliis, & melius Alburacis dicitur, & Aregia. Vide ibi.

AURIGI, & Aurigia, ex antiqua inſcriptione, Aurinx Livio, urbs Turdulorum in Hiſpania Bætica, quæ dicta fuit etiam Oringe & Oningis, nunc vulgò *Iaen*, teſtibus Joanne Mariana & Martino Ximena in Annalibus Diœceſis Giennenſis, eſtque in Vandalitia provincia, urbs Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Toletano, ab anno 1249. & recuperata fuit a Ferdinando rege anno 1246 ejectis inde Mauris; urbs eſt ampla & culta, prope fluvium *Guadalbollon*, ubi recipit amnem Suſannam, 12. mill. paſſ. diſtans à Bæti fluvio in Auſtrum, verſus confinia regni Granatenſis 18. & totidem ab Alcala regia in ortum æſtivum Ubedam verſus, hinc populi Aurigitani dicti. Vide Giennium.

AURILLIACUM, *Aurillac*, urbs Galliæ in Alvernia ſuperiori, cum Abbatia ad Jordanum fluviolum intra montes, patria fuit Sylveſtri II. Pontificis Maximi, & caſtrum habet antiquum in colle, 9. leucis diſtans a Floriopoli in occaſum, Cadurcum verſùs 15. & à Claromonte 24. verſus Meridiem.

AURINIANA ALA, oppidum Norici, Tacito, nunc *Ried*, pagus Bavariæ ad Oenum fluvium prope Vaſſerburgum urbem, teſte Lazio, cui etiam *Haulrick* pagus vicinus eſſe videtur.

AURIMONTIUM, *Goldberg*, oppidulum Bohemiæ regni in Sileſia, quod ſæpius Goldberga vocatur. Vide ibi.

AURIOLA, *le Royaume d'Auriole*, regnum parvum Indiæ Orientalis in Malabaria regione, cum oppido cognomine; vix 15. leucis à Calecuto diſtans in ortum.

AURISIUM, oppidum Videliciæ, ex itinerario Antonini, nunc Lazius interpretatur *Rot* pagum Bavariæ ſuperioris ad Oenum fluvium, Vaſſerburgo proximum inter illud & Roſenhemium, ex adverſo pagi, *Ried* de quo ſupra.

AURONTIUM, urbs Italiæ in Gallia Ciſalpina & in Venetia regione prope Anaxum, nunc *Auronzo*

castrum

caſtrum amplum & cultum dominii Veneti, in Cadubrio tractu Fori Julii provinciæ, ad radices Alpium & limite Tirolis Comitatus, ad Anſiam amnem, 8. milliaribus diſtans ab oppido caſtro Plebis dicto in Septentrionem, teſte Leonardo Cethereo ejus Plebano viro clariſſimo.

Aurunca, urbs Italiæ. Vide Sueſſa.

Aurunci, populi fuere Latii, in Italia, teſte Plinio, extendebantur a Liri fluvio ad ortum uſque ad Terracinam & paludes Pontinas ad occaſum, ubi nunc pars occidentalis Terræ Laboris in regno Neapolitano, teſte Cluverio cum aliis, eorum vero urbes erant Caieta, Formiæ, & Minturnæ, horum frequens eſt mentio apud Livium & Dionyſium Halicarnaſſeum.

Aurupini, & Aurupini populi Japodum, teſte Strabone, quorum oppidum Aurupium, Arupium, & Arupenum, nunc *Lipa* in Croatia regione, & in confinio Carniolæ, quamquam aliis ſit *Aurſperg*, in Carniola provincia. Vide Arupenum.

Ausa, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Authetanis, teſte Ptolemæo, ab Hercule Libyco condita ut narrant, poſtea exciſa, eo in loco ſita erat ubi poſtea Vicum *Vich*, quæ ex ea etiam *Vich de Oſſona* dicitur, teſte Joanne Mariana, & Auſa nova dici poteſt, eſtque Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Tarraconenſi, loco Auſæ, ſedet in Catalonia in planitie non procul à Tera fluvio, 8. leucis diſtans a Gerunda in occaſum Solſonam verſus 17. & totidem à Barcinone in Septentrionem, paucis nunc conſtans incolis, hinc populi Auſetani ſeu Autetani, Plinio.

Ausana, & Auſava Legio VIII. vicus Germaniæ inferioris, ex Itinerario Antonini, à Cluverio *Palleſtheid* dicitur, & à Sanſone *Sceineken*, eſtque caſtrum Trevirenſis ditionis ad amnem *Nyms* dictum, 5. mill. paſſ. diſtans a Prumia in ortum, & 22. à Treviris in Septentrionem.

Auscii, populi Galliæ, in Aquitania & in Novempopulania regione Ptolemæo, qui Auſci Plinio Auſcenſes Sidonio, eorum termini erant a Septentrione Nitiobriges, ab ortu Volcæ Tectoſages, ab occaſu Eluſates & Bigerri, à Meridie vero Convenæ, erantque ubi nunc Diœceſis Auxitana, *le Dioceſe d'Aux*, eorum primaria urbs Auſcii, etiam dicta Climberis & Auguſta Auſciorum, nunc *Aux* dicitur, in Armeniacenſi Comitatu ad Ægircium, eſtque Archiepiſcopali dignitate inſignis. Vide Auguſta Auſciorum.

Auser, fluvius Italiæ, Plinio, qui Auſur Rutilio, Æſar Straboni, nunc *il Serchio*, fluvius in Hetruria, qui à quibuſdam Anſer dicitur, errore forſan impreſſionis, & Serculus à poſterioribus, nomine recento *Oſari* in alveo exiguo, oritur ex Apennino monte prope Minuccianum oppidum Lucenſium, deinde per Grafinianam tractum Ducis Mutinæ fluens in Meridiem, auctus multis rivis & rigatis Caſtro novo, Barga, & aliis locis per ditionem Lucenſem fluit, & ipſam urbem Luccam alluens, 12. mill. paſſ. infra in mare Tyrrhenum ſe exonerat.

Ausigoa, oppidum Cyrenes maritimum in Pentapolitana regione, teſte Ptolemæo, inter Apolloniam & Ptolemaidem, nunc *Zadra*, teſte Marmolio.

Ausoba, fluvius Hiberniæ, teſte Ptolemæo, à multis *Logh* nunc dictus, in Conacia provincia Comitatum Maienſem a Gallivenſi ſeparat, & deinde per lacum *Carble* fluens, rigata poſtea Galliva civitate, paulò infra in Oceanum occidentalem ſe exonerat, ejuſque oſtium ſinus Gallivenſis vulgò, *the Bay of Gallway* dicitur, Speedo teſte.

Ausona, oppidulum Latii, cujus meminit Livius, nunc pagus ſeu vicus *Ventuſia*, teſte Elyſio Calentio.

Ausonia, ſic dicta fuit olim Italia ab Auſonibus populis indigenis & perantiquis, ut loquitur Hiſtoria, vel ab Auſone Ulyſſis filio, ut fabulantur Poetæ.

Ausonia, regio Italiæ Livio, antiquiſſimis temporibus extendebatur à Terracina ad fretum uſque Siculum, ſed poſtea Auſones ſenſim expulſi ſunt ab Oenotro ante Troiæ excidium, unde factum ut pars illa diceretur Oenotria quæ antea Auſonia vocabatur, ſicut & tota Italia, Auſonum porro urbes nominantur Beneventum, Nola & Cales, ut ait Suidas, ut Strabo libro 5. loca inter Sinueſſam & Terracinam, videlicet expulſi ex ſuperioribus locis Benevento & aliis, ad mare ſe contulerunt infra Volſcos, ubi dicti ſunt Aurunci, ſic enim Servius ad 7. Æneidos Aurunci a Græcis Auſones nominantur, & apud Macrobium pro Auſonibus appellantur Aurunci, porro de nomine Auruncorum antiqui prorſus tacent, teſte Cluverio.

Ausonium mare, pars eſt maris Jonii, à Japigio promontorio in Meridiem porrigitur verſus Siciliam inſulam, quam alluit ad ortum, uti Brutios & magnam Græciam ad Meridiem, & ortum, teſte Plinio, a Sicilia Peloponneſum uſque, ſeparatur autem à mari Tyrrheno freto Siculo.

Aussona, *Auxone*, urbs Galliæ, ad Ararim fluvium, in Ducatu Burgundiæ, parva, ſed munita. Quinque leucis à Divione diſtat in ortum, Dolam verſus quatuor, in confinio Comitatus Burgundiæ.

Austerbantum, *l'Oſtrevant*, tractus Belgii, cujus fit mentio in actis mediæ ætatis, vide Auſtrebatenſis pagus.

Austerlitium, quod & Slaukovia, *Slawkow* incolis, *Auſterlitz* Germanis, oppidum Bohemiæ regni in Moravia provincia, vix 12. mill. paſſ. diſſitum à Bruna urbe in ortum, Hradiſtam verſus, & male habitum fuit a Suecis bello triceunali Germanico.

Austervicum, *Oſterwick*, oppidulum Germaniæ in Saxonia inferiori, & Principatu Halberſtadienſi, ad Olſam amnem, qui pauſo infra cadit in Oacrem. Aliàs amplum fuit, nunc defecit; eſtque ferme medium inter Halberſtadium & Guelpherbytum urbes. Ab aliis Oſtrovicum dicitur.

Austia, *Uſta* indigenis, *Auſſig* Germanis, oppidulum regni Bohemiæ, ad Albim fluvium in finibus Miſniæ, vix 7. mill. paſſ. diſtans à Litomerio in Septentrionem Dreſdam verſus, ubi alias cum Huſſitis acriter dimicatum fuit.

Austra, Latii maritimum oppidum, Plinio, Cloſtra Ptolemæo, *Aſtura* hodie, ut habet Leander, ad Aſturam fluvium, forſan errore Typographi pro Aſtura oppidulo Campaniæ Romanæ in ora maris Tyrrheni. Vide Aſtuta.

Australis Jutia, provincia regni Daniæ, quæ aliter & ſæpius Sleſvicenſis Ducatus dicitur. Vide ibi.

Australis Terra, *la Terre Auſtrale*, Vide Terra Auſtralis.

Austrania insula, Plinio, quæ & Gleſſaria, Ortelio eſt *Ameren*, ſed Cluverio teſte, eſt *Strands* inſula, quæ & melius *Nort Strandt* dicitur, ante littus Cimbrorum in Oceano Germanico, prope Huſemum urbem Ducatus Sleſvicenſis ſeu Jutiæ meridionalis, ejus circuitus eſt 25. mill. paſſ. & in ea ſunt tantum aliquot pagi.

Austrasia, *l'Auſtraſie* Gallis, *die Weſtrich* Germanis, pars fuit ampla Regni Franciæ ſub prima ſtirpe Regum, ſeu & melius Francia Orientalis, & regio titulo inſignita, ſicque dicta ab ejus ſitu, uti & poſtea regnum Metenſe, ex eo quod Auſtraſiæ reges Metis conſedebant, poſtea dicta fuit etiam Lotharii regnum ſub ſecunda ſtirpe Regum Franciæ. Extendebatur alias latiſſime, ſed poſtea anguſtioribus limitibus coarctata fuit, Scaldi nempe, Moſa, & Rheno fluviis, & Vogeſo monte, ad Auſtrum, & tunc diviſa fuit in ſupe-

riorem & inferiorem. Inferior Auſtraſia complectebatur Brabantiam Hannoniam, tractus Leodienſem, Namurcenſem, Luxemburgenſem, Julıacenſem, Eiffaliam, Vaſgoiam, & Flandriam Imperialem cum provinciis finitimis Germaniæ inferioris : Auſtraſia vero ſuperior dicta etiam Moſellanica ſeu Tullingia, Lotharingiæ reſpondet, teſte Fabro Canterello, cum alıis, & ſæpe Auſtraſia dicta fuit Auſtria, ſub prima ſtirpe Regum Franciæ, teſte Hadriano Valeſio, in notitia Galliarum, & Auſtraſiæ Regni partes fuere etiam tunc Suevia, Francia Orientalis, Bavaria, Turingia, Friſia, pars ampla Saxoniæ, & Belgica ſecunda, cum aliquot alıis Galliæ provinciis, ſed poſtea pluries mutati fuere hujus regni fines, ut videre eſt in hiſtoriis horum temporum.

AUSTREBATENSIS PAGUS, ſeu Auſtrebantium, *l'Oſtrevant*, tractus Belgii in Comitatu Hannoniæ, cum olim eſſet una ex 3. partibus Comitatus Valentianarum, extenditur ab ortu in occaſum inter Scaldim fluvium ad ortum & Meridiem, quo a reliqua Hannonia ſeparatur, Scarpam fluvium ad Septentrionem quo a Flandria dividitur, & ad occaſum ſeparatur ab Arteſia amne *Sanze*, qui prope Atluſium ortus ad Bochanium in Scaldim ſe exonerat, ejus autem caput eſt Bochanium *Bouchain* oppidum parvum ſed munitum, teſte Henrico Ultremanno, ſubeſtquè dominio Francorum ab anno 1676.

AUSTRIA, *Oeſterreich* incolis, quaſi terra Orientalis, quanquam *Eſterich* pronuncient, *l'Autriche* Gallis, *l'Auſtria* Hiſpanis & Italis, *Beetſtan* ſeu *Wetzſtan* Turcis, *Rakusy* Polonis, provincia eſt Germaniæ, ubi olim pars orientalis Norici Ripenſis, cum parte Pannoniæ ſuperioris, & Adrabæ Campi in Germania, ſic dicitur a mundi Cardine orientali qui Germanis *Oeſt* dicitur, terminatur à Septentrione Bohemia & Moravia, ab ortu Regno Hungariæ, a Meridie Stiriæ Ducatu, & ab occaſu Bavaria & ditione Saliſburgenſi : in duas fere partes ſcinditur Danubio fluvio, & ejus pars ſuperior, dicitur aliter Anaſſius tractus, *t'landt ob der Ens*. Primo habuit Marchiones ab anno 928. deinde Duces ab anno 1156. poſtremo Archiducatus titulo inſignita fuit ſub Friderico, qui poſtea Electus Imperator hujus nominis quartus, & ab ea nomen ſumpſit Domus Auſtriaca, ex qua moderni Imperatores & Reges Hiſpaniæ : dividitur autem hæc provincia in ſuperiorem *Ober Oeſterreich*, & in inferiorem *Nider Oeſterreich*, ſuperior Auſtria cujus caput eſt Lentium, ſubdividitur in quatuor partes quorum nomina ſunt, tractus Molendini *Mulh Viertel*, tractus Domus, *Hauß Viertel*, tractus niger *Schwartz Viertel*, & Traunenſis tractus *Traun Viertel*, qui etiam dicitur tractus ad Anaſſum à fluvio cognomine. Auſtriæ inferioris etiam quatuor ſunt partes, nempe tractus ſuperior montis Manhartii *Viertel ober Manharts berg* vulgò, tractus inferior montis Manhartii *Viertel unter Manharts berg*, tractus ſuperior Sylvæ Viennenſis *Viertel ober Vienner Wald*, & tractus inferior Sylvæ Viennenſis *Viertel unter Vienner Wald*, & ejus caput uti & totius Auſtriæ primaria eſt Vienna *Vienne*, ad Danubium, in qua ſedes eſt Imperatorum à plurimis annis, hinc Auſtrii populi *Oeſterreicher* Germanis, *Rakauſſy* Bohemis & Moravis, *Rakuszy* Polonis & Slavis, *les Auſtrichiens* Gallis, *gli Auſtriaci* Italis, & *los Auſtriacos* Hiſpanis.

AUSTRIÆ URBES.

Aniſium, *Ens*.
Chremſia, *Krems*.
Fanum S. Hippoliti, *S. Polten*.
Lentium, *Lintz*.
Novoſtadium, *Newſtad*.
Vienna, *Vienne*.

AUSTRIA, locus in Italia, ut videtur ea Paulo Diacono libro 5. ſed orientalem partem Italiæ ſignificare ſcribit Sigonius.

AUSTRIA, dicta fuit ſæpe Auſtraſia regio Galliæ, ſub prima ſtirpe Regum Franciæ, teſte Valeſio. Vide Auſtraſia.

AUSTRIACUS CIRCULUS, *das Oeſterrich Craiſſ* incolis, *le Cercle d'Auſtriche* Gallis, pars eſt Germaniæ & unus ex ejus circulis, inter quos tertium locum obtinet, & ſub ipſo comprehenduntur provinciæ hereditariæ domus Auſtriacæ, in Germania, nempe Archiducatus Auſtriæ, Ducatus Carinthiæ, Carniolæ, & Stiriæ, atque Comitatus Tirolis, Cilleienſis, & Brigantinus, cum Tridentina Diœceſi.

AUSTRIA INTERIOR, ſic dicuntur etiam ab Auſtriacis provinciæ Stiriæ, Carniolæ, & Carinthiæ, & tunc Auſtria provincia ab eis vocatur Auſtria propria.

AUSTRIA EXTERIOR, ſic dicitur aliquando ab Auſtriacis Comitatus Tirolis, cum Auſtria ab eis latiſſime ſumitur.

AUSTRINUM MARE, *la Mer du Sud* Gallis, *el Mar del Zur* Hiſpanis, pars eſt ampla Oceani in America verſus Auſtrum extenſa, dicitur aliter Mare Pacificum *la mer Pacifique*, & detectum fuit à Vaſco Nonnio à Balboa Hiſpano anno 1512. Vide Mare Auſtrinum.

AUSTRINUS OCEANUS, *la Mer du Sud*. Vide Mare Auſtrinum.

AUSTRINUS SINUS, *het Zuyderzee*, pars Oceani Germanici in Belgio, dicitur aliter Mare Auſtrinum, ibi alias Flevo lacus fuit, extenditurque inter Friſiam, Trans-Iſalaniam provinciam, Gueldriam & Hollandiam, in qua alluit urbes Amſterodamum, Enchuſiam, & Horniam, dicitur à Gallis, *la Mer de Sud*. Vide Mare Auſtrinum & Meridionale.

AUSUGANI, populi Alpium Tridentinarum Antonino, quorum tractus *Val Sugana* dicitur, juxta Meduacum minorem fluvium, in confinio Tirolis Comitatus, & agri Vicentini, inter Feltriam ad ortum & Tridentum ad occaſum.

AUTARIATA, populi Illyrici, qui Ariatæ dicuntur à quibuſdam, exiſtimantes legendum eſſe aut Ariatæ in Plinio. Eorum urbes fuere Sicum, Salona, & Tragurium. Alii Autariatæ, antiquiſſima gens fuit Illyrici, à Titio flumine ultra Dardanos extenſa, teſte Joanne Lucio. Vide Ardiei.

AUTARIENSES, populi Illyrici, teſte Appiano Alexandrino, qui à Strabone Autariatæ dicuntur, erantque verſus oram littoralem Dalmatiæ. Vide Autariatæ.

AUTEI, Arabiæ fœlicis populi, teſte Plinio.

AUTARI, populi Hiberniæ inſulæ Ptolemæo, ubi nunc forſan Comitatus Roſcomanenſis, & Galluenſis, in Connacia provincia, Camdeno teſte.

AUTASSIODURUM, urbs Galliæ, *Auxerre*. Vide Altiſſiodorum.

AUTHETANI, populi Hiſpaniæ Tarraconenſis, teſte Ptolemæo, qui à Plinio & Livio Auſetani dicuntur, erantque ubi nunc pars Cataloniæ principatus in qua Gerundo & Aquæ calidæ, inter Palatinum ad ortum & Rubricatum fluvium ad occaſum.

AUTISSIODORENSIS AGER, *l'Auxerrois*, tractus Galliæ in Burgundiæ Ducatu. Vide Altiſſiodorenſis.

AUTISSIODORUM, *Auxerre*, urbs Galliæ ad Icaunam fluvium in Burgundiæ Ducatu. Vide Altiſſiodorum.

AUTOLOLES, ſeu Autolatæ, populi fuere Africæ Plinio, ſub Getulis comprehenſi, & maxime in occaſum extenſi verſus oram Oceani Atlantici & Mauritaniam Tingitanam, erantque in ea parte, ubi nunc

Digitized by Google

Teſſeta regio Biledulgeridis, inter regnum Marochium ad Septentrionem, & Zanhagam deſertum Nigritiæ ad Meridiem, eorum vero præcipua urbs Autolala etiam dicta fuit, eorum meminit Lucanus libro quarto.

AUTOMALA, oppidum Africæ Straboni, nunc *Alcudia* caſtrum, teſte Marmolio, prope Aras Philænorum & Syrtim magnam, aliis vero eſt *Zanagra* caſtrum.

AUTOMATE, inſula maris Ægei, quam inter Theram & Thereſiam, recenter enatam & Hieram dici ſcribit Plinius, quæ ſit nunc non conſtat.

AUTONUS, *el Vocan d'Auton* Hiſpanis, mons ignivomus Americæ meridionalis, in regno Giles & provincia *Chucuito*, intra Andes montes, & prope fontes Biobii fluvii.

AUTRICUM, urbs Galliæ Celticæ, Ptolemæo, Carnutum caput, *Chartres* incolis, *Ciartres* Italis, urbs Galliæ Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Pariſienſi, cum antea ſuffragaretur Senonenſi Archiepiſcopo, Belſiæ provinciæ caput eſt, uti & Carnutenſis tractus ab ea dicti, ſedet in colle ad Eburam fluvium, eſtque ampla & culta cum Eccleſia inſigni & perantiqua, diſtat 18. leucis a Lutetia Pariſiorum in occaſum hybernum, & 20. ab Aureliis in Septentrionem Rothomagum verſus, & Ducatus titulo inſignitur, dicitur etiam Carnutum. Vide ibi.

AUTRIGONES, populi Hiſpaniæ Tarraconenſis, teſtibus Ptolemæo, Pomponio, & Plinio, Oceano Cantabrico ad Boream incumbentes, & inde ad Iberum fluvium extenſi, inter Cariſtos populos ad ortum, & Cantabros propriè dictos ad occaſum inhabitabant, erantque ſub Cantabris late ſumptis; ubi nunc Biſcaiæ provinciæ maxima pars, & eorum primaria urbs erat Flaviobriga.

AUTUNNACUM, oppidum Trevirorum in Germania, teſte Antonino, nunc *Andernach*. Vide Antenacum.

AUTURA, *l'Eure*, fluvius Galliæ in Belſia, cujus fit mentio in actis mediæ ætatis, Carnutum rigat & per Normanniam fluens ibi in Sequanam labitur, dicitur à recentioribus Ebura, Vide ibi.

AVUS, fluvius Hiſpaniæ Tarraconenſis in Callaicis Braccariis, teſte Ptolemæo, qui Avo Melæ, *el Rio d'Aves* ſeu *Ave* vulgo, inter Celandum & Durium fluit, in Portugallia, & in provincia inter Durium & Minium dicta, deinde in Oceanum Atlanticum ſe exonerat ad Abobricam oppidum.

AVUS, *Auve*, aliis *Loch Aun*, lacus Scotiæ auſtralis, in Lorna provincia. Eum præterfluit fluvius *Awon*, qui poſtea cadit in mare Deucaledonium è regione Mulæ inſulæ, eſtque a Meridie in Septentrionem extenſus, ad 20. milliaribus paſſibus, ſed non æquè latus.

AUXENNA, oppidum Sueſſionum in Gallia, Belgica ex itinerario Antonini, inter Durocortorum, & Verbinum quod nunc eſt *Neufchaſtel*, oppidulum ad Axonam fluvium in Campania provincia & Retelenſi tractu, ut exiſtimant recentiores.

AUXENTIUS, mons Bithyniæ, ſic à S. Auxentio Abbate qui in eo vitam egit ſolitariam, dictus, teſte Metaphraſte.

AUXIMA, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, teſte Floro. Vide Uxama.

AUXUME, urbs Æthiopiæ ſuperioris Ptolemæo, quæ Auxuma aliis, & Axumites Stephano, versùs Trogloditicam, nunc *Acçum* dicta in Abiſſinia & in regno *Tigre*, parva admodum & vix centum ſocularia complectens, teſte Baltaſare Telleſio Luſitano, in ea viſuntur aliqua antiquitatis monumenta, & 45. leucis Luſitanis diſtat in occaſum à Maxua portu in ora ſinus Arabici Fremonam verſus 3.

AUXUMUM, urbs Italiæ in Piceno, Straboni, Auximum Lucano, & Plutarcho, Oximum Livio, *Oſimo* vulgò, non autem *Oſmo*, ut multi perperam ſcripſere urbs ditionis Pontificiæ, in Marchia Anconitana, ſedet in monte ad Muſonem fluvium, 10. milliaribus diſtans ab Ancona in Meridiem, & feretotidem inter Æſium ad occaſum & Lauretum ad ortum, deficit in dies, eſtque Epiſcopalis nemini ſuffraganea, hinc Auximates populi Straboni, & nunc Auximanus gentis nomen *Oſimano* vulgo.

AUYAMA, *el Rio de Auyamas*, fluvius Americæ meridionalis in provincia Sanctæ Marthæ. Cadit in fluvium Ceſarium, deinde in mare ſeptentrionale, teſte Laëtio.

AUXACIA, urbs Aſiæ, Scythiæ intra Imaum montem olim regia, Ptolemæo, a quibuſdam nunc *Aczu* dicta, in Turqueſtania regione, ſed alii interpretantur *Siſian* in Tartaria magna, ex conjectura, & ab ea olim dicti ſunt Auzacitæ populi in vicinis, & Auzacius mons.

AUZARA, urbs Arabiæ deſertæ Ptolemæo, ad Euphratem fluvium in limite Meſopotamiæ, 50. milliaribus infra Thapſum urbem, nunc forſan *Calap*, teſte Moletio.

AUXONUM, *Auzon*, urbecula Galliæ in Alvernia inferiori, in tractu montuoſo & prope Elaverem fluvium, cum caſtro antiquo, 2. leucis à Brivate diſſita in Septentrionem Claromontem verſus 10.

AXA, *Axmiſter*, oppidulum Angliæ, in Devonia provincia ad Axam amnem, 4. milliaribus Anglicis ab ora littorali maris Britannici, & medium ferme inter Exoniam & Dorceſtriam, in limite Dorſetiæ.

AXAGUI, *los Axaguas*, populi Americæ meridionalis in Venezuela provincia, teſte Laetio.

AXATI, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, quod & Flavium Axalitanum appellari tradit Joannes Mariana, ex antiquo lapide, nunc eſt *Llora*, oppidulum Vandaltiæ prope Bætim fluvium, teſte Cluſio ex loci inſcriptionibus, 7. leucis diſtans ab Hiſpali in ortum Eſtepam Granatam verſus.

AXARA, urbs Catamaniæ in Aſia minori, Nicetæ, vulgò *Acſerai* dicta, teſte Leunclavio, & olim Anazarbus. Vide ibi.

AXARAPHUM, *el Axarafe*, tractus Hiſpaniæ in Vandalitia regione, & una ex quatuor partibus agri Hiſpalenſis verſus occaſum extenſa, ad Bætim fluvium, ſub qua cenſentur vici ſeu caſtra *Haznalcaçar*, *Huevas*, *Tejada*, *Eſcacena*, *Paterna*, *Coria*, *Pilas*, *Alcala del Rio*, *Algava*, *la puebla*, *Gevena*, cum aliis, ejus autem caput eſt Triana, extenditur in latum ad 10. leucas, & in longum ad 6., ejus circuitus eſt 20. leucarum, teſte Roderico Caro, ſicque dicitur voce Arabica, quaſi hereditas olivarum.

AXELLA, *Axel*, urbs parva Belgii in Comitatu Flandriæ, & in Vaſia tractu, probe munita ſub dominio provinciarum unitarum Belgii, ab anno 1586. quo dolo capta fuit, eſt in confinio Flandriæ Hiſpanicæ, vix una leuca diſtans ab Aggere Gandavenſi in ortum Hulſtum verſus una cum dimidia, & 4. à Gandavo in Septentrionem Zelandiam verſus.

AXELODUNUM, oppidum Ottadinorum in Britannia magna, ex libro Notitiarum, nunc *Hexham* vicus Angliæ Borealis in Comitatu Northumbriæ, ad Tinam fluvium, teſte Camdeno, & 14. milliaribus Anglicis à Novocaſtro diſtans in occaſum, ubi Lancaſtrenſes grandi clade affecti fuere ſub Eduardo IV. Rege Angliæ.

AXENUS PONTUS, Plinio. Vide Pontus Euxinus, Axenus ab Ovidio libro 4. Triſtium memoratur.

AXIACÆ, ſive Axiaces, populi Sarmatiæ Europææ, Straboni, & Plinio, ſub Tirangitis comprehenſi, quorum urbs primaria Axiace, forſan erant inter

oſtia Tyræ & Boriſthenis, ut exiſtimat Cluverius, ſicque inhabitabant, ubi nunc pars Palatinatus Kiovienſis in Poloniæ regno, & Tartari Oczacovienſes dicti.

AXIACE, urbs Sarmatiæ Europææ ad Pontum Euxinum, Plinio, nunc teſte Mercatore, *Oczakoun*, urbs Tartariæ minoris, ad oſtia Boriſthenis fluvii in Pontum Euxinum in limite Poloniæ, 30. milliaribus Polonicis à Czircaſſia urbe Ukraniæ in Meridiem, & & 10. ab Alba urbe in ortum, ad Axiacis fluvioli oſtium.

AXIACES, fluvius Sarmatiæ Europææ, Straboni, in paludem Mæotidem influens, nuncque *Solina* dictus, ut exiſtimat Bordonius.

AXIACES, fluvius Samatiæ Europææ Straboni, in Pontum Euxinum influens ad Axiacen urbem.

AXIMA, oppidulum fuit Galliæ Narbonenſis, Antonino, ubi hodie *S. Jacqu'Eſme* incolis, *Jacquemont* Gallis, vicus Sabaudiæ in Tarentaſia valle, teſte Nicolao Choriero ex itinerario.

AXIMA, urbs Aſiæ, in Perſide, Ptolemæo, ad fluvium Oroatem. Quid ſit nunc, ignoratur.

AXIMUM, *Axime* & *Achim*, caſtrum Africæ munitum, in ora aurea Guineæ. Quinque leucis diſtans à promontorio Apolloniæ, in ditione Belgarum unitorum, ſedetque ad oſtia Manci fluvii.

AXIMUM REGNUM, *le Royaume d'Axime*, regnum parvum Africæ in ora aurea Guineæ, verſus Manci fluvii oſtia & promontorium Apolloniam.

AXINIUM, Celtiberorum urbs in Hiſpania Tarraconenſi, teſte Appiano in Ibericis.

AXIOPOLIS, urbs erat Triballorum in Moeſia inferiori, Ptolemæo, quæ aliter Axium, unde Danubius Iſter appellari incipit, nuncque, teſte Lazio, eſt *Galacz* oppidum, ſed aliis eſt *Axiopoli* in regno Bulgariæ ſub dominio Turcarum, 30. mill. paſſ. ultra Duroſtorum urbem in ortum, aut ſaltem *Flots*, oppidum ex adverſo, ut Mercator exiſtimat.

AXIS, urbs Italiæ in Umbria, teſte Propertio, quæ ab aliis Aſſiſium dicitur. Vide ibi.

AXIUM, oppidum Macedoniæ, Plinio, nunc *Vardari* dictum, ad Axium fluvium, teſte Leunclavio, 7. milliaribus a Theſſalonica diſtans.

AXIUS, fluvius Macedoniæ præcipuus, Ptolemæo, & Straboni, oritur ex Scardo monte, & per Pelagoniam & Mygdoniam in ortum labitur, deinde auctus Erigono & aliis fluviis in ſinum Thermaicum cadit, in ejus intimo receſſu, inter Theſſalonicam & Pellam, nuncque *Vardari* ſeu *Vardare* dicitur, ut teſtantur Tzetzes & Sophianus, aquæ ejus ob claritatem ab Homero celebrantur, & hic fluvius pecora fuſca facit, teſte Plinio, & Bardarius vocatur a Zonara, unde forſan nomen recens.

AXONA, *l'Aiſne*, fluvius Galliæ, oritur in confinio Ducatus Barenſis, deinde per Campaniam provinciam & Argoniam tractum fluens, Fanum S. Menehildis rigat, hinc auctus Aria fluvio infra Grandipratum, per Retelenſem tractum tendens in occaſum, Attiniacum, Retelium & Caſtrum Portiani rigat, deinde per Sueſſionenſem agrum fluens, auctus Vidula fluvio Sueſſiones urbem bifariam ſecat, tandemque prope & ſupra Compendium in Æſiam fluvium ſe exonerat, quanquam ipſo ſit major.

AXUENRIA, oppidulum Remorum in Gallia Belgica, medium inter Durocortorum ad occaſum & Verodunum ad ortum, ex itinerario Antonini, quod nunc eſt *Vienne*, oppidulum Barenſis Ducatus in Comitatu Claromontis ad Axonam fluvium, in ipſo limite Campaniæ, vix 2. leucis infra Fanum S. Menehildis in Septentrionem, teſte Sanſone.

AXUS, *Axe*, fluvius Angliæ occidentalis in Somerſetenſi Comitatu. Cadit in Sabrinæ æſtuarium. Juxta illum ſedet *Axbridge* oppidum, in eodem Comitatu, undecim milliaribus diſtans à Briſtolio in Boream, teſte Speedo.

AXYLIS, villa Africæ in Marmarica regione, Ptolemæo, quæ Azillis Stephano, inter Panormum & Parætonium oppida, nunc *Portelli* dicta, ut exiſtimat Mercator, aliis vero eſt *Caſale*, in eodem tractu verſus oram littoralem.

AYAYA, *Ayay*, inſula Americæ ſeptentrionalis, & una ex Antillis, ſub Francis, quæ aliter Sanctæ Crucis inſula dicitur. Vide ibi.

AYDONUM, *Aiduni*, ſeu *Aidone*, oppidulum Siciliæ, in valle Netina, in edito colle, diſtat à Catana 20. milliaribus in occaſum, & deficit in dies 1500. paſſibus diſtans à ruinis Herbitæ.

AYMARANI, *les Aymaraes*, populi Americæ in Peruæ regno, & in præfectura Limana, verſus Apurimam fluvium & Cuſcum urbem valde extenſi, hinc dicta lingua Aymarana, *la Aymara*, in Perua uſitatiſſima, cujus utuntur populi *Canches*, *Canas*, *Col'as*, *Caranguas*, & *Collaguas* dicti, qui ſæpe ſub Aymaranis cenſentur.

AYMONTIA, *Ayamonte*, oppidum Hiſpaniæ, in Vandalitia provincia, ad Anæ fluvii oſtia, in colle, ex adverſo caſtri Marini, & Algarbiæ, octodecim leucis diſtat a Gadibus, & 22. ab Hiſpali in occaſum; eſtque munitum contra Luſitanos.

AYNADECHIUM, *Aynadeki*, oppidulum Hungariæ ſuperioris, inter Agriam & Fillechium in colle, in Tornenſi Comitatu, ſub Auſtriacis, teſte Petro *du Val*. Male acceptum fuit a Turcis.

AYOTECI, *los Ayotecos*, montes excelſi Americæ, in nova Hiſpania & provincia Tlaſcala, verſus mare meridionale, teſte Laetio.

AYTIA, *Ayti*, inſula perampla Americæ ſeptentrionalis, quæ aliter Hiſpaniola ſeu ſancti Dominici inſula dicta fuit ab Hiſpanis. Vide Hiſpaniola & inſula S. Dominici.

AYUTLA, *Ayutla*, fluvius Americæ ſeptentrionalis in nova Hiſpania & provincia Guatimala. Cadit in mare Pacificum, teſte Laetio.

AZA, urbs Aſiæ minoris in Cappadocia, prope montes, teſte Plinio, & non longe a confinio Armeniæ minoris, mediaque ferme inter Trapezuntem ad Septentrionem & Neocæſaream ad Meridiem, & 30. mill. paſſ. à Satala diſtans in occaſum, *Aza* etiam vulgò dicitur, ut quidam exiſtimant, alii exciſam credunt.

AZA, quæ & Aza Auguſta, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis in Arevacis, ad amnem Azam, Hauberto Hiſpalenſi, nunc *Aza*, vicus Caſtellæ veteris prope Uxamam, teſte Gregorio Argaizo.

AZAAMURUM, *Azamor*, oppidulum Africæ in regno Marochio & in Duccala provincia, ad oſtia Ommirabihi fluvii in Oceanum Atlanticum, ubi portu gaudet capaci, captum fuerat à Luſitanis anno 1513. ſed poſtea à Mauris receptum ipſis etiamnum ſubeſt, eſtque nunc in vicum redactum.

AZAFIA, *Zafi* & *Saffy*, urbs Africæ, in regno Marochi, in Duccala provincia ad oſtia Tenſiſti fluvii, in littore, in colle cum portu & caſtro à Luſitanis exſtructo anno 1540. & poſtea ab ipſis derelicto.

AZAGA, provincia Mediæ, in Aſia, Stephano, verſus Armeniam majorem & Caldaramæ planitiem. Philippo à Vico teſte.

AZAGARIUM, oppidum Sarmatiæ Europææ in Amadocis, Ptolemæo, nunc illud quidam interpretantur *Czernobol*, urbem Poloniæ regni in Ruſſia Rubra, & in Kiovienſi Palatinatu, ad Uſzam fluvium qui paulo poſt cadit in Boriſthenem.

AZAHAO, deſertum Africæ, in Nigritia regione, forſan Acza Arabice, Marmolio teſte.

Azaliorum civitas, ad Danubii ripam, cujus ſit mentio apud Manutium.

Azamora, oppidum Armeniæ, 25. mill. paſſ. diſtans ab Arabiſſo in Septentrionem, verſus Arcas. Nunc quid ſit, ignoratur.

Azan, mons in Arcadia, ubi fons Azanius bibentes abſtemios faciens, Populi Azanes inter vetuſtiores, teſte Strabone vide Azon, varie enim legitur.)

Azania, (regio Africæ in Æthiopia ſuperiori, teſte Ptolemæo, & in ora Oceani Æthiopici, & maris Azanii ab ea dicti, quod ei inſider ad ortum, uti Troglodirica ad Septentrionem, Æthiopia propriè dicta ad occaſum, & Barbaria ad Meridiem, ubi nunc pars Zanguebariæ, & regio *la Coſte d'Ayan* dicta, cujus caput eſt Magadoxum.

Azania, regio parva Africæ, in Maſſylia, teſte Stephano.

Azania, tractus Peloponneſi in Arcadia, ſterilis admodum & incultus, teſte Stephano.

Azania, tractus Phrygiæ in Aſia minori, cujus meminit Strabo libro 12.

Azanium mare, pars Oceani Æthiopici, Plinio, in ora orientali Africæ, inter Aromata promontorium & Magadoxum urbem, in littore Azaniæ regionis, vulgò *la Coſte d'Ayan*, à multis etiam *la Mer de Zanguebar* dicitur; eſtque inter Mare Rubrum ad Septentrionem, & Barbaricum ſinum ad Meridiem.

Azcoitia, *Azcoitia*, oppidulum Hiſpaniæ in Ipuzcoa provincia, ubi natus S. Ignatius Lotola anno 1491.

Azemia, vocatur à Turcis Perſarum regnum, teſte Leunclavio. Vide Perſia.

Azer, quæ & Aſer, una ex duodecim Tribubus Iſraël, ab octavo filio Jacob ſic dicta, & magis ad Septentrionem extenſa, ejus termini erant ab Oriente Tribus Nephtalim, à Meridie Tribus Zabulon, ab occaſu mare Syriacum, & a Septentrione Syria, à qua diviſa erat monte Libano, poſteaque ſub Galilæa comprehenſa fuit.

Azera, urbs Armeniæ majoris, prope Arſaniam fluvium, ab Arthemita 50. mill. paſſ. diſtans in occaſum, teſte Petro à Vico, aliis eſt Zara, teſte Caſaubono.

Azilia, oppidum Epiri, in Acarnania provincia, Plinio, *Natalico* hodie, teſte Brierio.

Azilium Mansum, *le Mas d'Azil*, oppidum Galliæ, in Occitania provincia, & Fuxenſi Comitatu cum Abbatia, ad Riſum amnem, inter Fuxium & Rivos.

Aziris, urbs Armeniæ minoris in Aſia, ad Euphratem fluvium, teſte Ptolemæo, quæ etiam Theodoſiopolis poſtea, nunc *Arſichan*, teſte Nigro, *Arſingan* aliis, quod idem eſt, ſubeſt dominio Turcarum a duobus ſeculis, eſtque in Natolia, & in confinio Armeniæ majoris, diſtans 150. mill. paſſ. ab Amaſia urbe in Orientem, & 140. à Sebaſtopoli urbe Colchidis in Meridiem, verſus Amidam urbem Meſopotamiæ 250. circiter, & 30. mill. paſſ. in Meridiem ab urbe *Arzerum*, quanquam non deſint qui credant *Arzerum* eſſe ipſum Azirim urbem.

Azmorna, urbs Hyrcaniæ mediterranea, cujus meminit Ammianus Marcellinus.

Azon, mons Peloponneſi, Pheneo & Stymphalo finitimus, Straboni, & ejus meminit Statius libro 4. Thebaidos. Sunt qui Azan legant, ac populi Azanes vocent ex Strabone.

Azones, populi Aſſyriæ, ubi Thannuris mons, propè Lycum fluvium, teſte Strabone.

Azores, quæ & Accipitrum inſulæ, *las Açoras* Hiſpanis, *les Açores* Gallis, ab accipitrum copia ſic dictæ, ſunt inſulæ Oceani occidentalis ſeu Atlantici ſub dominio Luſitanorum, vocantur etiam Tertiæ *les Terceres* ab earum præcipua, & Superiores quod magis ad Septentrionem tendant quam Canariæ, & tandem Flandricæ, quod à Belgis inventæ ſint & alias inhabitatæ, novem ſunt numero nempe Tertia *la Tercera*, in qua Angra urbs præcipua & Epiſcopalis, S. Michaelis, *S. Miguel*, S. Mariæ *S. Maria*, S. Georgii *S. Georgio*, Pici *Pico*, Fatalis *Faial*, Florum *Flores*, Corvi *Corvo*, & Gratioſa *la Grati ſa*, ſuntque admodum fertiles & cultæ, teſte Texeira cum aliis, diſtant autem 900. mill. paſſ. ab ora proximiori Hiſpaniæ in occaſum.

Azorus, & Azorium, oppidum Macedoniæ, in Pelagonia tractu, ad radices montis Berteceſii, Straboni, & Ptolemæo.

Azotus, urbs Palæſtinæ in Judæa, Ptolemæo, & & Antonino, & una ex quinque Philiſtinorum Satrapiis, media inter Accaronem ad Septentrionem 12. mill. paſſ. & Aſcalonem ad Meridiem totidem occurrens, olim Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Cæſarienſi, poſtea municipium tempore S. Hieronymi, nunc autem caſale dumtaxat, *Alzete* dictum, ſub dominio Turcarum, vix 3. mill. paſſ. diſtans, ab ora maris Syriaci.

Azoum, *Azoo*, urbs Indiæ extra Gangem in regno Aſemi, teſte Taverncrio.

Azua, *Azua*, oppidulum Americæ ſeptentrionalis, in parte meridionali inſulæ Hiſpaniolæ ſeu S. Dominici, 24. leucis diſtat ab urbe Dominicopoli in occaſum. Portu gaudet utcumque capaci, ſub Hiſpanis.

Azuagua, *Azuagua*, oppidum Hiſpaniæ, in Extremadura provincia, 5. leucis diſtat à Regiana, cum caſtro in planitie.

Azura, *Azuri*, inſula maris Adriatici, in littore Dalmatiæ, è fronte Sibenici, in ditione Venetorum, parva eſt admodum, & 13. milliaribus diſtat à Sibenico in ortum æſtivum.

B

Baba, vel Babba, colonia & urbs Mauritaniæ Tingitanæ, in Africa, Ptolemæo, Babæ Stephano, Julia Campeſtris Plinio, nunc, teſte Marmolio, eſt *Benteuda*, urbecula regni Fezzenſis mediterranea, in Habara provincia, ad Guarguam fluvium, & verſus limites Errifis provinciæ, 80. mill. paſſ. à Sala in ortum, & 90. à Lixo in ortum hybernum.

Babelmandelum fretum, *le détroit de Babelmandel*, fauces maris Rubri inter Africam & Arabiam fœlicem. Vide fretum Babelmandelum.

Babylon, urbs Aſiæ maxima, Xenophonti, Herodoto, & aliis, caput Chaldaicæ regionis, quæ ab ea Babylonia dicta fuit, diu ſummam in toto Oriente obtinuit claritatem, & hujus reges etiam Aſſyriæ Reges, aut Chaldeæ ut plurimum dicti fuere, inter quos Nemrod ſeu Belus, qui eam condidit, circa Nohæ obitum, poſtea à Semiramide mœnibus cincta fuit pulcherrimis, quorum ambitus erat ſtadiorum 250, & erant tam lata ut quadrigæ obviæ ſeſe non impedirent, &c. inter ſeptem orbis miracula cenſebantur, vulgo *Babilone* dicitur à Gallis, & *Babilonia* ab Italis & Hiſpanis, pluries capta fuit, uti à Cyro, Dario, Alexandro Magno, qui in ea obiit, à Seluco, & ab aliis, ſedebat ad Euphratem fluvium, eratque alias Archiepiſcopalis, ſed poſtea exciſa fuit,

cujus etiamnum rudera viſuntur ad locum cui nomen *Felougia*, quanquam Philippus a S. Trinitate V. Clar. Carmelitarum diſcalceatorum alias Generalis credat Babylonem fuiſſe, ubi nunc *Ile* ſive *Ella* locus ad Euphratem, ubi quamplurima rudera, & Turris etiamnum *la Tour de Nembrot* dicta, cum aëre ſaluberrimo, & ex ejus ruinis crevit Bagdadum *Bagdad*, urbs ampla & probe munita ad Tigrim, quæ alias Seleucia magna dicta fuit, & poſtea Califarum Saracenorum ſedes regia extitit, 42. milliaribus diſtans à Babylonæ ruderibus in ortum æſtivum, ſub Turcis ab anno 1638, quæ etiam ſæpe à recentioribus indoctis ſumitur pro Babylone antiqua, quæ 100 mill. paſſ. diſtabat à Teredone in Septentrionem Ninivem verſus 140, & 320. à Suſas in occaſum Damaſcum verſus 500. circiter.

BABYLON NOVA, teſte Ptolemæo, urbs fuit Ægypti olim præcipua, ad Nilum fluvium, è regione Memphis, poſtea diruta, & ex ejus ruinis excitata fuit in viciniis Cairus urbs totius Ægypti caput, a qua tantiſper diſtant ejus rudera, quæ etiamnum viſuntur ſatis ampla. Vide Cairus.

BABYLONIA, regio fuit Aſiæ perampla, Plinio, & Ptolemæo, quæ aliquando Aſſyriam & Babyloniam complectebatur dum reges Babyloniorum ſumma rerum potirentur, ſed poſtea Babylonia pars fuit Aſſyriæ veteris ſeu late ſumptæ, & ſub ipſa Chaldea comprehendebatur, teſte Ptolemæo, ſic dicitur ab urbe ipſius primaria, eſtque circa Euphratis & Tigridis fluviorum confluentes, inter Suſianam ad ortum, Aſſyriam propriam ad Septentrionem, & Arabiam deſertam ad occaſum, & Meridiem. Perſæpe etiam Chaldea dicitur, nunc vero Iraca *Yerach* vulgo vocatur, ſubeſtque tota Imperio Turcarum, ejus urbes præclaræ fuere Babylon, Seleucia, Cteſiphon, & Orchoe, nunc ejus primaria eſt Bagdadum *Bagdad*, alias Seleucia magna, Populi Babylonii, & Babylonius nomen gentis.

BABYLONII, montes Aſiæ admodum excelſi in Babylonia regione, Plinio, extenduntur inter Chaldeam & Arabiam deſertam.

BAAYTACS, urbs Aſſyriæ propriæ in Chalonitide tractu, ad alveum Tigridis ſeptentrionalem, teſte Plinio, in confinio Meſopotamiæ, *Bayburt* nunc Pineto, *Baypurt* aliis, vix 30. mill. paſſ. a Cteſiphonte in Boream, & 60. fere a Babylone antiqua in ortum, teſte Philippo à Vico, 135. vero à Suſis in occaſum ex Plinio.

BACAIUM REGNUM, *le Royaume de Bacay*, regio Indiæ extra Gangem ſub regno Peguano alias, nunc autem proprio Regi parens, urbem habens primariam cognominem ad fluvium Peguanum, 400. mill. paſſ. à Pegua urbe in Septentrionem verſus lacum Chiamæum.

BACALALUS LACUS, *la Laguna de Bacalal*, lacus Americæ ſeptentrionalis, in Nova Hiſpania & Yucatania provincia, verſus Valliſoletum urbem & oram ſinus Honduræ, teſte Laetio.

BACARUM REGNUM, *Bakar*, ſeu *le Royaume de Bakar*, regio eſt Aſiæ in India intra Gangem, inter Dellium regnum ad occaſum & Patnam regnum, ad ortum, à quo ſeparatur Gange fluvio, ejus autem oppidum præcipuum *Bikaner* vocatur.

BACCARACUM, *Baccharach*, oppidum Germaniæ in Palatinatu inferiori, dicitur etiam Bacchi ara, & Bacchi aræ, fuitque alias ſedes priſcorum Electorum Palatinorum, quorum dominio ſubeſt, habens præfecturam tantiſper extenſam, & ei fere adjacet inſula Rheni *das Heiligen Werth* dicta, ſeu inſula ſacra, in qua ineſt locus *Bacchus ſtain*, ſeu petra Bacchi, oppidum autem vino ſuo optimo notum, ſedet ad Rhenum fluvium, ad radices montis *Voitsberg*, in tractu Hunnorum dorſo, caſtrum habens in colle *Stal*[illegible] [illegible]ctum, eſtque infra Bingium, & medium fere [illegible] Moguntiam ad ortum, & Confluentes ad Septentrionem, ut ego pluries vidi dum illas partes luſtrarem anno 1673. fuitque urbs olim Imperialis & libera, nunc ab Imperio exempta, & ſic dicitur à quibuſdam, quaſi rivus piſtorum.

BACCARACUM, *Baccarac*, urbecula Galliæ, in Lotharingia, ad Murtam fluvium, in ditione Epiſcopi Metenſis, 7. leucis ſupra Naoceium, in ortum hybernum, verſus Briſacum, & 6, à Marſalio in Meridiem.

BACCADES, nunc vicus Palæſtinæ, in finibus Zabulon, nunc *Buccabel*, teſte Guillelmo Tyrenſi.

BACCANÆ, vicus Hetruriæ, cujus fit mentio in itinerario Antonini, nunc *Baccano* dictus, in ditione Eccleſiæ, & in provincia Patrimonii, 15. mill. paſſ. ab urbe Roma in ortum æſtivum Roſulum verſus 8. in via ad Viterbium, exiguum habet lacum qui vulgo *il Lago di Baccano* dicitur, unde oritur Cremera fluviolus, eique adjacet Mœſia ſylva, quæ *il Boſco di Baccano* nominatur, parvi circuitus.

BACCASARA, *Baceſaray*, urbs Tartariæ minoris ſeu Precopenſis, quæ forſan alias Aſſyrani dicta, ſedet ad fluvium Kabartam, eſtque regionis caput in mediterraneis, ubi Chami ſeu Principis Tartarorum ſedes regia, 55. mill, paſſ. diſtans à Theodoſia in occaſum æſtivum, Precopiam verſus.

BACCHI ARÆ, ex antiqua loci traditione *Baccharach*, oppidum eſt Germaniæ ſuperioris ad Rhenum, in Palatinatu, inter Bingium & Veſaliam ſuperiorem 2. milliaribus Germanicis diſſitum, quod & *Bachrach* dicitur. Vide Baccaracum.

BACCHIADÆ, ſic Corinthii dicuntur à Baccho, quem illi colebant, teſte Ovidio.

BACCHIUM, inſula parva maris Ægei, ante Smyrnam urbem Joniæ, Livio teſte, quæ Bacchina dicitur à Plinio.

BAÇEMUM, *Baçaim*, urbs Aſiæ, in India intra Gangem, in regno Cambaiæ, non procul ab ora Oceani & ſinus Cambaiæ, in ditione Luſitanorum, cum arce munita, ab anno 1534. eſtque media ferè inter Goam ad Auſtrum & Amedebatum ad Boream urbes celebres, & 60. mill. paſſ. ab urbe Surata in Meridiem.

BACENIS, ſylva Germaniæ, Cæſari, quæ Semana ſylva, Ptolemæo, dicta, monti Melibocco impoſita, media inter Albim & Salam fluvium ad ortum, & Viſurgim ad occaſum, Cheruſcos, Chattos, & ſeparans, teſtibus Cluverio & Bertio, nunc eſt ſylva *der Hartz*, ſeu *der Hartz Walde* dicta, in Saxonia inferiori, & in parte meridionali Ducatus Brunſvicenſis verſus Thuringiam, quanquam Mercator exiſtimet eſſe partem Hercyniæ ſylvæ, inter Bohemiam & Turingiam.

BACHIA, *Bach*, urbecula Hungariæ inferioris ad Danubium, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Colocienſi cui perpetuo unitus eſt ejus Epiſcopatus, eſtque ſub dominio Turcarum.

BACHIANUM, *Bachian* Belgis, *Bacham* Luſitanis, inſula & regnum Aſiæ, in mari Indico, & una ex Molucis, parva, ſed abundans & mirè fertilis, in ditione Regis Machiani, 30. mill. paſſibus diſtat à Machiano in Meridiem, & paulò minùs ab ora occidentali Giloli inſolæ, ferè ſub lineæ Æquinoctialis circulo, cum oppido cognomine *Bachian* dicto, & arce Barneveldi *Barnewelt*, quæ Hollandis paret.

BACHISCUM REGNUM, *le Royaume de Bakiſch*, provincia ſeu regnum Indiæ propriæ, in Imperio magni Mogolis & in ejus parte ſeptentrionali, inter Caſſimerium Imperio regnum ad occaſum, & Naugracutum ad ortum, & ejus præcipua urbs *Beshar* dicitur.

Bachilio, *il Bachilione*, fluvius Italiæ, in ditione Venetæ Reipublicæ, Agros Vicentinum & Patavinum rigat, & in mare Adriaticum ſe exonerat, alias Meduacus minor dictus fuit. Vide ibi.

Backia, *Backy* indigenis & Ruſſis, *Backu* aliis, urbs Regni Perſarum in Sirvania provincia, prope Scamachiam, & in ora maris Caſpii, quod inde aliquando *la Mer de Backu* vocatur ab Europæis, ut ſcribunt Ruſſi.

Baccovia, *Backow* incolis, *Bacovia* Italis, urbs Moldaviæ ad Ararium fluvium, Epiſcopalis facta ſub Archiepiſcopo Colocienſi a Clemente VIII. Pontifice Maximo, teſte Miræo cum aliis, 30. mill. paſſ. diſtat à Targoviſco in Septentrionem Stephanopolim verſus paulo plus, eſtque in limite Valachiæ, & ſatis culta, ſed male in tabulis recentioribus dicitur Brackovia & *Braislow* à quibuſdam.

Baconia sylva, & Baconienſis, *Bakon*, ſylva Regni Hungariæ, ſatis extenſa, inter Javrinum & Veſprimium in Hungaria inferiori, in qua obiit Andreas Hungariæ Rex anno 1059. ad Crucem Sterziam, teſte Inchofero.

Bacras, *Bacras*, mons Caramanoiæ in Aſia minori, olim Taurus mons ex parte, in Cilicia, teſte Leunclavio.

Bactra, urbs Bactrianæ regionis caput Straboni, quæ Bactrum Plinio, ad Bactrum fluvium, & ab ipſo cum regione nomen habens, quæ a Ptolemæo dicitur etiam Zariaſpa, cum nunc Caſtaldus interpretatur *Badaſchian* urbem Mauralnahriæ regionis verſus montes, ſed, teſte Gollio cum Abulfeda, eſt Balchum *Balch*, urbs Choraſanæ præcipua, in planitie ſita, 4. à monte paraſangis, & ad fluvium *Dehasb*, qui 12. infra urbem paraſangis in Oxum ſe effundit. Vide Zariaſpa.

Bactri, populi Bactrianæ regionis, Plinio, Bactriani Straboni, qui etiam Bactrii a Mela appellantur. Vide Bactria.

Bactriana, regio Aſiæ, & pars Imperii Perſarum maximè ad Septentrionem extenſa, duplex fuit, vel late vel ſtrictè ſumpta, Strabone teſte, cum aliis.

Bactriana late sumpta, complectebatur Bactrianam propriam, & Sogdianam regiones, ejuſque termini erant ad Arctos mare Caſpium & Scythia intra Imaum, quæ ei etiam jungebatur ad ortum, à Meridie terminabatur ab Aria, & ab occaſu Margiana, ejuſque urbes præcipuæ erant Bactra ſeu Zariaſpa, & Maracanda, & olim quamplurimas orbes continebat, teſte Joſepho, nunc totam illam regionem complectitur quæ Trans Oxiana dicitur, *le Mauralnahar* vulgo, cum parte Choraſani ſeptentrionalis, eſtque inter mare Caſpium ad Boream & occaſum, Perſiam ad Meridiem, Thibeti regnum & Chazalgitas ad ortum, cum minuta parte Indiæ propriæ, & ſub Tartaria latè ſumpta comprehenditur, ejus vero urbs regia & primaria eſt Maracanda.

Bactriana propria, ſive ſtrictè ſumpta, pars auſtralis Bactrianæ latè ſumptæ inter Sogdianam ad Septentrionem, à qua diviſa erat Oxo fluvio, & Ariam ad Meridiem, ubi nunc pars meridionalis Mauralnahriæ regionis, & ejus urbs præcipua erat Bactra ſeu Zariaſpa.

Bactrus, fluvius Aſiæ ex Tauro monte effluens, & Bactrianam regionem irrigans, Plinio teſte, ipſaque Bactra interluens, Oxoque congrediens fluvio Sogdianorum, nuncque *Buchian* dicitur à quibuſdam.

Baccuntius, fluvius Panononiæ inferioris, Plinio, quem, nunc interpretatur Lazius *Boſvetha* fluvium Hungariæ inferioris in Sclavonia, propè Sirmium urbem fluens, nec procul in Savum labens.

Badα, *Baden*, oppidum Germaniæ in Suevia provincia, & in Ortnavia tractu, caput Marchionatus Badenſis ab eo dicti, cum caſtro in colle adjacenti, eſtque aquis calidis celebre, ideo dicitur Thermæ inferiores reſpectu Badæ in Helvetiis, quod dicitur Thermæ ſuperiores, uno milliari Germanico diſtat à Rheno fluvio in ortum, & 5. ab Argentorato in Septentrionem Spiram verſus 8.

Bada, *Baden*, oppidum Helvetiorum, quod & Thermæ ſuperiores, & Aquæ Helvetiorum, ad Limagum fluvium. Vide Aquæ Helvetiorum.

Badacana, urbecula fuit Aſiæ minoris, in Bithynia, Plinio, 30. milliaribus ab Heraclea in Meridiem, 40. autem a Nicæa in Septentrionem. Vix nunc apparent ejus rudera.

Badachxium, *Badachxan*, oppidum Trans-Oxianæ regionis, in Tocharorum finibus, 13. dierum itinere à Balcho diſſitum, teſte Gollio, poſt Abulfedam, cum provincia cognomine adjacente tota montuoſa, ad Indiæ terminos pertingente.

Badacum, ſeu Auguſtæ Badacum, ex veteri inſcriptione, oppidum Norici, quod, nunc, teſte Cluverio, eſt *Painburg*, vicus Bavariæ Ducatus, ad Achzam fluvium ubi recipit amnem *Traun*, uno milliari Germanico infra Chiemum lacum, & ferè medius inter Burchuſiam ad ortum & Vaſſerburgum ad occaſum, quanquam Lazius exiſtimet eſſe *Obdach* oppidum Stiria.

Badajocium, ſic dicitur à quibuſdam recentioribus *Badajox*, urbs Hiſpaniæ, in regno Legionis, & in Extremadura provincia, ad Anam fluvium, quæ ab aliis omnibus Pax Auguſta vocatur. Vide ibi.

Badara, *Badara*, oppidum Indiæ, regni cognominis caput, in peninſula intra Gangem, in ora Malabarica, & in regno Calecuti, diſtat 6. leucis ab urbe Calecuto in Septentrionem.

Badaræ Regnum, *le Royaume de Badara*, tractus parvus Indiæ intra Gangem in Malabariæ regione, verſus oram littoralem, & intra limites Calecutii regni.

Badea, orbs Mauritaniæ Tingitanæ in Africa, quæ & Bades, Ptolemæo, alias Epiſcopalis, ſed quid ſit hodie non conſtat.

Badenacha, *Badenoth*, Scotiæ ſeptentrionalis regiuncula, in Moravia provincia, verſus montes, & propè Atholiam provinciam. Spea amne in duas partes ſcinditur, ſed oullum habet oppidum alicujus nominis, teſte Timotheo à Ponte.

Badensis Marchionatus, *das Marckgraffſchafft von Baden* incolis, *le Marquiſat de Baden* Gallis, tractus Germaniæ in Sueviæ Circulo, verſus Rhenum fluvium à Septentrione in Meridiem extenſus, dividitur in duas partes, nempe in Superiorem, qui magis ad Meridiem, ubi Bada regiunculæ caput, & Stolhoffa, & in Inferiorem qui Marchionatus Durlacenſis vulgò dicitur, & magis locuples in terris, ubi Durlacum regiunculæ caput, Hochberga, & præfectura Pfortzheimiana, quæ olim Ducatum Wurtembergenſem agnoſcebat, ſubſunt etiam Marchioni Durlacenſi ditiones *Badenweiler*, *Rotelen*, & *Suſſenberg* in Briſgavia, cum aliquot locis in Ortnavia tractu, & viciſſim Marchioni Badenſi ſubeſt pars Comitatus inferioris Sponheimenſis in Palatinatu Rheni, & in Hunnorum dorſo ad Navam fluvium, cum parte oppidi Crucinacii, & pars Comitatus Eberſteinenſis.

Badeos, urbs regia Arabiæ fœlicis, & Caſſanitorum regionis, teſte Ptolemæo, ubi Vadæi populi Plinio, in ora Arabici ſinus, quæ Badei regio in Codice Græco, ounc teſte Moletio, eſt *Biada*, ſed aliis eſt *Socquia* oppidulum, 90. mill. paſſ. diſtans à Methymna ſeu urbe Prophetæ in Meridiem Meccam verſus.

Baoerra, oppidulum Galliæ Narbonenſis, nunc eſt *Bazieges*, caſtrum Occitaniæ in Toloſano agro, ad amnem Ircium, teſte Caſtello, & 15. mill. paſſ. diſtat a Toloſa, Carcaſſonem verſus, ut conſtat ex tabulis Peutingerianis.

Badillus, *el rio Badillo*, fluvius Americæ meridionalis, in præfectura Sanctæ Matthæ, in Cæſareum fluvium cadit, teſte Herrera.

Baoonicus, mons Britanniæ magnæ Bedæ, nunc *Bannesdowne*, mons Angliæ in Comitatu Somerſetenſi, ad quem Bathonia urbs, teſte Camdeno, licet Polydoro Virgilio ſit *Blackmore*, mons Angliæ in Comitatu Dunelmenſi, ad Theſim fluvium, 20. milliaribus Anglicis a Dunelmo diſtans in Meridiem. Vide Aquæ Solis.

Badrinus, fluvius Æmiliæ, Paulo Diacono, nunc *il Santerno*, idem cum Vatreno, Forum Cornelii præterfluens.

Baduhennæ lucus, in Germania, cujus meminit Tacitus, erat circiter in eodem tractu, quo nunc maxima totius Friſiæ ſylva ſternitur, vulgari nomine *Seven-Wolden*, id eſt ſeptem Sylvæ, in Belgio unito; nam neque ſitus, neque diſtantia locorum valdè abhorrent, & ejus nominis veſtigium apparet in vico *Bacueen* dicto, in illo tractu, 3. leucis à Groninga diſſito in occaſum, Slotam verſus, teſte Hieronymo Verrutio, quanquam aliis ſit Covordia *Coevorden*, oppidum munitum Tranſiſalaniæ, prope Vidrum fluvium, in Drentia tractu, & in limite Weſtphaliæ, ſed prior interpretatio probatur à Cluverio & aliis recentioribus.

Bæbsis, lacus Bœotiæ. Cujus meminit Propertius libro 2. Vide Bœbeis.

Bæcolicus, mons Africæ, in Cyrenaica regione, prope Clearis paludem, in mediterraneis, Ptolemæo.

Bæcula, oppidum Auſetanorum in Hiſpania Tarraconenſi, teſte Ptolemæo, nunc multis eſt *Roda*, oppidulum Cataloniæ ad fluvium *el Ter*, vix 5. leucis diſtans à Vico in Boream Aulotum verſus 6. & 7. à Gerunda in occaſum Minotiſſam verſus totidem, quanquam Moletius crediderit eſſe caſtrum *Bañoles* in hoc tractu.

Bæmi, populi Germaniæ, teſte Ptolemæo, quorum regio Bohemia nunc dicitur, regio undique ſylvis cincta, Bavaria, Moravia, Sileſia, Luſatia, Miſnia, & Northgoia provinciis circumdantibus, Albi fluvio & Multavia intermeantibus. Cujus primaria regia Praga urbs ampliſſima. Vide Bohemia.

Bæsampsa, urbs Arabiæ fœlicis in ora Arabici ſinus, verſus mare Rubrum.

Bæsippo, Turdetanorum oppidum in Hiſpania Bætica, Ptolemæo, Peſippo Plinio, nunc teſte Henrico Cocquo, eſt *Bejer* caſtrum Vandalitiæ in ejus parte Auſtraliori, ubi ora in occaſum vergit, 25. mill. paſſ. à Gadibus in Meridiem, ſed Roderico Caro eſt *el Puerto de S. Maria*. Vide Beſippo.

Bætana, urbs Aſiæ, in peninſula Indiæ citra Gangem, Ptolemæo, quæ nunc *Beder* creditur à multis, urbs regni Decani; aliis autem eſt *Viſapor*, in eodem regno.

Bætica, regio Hiſpaniæ, & una ex ejus tribus partibus, teſte Ptolemæo, magis in Auſtrum vergens, ſub qua alias fuere Baſtuli, Turdetani, & Turduli populi, unde etiam dicta fuit Turdetania, Straboni, ejus termini erant ad ortum & partim ad Septentrionem Hiſpania Tarraconenſis, a qua diviſa erat montibus Marianis, ad occaſum & partim ad Septentrionem etiam Luſitania, à qua diſcreta erat Ana fluvio, ad Meridiem vero habebat Oceanum, Fretum Gaditanum, & mare Mediterraneum, complectebaturque hanc regionem, ubi poſtea Vandalitia inferior, quæ etiamnum, *l'Andaluzia* dicitur, & Vandalitia ſuperior, quæ aliter & ſæpius regnum Granatenſe vocatur, *el Reyno de Granada* vulgo, eſtque fertilis admodum, & culta præſertim inferior, ejus urbes præcipuæ fuere Hiſpalis regionis caput, Corduba, Carteia, Gades, Aſtigis, Munda, & Eliberis.

Bætica, urbs Hiſpaniæ Bæticæ, teſte Appiano Alexandrino in Ibericis, nunc eſt Biatia *Baeza*, urbs Vandalitiæ, alias Epiſcopalis prope Bætim fluvium, teſte Martino Ximena cum aliis, quibuſdam vero eadem eſt cum Bæti urbe de qua infra.

Bætis, fluvius Hiſpaniæ Bæticæ, teſte Mela, qui Tarteſſus dictus fuit à Strabone, & Pauſania, nunc vulgò *il Guadalquivir*, voce Arabica, id eſt fluvius magnus, oritur ex Argenteo monte in Saltu Tugienſi, prope Caſorlam caſtrum, in confinio Regni Murciæ, 6. leucis a Baſti in Boream, deinde auctus amne Boroſa, & in occaſum fluens per Vandalitiam, paulo ſupra Ubedam veterem recipit fluvios Anam minorem, & Xandulillam, uti verius Biatiam fluvium *de Torres* ad Meridiem, & 3. leucis infra fluvium Guadalimarium ad Septentrionem, hinc auctus etiam *Guadalbollon* ad Meridiem & *Guadiel*, & *Herumblar* ad arctos, Illiturgin rigat, & receptis fluviis Salſo *de Arjona*, & Salſo *de Porcuna*, cum Viborâ, Cubino, & aliis, juxta Cordubam labitur, & grandior effectus, junctis ſibi Caſtro & aliis minoribus fluviis, ad Palmam caſtrum Singilim recipit, uti poſtea Corbonem, aliumque, ſicque Vandalitia in duas partes ſecta, tandem juxta Hiſpalim emporium celebre labitur, & recepto *Guadiamar* fluvio, in Oceanum & Sinum Gaditanum ſe exonerat ad Luciferi Fanum, & 15. leucis infra Hiſpalim, per Aſtacenum æſtuarium *la Mareſma*, alias duobus alveis in Oceanum ſe exonerabat, ſed lapſu temporis, oſtium verſus Meridiem oblimatum eſt, & infra Hiſpalim 4. efficit inſulas, ſed duæ ſunt præcipuæ, altera 16. altera 28. circiter mille paſſus longitudine patens, ex quibus hæc major illa minor dicitur, teſte Nonnio.

Bætis, urbs Hiſpaniæ in Bætica Plinio, nunc caſtrum *Utrera* ſeu Utriculum in Vandalitia, teſte Roderico Caro, una leuca & dimidia à ruderibus Flavii Salpeſani diſſitum, 5. autem ab Hiſpali in Meridiem Calpem verſus.

Bætius, fluvius Arabiæ fœlicis, Ptolemæo, in Sinum Arabicum influens inter Thebas & Badeon urbes, nunc *Eda* dictus, teſte Ortelio ex tabulis.

Bætulo, fluvius parvus Hiſpaniæ citerioris Plinio, nunc *el Beſos* dictus, teſte Floriano, in principatu Cataloniæ, in mare Mediterraneum ſe exonerans, inter Bætulonem pagum ad ortum & Barcinonem ad occaſum.

Bætulo, oppidum Hiſpaniæ citerioris, Plinio, Betulla Melæ, nunc teſtibus Morali & Floriano, eſt pagus *Badelona* dictus, in ora littorali Cataloniæ, una leuca diſtans a fluvio cognomine in ortum, uti 3. à Barcinone Gerundam verſus.

Bæturia, & Bethuria, regio parva Hiſpaniæ Luſitanicæ, Aulo Hirtio, quæ Beturia Livio, Plinio, & aliis, in confinio Bæticæ, inter Anam fluvium ad Boream, & Bætim ad Auſtrum, Oretanos ad ortum, & Luſitanos ad occaſum, in qua pars fuit Vettonum populorum, ibi nunc, teſte Varrerio, pars Eſtremaduræ provinciæ ad Meridiem ſeu Trans Anam, ut vocant, & pars quædam Vandalitiæ ad occaſum, ejus urbes quondam claræ Emerita, & Pax Auguſta, à Plinio dividitur in Celticos & Turdulos, in ea erat etiam Beturia urbs hodie *Petroche*, teſte Sepulveda.

Bæturia, urbs Hiſpaniæ in Bæturia, Livio, & Aulo Hirtio, nunc exciſa, ubi locus *los Pedroches* dictus, in Vandalitia ex petrarum frequentia nominatur, teſte Sepulveda ad Pincianum, in Epiſtolis clarorum virorum.

Baffini

Baffini Sinus, *Baffins Bay*, Sinus magnus Oceani, ſupra Americam ſeptentrionalem, in Septentrionem & Terras Arcticas maximè extenſus ad occaſum, Freti Daviſii, & à Guillelmo Baffinio Anglo dictus & detectus anno 1625. ſupra inſulam Jacobæam.

Baga, quæ aliis Boga, *Buga*, nunc hac tempeſtate Piſidiæ primaria, in qua Præfectus reſidet, teſte Cedreno.

Baga, quæ & Bagaia, urbs Africæ in libris Conciliorum, Vaga Ptolemæo & Silio, Vagenſe oppidum Plinio, *Necaus* nunc, teſte Marmolio, urbs Africæ mediterranea, olim Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Carthaginenſi, ultra Cirtham coloniam, in qua Hunnericus Vandalorum Rex Arrianus miſerè obiit.

Bagacum, urbs Nerviorum in Gallia Belgica Antonino, quæ Baganum Ptolemæo, nunc Divæo & Mercatori, eſt *Bavay*, oppidulum tenue Belgii in Hannonia Comitatu, Francici juris, & magnæ antiquitatis, prope amnem *l'Hoiſneau* dictum, 3. leucis diſtans à Valentianis in ortum Mallobodium verſus 2. & 3. à Montibus in Meridiem Landrecium verſus 4.

Bagais, urbs Numidiæ, poſtea deſerta, teſte Procopio.

Bagamidrum regnum, *le Royaume de Bagameder*, ſeu & *Begameder* quibuſdam, regio Æthiopiæ ſuperioris ſeu Abaſſiniæ, ab ortu in occaſum extenſa, a fontibus fluvii *Tacaze* ad Nilum, inter regnum *Tigre*, & provincias Batam & Salaoam ad Septentrionem, & regna Amaharam & Angotinum ad Meridiem, dividitur in plures provincias, eſtque tota montuoſa, teſte Hieronymo Lobo Luſitano in ſuo opere de Æthiopia ſuperiori.

Baghara, *Baghar*, urbs Tartariæ magnæ, intra montes, in Chaulachitarum regione, quæ *Karachitay* dicitur à quibuſdam.

Bagharoara, *le Baghargar*, regio ampla Aſiæ, in Tartaria magna, quæ aliter Tangutum regnum dicitur, ubi alias pars auſtralis Sericæ regionis, in qua Iſſedones populi, extenditur ab ortu in occaſum, & ejus termini ſunt à Septentrione Kaimachitæ populi, ab Oriente Tenducom regnum, à Meridie Sinarum Imperium, ab Occidente Thibetum regnum, ejuſque caput eſt Tangutum.

Bagastra, urbs Hiſpaniæ, quam quidam recentiores interpretantur Murciam regni cognominis primariam. Vide Bigaſtrum.

Bagaudæ, ſeu Bagaudatum caſtrum, nunc teſte Vigenerco, *S. Maur*, ſeu etiam *S. Maur des foſſez* quibuſdam, pagus Galliæ in provincia inſulæ Franciæ, cum ponte lapideo ad Matronam fluvium, & caſtro ſuperbo à Catarina Medicea regina excitato, ſed nondum perfecto, duabus leucis diſtans à Pariſiis in ortum Briam verſus, & olim etiam Foſſatum monaſterium dictum fuit.

Bagdadum, alias *Baudras* dicta, teſte Pineto, nunc *Bagdad* & *Baghdet*. urbs Aſiæ dives, ampla, & valde munita, olimque d[illegible] Seleucia, in Babylonia, nunc provinciæ Iracæ *Ye*[illegible] caput, ad Tigrim fluvium, antea Califarum ſedes, & deinde ſub dominio Perſarum, ſed ab anno 1638. paret Turcis. Crevit ex ruinis Babylonis, cujus hodie pauca quæ ſuperſunt rudera ad Euphratem, unius diei itinere inde diſtant in Septentrionem, exſtructa fuit ab Almanſore Abugjafar 23. Califa, & Abbaſidarum II. Sicque dicta *Bagdad*, id eſt hortus Dadi, quod Perſa quidam ita nominatus hic amplum poſſideret hortum. Abeſt autem ab Aſpahamo 400. milliaribus in occaſum, 110. à Ninive, & 150. ab Anna in ortum. Vide Seleucia.

Bagela, *Bagela*, regnum Æthiopiæ ſuperioris ſeu Abaſſiniæ, in ejus parte Boreali, juxta fluvium *Mareb*, inter regna Barnagaſſium & Magazam, teſte Hieronymo Lobo Luſitano.

Bagrada, fluvius Perſidis, Ptolemæo, nunc *Tiſindon* dictus, teſtibus Caſtaldo & aliis, quanquam Nicolaio ſit *Bindimir*, oritur in confinio Carmaniæ deſertæ, hinc per Perſidem regionem fluens in Auſtrum, ibi Paſagardam rigat, & tandem per Carmaniam in Oceanum Perſicum ſeu in ſinum Carmanicum ſe exonerat.

Bagradas, fluvius Africæ propriæ, Ptolemæo, qui Bagrada Cæſari, & Livio, Macra Polybio, nunc *Megreda* dictus à Marmolio, *Magrida* vero Joanni Leoni, & aliis, oritur ex Audo monte, & per regnum Tunetanum fluens, inter Carthaginis rudera & Uticam in mare Africum ſe exonerat.

Bagravendene, regio Armeniæ majoris, inter Tygranocertam & Arthemitam, teſte Nigro.

Bahama, *Bahama* Hiſpanis, *Bahame* Gallis, inſula Americæ ſeptentrionalis, & una ex Lucaiis inſulis in mari Boreali, 40. leucis diſtans ab ora Floridæ regionis in ortum, Lucaionecam verſus 8. extenditur ab Oriente in Occidentem ad 13. leucas, ejus vero latitudo eſt tantum 8. teſte Herrera, & ab ea nomen ſumpſit fretum, & æſtus maris vehemens admodum & formidabilis, vulgò *le Canal de Bahame*, inter ipſam & Floridam excurrens ad 45. leucas à Meridie in Septentrionem.

Bahreina, *Bahrein*, Arabiæ tractus, in ora littorali ſinus Perſici, ſic dictus quaſi duum marium, quoniam maris Perſici ſive Baſrenſis & Indici principia connectit, extenditurque a Baſra ad terminos Omanæ, teſte Gollio, & ei adjacet inſula *Bahrein*, cum urbe cognomine, tribus milliaribus diſtans à littore & urbe Catifa, & in propinqua maris parte celeberrimæ ſunt unionum piſcationes.

Bahusia præfectura, *le Gouvernement de Bahus*, provincia Norvegiæ, una ex ejus quinque partibus, quæ minor eſt, & ad Meridiem extenditur, inter Gothiam occidentalem ad ortum, ſinum Codanum ad occaſum, & Aggerhuſiam præfecturam ad Septentrionem, ejus longitudo à Borea in Auſtrum eſt 100. mille paſſuum, ſed ejus latitudo vix eſt 30. mill. paſſ. & in plurimis locis reſtringitur ad 15. alias ſuberat Regi Daniæ, uti Regi Norvegiæ, ſed anno 1658. ab ea revulſa fuit pace ad Roſchildam ſancita, & conceſſa Regi Sueciæ, cui etiamnum paret Vickia, ejus partes ſunt duæ, nempe Inlandia *Inland*, quæ ad Meridiem, & Vickia *Vyckſiden*, quæ ad Arctos, ſuntque ejus oppida Bahuſium caſtrum tractus caput, & Malſtrandia.

Bahusium, *Bahus*, caſtrum permunitum regni Norvegiæ, in parva inſula quam facit fluvius Trolhetta, & antea erat in ditione Regis Daniæ, ſed ab anno 1658. ſubeſt dominio Regis Sueciæ, cum tota præfectura, quæ ab ipſo Bahuſia dicitur. Diſtat 2. milliaribus Danicis à Gottenburgo in Septentrionem, & 3. circiter ab ora Oceani in ortum, uti 24. a Chriſtiana in ortum hybernum. Conditum fuit anno 1309. ab Haquino IV. Rege Norvergiæ, & fruſtra obſeſſum fuit à Danis anno 1678.

Baiæ, oppidum Campaniæ, in Italia ad ſinum Baianum, Ciceroni & Plinio, inter Puteolos & Cumas 3 mil. paſſ. exciſum. Nunc ibi *Baia* exiguum caſtrum in colle, cum balneis, inter Miſenum & lacum Avernum proximum, à Carolo V. Imperatore excitatum. Olim urbs erat Epiſcopalis, & in ea obiit Adrianus Imperator.

Baiama, *el Baiamo*, tractus parvus Cubæ inſulæ, in America ſeptentrionali, teſte Herrera, ubi oppidum S. Salvatoris, quod & Baiamum dicitur.

Baianus Sinus, maris Inferi ſinus prope Puteolos, qui Crater Straboni, Puteolanus Plino, Cumanus Eratoſtheni, mare Puteolanum aliis, nunc *il Golfo di Pozzuolo* paſſim dicitur ab incolis illius tractus

Digitized by Google

& *le Golfe de Pouzzol* à Gallis, parvus eſt admodum, extenditurque in ora Campaniæ fœlicis, inter Niſitam inſulam ad ortum, & Miſenum promontorium ad occaſum, dictus fuit etiam a quibuſdam Lucrinus ſinus, eſtque proprie pars ſinus Puteolani ab antiquis dicti ſub quo olim erat etiam ſinus Neapolitanus. Vide Puteolanus ſinus.

BAIDA, *Baida*, regio Aſiæ, io Tartaria deſerta, juxta Perſidam fluvium, Oceanumque ſeptentrionalem, & in confinio ditionis Moſcoviticæ Paucis abhinc annis detecta & luſtrata fuit a Moſcovitis, teſte Iſaaco Maſſa.

BAIENNI, oppidum Vindeliciæ, ex antiqua inſcriptione, teſte Marco Welſero, nunc forſan *Fainge*, caſtrum Bavariæ, ſeu uti ab aliis exiſtimatur *Vahingen*, oppidulum Sueviæ in Ducatu Wurtenbergenſi, ad Entium fluviolum, 5. milliaribus Germanicis diſtans à Canſtadio in ortum æſtivum, Brettám verſus 3. & Spiram ſex circiter.

BAIGORRIA, *le Baigorri*, tractus Navarræ inferioris in Gallia, antiquitus Bigurria dictus, unde orti priſci Reges Navarræ, & ejus caput Fanum S. Stephani *de Baigorri* oppidulum, quod olim Harizeta dictum fuit, teſte Arnaldo Oihenatto.

BAIOCÆ, ſeu etiam Baiocum, urbs Galliæ, quæ olim Biducaſſes, & Juliobona Biducaſſium, nunc *Baieux* dicta, urbs eſt in Normannia inferiori Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Rothomagenſi, Baiocenſis tractus caput, ad amnem *Aure* qui pauló infra ſub terram conditur, vix 2. leucis diſtat ab ora maris Britannici in Meridiem & 5. a Cadomo in occaſum, 13. vero à Conſtantiis caſtris in ortum æſtivum, dicitur Baiocaſſina urbs à Sidonio, & Baiocenſis urbs in vita S. Vigoris ipſius Epiſcopi, hinc Baiocæus nomen gentis, *Baieuſin* vulgó.

BAIOCASSES, populi fuere Galliæ Celticæ Auſonio, qui Biducenſes Ptolemæo & Biducaſſes aliis, eorum termini erant à Septentrione mare Britannicum, ab ortu Lexovii & Seſſui, ab occaſu Uoelli, & à Meridie Aulerci Cenomani, ubi nunc Diœceſis Baiocenſis, *le Dioceſe de Baieux* in Normannia, eorum vero caput Baiocæ ſeu Juliobona.

BAIOCENSIS TRACTUS, *le Beſſin*, una ex partibus Ducatus Normanniæ in Gallia, ubi alias Baiocaſſes populi, inter mare Britannicum ad Septentrionem, Lexovienſem tractum & Algiam ad ortum, Conſtantienſem tractum ad occaſum, & Abrincenſem ad Meridiem, pars eſt Normanniæ inferioris, dividitur in ſuperiorem, *le haut Beſſin*, verſus Olinam fluvium, & inferiorem *le bas Beſſin*, prope Viriam fluvium, & ejus urbes præcipuæ ſunt Baiocæ, Cadomum Fanum S. Laudi, & Viria, hinc Baiocenſes populi, *les Beſſins* vulgó.

BAIONA, *Bayone*, urbs Galliæ, in Aquitania, ampla, dives, & valdè munita, ad Aturum fluvium, ubi influit in Oceanum poſt receptum Nivum. Epiſcopali dignitate gaudet ſub Archiepiſcopo Auxitano, & portu ſat capaci, 6. leucis diſtat à confinio Hiſpaniæ, in ortum 7. ab Aquis in occaſum, & 30. à Burdegala in Meridiem. Quidam exiſtimaot ibi fuiſſe Aquas Tarbellicas, ſed revera dicta fuit olim Lapurdum, teſtibus Savarone, Scaligero, Oihenatto, & Petro de Marca, hinc ejus Epiſcopus dictus fuit Lapurdenſis *de Labourd*, uſque ad annum 1150. circiter, quo vocatus fuit Baionenſis; & notandum eſt quod totus ille tractus inter Fanum S. Sebaſtiani & Fontem Rapidum, erat pars Vice-Comitatus Baionenſis anno 1177. & à Vice-Comite poſſeſſa. teſtibus Rogerio *de Howeden* Anglo, & Petro de Marca, qui etiam cum aliis aſſerunt omnem illum tractum inter Sebaſtianopolim & Fontem Rapidum fuiſſe in Diœceſi Baionenſi inſertum, uſque ad tempora Philippi II. Regis Hiſpaniæ, qui primus obtinuit pro illo tractu Vicarium Generalem, per modum proviſionis tantum, tempore Belli civilis Galliæ, & fruſtra reclamante Epiſcopo Baionenſi ejus Diœceſano.

BAIONA, *Baiona*, cognomento *de Galizia* à ſitu, urbs eſt Hiſpaniæ permunita, in ora littorali Gallæciæ, 4. leucis diſtans ab oſtiis Minii fluvii in Septentrionem, & pauló minùs a Tyde, in occaſum.

BAIONENSIS PRÆFECTURA, tractus Galliæ in Vaſconia, & in ejus ora littorali, prope Baionam, complectiturque Vice-Comitatus Aortenſem & Maritimenſem, teſte Oihenarto.

BAIONUM, *Bayon*, urbs parva Galliæ in Lotharingia, ad Moſellam fluvium, 5. leucis ſupra Nanceium in Septentrionem Mirecurtium verſus 4.

BALERNA, *Balerne* Abbatia Galliæ in Comitatu Burgundiæ, prope Idanum fluvium, & quatuor leucis à Salinis in Meridiem.

BALA, quæ & Bale, & Bela, poſtea Segor, civitas regia Judeæ, ona è quinque urbibus Pentapoleos, eaque minima & ſola ab incendio ſervata, ad Loth preces, Syriace, Zoas, Zooara, & Soar, ad oram meridionalem maris Mortui, intra fines Tribus Juda, eam Zoara vocat Stephanus, dicitque eſſe vicum magnum, & caſtrum ſuper Aſphaltidem lacum mare appellatum, hæ ætate Sancti Hieronymi Balezona vocabatur, poſtea præſidium ibi vulgari lingua *Palmer* dictum, teſte Auguſtino Lubino vir. clar. eam Seor ex manuſcripto latino vocat Holſtenius in annotationibus ad Palæſtinam tertiam.

BALABITHENA, regio Armeniæ majoris, inter Arſaniam & montem Antitaurum, Petro a Vico teſte.

BALAMBUANUM, *Balambuan*, urbs Aſiæ, in inſula Java, cum portu in ora littorali, verſus Orientem, ex adverſo inſulæ Baliæ, & 15. leucis à Panarucano in Meridiem. Hinc fretum inter utramque dicitur Fretum Balambuanum.

BALAMBUANUM FRETUM, *le détroit de Balambuan*, Fretum Oceani Indici, inter Javam & Baliam inſulas. Vide Fretum Balambuanum.

BALAMBUANUM REONOM, *le Royaume de Balambuan*, regio Indiæ in parte orientali Javæ inſulæ, ad fretum cognomine, contra Baliam inſulam, terminatur à Septentrione regno Panarucano, & urbem habet primariam Balambuanum dictam.

BALAGNATÆ REGNUM, *le Royaume de Balaguate*, Aſiæ regnum, intra montes, in peninſula Indiæ intra Gangem, ſub dominio Regis Decani, verſus confinia regni Golcondæ, ejus urbs præcipua *Doltabad* dicitur.

BALANEA, Phœniciæ urbs Antonino, quæ Balanææ Ptolemæo, Balaneæ Stephano, *Valania* oune Nigro, *Bagnias* Poſtello, in Theodoriade in ora maris Phœnicii, ad oſtia Eleutherii fluvii, media inter Gabalam ad Septentrionem, 27. & Antaradum ad Meridiem 24. mill. paſſ. diſtans, à Tripoli 74. in Boream Epiſcopalis antea ſub A[illegible]epiſcopo Apameno. Sed hodie ſedes Epiſcopalis [illegible]onienſi unita eſt.

BALANIA, *la Balagna*, tractus Corſicæ inſulæ, in ejus parte occidentali ſive ultramontana, inter Oſtriconium fluvium & Calvium urbem, circuitus 70. milliarium, & in ea ſunt quinque plebaniæ, *Touani*, *Aregno*, *S. Andrea*, *Pino*, *& Olmia* dictæ.

BALANTIPYRGON, urbs Indiæ intra Gangem, Ptolemæo quam nunc interpretatur *Capilamba*, Gerardus Mercator ex conjectura.

BALARI, populi fuere Sardiniæ inſulæ, in montanis, & in ſeptentrionali ejus parte, teſtibus Strabone, & Plinio, inter Corſos ad Septentrionem, & Diagebreſes ad Meridiem, qui etiam Badari dicti fuere, erantque verſus Tibulam & Turrim Libiſſonis, co-

rum tractus, nunc *Baromela* dicitur, teſte Pineto in ſuo Plinio Gallico.

Balasaguna, *Balaſagun*, urbs Aſiæ in Turcheſtania regione, ultra fluvium *Sihun*, & prope *Cashgar* urbem, teſte Abulfeda.

Balatha, urbs fuit Meſopotamiæ, ad Chaboram fluvium, inter Niſibim ad ortum & Tapſacum ad Meridiem, teſte Petro à Vico.

Balatimora, *Balatimore Bay*, ſinus Hiberniæ inſulæ, in Momonia provincia, ſpatioſus eſt atque inſulis ſparſus, cum portu cognomine in ora meridionali, teſte Speedo.

Balaton, *Platzerzee* Germanis, lacus Hungariæ inferioris. Vide Volceæ paludes.

Balatoni, populi fuere Corſicæ inſulæ, teſte Ptolemæo, in mediterraneis, quorum veſtigium manet in tractu Balania, *la Balagna* dicto, intra montes in parte occidentali inſulæ, verſus Oſtriconium fluvium, hinc hodie Balaniani dicti, *li Balagnini* vulgò.

Balbeca, vetuſta Phœniciæ urbs, olim Cæſarea dicta, ad montis Libani radices ſita, nunc ferè omnino diruta, non longè à Damaſco, Aleppum verſus, teſte Bellonio.

Balbia, oppidum Brutiorum, Plinio, quod quibuſdam Babia, nunc teſte Gabriele Barrio, eſt *Altomonte*, caſtrum Regni Neapolitani in Calabria citeriori, in colle ad radices Apennini Montis, juxta amnem *Grondo*, ubi manna & cryſtallus proveniunt, 7. mill. paſſ. diſtans à Caſtrovillario in Meridiem verſus Marcopolim totidem, & Conſentiam 22 circiter, atque 14. ab ora ſinus Tarentini in occaſum verſus mare Tyrrhenum paulò plus.

Baleura, urbs Aſiæ minoris in Lycia mediterranea, teſtibus Ptolemæo, & Stephano, ad fontes Limyri fluvii, Chomæ, Buboni, & Oenandæ finitima, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Mytenſi, nunc *Caraburun* dicta, teſte Leunclavio.

Balcheri-villa, *Boſcherville*, vicus Galliæ cum Abbatia in Normannia, & in Caletenſi tractu, verſus Rothomagum.

Balchum, *Balch*, urbs regni Perſarum, Choraſanæ regionis metropolis, & in ejus medio in planitie, teſte Abulfeda, ad fluvium *Debash*, qui duodecim ab urbe paraſangis in Oxum ſe exonerat, teſte Gollio qui eam olim Bactram dictam fuiſſe arbitratur.

Baldus, *il Monte Baldo*, mons Italiæ & Veronenſis agri, in ditione Veneta; etiam in Comitatum Tirolis excurrit inter Atheſim fluvium & lacum Benacum, Magino teſte.

Baleares, inſulæ Hiſpaniæ, ſic à mittendo dictæ, teſte Polybio, Balerides Straboni, Balearides Ptolemæo, Gymneſiæ à Græcis, teſte Dioſcoride, inſulæ duæ maris Mediterranei, ſeu maris Iberici, ad Hiſpaniam Tarraconenſem pertinentes, & ab ea vix 70. mille paſſibus diſtantes ad Orientem, uti paulò plus ab oſtio Iberi fluvii, inter ſe 25. mille paſſibus ſunt diſſitæ, earum vero major, quæ Majorica dicitur, *Mallorca* incolis, *Majorque* Gallis, urbem habet cognominem amplam & munitam, olim Palmam dictam, in ejus ora occidentali, Alcudiam urbeculam recens munitam in ora orientali inſulæ, & 30. vicos, ejuſque circuitus eſt 120. mille paſſuum, ut ego pluribus didici a Paulo Ferraguto illius doctiſſimo cive, & ab aliis illius tractus; Minor vero quæ Minorica dicitur, *Menorca* incolis, *Minorque* Gallis, vix 50. mill. paſſ. in ejus circuitu complectitur, & oppidum habet *Citadelli* dictum, cum quatuor vicis, & arce S. Philippi, ſed nulla urbs in ea Minorica dicta, ut multi falſo crediderе, in tota illa inſula neque in ſinu Portu Mahonis dicto, & de his quot incolæ tot teſtes, in majori Balearium natus eſt Raymundus Lullus Philoſophus à Mauris cæſus anno 1301. Has inſulas Jacobus Aragoniæ Rex, victis & ejectis Mauris recuperavit, anno ſalutis 1230. pridie Kalendas Januarii, Baleares olim adeo leporibus abundaſſe feruntur, ut contra eos ab Auguſto auxilium militare poſtularint, frugibus ab ipſis leporibus conſumptis, hinc Balearis & Balearicus nomen gentis, unde Balearicum mare.

Balearicum mare, *la Mer de Majorque* Gallis, *el Mar di Mallorca* Hiſpanis, pars eſt maris Iberici ſeu Mediterranei, inter oram Hiſpaniæ & Baleares inſulas, extenditurque à promontorio Scombraria in ora regni Murciæ, Barcinonem uſque.

Balearicum Regnum, *el Regno de Mallorca* Hiſpanis, pars eſt Hiſpaniæ, quæ alias reges habuit proprios primum Mauros, & deinde Aragonios. Vide Majoricæ regnum.

Balerna, *Balerne*, Abbatia Galliæ in Comitatu Burgundiæ, prope Idanum fluvium, & quatuor leucis a Salinis in Meridiem.

Balesium, oppidum Calabrorum in Meſſapia, Plinio, quod aliter Valetium, & poſtea Valentium dictum fuit, nunc teſte Nigro, eſt Fanum S. Cataldi *S. Cataldo*, caſtrum provinciæ Hydruntinæ, cum portu in ora maris Adriatici, Aletio urbi propinquum, 7. milliaribus ab ea diſtans in ortum, inter Brunduſium ad Boream 22. mill. paſſ. & Hydruntum ad Meridiem, 16. mill. paſſ. diſſitum, quamquam aliis ſit vicus *San Marco* in illo tractu, 7. mill. paſſ. à Fano S. Cataldi in Septentrionem.

Baloentiacum, ſeu Baugeotiacum, *Baugency*, urbs Galliæ, cum Abbatia & ponte lapideo, ad Ligerim fluvium, in Belſia provincia & Aurelianenſi agro, media inter Aurelianum ad ortum & Bleſas, ad occaſum.

Balgium, *Baugé*, oppidum Galliæ, in Andegavenſi provincia, quatuor leucis diſtans à Flexia in Meridiem, Salmurium verſus quinque, & 7. ab Andegavo ad amnem *Coeſnon*, & ad illud Angli magna clade affecti fuere alias à Gallis.

Balgium, *Baugé*, oppidum Galliæ in Breſſia provincia, cujus caput alias extitit, vix una leuca diſtans in ortum ab Arari fluvio, & à Matiſcone, hinc dicta gens Balgia, unde priſci Comites Breſſiæ, antequam ad Sabaudos perveniret, per matrimonium Sibillæ Balgiæ hujus provinciæ heredis anno 1272.

Balia, inſula Aſiæ, in India. Vide Balya.

Balisbiga, oppidum fuit Armeniæ majoris, ad Arſaniam fluvium, ſexaginta circiter milliaribus à Militene diſtans in ortum, & vix decem à Babylone, teſte Petro à Vico.

Balista, mons Italiæ Livio, & pars Apennini montis, nunc *il monte Peneſe* dictus, in Liguria & in limite Hetruriæ, teſte Cluverio, unde per Tari vallem itur ad Parmam, & hujus pars forſan erat Letus mons.

Balium, *Balis*, oppidum Syriæ parvum, in ripa occidentali Euphratis fluvii, & in tractu *Kinneſrin*, teſte Abulfeda, olim Forda dictum, id eſt portum Syris in limite Meſopotamiæ, 13. Paraſangis ab Alepo Artacam verſus.

Balium Regnum, *le Royaume de Bali*, regnum Africæ in Æthiopia ſuperiori, & in ejus parte auſtrali verſus Adelum regnum, in duas partes ſeparatur ab *Aoaxe* fluvio.

Ballegarium, ſeu Valaguaria, *Balaguer*, urbs parva Hiſpaniæ in Cataloniæ Principatu, ad radices collis prærupti, cum ponte lapideo ad Sicorim fluvium ubi recipit Nogueram Palleareſam, celebris eſt expugnatione ſua à Gallis, Duce Harcurtio anno 1645. eſtque Ilerdæ finitima, ab ea 3. leucis diſtans in ortum æſtivum Solſonam verſus, & 12. à Minoriſſa in occaſum æſtivum, & à quibuſdam eſt Berguſia antiquorum.

Balliolum, *Belle* Belgis, *Bailleul* Gallis, burgus amplius Belgii in Comitatu Flandriæ, antea Belgiolum dictus, inter Ipras & Betuniam, tractus adjacentis caput, ſub dominio Francorum pace ad Noviomagum facta.

Balma, oppidum Sequanorum in Gallia Lugdunenſi, quod & Balmenſe cœnobium dictum poſtea, vulgo *Baune*, ſeu *Baume les Nonnes*, oppidulum eſt Galliæ in Comitatu Burgundiæ, ad Dubim fluvium, 4. leucis ſupra Veſontionem Montem Peliçardum verſus, & 5. a Veſulio in Meridiem, dicitur etiam Palma.

Balma, ſeu & melius Bapalma, *Bapaume*, oppidum munitum Belgii in Artelia, ſub Gallis. Vide Bapalma.

Balneolis, *Baignols*, oppidulum Galliæ in Occitania inferiori, cum præfectura ſatis ampli, 3. leucis à Fano S. Spiritus in Meridiem, Ucetiam verſus 4. ſedet ad Cezam fluviolum, una leuca a Rhodano in occaſum.

Balneolum, *Bagnuolo*, oppidulum Italiæ, in regno Neapolitano & provincia Principatus ulterioris, ad fontes Caloris fluvii, prope Apenninos montes, 9. milliaribus diſtat a Compſia in occaſum.

Balneolum, *Baigneux*, vicus Galliæ prope Lutetiam Pariſiorum, & una tantum leuca ab ea diſtans, verſus Meridiem.

Balneoregium, urbs Thuſciæ, quæ etiam Balneum regis, & Rhoda ex edicto Regis Deſiderii, teſte Paulo Diacono, *Bagnarea* vulgò, urbs Epiſcopalis Italiæ in ditione Eccleſiæ, & in provincia Patrimonii, in agro Urbevetano, patria eſt S. Bonaventuræ, & ſedet in colle ad amnem ... latum, inter Oropitum ad Boream, & Montem Phiſconem ad Auſtrum, 6. mill. paſſ. utrinque diſtans, & 10. a Viterbio in Septentrionem, Novempagi a Plinio dici putatur, eſtque ſatis parva & male culta.

Balsa, Africæ interioris oppidum, a Cornelio Balbo expugnatum teſte Plinio.

Balsa, oppidum Hiſpaniæ in Luſitania, Ptolemæo, & Pomponio, in Cuneo agro, nunc teſte Nigro, eſt *Albufeira* caſtrum Algarbiæ, in ora Oceani prope Sylvam, inter Pharum ad ortum & Lagium ad occaſum, 5. leucis utrinque diſtans, 18. a Pace Julia in Meridiem, & 10. a Sacro Promontorium in ortum, ſed Henricus Coquus credit eſſe *Tavira* oppidum ejuſdem tractus, 8. leucis ab *Albufeira* diſtans in ortum, verſus oſtia Anæ fluvii, quod etiam confirmatur ab Antonio Vaſconcello, hinc diſtrictus Balſenſis, *la Comarca di Tavira* vulgò.

Balsera, *Balſera*, ſeu *Baſra* & *Baſſora*, olim Teredon, urbs Aſiæ & emporium celebre Arabiæ deſertæ, in confinio Chaldeæ ſeu provinciæ *Terack* dictæ, ad fluvium Arabum *Sebat-el-Arab*, ſeu ad Tigrim & Euphratem fluvios ſimul unitos, bidui itinere infra Bagdatum in Meridiem, & 12. leucis diſtans in Septentrionem à ſinu Perſico, qui ab ea dicitur etiam a multis ſinus Balſeræ, *le Golfe de Balſera*, gaudet portu capaci & tuto, eſtque caput præfecturæ ſeu principatus cognominis cum caſtro munito. Vide Teredon.

Balseræ mare, ſive Balrenſe mare, *la mer de Baſora*, ſic dicitur ab Arabibus ſinus Perſicus, ab urbe Balſera ei adjacente.

Balseræ Principatus, ſeu præfectura, *la Principauté ou Pachalic de Balſera*, provincia Arabiæ deſertæ juxta intimum receſſum ſinus Perſici extenſa, ſic dicta ab ejus urbe primaria Turcis ſubdita, ſub præfecto tamen proprio, una cum *Lebſa*, *el Katif*, & tractu adjacente.

Baltia, regio Europæ, Plinio, & Timæo, quæ male Baſilia Pythiæ, & Græcis authoribus, poſtea Scandia dicta Ptolemæo, & Scandinavia aliis, male ab antiquis credita inſula maxima Oceani ſeptentrionalis, inter ipſum & mare Suevicum, cum vix dici poſſit peninſula longe lateque verſus Septentrionem & Orientem extenſa, & quæ terminatur ab occaſu & Borea Oceano ſeptentrionali, à Meridie mari Baltico, & ab ortu partim mari Albo, ubi ſunt Sueciæ & Norvegiæ regna, Vide Scandinavia.

Balticum Fretum, *das Belt ſund* accolis, *le détroit du Belt*, ſeu *le grand Belt* Gallis, fretum eſt maris Baltici inter Zelandiam inſulam ad ortum, & Niburgum ad occaſum, ubi ejus latitudo eſt trium milliarium Germanicorum.

Balticum Fretum minus, *das Clein Belt ſund*, & *Middelfart ſund* Danis, *le petit Belt* Gallis, fretum maris Baltici inter Cimbricam Cherſoneſum ad occaſum, & Fioniam inſulam ad ortum valde reſtrictum & ſinuoſum, & ad 30. mill. paſſ. extenſum a Septentrione in Meridiem, dicitur etiam Middelfartium fretum ab oppidulo adjacente.

Balticum Mare, *Oſterſioen* Suecis, *de Ooſtzée* Danis, Germanis, & Belgis, quaſi mare Orientale, *Warezkoe more* Ruſſis, *Morze Liale* Polonis, *la mer Baltique* Gallis, & *il mare Baltico* Italis, mare eſt inter Germaniam, Daniam, Succiam, & Poloniam interfuſum & peramplum ad inſtar ingentis ſinus, Adamus Bremenſis, & Helmoldus, atque poſt eos Albertus Crantzius primi omnium Balthicum mare Latine dixerunt, aut a Balthia regione cujus meminit Plinius, aut potius quia fretum inter Zelandiam & Fioniam inſulas, *de Belt* appellatur, quod cingulum ſive balteum indigenis notat, ut nullus dubitet ita ab eodem *Belt* Balticum ipſum mare dici poſſe, cum olim vocatum ſit mare Venedicum, & mare Suevicum, a Venedis & Suevis accolis, uti & ſinus Codanus a Codanonia inſula, ſed de eo veteres titubanter admodum ſcripſere. Mare autem illud terras ſubiens ex omni parte impervium eſt majoribus navigiis in ejus aditu, niſi in Oreſundæ freto, *Oreſund* ut vocant & dividitur iterum in duos ſinus Bodicum nempe *Oſter Botn* accolis, *le Golfe de Boddis* & *le Golfe de Botnie* Gallis, *Bothnzée* Germanis, & Finnicum *Finſke ſioen* Suecis accolis, *Finnichzée* Germanis, & *le Golfe de Finlande* Gallis. Ejus partes ſunt etiam Venedicus ſinus, *le Golfe de Dantzick*: Clylipenus ſinus, *le Golfe de Livonie ou de Rige*: & Lagnus ſinus, *le Golfe de Lubeck*. Extenditur vero mare illud à promontorio Cimbrorum, ubi os illius eſt, Viburgum & Narvam uſque urbes extremas ſinus Finnici, ad 190. milliaria Germanica, & ejus præcipuæ inſulæ ſunt Alandia *Aland*, Boringia *Bornholm*, Gotlandia *Gotland*, Oelandia *Oeland*, Oſilia *Oeſel*, & Rugia *Rugen*, uti etiam Falſtria *Falſter*, Fionia *Fuynen* Lalandia *Laland*, Langelandia *Langeland*, & Zelandia *Zeland* omnium præcipua, inter Cimbricam Cherſoneſum & Scaniam provinciam Sueciæ ad fauces hujus maris.

Baluebadra, urbs Peloponneſi, vulgò *Balubadra* Turcis, quæ priſcis erat Parræ veteres, ſive Paleoparræ ad Neopatrarum diſcrimen, teſte Leunclavio. Vide Patræ.

Balya, *Baly*, inſula Aſiæ, in India, prope & ad Orientem inſulæ Javæ, à qua dirimitur tantùm freto Balambuano. Eſt fertiliſſima, & bene culta. Hinc à quibuſdam creditur Java minor, quamquam de iſta Java minore nihil certo conſtet, eſtque circuitus 12. milliarium Germanicorum.

Bamba, *Bamba*, provincia regni Congi, in Africa, cum oppido cognomine, inter Loandam ad Meridiem, & fluvium *Zaire* ad Boream in ora littorali, & Ducali titulo inſignitur.

Bamba, *Bamba*, provincia Americæ meridionalis, in regno Popaiani, & verſus urbem cognominem, ſub Hiſpanis, teſte Laetio.

Bamba, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, Hauberto

Digitized by Google

Hiſpalenſi, Epiſcopalis, & olim Gueritum dicta, nunc *Bamba* vicus Hiſpaniæ in Caſtella veteri, 3. leucis à Pintia diſtans.

BAMBERGA, *Bamberg*, urbs Germaniæ in circulo Franconiæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Moguntino, ad Rednitium fluvium, qui paulò infra cadit in Mœnum, & ſub dominio proprii Epiſcopi, colli impoſita eſt, à S. Henrico Imperatore ad hanc dignitatem evecta, & ſic dicta à Baba Othonis Imperatoris filia, quaſi Babæ mons, & Babenberga, 12. milliaribus Germanicis diſtans ab Herbipoli in ortum, & 6. à Norimberga in Boream, creditur à quibuſdam Bergium ab antiquis dictam fuiſſe, & in ea obiere S. Henricus II. Imperator anno 1025. & Conradus III. anno 1152. uti Philippus I. etiam Imperator anno 1208 fuitque olim urbs Imperialis & libèra, nunc vero ab Imperio exempta, hinc Bambergenſis nomen gentis.

BAMBERGENSIS DITIO, *das Biſthumb von Bamberg* incolis, *l'Evêché de Bamberg* Gallis, tractus Germaniæ in Franconia, ſub dominio Epiſcopi Bambergenſis, extenditur juxta Mœnum fluvium & Rednitium à Septentrione in Meridiem ad 25. milliaria Germanica, ſed valde reſtringitur inter ditionem Colembacenſem ad ortum & ditionem Herbipolitanam ad occaſum, ejus primaria urbs eſt Bamberga, & ab eodem Epiſcopo pendent etiam Villacum & aliqua alia loca in Carinthia provincia, nempe *Villach, Wolfsberg, Griefen*, Feldkirchia, Fanum S. Leonardi, *Tervis*, & alia loca, ſed in his terris fere tractatur uti ſtatus provincialis, & ſtatibus provincialibus comparet vi pacti anno 1535. cum Ferdinando I. Imperatore initi; & ab hoc Epiſcopo tenet Rex Bohemiæ in feudum veterem Pragæ civitatem, Elector Bavarus *Aurbach*, Elector Saxoniæ Vittembergam, & Elector Brandeburgicus Cuſtrinum arcem, teſte Sprengero.

BAMBERGA, *Bamberg*, oppidulum Bohemiæ, verſus montes, in confinio Moraviæ provinciæ, juxta amnem *Orlitz*, in colle, uno milliari Germanico ab Auſtia in ortum, 6. autem à Glacio in Meridiem.

BAMBYCA, urbs Syriæ, quæ & Hierapolis & Edeſſa vocatur Straboni, Æliano, & Plinio, verſus Euphratem fluvium, in qua Dea Atargatis quam Græci Derceto vocant, colebatur, teſte Plinio, hanc Hebræis Ragos vocatam, & nunc *Rase* dici tradit Brochardus, 30. mill. paſſ. diſtans à Zeugma in Meridiem.

BAMURÆ, populi Libyæ interioris Silio qui Banurri Plinio, in Mauritaniæ confinio Getulis finitimi, curſu perniciſſimi.

BANARA, *Banara*, urbs Aſiæ, in India, & in regno Bengalæ, juxta Gangem fluvium, ſub Imperio Magni Mogolis, 40. mill. paſſ. à *Gouro*, urbe in Septentrionem, & centum ferè ab Halobaſſa in Meridiem diſtans.

BANASA, urbs Mauritaniæ Tingitanæ, Plinio, Banaſſa Antonino, & Ptolemæo, Valentia cognominata, quæ nunc Marmolio teſte, eſt *Tefensara* ſeu *Tefelfelta*, urbs regni Fezzæ, quam Sabut fluvius alluit in Fezza provincia, vix 10. mill. paſſ. a Lixo in Meridiem, Thamuſidam verſus 32. ex itinerario Antonini, ſed ex Plinio, à Lixo 75. mill. paſſ. diſtat in Meridiem, unde exiſtimat Moletius, eſſe *Fanzara*, oppidum ad eumdem fluvium, 30. mill. paſſ. à priori diſtans Fezzam verſus.

BANATIA, urbs alias Vacomagorum in Britannia magna, Ptolemæo, nunc teſte Guillelmo Camdeno, eſt *Ban* caſtrum Scotiæ ſeptentrionalis in Moraviæ Comitatu, ad fluvium *Findorn*, verſus Badenothiam tractum, & 17. mill. paſſ. ab Invernio in Meridiem Speam fluvium verſus 8. teſte Thimoteo à Poote.

BANBURIA, *Banbury*, oppidum Angliæ in Comitatu Oxonienſi, ad Chervelum amnem, 15. milliaribus diſtat ab Oxonio in Septentrionem, & 12. a Varvico verſus Meridiem.

BANCA, *l'Isle Banca*, inſula Aſiæ in longum porrecta in mari Indico, prope Sumatram inſulam, in ora ejus orientali, cum oppido, & ex adverſo Palimbani oppidi. Hinc fretum inter eam & Sumatram dicitur fretum Bancæ.

BANCOCUM, *Bancok*, urbs Indiæ extra Gangem, in regno Siami, provinciæ cognominis caput, parva eſt ſed portu gaudet capaci, ad Menanum fluvium, à cujus oſtiis in ſinum Siami, 6. milliaribus Germanicis diſtat in Septentrionem Judiam urbem verſus 18., teſte Jodoco Scoteno.

BANCONA, urbs Germaniæ, ex veteri inſcriptione, quæ Bonconica in itinerario Antonini, nunc teſte Georgio Fabricio, eſt *Oppenheim* oppidum Palatinatus inferioris ad Rhenum fluvium, ad radices collis cum caſtro tantiſper munito, inter Wormatiam ad Meridiem, 4. & Moguntiam ad Septentrionem, 3. milliaribus Germanicis diſſitum.

BANDA, *Banda*, inſula Aſiæ ſatis nota, in mari Indico. Oblonga & fertiliſſima, ſub dominio Belgarum, cum tribus arcibus *Belgeit*, id eſt Belli viſus, *Naſſow*, & *Kik am der pot*, id eſt ſpecula, & perſæpe ſub Moluccis comprehenſa, diſtat ab inſula Ceramì, 20. circiter leucis in Meridiem, & 30. circiter ab Amboina inſula in ortum, 60. autem à Gilola inſula in Meridiem. Sub eodem nomine Bandæ continentur inſulæ *Nera, Puloway, Puloron, Gumanapi, Lantor*, & aliquot aliæ adjacentes, ſed parvæ, & primum detectæ fuere anno 1511. ab Antonio de Brito Luſitano.

BANDAR-ABASSIUM, *Bandar-Abaſſi*, portus Perſiæ, prope Armuzium. Vide Portus Abaſſi.

BANDERA, *Bandera*, ſeu aliter *Manora*, caſtrum Indiæ intra Gangem, in regno Cambaiæ & in ora littorali Oceani, prope Bacemum & ſinum Cambaiæ, ſub dominio Luſitanorum.

BANDUM REGNUM, *le Royaume de Bando*, provincia ſeu pars Indiæ propriæ in dominio magni Mogolis, & fere in ejus meditullio, inter Regnum Dellium & Agram ad ortum, & Jeſſelmeram ad occaſum, urbem habens primariam cognominem.

BANDUM, *Bando*, urbs Aſiæ, in India & imperio magni Mogolis, cum regno cognomine, cujus caput eſt, 20. leucis Hiſpanicis diſtat ab Aſmeera in Septentrionem, & 70. leucis ab orbe Agra in ortum.

BANGORIUM, ſeu Bangoria, *Bangor*, urbs Angliæ, parva, ſed Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Cantuarienſi, in Vuallia Boreali, & in Comitatu Arvoniæ, ad fretum *Menay* dictum, contra Monam inſulam, diſtat tantum 3. milliaribus à Bellomariſco in Meridiem, & 6. ab Arvonia in ortum æſtivum Conovium verſus 11. teſte Speedo.

BANIALUCUM, *Banialuch*, urbs regni Boſniæ primaria, ab aliis Vammelucha dicta, verſus montes & confinia Dalmatiæ, prope lacum cognominem & fluvium Cetinam, in ditione Turcarum a plurimis annis. Quibuſdam eſt Blanona, teſte Brietio, ſed aliis eſt ad Varbam, & 44. mill. paſſ. diſtat à Sibenico in ortum, & 30. à Spalato in Septentrionem.

BANNOCHORNA, *Bannochorn*, locus Scotiæ regni, verſus Tuedam fluvium & Marchiam provinciam, ubi Eduardus Angliæ Rex victus fuit à Roberto Bruſæo Scotiæ Rege, & maxima clade affectus anno 1314.

BANNUS, *Ban*, & *Band* etiam, fluvius Hiberniæ in Ultonia provincia, quam ſeparat in citeriorem & ulteriorem, dictus fuit olim Argita, ut exiſtimant recentiores. Vide ibi.

BANTAMUM REGNUM, *le Royaume de Bantam*, regnum Indiæ, in parte occidentali Javæ inſulæ, quæ Sumatram reſpicit, urbem habens cognominem primariam, in ora quæ tendit ad Boream, ipſius Regi ſubeſt etiam regnum Jacatræ, & perſæpe bellum

geſſit cum Belgis unitis Bataviæ degentibus.

BANTAMUM, *Bantam*, urbs ampla, & emporium celebre Aſiæ, in inſula Java, caputque regni cognominis ad radices collis, 18. leucis a Batavia urbe occaſum verſus, prope fretum Sundæ, ex adverſo inſulæ Sumatræ. Portu gaudet commodo Sunda dicto, & eò quotidie confluunt Europæi mercatores, præſertim Angli.

BANTIA, oppidum fuit Apuliæ Peucetiæ, teſte Livio, in Lucaniæ confinio, quod à Venuſia 3. mill. paſſ. diſtabat. Populi Bantini Plinio, qui Batini Horatio, unde Saltus Batinus.

BANTISUS, fluvius Aſiæ in Serica regione, nunc *Quantung* ſecundum recentiores, dicitur Bautiſus à Ptolemæo. Vide ibi.

BANTONIA, *Banton*, inſula Aſiæ in mari Orientali, & una ex Philippinis inſulis, verſus partem meridionalem Manilæ inſulæ, ſub dominio Hiſpanorum.

BANTRIENSIS SINUS, *Bantre Bay*, ſinus Hiberniæ inſulæ, qui male in tabulis *Bautre* dicitur, oblongus eſt in Momonia provincia, & in Corcagienſi Comitatu, portus habens aliquot parvi nominis & in eum labitur Bantra fluvius, teſte Waræo.

BANZA, *Banza*, urbs Africæ in regno Congi, inter oram Oceani Æthiopici, & lacum Aquilundam, quæ à Luſitanis dicitur Soteropolis, & Fanum S. Salvatoris. Vide ibi.

BAPALMA, *Bapaume*, oppidum Galliæ permunitum, in Comitatu Arteſiæ, & in ditione Francica ab anno 1641. medium ferme inter Peronam ad Meridiem, & Atrebatum ad Septentrionem, in limite Picardiæ, & in regione ſicciori. Aliquibus Balina dicitur.

BARA, inſula parva Italiæ Feſto, ante Brundiſium urbem in portu illius, & in ora maris Adriatici, Pharos Melæ, quæ nunc *S. Andrea* dici videtur.

BARA, æſtuarium Britanniæ ſecundæ Ptolemæo, quod aliis eſt Varar, & *Murray Firth* interpretatur. Vide Varar.

BARA, oppidum Scotiæ meridionalis, in ora ad ortum, ab aliis Vara dicitur vulgo *Dunbar*. Vide Varar.

BARA, *Bara*, oppidum Africæ, in Æthiopia ſuperiori, in provincia Gorga, & prope lacum Zaflanum, ſecundum recentiores.

BARACE, urbs Indiæ intra Gangem Ptolemæo, quæ quibuſdam Burace, nunc teſte Alphonſo Adriano, eſt *Diu*, urbs parva ſed munita regni Guzaratæ, ad os ſinus Barigazeni, in parva inſula cognomine, ſub dominio Luſitanorum à centum quinquaginta annis, & 60. leucis circiter à Sorrata diſtans in occaſum, quamquam non deſint qui credant Dium olim fuiſſe Alambatrum, & Mercator exiſtimet Baracem eſſe *Baçaim*, urbem regni Guzarati in ora, ſed prior interpretatio probabilior.

BARACIS, urbs fuit Sardiniæ inſulæ, nunc exciſa, cujus rudera etiamnum *Baraci* dicuntur prope Saſſarim, teſte Franciſco à Vico, & verſus Nuram.

BARACOA, *Baracoa*, oppidulum Americæ ſeptentrionalis in Cuba inſula, 30. leucis à Fano S. Jacobi in ortum, teſte Herrera.

BARACURA, urbs & emporium maritimum Indiæ ultra Gangem, Ptolemæo, *Bacala* nunc, teſte Caſtaldo.

BARAMPURA, *Barampour*, urbs Aſiæ, in India intra Gangem ſub dominio Magni Mogolis, in Candiſio regno, 100. milliaribus à Surata diſtat verſus ortum, & 200. ab urbe Agra in Meridiem. Sedet juxta fluvium *Tapti*; & ab aliis *Brampore* etiam vocatur, alias Baramatis dicta fuit, teſte Heberto.

BARANATHETÆ REGNUM, *le Royaume de Baranateta*, regnum Aſiæ, cum urbe cognomine, in Tartaria, uti didici a quibuſdam Europæis, qui has regiones perluſtrarunt.

BARANIA, *la Barania*, fluvius Americæ ſeptentrionalis, in Nova Hiſpania, & in ejus parte Nova Gallæcia dicta, ad Guadalaxaram urbem fluit, & irrigatis aliquot provinciis, atque ab ortu in occaſum labens, tandem in mare Pacificum ſeu Auſtrinum ſe exonerat verſus fauces maris Purpurei, teſte Herrera.

BARANIENSIS COMITATUS, *le Comté de Baranywar*, tractus ſive præfectura Hungariæ inferioris in limite Raſciæ, verſus confluentes Dravi fluvii in Danubium, inter Comitatus Bathienſem, Bodroghienſem, Tolnenſem, & Valponienſem, ſubeſtque dominio Turcarum, & ejus oppidum præcipuum eſt Baranium.

BARANIUM. *Baranywar*, oppidum Hungariæ inferioris Comitatus Baranienſis caput, ad amnem Criſſum, 12. mill. paſſ. diſtans à Bodroco in occaſum, Quinque Eccleſiis verſus 30. circiter.

BARANTOLA, *Barantola*, regnum Aſiæ in Tartaria magna, quod aliter dicitur Laſſaa, & ſæpius Tangutum. Vide ibi.

BARATHIA, urbs Africæ littoralis Ptolemæo, nunc *Brata* Caſtaldo, *Blata* Mercatori, *Caza hacen* Marmolio, inter oſtia Cinyphi fluminis & Trierorum promontorium, ultra Leptim ſeu Tripolim urbem.

BARATHRA CAMPI, Polybio, qui Barathron Diodoro Siculo, ſic dicti campi inter Ægyptum & Palæſtinam, paludi Sirbonidi juncti, nunc *la Mer de Sable* à Gallis, *Sandzée* à Belgis dicuntur, id eſt mare arenoſum ſive arenaceum, ut narrant noſtrates qui hunc tractum adierunt, quæ vox hujus loci naturam formamque, ut eam deſcribit Diodorus, ſatis apte explicare videtur.

BARATTA, quæ & Baratha, urbs fuit Lycaoniæ regionis in Aſia minori, teſte Ptolemæo, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Iconienſi, & 30. mill. paſſ. ab Iconio diſtans in ortum, quam quidam exſtare nomenque antiquum retinere ferunt.

BARBA, portus eſt Trœzenis urbis Argivorum, authoritate Eſtat.

BARBACOÆ, *los Barbacoas*, populi Americæ meridionalis, in regno Popaiani, verſus montes, & inter fluvium Caucam & mare Pacificum, teſtibus Laetio & aliis.

BARBANA, fluvius Illyrici in Dalmatia, teſte Livio, nunc *la Boiana* dicitur, oritur ex montibus in tractu Clementium deinde receptis *Sem* & *Moraccia* fluviis per Labeatidem lacum fluens, hinc Scodram urbem alluit, ubi auctus *Drinaſo* fluviolo in occaſum tendit, & paulo poſt in mare Adriaticum ſe exonerat, inter Olcinium ad Septentrionem & Sinum Liſſicum ſeu Illyricum.

BARBARI, urbs Indiæ intra Gangem, Ptolemæo, & Arriano, nunc teſte Caſtaldo, eſt *Bernet*, ſed aliis eſt *Amedewat* Amedebatum, urbs perampla regni Guzarati, ſub Imperio magni Mogolis. Vide Amedebatum.

BARBARIA, regio Africæ, in Æthiopia ſuperiori, & in ora maris Barbarici, Ptolemæo & Arriano, à Septentrione in Meridiem extenſa, ubi nunc Zanguebaria regio, in qua Regna Melindæ, Monbaciæ, Mozambici, & Quiloæ, cum aliis adjacentibus.

BARBARIA, regio ampla Africæ, quæ à Gallis *la Barbarie* dicitur, ab Hiſpanis *la Berberia*, ab Italis *la Barbaria*, a Belgis *Barbaryen*, oblonga eſt & maxime extenditur ab ortu in occaſum, ſed non eſt æque lata, terminatur à Septentrione mari Mediterraneo, ab ortu Ægypto, ab occaſu Oceano Atlantico, & à Meridie Biledulgeridia, à qua ſeparatur Atlante monte, ibi alias erant Mauritaniæ Tingitana, Cæſarienſis, & Sitifenſis, Numidia, Africa propria, Bycacena,

Tripolitana, Cyrenaica, & Marmatica, ounc ſub ea cenſentur Regna Fezzanum, Marocanum, Algetianum, Conſtantinum, Tunetanum, & Tripolitanum, cum Barcana regione, ejus urbes præcipuæ ſunt Algerium, Fezza, Marochium, Tripolis, & Tunetum.

BARBARIÆ URBES PRÆCIPUÆ.

Algerium, *Alger.*
Barca, *Barca.*
Cirta, *Conſtantine.*
Fezza, *Fez.*
Marochium, *Maroc.*
Sala, *Salé.*
Salde, *Bugie.*
Timici, *Tremeſen.*
Tripolis, *Tripoli.*
Tunetum, *Tunis.*
Utica, *Bizerte.*

BARBARIANA, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, Antonino, nunc *Araviana* pagus Hiſpaniæ, ut videtur Joanni Marianæ, in via inter Aſturicam & Tarraconem occurrens, à Graccurri 32. mill in Auſtrum. Idem alibi ſcribit eſſe Almenaram, ad Cauni montis radices.

BARBARIANA, locus erat Hiſpaniç Bæticç, qui vulgò *el Caſtel de la Duqueſa*, in ora maris Mediterranei, prope Fretum Gaditanum, & inter Carteiam & Barbeſolam.

BARBARICINI, *les Barbaricinos*, Hiſpanis, populi fuere Sardiniæ inſulæ, intra montes degentes, ſicque dicti à Barbaris vicinis, eorum tractus nunc dicitur *los Barbarjas*, eſtque triplex nempe *Barbaira Berui*, verſus Valentiam tractum in ora orientali & fluvium Saporum, *Barbaira Lolai* in eadem ora ad Boream verſus Olbiæ rudera, & *Barbaira Sevoli* intra montes verſus Gocianum caſtrum, dicuntur *Barbariginu* ab indigenis, & pro majori parte ſunt in promontorio, ſive provincia Calaritana.

BARBARICUM MARE, quod & Aſperum mare, pars eſt Æthiopici Oceani, verſus oram orientalem Africæ, & Æthiopiæ ſuperioris, inter Zanguebariam regionem ad occaſum, & inſulam Madagaſcariam ſeu S. Laurentii ad ortum, & *la Mer de Zanguebar* dicitur.

BARBARICUS SINUS, Ptolemæo, nunc *le Golfe de Melinde*, in ora Æthiopiæ orientali. Vide Aſperum mare & Barbaricum.

BARBARICUS OCEANUS. Vide Barbaricum mare.

BARBARIUM, promontorium Hiſpaniç, Ptolemço. in Luſitania, in ora Oceani Atlantici, *el Cabo de Eſpichel*, Cluſio & Taraphç, 5. leucis ab oſtio Tagi diſtans in Meridiem, in Portugallia, & totidem à Cetobriga in occaſum, in ejus viciniis fuit Barbaricus mons, *Monte Rabida* hodie.

BARBASTRUM, *Balbaſtro*, urbs Hiſpaniæ, in regno Aragoniæ, ad Verum fluvium ubi in Cincam labitur, eſtque Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Cæſar-Auguſtano verſus Cataloniam, & in ipſo limite Ripacurtiæ, erepta fuit Mauris anno 1102, aliaſque dicta fuit Bergidum, & ſunt qui illam etiam Belgidam dictam fuiſſe credunt, media ferè eſt inter Oſcam ad occaſum 8. & Ilerdam ad ortum hybernum 9, & 14. diſtat à Cæſar-Auguſta in ortum.

BARBATA, ſeu Barbada, *Barbadoes* Anglis, *la Barbade* Gallis, inſula Americæ ſeptentrionalis in mari Boreali, & una ex Antillis. Paret Anglis, qui ibi multas habent colonias ab anno 1627. eſtque cultiſſima, & in ea ſunt quatuor urbes nempe Pons aliter Michaelopolis dicta, Carolopolis, Fanum S. Jacobi, & Briſtolium parvum, extenditur in longum ad 22. mill. paſſ. in latum ad 14. & ejus circuitus eſt 25. leucarum circiter, & valde fertilis & dives. Diſtat 25. leucis ab inſula S. Luciæ in Orientem, & pauló ampliùs à Martinica in ortum hybernum.

BARBELA, *Barbela*, fluvius Africæ, in regno Congi. In fluvium Zairum ſe exonerat prope ejus oſtia, & oppidum S. Salvatoris regni primarium rigat.

BARBELLUM, *Barbeaux*, Abbatia Galliæ in Bria provincia, ad Sequanam fluvium, una leuca ſupra Melodunum in Meridiem, dicitur etiam Sacer portus.

BARBERANUM, *Barberano*, oppidulum ditionis Eccleſiæ, in provincia Patrimonii S. Petri, verſus Biedam amnem, 5. milliaribus à Vetralla in Meridiem, & medium ferè inter Tuſcaniam & Bracenum.

BARBERINI, *les Barberins*, populi Africæ, in Nubia regione, & in regno Dangalæ, teſte Thevenoto, eorum præcipua urbs eſt *Sennar*, & dicuntur etiam *les Funges* à Bernicro.

BARBERINUM, *Barberino*, oppidulum Italiæ in Tuſcia, & in agro Florentino, unde nobilis familia Barberina nomen ſumpſit, ſedet in colle in via Florentia Senas verſus, 16. mill. paſſ. à Florentia in Meridiem, & in ejus viciniis ſita erat urbs Semifons alias Reipublica ſui juris, nunc diruta de qua infra ſuo loco.

BARBERINUM, *Barberino*, oppidum Italiæ in Thuſcia, & in agro Florentino, ad Sievam fluvium & ad radices Apennini montis, 4. milliaribus ſupra Scarperiam in occaſum, uti 10. ab arce S. Martini, & 6. à confinio Bononienſis agri, & ditionis Eccleſiæ.

BARBERIUM, *Barbery*, Abbatia Galliæ in Normannia inferiori, & in Baiocenſi agro.

BARBESOLA, fluvius Hiſpaniæ Bæticæ, Plinio, & Ptolemæo, quibuſdam eſt *el Rio Verde* prope Marbellam, ſed aliis eſt *el Rio Guadajara*, inter Eſteponam & Calpen, in ora maris Mediterranei & propè fretum Gaditanum, in Vandalitia.

BARBESOLA, urbs Baſtulorum in Hiſpania Bætica, Ptolemæo, Barbeſula Melæ, nunc, teſte Floriano, eſt *Marbella*, oppidum Vandalitiæ ſuperioris, ſeu regni Granatenſis, in ora littorali maris Mediterranei, ad oſtia fluvii Barbeſolæ ſeu Marbellæ inter Malacam ad ortum æſtivum, & Calpen ad occaſum hybernum, inde 8. hinc 11. leucis diſſitum, aliis eſt *Eſtepona* in Vandalitia, inter Marbellam & Calpen, ſed priorem ſententiam pluribus probat Martinus de Roa, in deſcriptione Malacæ.

BARBEZILLUM, *Barbezieux*, oppidum Galliæ, in Santonia provincia, & in limite Engoliſmenſis, 7. leucis ab Engoliſma in occaſum hybernum.

BARBI, & municipium Barbitanum, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, nunc exciſum jacet, & ejus rudera viſuntur in Vandalitia provincia, vix una leuca à caſtro *Martos* diſſita, & 3. leucis à Giennio in occaſum, teſte Ximena.

BARBITANI, montes Indiæ intra Gangem, quorum meminit Ammianus Marcellinus.

BARBIUM, *Barby*, oppidulum Saxoniæ ſuperioris, caput Comitatus ſeu ditionis adjacentis *das Grafſchaſt Barby* dictæ, quæ ab anno 1660, ſubeſt Duci Saxoniæ per obitum ultimi illius Comitis, ſitum eſt ad Albim fluvium, inter principatum Anhaltinum ad Meridiem & Ducatum Magdeburgenſem ad Septentrionem, 13. mill. paſſ. ſupra Magdeburgum Deſſaviam verſus totidem.

BARBOSTHENES, mons Peloponneſi, in Laconia regione, à Lacedæmone 10. mill. paſſ. diſtans, Livio teſte.

BARBUDA, *la Barboude* Anglis & Gallis, inſula

parva Americæ ſeptentrionalis & una ex Antillis, ſub poteſtate Anglorum, qui in ea habent colonias parvi momenti, diſtat 18. leucis circiter ab inſula S. Christophori in Orientem, 10. autem ab Antiqua inſula in Septentrionem.

BARBYSSOS, ſeu Barbyſes & Barybyſſus Suidæ, nunc *Cartaricon* incolis, & idiotis *Peſtimacorion*, teſtibus Petro Gyllio & Bellonio, fluvius agri Byzantini, in ſinum Ceratinum, ſeu Chryſoceram influens.

BARCA, *Barca*, regio Africæ, inter Ægyptum ad ortum, mare Mediterraneum ad Boream, Syrtim magnam & regnum Tripolitanum ad occaſum, & Biledulgeridiam ad Auſtrum, pars eſt Barbariæ, ſubeſtque dominio Turcarum. Regio eſt ſterilis admodum & inculta, præſertim in mediterraneis, ibi erant alias Lybia exterior, Cyrenaica, & Marmarica, nuncque dividitur in duas partes, nempe in regnum Barcæ quod eſt ad arctos verſus oram littoralem, & in deſertum Barcæ quod eſt ad Meridiem & peramplum, totius regionis caput eſt Barce *Barca*, aliæ urbes ſunt Cyrene *Cairoan*, & Berenice *Bernich* dictæ.

BARCÆI, etiam populi inter Colchos & Iberos, agnatos in bello cæſos vulturibus objicientes, teſte Æliano.

BARCE, mons, & promontorium Cyrenaicæ, teſte Plinio, in ora maris Mediterranei onde Barcæi populi & Barcitæ dicti videntur, propè Ptolemaidem urbem, eorum meminit Virgilius.

BARCE, urbs Cyrenaicæ in Africa, nunc eſt *Barca*, urbs regni Barcæ caput, parva eſt in mediterraneis, & in tractu Meſrata dicto, & 40. mille paſſibus diſtat in ortum ab ora Syrtis majoris.

BARCALORUM, *Barcelor*, urbs Aſiæ, in India & in Canara regione Biſnagariæ, ſub dominio regis Biſnagariæ à paucis annis, cùm priùs eſſet Luſitanorum. Sedet in ora littorali, cum portu, & media fermè inter Goam & Cananoram; aliaſque regio titulo clara fuit.

BARCELUM, *Barcelos*, oppidulum Portugalliæ in provincia Interamnica, ad fluvium *Sourille* dictum, Ducatus titulo inſignitur, vixque 2. leucis diſtat ab ora Oceani Atlantici in ortum Bracaram verſus 3.

BARCENNOM, *Bracciano* nunc, oppidulum Hetruriæ, ad Sabatinum lacum. Vide Arcennum.

BARCATUM, oppidulum Æmiliæ, Paulo Diacono teſte, nunc eſt *Berzeto* caſtrum Ducatus & agri Parmenſis, inter Parmam & Tarum fluvios, intra montem Apenninum, & 22. milliaribus, à Parma diſtans in Meridiem Apuam verſus 16. ibi cœnobium olim celebre à Regibus Longobardis conditum, teſte Ferrario.

BARCINO, *Barſelone*, oppidulum Galliæ in Aquitania & in Armeniacenſi Comitatu, una leuca diſtat ab Aturo in ortum Eluſam verſus, in ipſo limite Vaſconiæ propriæ.

BARCINO, *Barcelone* incolis, *Barcelona* Italis, oppidum eſt Galliæ in Provincia, & in Comitatu Nicenſi, ſedet ad amnem *Hubaye*, eſtque caput agri ſeu vallis cognominis, *le Val de Barcelone*, ad radices Alpium Maritimarum, eratque alias ſub dominio Comitis Provinciæ, ſed ab anno 1388. juris eſt Sabaudici cum toto tractu ſeu agro cognomine, & exſtructa fuit anno 1230. ſub Raymundo Provinciæ Comite.

BARCINO, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis in Læetanis, Plinio, Barcinon Ptolemæo, Barchino Livio, Faventia prius dicta & colonia Faventia, nec non & & Julia Auguſta Barcino, ex veteri inſcriptione, nunc *Barcelona* vulgo incolis & Italis, *Barcelone* Gallis, urbs Cataloniæ Principatus caput & conventus juridicus, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Tarraconenſi, emporiumque maritimum celebre, cum portu capaci & arce in ora maris Mediterranei, ac inter primas Hiſpaniæ urbes, ab Hamilcare Carthaginenſi cognomento Barca condita & nominata, licet Antonius Beutherus ab Hercule conditam ſcribat. Hæc anno ſalutis 805. à Ludovico Pio Imperatore & Rege Franciæ, victis Mauris recuperata fuit, ſedet inter oſtia Bætulonis ad ortum & Rubricati ad occaſum, & juxta ipſam eſt Mons Jovis *Monjuic* vulgo dictus, diſtat 12. leucis à Tarracone in ortum, & 16. à Gerunda verſus Auſtrum, uti 13. ab Auſa, obſeſſa fuit anno 1652. & tandem capta poſt longam obſidionem, in ea obiere Reges Aragoniæ Jacobus II. anno 1327. Alfonſus IV. anno 1336. & Joannes II. anno 1479. de ea Auſonius in epiſtola 24. hinc Barcinonenſis nomen gentis, *Barcelonois* Gallis, *Barceloneſes* Hiſpanis.

BARCINONANSIS COMITATUS, *el Condado de Barcelona*, provincia fuit Hiſpaniæ quæ aliter Catalonia vetus dicta fuit, Comites habuit proprios ſub clientela Regum Franciæ, qui eam Mauris eripuerant à tempore Caroli Magni, anno nempe 801. uſque ad annum 1162. quo Aragoniæ regno juncta fuit, matrimonio Petronillæ reginæ cum Raymundo Berengario Comite Barcinonenſi, & ejus partes erant etiam Comitatus Biſuldunenſis, Cerretanus, Empurienſis, Ruſcinonis, & Urgelenſis.

BARDARUS, ſeu Bardarius, fluvius Macedoniæ celebris, olim Axius dictus, in ſinum Thermaicum erumpens, Zonata & Leunclavio teſtibus, *Vardari* vulgo dictus.

BAROZATIS, oppidum Aſiæ, in India intra Gangem, Ptolemæo, nunc forſan *Bicaner*, in Bacaria regione, 25. leucis circiter a Gange fluvio diſtans, ſub imperio magni Mogolis.

BAROANSA DOMINIUM, *das Herſchaft von Bardt* incolis, tractus Germaniæ in Pomerania citeriori, ubi forſan alias Eudoſes populi, terminatur à Septentrione & Oriente mari Baltico, ab occaſu Ducatu Megalopolitano, & à Meridie Comitatu Gutzkoviæ, ejus urbes ſunt Bardum, Damgardia, & Sunda, ſubeſtque dominio Regis Sueciæ pace Weſtphalica.

BARDERATE, oppidum Liguriæ, Plinio teſte, nunc eſt *Bra*, caſtrum in principatu Pedemontano in colle propè Sturam fluvium & Polentiam urbem exciſam à qua 2. milliaribus diſtat, uti 3. à Claraſco in Boream Taurinum verſus 22. & 8. ab Alba Pompeia in occaſum.

BAROI, qui & melius Longobardi, populi fuere Germaniæ ſub Vindilis comprehenſi, teſte Cluverio, erantque ubi hodie forſan Marchia vetus & Marchia nova Brandeburgica, eorum meminit Paulus Diaconus. Vide Longobardi.

BARDIA, *Barke*, fluviolus Germaniæ ad Bardum urbem fluens, marique exceptus, de quo Fortunatus libro 7.

BAROOMAGUM, *Vertema*, pagus Italiæ in Ducatu Mediolanenſi, à Mediolano 20. mill. paſſ. ex veteri inſcriptione. Vide Verracomacora.

BARDOVICUM, & Barduicum, *Bardevick*, urbs fuit antiqua Saxoniæ inferioris, everſa ab Henrico Leone Duce Saxoniæ anno 1184, manet tantum caſtrum cum oppidulo, paucis nunc conſtans incolis, in Ducatu Luneburgico, ad fluvium *Ilmenow*, vix uno parvo milliari Germanico in Boream à Luneburgo urbe quæ crevit ex ejus ruinis, 3. à Leoburgo in occaſum, & ferè 7. ab Hamburgo in ortum, & 6. mill. paſſ. tantum ab Albi fluvio diſtat.

BARDULI, populi fuere Hiſpaniæ Tarraconenſis, Plinio, qui a Ptolemæo Varduli dicuntur & melius, inhabitabant in ora Boreali, inter Oceanum Cantabricum ad Septentrionem, & Iberum fluvium ad Meridiem, erantque ſub Cantabris latè extenſis comprehenſi, nunc autem in eo tractu ſunt pars orientalis Ipuſcoæ & Alavæ regionum, quæ antea ad Navarræ regnum pertinebant, hodie autem ſub Caſtella cenſentur. Vide Varduli.

Bardum, *Bardt*, oppidum parvum Germaniæ in Pomerania citeriori, cum portu ſatis capaci in ora maris Baltici, arce ſatis ſplendida exornatur, eſtqoe caput Bardenſis dominii, & ſubeſt Regi Sueciæ pace ad Monaſterium & Oſnabrugam ſancita, diſtat autem 3. milliaribus Germanicis à confinio Ducatus Megalopolitani, & à Damgardia in ortum, uti 7. à Roſtochio Sundam verſus tria, capta fuit ab Electore Brandeburgico anno 1677, ſed poſtea Suecis reddita, anno 1679. Pace ad Fanum S. Germani propè Pariſios ſancita, & mediante potenti patrocinio Ludovici Magni Francorum Regis.

Bardum, ſeu Bardium, *Bardi*, oppidulum Italiæ cum arce in Longobardia, intra fines Ducatus Parmenſis, & principatus Vallis Tari, ſedet in ſaxo undique prærupto intra montes, ad Cenum fluvium, eſtque ſedes principis ex Auria gente Genuenſi, 26. mill. paſſ. diſtat à Placentia in Auſtrum Apuam verſus 20, & 26. etiam à Parma in occaſum, eſtque caput Marchionatus Bardenſis, qui parvus eſt admodum, & alias unitus fuerat principatui Vallis Tari, nunc ab eo revulſus eſt.

Bardum, pagus Salaſſorum, Luitprando teſte, nunc eſt *Bard* oppidulum Sabaudiæ, in Ducatu Auguſtano cum caſtro ad Doriam Balteam fluvium & ad radices Alpium, 10. milliaribus ſupra Eporediam Auguſtam Prætoriam verſus 20, in limite Canapicii.

Barea, oppidum Hiſpaniæ Bœticæ, Plinio, quod Bareia Ptolemæo, nunc *Veria* & *Beria*, oppidum Hiſpaniæ in ora regni Granatenſis, teſte Mariana, 11. leucis ab Almeria in occaſum, ultra Abdaram 4.

Baredgina Vallis, *la Vallée de Baredge*, regiuncula Galliæ in Aquitania, & in Bigerrenſi Comitatu, intra montes Pyrenæos, cujus pars eſt mons *Toarmalet* in ea parte ubi fons Aturri fluvii, complectitur tantum 17. caſtra ſeu vicos, teſte Petro de Marca, & in ea ſunt aquæ ſalutares, *les Bains de Baredge*, ad quas ægroti plures in dies confluunt.

Barenſis ager, *la Terra di Bari* incolis, provincia regni Neapolitani, juxta mare Adriaticum, & inter Baſilicatam & Hydruntinam provinciam, ubi alias major pars Apuliæ Peucetiæ. Dicitur aliter Barianus ager, & nomen habet ab ejus primaria urbe Bario. Vide Barianus ager.

Barenſis Ducatus, *le Barois*, provincia Galliæ olim Campaniæ pars, quæ poſtea Ducibus Lotharingiæ in feudum conceſſa fuerat a Galliæ regibus, nunc iterum effecta Francici juris à paucis annis, extenditur à Septentrione in Meridiem cis Moſam fluvium & trans Moſam, à Comitatu Burgundiæ uſque ad Luxemburgenſem Ducatum, inter Campaniam ad occaſum, & Lotharingiam ad ortum, ejus partes ſunt Juriſdictio ſeu Balliviatus Barenſis, *le Baillage de Bar le Duc*, Juriſdictio Baſſiniaci *le Baillage de Baſſigny*; Juriſdictio S. Michaëlis *le Baillage de S. Mihel*; & Comitatus Claromontanus *le Comté ou Baillage de Clermont*, cum annexis, totius autem provinciæ caput eſt Bartum ſeu Baro Ducum, hinc Barenſes populi *les Barois* vulgo.

Barenſis Ducatus Urbes.

Baroducum, *Bar le Duc.*
Claromons, *Clermont.*
Fanum S. Michaelis, *S. Mihel.*
Longovicum, *Longwy.*
Muſſipons, *Pont à Mouſſon.*
Sathanacum, *Stenay.*

Barentinus amnis, ſeu Baſentinus in Lucania, nunc *il Vaſento*, fluviolus Baſilicatæ provinciæ inter Bradanum & Acalandrum, in ſinum Tarentinum ſe exonerans. Vide Baſentinus.

Barescatha, *Bareſcath*, urbs Aſiæ in Mawaralnahra regione, teſte Abulfeda.

Baretium, ſeu Varetium, *Vareſe*, teſte Leandro Alberto, oppidulum probè cultum Italiæ in Ducatu & agro Mediolanenſi, quod & Valleſium à valle dictum, & Vallexium quaſi vallis exitus, ſedet intra colles inter lacus Lucanum & Gavirattum, 10. milliaribus diſtans a lacu Verbano in ortum Comum verſus totidem, & 30. à Mediolano in Septentrionem Lucanum verſus 15.

Bargamum, *Bargamo*, provincia Æthiopiæ ſuperioris in Abaſſinia, inter Fategarium regnum ad ortum, & Cambarum ad occaſum, in ditione Galarum, teſte Hieronymo Lobo Luſitano.

Bargasa, quæ aliter Juſtinianopolis, urbs fuit Aſiæ minoris, in Caria provincia, verſus confinia Lyciæ, 40. milliaribus ab Alabanda in ortum, & paulò ampliùs a Cabyra in occaſum.

Bargemonum, *Bargemon*, oppidum Galliæ in monte in Provincia, quinque leucis ab ora maris Mediterranei in Septentrionem, 2. leucis à Draguignano & 5. à Foro Julio, cum caſtro antiquo, teſte Ludovico Morerio ejus cive viro clariſſimo & de re litteraria optime merito.

Bargylla, urbs Cariæ in Aſia minori, Ptolemæo, & Straboni Bargylia, aliis Bargyliæ & Bargillæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Stauropolitano, in ora maris Ægei, olim celebris, nunc jacens ſub Turcis, inter Miletum ad Boream & Myndum ad Meridiem, ad Bargylum montem à quo nomen accepit, vel à Bargylo Bellerophontis Comite; unde Bargiletæ incolæ Straboni.

Bargylliticus sinus, maris Ægei ſinus in ora Cariæ, Polybio & Livio, qui etiam Jaſſicus dicitur à quibuſdam, eſtque inter Latmiacum ſinum ad Boream, & Ceramicum ad Auſtrum, & Bargyliacus dicitur a Conſtantino Porphyrogenneta.

Barianus ager, *la Terra di Bari* incolis, *la Province de Bar* Gallis, provincia regni Neapolitani in Apulia, ubi alias major pars Apoliæ Peucetiæ, terminatur à Septentrione & ortu mari Adriatico, ab occaſu Capitanata, à qua ſeparatur Aufido fluvio, & à Meridie Baſilicata provincia, & agro Hydruntino, extenditur ab ortu in occaſum & ſic denominatur à Bario ejus urbe primaria, eſtque regio ſatis culta verſus oram littoralem.

Bariani agri Urbes.

Andria, *Andria.*
Barium, *Bari.*
Bituntum, *Bitonto.*
Converſanum, *Converſano.*
Gravina, *Gravina.*
Molfietum, *Molfetta.*
Ruvum, *Ruvo.*
Tranium, *Trani.*
Vigiliæ, *Biſeglia.*

Baria, ſeu Varia, vicus Sabinorum, ad Anienem fluvium, teſte Horatio.

Bariquicimeta, *Bariquicimeto*, provincia Americæ meridionalis, in Veneriola regione in mediterraneis. Hinc oritur fluvius cognominis; qui auctus multis aliis, poſt varios meatus, ſimul cum Pato fluvio in Orenocum fluvium labitur ex adverſo Cayanæ inſulæ.

Baris, urbs fuit Piſidiæ in Aſia minori, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Antiocheno, verſus Taurum montem & fontes Cataractes fluvii, dicta fuit etiam

Brias, 35. mille paſſibus diſtans ab Antiochia Piſidiæ in occaſum hybernum, & 52. ab Aricanda in Septentrionem.

Barium, urbs Apuliæ Peucetiæ, Tacito, Baris Horatio, Varia Antonino, nunc *Bari* incolis, *Bar* Gallis, urbs regni Neapolitani, & in ea parte Apuliæ quæ ab ea Barianus ager dicitur, Archiepiſcopali dignitate fulget, ſedens in ora maris Adriatici cum portu utcumque capaci, eſtque probè munita, & in ea ſervatur corpus S. Nicolai Myrenſis Epiſcopi, media ferè eſt inter Pulinianum ad ortum & Tranium ad occaſum, 20. mill. paſſ. utrinque diſtans, & 24. à Barulo in ortum etiam, uti 120. à Neapoli, 27. autem à Mateola in Septentrionem, à Bara inſula parva propè Brunduſium, teſte Feſto, nomen habet, ab incolis illius condita.

Barinm, ſeu Barum, *Bar*, oppidum munitum Poloniæ, in provincia Podoliæ. Caſtrum habet in colle, & paludibus vallatur, ad amnem *Kow*. 18. milliaribus Polonicis diſtans à Caminieco in ortum, & totidem ferè à Braclavia in occaſum, ſob dominio Turcarum.

Barrum super Albulam, ſeu Albam, *Bar ſur Aube*, oppidum lepidum Galliæ, ſed malè ſtratum in Campania provincia, ſic dictum, quia ad Albulam fluvium ſedet, ad radices collis in tractu peramœno, & in Baſſiniaco tractu. Vino ſuo celebratur, diſtatque 10. leucis à Trecis in ortum, Calvum montem verſus ſeptem, dicitur etiam Bar-Albula a quibuſdam, & hinc Bar-Albulanus nomen gentis, *Barſuraubois* vulgo.

Barium super Sequanam, *Bar ſur Seyne*, urbecula Galliæ, in Burgundiæ Ducatu & Montano agro, propè confinia Campaniæ, ad Sequanam fluvium, 5. leucis ſupra Trecas in Meridiem. Divionem verſus.

Barna, urbs Moëſiæ inferioris, teſte Cedreno, quæ & Varna propè Euxinum Pontum, nunc *Varna* vulgo Italis, *Varne* Gallis, urbs Bulgariæ regni, Epiſcopali dignitate inſignita, & oota clade Chriſtianorum ſub Uladiſtao Rege Hungariæ anno 1444, dicta fuit etiam Tyberiopolis, teſtibus Curopalate & Luca Holſtenio, & ſæpius Dionyſiopolis. Vide ibi.

Barnagassia, *le Barnagas* Gallis, *la Tierra dos Barnagaes* Luſitanis, provincia Æthiopiæ ſoperioris, ſeu pars Abyſſiniæ verſus mare Rubrum, à Septentrione & à regno Bagelæ extenſa in Meridiem verſus regnum *Tigré*, ejus urbs eſt Baroa *Dobarva* in mediterraneis, teſte Hieronymo Lobo Luſitano, ſed propriè pars eſt regni *Tigré*.

Barnastapula, *Barnſtable*, oppidulom Angliæ, in Comitatu Devonienſi, juxta fluvium Tavum, cum portu cognomine, 4. milliaribus ab eo diſtat, 20. antem milliaribus ab Exonia in Boream, Speedo teſte.

Barnevelti arx, *het Barnevelt Schants*, arx Aſiæ in Bachiano inſula in Molucis ſob dominio Belgarum, & ab ipſis ſic dicta in memoriam Joannis Barnevelti.

Barnevelti insula, *het Barnevelt Eylandt* Belgis, *l'Iſle de Barnevelt* Gallis, detecta fuit à Belgis anno 1616. eſtque in mari Magellanico, propè Terram Ignium & Fretum Mæreum, & ſic dicta in memoriam Joannis *Barnevelt* ordinum Hollandiæ advocati.

Baroa, *Baroa* & *Do Baroa*, urbs Æthiopiæ ſuperioris in Abyſſinia, & in Barnagaſſia provincia regni *Tigré* verſus fontes Marrabi fluvii, inter Arquicum ad ortum & Chaxumum ad Meridiem, teſte Hieronymo Lobo Luſitano.

Baroca, & Barocum, *Baroche*, oppidum Aſiæ, in India & Imperio Magni Mogolis, ubi fluvius Narvorus influit in ſinum Cambaiæ, in regno Guzatati, eſtque medium inter Cambaiam ad Septentrionem, & Suratam ad Meridiem.

Baroflectum, *Barfleur*, burgus Galliæ in Normannia inferiori & in Conſtantienſi tractu, olim oppidulum ſatis cultum

Barra, oppidum Cenomanorum in Gallia Ciſalpina, Plinio, nunc *Barriano*, caſtrum agri Bergomenſis intra montes, à Bergomo 10. mill. paſſ.

Barro-Ducum, *Barleduc*, urbs Galliæ, Ducatus Barrenſis præcipua, in clivo, cum caſtro munito, ad fluvium Orneam vulgo *l'Ornain*, diſtat 15. leucis à Nanceio in occaſum Catalaunum verſus 13. eſtque lepida & culta, anteaque ſub Ducibus Lotharingiæ.

Barrovius, *le Barrow*, fluvius Hiberniæ in Lagenia provincia, Caterlogum & Legliniam rigat, deinde recepto Nuta ad Roſſiani labitur, & paulo poſt auctus Severo fluvio Waterfordiæ portum efficit, & in mare Vergivium ſe exonerat.

Barsa, inſula maris Britaonici, teſte Antonino, nunc *l'Iſle de Bas*, inſula Galliæ in ora Boreali Britanniæ minoris ſeu Aremoricæ, propè Staliocanum portum, ſeu Fanum S. Pauli Leonenſis.

Barsaliom, quæ & Sergiopolis poſtea dicta, urbs fuit Armeniæ minoris, ad Euphratem fluvium, inter Samoſatham, & Claudiopolim, teſte Philippo à Vico, quæ à Procopio Syriæ tribuitur. Vide Sergiopolis.

Barsensis Comitatus, Germanis *das Graffſchaft von Berſemburg*, Gallis *le Comté de Bars*, tractus ſeu provincia parva regni Hungariæ, ſub dominio Turcarum à paucis annis & in ſuperiori Hungaria juxta Granum fluvium, inter Biſtricenſem Comitatum ad Septentrionem, Hontenſem ad ortum, Komarienſem ad occaſum, & Strigonienſem ad Meridiem, eſtque in confinio ditionis Auſtriacæ, cujus pars erat ante paucos annos ſub præfectura Neoſelia, & ejus oppida præcipua ſunt Barſa, in colle poſitum *Bars* Hungaris, *Berſemburg* Germanis, & Leiva *Leiva* Hungaris, *Leuventz* Germanis.

Barsita, quæ & Borſippa, urbs Aſiæ, in Babylonia regione, ad Euphratem fluvium, ex præcipuis totius tractus, Philippo a Vico.

Bartonia, *Bartenlandt*, tractus Pruſſiæ, & una ex duodecim ejus partibus antiquis à Venedotio principe anno 733. inſtitutis inter ipſas quartum locum obtinens, inter Nadraviam, Natangiam, Sudaviam, & Varmiam, ubi nunc pars Circuli Natangienſis in Pruſſia Ducali, & in ea ſunt oppida Bartonia *Barten* tractus caput, Allerburgum, Angerburgum, & Bartenſteinum cum aliis caſtris, ſub dominio Electoris Brandeburgici.

Barulum, oppidum Apuliæ Peucetiæ, quod Baretum Straboni ut nonnullis videtur, nunc *Barletta*, oppidum Regni Neapolitani etiam in Apulia & in Barenſi agro, in ora maris Adriatici, 4. milliaribus diſtans ab oſtio Aufidi fluvii in ortum Tranum verſus decem, Cannis urbi exciſæ proximum ad 6. mill. paſſ. & 24. à Bario in occaſum, Sipontum verſus totidem, unum eſt ex quatuor caſtellis Italiæ, ut vocant, & in eo ſedes eſt Archiepiſcopi Nazareni titularis, eſtque amplum & probè cultum.

Barussæ, inſulæ Aſiæ in mari Indico, Ptolemæo, quas interpretantur nunc *Ceram*, *Gilolo*, & *Macaſſar*, cum aliis in viciniis, quæ etiam Moluccæ perſæpe dicuntur.

Baryoasa, ſeu Barigaſa, urbs Indiæ intra Gangem, Ptolemæo, & Arriano, nunc, teſte Luca Holſtenio, eſt *Baroche*, ſed Caſtaldo eſt *Baçaim*, urbs parva & permunita Indiæ in regno Guzaran, in ora littorali maris Indici, ad fauces ſinus Barygazeni, nunc Cambaiæ cum portu capaci, ſubeſt dominio Luſitanorum

à centum quinquaginta annis, & 60. milliaribus diſtans a Surata in Meridiem Goam verſus.

BARYOAZENUS SINUS, ſinus Indiæ intra Gangem, Ptolemæo, ſic dictus à Barygaza urbe ei adjacente, quam recentiores interpretantur *le Golfe de Cambaie*, ſinum Oceani in India propria, & extendit ſe in regno Guzarati Cambaiam uſque, à qua hodie nomen ſortitur. Vide Cambaiæ ſinus.

BARZELLA, *Bardelles*, Abbatia Galliæ in Bituricenſi provincia, ad fluviolum *Nahon* propè Valenciacum.

BARZOOIENSIS COMITATUS, *le Comté de Barzod*, provincia Hungariæ ſuperioris ſub dominio Auſtriacorum, dicitur ab aliis Borſanienſis, eſtque ad confluentes Tarezæ fluvii in Tibiſcum; in Caſſovienſi præfectura & in confinio ditionis Turcicæ, inter Comitatus Zabolcienſem ad Auſtrum, Zemblinenſem ad ortum, Hontenſem ad occaſum, & Tornenſem ad Boream, ejus oppida ſunt Borſania *Barzod*, Onothia *Onoth*, & Tokaium *Tokay*.

BASANAURGUM, ſeu & melius arx Batavorum, oppidulum Batavorum, nunc, teſte Ortelio, eſt *Batenburg* oppidulum Belgii in Ducatu Gueldriæ, ad Moſam fluvium, ex adverſo Meghæ & Ravenſtenii, 2. leucis à Noviomago diſtans in Meridiem. Vide Arx Batavorum.

BASCULI, populi Hiſpaniæ, Varrone teſte. Vide Baſtuli.

BASANTINUS, *il Vaſento*, fluvius Italiæ alias in Lucania, nunc in Baſilicata provincia, inter Bradanum & Acalandrum fluvios in ſinum Tarentinum ſe exonerat, 24. milliaribus à Tarento.

BASERA, urbs Phœniciæ, teſte Stephano, quæ an exſtet incertum.

BASI, Caſtellanorum urbs in Hiſpania Tarraconenſi, Ptolemæo, nunc *Bas*, oppidulum & Vicecomitatus in Catalonia, verſus Pyrenæos montes, inter Campum rotundum & Caprariam oppida, eratque olim urbs Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Tarraconenſi, teſte Ferratio.

BASIANA, quæ & Baſſiana, urbs Pannoniæ inferioris, Ptolemæo, & Antonino, nunc, teſte Lazio, eſt *Poſega*, urbs Hungariæ in Sclavonia regione, Comitatus Poſegienſis caput, ad fluvium Oriavam qui duobus milliaribus Germanicis infra in Savum ſe exonerat, ſubeſt dominio Turcarum à pluribus annis cum toto tractu, Epiſcopali dignitate gaudet ſub Archiepiſcopo Colocenſi, vix 2. milliaribus Germanicis diſtans a limite Boſniæ in Boream, uti 13. à Jaicza Quinque Eccleſias verſus totidem: aliis autem videtur *Bantz* caſtrum ad Savum fluvium, inter Sirmium ad occaſum & Taurunum ad ortum, ex quodam itinerario antiquo, ſed recentiores exiſtimant Baſſianam urbem fuiſſe Pannoniæ ſuperioris, ubi nunc *Guncz* caſtrum Auſtriæ inferioris, in limite Hungariæ, ad fluvium cognominem, & propè Sabariam.

BASILEA, urbs Galliæ Lugdunenſis in Rauracis, quæ Baſilia dicta fuit à Marcellino, & in Itinerario, *Baſel* Germanis, *Baſle* Gallis, *Baſil* Anglis, & *Baſilea* Italis, & Hiſpanis, urbs Helvetiæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Veſuntino, alias Arialbinum dicta fuit, ut exiſtimat Cluverius, & crevit ex ruinis Auguſtæ Rauracorum, urbis exciſæ ad 2. milliaria Germanica in ortum diſtantis, urbs eſt ampla & probè culta, totiuſque Helvetiæ præcipua, & caput Baſileenſis pagi, in ipſo limite Suntgoviæ provinciæ ditionis Francicæ ſedet ad Rhenum fluvium, qui eam bifariam ſecat nempe in majorem quæ citra, & in minorem quæ ultra, ibique excipit fluvios Birſam, è monte Jura profluentem, & Uvieſam è ſylva nigra, ejus Epiſcopus, quod urbs à Catholica religione prorſus defecit, Brundusiæ oppido commoratur, & Capitulum Friburgi Briſigaviæ à Baſilea 6. milliaribus Germanicis etiam diſtantis, ipſa 18. milliaribus ſimilibus diſtat à Conſtantia in occaſum, uti 12. à Tiguro, & 38. ab Auguſta Vindelicorum, ab Argentorato vero 14. in Meridiem, fuit olim urbs Imperialis & libera facta anno 1392. ſed ab Imperio exempta fuit anno 1501. in ea celebratum fuit Baſileenſe Concilium anno 1431. ſub Eugenio IV. Summo Pontifice, & hinc Baſileenſis nomen gentis, *Baſlois* Gallis,

BASILEENSIS EPISCOPATUS, *das Biſthumb von Baſel* Germanis, *l'Eveſché de Baſle* Gallis, tractus Germaniæ in circulo Rheni ſuperioris, intra montem Juram, ſub dominio Epiſcopi Baſileenſis, terminatur à Septentrione Suntgovia propria, ab occaſu Comitatu Burgundiæ, & à Meridie & ortu pagis Bernenſi, Solodurenſi, & Baſileenſi, ejus autem urbes ſunt Brundusium *Porentru*, tractus caput, & Delmontium, ibique alias fuere Rauraci populi pro majori parte, ejus præcipua pars dicitur *l'Elſgaw* Alſgaugenſis Comitatus, alia vero *les franches montagnes* montes liberi, ſed vix aliquid ab Imperio pendet.

BASILEENSIS PAGUS, *le Canton de Baſle* Gallis, *die Oort von Baſel* Germanis, tractus Helvetiæ, & unus ex 13. pagis ſeu cantonibus, ut vocant, Helvetiorum, inter ipſos nonum locum obtinens, fœderi Helvetico ſe conjunxit anno 1501, parvi admodum eſt circuitus, quamquam ſub ſe habeat 5. præfecturas minores ſeu Caſtellanias, eſtque inter Briſigaviam & ſylvam Nigram ad Boream & partim ad ortum, pagum Solodurunſem ad Meridiem, & Suntgoviam Baſileenſemque Epiſcopatum ad occaſum, ejus unica urbs eſt Baſilea.

BASILIA, locus Galliæ Belgicæ in Remenſi pago, cujus fit mentio in itinerario Antonini, nunc interpretantur *Vadelaincourt* vicum Campaniæ provinciæ, inter Remos & Axonam fluvium, Virodunum verſus.

BASILIA, regio Europæ, Diodoro & Pythææ, quæ Baltia Platoni, & Timæo, Scandia Ptolemæo, & melius Scandinavia Plinio, & Solino, malè ab antiquis credita inſula maxima Oceani ſeptentrionalis, inter ipſum & mare Balticum; cùm vix dici poſſit peninſula longè lateque verſus Septentrionem & Orientem extenſa, in ea ſunt Norvegiæ & Sueciæ regna. Vide Scandinavia.

BASILICATA, *la Baſilicata*, provincia regni Neapolitani, ſub qua olim major & potior pars Lucaniæ, terminatur à Septentrione agro Bariano, & partim Hydruntino tractu, ab ortu ſinu Tarentino, ab occaſu Principatu citeriori, & ulteriori, & à Meridie Calabria citeriori, regio eſt ſatis ſterilis & inculta, quæ ſub Calabria latè ſumpta perſæpè comprehenditur, ejus primaria urbs eſt Acherontia *la Cirenza*, verſus Apenninum montem, aliæ autem urbes ſunt Lavellum, Mons Piloſus, Potentia, Tricaricum, & Turſia.

BASILICATA ULTERIOR, dicitur aliquando Hydruntina provincia regni Neapolitani, in actis mediæ ætatis.

BASILICUS, ſinus Joniæ in Aſia minori, teſte Plinio.

BASILIUES, populi fuere Sarmatiæ Europææ, Ptolemæo, ſub Hamaxobiis, eo in tractu ubi nunc forſan Ducatus Moſcovienſis & Rezanenſis, ut exiſtimat Brietius.

BASILIPPO, oppidum Hiſpaniæ Bœticæ, ex itinerario Antonini, nunc eſt *Cantillana* caſtrum Vandalitiæ, prope Bætim fluvium, 20. mill. paſſ. ſupra Hiſpalim in ortum Cordubam verſus, teſte Roderico Caro in antiquitatibus Hiſpalenſibus.

BASILISSANA, provincia fuit Armeniæ majoris, teſte Ptolemæo, in ejus parte Boreali, inter Moſcios montes ad Septentrionem, Euphratem fluvium ad Me-

ridiem, & Armeniam minorem ad occaſum, obi nunc etiam pars Armeniæ, teſte Caſtaldo, ſubeſtque dominio Turcarum.

BASILIUS, fluvios Meſopotamiæ, inter Euphratem & Tigrim in Meridiem fluens, inque Euphratem labens, teſte Strabone.

BASILOPOLIS, *Baſilougorod*, urbs Tartariæ Moſcoviticæ, in regno Caſanenſi, ad Confluentes Suræ fluvii in Volgam. Urbs eſt oova, à Duce Joanne Baſilio condita ſæculo elapſo, & etiamnum ſubeſt Duci Moſcoviæ

BASRA, *Baſra*, oppidum Africæ, in regno Fezzæ & provincia Haſbata, juxta Lucum fluvium, 30. milliaribus à Sala diſtans verſus ortum, & prope confinia Aſgaræ provinciæ, teſte Marmolio.

BASSACUM, *Baſſac*, Abbatia Galliæ in Santonia provincia, ad Canentulum fluvium, una leuca à Jarnaco diſtans Orientem verſus.

BASSANIA, oppidum erat Macedoniæ in Illyrici confinio, teſte Livio, prope Liſſum urbem, inde 5. mill. paſſ. diſtans

BASSANOM, *Baſſano*, oppidum Italiæ, in Marchia Tarviſina inter Coveliacam arcem & Patavium, in valle arctiſſima, ſub dominio Venetæ Reipoblicæ, ad Meduacum fluvium, bioc tractus adjacens *il Baſſaneſe* dicitur & 12. milliaribus diſtat à Vicentia in Septentrionem.

BASSA, *la Baſſee*, oppidum Galliæ in Comitatu Flandriæ, & in ipſo limite Arteſiæ, antea munitum & pluries captum, nonc ſub dominio Francorum ab anno 1668, pace ad Aquiſgranum ſancita, 4. leucis diſtans ab Atrebato in Septentrionem, & 3. ab Inſulis in occaſum.

BASSIANA, urbs Pannoniæ inferioris Antonino. Vide Baſiana.

BASSINIACUS AGER, & Baſiniacum, *le Baſſigny*, tractus Galliæ in parte aoſtrali Campaniæ, verſus Burgundiam & Barenſem Ducatum, prope fontes Matronæ & Moſæ fluviorum, ſed cjus veri periere limites lapſu temporis, in eo reperiuntur urbes Lingones, Calvomontium, & oppida Barrum ſuper Albulam, Andelovium, Clemontium, Montiniacum Regium, & Novigentum Regium, ejus pars eſt etiam in Barenſi Ducatu verſus Meridiem, inter fontes Araris & Moſæ, ubi tractus *le Baſſigny* dictus, in quo oppidula Caſtilio ad Ararim, Marchia, Gondrecurtia, & aliquot loca parvi momenti.

BASSI-VILLA, *Bas-ville*, oppidum Americæ, in Mattinica, inſula una ex Antillis, recens à Gallis conditum prope arcem Regiam, & ſic dictum in honorem vir. clar. *de Bas*. harum partium Gubernatoris, cum portu peramplo & tuto.

BASTA, ſeu ut alii ſcribunt, Haſta, oppidum exciſum Salentinorum, Plinio, verſus oram maris Hadriatici, nunc *Vaſte*, vicos parvus agri Hydruntini, prope Caſtrum urbem, & 5. milliaribus ab Hydrunto in Meridiem Japygium promontorium verſus 14.

BASTARNÆ, populi, Sarmatiæ Europææ in ejus parte occidentali, Straboni, & Tacito, qui Baſternæ, Plinio, inter Sarmatiam Europæam propriè dictam ad ortum, Venedos ad Septentrionem, Peucinos ad occaſum, & Daciam ad Meridiem, & ſob ipſis erant Baſtarnæ proprii, Aniadoci, Bodioi, Gevini, Tagri, & Tyrangitæ, erantque forſan in ea parte, ubi nunc ſunt Ruſſia rubra, Podolia, & Volhinia, quæ provinciæ ſunt regni Poloniæ, ut exiſtimat Cloverius.

BASTARNÆ PROPRII, populi fuere Sarmatiæ Europææ, ſub Baſtarnis late ſumptis contenti, Plinio, erantque circiter verſus oſtia fluvii Boriſthenis, ubi nunc Ucrania regio Poloniæ, teſte Cloverio.

BASTI, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, teſte Antonino, in Bæticæ confinio, & Baſtitanorum caput, prope montem Oroſpedam, nunc vero urbs *Baza* dicta in regno Granatenſi contenta, olim Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Illiberitano, fuit alias probe munita, hodie paucis conſtans incolis, deficit in dies, ſedetque verſus limites regnorum Caſtellænovæ & Murciæ, 6. leucis diſtans ab Accitio ortum æſtivum, uti 15. à Granato, & totidem a Gienno in ortum hybernum, 16. vero ab Almeria in Septentrionem, ſita eſt ad radices collis, & in valle ab ea *Hoya de Baya* dicta ad fluviolum ignobilem.

BASTIA, quæ & Baſtita nonnullis, urbs Italiæ, & Corſicæ inſulæ caput, vulgò *la Baſtia*. Sita eſt in parte ſeptentrionali inſulæ, ubi alias Mantinum & Mantinorum oppidum. Gaudet arce munita & portu ſat capaci in littore Thuſco ibique degit Gubernator Genuenſis inſulæ. Diſtat vigioti milliaribus à Sacro promontorin dictæ inſulæ in Auſtrum, & 70. circiter milliaribus a Bonifacio in Septentrionem.

BASTITANI, populi fuere Hiſpaniæ Tarraconenſis, Ptolemæo, verſus Meridiem, qui Baſtetani etiam dicti Straboni, & Plinio, eorum termini erant ad ortum Conteſtani, ad Septentrionem Carpetani, & Oretani, ad occaſum Turduli, & ad Auſtrum mare Mediterraneum, ſicque à Septentrione in Meridiem protendebantur, circiter ubi nunc regnum Murciæ, & Diœceſis Accitana in parte orientali regni Granatenſis, horum caput Baſti.

BASTONACUM, *Baſtoigne*, oppidum Belgii, in Ducatu Luxemburgico, propè Arduennam Sylvam. Octo leucis à Luxemburgo diſtat. Aliis eſt Baſtonia; eſtque adeò lepidum & cultum, ut ab incolis *Paris en Ardenne* dicatur.

BASTULI, qui & Pœni dicti, populi fuere Hiſpaniæ Bæticæ, Ptolemæo & Melæ, propè fretum Gaditanom incolentes & verſus oram maris Mediterranei, ubi nunc pars meridionalior Vandaliriæ regionis, & pars maritima regni Granatenſis verſus occaſum Almeriam uſque, eorum oppida fuere Abdara, Barbeſola, Carteia, Cartima, Malaca, Munda, & Sexi.

BASURURA, *el rio Baſurure*, fluvius Americæ meridionalis in Caribana regione. In fluvium Amazonum cadit paulò infra fluvium Cutiguaram, Petro Texeira teſte.

BATANAGRA, urbs Aſiæ, in India intra Gangem, Ptolemæo. Quibuſdam eſt *Naugracut* urbs ampla, in dominio Magni Mogolis, ad Hidaſpem fluvium, caput regionis cognominis adjacentis, ſed ex levi conjectura.

BATANCÆSARA, orbs Indiæ intra Gangem, Ptolemæo, in regione Praſiorum, nunc *Baicadul*, teſte Caſtaldo ex levi tamen conjectura, ſed alii exiſtimant eſſe *Calſery*, oppidum regni Jambæ ſub Imperio Magni Mogolis, 35. leucis à Gange fluvio in occaſum.

BATAVA, & Batavæ, urbs Norici, in libro Notitiæ, ubi cobors nova Batavorum erat, poſtea Batava caſtra dicta, & tandem Patavia & Patavium, nunc, teſte Marco Velſero cum aliis, *Paßaw*, urbs Germaniæ intra fines Bavariæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Saliſburgenſi, & ſub dominio proprii Epiſcopi, cum tractu parvo adjacente inter ipſam & Bohemiam, ſedet ab Danubium fluvium ubi recipit Oenum, eſtque triplex, ona dicitur *Paſſaw* proprie, ſupra & juxta confluentes Oeni in Danubium, alia *Inſtat*, juxta & infra confluentes, è regione primæ, & tertia *Ilſtat*, quæ verſus Bohemiam ubi Ilſa amnis in Danubium cadit, incendio penè tota conflagravit anno 1662, diſtat 12. milliaribus Germanicis à Saliſburgo in Boream, & 19. à Ratiſbona in ortum Lintium verſos 8. Vide Patavium.

BATAVI, populi Germaniæ inferioris in Gallia Belgica, teſtibus Ptolemæo, Cæſare, & Tacito,

quorum regio poſtea Batavia dicta fuit, inter oſtia Rheni & Moſæ poſita, quam nunc Hollandiam vocant, *Hollands* incolis & Germanis, *la Hollande* Gallis, ſed notandum quod Batavia differt ab Hollandia, eo quod tres tantum partes auſtrales Comitatus Hollandiæ ſub Batavia antiqua complectebantur, non autem Weſt-Friſia ſeu Friſia occidentalis, quæ ejus pars eſt Borealis, & vice verſa ſub Batavis erat ager inter duo brachia Rheni ab ortu in occaſum extenſus, ubi nunc *la Betuwe*, uti & Tetrarchia Noviomagenſis in Ducatu Gueldriæ. Batavi autem terminabantur ab occaſu Oceano Germanico, à Meridie Toxandris, & Menapiis, ab ortu Gugernis & Uſipetibus, & à Septentrione Friſiis, Caninefatibus, & Marſatiis, eorum præcipua urbs fuit Lugdunum Batavorum, & ſub his cenſebatur Batavorum inſula de qua infra, hinc Batavus nomen gentis. Vide Hollandia.

BATAVIA, *Batavia*, urbs recens Aſiæ, in mari Indico & in inſula Java, ſub provinciarum unitarum Belgii dominio ab anno 1619. ab ipſis excitata loco Jacatræ dirutæ. Eſt permunita, in plano perferaci, & emporium celebre; ita ut nunc cenſeatur ex præcipuis illarum partium, cum caſtro & valido præſidio; dicitur etiamnum ſæpè *Iacatra* ab exteris & à Javanis illarum partium incolis, ibique reſidet Præfectus Generalis pro Societate Belgica Indiarum orientalium. Diſtat à Bantamo 18. leucis in ortum, & 60. circiter à Materano in occaſum, & à paucis annis multum defecit propter continua bella cum Rege Bantami à quo etiam fruſtra obſeſſa fuit anno 1659.

BATAVIA, *het Rivier Batavia*, fluvius Aſiæ, in Carpentaria regione parte Terræ Auſtralis, recenter ab Belgis luſtratus, ſed tantùm verſus ejus oſtia.

BATAVODURUM, oppidum Galliæ Belgicæ & Germaniæ inferioris, Ptolemæo, in Batavis, nunc *Wyc*, oppidum Ultrajectinæ provinciæ in Belgio, quod Duroſtadum dicitur à Latinis recentioribus, ſedet ad Rhenum fluvium ubi Lycum foſſam efficit, 5. milliaribus Germanicis ab Arenaco in occaſum, uti à Noviomago, & 3. à Bommelia in Septentrionem Trajectum inferius verſus.

BATAVIA, *le Betau*, tractus Belgii uniti in Gueldriæ Ducatu. Vide Batavorum inſula.

BATAVORUM INSULA, tractus Galliæ Belgicæ, & Batavorum pars, inter verum & antiquum Rheni alveum ad Septentrionem, & Vahalim ad Meridiem, in longum extenſus à ſciſſura Rheni ad ortum, ubi nunc arx Schenckia, uſque ad oram Oceani Germanici ad occaſum, inter duo Rheni oſtia, ejus major pars ad Occidentem ſub Hollandia nunc complectitur, ſed pars orientalis etiamnum veteris nomenclaturæ veſtigia retinet, nam *Betuwe* ab incolis vocatur, & *le Betau* à Gallis, eſtque pars Ducatus Gueldriæ & Tetrarchiæ Noviomagenſis, cum alias fuerit etiam ſub Comitatu Hollandiæ comprehenſa, dividitur in ſuperiorem ad ortum, *Over Betuwe*, & in inferiorem *Neer Betuwe* incolis ad occaſum.

BATENUS ARX, locus Germaniæ inferioris, nunc interpretantur *Battenburg* oppidulum Belgii uniti in Ducatu Gueldriæ, ad Moſam fluvium, 2. leucis à Noviomago diſtans, dicitur ſæpius arx Batavorum. Vide ibi.

BATHANATUS, oppidum Pannoniæ inferioris, Athenæo, nunc Lazius interpretatur Bathiam *Batka* & *Bataſec* oppidum Hungariæ, Comitatus Bathienſis caput, ad Danubium fluvium ubi recipit Sarvitiam, non longè à confluentibus Dravi fluvii, 4. milliaribus Hungaricis ab Altinio in Meridiem, & 7. à Quinque Eccleſiis in ortum, dicitur ab aliis Bachia, eſtque Epiſcopalis urbs ſub Archiepiſcopo Colocienſi cui perpetuo unita eſt.

BATHIENSIS COMITATUS, *le Comté de Batka*, provincia parva Hungariæ ſub dominio Turcarum, ejus major pars eſt trans Danubium fluvium Tibiſcum verſus, terminaturque ab occaſu Tolnenſi Comitatu, à Septentrione Peſtenſi, ab ortu Orodienſi, & à Meridie Bodtoghienſi Comitatu, & ejus urbs præcipua eſt Bathia *Batka* & *Bathaſeck* ad Danubium.

BATHIS, fluvius Siciliæ, Ptolemæo, nunc, teſte Fazello, eſt *Iati*, in valle Mazaræ, nomen habet ab Jeta oppido, juxta quod oriens decurrit, ut quidam aiunt, & in ſinum Segeſtanum ſe exonerat, propè Elymam urbem exciſam ad 3. millia paſſuum.

BATHONIA, nunc *Akemanceſtre*, locus Angliæ, teſte Matthæo Weſtmonaſterienſi ad quem Divus Elphegus occiſus traditur.

BATHONIA, *Bathe*, urbs Angliæ occidentalis, in Comitatu Somerſetenſi, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Cantuarienſi, olim Aquæ ſolis, & Aquæ calidæ, & mons Badonicus, ſedet ad Avonam fluvium in limite Viltoniæ Comitatus, & 15. milliaribus Anglicis diſtat à Briſtolio in ortum Vintoniam verſus, & 27. à Glocestria in Auſtrum, ei unitus eſt Epiſcopatus Wellenſis.

BATHRACUS, oppidum Marmaricæ littorale, Ptolemæo, nunc *Trabuco* dictum, teſte Mercatore, inter Cherſoneſum magnam & Antipirgum.

BATHYCOLPUS, Heſychio, nunc *Biutere*, ſeu *Bindere*, id eſt magnum nemus, ſeu magnus fluvius; fluvius ſinuſque Thraciæ prope Byzantium, teſte Petro Gyllio qui fluvius Bithynias, Plinio, & Bathynius, Ptolemæo, dicitur, Bathinio Græcis, & *Bindere* Turcis.

BATHYNIAS, fluvius Thraciæ ex monte Rhodope fluens, teſte Plinio. Vide Bathycolpus.

BATIA, oppidum fuit Aboriginum, in Sabinis, à Reate urbe 30. ſtadiis diſtans, teſte Dionyſio Halicarnaſſeo.

BATIA, urbs Hiſpaniæ Bæticæ, nunc *Baeça* in Vandalitia regione. Vide Biatia.

BATIANA, oppidum Galliæ Narbonenſis, in Segalaunis Antonino, ubi forſan nunc *Lauriol*, oppidum Delphinatus in Gallia, una leuca à Rhodano fluvio diſtans.

BATICALA, *Baticala*, urbs altera Aſiæ, in peninſula Indiæ intra Gangem, in ora littorali maris Malabarici, & caput regni cognominis, ſub ditione Regis *Onor*, ſed in feudum Regis Biſnagaræ, parva eſt admodum & gaudet portu ſat capaci, inter urbes Onorum & Barcelorum, in Canara regione.

BATICALÆ REGNUM, *le Royaume de Baticala*, Regnum Indiæ intra Gangem, in ora Oceani Indici, parvi eſt circuitus, ſub dominio Regis *Onor*, cum urbe primaria cognomine in Canara regione.

BATICALONIUM REGNUM, *le Royaume de Baticalon*, regio parva Indiæ, in inſula Taprobana ſeu Ceylani, & in ejus ora ad Orientem, inter regnum Jalæ ad Auſtrum, regnum Trinquemalæ ad Septentrionem, & Candeanum ad occaſum.

BATICALONIUM, *Baticalon*, urbs Aſiæ, in India & inſula Ceylani, in ditione Belgarum à paucis annis. Caput eſt regni cognominis, in ora orientali inſulæ, 40. circiter leucis diſtans ab urbe Columbo in ortum.

BATIENNI, populi Liguriæ, Ptolemæo, qui Bacienni vocantur à Paterculo, ſed à Cluverio & aliis Vagienni dicuntur, & eorum oppidum Auguſta Vagiennorum. Vide Vagienni.

BATINA, Italiæ urbs in Apulia ad radices Apennini, ejus rudera nunc dicuntur *S. Maria di Banza* in Baſilicata provincia, 7. mill. paſſ. à Venuſia in ortum, teſte Luca Holſtenio.

BATINA, urbs fuit Mediæ, Ptolemæo, quæ Iſidoro eſt Batana.

tum, teſte Luca Holſtenio.

BATINA, urbs fuit Mediæ, Ptolemæo, quæ Iſidoro, eſt Batana.

BATINUS, & Batinum, fluvius Piceni, Plinio, qui Matrinus Straboni, nunc *il Tordino* dicitur a Pontano, & Cluverio, aliis vero *il Trontino*, teſte Natali Bonifacio, Teramum urbem rigat, & propè Juliam novam in mare Adriaticum ſe exonerat in Aprutio Ulteriori.

BATINUS SALTUS, in Apulia Peucetia, Horatio, à Batia ſeu Bantia, oppido ioter Venuſiam & Acherontiam urbes.

BATNÆ, oppidum Meſopotamiæ, propè Niſibin urbem, amœnitate Tempis Theſſaliæ comparandum, teſte Amniano.

BATOCHINA, *la Batochina*, inſula ampla Aſiæ, propè Molucas, quæ aliter & ſæpius Gilolum dicitur. Vide ibi.

BATONIA, *l'Iſle Baton*, ſeu *Buton* quibuſdam, inſula eſt parva Aſiæ in mari Indico. Vide inſula Batonia.

BATONII MONTES, *Schiltberg*, montes Hungariæ inferioris, inter Danubium fluvium ad Septentrionem & Balatonium lacum ad Meridiem extenſi, teſte Lazio.

BATTA, *Batta*, provincia eſt ampla regni Congi in Africa, & una ex ſex ejus partibus, maxime ad ortum extenſa verſus mediterranea, habens ad Septentrionem Paogi & Sundæ provincias, uti Pembam ad occaſum, & lacum Aquilundam ad ortum, irrigaturque fluvio Berbela qui ipſam mediam ſecat, ejus oppidum præcipuum eſt Batta *Batta*, in ejus parte Boreali, 100. mill. paſſ. ab urbe Soteropoli in Orientem.

BATTARUS, fluvius Corſicæ inſulæ, vulgo *il Guattaro* dictus, teſte Scaligero.

BATUECI, populi Hiſpaniæ, vulgo *los Batuecas* dicti, in regno Legionenſi, intra montes altiſſimos, & in Diœceſi Caurienſi, inter montem Rupem Franciæ dictum ad occaſum & fluvium *Tormes* ad ortum, atque inter Salmanticam ad Septentrionem & Cauriam ad Meridiem, in valle fertiliſſima ab his *el Val de Batuecas* dicta, ad fluvium cognominem: reliquiæ ſunt Gothorum, & caſu detecti fuerunt à Duce Albano, ultimo ſæculo, teſtibus Mariana & aliis.

BATULUM, oppidum fuit Campaniæ, teſte Silio. cujus hodie nullum prorſus extat veſtigium. Meminit illios Virgilius libro 7. Æneidos.

BATUM, flovius Brutiorum cum oppidulo cognomine, Plinio, nonc *il Bato* in Calabria citeriori, poſt Blandonam oppidum in mare Tyrrhenum influens.

BAVACUM, *Bavay*, oppidulum perantiquum Belgii, in Hannoniæ Comitatu, quod olim Bagacum dictum ab Antonino, 3. leucis diſtat à Valencenis in ortum, & 4. à Montibus in Meridiem. Deficit in dies, & paucis ounc conſtat incolis ſub Gallis, juxta *l'Hoſteau* amnem, & in eo etiamnum viſuntur Circi ruinæ, muri ſubterranei & ingentia ædificiorum fundamenta in pomœrio, uti veſtigia Aquæductuum quæ non procul inde cernuntur.

BAVARIA, regio Germaniæ perampla & fertiliſſima, olim Vindelicia vocata, & poſtea à Boiis Boiaria dicta, reges habuit alias proprios, nunc etiam Ducatus titulo clara, *die Bayern* incolis dicta, *la Baviere* Gallis, & *la Baviera* Italis & Hiſpanis, terminatur ab Oriente Auſtria & Archiepiſcopatu Saliſburgenſi, à Meridie Comitatu Tirolis, ab Occidente Suevia, & à Septentrione Palatinatu ſuperiori & Bohemia, ejus Dux eſt Imperii Elector quintus à paucis annis, & ejus etiam dominio ſubeſt Palatinatus ſuperior ſeu Bavariæ, pace Weſtphalica, torius Bavariæ caput eſt Monachium ad Iſaram, ubi Ducis ſedes: tota aorem ditio Bavariæ Ducis nunc duplex eſt, nempe ſuperior Bavaria *Obern-Bayern*, ubi Monachium & Ingolſtadium: & inferior Bavaria *Nider-Bayern*, ubi Straubinga & Burchuſia, ſed tamen perſæpe dividitur in quinque partes ſeu regimina, dicta *Regierung*. ſcilicet pro ſuperiori Bavaria regimen Monachii *Regierung Munchen*, pro inferiori Bavaria tria, nempe Regimen Burchuſiæ *Regierung Burchauſen*, regimen Landshutæ *Regierung Landshut*, & regimen Straubingæ *Regierung Straubing*, & pro ſuperiori Palatinatu Regimeo Ambergæ *Regierung Amberg*, tota regio fertilis eſt admodum & rigua, & ejus Duci ſubſunt etiam Donaverta ad Danubium, & Mindelheimum in Suevia, ſed Ducatus Neoburgicus, ditio Friſingenſis Epiſcopi & Paſſavienſis Epiſcopi ſubſunt propriis principibus, quamquam intra fines Bavariæ, uti Ratiſbona urbs, quæ Imperialis eſt & ſui juris: & Bavariæ pars fuit olim Auſtria ſoperior, ante Friderici primi Imperatoris tempora, uti etiam Cufſteinum in Comitatu Tirolis, cum tractu adjacente ad Oenum fluvium, hinc dicti Bavari populi, *Bayeriſche* accolis, *les Bavarois* Gallis, & *li Bavareſi* Italis.

BAVARIA INFERIOR, ſic dicitur io actis mediæ ætatis ea Germaniæ provincia, quæ nunc Bavariæ Ducatus vocatur, ſive Bavaria ſimpliciter.

BAVARIA ORIENTALIS, provincia Germaniæ, quæ & Marca Bavariæ dicta fuit in titulis mediæ ætatis, nunc tractus ad Aniſum fluvium, teſte Lazio.

BAVARIA SUPERIOR, ſic dicitur in actis mediæ ætatis provincia Germaniæ, quæ nunc Palatinatus ſuperior ſeu Bavariæ nuncupatur.

BAVARIÆ URBES PRÆCIPUÆ.

Braunodunum, *Braunaw*.
Burchuſia, *Burchauſen*.
Friſinga, *Freiſinghen*.
Ingolſtadium, *Ingolſtadt*.
Monachium, Ducatus caput, *Munchen*.
Novoburgum, *Neuburg*.
Ratiſbona, *Regensburg*.
Straubinga, *Straubing*.
Vaſſerburgum, *Vaſſerburg*.

BAVARIÆ, pars eſt etiam Saliſburgenſis ditio, ſub proprio Archiepiſcopo. Vide Saliſburgenſis.

BAVARIÆ CIRCULUS, *das Bayeriſche Creiß* incolis, *le Cercle de Baviere* Gallis, una ex novem partibus ſeu circulis Germaniæ, in his ſecundum locum obtinens, ſub eo ſunt Ducatus Bavariæ cum Palatinatu ſuperiori, Archiepiſcopatus Saliſburgenſis, Epiſcopatus Friſingenſis, Paſſavienſis, & Ratiſbonenſis, cum Ducatu Neoburgico, terminatur ab ortu & Meridie circulo Aoſtriæ, ab occaſu circulis Sueviæ & Franconiæ & à Septentrione regno Bohemiæ.

BAVARIÆ PALATINATUS, ſeu Palatinatus ſuperior, ſive Noricum, vulgò *das Nortgow* & *das Ober Pfaltz* incolis, *le haut Palatinat* Gallis, provincia Germaniæ in Bavaria, alias ſub dominio Electoris Palatini, nunc autem Duci Electori Bavariæ ſubdita. Vide Palatinatus ſuperior & Norgovia.

BAUCIUM, *les Baux*, caſtrum Galliæ in Provincia, vix 3. leucis ab Arelate in ortum Aquas Sextias verſus, unde dicti alias principes magni nominis.

BAUCONICA, urbs Germaniæ ad Rhenum fluvium, nunc *Oppenheim*. Vide Bonconica & Oppenheimum.

BAUDEANICUS ATORRUS, *l'Adour de Baudean*, fluvius Galliæ in Vaſconia. Vide Aturrus.

BAUDOBRIOA, *Boppart*, oppidulum Germaniæ, ad Rhenum, 10. mill. paſſibus ſupra Confluentes, in ditione Electoris Trevirenſis. Vide Bodobriga.

BAUGEZIUM, *Baugerais*, Abbatia Galliæ in Turonia provincia, 3. leucis a Caſtillione ad Ingerem diſtans in Septentrionem.

BAUJOVIENSES TRACTUS, *le Beaujolois*, provincia parva Galliæ, quæ Bellojovienſis etiam dicitur. Vide ibi.

Digitized by Google

BAOJOVIUM, *Beaujeu*, oppidum Galliæ, in Lugdunenſi provincia, caput regiunculæ ab eo dictæ Baujovienſis, *le Beaujolois*, à quibuſdam etiam Bellijocum vocatur. Ad rivum *Ardiero* ſedet, 8. leucis diſtans à Lugduno in Septentrionem, & tribus ab Arari fluvio.

BAULI, locus Campaniæ Plinio, & Suetonio, nunc *Bagola* ſive *Bauli* locus Terræ Laboris, inter Miſenum urbem exciſam & lacum Baianum, teſte Ferdinando Loffredo, a Puteoli 3. milliaribus diſtans.

BAVOTA, oppidulum Italiæ in Salentinis, Antonino, nunc *Parabita* vicus regni Neapolitani in provincia Hydruntina, ad radices Apennini montis, teſte Cluverio, 6. milliaribus diſtans à Gallipoli in ortum.

BAUSCUM, *Bausko*, ſeu *Bautske*, oppidulum Livoniæ, in Semigalia, ad fluvium Muſſam, ex Samogitia exeuntem, qua Suſſam fluviolum recipit. Occupatum fuit bis à Succis bis ultimis temporibus, ſed poſtea redditum Duci Curlandiæ, 4. milliaribus Germanicis diſtat à Mittavia in ortum.

BAUTÆ, pagus Allobrogum in Gallia Narbonenſi, ex itinerario Antonini, nunc Simlero & aliis, eſt *la Bonneville*, oppidulum Sabaudiæ in Foſſiniaco tractu ad Arvam fluvium, 12. mille paſſibus à Lemano lacu diſtans in Meridiem Tarantaſiam verſus.

BAUTISUS, ſeu potius Bautes, ut in codice Græco, fluvius maximus Sericæ regionis Ptolemæo, Banthiſis à Marcellino dictus, & Bantiſus aliis, qui nunc, teſte Mercatore, *Quiam* dicitur, ſed aliis, eſt *Quantung* in regno Niucano ex conjectura.

BAZACATA, inſula maris Indici, Ptolemæo, Indiæ extra Gangem adjacens, nunc *Baſſe* dicta, ut Caſtaldus conjecturat.

BAZANIS, urbs Armeniæ majoris, Euſtathio, quæ Byzana Procopio, Sigana aliis, prius Leontopolis dicta fuit, teſte Euſtathio, hanc poſtea Juſtinianopolim dictam à Juſtiniano Imperatore annotavit Stuckius, 30. mill. paſſ. diſtat a Trapezunte in Meridiem, & 50. a Satala in ortum, ſed quid ſit nunc, non conſtat.

BEAREFORDIA, *Beareford*, oppidulum fuit Gronelandiæ, ſeu regionis viridis, ad Septentrionem Americæ, cum cœnobio ibi extructo a 300. & ampliùs annis, in ditione Regis Daniæ. Nunc vix ejus ſuperſunt rudera, & totus hic tractus ægrè ab Europæis frequentatur, a plurimis annis.

BEARNIA, *le Bearn*, provincia Galliæ. Vide Benearnia.

BEATIA, vel Biatia, urbs Hiſpaniæ Bæticæ Ptolemæo, ſicut etiam Plinio, & aliis, olim Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Toletano, nunc Diœceſis Gienenſis. Vide Biatia.

BEBBA, oppidulum Angliæ, olim *Bebbanburg*, nunc *Bamborrouu* dictum, in Northumbria provincia, & in ora maris Germanici è regione Lindisfarniæ inſulæ, 18. mill. paſſ. à Bervico in Meridiem.

BEBRIACUM, ſeu Bedriacum, & Bedriacus vicus, oppidum Coenomanorum in Gallia Ciſalpina, teſte Cornelio Tacito, nunc *Caneto*, oppidum Ducatus Mantuani in Italia, in ipſo limite Mediolanenſis Ducatus, & territorii Cremonenſis, ad Ollium fluvium ubi recipit Cluſium, medium eſt inter Cremonam ad occaſum & Mantuam ad ortum æſtivum, 20. milliaribus utrioque diſtans, & 24. a Benaco lacu in Meridiem, Parmam verſus totidem, hic Otho Imperator à Vitellio cæſus eſt, teſte Tacito, libro 18. annalium, uti pauló poſt Vitellius a Veſpaſiano Imperatore.

BEBRYCIA, provincia Bithyniæ, in qua Lampſacus urbs, Apollonio, unde & Lampſacena dicta eſt, hinc populi Bebryces Straboni & Plinio, hinc Bebrycius nomen gentis Virgilio libro 5. Æneidos.

BECCUM HERLUINI, *le Bec Helouin*, Abbatia celebris Galliæ, in Normanniæ Ducatu, & Rothomagenſi agro, prope Ridulam fluvium, & ſeptem leucis à Rothomago in occaſum, inter Ebroicum & Pontem Audomari.

BECERRA, urbs Arabiæ, Archiepiſcopalis ſub Patriarcha Hieroſolymitano, teſte Guillelmo Tyrenſi.

BECHINUM, *Bechin*, oppidulum Bohemiæ regni, tractus ſeu circuli cognominis caput, ſedet in colle ad fluvium *Lauznicz*, 13. mill. paſſ. a Budoviſſa in Boream Taborium verſus 8. & ab eo tractus adjacens dicitur Bechinienſis circulus.

BACHTRES, populi Themiſcyræ in Cappadocia, de quibus Plinius libro 6. cap. 4.

BECHUNI, populi Italiæ, Ptolemæo, inter Inſobres & Cenomanos: quorum oppida Carraca, Anonium, Bretina, ad radices Alpium.

BEDA, pagus Trevirenſium, ex itinerario Antonini, qui aliis eſt Bedenſis vicus ſeu Bedonicus, nunc *Bidburg* caſtrum eſt Belgii in Ducatu Luxemburgico, prope confinia Trevirenſis ditionis, & 16. mill. paſſ. diſtans a Treviris in Boream, teſte Cluverio.

BEDACUM, oppidum Norici. Vide Badacum.

BEDERIANA, caſtrum Macedoniæ, prope Tauriſium orbem, ubi creditur Juſtinianus Imperator educatus, ejus etiam meminit Procopius libro 4. ædificiorum.

BEDESIS, fluvius Italiæ Plinio, qui Beſedis quibuſdam fluvius Æmiliæ, etiamnum *il Bedeſe* ſeu *Ronco* dictus, oritur ex Apennino monte in Romandiola Florentina, ubi Fanum S. Sophiæ rigat, deinde in Septentrionem tendens, & per Romandiolam provinciam ditionis Eccleſiæ fluens, Meldolam & alia caſtra rigat & deinde infra Ravennam mari Adriatico miſcetur.

BEDFORDIA, *Bedfort*, oppidum Angliæ, in Comitatu cognomine, ad Uſam fluvium, 14. milliaribus Anglicis diſtat à Northantonia in ortum, & 18. a Cantabrigia in occaſum, & ab eo tractus adjacens *Bedfordshire* dicitur.

BEDFORDIENSIS COMITATUS, *The Bedfordshire* incolis, *le Comté de Bedford* Gallis, provincia Angliæ, in ejus meditullio, ſatis parva & à Septentrione in Meridiem extenſa; terminatur ad Arctos Northamptonia & Huntingtonia Comitatibus, ab ortu Cantabrigia & Harfordia, ab occaſu vero & Meridie Buckingamia, & ejus oppidum præcipuum eſt Bedfordia, & in eo tractu erant olim Cattieuchlani populi ex parte, ut Camdenus exiſtimat.

BEDUNIA, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, Bedunenſium caput, Ptolemæo, quæ Bedunia etiam legitur, nunc *Noreña* caſtrum Hiſpaniæ in Aſturia Ovetana, ut Gregorius Argaiſus exiſtimat.

BEFORTIUM, *Befort*, oppidulum munitum Suntgoviæ, in Alſatia; ſub dominio Regis Francorum, pace ad Monaſterium Weſtphalorum inita; fuitque olim Comitatus caput. Vix duabus leucis diſtat à Monte Bellicardo in ortum, & 4. à Ferteta in occaſum, ad radices montis Vogeſi.

BEGARDUM, *Begart*, Abbatia Galliæ in Britannia minori, & in Trecorenſi tractu, 5. leucis à Trecorio diſtans in Meridiem.

BEJA, *Beja*, urbs Portugalliæ. Vide Pax Julia.

BEIRA, *la Beira*, provincia regni Portugalliæ, & una ex ejus quinque partibus, inter Durium ad Boream & Mundam fluvium ad Auſtrum extenſa, uti inter Oceanum Atlanticum ad occaſum, & Regnum Legionis ad ortum, & ejus præcipuæ urbes ſunt Conimbrica, Guardia, Lameca, & Viſeum, dividitur autem in ſex diſtrictus Comarcas dictos, nempe Conimbricenſem, Igæditanam, Lamecenſem, Viſenſem, Averienſem, & Albicaſtrenſem

BELALCAZARIUM, ſive Bellarx, *Belalcacar*, id eſt pulchrum palatium, regium, oppidum Hiſpaniæ in Vandalitia, & in ipſo limite Extremaduræ, in planitie

ad fluviolum *Cuyar*, una leuca ab Inoioſa in Septentrionem, uti 9. à Corduba Magazedam verſus.

Belbina, inſula Peloponneſi, Straboni, in ſinu Saronico, è regione Athenarum, *Blenda* nunc dicta, teſte Sophiano, de ea variæ ſunt opiniones.

Belbina, oppidum fuit Peloponneſi, in Laconia provincia, Straboni, prope Eurotam fluvium, ſupra Spartam, ſed quid nunc ſit, non bene conſtat.

Belcastrum, *Belcaſtro*, urbs parva Italiæ in regno Neapolitano. Vide Bellicaſtrum.

Beledum, *Beled*, Meſopotamiæ oppidulum in provincia Diar Raboea ad Tigrim fluvium paulo ſupra Mauſilum teſte Gollio ex Abulfeda.

Belegra, oppidulum Italiæ, in Piceno, Ptolemæo teſte, hodie forte *Civitella*, oppidum munitum Aprutii ulterius, ad Salinelli amnis ripam, 6. milliaribus ab Aſculo diſtans in ortum, in monte.

Beleia, oppidum Cariſtorum in Hiſpania Tarraconenſi Antonino, Velia Ptolæmeo, inter Pompelonem ad ortum & Viroveſcam ad occaſum occurrens, nunc Morali eſt *Veleja* caſtrum Biſcaiæ, ſed Brietio & aliis eſt *Treviño*, oppidum Alavæ provinciæ, in regno Caſtellæ prope Zadoram amnem, 8. milliaribus diſtans ab Ibero fluvio in Septentrionem, inter urbes Mirandam ad occaſum hyberoum, & Victoriam ad ortum æſtivum.

Belerinæ, ſeu Belerides, inſulæ non procul à Sardinia, Plinio, nunc teſte Cluverio, ſunt tres inſulæ parvæ admodum, *le Sanguinare* dictæ, in ora orientali Sardiniæ inſulæ, 25. milliaribus diſtantes à Calari in in ortum, & vix 3. ab ora prope promontorium Petræ.

Belesmum, & Belliſinum *Beleſme*, oppidum Franciæ, in Pertico provincia. Vix 4. leucis diſtat à Mortania in Meridiem, & paulò ampliùs à Nogeoto Rotrodo in occaſum, verſus confinia Normanniæ.

Belgæ, populi Britanniæ magnæ, teſte Ptolemæo, fuere inter Dobunos & Sabrinæ æſtuarium ad ortum, Atrebates & Regnos ad ortum, Damnonios ad occaſum, & mare Britannicum Durotrigeſque ad Meridiem, in eo tractu ubi nunc provinciæ ſeu Comitatus Hantonia *Hantshire*, Viltonia *Wiltshire*, & Somerſetia *Somerſetshire* in Anglia occidentali, teſte Guillelmo Camdeno, eorum urbes fuere Aquæ calidæ, Venta Belgarum, & Theodorunum.

Belgæ, populi Galliæ Belgicæ, Straboni & aliis, maxime verſus Oceanum incolentes, de quibus multa apud Cæſarem in primis libro 2. belli Gallici, horum regio Belgium nominatur, vulgò *Nederlandt* incolis, *les païs bas* Gallis, hinc Belga nomen gentis uti & Belgicus, *Nederlander* ſibi, *los Fiamengos* Hiſpanis, *li Fiamenghi* Italis, & *Niderlandczyck* Polonis.

Belgæ, poſtea Wellæ & Fontanenſis, quod idem ſonat, *Wells*, & olim Theodorunum dicta, à Fontibus qui paſſim in ipſa ſcaturiunt, urbs parva Angliæ ad occaſum in Comitatu Somerſetienſi, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Cantuarienſi, ſed ejus Epiſcopatus Bathonienſi unitus eſt, diſtat 16. milliaribus à Bathonia verſus Meridiem, uti à Briſtoliæ. Vide Theodorunum.

Belgartia, *Belgart*, oppidum Germaniæ in Ducatu Pomeraniæ & tractu Caſſubia, ad amnem *Perſante*, duobus milliaribus Germanicis diſtat ab ora maris Baltici, & tribus à Colberga; eſtque juris Brandeburgici.

Belgianum, *le deſert de Belgian*, deſertum Aſiæ, in Tartaria vera, verſus confinia Kalmachitarum, cum regione cognomine, ut tradunt nonnulli.

Belgica, pagus Germaniæ inferioris, ex itinerario Antonini, inter Coloniam Agrippinam, & Treviros, nunc teſte Philippio Cluverio, eſt *Balckuſen* caſtrum Juliacenſis Ducatus, 10. mill. paſſ. ab oppido Dura diſtans in Meridiem.

Belgica, una ex quatuor partibus Galliæ, quæ aliter Gallia Belgica dicta, teſtibus Cæſare, Plinio, & Strabone, ejus termini erant ab ortu Germania, à Septentrione Rhenus fluvius verſus oſtia, & Oceanus Germanicus, uti Britannicus ad occaſum, & Gallia Lugdunenſis ad Meridiem. Ejus partes ſeu provinciæ erant quatuor nempe Belgica prima, in qua populi Treviri, Leuci, Mediomatrices, & Veroduni, ubi nunc Diœceſes ſeu Archiepiſcopatus Trevirenſis cum ſuffraganeis; Belgica ſecunda in qua Remi populi, & Ambiani, Atrebates, Bellovaci, Catalauni, Morini, Nervii, Sueſſiones, Sylvanectes, & Veromandui, ubi nunc Diœceſes ſeu Archiepiſcopatus Remenſis cum ſuffraganeis, & Archiepiſcopatus Cameracenſis ab eo detractus cum ſuffraganeis; tertia erat Germania ſuperior in qua Vangiones populi, Nemetes, & Tribocci, ubi nunc Archiepiſcopatus Moguntinus cum ſuffraganeis Epiſcopatibus Argentoratenſi, Spirenſi, & Vormatienſi; quarta vero pars erat Germania inferior in qua Ubii populi, Aduatici qui poſtea Betaſii, Batavi, Eburones qui poſtea Tungri, & Menapii, ubi nunc Archiepiſcopatus Colonienſis cum ſuffraganeo Epiſcopatu Leodienſi, & Archiepiſcopatus Mechlinienſis, & Ultrajectinus ab eo decerpti, ſicque Belgica complectebatur totam hanc regionem, ubi nunc Belgium Francicum, Belgium Hiſpanum, Germania cis Rhenum, Picardia, pars Campaniæ, & inſula Franciæ, Hollandia, Zelandia, & Gueldria, ſicque multo amplior erat quam Belgium præſertim verſus Meridiē. Vide Gallia Belgica.

Belgida, ſeu Belgidum, oppidulum Hiſpaniæ Tarraconenſis, à Pompeio captum, ut refert Oroſius libro 5. nunc recentioribus eſt Balbaſtrum *Balbaſtro*, urbs Epiſcopalis Aragoniæ, ſub Archiepiſcopo Cæſar-Auguſtano, ad Cincam fluvium, 7. leucis ab Oſca in ortum. Vide Barbaſtrum.

Belgioiosium, *Belgioioſa* Italis, *Beljoieuſe* Gallis, vicus Italiæ, in Ducatu Mediolanenſi & agro Ticinenſi cum caſtro Comitum Barbianorum, 5. milliaribus diſtans à Ticino in ortum, & prope Padum fluvium.

Belgis, urbs Galliæ Belgicæ Iſidoro, Heſychio, & Honorio, quæ Belgium aliis, ut Glareano & Vigenereo, à qua Belgium dictum credunt, & eam *Bavay* Hannoniæ urbem eſſe exiſtimant, Ortelius autem putat eſſe pagum *Veltſiek* dictum, in Comitatu Flandriæ, 3. milliaribus à Gandavo diſtantem; ſed de urbe illa Belgis ſeu Belgio altum eſt inter autores antiquiores ſilentium, & ego facile crediderim urbem illam eſſe fictitiam, quicquid adducant aliqui de verbis Cæſaris; docet enim ipſe libro 5. de bello Gallico ſub Belgio plures civitates comprehendi in quibus legiones hyemabant, ſicque Belgium ex eo pro urbe non accipiendum eſt.

Belgium, regio Europæ notiſſima, inter Galliam, Germaniam, & Oceanum Germanicum extenſa, ubi olim pars fuit Galliæ Belgicæ, quæ verſus Septentrionem porrecta erat, in qua populi Morini, Atrebates, Nervii, Centrones, Toxandri, Batavi, Aduatici, Eburones, & Bætaſii: uti etiam minuta pars Germaniæ, in qua Friſii, Salii, & Uſipetes, unde forſan dicitur à quibuſdam Germania inferior, ſed abuſive tum quia Germania inferior, pars erat Galliæ Belgicæ, prope & cis Rhenum, tum etiam quia totum Belgium pars erat antiquæ Galliæ Belgicæ, uſque ad initium ſæculi elapſi, quo ei junctæ fuere Gueldria, Friſia, Tranſiſalania, & dominia Groningenſe, & Ultraxectinum, quæ provinciæ partes erant Germaniæ. Regio tota humilior eſt verſus Oceanum præſertim, ſed mire fertilis & rigua, & vulgò dicitur ab indigenis *das Nederlandt* in regio inferior, *le Pais-bas* Gallis, *Neatherland* ab Anglis, *los Paëſes Baxos* ab Hiſpanis, *li Paeſi Baſi* ab Italis, *das the Niderlandt* à Germanis, & *Niderlanderska ziemia* à Polonis, quod idem

idem ſonat ubique ; Ejus termini ſunt ab Oriente Germania, à Septentrione Oceanus Germanicus ſive occidentalis ut vocant, & ab Occidente & Meridie Francia, complectiturque quatuordecim provincias quæ etiam ſæpe ad tredecim reducuntur, cum Ducatus Limburgicus pars ſit Brabantiæ ab anno 1290. quicquid dicant Belgium comprehendere in ſe ſeptemdecim provincias, quod ad oſtentationem tantum dicunt, ſed revera longius a vero aberrant, cum ex his pretenſis ſeptemdecim proviociis, Zutphaniæ Comitatus ſive Tetrarchia pars ſit Ducatus Gueldriæ à ſex ſæculis, nempe ab anno 1079. Mechliniæ dominium pars eſt Ducatus Brabantiæ ab anno 1346. & ſub ipſo cenſetur etiamnum, uti Marchionatus S. Imperii ab anno 1043. quo extinctus fuit, 70. annis poſt ejus erectionem, ſicque revera reducuntur ad quatuordecim provincias, ſeu etiam ſæpe ad tredecim, cum Limburgenſis Ducatus ſub Brabantia cenſetur, ut videre eſt in comitiis harum provinciarum ; & olim principes habuere proprios, ſed tandem ex his novem in unum redactæ ſunt ſub Carolo Audace Burgundiæ Duce ultimo, & ſic obvenerunt Maximiliano I. Imperatori & Carolo V. ejus nepoti, ſub quo Gueldria, Friſia, Tranſiſalania, dominium Groningenſe, & dominium Ultrajectinum ad alias acceſſerunt, ſicque eas omnes relinquit filio Philippo II. Hiſpaniæ Regi, cui paruerunt per aliquot annos, ſed cum durius haberentur ſeptem provinciæ ſeptentrionales in libertatem ſe vindicarunt, & Regem Hiſpaniæ principem ſuum ejuravere Dordraci anno 1581. fœduſque inter ſe inierunt, quod Belgio unito, ſeu fœderato oomen dedit ; hinc orta primum diviſio Belgii io Belgium Hiſpanum, quod ad Meridiem, & perſæpe ab exteris *la Flandre* dicitur, ab ejus potiori parte, & Belgium unitum ſive fœderatum quod eſt ad Septentrionem, & ſæpe ab exteris *la Hollande* vocatur, ab ejus provincia præcipua : ſed cum poſtea Francorum Reges poſt multas inſigneſque victorias, ſibi acquiſiverint mediam fere partem Belgii Hiſpani verſus Meridiem, hinc dicta fuit ea pars Belgium Francicum, ſicque hodie triplex eſt Belgium, nempe Francicum, Hiſpanum, & unitum ſive fœderatum.

BELGII PROVINCIÆ.

Arteſiæ Comitatus, *l'Artois*.
Brabantiæ Ducatus, *le Brabant*, ſub qoo Mechliniæ dominium *la Seigneurie de Malines*, & antiquus Marchionatus S. Imperii *le Marquiſat du S. Empire*.
Flaodriæ Comitatus, *la Flandre*.
Friſiæ dominium, *la Friſe*
Groningæ dominium, *la Seigneurie de Groningue & les Omlandes*.
Goeldriæ Ducatus, *la Gueldre*, ſub quo Zutphaniæ Comitatus, *le Comté de Zutphen*.
Hannoniæ Comitatus. *le Hainaut*.
Hollandiæ Comitatus, *la Hollande*.
Limburgenſis Ducatus, *le Duché de Limbourg*.
Luxemburgenſis Ducatus, *le Luxembourg*.
Namurcenſis Comitatus, *le Comté de Namur*.
Trans-Iſalaniæ dominium, *l'Ower-Iſſel, ou la Trans-Iſelane*.
Ultrajecti Dominium, *la Seigneurie d'Utrecht*.
Zelandiæ Comitatus, *la Zelande*.

BELGICUM FRANCICUM, *le Païs-bas François*, ſive etiam perſæpe *la Flandre Françoiſe*, pars ampla Belgii magis ad Occidentem & Meridiem extenſa, quæ à paucis annis ſubeſt dominio Francorum Regis, & ſub regno Galliæ nunc cenſetur, cum antea pareret Hiſpanis, protenditur in longum ab Oceano ad Moſellam fluvium, terminaturque à Septentrione & ab ortu Oceano Germanico ex minuta parte & Belgio Hiſpano, ab occaſu vero & Meridie Picardia, Campania & Lotharingia, eſtque fertilis admodum, rigua, & perculta, ſub ipſa comprehenditur Arteſia tota, major & potior pars Hannoniæ ad Meridiem, media pars Flandriæ ad occaſum & Meridiem protenſa, ubi Flandria Gallica, Iprenſis Tetrarchia, atque planities Terræ Francæ, & pars meridionalis Ducatus Luxemburgenſis, ejus vero præcipua urbs eſt Inſulæ, ſed de aliis ejus urbibus vide infra.

BELGIUM HISPANUM, *le Païs-bas Eſpagnol*, ſive & ſæpe *la Flandre Eſpagnole*, pars ampla Belgii in longum extenſa, inter Belgium unitum & mare Germanicum ad Septentrionem, Germaniam ad ortum, & Belgium Francicum ad occaſum, & Meridiem, quæ etiamnum ſubeſt dominio Regis Hiſpaniæ, complectiturque mediam partem Flandriæ ad ortum, & Septentrionem, minorem partem Hannoniæ verſus Septentrionem, Namureenſem Comitatum, majorem partem Luxemburgenſis Ducatus, Brabantiæ Ducatum pro majori parte, Ducatum Limburgi pro medietate, & Gueldriam ſuperiorem ſive tetrarchiam Ruremundenſem, & ejus primaria urbs eſt Bruxella, alias ejus urbes videbis infra.

BELGIUM UNITUM, ſive fœderatum, quod aliter dicitur Provinciæ unitæ, *les Provinces unies du Païs-bas*, pars eſt ampla Belgii verſus Septentrionem extenſa, inter Oceanum Germanicum ad Boream & occaſum, Germaniam ad ortum & Belgium Hiſpanum ad Meridiem, quæ ab anno 1531. ſui juris effecta Rempublicam conſtituit, complectiturque ſeptem provincias, nempe Gueldriam inferiorem ſive tres Tetrarchias Ducatus Gueldriæ, Hollandiam, Zelandiam, Friſiam, Ultrajecti dominium, Trans-Iſalaniam, & dominium Groningenſe, quibus additæ ſunt pars ſeptentrionalis Ducatus Limburgi, minuta pars Flandriæ verſus oram Zelandiæ & pars etiam Borealis Brabantiæ Ducatus, ejus vero præcipua urbs eſt Amſterodamum, ſed de aliis ejus urbibus. Vide infra.

BELGII FRANCICI URBES PRÆCIPUÆ.

Aria, *Aire*, in Arteſia.
Atrebatum, *Arras*, in Arteſia.
Audomaropolis, *S. Omer*, in Arteſia.
Cameracum, *Cambray*, in Cameraceſio tractu.
Duacum, *Douay*, io Flandria.
Dunquerca, *Dunquerque*, ibidem.
Inſulæ, *Lille*, ibidem.
Spræ, *Ipres*, ibidem.
Theodonisvilla, *Thionville*, in Ducatu Luxemburgenſi.
Tornacum, *Tournay*, in Flandria.
Valentianæ, *Valenciennes*, in Hannonia.

BELGII HISPANI URBES PRÆCIPUÆ.

Antuerpia, *Anvers*, in Brabantia.
Brugæ, *Bruges*, in Flandria.
Bruxellæ, *Bruxelles*, in Brabantia.
Gandavum, *Gand*, io Flandria.
Gueldria, *Gueldre*, in Gueldria.
Lovanium, *Louvain*, in Brabantia.
Luxemburgum, *Luxembourg*, in Ducatu Luxemburgenſi.
Mechlinia, *Malines*, in Brabantia.
Montes, *Mons*, in Hannonia.
Namurcum, *Namur*, in Comitatu Namurcenſi.
Oſtenda, *Oſtende*, in Flandria.
Ruremunda, *Ruremunde*, in Gueldria.

BELGII UNITI URBES PRÆCIPUÆ.

Amſterodamum, *Amſterdam*, in Hollandia.

Arenacum, *Arnheim*, in Gueldria.
Daventria, *Devenier*, in Tranſiſalania.
Delft, *Delft*, in Hollandia.
Dordracum, *Dort*, in Hollandia.
Fliſſinga, *Vliſſinghen*, in Zelandia.
Groninga, *Groninghen*, in provincia cognomine.
Harlemum, *Harlem*, in Hollandia.
Leovardia, *Leuvarden*, in Friſia.
Lugdunum Batavorum, *Leyden*, in Hollandia.
Midelborgum, *Midelbourg*, in Zelandia.
Noviomagus, *Nimegue*, in Gueldria.
Roterodamum, *Roterdam*, in Hollandia.
Suolis, *Zwol*, in Tranſiſalania.
Sylva Ducis, *Boſleduc*, in Brabantia.
Trajectum ad Moſam, *Maſtricht*, in Brabantia.
Ultrajectum, *Utrecht*, in Provincia cognomine.
Zutphania, *Zuphen*, in Gueldria.

BELGIUM NOVUM, *The New Nederlands* Belgis, provincia Americæ ſeptentrionalis, inter Novam Angliam & Virginiam, antea ſub dominio Belgarum, ſed ab anno 1664. ab Anglis bis occupata, ipſis poſtea remanſit pace ad Bredam ſancita, & ab his Eboracenſis Provincia Nova dicitur, *New Yorck* vulgò. Vide ibi.

BELGRADUM, *Belgrade*, urbs Serviæ, in Raſcia regione, antea Alba Græca dicta, & quibuſdam etiam Taurunum, ſeu potius ex ejus ruinis excitata, Germanis *Griechiſch Weiſſenburg*, ad ripam Danubii, ubi recipit Savum, in colle, eſtque permunita. Eam Turcarum Imperator Solimannus anno 1521. deditione obtinuit; ibique novus Epiſcopatus erectus eſt à paucis annis ab Innocentio X. ſub Archiepiſcopo Antibarenſi. Belgrado iter eſt 26. dierum Conſtantinopolim; & à Vienna diſtat 102. milliaribus Germanicis, antea vendita fuerat à Deſpota ſive Principe Serviæ Regi Hungariæ, cui poſtea paruit uſque ad ejus expugnationem à Turcis, ut pluribus ſcribit Leunclavius. Vide Alba Græca.

BELIA, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, Ptolemæo, nunc *Belchite*, in Aragoniæ regno, in eo tractu ubi alias Edetani populi; & antea Segeda dicta fuerat, Mercatore teſte. Hinc Beli, ſeu Belli, & forſan Bellitani. Vide Belli.

BELICA, ſive Bellica, ut alii codices habent, urbs Galliæ Celticæ, in Seguſianis Antonino, nunc *le Belley*, urbs Beugeſiæ provinciæ caput in Gallia, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Biſuntino, in colle prope Rhodanum fluvium, è regione Sabaudiæ, nuneque Francici juris eſt ab anno 1601. ſub Rege Henrico IV. cum antea Duci Sabaudiæ pareret, diſtat 12. leucis a Lugduno in ortum Annecium verſus 7. & 10. à Gratianopoli in Septentrionem Genevam verſus 12.

BELINGENSE CASTRUM, *Belingen*, caſtrum Galliæ in Picardia provincia, intra paludes, & in Comitatu Guinæ, inter Ardram & Guinam oppida.

BELION, fluvius Hiſpaniæ Tarraconenſis, Straboni, qui Limæa ab aliis creditur, in Callaicis Braccaris, nunc *el Lima* in regno Portugalliæ. Vide Limæa.

BELISA, *Bilſen*, oppidulum Germaniæ in Leodienſi agro, & in Haſbania tractu, 2. milliaribus à Trajecto ad Moſam diſtans in occaſum.

BELISAMA, æſtuarium Britanniæ majoris Ptolemæo, nunc *Ribel*, in ora occidentali Angliæ, & in Comitatu Lancaſtrienſi, prope Preſtonium oppidum, teſte Camdeno.

BELISENSIS ECCLESIA, in libris Conciliorum. Vide Belica. Nam Belicenſis Eccleſia legendum eſt.

BELLISMUM, *Beleſme*, oppidum Galliæ in Pertico provincia, quod aliter & ſæpius Beleſmum dicitur. Vide ibi.

BELITIO, oppidum Inſubriæ in Italia Paulo Diacono, quod aliter Bilitionum dicitur, *Belinzona* incolis, *Bellentz* Germanis, *Belinzone* Gallis, ad Ticinum fluvium ſedet, eſtque caput præfecturæ cognominis, ſub Helvetiis, quæ alias pars erat Ducatus Mediolanenſis, ideòque vocatur etiamnum una ex præfecturis Italicis, anno 1422. conceſſa fuit tribus pagis Uriæ, Suitiæ, & Subſylvaniæ, ſed poſtea a Mediolanenſibus recepta, & demum in fœdere cum Franciſco primo Rege tribus pagis relicta eſt perpetuo adminiſtranda, ſedet oppidum ad radices Alpium, & 6. milliaribus diſtat a Verbano lacu in Boream, 45. a Clavenna in occaſum hybernum, & 11. à Lucano oppido Adulam montem verſus, geminaque arce munitum eſt.

BELITRÆ, urbs Latii. Vide Velitræ.

BELIUS, fluvius parvus Palæſtinæ Joſepho, ex monte Carmelo apud Ptolemaidem fluens. Vide Belus.

BELLA-AQUA, *Belle-aigue*, Abbatia Galliæ in Alvernia inferiori.

BELLABRANCA, *Bellebranche*, Abbatia Galliæ in Cenomanenſi provincia ad Vergettam amnem, & 2. leucis à Sabolio in occaſum.

BELLACUM, *Bellac*, urbs parva Galliæ in provincia Marchiæ, ad fluvium Uniconium, 2. leucis ab Oratorio diſtans in Meridiem, & 7. a Lemovico in Septentrionem.

BELLANOA, ſic dicta fuit olim Nicea, *Nice*, urbs Provinciæ, Comitatus cognominis caput ſub dominio Ducis Sabaudiæ, ut quidam ſcribunt. Vide Nicea.

BELLA PERTICA, *Belle-Perche*, Abbatia Galliæ in Vaſconia Toloſana, ad Garumnam fluvium, & 3. leucis à Monte Albano in occaſum.

BELLA-STELLA, *Belle-Eſtoille*, Abbatia Galliæ in Normannia inferiori, & in Baiocenſi tractu.

BELLARX, *Belalcaçar*, oppidum Hiſpaniæ in Vandalitia, ad fluviolum *Cuyar*, dicitur etiam Belalcazarium. Vide ibi.

BELLA VALLIS, *Belval*, Abbatia Galliæ in Campania, & in Argona tractu, vix 2. leucis ab Bellomonte in Meridiem.

BELLA-VILLA, *Belle-Ville*, oppidulum Galliæ, in Bellojocenſi provincia, cum Abbatia ad Ararim fluvium è regione Dombarum tractus, 5. leucis infra Matiſconem in Meridiem Lugdunum verſus 6.

BELLI, populi Hiſpaniæ Tarraconenſis in Celtiberis, teſte Appiano quorum oppidum Segeda eſt, teſte Ortelio, Bellitani à Plinio dici videntur. Iis proximi erant Titthi & Arevacæ.

BELLICASTRUM, *Belcaſtro*, urbs parva Italiæ in regno Neapolitano, & in Calabria ulteriori, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Sibernenſi, verſus oram ſinus Scyllacei & maris Jonii, ad fluviolum Naſcarum, inter Catacium & Siberenam; deficit in dies, & alias etiam Geneocaſtrum dicta fuit, teſte Ughello.

BELLICUM, *le Bellay*, urbs Galliæ, Beugeſiæ provinciæ caput, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Biſuntino; eſtque parva, in colle, 2 mill. paſſ. à Rhodano fluvio diſtans, 5. leucis à Camberiaco in Septentrionem, 6. autem ab Annecio in occaſum, eſtque juris Francici ab anno 1601. cùm antea ditionis eſſet Sabaudicæ cum toto tractu. Vide Belica.

BELLIFORAMEN, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, olim Epiſcopalis, Haoberto Hiſpalenſi, vulgo *Belorado*, oppidum Hiſpaniæ in Borobia tractu Caſtellæ veteris, ad fluvium *Tiron*, quod ab aliis Ruconiæ tribuitur, eſtque ad radices montium.

BELLINGUOLDIUM, *Bellinghwolder Schans*, fortalitium Belgii uniti, in dominio Groningenſi, medium ferme inter Dullarti ſinum ad Boream & Burtangam ad Auſtrum, in limite Friſiæ orientalis, ſub dominio Provinciarum unitarum Belgii.

Bellinto, locus Galliæ Narbonenſis in Provincia, cujus fit mentio in itinerario Burdegalenſi, illum nunc Honoratus *Bouche* interpretatur *Barbentane*, caſtrum Provinciæ ad confluentes Druentiæ in Rhodanum, 5. mill. paſſ. ab Avenione in Meridiem.

Belliola, *Belle* Belgis, *Bailleul* Gallis, oppidulum Belgii, in Comitatu Flandriæ ſub Gallis; 3. leucis ab Ipra; & inter Armentarias & Caſletum.

Bellisama, æſtuarium Angliæ. Vide Beliſama.

Bellivisus arx, *le fort Belgeit*, arx Aſiæ, in inſula Nera, una ex Bandis inſulis quæ ſub Molucis continentur, ſubeſt dominio Belgarum, & ab ipſis extructa & ſic dicta fuit. Vide Arx Belliviſus.

Bello, oppidum Hiſpaniæ Melæ. Vide Belo.

Bellocassas, populi & urbs Galliæ Vide Velocaſſes.

Bellocastrum, *Belcaſtro*, urbs Italiæ, in Calabria. Vide Bellicaſtrum.

Bellogardia, *Bellegarde*, urbecula Galliæ, in Ducatu Burgundiæ, ad Ararim fluvium. Dicitur aliter *Seure*, eratque alias munita, diſtat 5. leucis à Cabillone in Septentrionem, Ciſtercium verſus; & prope confinia Comitatus Burgundiæ, nuncque ejus munitiones disjectæ ſunt.

Belloguardia, *Bellegarde* Gallis, *Bellaguardia* Hiſpanis, arx munita Galliæ intra Pyrenæos montes, in Comitatu Ruſcinonenſi & in ipſo limite Cataloniæ, inter Ceretum & Juncariam, capta ab Hiſpanis anno 1674. & ab ipſis probe munita, ſed anno ſequenti a Gallis fortiter recepta, Duce Schombergio Franciæ Polemarcho.

Bellojocensis ager, *le Beaujolois*, provincia parva Galliæ Vide Bellojovienſis.

Bellojoviensis ager, ſive Bellojocenſis, *le Beaujolois*, provincia parva Galliæ, ubi aliàs Seguſianorum pars, extenditur ab ortu in occaſum, id eſt ab Arari fluvio ad Ligerim, & ejus termini ſunt à Septentrione Burgundia, ab ortu Breſſia & tractus Dombarum, ab occaſu Foriſium, & à Meridie Lugdunenſis ager, cum quo ſæpe conjungitur, & ejus oppida ſunt Bellojovium, & Francopolis quæ ejus caput exiſtit, hinc Bellojovienſes populi, *les Beaujolois* vulgò.

Bellojovium, quod & Bellus jocus, *Beaujeu*, oppidum Galliæ in Bellojovienſi provincia, dicitur etiam Bellojocum, & Baujovium, eſtque ad amnem *l'Ardiere* dictum, 3. leucis ab Arari fluvio in occaſum & 5. à Matiſcone in occaſum æſtivum.

Bellomariscus, *Beaumarish*, oppidum Angliæ, in Walliæ Principatu, & in Mona inſula, cum portu ad fretum *Menay*, è regione Arvoniæ Comitatus, 3. milliaribus diſtat à Bangoria in Septentrionem, & 8. ab Arvonia in ortum, dicitur etiam Bellus Mariſcus, cum prius locus *Bonover* dictus fuerit.

Bellomontium, *Beaumont ſur Oyſe*, oppidum Franciæ, ad Oeſiam fluvium, & ad radices collis in provincia Inſulæ Franciæ, 8. leucis diſtat a Pariſiis in Septentrionem Bellovacos verſus.

Bellomontium Rogerii, *Beaumont le Roger*, oppidum Franciæ, in Normanniæ Ducatu, ad Ridulam fluvium; 4. leucis diſtat ab Ebroïcis in occaſum Lexovium verſus, eſtque in colle ſitum.

Bellomontium, *Belmonte*, oppidulum Italiæ, in regno Neapolitano & Calabria citeriori, prope oram maris Tyrrheni, & 3. milliaribus ab Amantia in Septentrionem.

Bellomontium in Argona, *Beaumont en Argone*, oppidulum Galliæ, ſic dictum ab ea regiuncula; in qua ſitum eſt, ad differentiam aliorum. Eſt in Campania provincia, una leuca diſtans à Moſomio, oti a Satenaco oppido. Malè habitum fuit hiſce ultimis temporibus.

Bellomontium, *Beaumont*, oppidum Franciæ, in Normanniæ Ducatu, & intimo receſſu Conſtantienſis agri, prope oram littoralem maris Britannici, & ex adverſo Angliæ, 3 leucis diſtat a Caroburgo in occaſum.

Bellomontium, *Beaumont*, oppidulum Belgii, in Hannonia, Comitatus titulo clarum cum caſtro, in confinio Leodienſis ditionis, 7. leucis diſtat a Montibus in ortum hybernum, & 4. à Chimaco in Septentrionem, non longè a Sabi fluvio.

Bellomontium, *Beaumont* cognomento *le Vicomte*, urbecula Franciæ, in Cenomanenſi provincia, Ducatus titulo inſignita, ad fluvium Sartam, media ferè inter Alenconium ad Septentrionem, & Cenomanum ad Meridiem.

Bellonoti, populi Sarmatiæ Europææ, quorum meminit Sidonius in panegyrico Aviti.

Belloquadra, & Belliquadrum, *Beaucaire*, urbecula Galliæ, in Occitania inferiori, ad Rhodanum ſita, è regione Taraſconis. Nundinis ſuis celebratur, 4. leucis diſtat ab Avenione in Meridiem, & tribus ab Arelate in Septentrionem. Ugernum alias dicta fuit.

Bellosanna, *Bellozanne*, Abbatia Galliæ in Normannia, & in Braio tractu, una leuca à Gornaco in occaſum diſtans.

Bellovacensis ager, *le Beauvaiſis*, provincia parva Galliæ, alias Picardiæ pars, ſed poſtea Inſulæ Franciæ annexa, ubi olim Bellovaci populi, terminatur a Septentrione Picardia propria, ab occaſu Vulcaſſino Normannico, à Meridie Vulcaſſino Francico, & ab ortu Juriſdictione Sylvanectenſi, ejus autem caput eſt Bellovacum.

Bellovaci, populi Galliæ Belgicæ Plinio, & Straboni, ſub quibus etiam Sylvanectes complectebantur; eorum termini erant à Septentrione Ambiani, ab ortu Veromandui, & Sueſſiones, à Meridie Meldæ, & Pariſii, & ab occaſu Velocaſſes, eorum vero tractus nunc Bellovacenſis ager dicitur, *le Beauvaiſis* vulgò, cujus primaria Cæſaromagus ſeu Bellovacum, nunc *Beauvais*, de iſtis populis multa ſunt in commentariis Cæſaris, eorum etiam meminit Actius Sincerus, hinc etiamnum Bellovaci populi, *les Beauvaiſins* vulgò.

Bellovacum, urbs Galliæ Belgicæ, quæ & Cæſaromagus dicta fuit à Ptolemæo, & Bratuſpantium quibuſdam, nunc *Beauvais*, urbs Galliæ in provincia Inſulæ Franciæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Remenſi, cujus Epiſcopus eſt unus ex duodecim Paribus Regni, civitas ipſa ampla eſt, probe munita, & agri cognominis caput ad Taram amnem, 16. leucis diſtans a Pariſiis in Septentrionem Abbavillam verſus 18. & 16. à Rothomago in ortum Compendium verſus 12.

Bellovacum, *Beauvais*, oppidulum Galliæ in Occitania ſuperiori, verſus Montem Albanum, à qua diſtat 3. leucis in ortum verſus Albigenſem provinciam, ad amnem *Teſcon* dictum.

Bellunensis ager, *il Belluneſe*, tractus Italiæ, & pars Marchiæ Tarviſinæ, ſic dicta a Belluno ejus urbe præcipua, eſtque inter Foro-Julienſem Provinciam ad ortum & Septentrionem, Marchiam Tarviſinam & Feltrenſem agrum ad Meridiem, & Comitatum Tirolis ad ortum, ſubeſtque dominio Reipublicæ Venetæ.

Bellunum, urbs Italiæ, Plinio & Ptolemæo, in Venetia regione, nunc *Cividal di Belluno*, urbs Marchiæ Tarviſinæ, agri cognominis caput, ſub dominio Reipublicæ Venetæ, Epiſcopalis eſt ſub Patriarcha Aquileienſi, eſtque parva ſed culta, ad Anaſſum fluvium, 15. mill. paſſ à Feltria in ortum æſtivum, dicitur etiam Belunum à quibuſdam.

Bellus Becus, *Beaubec*, Abbatia Galliæ in Normanniæ, & in Braio tractu, 3. leucis à Gornaco diſſita in occaſum hybernum.

BELLUS LOCUS, *Beaulieu*, Abbatia Galliæ in Campania provincia, & in Argona tractu, 2. leucis à Claromonte in Meridiem.

BELNA, oppidum alias Galliæ Celticæ, D. Gregorio Turonenſi, nunc urbs Burgundiæ Ducatus in Gallia, *Beaune* vulgò dicta incolis, *Bone* Italis, eſtque ampla & culta in Divionenſi tractu ſeu in Burgundia propria, & vino ſuo celebratur, 4. leucis diſtans ab Arari fluvio in occaſum, & 6. a Cabillone in Boream Divionem verſus 9. Dicitur etiam Belnum in actis mediæ ætatis, & ab ea tractus adjacens Belnenſis aliquando vocatur.

BELO, oppidum exciſum Hiſpaniæ Bæticæ, Straboni, Bælo Ptolemæo, Bello Melæ, quod varii varie interpretantur; *Conil* eſt Gregorio *Argaiz*, & *Brabate* Cluſio, ſed aliis eſt *Belona*, loculus nomen antiquum retinens, cum portu in ora littorali Vandalitiæ & ſinus Æquarum, prope Barbatem fluvium, inter Conilium oppidulum ad Boream quod crevit ex ejus ruinis, & Belona novum dici poteſt, & Tariffam atque fretum Herculeum ad Meridiem.

BELO CHROBATI, ſive Chrobati albi, populi Croatiæ regionis, quorum meminit Porphyrogenneta, verſus occaſum extenſi.

BELSIA, *la Beauce*, provincia Galliæ, cujus meminit Venantius Fortunatus, & alii deinceps, quibuſdam Belſa, alias perampla & latè extenſa, inter Inſulam Franciæ ad ortum, & Britanniam minorem ad occaſum, ac inter fines Normanniæ ad Septentrionem, & Ligerim fluvium ad Meridiem, nunc multo anguſtioribus limitibus reſtringitur, & continet tantum agros Carnotenſem, Vindocinenſem, Dunenſem, & Aurelianenſis provinciæ minutam partem cis Ligerim cum parte Perticenſis agri, ſed ejus veri periere limites, & ipſius pars ſub præfectura generali inſulæ Franciæ complectitur, uti aliquot oppida. ejus caput eſt Carnutum. Regio eſt ſiccior, ſed tamen abundans & probe culta, ubi olim Carnutes populi fuere, & Aurelianorum pars: ejus incolæ Belſenſes, nunc *les Beaufſerons* vulgo dicuntur.

BELSIÆ URBES PRÆCIPUÆ.

Carnutum, *Chartres*.
Caſtrodunum, *Chaſteaudun*.
Montorium, *Montoire*.
Pluverium, *Pluviers*.
Stampæ, *Eſtampes*.
Vindocinum, *Vendoſme*.

BELSINUM, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis in Celtiberis, Ptolemæo, Balſio Antonino, nunc *Borja*, in regno Aragonio, inter Cæſar-Auguſtam ad ortum 11. & Turiaſonem ad occaſum, 3. leucis, *Beljoco* pagus proximus videtur Henrico Coquo, ita ut *Borja* novum Belſinum, non vetus ſit.

BELSONACUM, urbs Germaniæ inferioris Gregorio Turonenſi, nunc interpretantur recentiores Baſtoniam *Baſtonach* Germanis, *Baſtogne* Gallis, oppidum Belgii Hiſpani in Luxemburgenſi Ducatu. Vide Baſtonia.

BELUNUM, urbs Italiæ Ptolemæo, quæ etiam Bellunum dicitur, in Veneta regione, nunc *Cividal de Belluno*, Epiſcopalis eſt ſub Patriarcha Aquileienſi, in Marchia Tarviſina, ſub dominio Reipublicæ Venetæ. Vide Bellunum.

BELUS, fluvius Palæſtinæ, prope Ptolemaidem 2. ſtad. fluens; ad quem vitrum primò inventum, teſte Plinio, dicitur ab aliis Beleus.

BELZENSIS PALATINATUS, ſive præfectura, incolis *Belskie*, Gallis *le Palatinat de Belzko*, tractus Poloniæ regni in Ruſſia rubra, Leopolienſi Palatinatui & terræ Chelmenſi vicina, uti & Volhiniæ; dividitur autem in quatuor territoria Belzenſe, Buſcenſe, Grodlenſe, & Grabovecenſe, eſtque ſatis parvus, & ſic dicitur a Belzio ejus urbe præcipua, teſte Starovolſcio.

BELZIUM, *Belzko*, urbs Poloniæ regni Palatinatus Belzenſis caput, in Ruſſia rubra, 5. mill. Polonicis diſtat à fluvio *Bug*; eſtque tota lignea intra paludes, inter Leopolim & Zamoſciam.

BEMARINA, *Bemarin*, provincia Americæ ſeptentrionalis, in Florida regione, & ſub dominio Principis Apalatii, in eo tractu ubi urbs *Melilot*, regni caput, teſte Briſtochio.

BEMBINAOTA, parva provincia Arcadiæ Plinio, quæ & Nemæa, ubi Bembina vicus; unde Bembinatis bellua apud Plautum, idem quod leo Nemæus ab Hercule interfectus.

BENA, *Bene*, oppidulum Italiæ, cum caſtro in Pedemontio, & in confinio Montisferrati, alias munitum, prope Tanarum fluvium, 5. milliaribus a Claraſco in Meridiem verſus Montem Regalem, & Bagenne vocatur in actis mediæ ætatis, hinc dictus Benenſis tractus, *le Beneſe* vulgo.

BENA, *Bena*, regnum Africæ, cum urbe cognomine, in Nigritarum regione, prope fluvium Gambalam, verſus Guineam ſuperiorem & regnum Melli, Marmolio teſte. Ab aliis Beria dicitur.

BENACUM, oppidum Euganeorum in Gallia Ciſalpina, exciſum ad Tuſculanum vicum, *Toſcolano* in agro Brixiano, & in ora occidentali Benaci lacus, inter Guarnianum ad Septentrionem & Salodium ad Meridiem, eſtque locus ruderibus multis effoſſis inclitus, hinc populi Benacenſes Vopiſco.

BENACUS, lacus Galliæ Tranſpadanæ in finibus Cenomanorum, Straboni & Plinio, Bænacus Ptolemæo, lacus Lydius Catullo, *il Lago di Garda* nunc accolis, *Gardzée* Germanis, *le Lac de Garde* Gallis, in ditione Reipublicæ Venetæ, & in Longobardia, inter agrum Veronenſem ad ortum & Brixianum ad occaſum, ejuſque minima pars ad Boream verſus Ripam, Comitatum Tirolis rigat, & hinc extenditur ad Piſcariam arcem in ora meridionali ad 30. milliaria, quanta eſt ejus longitudo, ſed ejus major latitudo vix eſt 10. milliarium, ut ego pluries vidi, licet Strabo aliter ſentiat nomen habet ab oppido Garda in Veronenſi agro, & in ejus ora orientali, illumque circumſtant Piſcaria arx, & alia oppida Salodium, Ripa, Sirmio, & Deſentianum, ex eo effluit Mincius fluvius qui ad Mantuam in Auſtrum defertur, Anguillis abundat & hic carpio nobilis piſcis tantum reperitur, Benaci meminit Virgilius libro 2. Georgicorum, uti etiam Claudianus.

BENALGIÆ, *Benauges*, tractus Galliæ in Aquitania, cujus caput Cadillacum, ad Garumnam fluvium, 3. leucis ſupra Burdegalam, eſtque regiuncula parva admodum in Guienna propria, & in confinio Vaſarenſis provinciæ, dicitur etiam Benaugiæ.

BENAVARIUM, *Benavari*, oppidulum Hiſpaniæ, in regno Aragoniæ, in limite Cataloniæ, 6. leucis diſtat a Barbaſtro in ortum; eſtque Comitatus Ripæcurtiæ caput cum caſtro.

BENDA, *Benda*, urbs Macedoniæ in Albania regione, teſte Curopalate, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Dyrrachino, nunc in ruinis jacens ſub dominio Turcarum, ejus Epiſcopus commorabatur in Caſtro *Mammoli* dicto, & ab ea tractus adjacens etiamnum dicitur *la Benda*, ſub quo cenſetur Semenica regiuncula verſus Croiam, ut ego pluribus didici ab Archiepiſcopo Dyrrachino.

BENDARMASSIÆ REGNUM, *le Royaume de Bendarmaſſin*, regio Indiæ in inſula Bornei, & in ejus parte meridionali qua Javam reſpicit, dicitur etiam à quibuſdam *Bandermahen*, & urbem habet primariam cognominem in ora.

Bendarmaſſia, *Bendarmaſſen*, urbs Aſiæ, in parte meridionali inſulæ Bornei, in mari Indico, ad oſtia fluvii Saccandani.

Benrfeldia, *Benfeld*, oppidum Germaniæ, in Alſatia, alias probè munitum; ſed ejus munitiones disjectæ ſunt pace Monaſterienſi, ſubeſt dominio Epiſcopi Argentoratenſis diſtans ab Argentorato, tribus milliaribus Germanicis in Meridiem, ad Hellelum fluvium. Dicitur etiam Benofeldia.

Benarnia, *le Bearn* incolis, *el Bearne* Hiſpanis, provincia Galliæ in Aquitania ſatis ampla & culta, Principatus titulo clara, ad radices montium Pyrenæorum qui eam ſeparant ab Aragonia verſus Meridiem, alii ejus termini ſunt ab ortu Bigerrenſis Comitatus, & Armeniacenſis Niger ex parte, ad Septentrionem Vaſconia propria, & ad occaſum Navarra inferior, & in ea erant olim Benearni populi Novempopulanæ: ex duobus Vicecomitatibus conflata eſt Benearnenſi & Oloronenſi, quibus poſtea acceſſere Montanerenſis & Orſalenſis, eſtque pars Vaſconiæ citerioris, ejus caput eſt Palum *Pau* & in ea ſunt etiam duæ urbes Epiſcopales Laſcura & Olorona, novem aliæ urbes ſeu oppida & 434. vici ſeu caſtra, teſte Petro de Marca vir. clariſ. alias principes habuit proprios, deinde Regibus Navarræ paruit, tandem Sceptro Francico acceſſit ſub Henrico IV. & ei perpetuo unita fuit anno 1620. edicto Regio, hinc Benearnenſes populi *les Bearnois* vulgò Gallis, *los Bearneſes* Hiſpanis.

Bsneharnom, urbs Galliæ in Aquitania, Antonino, Benearnus aliis, & Benarna Gregorio Turonenſi, & in Novempopulana regione, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Auxitano, à qua Benearni populi dicti ſecundum aliqoos, & Beneatnia provincia adjacens, deſtructa fuit a Normannis anno 845. teſte Petro de Marca in ſua hiſtoria Benearniæ, & poſtea ex ejus ruinis excitata fuit verſus annum 1000. *Leſcar* urbs, quæ eſt Laſcuris, ad Gabarum fluvium, & ſic dicta fuit ab incolis, quaſi *Laſcourre*, ſeu amfractus aquarum. Vide Laſcura.

Beneventanus Ager, *il Territorio di Benevento*, tractus eſt Principatus Ulterioris io regno Neapolitano, ubi alias pars Samnii, eſtqoe juxta Beneventum urbem, ſub dominio Summi Pontificis, cui ab Imperatore Henrico Suevo conceſſus fuit anno 1053. pro Bamberga urbe Germaniæ in Franconia: ouncque valde reſtringitur: ſed alias major pars Principatus ulterioris erat in territorio Beoeventano & in ditione Eccleſiæ, cum enim Summi Pontifices urbem Beneventanam ſibi ſemper reſervaſſent, cum territorio adjacente, quod terminari deberet ad ipſorum beoeplacitum. Clemens Papa VI. Legatum miſit Bertrandum Cardinalem Deucium Gallum, S.R.E. Camerarium, à quo habita omnium diligenti informatione, & antiquorum limitum, terminos territorii Beneventani ſic definivit diplomate Pontificio, quod ſervatur in Archivio civitatis, ut pluribus me docuit Illuſtriſſimus & Reverendiſſimus Dominos Arbona Archiepiſcopus Beneventanus, eſtque hujus tenoris. Urget nos Apoſtolicæ ſervitutis &c. ex certa ſcientia limitamus per modum & terminos infra ſcriptos. In primis Caſtrum pootis inhabitatum, & inde aſcendere Caſtrum Caſaldoni, Caſtrum Campi lattari, Caſtrum montis Leonis, Caſtrum S. Severi, Caſttum Fragneti Monfortis, Caſtrum Fragneti Abbatis, Caſtrum S. Georgii Molendinaria, Caſtrum S. Andreæ de Molinaria, Caſtrum Petræ Majoris, Caſttum Paduli cum ſuo ſuburbio ſive Caſali S. Archangeli, Caſtrum mõtis Mali, Caſale Templani, Caſttum Apicii cum caſalibus, Caſtrum Moroni, Caſtrum Venticani, Caſtrum montis militum, Caſtrum montis Aperti, Caſtrum montia Fuſcoli cum caſalibus, Caſttum Tufii, Caſtrum Altævillæ, Caſtrum Cepalloni, Caſtrum Petræ Strumieræ, Caſtrum S. Martini, Caſtrũ Cervinariæ, Caſtrum montis Sarveli, Caſtrum Tocci cum caſalibus, Caſtrũ Torreguſii cum caſali Popſii & aliis caſalibus. Volumus itaque &c. Datum Avenioni ſeptimo Kalendas Junii anno nono, ſalutis vero 1350. ſicque territorium Beneventanum erat amplum: nunc autem ab Hiſpanis valde fuit imminutum, complectiturque tantum in præſentia Caſtra S. Angeli de Cupolo, Mottam, Panellam, Montem Orſi, Maccolum, Sciarram, Paſtenam, Balnearam, S. Marci à montibus, S. Lucii, S. Angeli, & Francavillam, quæ omnia vix 3. aut 4. milliaribus diſtant à Benevento, hinc Beneventani populi *gli Beneventani* vulgò.

Beneventanus Ducatus, pars fuit ampla Italiæ meridionalis, verſus tempora Regum Longobardorum & Caroli Magni Regis Franciæ & Imperatoris, ſic dicta à Benevento ejus primaria urbe, ubi ſedes Ducum, inſtitutus fuerat hic Ducatus à Longobardis, nempe ab Authari eorum Rege, cadente Græcorum Imperio, & extinctus fuit anno 851. ejus autem termini erant ad Occidentem Ducatus Romanus, verſus Soram, Arpinum, Arcem, & Aquinum; ad Meridiem mare Tyrrhenum uſque ad Acropolim; ad ortum vero non ultra Conſentiam extendebatur Ducatus; ſed Tarentum uſque pervenit per Caſſanum, & ad Septentrionem mari Adriatico terminabatur à Brunduſio uſque ad Sipontum; ſicque complectebatur Apuliam omnem, Lucaniam, Samnium, Campaniam, Brutiorumque minutam partem, & aliquando extendebatur uſque ad oſtia Tiferni fluminis in mare Adriaticum, & in mediterraneis ad flumen Trinium perveniſſe videtur. Diviſus autem erat hic Ducatus in plures Gaſtaldatus ſive tractus, nempe Tarenti, Caſſani, Conſentiæ, Laini, Pæſti, Montellæ, Salerni, Capuæ, Theates, Boviani, Teleſii, Abellini, Barii, Acheruntiæ, Luceriæ, & Siponti, teſte Camillo Peregrino Capuano in ejus diſſertatione de finibus antiqui Ducatus Beneventani.

Beneventum, urbs & colonia Samnitum, in confinio Hirpinorum, Straboni, prius Maleventum, teſte Plinio, Venebentus quoque Ptolemæo, nunc *Benevento* incolis, *Benevent* Gallis, urbs Archiepiſcopalis regni Neapolitani in provincia Principatus Ulterioris, ad Summum Pontificem ſpectans, ſedet ad Sabatum fluvium, ubi calorem recipit, & condita fuit à Diomede una cum Arpi in Apulia, & Concordia colonia dicitur à Frontino, diſtat autem 28. mill. paſſ. à Capua in ortum, uti à Salerno in Septentrionem, & 32. a Neapoli in ortum æſtivum, patria fuit Victoris III. Pontificis Maximi, & Gregorii VIII. & juxta ipſam victus & occiſus fuit Manfredus utriuſque Siciliæ Rex anno 1266. à Rege Carolo Andegavenſi, & conceſſa fuit Leoni IX. Papæ ab Henrico Imperatore.

Beneventum, *Benavente*, oppidum Hiſpaniæ, in regno Legionenſi ad Eſtolam fluvium, & in tractu Campeſtri, cum arce, inſigne titulo Comitatus Pimentellorum, forſan alias Vallata dictum; eſtque medium inter Senticam ad Auſtrum 10. & Legionem ad Boream duodecim leucis diſtans, & in eo obiit Ferdinandus II. Rex Legionis, anno 1118.

Bengalæ Rionum, *le Royaume de Bengala*, regio Aſiæ in India propria, verſus oſtia Ganges fluvii, ſub Imperio Magni Mogolis à multis annis, cum alias Reges haberet proprios, & diviſum erat in duodecim regiones ſeu provincias, nunc autem ejus partes præcipuæ ſunt tres, nempe *Bengala*, quæ intra oſtia Ganges verſus oram littoralem, *Prurop*, quæ cis Gangem, & *Patan* quæ trans Gangem: regnum eſt probe cultum, extenditurque ad 220. leucas ab ortu in occaſum, & 110. à Septentrione in Meridiem, terminatur ab Oriente regnis Indiæ extra Gangem, à Meridie ſinu Gangetico, & Regno Golcondæ, ab occaſu vero & Septentrione regnis ditionis Magni Mogolis, ejus primaria urbs eſt Ougelum.

Digitized by Google

Bengalæ Regni Urbes præcipuæ.

Banara, *Banara.*
Daca, *Daka.*
Gourum, *Gouro*
Holobaſſa, *Holobaſſ.*
Ougelum, *Ougely.*
Patana, *Patana.*
Ragmehela, *Ragmehel.*

Bengalæ sinus, *le Golfe de Bengala*, pars eſt Oceani Indici, quæ aliter dicitur Gangeticus ſinus. Vide ibi.

Benguela, *le Benguela*, regio Africæ, in Guinea inferiori, & regno Angolæ, in ora Oceani, cum urbe & portu cognomine, in ditione Belgarum à paucis annis, ſed eis tantum paret ora littoralis.

Benibessera, *le Benibeſſera*, regio Africæ, in Segelmeſſa parte Libyæ citerioris, verſus montem Atlantem & confinia regni Telenſini, teſtibus Ludovico Marmolio, Sanuto, & aliis.

Benigomia, *le Benigumi*, regio Africæ, in Segelmeſſa regione Libyæ citerioris, juxta Ghirum fluvium. Hinc Benigomares populi, Ludovico Marmolio teſte.

Beniguazevalus, *Beniguazeval*, id eſt tres montes, mons Africæ, in regno Fezzæ & in provincia Errifis, verſus fontes Guargæ fluvii, longè ab ora maris Mediterranei. In eo ſunt aliquot oppida cum plurimis pagis. Ibi etiam mons ignivomus, teſte Marmolio.

Beninum Regnum, *le Royaume de Benin* Gallis, *el Reyno de Beni* Luſitanis, regio eſt ampla Africæ in Guinea, & valde extenſa verſus oram littoralem ad 600 milliaria, terminatur à Septentrione Nigritia regione, ab ortu regno Biafaræ, ab occaſu Guinea propria, & à Meridie mari Guineæ dicto, ejus caput eſt Beninum urbs in mediterraneis, & ſub ipſo complectitur etiam regnum *Oveiro* dictum, in quo ſunt plures Chriſtiani.

Beninum, *Benin*, urbs celebris Africæ, in Guinea regione, regni cognominis caput, juxta fluvium etiam *Benin* dictum, ferè 120. mill. paſſ. diſtans in Boream à mari Guineæ & *Beni* vocatur à Luſitanis. De ea plurima narrant qui has oras perluſtrarunt.

Benlauni, populi Vindeliciæ, Ptolemæo, quorum oppidum nunc, Ortelio teſte, eſt *Vueilheim* in Bavaria ſuperiori, ad Ambram fluvium ad radices montium, 2. milliaribus Germanicis à confinio Sueviæ & à Sconga oppido Bavariæ in ortum, & 7. à Monachio in Auſtrum, ſed alii exiſtimant ipſos fuiſſe, ubi nunc Marchionatus Burgoviæ in Suevia verſus Ulmam.

Bennaventa, oppidum Cattieuchlanorum in Britannia magna. Antonino, Benavenna aliis, nunc teſte Camdeno, eſt *Wedon* vicus Northamptoniæ Comitatus in Anglia. 6. mill. paſſ. diſtans à Northamptonia in occaſum Varvicum verſus.

Bennopolis, *Hildesheim*, urbs Germaniæ in Saxonia inferiori, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Moguntino, quæ etiam latine Hildeſia, & Hildeſium dicitur, nomen habet à Divo Bennone illius Epiſcopo, & ſubeſt dominio proprii Epiſcopi, qui ſolus Catholicam fidem retinuit in tota Saxonia. Vide Hildeſia.

Benthima, ſeu etiam Benthemum, *Benthem*, caſtrum Germaniæ, in Weſtphalia, Comitatus Benthimenſis caput. In rupe ſedet, propè Vechtam fluvium 2. milliaribus Germanicis diſtans ab Oldeſalia in ortum.

Benthimensis Comitatus, *das Grafſchaft von Benthem* incolis, tractus Germaniæ in Weſtphalia, inter ditionem Epiſcopi Monaſterienſis ad ortum, & Tranſiſalaniam Belgii uniti provinciam, Tuventiamque tractum ad occaſum: à Septentrione in Meridiem extenditur juxta Vechtam fluvium & ejus caſtrum præcipuum eſt Benthima.

Bentitiana, *Ventotiene*, inſula parva Italiæ & regni Neapolitani, in mari Tyrrheno, è regione Terræ Laboris, 9. milliaribus diſtat ab Iſchia inſula in occaſum, & 18. a Gaeta in Meridiem; eſtque deſerta.

Bentivolium, *Bentivoglio*, antea Pons Poledranus caſtrum Italiæ in ditione Eccleſiæ & in agro Bononienſi, 10. mill. paſſ. diſtans à Bononia in Boream Ferrariam verſus, alias erat pulcherrimum, nunc ferè dirutum jacet, & hinc dicti Bentivolii qui per plurimos annos Bononiæ principatum tenuere.

Bepyrrus, mons Aſiæ, Ptolemæo. Sic Taurus mons appellatur in India extra Gangem, ad Damaſos montes, ex quibus duo flumina Daonas & Dorias effluunt.

Bequia, *l'iſle de Bequia*, inſula Americæ ſeptentrionalis, & una ex Antillis à Caribis tantùm habitata, propter inopiam aquarum; eſtque inter Granatinos, circuitus 12. leucarum, portum habens ſecuriſſimum, 7. leucis tantùm diſtat à ſancti Vincentii inſula in Meridiem, 15. autem à Granata inſula in Septentrionem.

Beranensium civitas, in Gallia Aquitanica & in Novempopulana regione, cujus meminit liber dignitatum. Vide Beneharnum.

Berarum Regnum, *le Royaume de Berar*, provincia ſeu pars Indiæ propriæ, in Imperio Magni Mogolis, in ejus parte meridionali: terminatur ab ortu Regno Bengalæ, a Septentrione regno Malvæo, & ab occaſu Candiſio regno, in eodem Imperio, ſed à Meridie dividitur Guenga ſeu Ganga fluvio à regno Golcondæ, & ejus præcipuum oppidum eſt Shapora.

Berauna, *Beraun* incolis, *Bern* Germanis, urbecula Bohemiæ regni, ad fluvium Miſam. Tribus milliaribus Germanicis diſtat à Praga in occaſum, & à quibuſdam Verona dicitur.

Berbice, *la Berbice*, fluvius Americæ meridionalis in Guiana regione.

Berbis, oppidum Pannoniæ inferioris, Ptolemæo, nunc, teſte Lazio, eſt *Barbowyna* ſeu *Gabowyna*, vicus Hungariæ inferioris, ubi ejus rudera viſuntur, ad Dravum fluvium, 3. milliaribus Germanicis à Quinque Eccleſiis in Meridiem, ſed aliis eſt *Berzeche* caſtrum ad eundem fluvium paulò ſupra, in ditione Turcarum, ſcribitur etiam Berebis.

Bercheria, *The Barckshire* incolis, quanquam *Berckshire* pronuncient *le Comté de Bercks* Gallis, provincia ſeu Comitatus Angliæ, & una ex provinciis occidentalis Angliæ, ubi alias Atrebates populi ex parte, teſte Camdeno, terminatur ab ortu Surria provincia, à Meridie Hamptonia, ab occaſu Viltoniæ Comitatu, à Septentrione vero ſeparatur Tameſi fluvio ab Oxfordia, & Buckinghamia provinciis, ejus oppida præcipua ſunt Raddinga, Vallinfordia, & Vindſorium, & alias hæc provincia dicta fuit Berrocenſis ager.

Bercorcates, populi Galliæ in Aquitania, teſte Plinio, qui & Bercorates dicuntur ab aliis, pars fuere Vaſatum populorum ad Auſtrum, in eo tractu, ubi nunc Landæ parvæ, & commenda *Beſſaut* dicta, inter Vazatenſem tractum ad Septentrionem & Condomenſem ad Meridiem.

Bercorium, *Breſſuire*, oppidum Galliæ in Pictavienſi provincia, 3. leucis diſtans a Parthenaco & totidem Thuracio in occaſum.

Berdua, *le Berdoa*, regio & deſertum Africæ, cum urbe cognomine, in Lybia deſerta, & inter Gaogain & Lemptam regiooes.

Berectnthcus, mons Aſiæ minoris, Plutarcho, in Phrygiæ magnæ & Cariæ confinio, ad Marſyam fluvium & Celænum mootem, haud valdè ab Apamia monte diſtans.

Berenice, urbs Cyrenaicæ maritima, Ptolemæo & Plinio, quæ Heſperia Melæ, una ex quinque urbibus Pentapolitanæ regionis, *Bernich* nunc dicta, teſte Marmolio, inter Boreum promontorium ad Syrtim magnam, & Arſinoen urbem ad ortum, à qua 50. mill. paſſ. recedit, & nomen habet à Berenice regina quæ Ptolemæo III. Regi nupſit, teſte Solino.

Berenice altera, Ægypti urbs Ptolemæo & Plinio, Bernice Artiano, nunc *Choſair* Zieglero, ſeu *Alchaſir* Nigro, qood idem eſt, aliis *Celir*, urbs Ægypti, ad ſinum Arabicum verſus Æthiopiæ confinia. Utraque à Ptolemæo Rege condita, ac de uxoris nomine dicta fuit. Hæc à Ptolemaide ferarum urbe Æthiopiæ ad eumdem ſinum 300. mill. paſſ. in Boream recedit.

Berstra, oppidum Prætutiorum in Piceno, Ptolemæo, quod alus Belegra, nunc, teſte Cluverio, eſt *Civitella*, oppidulum regni Neapolitani in provincia Aprutii Ulterius, ad Salinellum amnem in monte, 6. milliaribus ab Aſculo in ortum Atriam verſus 12, eſtque ſatis munitum, quanquam Niger credat eſſe Celinum caſtrum in eadem provincia, prope Vomanum fluvium, & 4. milliaribus ab Atria. Vide Belagra.

Berga, urbs alias Scaodinaviæ, quæ forſan Bergos Plinio, & Bergio Jornandi, nunc urbs Norvegiæ regni præcipua, in ora occidentali *Baern* dicta indigenis, *Berghen* Germanis, *Bergues* Gallis, & *Berga* Hiſpanis & Italis: Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Nidroſienſi, eſtque emporium celebre, portu gaudens capaci & commodo, editis montibus undique fere cincto, in ſinu flexuoſo dicto *Ielta fioerd* 12. mill. paſſ. ab ora littorali maris ſeptentrionalis ſeu Germanici, cum arce valida Bergenhuſium dicta, eſtque in tractu parvo *Nord-Horland*, ab ea regio adjacens vocatur Bergenſis præfectura, ſubeſtque Regi Daniæ uti Norvegiæ Regi, diſtat 220. milliaribus Germanicis à Vardhuſia arce Norvegiæ ultima & ſeptentrionaliori, in Meridiem, uti 60. à Nidroſia urbe, Cimbrorum promontorium verſus 50. & 80. à proximiori ora Scotiæ in ortum, 70. vero ab Holmia in occaſum, eſtque nunc totius Norvegiæ facile major & cultior.

Berga, *Bergen*, oppidulum Germaniæ, & caput Rugenſis inſulæ ſeu Principatus, in mari Baltico, prope Pomeraniam, in ditione Regis Sueciæ ab anno 1630. Tribus milliaribus Germanicis diſtat à Sunda in ortum.

Bergæ ad Zomam, *Bergh op zoom* incolis, *Bergue ſur le Zoom* Gallis, urbs parva ſed permunita Belgii uniti, in Brabantiæ Ducatu, ad Scaldim fluvium, Marchionatus titulo clara ab anno 1533. Fruſtra tentata fuit ab Hiſpanis, ſub Marchione Spinula, anno 1622. & nunc etiam paret provinciis unius Belgii, 7. leucis diſtans ab Antuerpia in Septentrionem Dordracum verſus

Bergæ Divæ Gertrodis, *Sinte Geertruydenberg* incolis, *Mont Saimte Gertrude & Guitemberg* Gallis, urbs Belgii uniti parva ſed munita, in Comitatu Hollandiæ. Paret Principi Arauſicano, ſub dominio tamen provinciarum Belgii uniti, in ora littorali; ac Dordraco, Heuſdeno, & Breda æquali ferè trium leucarum ſpatio diſſidet. Nomen habet à Sancta Gertrude Pipini Landeni filia, quæ in hoc tractu claruit, & mortua eſt anno 664.

Bergæ S. Vinoci, *Vinoxberg* incolis, *Bergue S. Vinoch* Gallis, urbs Belgii, in Comitatu Flandriæ, ſub dominio Francorum, & alias *Groenemberg* dicta, id eſt mons Viridis. Vide Vinociberga, ſeu Fanum S. Vinoci.

Beroenhusium, *Bergenhus*, arx Norvegiæ in colle prope Bergam urbem maritimam, ubi ſedes præfecti totius Bergenſis præfecturæ.

Bergensis præfectura, *Bergenhus*, pars eſt regni Norvegiæ, & una ex ejus quinque provinciis maximè verſus occaſum extenſa, ubi incipit ora auſtralis, ejus longitudo eſt 60. milliarium Germanicarum, à Septentrione in Meridiem, ſed ejus latitudo vix eſt 15. milliarium ſimilium, dividitur autem in duas partes, Bergenſem nempe quæ ad Boream, & Stavaogrianam *Stavangerſleen* quæ ad Auſtrum, in Bergenſi parte ſunt regiunculæ iſtæ *Nordhorland*, *Sundhorland*, *Hardanger*, *Voſrondal*, *'Lerdal*, *Sogn*, *Suyd-Fioerd*, *Noord-Fioerd*, & *Sundmerlund*, in Stavangriana ſunt regiunculæ *Stavanger*, *Carmen*, *Ryfol e*, *Ieren*, & *Dalerne* dictæ, totius autem præfecturæ urbes præcipuæ ſunt Berga quæ eſt in ejus parte Boreali, & Stavangria in meridionali, quæ etiam perſæpè ab ea dicitur Stavangrienſis Diœceſis.

Bergensis provincia, tractus Germaniæ, ad Rhenum, vulgò *le pais de Berg*, ſeu *de Monts* in Weſtphaliç circulo. Vide Montenſis Ducatus.

Bergeracum, *Bergerac*, urbs Galliæ, in Petrocoriceuſi provincia, ad Duranium fluvium, olim munita, 5. leucis diſtat à Petrocorio in Meridiem, & 9. circiter à Sarlato in occaſum; eſtque adhuc elegans & dives.

Bergetio, oppidum Pannoniæ, ad Danubium fluvium, Straboni, nunc interpretatur *Bontzhida* ſeu *Bomtzuda* caſtrum Hungariæ prope Comariam. Vide Bregætium.

Bergidense territorium, ſive Vergidenſe, *la Tierra del Vierço*, tractus Hiſpaniæ in regno Legionis. Vide Vergidenſe.

Bergidum, urbs Ilergetum in Hiſpania Tarraconenſi, Ptolemæo, nunc *Barbaſtro*, urbs Aragoniæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Cæſar-Auguſtano, ad Cincam fluvium, obi recipit verum amnem, vix 2. leucis à Montione in Septentrionem, & 7. ab Oſca in ortum, in Ripacurtiæ Comitatu, quanquam ſint qui credant eſſe *Berdun* in Catalonia & in planitie Urgelenſi.

Bergintrum, ſeu Bergintium, oppidum Centronum in Gallia Narbonenſi, ex itinerario Antonini, nonc *S. Maurice*, oppidulum Sabaudiæ in Tarantaſia provincia, ad Iſaram fluvium, ad radices Alpium, & propè montem minorem S. Bernardi, 4. leucis à Monaſterio urbe in ortum Auguſtam Prętoriam verſus, Simlero vero eſt *Sentron* vicus in hoc tractu.

Bergistani, populi fuere Hiſpaniæ citerioris, inter Iberum & Pyrenæos montes, teſte Livio, eorum veſtigium remanet in pago *Berga* Oſcæ urbi Aragoniæ finitimo, teſte Joanne Mariana.

Bergomense territorium, *il Bergamaſco* incolis, *le Bergamaſque* Gallis, pars eſt Longobardiæ, ubi alias Orobii populi Galliæ Tranſpadanæ ſub Cœnomanis; aliaſque pars fuit Ducatus Mediolanenſis, ſed anno 1428. defecit ad Venetos, & ab hoc tempore ſubeſt dominio Reipublicæ Venetæ, terminatur à Septentrione Valle Tellina, ab Oriente Brixiano agro, à Meridie vero & Occidente Ducatu Mediolanenſi, & ejus caput eſt Bergomum. Hinc Bergomenſes populi, *li Bergamaſchi* Italis, *les Bergamaſques* Gallis.

Bergomum, urbs alias Orobiorum Cœnomanorum in Gallia Tranſpadana, nunc *Bergamo* incolis, *Bergame* Gallis, urbs Longobardiæ in agro cognomine

& ſub dominio Reipublicæ Venetæ, cum alias eſſet in Ducatu Mediolanenſi, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Mediolanenſi, ab Orobiis populis una cum Como & Foro Licinii condita antiquitus, à Paulo Diacono Pergamum vocatur, & à ſcriptoribus mediæ ætatis Bergamum, urbs eſt in latere montis poſita, cujus radices ampliſſima ſuburbia occupant, ampla eſt & probè munita inter fluvios Breoibum ad occaſum & Serimo ad ortum, cum caſtro in monte qui Capella dicitur, 30. mill. paſſ. diſtans à Brixia in occaſum Mediolanum verſus totidem, & 50. etiam à Como in ortum, hinc Bergomas nomen gentis.

Bergos, urbs Scandinaviæ maritima, Plinio, nunc *Baern* incolis, in ora occidentali Norvegiæ. Vide Berga.

Bergula, urbs Thraciæ in Corpialica provincia, Ptolemæo, quę Bergulæ Antonioo, & Bergulium atque Arcadiopolis, teſte Cedreno, nunc *Bergas*, urbs Thraciæ antea Epiſcopalis, Mercatori, & aliis, nunc inter Metropoles habita, ſita eſt inter fluvios Arzum ad ortum, & Melam ad occaſum, ad radices montis Rhodope, eſtque inter Hadrianopolim ad occaſum 54. & Heracleam ad ortum 47.

Bergusia, quod & Berguſium, oppidum Allobrogum in Gallia Narbonenſi, ex itinerario Antonini, nunc creditur *Bourgoin*, oppidulum Delphinatus, 5. leucis à Vienna diſtans in ortum, uti 6. à Lugduno Camberiacum verſus 10.

Bergusia, oppidum olim Ilergetum in Hiſpania Tarraconenſi Ptolemæo, Percuſa Antonino, hodie *Balaguier* Ballegarium, urbs principatus Catalonıæ ad Sicorim fluvium 5. leucis ſupra Ilerdam in ortum ęſtivum Urgellam verſus, inter confluentes utriuſque Noguetæ, quanquam Beutherus exiſtimet eſſe vicum *le Pertus*, ad radices Pyrenæorum montium in Catalonia, & in limite Comitatus Ruſcinonis, Populi Berguſii dicti Livio. Vide Ballegarium.

Berinsola, *Belinzona*, oppidum Helvetiorum ad Ticinum fluvium, inter Mediolanum & Altorfium Helvetiorum urbem occurrens ſupra 50. mill. paſſ. dicitur melius Belitio. Vide ibi.

Berjoliom, *Barjols*, urbs Gallię, in Provincia, ſatis culta. Vix tribus leucis diſtans à Brincola in Septentrionem, & quinque a Reiis in Meridiem.

Berlanga, *Verlanga*, oppidulum Hiſpaniæ in Caſtella veteri, ad Durium fluvium, cum caſtro propè Uxamam urbem, teſte Roderico Sylva.

Berlinum, *Berlin* incolis & Gallis, *Berlino* Italis, urbs Germaniæ in Marchia Branbeburgica. Vide Berolinum.

Bermius, mons Macedoniæ, Ptolemæo, in Meridiem vergens, in Epiri & Theſſaliæ confinio, Pindo finitimus: ad cujus radices Myeza, Atinium, & Crelmenæ oppida. Ibi etiam lacus, ab eo Bermicus appellatus

Bermudæ insulæ, *les Iſles Bermudes*, inſulæ parvæ Americæ in mari ſeptentrionali, ſic dictæ à Joanne Bermudo Hiſpano qui primus illas luſtravit, nunc etiam Summerii inſulæ, ſive æſtivę vocantur ſępè ab Anglis, *the Summer Iles*, à Georgio Summero Anglo qui ad has naufragium paſſus: ſunt autem plurimæ, ſed earum major inſula S. Georgii dicta vix extenditur ad ſex leucas, aliæ vero multo minores ſunt, nempe inſulæ Somerſeti, S. Davidis, Varvici, & Hibetnia, ſuntque probè cultæ ab Anglis quibus ſubſunt.

Berna, *Bern* incolis, *Berne* Gallis, urbs Helvetiorum ampla & culta, ab urſo ſic dicta, & condita à Bertoldo Duce Zeringhenſi. Sita eſt ad Arolam fluvium, inter Salodurum à Septentrionem & Friburgum ad Meridiem; eſtque caput Bernenſis pagi ampliſſimi, qui anno 1353. aliis unitus fuit, & Nulthoniæ tractus urbs præcipua, facta fuerat Imperialis & libera à Friderico II. Imperatore, ſed ab Imperio exempta fuit anno 1353. hinc Bernenſes populi *les Bernois* vulgò Gallis, *gli Berneſi* Italis.

Bernaburgum, *Bernburg*, urbecula Germanię, cum caſtro, in Saxonia ſuperiori & Principatu Anhaltino, ad Salam fluvium, ubi Vipperam recipit, 4. milliaribus Germanicis diſtat à Magdeburgo in Meridiem, & totidem à Deſſavia in occaſum, & ſedes eſt unius ex Principibus Anhaltinis.

Bernacum, *Bernay*, oppidum Galliæ in Normannia provincia, & in Lexovienſi agro, cum Abbatia ad Carentonum fluvium, medium ferè inter Ebro.cum ad ortum & Lexovium ad occaſum.

Bernardostadium, quæ & Bernardopolis, & Bernſtadium, *Bernſtad*, urbecula Bohemiæ regni, in Sileſia provincia & Ducatu Olſnenſi, dicitur etiam à nonnullis Berolſtadium, & Berilſtovia Cromero, eſtque ad Weidam fluviolum cum arce antiqua Ducum, 3. milliaribus Germanicis diſtans ab Uratiſlavia in ortum verſus Poloniam.

Bernenses, populi Rhætiæ, Plinio, ſunt Veronenſes, qui alias ſub Rhætis latè ſumptis continebantur, teſtibus Plinio & aliis, quanquam communiùs in Gallia Tranſpadana in finibus Cenomanorum ponatur eorum primaria Verona, *Verone*. Vide ibi.

Bernensis pagus, *le Canton de Berne* Gallis, *die Ort von Bern* Germanis, *il Cantone di Berna* Italis, pars ampla Helvetiæ verſus Occidentem, ubi alias Verbigeni populi, & pars Ambronici pagi, inter alios pagos ſecundum locum obtinens, ab anno 1353. quo Bernenſes aliis pagis ſe junxerunt, terminatur ab ortu pagis Lucerino & Subſylvanienſi, à Septentrione pago Solodorenſi, & ditione Baſileenſis Epiſcopi, ab occaſu Comitatu Burgundiæ & Comitatu Novoforenſi, & à Meridie Valleſia & lacu Lemano, quo à Sabaudia ſeparatur, & intra ejus agros inſertus eſt pagus Friburgenſis, continet autem hic pagus Argoiam tractum, Nuithoniam pro majori parte, & Vaudum provinciam, in quibus ſunt 39. præfecturæ parvæ admodum, teſte Plantino; ejus præcipua urbs eſt Berna *Bern*, aliæ autem urbes ſunt Lauſana, Aarberga, Aarovium, Aventicum, & Thunum.

Bernicii, populi fuere Angliæ. & Northumbriæ regni pars in media ætate, ubi nunc Comitatus Northumbriæ, & pars meridionalis Scotiæ uſque ad Edimburgum.

Beroa, quæ Berrhœa aliis. Vide ibi.

Berolinum, *Berlin*, urbs Germaniæ præclara in Saxonia ſuperiori, & in media Marchia Brandeburgica, ad Spreham fluvium, intra paludes probè munita, primaria totius Marchiæ cenſetur, & Electoris Brandeburgici ſedes, duplex eſt nempe Berolinum urbs propria, *Berlin*, quæ major exiſtit & ad Boream, minor vero pars quæ ad Meridiem & cis Spreham, Colonia dicitur, *Coln* vulgò, diſtat 17. milliaribus Germanicis à Magdeburgo in ortum æſtivum Francofurtum ad Oderam verſus 11, à Vittemberga 12. verſus Septentrionem & Stetinum & 70. à Varſavia in occaſum: condita vero fuit ab Alberto Urſo Principe Anhaltino anno 1142.

Berones, populi fuere Hiſpaniæ Tarraconenſis, Antonino, & Ptolemæo, ſub Celtiberis, teſte Strabone, quos antea Tyrios vocatos fuiſſe ſcribit, erantque inter Cariſtos & Vardulos ad Septentrionem & Pelendones ad Meridiem, juxta Iberum fluvium, ubi nunc pars Ruconiæ provinciæ in Caſtella veteri, eorum primaria urbs erat Tritium, nunc *Triejo* vicus propè Najaram, & eorum veſtigium elucet in oppido *Briones* ad Iberum fluvium, ubi recipit Tironem amnem

Digitized by Google

amnem, ſex leucis diſtans à Calciata in Boream, à Silio Verones nominari videntur à Verone fluvio. Vide ibi.

BERONICE, urbs Ægypti Straboni, ad ſinum Arabicum, ſic dicta à matre Ptolemæi Philadelphi Regis, *Choſair* nunc. Vide Berenice.

BEROVALDIA, *Berwaldt*, oppidulum Germaniæ, in nova Marchia Brandeburgica, ſub dominio Electoris cognominis, notum fœdere inito inter Reges Franciæ & Sueciæ, & Principes Germaniæ anno 1631. juxta ſtagnum ſedet, & vix uno milliari Germanico diſtat ab Odera fluvio, & ferè quatuor à Lanſperga in occaſum.

BERRA, *Berre*, oppidulum Galliæ in Provincia, ad Aſtromelam ſinum, & ad oſtia Cæni fluvii, 3. leucis à Maritima diſtans ad Septentrionem, & 5. ab Aquis Sextiis in occaſum.

BERRHOEA, Macedoniæ urbs in Æmathia provincia, Plinio & Straboni, propè Ludiam fluvium, vocatur a Turcis *Carra Veria*, hoc eſt Nigra Beræa, teſte Sophiano, quia talis procul aſpicientibus apparet, ob denſas ſylvas quæ ſunt circa urbem, teſte etiam Luca Holſteoio, ſedet ad radices Bermii montis, & inter fluvios Aliacmonem ad Auſtrum & Axium ad Boream, olim Epiſcopalis fuit ſub Archiepiſcopo Theſſalonicenſi, nunc vero metropolis, 30. mill. paſſ. diſtans à Pidne, & totidem à Pella in occaſum, refecta fuerat olim ab Irene Imperatrice & de ejus nomine Irenopolis dicta, teſte Cedreno.

BERRHOEA, urbs Syriæ in Cyrrheſtica regione, Ptolemæo, Beroea Plinio, Beroa Antonino, Beroe Stephano, quæ nunc *Alep* dicitur, *Aleppo* Italis, ad fluvium Marſyam, teſtibus Zonara, Cedreno, Petro Gyllio, Choniate, Ortelio, Petro à Vico, Philippo à S. Trinitate, Thevenoto, & aliis, ut colligitur etiam ex jure orientali in quo hæc verba: Berœa ſive Chalepo, & ut pluribus & doctiſſime probat Jacobus Gollius in notis ad Alfraganum, eſtque urbs maxima Syriæ, & emporium percelebre cum innumeris incolis, & etiam Europæis, qui eò ob mercimonia conveniunt, habet in circuitu milliaria ſex, cum tribus ſuburbiis, decem portis, & caſtro oblongo ſatis munito, bidui itinere ſeu 28. leucis diſtans ab Alexandria minori, ſeu ab ora maris Syriaci in ortum Euphratem verſus 28. à Damaſco vero 200. mill. paſſ. in Boream, & 30. ab Hierapoli, in ea commorantur conſules Gallus, Anglus, & Venetus totius Orientis, ſuntque in ea reſidentiæ Jeſuitarum, Carmelitarum, & Capucinorum, anno 1628. fundatæ, Bellonio vero *Alep* eſt Hierapolis, ſed prior opinio communior, ſcribitur & Beroe à Beroe Dorycli conjuge.

BERRHOEA, urbs Thraciæ ad Bermii montis radices ſita, inter Nicopolim Mœſiæ & Philippopolim Thraciæ, teſte Porphyrogenneta.

BERROCENSIS AGER, provincia Angliæ, cujus fit mentio in actis mediæ ætatis, & quæ nunc Bercheria dicitur. Vide ibi.

BERSABEE, urbs Palæſtinæ in Tribu Simeon, ex libro Regum, poſtea regni Judaici in Geraritica tractu, verſus Meridiem & ad radices montium, vulgo *Gallyn* incolis, *Bethgebrim* vero Arabice, teſte Guillelmo Tyrenſi Archiepiſcopo, & *Gibelin* teſtibus Brochardo, Giſtello, & Volaterrano, 8. mill. paſſ. à Gaza diſtans in ortum, & 20. ab Hebron in Meridiem, nuncque in vicum redacta eſt.

BERSIAMITÆ, *les Berſiamites*, populi Americæ in Nova Francia, ad æſtuarium S. Laurentii & in ejus ora ſeptentrionali degentes.

BERSINUM, ſeu melius Belſinum, oppidum Galliæ in Aquitania, ex itinerario Antonini, 30. mill. paſſ. diſtans à Lugduno Convenarum in Septentrionem, Lactoram verſus, nunc recentioribus eſt *Lombez* Lombarium urbs Epiſcopalis Convenarum, Vide Lombarium.

BERTOLGADA, *Berchtelſgaden*, oppidum Germaniæ in Bavaria ſuperiori, & intra limites dirionis Salisburgenſis, ad amnem Atiam, 3. milliaribus Germanicis diſtans a Salisburgo in Meridiem, ſub dominio Præpoſiti loci, cum tractu parvo adjacente dicto *die Berchtelſgaden Probſtey*, ſeu præpoſitura Bertolgadenſis.

BERTRANDOPOLIS, *S. Bertrand*, urbs Galliæ in Aquitania, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Auxitano, ſic dicta fuit à S. Bertrando Epiſcopo, qui ipſam excitavit anno 584. ex ruinis Lugduni Convenarum deſtructi à Guntchramno rege, & 16. mill. paſſibus diſtat ab aquis Convenarum. Vide Fanum S. Bertrandi, & Lugdunum Convenarum.

BERTULA, inſula Sardiniæ adjacens, in ejus ora occidentali Ptolemæo, nunc interpretatur *la Coxa di Donna* incolis, *o Malventre*, teſte Franciſco de Vico, *la cuiſſe de femme* nautis Gallis.

BERUBIUM, ſeu Beruvium, promontorium Britanniæ majoris in ejus parte Boreali, & maxime in Septentrionem protenſum, Ptolemæo, in Cornabiorum provincia, nunc teſte Roberto Gordonio, cum Buchanano, & aliis, eſt *Dungisby head*, in Cathaneſia provincia Scotiæ, contra Picticum fretum & Orcades inſulas, in ora ſeptentrionali ubi incipit orientalis, quanquam Camdenus aliter ſentiat.

BERVICUM, *Barwich*, quanquam *Berwick* pronuntient incolæ, urbs aliàs in Scotiæ regno, & in Marchia provincia, nunc autem in Anglia Boreali, à duobus ſæculis, & in Northumbria provincia, cum ab Anglis Scotis erepta ſit ſub Eduardo IV. Rege, ſedet ad oſtium Tuedæ fluvii, in ipſo limite Scotiæ & in ora Oceani Germanici, eſtque probè munita, 60. milliaribus Anglicis diſtans à Dunelmo in Boream, uti 240. à Londino Edimburgum verſus 44. in occaſum æſtivum.

BERYTOS, Arabiæ urbs, quæ prius Dioſpolis dicta fuit, teſte Stephano.

BERYTUS, Phœniciæ urbs, Ptolemæo, & aliis, quæ Berytus colonia fœlix Julia dicta fuit, inquit Plinius, & colonia Auguſta Berytus fœlix Julia in nummo, nunc *Beirut* incolis, *Barut* Gallis, *Baruti* Italis, eſtque urbs Archiepiſcopalis ſub Patriarcha Antiocheno, in ora maris Syrii, inter Bylum ad arctos 34. & Sidonem in Auſtrum, 30. mill. paſſ. à Tripoli 70. ex itinerario Antonini, ſed apud recentiores inter Tripolim 40. ad Boream & Damaſcum 60. ad ortum, & in ea obiit Balduinus III. Rex Hieroſolymitanus anno 1162.

BESBICUS, quæ & Beſbycus ſcribitur, inſula Aſiæ minoris in Propontide, Plinio, & Stephano, & in ora Bithyniæ, propè fauces Cyani ſinus, Proconneſo finitima, & 30. mill. paſſ. à Pruſa in occaſum, nunc *Calonio* dicta, teſtibus Mercatore & Bellonio, *Maignine* vero & *l'Iſola del Papa* aliis, ut didici à nautis qui illas oras nuper luſtrarunt.

BESBRIA, *la Beſbre*, amnis Galliæ, in Borbonienſi provincia, qui ex Monmorillone ortus, caſtrum & oppidum *la Palice* perluit, & deinde propè Borbonium Anſelmum in Ligerim cadit.

BESCIA, oppidum Italiæ in Campania Stephano, quod Veſcianum Ciceroni, Veſcia Livio, in Hirpinorum confinio, nunc etiam *Veſciano*, vicus regni Neapolitani in provincia Terræ Laboris, propè Nolam urbem, teſte Ambroſio Leone.

BESIDIÆ, urbs Brunorum, Livio, quæ & Deſidiæ quibuſdam, nunc Biſinianum *Biſignano* incolis, teſte Scipione Mazzella, *Biſignan* Gallis, quaſi Biſidianum, urbs parva regni Neapolitani in Calabria citeriori, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Roſſanenſi, ſed

ab ejus juriſdictione immunis, & principatus titulo clara gentis de San Severinis, ſedet in colle cum arce munita, ad Cotilinn fluvium qui paulo infra cadit in Crathim, eſtque ſatis culta, & circuitus 2. mill. paſſ. ſed montibus altiſſimis undique vallatur, diſtat 15. milliaribus à Roſſano in occaſum, mare Tyrrhenum verſus totidem, & 16. à Conſentia in Septentrionem.

BESINGITIS, regio Aſiæ, in India extra Gangem, Ptolemæo, ubi forſan nunc regnum Peguanum. Ejus primária erat Beſynga urbs, quæ nunc *Pegu* a multis creditur.

BESIPPO, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, in Turdetanis, Plinio, Bæſippo Ptolemæo, & in ora littorali Oceani, ex itinerario Antonini, quod nunc, teſte Roderico Caro, in libro tertio Antiquitatum Hiſpalienſium, eſt *el Puerto de S. Maria*, caſtrum Vandaluiæ in ora ſinus Gaditani, ad oſtia fluvii Lethe, ſed Schotto eſt *Ciclana* oppidulum 2. leucis à Gadibus in ortum. Henrico Coquo, Ortelio aliiſque eſt *Bejer* oppidulum ejuſdem provinciæ verſus oram freti Herculei, 9. leucis à Gadibus in Meridiem, & totidem à Calpe in occaſum, paucis conſtans incolis.

BESOA TORRENS, qui & torrens Ægypti, fluvius parvus Palæſtinæ, Tribum Simeonis à Tribu Juda ſeparans, & poſtea in mare Syriacum ſe exonerans prope Gazam urbem.

BESSARABIA, *la Beſſarabie*, provincia magni Regni Hungariæ, quæ poſtea ſub Multaviæ Principatu complectebatur: extenditur ab ortu in occaſum inter Pontum Euxinum ad ortum, Podoliam ad Septentrionem, Valachiam ad occaſum, & Moldaviam ad Meridiem, Bulgariamque, a qua ſeparatur Iſtro fluvio, ubi alias Arpii populi, & pars Daciæ ad ortum, nunc ſubeſt dominio Turcarum, ejus præcipuum oppidum Bialogroda dicitur, in ipſa vero degunt populi Tartari Budziacenſes dicti.

BESSASTADIUM, & Beſeſtadium, *Beſtede*, aliter *Kronningeſgard*, arx Iſlandiæ in ejus parte meridionali, ad ſinum *Alta fiord*, ubi degit præfectus inſulæ pro Rege Daniæ, & ibi altitudo poli eſt 64. graduum.

BESSI, populi fuere Thraciæ, Plinio teſte, à quibus Beſſica regio dicta fuit, juxta fluvium Hebrum ſatis extenſa, inter Hæmum montem ad Septentrionem, & Pangæum ad Meridiem, & cujus præcipuæ urbes fuere Philippopolis & Beſſapara in parte occidentali Thraciæ.

BESYNGITIS, regio Aſiæ, in India extra Gangem, Ptolemæo. Vide Beſingitis.

BETA, *el Beta*, fluvius Americæ meridionalis & regionis Pariæ. Cadit in Orenocum fluvium.

BETARUM, ſive Betaro, oppidum olim, nunc pagus Judææ, inter Cæſaream 18. & Dioſpolim 22. mill. paſſ. alibi verò 28. ex Antonino. Vide Betharo.

BETASII, populi fuere Galliæ Belgicæ, Plinio, & Tacito, qui antea dicti fuere Aduatici, inter Scaldim & Moſam fluvios extenſi, ubi nunc major pars Comitatus Namurcenſis cum Brabantia Gallica, ſeu parte Brabantiæ ad Meridiem, eorum oppida fuere oppidum Aduaticorum, Geminiacum, & Peruviacum. Petrus Divæus credit eorum veſtigium relucere in vico *Beets* dicto in Brabantia.

BETAVIA, *la Betuwe*, tractus Belgii in Ducatu Gueldriæ, qui a Gallis *le Betau* dicitur, ubi olim pars Batavorum inſulæ, cujus hic remanet veſtigium, duplex eſt nempe ſuperior & inferior, extenditurque ab ortu in occaſum, ſcilicet à ſciſſura Rheni prope arcem Schenchiam, uſque ad Tilam oppidum ad Vahalim fluvium, inter Rhenum ad Septentrionem & Vahalim ad Meridiem, in Tetrarchia Noviomagenſi.

BETERONES, populi Hiſpaniæ Tarraçonenſis, teſte Livio, ubi Hamilcar Carthaginenſis cæſus eſt. Eorum veſtigium manet in pago *Betera* in regno Valentino, ad amnem Siecum, inter Saguntum ad ortum & Liriam ad occaſum.

BETHANIA, *Beuthen*, oppidum Bohemiæ regni, in Sileſia provincia, quod ab aliis Beutha dicitur, ſedetque ad Oderam fluvium. Vide Beutha.

BSTHANIA, caſtellum olim Judææ, Mariæ & Marthæ ſororum Lazari, nunc vicus proximus Hieroſolymis, juxta montem Olivetum, ab Hieroſolymis 2. mill. paſſ. diſtans prædicto monte interſito, ab Hiericho 12.

BETHAHIA, locos Palæſtinæ in tribu Ruben, ad orientalem Jordanis ripam, qui ab aliis Bethabara dicitur, in quo erat Joannes baptiſans.

BETHARIA, campus Palæſtinæ, ubi Zacharias Propheta ſepultus eſt, prope Eleutheropolim urbem inde 5. mill. paſſ. ab Hieroſolymis 20.

BETHARO, oppidum Judææ, Antonino, quod Bætharrus Stephano, inter Cæſaream & Dioſpolim in Meridiem vergentem, dicitur etiam Bethoron, eſtque duplex inferius & ſuperius.

BETHEL, oppidum Palæſtinæ, in colle ſitum, de quo ſæpius in ſcripturis, *Sargoreg*. nunc, teſte Benjamino Tudelenſi, prius Luza vocabatur, fueratque olim civitas regia. poſteaque data eſt Tribui Benjamin, nomen Bethel domum Dei ſignificat, poſtquam vero Jeroboam poſuit in ea unum ex vitulis aureis, ab eo tempore Bethaven id eſt domus Idoli nominata eſt, 20. mill. paſſ. ab Hieroſolymis in ortum.

BETHLAEM, de qua paſſim in ſcripturis, quæ & Lehem ſeu Lahem, & Euphrata. quæque Bethleem Judæ ad diſcrimen alterius dicta eſt, & civitas David, a Jebuſæis condita, urbs Palæſtinæ in Tribu Juda, Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Filii Dei nativitate celeberrima effecta, ab Hieroſolymis 5. mill. paſſ. in Auſtrum diſtans Hebron verſus, à Paſchali II. Pontifice Maximo Epiſcopalis effecta ſub Patriarcha Hieroſolymitano, licet exciſa ſit, manente tantum cœnobio, ejus Epiſcopatus apud Gallos in Xenodochio ad Clametium oppidum Nivernenſis provinciæ, & Antiſſiodorenſis Diœceſis ad Icaunum fluvium, hinc Bethleemiticus nomen gentis.

BETHMAUS, vicus Palæſtinæ, prope Tiberiadem, 4. tantùm ſtadiis inde diſtans, teſte Joſepho.

BETHSAIDA, vicus Palæſtinæ, in Galilæa, & Tribu Zabulon, ad lacum Geneſareth, qui & Julias dictus, a Nepthali 6. mill. paſſ. diſtans in Auſtrum Magdalum caſtrum verſus, Tiberiadi quoque propinquum, ac Betbuliæ & Scythopoli, a Nazareth 30. mill. paſſ. teſte Adrichomio. Penè exciſum jacet, nomen antiquum retinens. Patria fuit S. Petri Apoſtolorum Principis.

BETHSAMIS, quod & Bethſemes, oppidum Palæſtinæ in Galilæa, & in Tribu Iſſachar, ad radices montis Carmeli.

BETHSAN, urbs Palæſtinæ, in dimidia Tribo Manaſſe cis Jordanem, quæ poſtea Scythopolis eſt appellata, à Plinio Nyſa, & olim quoque Methora, dicta etiam Betſan & Bethſean, erat regionis Decapoleos maxima, ſub Gelboe montibus, non longè ab ora meridionali lacus Genezareth, ad ripam occiduam egredientis ab eo Jordanis fluvii, fuit poſtmodum Archiepiſcopalis ſub Patriarcha Hieroſolymitano 9. habens ſuffraganeos Epiſcopos, ſed ſedes tandem Nazareth tranſlata fuit, adhuc hodie vulgo *Elbeyſan* caſtrum. Vide Scythopolis.

BETHSEMES, urbs alias munita Palæſtinæ, in Galilæa, & in Tribu Nephtalim, prope confinia Tribus Aſer.

BETHSEMAS, urbs Palæſtinæ in Tribu Dan,

Digitized by Google

cum eſſet in Tribu Judæ, prope Satrapias Philiſtinorum, Acaron urbi finitima, ab ea 8. mill. paſſ. in Boream, teſte Adrichomio, dicitur etiam Bethſames, & ipſius incolæ Bethſamitæ.

Bethsor, ſive Bethſur, oppidum Palæſtinæ in Tribu Juda, & in limite Benjamin, ab Hieroſolymis ſex mill. paſſ. ad Torrentem Cedron, teſte Divo Hieronymo, *Bethoron* nunc.

Bethunia, *Betune*, urbs Belgii probè munita, in Comitatu Arteſiæ, ad amnem *la Biette*, octo leucis ab Atrebato in Septentrionem diſtans, & 5. ab Aria. Subeſt dominio Francorum ab anno 1645. quo ab ipſis capta fuit.

Bethulia, & Betulia, oppidum Palæſtinæ in Galilæa, & in Tribu Zabulon, in monte [illegible]ns, dicta fuit etiam Bethleem in libro Joſue, de ea ſub nomine Bethuliæ in ſolo libro Judith, ubi Holofernis oppugnatione & cæde notiſſima, 4. mill. paſſ. diſtans a Dothaim, 6. vero à Tiberiade in occaſum Ptolemaidem verſus 30. uti 17. Canam Galilææ verſus, teſte Brochardo.

Bethulæ, urbs Hiſpaniæ Bæticæ, nunc, teſte Juliano, eſt *Ubeda la vieja*, vicus Hiſpaniæ in Vandalitia, ad Bætim fluvium & prope Ubedam urbem.

Bethuria, regio Hiſpaniæ Luſitanicæ, Aulo Hirtio, quæ nunc Extremadura, dicitur ab aliis Bæturia. Vide ibi.

Beticolæ, ſive Bæticolæ, populi Hiſpaniæ Bæticæ, circa Bætim fluvium incolentes, teſte Silio.

Betis, fluvius Hiſpaniæ Bæticæ. Vide Bætis.

Betisiacum, *Betiſi*, oppidulum Galliæ, in provincia Inſulæ Franciæ & in Sylvanectenſi agro, tribus leucis à Compendio in Meridiem, & non procul ab Oeſia fluvio, ad radices collis.

Betius, fluvius Arabiæ fœlicis, Ptolemæo teſte, nunc à quibuſdam *Chaibar* dicitur, oritur ex Zameto monte, & in occaſum fluens prope Meccam urbem labitur, & poſtea in mare Rubrum ſe exonerat.

Bettonium, *Bettona*, oppidum Umbriæ, in Italia, olim urbs Epiſcopalis inter Peruſiam & Aſſiſium. Vide Vettonium.

Betullo, fluvius & oppidum Hiſpaniæ citerioris, Mela teſte, oppidum *Badelona* nunc, fluvius vero *el Beſos* in Catalonia provincia. Vide Bætulo.

Betulo, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ Livio, apud Biatiam & Ubedam, nunc exciſum, teſte Mora[illegible].

Betys, fluvius Hiſpaniæ Bæticæ. Vide Bætis.

Bevelandia, *la Beveland*, inſula Belgii uniti in Zelandiæ Comitatu, & in ejus parte C[illegible] Scaldina, quæ anno 1532. inundatione maris duplex inſula effecta eſt. Ejus pars ſeptentrionalis, quæ parva admodum, Borealis Bevelandia dicitur *Nort Beveland*, & in ea ſunt tantum aliquot pagi, quæ vero ad Auſtrum Bevelandia meridionalis dicitur, *Zuyd Beveland* vulgo, ab ortu in occaſum extenſa inter duo Scaldis æſtuaria, ubi Goeſa *Ter Goes*, oppidum lautum & munitum, cum pluribus pagis & caſtris, ſub dominio provinciarum unitarum Belgii.

Bevera, qui & Beveris, *la riviere de Bievre*, fluviolus parvus Galliæ, in provincia Inſulæ Franciæ, qui poſt brevem curſum in Sequanam labitur juxta & ſupra Lutetiam Pariſiorum, ubi etiam dicitur fluvius Gobelinorum, *la riviere des Gobelins*, in ſuburbio S. Marcelli.

Beugesia, quæ & Bugia & Beugia, *le Bugey*, provincia eſt regni Galliæ, inter Sabaudiam ad ortum, & Breſſiam ad occaſum, à qua dividitur Idano fluvio, *l'Ains*, quanquam aliquando ſub Breſſia comprehendatur, ſed, teſte Guichenone, revera provinciam ſeparatam facit, dividiturque in tres partes, nempe in Micaliam *la Michaille*, quæ ad Septentrionem, in Vallem Romanam *le Valromey*, quæ ad ortum intra montes, & in Beugeſiam propriam *le Bugey*, quæ maxima pars eſt provinciæ verſus occaſum & Meridiem, ejus caput erat olim Roſſilio, nunc autem Bellicum, ſuberatque alias tota regio dominio Ducis Sabaudiæ, ſed nunc juris eſt Francici, pace ad Lugdunum ſancita anno 1601, excepta minima ipſius parte inter Sabaudiam & Rhodanum fluvium quæ Sabaudici juris remanſit, ubi tractus S. Geniſii, Intramontium, *d'Ienne*, & *Loyſſey* dicti.

Beuthena, *Beuthen*, oppidulum Bohemiæ regni, in Sileſia, ad fluvium Oderam, cum caſtro in Ducatu Glogavienſi, 2. milliaribus Germanicis diſtat à Glogavia in Septentrionem, 3. à confinio Poloniæ in occaſum, & 4. a Sagano in ortum, dicitur à Curæo Bethania & Bythonia aliis.

Beuthena, ſive Bythonia, *Beuthen*, oppidulum regni Bohemiæ in Sileſia, & in Ducatu Oppolienſi, ad radices Carpathi montis ſitum, in limite Poloniæ.

Beutzenburgum, *Boitzenburg*, oppidulum Germaniæ in Saxonia inferiori, ad Albim fluvium, & in Ducatu Megalopolitano, in ipſo limite Ducatus Lavenburgici, 2. milliaribus Germanicis ſupra Lavemburgum in ortum, & 4. a Ratzeburgo in Meridiem.

Biafaræ regnum, *le Royaume de Biafara*, regnum Africæ in Æthiopia inferiori, verſus Guineam, terminatur à Septentrione Zanfara regno Nigritarum, ab ortu Medræ regno, ab occaſu Benino regno, uti a Meridie Gabone, urbem habens primariam cognominem.

Biafara, *Biafara*, urbs Africæ, in Guinea regione, regni cognominis caput, juxta fluvium *dos Camarones* dictum, in mediterraneis, verſus regnum Benini in ortum, teſte Joanne Leone.

Biana, *Biana*, urbecula Indiæ intra Gangem, in regno Agræ, ſub dominio Magni Mogolis, & 90. mill. paſſ. diſtans ab Agra urbe in occaſum.

Bialocerqua, *Bialacerkien*, urbs munita Poloniæ in Kiovienſi Palatinatu, ad fluvium Roſſium in Ucrania regione, diſtat 16. milliaribus Polonicis à Kiovia in Meridiem Braclaviam verſus 35. & ſubeſt dominio magni Ducis Moſcoviæ ab aliquot annis, cum antea Polonis pareret.

Bialogroda, & Bialogrodum, oppidum Beſſarabiæ ad Tyram fluvium, vulgo *Bialogrod* Polonis, *Belogorod* Moſcis, *Moncaſtro* Valachis, *Ac-Girmen* Turcis, *Belgrado* Sclavis, *Aſprocaſtron* Græcis modernis, & *Neſter Alba* Germanis, a fluvio præterlabente, & quæ omnes voces arcem albam ſignificant, eſtque oppidum in confinio Moldaviæ & Ruſſiæ Rubræ, prope Pontum Euxinum ſub dominio Turcarum, teſte Leunclavio.

Bialogrodenses Tartari, *les Tartares de Bialogrod*, populi Tartariæ minoris, verſus oſtia Danubii fluvii, ſic dicti à Bialogroda urbe Beſſarabiæ, prope mare Nigrum, & ſub dominio Turcarum, dicuntur melius Budziacenſis. Vide ibi.

Biandyna, ſive ut alii codices habent Biadyna, oppidum Græciæ in Peloponneſo, Ptolemæo, & in Laconica provincia, in ora littorali, *Prignicos* vulgo, teſte Nigro, ad oſtia Eurotæ fluvii, ſed ab aliis *Caſtel Rampano* nunc dicitur, eſtque caſtrum munitum juxta ſinum Laconicum, & inter Maleam promontorium ad ortum & oſtia Eurotæ fluvii in occaſum, à quo ſinus Laconicus, hodie *le Golfe de Caſtel Rampano* dicitur.

Biarmia, provincia parva Sueciæ regni in Septentrionem extenſa, & pars Lappiæ regionis, teſte Pontano ſed de ea pauca admodum dicenda ſunt.

Biatia, *Baeza*, urbs Americæ meridionalis in Peruæ regno, & in regione Quixorum, cujus caput

exiſtit ſub Quitoa præfectura, condita fuit ab Hiſpanis anno 1559. ipſiſque etiamnum ſubeſt, & 18. leucis Hiſpanicis diſtat ab urbe S. Franciſci de Quito in ortum hybernum, teſte Laetio.

BIATIA, urbs Hiſpaniæ Bæticæ, Plinio, nunc *Baeza*, urbs Hiſpaniæ in Vandalitia regione, Epiſcopalis alias ſub Archiepiſcopo Toletano, ſed anno 1249. ejus Epiſcopatus unitus fuit Giennenſi ab Innocentio IV. & à Chriſtianis recuperata fuerat ſub Ferdinando Rege Caſtellæ anno 1227. colonia fuit Romanorum, olim Bætica urbs dicta, teſte Appiano Alexandrino in Ibericis, nunc Academia gaudet erecta anno 1538. eſtque ſatis ampla in monte, una leuca à Bæti fluvio in Boream, uti ab Ubeda in occaſum, & 2. à Caſtulone, hinc Biatienſes populi.

BIBALI, populi Hiſpaniæ Tarraconenſis, teſte Ptolemæo, ſub Callaicis Braccariis comprehenſi, quorum oppidum Forum Bibalorum erat, ad Lethem fluvium, ubi nunc pagus *Celine* in Portugallia.

BIBASIS, fluvius Indiæ intra Gangem, Ptolemæo, qui Hypaſis Plinio, & Hypanis dictus à Strabone. Vide Hypanis.

BIBERACUM, quæ forſan Bibacum Ptolemæo, nunc *Biberach*, urbs parva Germaniæ, in Sueviæ Ducatu, & in Algea tractu, ad amnem Ruſſam, à qua non procul aquæ ſunt ſalubres Jordanis dictæ, Imperialis eſt, & libera, & ſub Friderico II. Imperatore muro cincta fuit, ſic dicitur à caſtore & rivo, quaſi *Biberbach*, ferunt enim ibi fuiſſe magnam caſtorum copiam, 5. milliaribus Germanicis diſtat ab Ulma in Meridiem Conſtantiam verſus 10. & 2. tantum à Danubio fluvio in ortum hybernum.

BIBERIACUM, oppidum Cœnomanorum in Gallia Tranſpadana, ubi Otho à Vitellianis ſuperatus, Suetonio teſte, ad Ollium fluvium, nunc *Caneto*. Vide Bebriacum.

BIBISCUM, oppidum Galliæ Lugdunenſis, Antonino, Vivilcus & Vibiſcum aliis, nunc, teſte Simlero, *Venay*, caſtrum Helvetiorum ad Lemanum lacum, in Vaudo provincia pagi Bernenſis, ſub dominio dicti pagi ab anno 1465. cum antea juris eſſet Sabaudici, quatuor milliaribus Germanicis diſtat à Lauſana in ortum, & 7. ab Octodoro in Septentrionem Aventicum verſus 8. circiter.

BIBIUM, ſive ut habent alii codices Bilbilis & Bibilis, oppidum fuit Japodum, in Liburnia, ex Antonino, propè Colapim fluvium, decem milliaribus à Metulo in ortum, & propè ejus rudera erectum fuit ultimo ſeculo Caroloſtadium, oppidum probè munitum, in Croatia, quæ Auſtriaco paret, 10. milliaribus Germanicis à Senia in Boream, S[illegible] à Rodolphi inſula in ortum. Vide Caroloſtadium.

BIBLE, quæ & Digba, urbs Aſiæ, in Babylonia regione, ad Tygrim fluvium, 15. milliaribus infra Cteſiphontem, locus forſan nunc *Cormaba* dictus.

BIBLIS, fons Lyciæ, in quem Biblis ſoror Cauni converſa eſt, teſte Ovidio.

BIBONUM, civitas Germaniæ, Tacito teſte, Romanis ſocia, verſus Decimatos agros ab eodem commemoratos, quorum incolæ Bibenſes in antiqua inſcriptione vocantur, nunc, teſte Beato Rhenano, *Bebling*, caſtrum Sueviæ in Ducatu Wurtembergenſi, 3. milliaribus Germanicis à Tubinga in Boream Weilam verſus 2. ſeu forſan *Babenhauſen* caſtrum in eodem tractu, uno milliari à Tubinga in Septentrionem *Bebling* verſus 2. & 4. à Stugardia in Meridiem. Quibuſdam aliis eſt Febiana caſtra. Vide ibi.

BIBRACTE ÆDUORUM, longe maximum & copioſiſſimum oppidum in Gallia Celtica, Cæſari & Straboni, quod unum eumdemque locum eſſe volunt cum Auguſtoduno *Autun*, Petrus à S. Juliano in ſua Burgundia, Thomas Auguſtodunenſis in ſua erudita diſſertatione de Bibracte, Lucas Holſtenius, Sanſon, & Brietius cum aliis, quanquam Marlianus & Joannes Macarius exiſtiment Bibracte nomen retinere leviter mutatum, & eſſe *Bevray* locum deſertum vepribus & dumis obſitum 4. milliaribus diſtans in occaſum ab Auguſtoduno, quæ ſic cenſeretur creviſſe ex ejus ruinis. Vide Auguſtodunum.

BIBRAX, oppidum Galliæ Belgicæ, in finibus Sueſſonum, Cæſari, nunc, teſte Huberto Leodio, eſt Brana *Brayne*, oppidulum Campaniæ provinciæ, ad Vidulam fluvium, & in Sueſſionenſi agro, fere medium inter Fines ſeu Fimas ad ortum 4. leucis & Sueſſiones ad occaſum, 3. leucis diſtans, ſed Sanſon exiſtimat eſſe Fines *Fimes*, oppidulum Remorum ad Vidulam fluvium, medium inter Durocortorum ad ortum, & Sueſſiones ad occaſum 7. leucis diſtans, idque multis probat argumentis ex itinerario Antonini, in ejus diſquiſitionibus Geographicis libro ſecundo.

BIBROCI, populi Britanniæ magnæ, Cæſari, quorum tractus, nunc *the Hundred of Bray* dictus, id eſt centuria Braiæ, in Bercheria provincia Angliæ, propè Windeſoram, teſte Guillelmo Camdeno.

BICAYUM CAPUT, *el Cabo Bicayo*, promontorium eſt Indiæ in Philippinis. Vide Caput Bicayum.

BICE, & Byce, palus Sarmatiæ Europææ ad paludem Mæoticam, Ptolemæo, circa iſthmum Tauricæ Cherſoneſi, Burges Plinio, quod nomen etiam eſt fluvii *Seſchan*, teſte Moletio.

BICHIUM, *Biſche*, oppidum Galliæ alias in ditione Hanoviorum, poſtea ſub Duce Lotharingiæ. Vide Bidiſcum.

BICURGIUM, urbs Germaniæ, Ptolemæo, nunc Pyramio teſte, eſt Erfordia, *Erford*, urbs Saxoniæ inferioris, Thuringiæ caput, ex maximis totius Germaniæ, ad Ieram fluvium, ſub dominio Electoris Moguntini a paucis annis & Academia ſua celebris, media inter Vimariam & Gotham. Aliis eſt *Zuickau*. Vide Erfordia.

BIDAIUM, ſeu Bedaium, oppidum Norici, quod & Badacum dictum fuit, Antonino, nunc teſtibus Cluverio & aliis eſt, *Painburg* vicus Bavariæ, prope oppidum *Troſperg*, ad Achazam fluvium qui paulo infra in Oenum cadit in limite ditionis Saliſburgenſis. Vide Badacum.

BIDASCIA, *Bidaſche*, caſtrum Galliæ, in Benearnia, ad fluvium *Bidouſe*, Principatus titulo clarum, in Vaſcitania, 5. leucis diſtat à Baiona in ortum Orteſium verſus.

BIDASSO, qui & Vidaſſo, *Bidaſſoa*, fluvius parvus Galliæ in Aquitania, oritur ex montibus Aldudæ in Pyrenæis, in confinio Navarræ inferioris, 7. mill. paſſ. à Fano S. Joannis Pedeportuenſis, deinde propè & cis Pyrenæos montes fluens in Septentrionem, inter Lapurdenſem tractum ad ortum, & Ipuſcoam ad occaſum, in Oceanum Cantabricum ſe exonerat juxta Fontem Rapidum, ubi Franciam ab Hiſpania ſeparat, celebre eſt pace Pyrenæorum dicta, inter Franciæ & Hiſpaniæ Reges, quæ ſancita fuit in ejus parva inſula Phaſianorum dicta, ſeſqui milliari ab oppidis *Andaye* & *Irun*, intra domum hujus tractatus cauſa in prædicta inſula extructam, die 7. Novembris anno 1659. in qua poſtea Reges Franciæ & Hiſpaniæ ſeſe invicem ſalutarunt, die 8. Idus Junii anno ſequenti 1660.

BIDIMA, *la Ilha Bidima*, ſeu de *Saauedra* Luſitanis, inſula parva Aſiæ in Oceano orientali, & una ex Latronum inſulis, ab Europæis tantum detecta & denominata, ſui juris remanſit.

BIDINÆ, Moeſiæ ſuperioris civitas, quam Græci hoc tempore ſic appellant, teſte Luca Holſtenio, dicitur etiam Bidina & Bidinum, teſte Calcondilo. Vide Bydena.

Bidini, populi fuere Siciliæ inſulæ, in ejus parte auſtrali, quorum oppidum Bidis, teſte Cicerone. Vide Bidis.

Bidis, oppidulum Siciliæ, teſtibus Cicerone & Plinio, in mediterraneis, exciſum, nunc vicus *S. Giovanni di Bidini* dictus, in valle Nerina, ad Anapum fluvium, 15. mill. paſſ. diſtans à Syracuſis in occaſum, ubi ejus rudera cernuntur, teſte Fazello.

Bidiscensis Comitatus, *le Comté de Biſche*, tractus Galliæ, in Vaſgoia inter Palatinatum Rheni & Alſatiam ad ortum, & Lotharingiam ad occaſum, alias erat in ditione Hanoviorum Comitum, ſicque ſub Germania cenſebatur antea, ſed à multis annis ceſſit Ducibus Lotharingiæ ideoque, nunc ſubeſt dominio Francorum Regis, protenditur à Septentrione in Meridiem, & ejus pars fuit olim Ducatus Bipontinus pro majori parte.

Bidiscum, *Beitsch* Germanis, *Biſche* Gallis, oppidulum Galliæ, cum caſtro in colle, & in Vaſgoia tractu, Comitatus cognominis caput, ſedet ad radices montium juxta fluvium *Schwolbe*, eſtque fere medium inter Bipontium ad Septentrionem, & Hagenoam ad Meridiem, captum fuit a Gallis anno 1679. & ipſis etiam ſubeſt.

Biducasses, populi Galliæ, Plinio, quorum tractus nunc *le Beſſin* dicitur, in Normannia inferiori, & urbs Baiocum *Bayeux*, dicuntur & Baiocaſſes. Vide ibi.

Bidocenses, populi Galliæ Celticæ Ptolemæo, melius dicuntur Biducaſſes & Baiocaſſes. Vide ibi.

Bielca, *Bielsko*, urbs regni Poloniæ, in Podlaſſia tractu Maſoviæ, cum arce munita. Sita eſt ad Bialam amnem, inter urbes Breſſiciam ad Meridiem & Grodnam ad Septentrionem.

Biela Osera, *Biela Oſero*, provincia Moſcoviæ, Ducatus titulo inſignita, inter Vologdam provinciam ad ortum, & Septentrionem, & Novogrodenſem Ducatum ad occaſum & Meridiem, urbem habens primariam cognominem.

Biela Osera, *Biela Oſelo*, urbs Moſcoviæ, parva ſed munita cum arce firmiſſima, in ora lacus ſita inſtar peninſulæ, & provinciæ cognominis caput, 100. mill. paſſ. diſtat a Vologda in occaſum, Novogardiam magnam verſus.

Bielha, *Bielha*, urbs Moſcoviæ, verſus Occidentem, provinciæ cognominis caput, ad fluvium etiam Bielham dictum, 50. mill. paſſ. diſtat à confinio Lithuaniæ in ortum, & 75. à Smolenſco in Septentrionem caſtrum habens ſatis munitum.

Bielkia, *Bielki*, provincia Moſcoviæ, verſus confinia Lithuaniæ, a qua terminatur ab occaſu & Meridie, uti à Moſcovia & Tueria provinciis ad ortum, urbem habens primariam cognominem.

Biella, *Bienne*, Gallis, *Biel* Germanis, urbecula Helvetiorum. Vide Bienna.

Biella, *Biella*, oppidum Italiæ in Pedemontio, ad radices montium, ſub dominio Ducis Sabaudiæ, ſedet ad amnem Cervum, decem mill. paſſ. diſtans ab Eporedia verſus Boream, & à confinio Ducatus Mediolanenſis in occaſum, ab eo regiuncula adjacens dicitur *il Bielleſe*, vocatur ſæpius Bugella à recentioribus. Vide ibi.

Bienna, *Bienne* incolis, *Biel* Germanis, urbecula Helvetiorum, juxta lacum cognominem, media inter Neocomum ad Meridiem & Solodurum ad ortum, eſt in ditione Epiſcopi Baſileenſis; ſed ab anno 1547. fœdere juncta eſt Helvetiis, & fere ſui juris eſt, cum Imperialis & libera fuerit quanquam ab Imperio nunc exempta.

Biennensis lacus, *le Lac de Bienne* Gallis, *das Bielerzee* Germanis, lacus Helvetiæ parvus & à Septentrione in Meridiem extenſus, inter pagum Bernenſem ad ortum, & Comitatum Novocaſtrenſem ad occaſum, per eum labitur Thela fluvius, & ſic dicitur à Bienna urbecula ei adjacente ad Septentrionem, vocatur etiam aliquando Nidovienſis lacus à caſtro cognomine.

Bientinus lacus, *il Lago di Bientina*, aliter *di Seſto*, lacus Italiæ, in Etruria, partim in agro Lucenſi, & partim in agro Piſano, ubi vicus *Bientina* in ditione magni Ducis, 6. milliaribus diſtat a Luca, & 2. circiter ab Arno fluvio, in Septentrionem.

Bieria Sylva, *la foreſt de Biere*, Sylva Galliæ in Vaſtinio tractu, cujus fit mentio in actis mediæ ætatis, teſte Helgaudo, dicitur etiam ſæpius *la foreſt de Bieure*, & *la foreſt de Fontainebleau*, a Palatio Regum Franciæ in ejus meditullio excitato.

Biessi, populi Sarmatiæ Europææ ſub Peucinis, teſte Ptolemæo, inter montes Carpatem ad Meridiem & Peucem ad Septentrionem, ubi nunc forſan Pocotia tractus Ruſſiæ rubræ in Poloniæ regno, verſus fontes Tyræ fluvii, teſte Cluverio.

Bigastrom, urbs fuit Hiſpaniæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Toletano, in eo tractu qui *la Mancha* nominatur, verſus Cazorlam oppidum, Bagaſtra apud Joannem Marianam legitur, qui illam Oriolæ urbi proximam facit in Betica, quod una illius urbis porta adhuc *Magaſtra* quaſi Bagaſtrenſis nominetur. Quod etiam Morali probatur, ejus meminit Concilium Toletanum.

Bigenum, *Bigen* ſeu *Biſen*, regnum Japoniæ, in Jetſenga regione Niphoniæ inſulæ, terminatur ab ortu Farima regno, ab occaſu & Septentrione Jamaſtera regione, & à Meridie ſinu Meacenſi, & ejus præcipuum oppidum eſt Bigenum, teſte Cardino.

Bigenum, *Bigen*, oppidum Aſiæ, in Japonia, & in Niphonia inſula, regni cognominis caput in Jetſenga regione, 20. milliaribus diſtat ab ora littorali in Septentrionem, & 80. circiter à Meaco urbe in occaſum hybernum.

Bigerra, Baſtitanorum urbs in Hiſpania Tarraconenſi, Livio, & Ptolemæo, nunc teſte Cluſio, eſt *Villena* oppidum Murciæ regni in limite Valentiæ, 12. leucis à Murcia in Boream, ex ejus loci vetuſtis inſcriptionibus quæ Bigerra leguntur. Beutero & Vaſæo eſt *Bejar* vicus in eodem tractu, ſed aliis eſt *Begarra* vicus Caſtellæ novæ, ad amnem Maderam, in limite regni Murciæ, vix 2. leucis ab Alcaratio in ortum, quod melius forſan convenit.

Bigerrensis Comitatus, *le Comté de Bigorre*, provincia Galliæ in Aquitania, ſic dicta à Bigorra caſtro urbis Tarbenſis, extenditur in longitudine ad 10. leucas, in latitudine autem ad 3. dividiturque in tres partes, montes, planitiem, & Ruſtanum tractum: montes complectuntur valles Lavedanam & Baredginam: planities extenditur inter Lapurdum *Lourde* caſtrum, Aquas Convenarum, & Vicum Bigerronum, & ejus caput eſt Tarba urbs oblonga; Ruſtanus autem tractus eſt prope Arroſium fluvium verſus Fanum S. Severi de Ruſtano & Jornacum, magis extendebatur olim hic Comitatus, & ſub ipſo comprehendebantur Arania vallis, Vicariatus Malivicini, Riparia, & Vice-Comitatus Aurenſis & Labartenſis, teſte Petro de Marca in ſua hiſtoria Benearniæ, terminatur autem ab ortu Arminiacenſi Comitatu, & ab occaſu Benearnia, & ibi erant alias Bigerri populi.

Bigorra, caſtrum eſt Tarbæ urbis Epiſcopalis Aquitaniæ, unde ab eo tractus adjacens dictus fuit Bigerrenſis Comitatus. Vide ibi.

Bigerriones, populi Galliæ Aquitanicæ Cæſari ſive Bigerrones, ut alii codices habent, Bigerri Plinio, Begeritani Auſonio, ad montem Pyrenæum, in Hiſpaniæ confinio, quorum provincia, nunc *la Bigorre*, teſtibus Orontio, Vineto, & Scaligero, nominatur,

Comitatus. In ea Bigerra urbs fuit Epiſcopalis cujus oienrio in Concilio Matiſconenſi fit, Tarba ounc urbs, & Vicus Bigerronuio oppidum cum aliquot aliis.

BIGUBÆ REGNUM, *le Royaume de Biguba*, regnum Africæ, in Nigritia regione, juxta fluvium Nigrum, ubi ptimum in duo brachia partitur, & recipit Bigubam fluvium, teſte Petro du Val. Ibi Cantori regnum à quibuſdam ponitur.

BIHORIENSIS TRACTUS, *le Comté de Kalo*, Comitatus eſt ſeu provincia parva Hungariæ ſuperioris, inter Tibiſcum fluvium ad Septentrionem, Zannarienſem Comitatum ad ortum, Tranſſylvaniam ad Meridiem, & Zabolcienſem Comitatum ad occaſum, ſub dominio Auſtriacorum, & in ipſo limite ditionis Turciæ, ejus oppidum præcipuum Kaloa, vulgo *Kalo* dicitur.

BILÆNA, urbs Arabiæ fœlicis Ptolemæo, in ora maris Perſici ad ortum, Gerræ urbi quondam claræ proxima. Bilbana habent Latini codices, nunc *Berou* dicta à Caſtaldo ex conjectura.

BILBAUM, *Bilbao* incolis, *Bilbau* Gallis, urbs Hiſpaniæ, Biſcaiæ provinciæ caput, condita fuit à Didaco Lupo Harenſi Biſcaiæ domino anno 1300. & nomen habet à viculo *Bilbao* in adverſa fluminis Nervii ripa cui inſidet, qui etiam dicitur *Bilbao viejo*, urbs non ampla ſed elegans 2. leucis diſtat àb Oceano Cantabrico. Vide Flaviobriga.

BIBILLIS, fluvius Hiſpaniæ Tarraconenſis in Celtiberis, nunc *el Rio Baubula* dictus, ferri temperaturæ aptiſſimus, juxta & infra Bilbilim in Salonem ſe exonerat.

BILBILIS, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis in Celtiberis Straboni, Bilbis Ptolemæo, Martialis Poetæ patria; & cujus populi Bilbilitani, nunc teſtibus Gaſparo Varrerio, & Antonio Auguſtino, exciſa eſt, & locus *Baubula* dicitur, pagus regni Aragoniæ, in monte ad Salonem fluvium ſubterfluentem, prope *Calatayud* urbem a Mauris conditam, & de conditoris nomine dictam, quæ in valle ſedet mille paſſ. à Bilbili ruderibus in Diœceſi Turiaſonenſi, & nova Bilbilis dici poteſt, ferri temperie clara, 16. leucis diſtat à Segontia in ortum æſtivum, Cæſar-Auguſtam verſus 14. & 11. à Turiaſone in Meridiem. In eo monte *Baubula* nunc dicto, in orbem fere cincto à Salone fluvio, hodie multæ antiquitatum ruinæ, multaque numiſmata etiamnum reperiuntur, atque hæc Bilbilis veſtigia eſſe ex nominis alluſione & ipſa Martialis deſcriptione libro 10. liquet.

BITAIUM, nunc *Caſtillo Villovio*, teſte Morali, locus Hiſpaniæ ad Nagaram Ruconiæ urbem, non procul à cœnobio, quod *S. Maria della Cogolla* appellatur.

BILEDULGERIDIA, *le Biledulgerid*, regio perampla Africæ, in longum protenſa ab ortu in occaſum, ſed non æque lata, terminatur à Septentrione Barbaria, ab ortu Ægypto, à Meridie Zahara ſeu deſerto, & ab occaſu Oceano Atlantico, ubi alias Gætuli populi ex parte, uti etiam Garamantes, & Lybiæ deſerta, Cluverio teſte. Ejus regiones ſeu partes nunc ſunt Teſſeta, Darha, Tafileta, Segelomeſſa, Tegorarinum, Zeb, Biledulgeridia proptia, & Deſertum Barcæ, teſte Marmolio.

BILEDULGERIA PROPRIA, *le Biledulgerid*, pars ampla regionis Biledulgeridiæ in Africa, verſus ortum, & in longum protenſa, inter Barcæ deſertum ad Orientem, & Zeb regionem ad occaſum, terminatur à Septentrione Regno Tripolitano, & a Meridie Berdoa & Lempta deſertis, etiam ab Arabibus *Beled el Gerid*, id eſt regio Dattarum, *le païs des Dattes* à Gallis, & *Dadel-landta* Belgis, & dividitur in quatuor partes, *Fezzen*, *Gademes*, *Guerguela*, & *Teorregu* dictas, teſte Ludovico Marmolio, ſed in ea nulla urbs eſt alicujus momenti.

BILEFELDIA, *Bilevoldt*, ſeu ut pronunciant *Bilefeldt*, oppidum Germaniæ in Weſtphalia & in Comitatu Ravensbergico, cum arce proxima *Sparenberg* dicta, ſub dominio Electoris Brandeburgici, ſedet in colle, 2. milliaribus Germanicis, diſtans ab Hervordia in occaſum, & 5. à Lippia in Septentrionem.

BILHONUM, *Bilhom*, urbs parva Galliæ, in Alvernia inferiori, & in Limania tractu, ad amnem *Ricocher* dictum, & in colliculo, 4. leucis à Claromonte diſtans in ortum.

BILITIONUM, *Belinzona*, oppidum Italiæ. Vide Belitio.

BILLIGRETIA, *Belig atz*, urbecula Germaniæ in Carniola ſuperiori, ad amnem *Bills*, ad radices Alpium, & in limite Comitatus Goritiæ, 3. milliaribus Germanicis à Labaco diſtans in occaſum Goritiam verſus 9.

BILINA, *Bilina*, lacus & fluvius Sueciæ, in Sundheda regiuncula Helſingiæ provinciæ, quam mediam ſecat.

BILIS, locus Palæſtinæ, Hieroſolymis proximus ad 5. mill. paſſ. *Mahomena* vulgò, teſte Guillelmo Tyrenſi.

BILLENA, *Bille*, amnis Germaniæ, in Vagria ortus, Ducatum Lavemburgicum ab Holſatia dividit, & poſtea ad Hamburgum in Albim fluvium ſe exonerat.

BILSTINUM, ſeu Biliſtinum, *Beilſtein*, oppidulum Germaniæ, in Veſtervaldia regione, Comitatus cognominis caput, inter Confluentias ad occaſum, & Marpurgum ad ortum, 7. milliaribus Germanicis utrimque diſtans.

BILUMNUM, oppidum Galliæ Narbonenſis, ex itinerario Antonini, 13. mill. paſſ. à Tarantaſia, *Beauvais* vicum Sabaudiæ interpretatur Joſias Simlerus io Valleſiæ deſcriprione.

BIMARIS, *le païs d'entre deux mers*, tractus Galliæ in Aquitania, & in Guienna propria, ſupra confluentes Duraniæ in Garumnam, & inter utrumque fluvium antequam Gitondam æſtuarium efficiant, è regione Burdegalæ, atque inter ipſam, Burgum, Cadillacum, & Liburnum.

BIMINA, *la Bimini*, inſula Americæ ſeptentrionalis, & una ex Lucaiis, non longè ab ora Floridæ regionis, & ad Meridiem inſulæ Bahamæ, in eo tractu ubi æſtus maris vehemens eſt admodum.

BIMONIUM, ſeu potius Binovium, oppidum Brigantum in Britannia majori Ptolemæo, vel Vinovium Antonino, eſt enim varia lectio, nunc vicus Angliæ Borealis, *Binchester* dictus, in Diœceſi Dunelmenſi, hodie uno aot altero tuguriolo conſtans, ſed in quo molta rudera & numiſmata Romani operis inveniuntur, teſte Guillelmo Camdeno, eſtque prope Veram fluvium, 7. mill. paſſ. à Dunelmo recedens, in Meridiem.

BINÆ, & ad Bacenas, *Binaſco*, pagus Mediolanenſis Ducatus, in via, medio itinere inter Papiam ad Meridiem, & Mediolanum ad Septentrionem occurrens, teſte Gaudentio Merula.

BINCHIOM, *Binche*, oppidum Belgii in Hannoniæ Comitatu, prope fluvium Henium qui in eo tractu oritur, olim amplum fuit, nooc defecit, Gallis ſuberat ab anno 1667. cum tractu ſeu Caſtellania adjacente, ſed pace ad Noviomagum ſancita anno 1678. redditum fuit Hiſpanis & ipſis etiam paret, 3. leucis diſtat à Montibus in ortum Fontem Epiſcopi verſus totidem, & 4. à Malobodio in Septentrionem & ortum æſtivum, Marimontium verſus 2.

BINGIUM, *Bingen*, alias Pinguia dictum, oppidum eſt cultum Germaniæ, io ditione Mogontina, cum caſtro in colle, ad Rhenum fluvium, ubi recipit Naram fluvium qui juxta illud ponte jungitur lapideo, fuitque

olim urbs Imperialis & libera, nunc vero ab Imperio exempta; prope oppidum eſt locus in Rheno *Bingerloch* dictus, navigantibus periculoſus, diſtat 4. milliaribus Germanicis à Moguntia in occaſum, & 2. à Crucinatio in Boream, ei etiam fere adjacet in inſulula Rheni, ſeu verius in ſcopulo Turris murium, dicta vulgo *Mausz-thurn*, ubi ferunt Hattonem II. Archiepiſcopum Moguntinum a muribus voratum fuiſſe, nunc ſemidiruta jacet, ut egomet pluries vidi.

Bingum, *Bingo*, oppidulum Aſiæ, regni cognominis caput, in Japoniæ parte quæ *Niphon* dicitur, 20. milliaribus diſtat ab ora littorali in Septentrionem, & 100. circiter ab urbe Meaco in occaſum, in Jamaiſtera regione, teſte Cardino.

Bingum Regnum, *le Royaume de Bingo*, regnum parvum Japoniæ, in Niphonia inſula, & Jamaiſtera regione, oppidum habens primarium cognomine, terminatur a Septentrione Idzuo regno, & Bitchuo ab ortu, ab occaſu Jumo regno, & à Meridie regno Aquio & ſinu Meacenſi, Brietio teſte.

Biniana, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, Ptolemæo; nunc *Baniana* caſtrum Vandalitiæ prope Cordubam, teſte Villanovano.

Biobius, *el Biobio*, fluvius Americæ meridionalis, in regno Ciles. Oritur ex Andibus montibus, & in mare Pacificum ſe exonerat prope civitatem Conceptionis & Aviquirinam inſulam, Alfonſo Ovalho teſte.

Biorneburgum, *Biorneborg*, ſeu *Biernburg*, urbecula Sueciæ in Finnia ſeptentrionali, ubi Cumo fluvius in ſinum Bothnicum ſe exonerat, ex adverſo Helſingiæ. Paucis conſtat incolis, & 20. milliaribus Suecicis diſtat ab Aboa in Septentrionem.

Biotha, portus Sardiniæ inſulæ, in ejus parte meridionali Ptolemæo, qui Bithia dicitur in aliis exemplaribus, nunc Cluverius interpretatur *Porto Bota*, portum in ora meridionali Sardiniæ, & in provincia Calaritana, verſus inſulam S. Antiochi.

Biottia, oppidum fuit Macedoniæ, teſte Thucydide ex quo Biottica regiuncula Chalcidicæ finitima, haud procul ab Olintho; de quo inter Athenienſes & Spartanos decertatum eſt.

Bipeoimui, populi Galliæ Aquitanicæ Plinio, quorum urbs *Pamiers*, apud Hoſtates, a Toloſa 8. leucis in occaſum recedens, ut quidam exiſtimant.

Bipontinus Ducatus, *das Hertzogthumb Zweybrucken* incolis, *le Duché de Deuxponts* Gallis, tractus Germaniæ & circuli Rheni in Vaſgoia regione, & pars antiqui Comitatus Bidiſcenſis, olim ſub dominio Comitum Hanoviorum, teſte Sprengero, nunc ſubeſt proprio Principi è ſtirpe Palatinorum Rheni, ex qua orti ſunt etiam moderni Reges Sueciæ, terminatur à Septentrione & ab Oriente Palatinatu inferiori, ab Occidente ditione Comitum Saræpontis, & Lotharingia, à Meridie vero Alſatia, in longum protenditur, & ejus partes ſunt quinque, nempe præfecturæ *Zweybrucken*, *Meiſenheim*, *Lichtemberg*, *Newcaſtel*, & *Landſberg*, cum parte præfecturarum *Guttemberg*, & *Biſchweiler*, quæ ultima eſt in Alſatia inferiori, in qua habent etiam Tabernas montanas, & ejus media pars eſt intra limites Epiſcopatus Metenſis.

Bipontium, *Zweybrucken* incolis, *les Deuxponts* Gallis, urbs Germaniæ, Ducatus Bipontini caput, & in ipſo limite Palatinatus Rheni, parva, ſed culta, ad amnem *Schwolbe*, cum caſtro nunc diruto, in Vaſgoia tractu, 3. milliaribus Germanicis à Cæſaro-Lutra in occaſum, & peſſime habita fuit ultimo bello Germanico.

Biracellum, oppidum Thuſciæ, Ptolemæo, quod & Viracetum dicitur a quibuſdam, nunc Cluverius interpretatur vicum Thuſciæ, *Verucola* dictum in agro Piſano, ſub dominio magni Ducis Hetruriæ, ad radices Apennini, & ad Aulam amnem qui poſtea in Macram labitur, in limite ditionis Mutinenſis, & 15. mill. paſſ. a Maſſa oppido in Septentrionem.

Birca, *Birka* ſive *Biorko*, urbs aliàs præclara Sueciæ, & Oſtrogothiæ caput, in inſula, biduo itinere ab Upſalia diſtans, atque inter Telgas & Sictonam ſive Sigdunam, nunc tota in ruinis jacet, teſtibus Joanne Meſſenio & Zeilero, ut ejus vix appareant veſtigia.

Bircofeldia, *Birkenfeldt*, oppidulum Germaniæ in circulo Rheni inferioris, principatus caput gentis Palatinæ, in tractu Hunnorum dorſo dicto, *Hunsruck* vulgò, prope Nabum fluvium, in ipſo limite Palatinatus Rheni, & in ſuperiori Comitatu Sponheimenſi, cum caſtro in quo obiit Carolus III. Lotharingiæ Dux, die 17. Septembris 1675. 5. milliaribus Germanicis diſtat à Treviris in ortum Bingium verſus ſeptem.

Birfletum, incolis *Biervliet*, Gallis *Birflit*, fortalitium Belgii probe munitum, in inſula cognomine, in ora Comitatus Flandriæ, ex adverſo Iſendici, & medium ferme inter Sluſas & Axellam, tribus leucis a Gandavo in Septentrionem; ſubeſt dominio provinciarum Belgii uniti.

Birginum, *Berga*, oppidum Hiſpaniæ in Catalonia, teſte Gerundenſi, a Jugo Ceretanorum 5. leucis in Auſtrum Minoriſſam urbem verſus.

Birgus, fluvius Hiberniæ inſulæ, Ptolemæo, nunc Barous & *Barow* dictus, teſte Guillelmo Camdeno. Oritur in Lagenia provincia, & in Comitatu Reginæ, ex montibus Bladinis, Hibernice *Slew Bloemy*; deinde auctus aliquot rivis alluit Rhebam; hinc ad Auſtrum fluens, Caterlogum Comitatus cognominis caput rigat, & Lechlinam urbem, recipitque ab occaſu Neorum fluvium *la Neure*, qui per Kilkenniam labitur, paulo ſupra Roſſam quam rigat, & poſtea una cum Suirio *Sewer* qui Caſſiliam, Caricum, & Waterfordiam rigat Lageniam à Momonia ſeparat, & in Oceanum Hybernicum ſe exonerat ſcopuloſo oſtio, & hi tres fluvii Birgus, Neorus, & Suirius invicem uniti, tres Sorores dicti fuere ab antiquis.

Biriorum. Vide Brionum.

Bironium, *Biron*, caſtrum Galliæ, in Aquitania & agro Petrocorienſi, intra montes ſitum, unde Mareſcalli duo in hiſtoriis celebres, eſtque medium ferme inter Bergeracum ad occaſum, & Cadurcum ad ortum hybernum.

Biraus, fluvius Norici Fortunato, Byrrus Paulo Diacono, ſeu, ut alii legunt, Pyrrus, *Puſter* nunc, teſte Lazio, per Carinthiam in Dravum fluens. Ejus meminit Venantius Fortunatus in vita S. Martini.

Birtha, urbs parva Aſiæ, in Arabia deſerta ad Euphratem fluvium, Ptolemæo, in confinio Syriæ, 130. mill. paſſ. diſtans ab Haleppo in ortum Bagdadum verſus, in confinio Meſopotamiæ, & prope Tabaſcum, teſte Nigro, Bithra vocatur a Zozimo.

Birtha, quæ Bithra potius, urbs Babyloniæ ad Tigrim fluvium, quid ſit hodie, non conſtat.

Birthama, urbs fuit Aſſyriæ, teſte Ptolemæo, ſed quæ ſit nunc, non conſtat.

Bisa. Vide Byzia.

Bisacium, *Biſaccia*, urbecula Italiæ, in regno Neapolitano & provincia Principatus ulterioris, juxta Apenninum, & 3. tantum milliaribus ab Alcedonia, & 7. à Monte Viridi. Paucis conſtat incolis, eſtque Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Compſano.

Bisaltæ, populi fuere Macedoniæ, verſus Thraciam, teſte Plinio, & juxta Strymonem fluvium, quorum regiuncula Biſaltia dicta.

Bisaltæ, populi Samartiæ Aſiaticæ ad Pontum Euxinum, juxta Colchidem, Achæis finitimum, teſte Valerio Flacco.

Bisaltia, provincia Macedoniæ, teſte Stepha-

no verſus Thraciam extenſa, ubi antea Biſaltæ populi, inter Sinticam ad Septentrionem, Odomanticem tractum ad ortum, Mygdoniam ad occaſum, & Amphaxitidem ad Meridiem, ubi alias Euporia oppidum & Biſſaltes fluvius, ſed quid ille ſit ignoratur, olim latius patuiſſe hanc provinciam narrat Athenæus, qui hic Amphipolim locat.

BISAMNIS, *Biſagno*, amnis Italiæ, in Liguria. Oritur ex Apennino monte, & in mare Mediterraneum ſe exonerat prope Genuam. Ab aliis Feritor dicitur.

BISANTHE, *Rodoſto*, urbs Epiſcopalis Thraciæ. Vide Rhædeſtum.

BISARCHIUM, *Biſarchio*, urbs Sardiniæ inſulæ, antea Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Turritano, nunc tantum vicus in provincia loci aurei, & in tractu Anglana dicto, ejus vero Epiſcopatus Algarienſi unitus fuit, teſte Franciſco de Vico.

BISCAIA, *la Vizcaia*, provincia Hiſpaniæ in regno Caſtellæ veteris, ampla, fertilis, & portubus referta, verſus Septentrionem extenſa, duplex eſt, Biſcaia late ſumpta, & Biſcaia propria.

BISCAIA LATE SUMPTA, complectitur has provincias Biſcaiam propriam, Alavam, Ipuſcoam, & Ruconiam, extenditurque inter Aſturiam, Caſtellam veterem, & Navarram Hiſpaniæ provincias & Oceanum.

BISCAIA PROPRIA, *la Vizcaia* incolis, *la Biſcaye* Gallis, terminatur à Septentrione Oceano Cantabrico, ab ortu Alava & Ipuzcoa provinciis, a Meridie Caſtella veteri, & ab occaſu Aſturia S. Julianæ dicta, dominii titulo inſignitur, cum alias dominos habuerit proprios è gente *de Haro*, quibus deficientibus in obſidione Algeziræ, Biſcaia Joanni Caſtellæ regi obvenit, & ab illo tempore pars eſt regni Caſtellæ veteris, extenditurque ab Oriente in Occidentem ad 26. leucas Hiſpanicas verſus ortum, ſed non eſt æque lata, dividitur in plures Majorinatus ſeu Merindadas ut vocant, nempe Majorinatus de *Garnica*, *Buſturia*, *Uribe*, *Arratia*, *Bedia*, *Corçona*, *Durango*, *Marquina*, & *Preſtamero major*, & ſub ipſa comprehenduntur etiam quatuor urbes littorales dictæ, cum eorum territoriis, nempe Laredum, Fanum S. Andreæ, Caſtrum Urdialæ, & Fanum S. Vicentii de Vacaria, totius vero provinciæ caput eſt Bilbaum, erant olim in ea regione Autrigones populi, & pars orientalis Cantabrorum proprie dictorum, ad 11. leucas in longitudinem, & totidem in latitudinem patet, & ſic dicitur à ſitu terræ montuoſo & aſpero, ea enim vocis Vaſconicæ ſignificatio eſt, teſte Arnaldo Oihenarto, ſed Durangum olim ſeparata erat à Biſcaia, & Comitatus ſpecialis titulo inſignis erat, & antiquitus Biſcaia late ſumpta ſuberat dominio Regis Navarræ: hinc Biſcaini populi *los Vizcainos* Hiſpanis, *les Biſcains* Gallis.

BISCAIÆ URBES.

Bilbaum, *Bilbao*.
Durangum, *Durango*.
Fanum S. Andreæ, *S. Andero*.
Laredum, *Laredo*.
Ordunia, *Orduña*.

BISCAIA NOVA, *la Nueva Viſcaia* Hiſpanis, *la nouvelle Biſcaye* Gallis, regio Americæ ſeptentrionalis, in nova Hiſpania. Vide Nova Biſcaia.

BISCHIUM, *Biſch*, oppidum Galliæ, cum caſtro, antea ditionis Palatinæ, nunc autem in Lotharingia. Aliis eſt Bidiſcum. Vide ibi.

BISERTA, *Biſerte*, urbs Africæ, in regno Tunetano, in ora littorali maris Mediterranei, cum portu ſat tuto, ſed piratica infami. Vide Utica.

BISINIANUM, *Biſignano*, urbs regni Neapolitani in Calabria citeriori, deficit in dies. Vide Beſidiæ.

BISMANTUM, *Biſmantua*, mons excelſus Longobardiæ, cum pago, in territorio Regii Lepidi, cujus fit mentio in vita S. Bertulphi Abbatis.

BISNAGARIA, *Biſnagar*, urbs Peninſulæ Indiæ intra Gangem, regionis & regni cognominis caput, quæ aliter *Chandegry* dicitur, ad radices montis Gatæ in mediterraneis, inter Narſingam ad ortum 35. leucis diſtans, & 45. ab ora ſinus Gangetici, forte antiquitus Malange dicta fuit, ſed ex conjectura tantum, & à Luſitanis *Biſnaga* dicitur.

BISNAGARIÆ REGNUM, *le Royaume de Biſnagar*, regio ampla Indiæ, ſeu potius regnum peramplum peninſulæ Indiæ intra Gangem, terminatur à Septentrione regnis Decani & Golcondæ, ab ortu ſinu Gangetico, ab occaſu mari Indico, & à Meridie Malabaria regione & regno Gingis, dicitur aliter regnum Narſingæ, & ſubeſt dominio proprii regis, ejus partes præcipuæ ſunt tres Biſnagaria, Coromandelia, & Canara, ſub Biſnagaria ſunt Regna Biſnagariæ & Tienlicum, quæ Regi Biſnagariæ immediate ſubſunt: regna Coromandeliæ & Tamulum ſunt in Coromandelia regione, quæ à paucis annis ſubeſt Regi Golcondæ, ſed Canara regio cum ejus tribus regnis Baticalæ, Gorcopæ, & Onoris pendent tantum fiduciario jure à Rege Biſnagariæ, à quo etiam pendebant olim principatus Gingis, Maduræ, & Tanjoru, totius regionis caput eſt Biſnagaria.

BISNAGARIA STRICTE SUMPTA, *le Biſnagar propre*, extenditur inter Canaram, Coromandeliam, & regnum Golcondæ in mediterraneis, complectiturque regnum Biſnagariæ verſus montes Gatæ, & regnum Tienlicum verſus oram ſinus Gangetici.

BISNAGARIÆ REGNI URBES PRÆCIPUÆ.

Barcelora, *Barcelor*
Baticala, *Baticala*.
Biſnagaria, *Biſnagar*.
Gorcopa, *Gorcopa*.
Narſinga, *Narſingue*.
Pallecata, *Pallecate*.
Velluria, *Vellur*.

BISONTIO, urbs Galliæ Lugdunenſis, Ammiano Marcellino, quæ aliter Viſuntio Cæſari, Sequanorum primaria, nunc *Beſançon*, urbs Archiepiſcopalis Galliæ, in Comitatu Burgundiæ. Ad Dubim fluvium ſedet; habens Academiam, & arcem recentem in monte Cœlio, alias erat in ditione Regis Hiſpaniæ ab anno 1654. ſed capta fuit à Gallis anno 1668. & iterum anno 1674. à Ludovico XIV. Rege, cui etiamnum ſubeſt pace ad Noviomagum ſancita anno 1678. Vide Veſontio.

BISSONUM, *Beſſan*, teſte Vineto, pagus Aquitaniæ in territorio Burdigalenſi, ab ipſa urbe 7. mill. paſſ. diſtans in Meridiem, de quo Venantius Fortunatus.

BISTONIA, urbs Thraciæ in Droſica tractu, *Bouron* nunc, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Trajanopolitano, ſedet in ora auſtrali lacus Biſtonis, vix 13. milliaribus à mari Ægeo in Septentrionem, & diſtat 15. ab Abdera in ortum Maroneam verſus, populi Biſtones Plinio, Biſtonii Stephano.

BISTONIS, lacus Thraciæ in Droſica tractu, Ptolemæo, Biſtonum ſtagnum Solino, *Bouron* nunc dictus, cis Rhodopen montem, in eo confluunt multi fluvioli, & aliquot milliaribus diſtat ab ora maris Ægei in Boream, teſte Sophiano.

BISTRICIA, *Biſtriez*, urbs parva Hungariæ ſuperioris, ad Granum fluvium, Comitatus cognominis caput, ſub Auſtriacis; ſedet ad radices montium, vix 2. milliaribus Germanicis à veteri ſolio ſeu *Altſol* in Septentrionem

ptentrionem Liptovium verſus.

Bisticia, *Beſtercze* Hungaris, *Noeſen* & *Noeſenſtadt* aliquando Germanis, urbs Tranſſylvaniæ, ſedet in ampliſſima planitie ad aomnem cognominem qui ſtatim poſt duo milliatia Samoſo fluvio conjungitur, eſtque in tractu ab ea dicto *Noeſner-landt*, ſed parva eſt & male culta, 8. milliaribus Germanicis a Claodiopoli in Boream & 7. a confinio Hungariæ ſuperioris, & Nentidava Daciæ urbs a Ptolemæo dicta putatur, teſte Lazio.

Bistriciensis Tractus, *le Comté de Biſtricz*, Comitatus eſt ſeu provincia parva Hungariæ ſuperioris, prope urbes montanas, ſub dominio Auſtriacorum, inter Comitatus Barſenſem ad Meridiem, Liptovienſem ad ortum & Septentrionem, & Nitrienſem ad occaſum, ejus caput eſt Biſtricia, & à Grano fluvio in duas partes dividitur.

Bisulcum, urbs Hiſpaniæ in Luſitania, Haoberto Hiſpalenſi; quam quidam recentiores interpretantur Tomariam oppidulum Portugalliæ.

Bisuldunum, *Beſalu*, oppidum Hiſpaniæ in principatu Catalomæ, ad Fluvianum fluvium ad radices montium Pyrenæorum: alias Comites proprios habuit magni nominis, antequam Comitibus Barcinonenſibus pareret, 7. leucis diſtat ab ora maris Mediterranei in occaſum, uti 8. à Rhodis, & 5. à Gerunda in Septentrionem Papirianum verſus 12.

Bisurgis, fluvius Germaniæ. Vide Viſurgis.

Bisuttum, *Beſozzo*, pagus agri Mediolanenſis prope lacum Verbanum, quaſi Biſuntium, à Gallis, ut creditur, teſte Merula, conditus, à Mediolano 35. mill. paſſ. diſtans in occaſum æſtivum.

Bitchuom Regnum, *le Royaume de Bitchu*, Japoniæ tractus, in Jamaiſtera regione Niphoniæ, teſte Cardino, inter Bigenum regnum ad ortum, & Bingum ad occaſum, oppidum habens primarium Bitchuum dictum, rigatur à Meridie ſinu Meacenſi, eſtque parvus admodum.

Biterræ, *Beziers*, urbs Galliæ in Occitania inferiori, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Narbonenſi, ad Orobum fluvium. Vide Bliterræ.

Bitettum, *Bitetto*, urbs parva regni Neapolitani, in Apulia, & in provincia Barenſi, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Barenſi, 8. milliaribus diſtat a Bario & ab ora maris Adriatici in Meridiem, Mateolam verſus 18. paucis conſtans incolis, & Diœceſis noo extenditur ultra ipſam civitatem, nulla alia continens loca.

Bithias, urbs Meſopotamiæ, teſte Ptolemæo, ad Euphratem fluvium, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Edeſſeno, nunc *Bir* dicta incolis, teſte Mario Nigro, eſtque in Diarbechia regione, in Syriæ confinio, ſub dominio Turcarum, Bathæ Antonini videtur Simlero, tridui itinere diſtans ab Halepo in ortum Orpham verſus.

Bithynia, Aſiæ minoris regio, teſtibus Strabone, Ptolemæo, & Plinio, à Bithynio rege ſic dicta, ut quidam tradunt, cum prius Bebrycia & Mydonia diceretur, item Cronia, Maliande, Strimonis, & Theſſalis, teſte Plinio, & pars occidentalis quæ ſpectat ad Pontum Euxinum à Boſphori initio ad Heracleam urbem uſque, olim Thracia Aſiatica dicta fuit, teſte Xenophonte, nunc vero tota Bithynia *Becſangil* dicitur, teſte Caſtaldo & *Oſmanili Turcis*, teſte Leunclavio, terminatur à Septentrione Ponte Euxino, ab Oriente Paphlagonia, à Meridie Phrygia & Myſia, ab Occidente autem Boſphoro Thracio, & Propontide, quibus à Thracia ſeparatur. Subeſtque nunc tota dominio Turcarum à tribus ſæculis, ejus urbes præcipuæ fuere olim; Apamia, Chalcedon, Claudiopolis, Heraclea, Nicæa, Nicomedia, & quæ nunc cæteris præſtat Pruſa, hinc Bithynius & Bithynicus apud Martialem.

Bithyniæ Promontorium, Aſiæ minoris promontorium in Bithynia regione, & in ora littorali Ponti Euxini, Ptolemæo, verſus fauces Boſphori Thracii, nunc *il Capo di Potimio*, teſte Moletio.

Bithynium, ſeu & Claudiopolis, urbs Bithyniæ Mediterraneæ, quæ hodie *Caſtomena* dicitur, Caſtaldo teſte. Vide Claudiopolis.

Bitonia, & Burovium, *Byczow* Polonis, *Butow* Germanis, oppidulum Germaniæ in Pomeraniæ Ducatu, ad fluviolum *Stolpe*, ſub dominio Electoris Brandeburgici. Vide Burovium.

Bitum, *Bito*, regnum Africæ, in Nigritarum regione, inter Zanfaram & Beninum, teſte Joanne Leone.

Bituntum, *Bitonto*, urbs Italiæ. Vide Butuntum.

Biturgia, Tuſciæ Mediterranea urbs, Ptolemæo, quæ nunc teſte Ortelio, eſt *Citerna*, caſtrum Hetruriæ in dominio Florentino, prope Tiberim fluvium, 7. milliaribus à Tiferno Tiberino in Boream, & totidem ab Aretio in ortum, quanquam à Cluverio ponatur ad Tiberim non longè à Peruſia in Septentrionem, ubi nunc forſan *Cerqueto* caſtrum agri Peruſini.

Bituricensis Ducatus, *le Berry* vulgò, provincia eſt Galliæ, ampla & fertilis, Ducatus titulo inſignita, ubi alias Bituriges Cubi populi Aquitaniæ, terminatur a Septentrione Sicalaunia, ab ortu Nivernenſi & Borbonienſi provinciis, atque Puſæenſi agro, & extenditur à Septentrione in Meridiem ad 30. leucas Gallicas, ejus autem primaria urbs eſt Biturix, & à Cari fluvio in duas partes dividitur, nempe in ſuperiorem *le haut Berry* quæ cis Carim, & in inferiorem *le bas Berry* quæ trans Carim, hinc Bituriges populi, *les Berruyers* vulgò.

Bitoricsnsis Provinciæ Urbes.

Biturix, *Bourges*, provinciæ caput.
Exelodunum, *Iſſoudun.*
Oblincum, *le Blanc.*
Regio-Dunum, *Dun le Roy.*
Sacrum Cæſaris, *Sancerre.*
Virſio, *Vierzon.*

Bituriges, populi Galliæ, Cæſari; qui Bituriges Cubi dicti, Plinio, Straboni, & Ptolemæo, in ea parte Galliæ Celticæ trans Ligerim, quæ poſtea ſub Aquitania comprehenſa fuit, eorum termini erant ad Septentrionem Aureliani, ad Orientem Senones, Vadicaſſes, & Ædui, ad Meridiem Arverni & Lemovices, ad Occidentem vero Turones & Pictones ex minuta parte, eorum regio nunc Bituricenſis provincia dicitur, *le Berry*, & eorum primaria urbs erat Bituriges ſeu Avaricum, *Bourges*, etiamnum provinciæ caput.

Biturigea Vibisci, populi Galliæ in Aquitania Ptolemæo, inter æſtuarium Garunnæ & Santones ad Septentrionem, Oceanum Aquitanicum ad occaſum, Petrocorios, & Vaſates ad ortum, & Tarbellos ad Meridiem, ubi nunc Guienna propria provincia, & eorum caput erat Burdegala urbs.

Biturix, urbs Galliæ Aquitanicæ, Gregorio Turonenſi, Bituriges Cæſari, & Plinio, Bituricæ in libris Conciliorum, Biturigum aliis, *Bourges* nunc, urbs Galliæ ampla & Archiepiſcopalis, olim Avaricum dicta quo tempore Celtarum regia fuit, caput eſt Bituricenſis provinciæ, uti alias Regni Aquitanici, ſita circa Galliæ umbilicum ad Auram ſeu Avarum fluvium, Baſilicam habens Auguſtam & Academiam celebrem, 7. leucis diſtat à Caritate in occaſum Exelodunum verſus 6 eſtque fere media inter Aurelianum ad Boream & Molinum ad Auſtrum, 22. leucis utrinque diſtans, & in ea natus eſt Ludovicus XI. Rex Francorum.

Digitized by Google

BITYLA, oppidum Peloponneſi, Ptolemæo, quod Vitylum Straboni, & Pauſaniæ, ad oram ſinus Laconici, nunc *Vitilo*, teſte Sophiano, 20. mill. paſſ. à Tænaro promontorio, & 10. à Thalame diſtans, eſtque tantum caſtrum tenue ſub Turcis.

BIVONA, *Bivona*, oppidum Siciliæ inſulæ, in Valle Mazaræ ſub altis rupibus ſitum, & Ducatus titulo clarum.

BIZANTIUM. Vide Byzantium.

BIZENIA, poſtea Melincum, caſtrum Bohemiæ, teſte Æneа Sylvio, & cujus fit mentio in vita Sancti Venceſlai, nunc *Melnick* vulgò.

BIZINIS, *Bizini*, urbs Siciliæ inſulæ mediterranea in Valle Nerina, ſatis culta verſus montes, & 30. milliaribus a Syracuſis in occaſum.

BIZON, ſeu Byzon, oppidum Thraciæ Plinio, inter Apolloniam & Calatim, terræ hiatu abſorptum.

BIZYA, urbs Thraciæ, Ptolemæo, Byze Suidæ, Bizus Arriano in Periplo, *Vize* nunc, Leunclavio, urbs Thraciæ cis Rhodopen Archiepiſcopalis in mediterraneis, olim in Cœnica tractu, & poſtea in Europa regione ſic dicta, ad fontes Atyræ fluvii, ubi Terei regia fuit, nunc ſedes præfecti Turcarum quibus paret, dicitur etiam Bizona Straboni, & Melæ, 45. mill. paſſ. diſtans ab Apris in Septentrionem, Peronticum verſus, & Salmydeſſum quadraginta, & 85. à Conſtantinopoli in occaſum.

BLABIA, *Blavet*, fluvius parvus Galliæ, in Britannia minori, & in ejus parte meridionali, nunc Blavetus recentioribus. Vide ibi.

BLABIA, oppidum Galliæ Celticæ in Armorica, & in Venetorum tractu, ex libro Notitiarum, nunc teſte Ortelio, eſt *Blavet*, oppidum exciſum, Britanniæ minoris, ad Blabiam fluvium, ex cujus ruinis crevit oppidum adjacens, Portus Ludovici, *le Port Louis*, mille paſſibus infra, quod etiamnum *Blavet* dicitur à quibuſdam, tanquam Blabia nova, portu gaudens celebri & capaci in ora auſtrali Britanniæ ad oſtia *Blavet* fluvii, 2. leucis ab Hennebonto in Meridiem, & 12. à Venetiis in occaſum Coriſopitum verſus.

BLACHIA, regio Europæ, Nicetæ, & Choniatæ, quæ poſtea Valachia dicta a recentioribus, & olim Dacia, ſed notandum quod tempore Nicetæ, Blachia complectebatur etiam minorem partem Moeſiæ antiquæ verſus Iſtrum fluvium, ubi nunc Bulgariæ major pars, hinc Blachi populi, Cantacuzeno, & aliis. Vide Valachia.

BLAMONTIUM, *Blamont* ſeu *Blammont*, oppidum Galliæ in Lotharingiæ Ducatu, quod & Albus mons, Comitatus titulo gaudet, ad fluvium Voſorium, qui paulò infrà in Murtam cadit, 7. leucis diſtans à Nanceio in ortum, & prope montes.

BLANCHELANDA, *Blanchelande*, Abbatia Galliæ in Normannia inferiori, & in Conſtantienſi tractu, ſic dicta quaſi Alba landa.

BLANCOBERGA, *Blankeberg*, oppidulum Belgii, in Comitatu Flandriæ, cum portu & fortalitio, una leuca à Brugis in ora littorali, 2. autem ab Oſtenda in ortum, ſub dominio Belgarum unitorum.

BLANCAFORTIUM, *Blanquefort*, oppidulum Galliæ, in Vaſconia, prope Garumnam fluvium, & vix duabus leucis à Burdegala in occaſum æſtivum, in eo tractu qui vulgò *le Medoc* dicitur.

BLANDA, oppidulum Hiſpaniæ Tarraconenſis, Melæ, nunc *Blanes*, in ora littorali Cataloniæ, inter Barcinonem ad Auſtrum 8. & Gerundam ad arctos 6. leucis diſtans ad fluvium cognominem, Torderam nunc dictum.

BLANDA, oppidum Brutiorum in ora maris Tyrrheni, Plinio & Melæ, Blanda Livio, nunc teſte Gabriele Barrio, eſt *Belvedere*, caſtrum Italiæ & Calabriæ citerioris, inter Cerillos ad occaſum & Clampetiam in ortum, ſed teſte Luca Holſtenio qui illum tractum accurate luſtravit, 10. milliaribus tantum diſtabat à Buxento, & ejus veſtigia maxima apparent ad portum Sapri.

BLANDENONA, oppidulum Liguriæ, in Italia, & agro Ticinenſi, *Broni* nunc, à Ticino 10. mill paſſ. medium ferè inter Placentiam ad ortum, & Dertonam ad occaſum, ad 20. mill. Ejus meminit Marcus Cicero in epiſtola ad Ciceronem fratrem.

BLANDERATE, *Biandra*, oppidum olim, nunc pagus Mediolanenſis Ducatus, in agro Novarienſi ad Seſſitem fluvium. Abeſt a Novaria paulò ſupra 7. mill. paſſ. a Vercellis ad 9. Ferrario. Id Barderate à Plinio dici putatur; ſed ſitus videtur repugnare.

BLANDINIUM, cœnobium inſigne urbis Gandavenſis in Comitatu Flandriæ, ſub invocatione D. Petri Apoſtoli, quod vulgò dicitur *S. Pierre*; uti olim *Blandigny*, eſtque nunc Eccleſia Cathedralis urbis Gandavenſis, effecta à Paulo IV. Pontifice Maximo anno 1559.

BLANDONA, oppidum Illyrici in Liburnia, Antonino, Blanona Ptolemæo, nunc teſte Brietio, eſt *Banjaluch*, urbs ampla & munita Boſniæ, prope montes ſub Turcis, Moletio vero eſt *Vrana*, oppidum Dalmatiæ prope lacum cognominem, 7. milliaribus diſtans à Jadera Sibenicum verſus ſub dominio Turcarum, ejus arx fuit diruta à Venetis ultimo bello Turcico: ſed Joannes Lucius ſcribit Blandonam, nunc Albam maris dictam, vulgò *Zara vecchia* Italis, *Biograd* Slavis. Vide Alba maris.

BLANDUSIA, fons in finibus Sabinorum, in Italia, ad Mandelam villam Horatii, de quo is libro 3. carminum.

BLANGIACUM, *Blangis*, oppidulum Galliæ, in Normannia & Caletenſi tractu, in limite Picardiæ, ad amnem *la Breſle*, in via Albamala, Augum verſus.

BLANGIACUM, ſive Blanziacum, *Blangy*, oppidulum tenue Galliæ in Arteſiæ Comitatu, ad Thenam fluvium *le Ternois*, 3. ab Heſdino lapide in Boream Ariam verſus, ſub dominio Francorum, pace ad Pyrenæos.

BLANII, populi fuere Hiberniæ inſulæ, qui melius Eblani. Vide ibi

BLASCON, inſula parva admodum Galliæ, in mari Gallico Ptolemæo, nunc *Breſcon* dicitur, eſtque verius ſcopulus cum arce, in ora Occitaniæ provinciæ, prope Agathæ promontorium, vix una leuca ab Agatha urbe in Meridiem, 6. leucis à Narbona in Orientem Montem-Peſſulum verſus 9. ejus meminit Plinius.

BLATUM BULGIUM, ſive Ablatum Bulgium, ut alii legunt, oppidum Brigantum in Britannia magna, Antonino, nunc teſte Camdeno, eſt *Boulneſſe*, viculus Angliæ Borealis, in Cumbria provincia, in ora Maris Hibernici, & ad fauces Itunæ æſtuarii, 10 mill. paſſ. à Carleolo in occaſum.

BLAUBURA, *Blaubeuren*, oppidulum Germaniæ in Sueviæ circulo, quod & Blaubura dicitur in dominio Ducis Wurtembergenſis, cui ſubeſt ab anno 1447. ex venditione, & 3. milliaribus Germanicis diſtat ab Ulma in occaſum.

BLAVETUS, *le Blavet*, fluvius parvus Galliæ in Britannia minori, per Venetenſem agrum labitur & in mare Aquitanicum ſe exonerat infra Portum Ludovici, è regione Calonesi inſulæ, & olim Blabia dictus fuit, ut multi exiſtimant.

BLAVIA, oppidum Galliæ Aquitanicæ, Auſonio, Blabia libro Notitiæ, Blavium Turpino, Blanutum ſeu Blavutum Antonino, ut videtur, *Blaye* vulgo, oppidum Galliæ probe munitum, in Burdegalenſi agro

ad Girundæ æſtuarium, infra confluentes Garumnæ & Duranii fluviorum, 10. leucis ab ejus faucibus in Oceanum Aquitanicum, 7. leucis infra Burdegalam in Septentrionem Santonas verſus 9. in confinio Santoniæ provinciæ, & eo tenentur tormenta ſua Bellica relinquere naves qui Burdegalam tendunt, bujus meminit Gregorius Turonenſis, uti Auſonius epiſtola 10. ab eo tractus adjacens Blavienſis dicitur, *le Blaigues* vulgò, & in hoc oppido obiit Charibertus Francorum Rex.

BLAUNOUS, urbs Phrygiæ, ex numiſmatibus, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Sardiano, quæ à Stephano Blaudus dicitur, & Blandus in libris Conciliorum qui eam in Lydia collocant.

BLAUDUS, urbs Phrygiæ magnæ, in Aſia minori Stephano, forſan Blandos Antonino, & in numiſmate, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Sardiano, ex libris Conciliorum.

BLEKINGIA, *le Bloking*, provincia regni Sueciæ, antea ſub dominio Regis Daniæ, ſed anno 1658. conceſſa fuit Regi Sueciæ, pace ad Roſchildam ſancita, & ipſi etiamnum paret, olim Ducali titulo inſignis, extenditur in longum ab ortu in occaſum, juxta mare Balticum, quod ei adjacet ad ortum, & ad Meridiem qua Germaniam reſpicit, & terminatur ab occaſu Scania, uti à Septentrione Smalandia provincia Gothiæ, in ea urbes ſunt Chriſtianopolis ejus præcipua, Chriſtianoſtadium, Abuſium & Rotembya.

BLEMYAS, populi Æthiopiæ, ſub Ægypto, Herodoto, qui Blemmyes Straboni, Blemmyæ Plinio, Melæ, & Solino, ad citeriorem Nili ripam.

BLENÆ, populi Libyæ Claudiano, qui & Bleptæ Melæ, ad Nilum fluvium incolentes.

BLENAVIUM, *Blenau*, oppidulum Galbæ, in præfectura generali Aurelianenſi & Puſæenſi agro, ſub dominio Cortenæorum, ad Lupiam fluvium, 4. leucis à Breviodaro in ortum diſtans, Altiſſiodorum verſus 11.

BLEONI-VILLA, *Blainville*, caſtrum Galliæ in Lotharingia ad Murtam fluvium, unde etiam dicitur *Blainville ſur l'eau*, 4. leucis ſupra Nanceium in Septentrionem, & una a Lunevilla in occaſum.

BLERA, urbs olim Thuſciæ, Ptolemæo, Bletæ alii, nunc *Bieda*, caſtrum ditionis Eccleſiæ, in provincia Patrimonii, ad amnem cognominem, medium inter Sutrium ad Orientem & Tuſcaniam ad Occidentem, 10. mill. paſſ. utrimque diſtans, populi Blerani Plinio.

BLESSÆ, & Bleſenſe caſtrum, *Blois*, urbs Galliæ, Bleſenſis agri caput, probe culta, cum ponte lapideo ad Ligerim fluvium, & caſtro nuper magnificentiſſime reparato à Gaſtone Duce Aurelianenſi, & à Regibus ob loci amoenitatem & elegantiam ſæpe habitari ſolito, in quo natus eſt Ludovicus XII. Francorum Rex die 27. Junii anno 1461. 36. leucis diſtat ab Aurelianis in occaſum Turones verſus totidem, & Comitatus titulo inſignitur, & in ea obiere Reginæ Galliæ, Anna uxor Caroli VIII. & Ludovici XII. anno 1514. Claudia uxor Franciſci primi anno 1524. & Catharina Medicea uxor Henrici II. anno 1589.

BLESENSIS AGER, *le Blaiſois*, provincia Galliæ, verſus Ligerim fluvium, in præfectura Generali Aurelianenſi, ejus pars Borealis alias ſub Belſia comprehenſa fuit, pars vero Auſtralis ſub Sicalaunia perſæpe cenſetur ex parte, terminatur ab ortu Aurelianenſi provincia, ab occaſu Turonenſi, à Meridie Bituricenſi, & à Septentrione Belſia, ejus urbes præcipuæ ſunt Bleſæ & Remorentinum, hinc Bleſenſes populi *les Blaiſois* volgò.

BLATTIUM, oppidum Cornaviorum in Britannia magna Antonino, nunc teſte Camdeno, *Old towun*, pagus Angliæ in Comitatu Herefordienſi, in confinio Walliæ, haud procul ab Herefordia urbe.

BLETISSA, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, ex veteri inſcriptione, nunc teſte Vaſæo, eſt *Ledeſma*, oppidulum regni Legionenſis, ad Tormim fluvium & in territorio Salmanticenſi, vino ſuo celebre, 2. leucis ab Alba, & 6. à Salmantica.

BLETTERUM, *Bletterans*, oppidulum Galliæ, in Comitatu Burgundiæ, cum caſtro ad amnem *la Seille*, & in confinio Ducatus Burgundiæ, 9. leucis à Cabillone diſtans in ortum, & eodem à Dola in Meridiem. Alias munitum fuit, nunc ſine mœnibus.

BLITABRUM, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, quod melius Litabrum dictum fuit, nunc *Buytagro*. Vide Litabrum.

BLITERÆ, urbs Galliæ Narbonenſis Plinio, quæ Biltera Straboni, Blitera Melæ, Bætiræ Ptolemæo, Bætatrus Stephano, Beterræ Antonino, Biteræ libris Conciliorum, nunc *Beziers*, urbs Galliæ in Occitania inferiori, ad Orobum fluvium, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Narbonenſi, elegans & prope culta, colonia Septumanorum dicta à Plinio, vix 2. leucis diſtat ab ora littorali maris Mediterranei in Septentrionem, & 11. à Monte-Peſſulo in occaſum, uti 3. a Piſcenis Narbonem verſus 43.

BLOCZILIA, *Bloczill Schans*, arx Belgii uniti, in Friſia, ad oſtium amnis *Aa*, una leuca infra Stenovicum, & in littore maris Auſtrini, in dominio provinciarum unitarum, capta fuit à Gallis anno 1672. & anno ſequenti ab ipſis diruta. Vide arx Bloczilia.

BLONICUM, *Blonicz*, oppidum Poloniæ majoris, in confinio provinciæ Mazoviæ, totum ligneum, quamvis ſpatioſum, 7. milliaribus Polonicis diſtat a Varſovia in occaſum, Lanciciam verſus.

BOACTUS, fluvius Liguriæ, Ptolemæo, qui Boactes, & corrupte Boaceas Antonino, *la Verra* nunc, teſte Auguſtino Juſtiniano, ſeu etiam *la Vella* quibuſdam, oritur ex Apennino monte in ora orientali ditionis Genuenſis, deindeque in ortum hybernum fluens, Brunetum urbem rigat & in Macram ſe exonerat, 4. mill. paſſ. ſupra Serezanam in Septentrionem, in ipſo limite Tuſciæ, quamquam à Cloverio *Brignole* vocetur.

BOÆ, oppidum Peloponneſi in Laconia provincia, Ptolemæo, quod Boea Plinio, & Boeæ Pauſaniæ, nunc *Batica* ſeu *Vatica* caſtrum, teſte Nigro, in ora littorali, inter promontoria Maleam & Aſini Maxillam, ſed aliis eſt *S. Angelo* locus in viciniis, teſte Moletio.

BOAGRIUS, fluvius Locrorum Epicnemidiorum, in Græcia, Ptolemæo & Straboni. Thronium oppidum præterluens, ac in ſinum Oetæum inter Cynum & Scarphium oppida exiens. Qui aliquando ſiccis plantis tranſitur, aliquando ad 2. mill. paſſ. intumeſcit, *il Terremotto* nunc dicitur, ac etiam *il Boagrio*, ut quidam tradunt.

BOANDUS, fluvius Hiberniæ, per Lageniam provinciam fluens, dicitur ſæpius Buvinda ab aliis. Vide ibi.

BOAS, inſula Dalmatiæ. Vide Bubua.

BOBERUS, *Bober*, ſic dictus Slavice quaſi Caſtor, fluvius Bohemiæ regni, in Sileſia inferiori, oritur juxta vicum *Bober*, & ad Croſnam Viadro miſcetur.

BOBIUM, *Bobio*, urbs alias Liguriæ, teſte Paulo Diacono, nunc Ducatus Mediolanenſis, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Genuenſi, ad Trebiam fluvium, ſedet in planitie intra montes ſub dominio uni Comitum *del Verme*, eſtque parvi circuitus, in ipſo limite Ducatus Parmenſis, & prope coofinia Genuenſis ditionis: olim erat tantum cœnobium à S. Columbano extructum, liberalitate Theodelindæ Longobardorum Reginæ, quod poſtea ſub Longobardis crevit in urbem, manente adhuc monaſterio, caput eſt Bobienſis agri ab ea dicti, 35. ouli. paſſ. diſtat à Dertona in ortum hybernum, & 35. à Genua Placentiam verſus in Septentrionem 25. circiter, a Ticino vero 35.

Digitized by Google

BOBIUM, urbs Italiæ, cujus fit mentio in diplomate Ludovici Pii, & apud Anaſtaſium, ponitur à Paulo Diacono una cum Urbino & aliis locis in nona regione Italiæ, ſub Apennino monte, nunc quidam interpretantur Sarſinam urbem Romandiolæ in ditione Eccleſiæ, ut colligitur ex Merula & Ughello in Italia ſacra.

BOBURII, *les Bobures*, populi Americæ meridionalis, propè Emeriam oppidulum Venezolæ regionis, & Maracaibum lacum, teſte Joanne Laëtio.

BOCA, *Bocke*, caſtrum Germaniæ in Weſtphalia, ad Lupiam fluvium in Diœceſi Paderbornenſi, & 10 mill. paſſ. infra Paderbornam in occaſum, ubi Carolus Magnus Francorum Rex Angarios populos, duos obſidibus & jurejurando fidem obſequii firmantes anno 775. in ditionem accepit, ut conſtat ex monumentis Paderbornenſibus.

BOCANUM HEMERUM, urbs Mauritaniæ Tingitanæ, Ptolemæo, nunc *Marruecos* dicta ab Hiſpanis, *Maroc* Gallis, & *Marocco* Anglis & Italis, teſtibus Olivario, Nigro, & Auguſtino Curione, urbs eſt ex præcipuis totius Africæ, regni Marochi regia, in Marochia provincia, alias ampliſſima & ſuperbiſſima, nunc ſenſim deficit à plurimis annis, ſedet juxta fluvium Niffim in confinio Haſgoræ provinciæ, ejuſque circuitus eſt 52. milliarium, 35. leucis Hiſpanicis diſtans ab ora Oceani Atlantici in ortum, & 70. a Fezza ſeu Volubili in Meridiem, & 107. à Freto Gaditano. Vide Marochum.

BOCENUM, *Botzen* incolis, *Bolzano* Italis, urbs Comitatus Tirolis, in Germania, pertinens ad Juriſdictionem Oenipontanam, ad Eiſocum fluvium, qui 3. milliaribus infra in Atheſim cadit, inter Tridentum & Brixinonem, 6. milliaribus Germanicis ab utraque. Vide Bozzenum.

BOCHANIUM, *Bouchain*, urbs parva ſed munita Belgii, in Hannonia provincia, & in Auſtrabenſi tractu cujus caput exiſtit, ad Scaldim fluvium, dicta fuit olim Pepivilla, quod à Pepino majore Palatii Regum Franciæ extructa fuerit anno 685. teſte Carpentario, tribus leucis diſtat a Duaco in ortum hybernum, & totidem à Cameraco in Septentrionem Valencenas verſus 4. & capta fuit a Gallis anno 1676. ideo ipſis etiamnum ſubeſt pace ad Noviomagum facta.

BOCHARA, ſeu Buchara, *Bochar*, urbs Aſiæ antiqua & celeberrima in Mawaralnahra ſeu Trans-Oxiana regione, Balcho occidentalior, unius diei itinere diſtans ab Oxo fluvio, dicitur à quibuſdam Bachara, & patria eſt celebris medici Ibn-Sina vulgo Avicenna dicti, eam circumjacent amœniſſimi horti, villæ, pagi, & vicos ſuburbanos 15 memorat Abulfeda, quæ omnia continuo 12. paraſangarum muro cinguntur, ultra quem duo alii ſunt muri civitatis, caſtrum habet *Kohundiz* vocatum, & ipſam rigat fluvius Sogdus, & 120. mill. paſſ. diſtat à Samarcanda in Meridiem, eam fuſius deſcribit Jacobus Golius in notis ad Alferganum.

BODACHCATA, *Bodachcath*, urbs Aſię in Mawaralnahra regione, teſte Abulfeda.

BODAMICUS LACUS, *das Bodmenzee*, lacus Germaniæ, qui aliter Podamicus, & ſæpius Conſtantienſis dicitur. Vide ibi.

BODEGRAVIA, *Bodegrave*, vicus Belgii uniti in Hollandia, ad Rhenum fluvium, ubi Belgę uniti malè habiti fuere a Francis anno 1672. eſtque inter Lugdunum Batavorum ad occaſum, & Vordam ad ortum.

BODENI, populi Sarmatiæ Europææ, Ptolemæo, Budici Melæ, & Herodoto, & Baſtarnarum pars, quos Græci Gelonos vocarunt, ſed non recte, inquit Herodotus, erantque inter Amadocos ad ortum, Carpinos ad Boream, Gevinos ad occaſum, & Tyrangitas ad Auſtrum, forſan ubi nunc pars Volhiniæ provinciæ regni Poloniæ, quanquam Willichius credat eorum tractum nunc Podoliam dici.

BODERIA, æſtuarium Britanniæ majoris, Ptolemæo, nunc *Forth* & *Firth* in Scotia. Vide Bodotria.

BODINCOMAGUS, ſeu Bodincomagum oppidum Veliatum in Liguria, teſte Plinio, quod a Romanis Induſtria dictum fuit, nunc, teſte Leandro Alberto, eſt Odolencum *Odalongo*, vicus Montisferrati Ducatus ad Sturam fluvium, 3. milliaribus a Pado fluvio diſtans in Meridiem, & 8. à Caſali in occaſum, ut colligitur ex vetuſta inſcriptione hic inventa, ſed Philippo Cluverio, & Brietio Bodincomagum eſt *Caſal*, urbs Italiæ Montisferrati primaria, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Mediolanenſi ad Padum fluvium, arcem habens exagonam permunitam, & ſub dominio Ducis Mantuani, 4. milliaribus infra Tridinum in ortum. Vide Caſale.

BODIONTII, populi Galliæ Narbonenſis, teſte Plinio, Ebroduntii vero legitur in caſtigatioribus exemplaribus, ubi nunc Ebrodunenſis tractus in Delphinatu prope Druentiam, Ægidius Schudus tamen credit Bodiontios populos fuiſſe ubi hodie tractus *le Val Fontenay* Gallice, *Fuſſeneir* Germanice in Ducatu Sabaudiæ. Vide Ebroduntii.

BODIUS MONS, *Monte Albodo*, oppidum olim Umbriæ, nunc caſtrum Marchiæ Anconitanæ, in ditione Eccleſiæ, prope limites Ducatus Urbinatis in colle, 5. milliaribus diſtans ab Æſi in occaſum, & 7. à Senogallia in Meridiem.

BODMATSCUM, *Bodmen*, caſtrum Germaniæ in Suevia, ad lacum Conſtantienſem, Bodamicum ab ea dictum, ejus fit mentio in ſcriptoribus mediæ ætatis, eſtque in parte ſeptentrionali hujus lacus, 15. mill. a Conſtantia in Boream.

BODMINIA, ſeu Boſvena, *Bodman*, oppidulum Angliæ, in ejus parte occidentali & olim urbs Epiſcopalis & urbs ampla, in Cornubia provincia, 8. milliaribus à littore diſtat, & 15. à Plimuto in occaſum, teſte Speedo.

BODOBRIGA, urbs Germaniæ, ex libro Notitiæ, Baudobriga Antonino, *Boppart* vulgo, quanquam incolæ *Boppre* pronuncient, urbs parva Germaniæ ad Rhenum fluvium, in ditione Trevirenſi, & in tractu Hunnorum dorſo dicto, alias fuit Imperialis & libera, ſed anno 1312. oppignorata fuit Balduino Archiepiſcopo Trevirenſi ab Henrico VII. Imperatore ejus fratre, & anno 1494 perpetuo unita fuit Electoratui Trevirenſi, ſub Joanne Badenſi ejus Archiepiſcopo, ſedet ad radices collis propè Poderæ montana, ut ego plurics vidi, vix 2. milliaribus Germanicis diſtans à Fano a S. Goaris in Boream, uti 5. à Bingio Confluentias verſus totidem, & 3. à Naſſavia in occaſum, in confinio Comitatus Callimeliboci inferioris.

BODOTRIA, æſtuarium eſt Britanniæ magnæ, Cornelio Tacito, Boderia Ptolemæo, poſtea Forthea & Fortheæ æſtuarium in Scotia, teſtibus Lhuydo & Buchanano, nunc Scotis *the Fyrth of Forth*, *Edenborow Fyrth* Anglis, & *le Golfe d'Edenbourg* Gallis, ab Edimburgo civitate primaria Scotiæ ei ferè adjacente, & a Forthea fluvio quem recipit ad occaſum, extenditur ab Oriente in Occidentem ad 45. mill. paſſ. inter Fifam provinciam ad Septentrionem & Lothianam ad Meridiem, eſtque proprie ſinus Oceani Germanici in ora orientali Scotiæ, aliquot inſulis ſparſus, & in quo plures fluvii ſe exonerant.

BODROGA, *Bodrogh*, urbs eſt regni Hungariæ, ſub Turcis, Comitatus cognominis caput, ad ramum Danubii 30. mill. paſſ. infrà Colociam in Meridiem, & 38. a Segedino in occaſum.

BODROGIENSIS COMITATUS, *le Comté de Bodrogh*, tractus eſt regni Hungariæ, ſub dominio Turcarum, inter Danubium fluvium & Tibiſcum, terminatur à Septentrione Bachienſi Comitatu, ab Oriente

te Ghanadienſi, & ab Occidente Baranienſi, uti Sirmienſi Comitatu ad Meridiem, ejus autem præcipua urbs eſt Bodroga.

Bodrogus, *le Bodrog*, fluvius Hungariæ ſuperioris. Oritur ex monte Carpatho; & auctus aliquot fluminibus, in Tibiſcum ſe exonerat prope Tokeum oppidum, in limite ditionis Turcicæ.

Boduni, populi Britanniæ majoris, Dioni, qui ſæpius & melius Dobuni dicitur. Vide ibi.

Boebeis, palus ſive lacus Theſſaliæ in Magneſia tractu, Straboni, Boebe Stephano, cum oppido cognomine quod Boebos ab Homero dicitur, nunc *Eſero*, teſte Sophiano, illum circumſtant montes Oſſa, Pelion, & Olympus, ac Pheræ urbs, hinc Boebicius nomen gentis.

Boebe, oppidum Cretæ inſulę, teſte Stephano.

Boemi, populi Germaniæ quorum regio Boemia, & Bohemia. Vide Bohemia.

Boemia, & Bohemia, regio Europæ ampla. Vide Bohemia.

Boenium, *Boen*, oppidum Galliæ, in provincia Forenſi, ad fluvium Limonem, qui 3. leucis infra cadit in Ligerim, 5. leucis diſtat a Rodumna in Auſtrum.

Boeodurum, oppidum Norici Ptolemæo, nunc exciſum, prope Pataviam urbem. Vide Botodurum.

Boeon, oppidum Tauricæ Cherſoneſi mediterraneum, Ptolemæo, Tazo Cyteoque finitimum, *Czurgati*, nunc, teſte Nigro.

Boeotia, regio Achaię ſeu Helladis notiſſima, Straboni, Plinio, & Pauſaniæ, Aonia prius dicta, & Ogygia, teſte Stephano, diviſa in ſuperiorem & inferiorem, ejus termini erant a Septentrione mare Ægeum & Euripus, ab ortu Attica, a Meridie Megaris & ſinus Corinthiacus, & ab occaſu Phocis, nunc *Stramulipa* dicitur, & ſub Livadia regione videtur comprehenſa a recentioribus, ſubeſtque dominio Turcarum a duobus ferè ſeculis, ejus primaria urbs eſt Thebæ *Thiva*, hodie penè jacens, aliæ ſunt Lebadia, Leuctra, Orchomenus, Plateæ, & Theſpiæ, à bove à Cadmo ibi inventa, teſte Iſidoro, nominata ſunt, & ſola Aſpalacum animal gignit frequens, ad Orchomenum, quod exportatum alio perit, hinc Boeotus nomen gentis, & Boeotius.

Boffinga, & Bopſinga, *Boffinghen*, urbecula Germaniæ in Suevia, Imperialis & libera ſive ſui juris, propè Norlingam ad amnem Egyram, dicitur etiam *Bopſinghen*, & vix 3. milliaribus Germanicis diſtat ab Alena in ortum, uti a Zeapoli in Meridiem.

Bogadium, urbs Germanię Ptolemæo, nunc ex conjectura, teſte Villanovano, eſt *Frizlar* urbs Haſſiæ inferioris ad Ederam fluvium, Imperialis & libera, ſub clientela tamen Electoris Moguntini, inter Caſſellam & Martiſpurgum. Vide Friſlaria.

Bogarius sinus, *Bogar-fiord*, ſinus Iſlandiæ inſulæ, in ejus ora meridionali ubi recipit Album fluvium, teſte Theodoro Thorlacio Iſlando.

Bogdania, ſic dicitur Moldavia regio Europæ, teſte Laonico, quæ & Carabogdania. Vide ibi.

Bogdomantis, provincia Bithynię in Aſia minori, Ptolemæo, quæ aliis Bogdomanis, verſus Propontidem extenſa, inter ſinus Aſtacenum & Cianum, atque inter Pruſam & Nicomediam urbes, teſte Philippo à Vico, nunc *Chiutaie* dicta, ut exiſtimat Caſtaldus.

Boqota, *el Bogota*, provincia Americæ meridionalis in novo Regno Granatenſi, in mediterraneis, ubi Bogotæ populi, teſte Herrera, & hinc novum regnum Granatenſe dictum fuit Bogota ab indigenis.

Bogesunda, *Bogeſund*, oppidulum Sueciæ, in Veſtrogothia provincia, famoſum prælio Danorum cum Suecis facto anno 1520. in quo *Steno Sture* regni Sueciæ Adminiſtrator vulneratus; paulò pòſt obiit, Davide Chytræo teſte.

Bohemia, *le Royaume de Boheme* & *la Boheme* etiam, regio ampla Europæ, quæ etiam Boemia dicitur à quibuſdam, Boiemum & Boemum Tacito, nunc vulgo incolis & Polonis *Czeſka zemia*, à Czecho quodam principe, teſte Davito, *Boheim*, ſeu *das Konigreich von Boheim*, & *Behemerland* Germanis, *la Boheme* Gallis, *la Boemia* Hiſpanis, *la Bohemia* Italis dicta, intra fines Germaniæ comprehenditur pro majori parte, ſed tamen non eſt pars Germaniæ, cum ab ea diviſa ſit, linguam habeat particularem, & regnum faciat ſeparatum ab anno 1086, quo primum regio titulo decorata fuit ſub Uratiſlao Rege: terminatur à Septentrione & Occidente Saxonia ſuperiori, ab Oriente Polonia, & à Meridie Hungaria, Auſtria, & ditione Ducis Bavariæ, ejus autem partes ſunt Bohemia propria, Luſatia, Moravia, & Sileſia, & totius regni caput eſt Praga, ſed Luſatia ab eo disjuncta ſubeſt Duci Saxoniæ ab anno 1623. Bohemiæ regnum ſubeſt domui Auſtriacæ a ſæculo & dimidio, & ejus Rex eſt unus ex octo Imperii Electoribus, quamquam ſit extra Imperii fines; Regni caput eſt Praga, aliæ urbes clariores ſunt Brina, Olomucium, & Uratiſlavia.

Bohemia propria, *Behemerlandt* Germanis, *la Boheme* Gallis, pars eſt præcipua regni Bohemiæ, quod ab ea etiam nomen ſortitur, Sylvis undique & ſaltibus cincta, eam regionem primum tenuere Boii, origine Galli; tum Marcomanni, & tandem Bœmi, terminatur à Septentrione Miſnia & Luſatia, ab Oriente Sileſia & Moravia, á Meridie Auſtria & Bavaria, ab Occidente vero Palatinatu ſuperiori ſive Norgovia & minima parte Franconiæ, diviſa fuit à Carolo IV. Rege in duodecim circulos, nunc vero in 15. diſtribuitur, quibus adduntur Comitatus Glacienſis ex Sileſia exceptus, & territoria Egranum & Loctenſe olim partes Palatinatus ſuperioris, ejus primaria urbs eſt Praga *Prague*, ad Multam fluvium, hinc Bohemi populi, *Czechi* ſibi Polonis & Slavis, *Bohaimen* Germanis, *les Bohemes* Gallis, & *li Bohemi* Italis.

Bohemiæ propriæ circuli seu partes.

Bechinenſis circulus. *Bechimsko.*
Boleſlavienſis, *Boleſlausko.*
Caurzimenſis, *Caurzimsko.*
Chrudimenſis, *Chrudimsko.*
Czaſlavienſis, *Czaſlauſko.*
Hradecienſis, *Hradsko.*
Litomiercicenſis, *Litomierziecsko.*
Pilſenſis, *Pilſensko.*
Podebrocenſis, *Podbrosko.*
Pracenſis, *Prachensko.*
Pragenſis, *Pragensko.*
Racounicenſis, *Rakounicsko.*
Slanenſis, *Slansko.*
Vltavienſis, *Vltawsko.*
Zatecenſis, *Ziatecko.*

Bohemiæ propriæ Urbes præcipuæ.

Budovecium, *Budweiſſ.*
Egra, *Eger*, ſeu *Heb.*
Glacium, *Glatz.*
Hradecium Reginæ, *Konigingretz* ſeu *Kralowshrades.*
Litomeritium, *Letomeritz.*
Locta, *Loket*, ſeu *Elnbogen.*
Pilſna, *Pilſen.*
Praga, *Prag*, regni primaria.

BOHEMIÆ REGNI URBES PRÆCIPUÆ.

Brina, *Brin*, in Moravia.
Egra, *Eger*, in Bohemia propria.
Glogavia major, *Gros-Glogaw*, in Sileſia.
Olomutium, *Olmutz*, in Moravia.
Pilſna, *Pilſen*, in Bohemia propria.
Praga, *Prag*, Regni caput, in Bohemia propria.
Uratiſlavia, *Breſlaw*, in Sileſia.

BOHOLIA, *Bohol*, inſula Aſiæ in mari orientali, & una ex Philippinis inſulis, inter Abuyam ad Septentrionem & Mindanam ad Meridiem, eſtque parva admodum, ſub Hiſpanorum dominio.

BOIA, regio Boiorum in Gallia Celtica, ex optima Cæſaris & veterum loquendi methodo, civitas Boiorum eſt, non urbs, ſicque Boia pro Boiorum regione intelligere eſt apud Cæſarem, ut probat Nicolaus Sanſon in ſuis diſquiſitionibus Geographicis. Vide Boii.

BOIADORUM PROMONTORIUM, *el Cabo Boiador*, eſt in parte ſeptentrionali Maniliæ inſulæ in Philippinis, ſic dictum quaſi circumdens. Vide promontorium Boiadorum.

BOIANUM, colonia & urbs Samnii, teſte Strabone, Bovianum Livio, nunc *Boiano*, urbs regni Neapolitani in Comitatu Moliſino, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Beneventano, ad fluvium Tiphernum, ſedet ad radices Apennini, in limite Campaniæ fœlicis, & 23. mill. paſſ. diſtat à Capua in Septentrionem Triventum verſus 18. & 13. ab Æſernia in Orientem, parva eſt & male culta.

BOIATES, populi Galliæ in Aquitania, fuere ubi nunc tractus *le Captalat de Buch* dictus, ſeu *Buch* in Vaſconia, teſte Petro de Marca, erantque in ora littorali Oceani Aquitanici prope Medullanum tractum, alias Biturigum Vibiſcorum pars.

BOIATUM, oppidum Galliæ in Aquitania, in eo tractu ubi Boiates populi, in ora Oceani Aquitanici, fuit circiter propè *Buch* ſeu *la teſte de Buch*, in limite Medullani tractus in Vaſconia, ut exiſtimat Petrus de Marca, cum aliis, ſed longè diſtabat à Baiona urbe in Boreoi, ut pluribus & doctiſſime idem de Marca probat in ſua hiſtoria Benearnica, quicquid in contrarium dixerint recentiores plurimi.

BOIEMUM, regio Germaniæ Tacito, quæ etiam Bohemum ab ipſo dicitur in alio codice, Boiohæmum Paterculo, ubi Bæmi populi Ptolemæo, nunc Bohemia propria dicitur, ſylvis & montibus undique cincta. Vide Bohemia.

BOII, populi fuere Galliæ Celticæ, valde celebres, teſte Cæſare, & Arvernorum pars ſeptentrionalis, eam tantum incoluere regionem quæ Æduis obnoxia, a Ligeri fluvio ad Elaverem porrigitur, poſtea eorum regio conflata fuit non tantum ex Arvernorum pagis, ſed & ex aliis Æduorum & Biturigum pagis, ubi nunc Borbonienſis provincia, *le Bourbonnois*, propè Elaverem fluvium qui eam bifariam ſecat. Vide Borbonienſis provincia.

BOII, populi fuere Germaniæ, origine Galli, teſte Tacito, hos Cæſar trans Rhenum habitaſſe, atque in Norico conſediſſe refert libro primo de bello Gallico, hinc à Marcomannis è ſedibus ſuis ex Boiohæmo circa Hercyniam ſylvam ejecti, tandem in Vindelicia inhabitarunt, inter Iſarum & Oenum fluvius, & poſtea Boioarii dicti ſunt, teſte Cluverio, eorum regio nunc Bavaria *die Bayern* incolis, *la Baviere* Gallis, provincia ampla Germaniæ, Ducatuſque nobiliſſimus, cujus Dux Imperii Elector conſtitutus fuit hiſce ultimis temporibus. Vide Bavaria.

BOII, populi fuere Galliæ in Aquitania vera Auſonio, & in Medullano agro, juxta Oceanum Aquitanicum, quorum tractus nunc *le pais de Buch* dicitur, teſte Vineto; eſtque Principatus, cui qui præeſt dicitur Captalis Buſius, *le Captal de Buch*, ibi oppidum præcipuum Buzium, *la teſte de Buch*, 8. leucis a Burdegala in occaſum, & totidem ab æſtuario Garumnæ in Meridiem, dicti fuere etiam Boiates.

BOII, populi fuere Galliæ Ciſpadanæ, Plinio & Ptolemæo, ubi poſtea major pars Æmiliæ, ab Occidente ſeparabantur ab Ananianis Taro fluvio, ab Oriente a Lingonibus Idice fluvio, a Meridie a Liguribus Apennino monte, & à Septentrione a Cenomanis & Venetis Pado fluvio, teſte Cluverio, erantque ubi nunc Ducatus Parmenſis & Mutinenſis, & ager Bononienſis in Romandiola, eorum urbes erant Bononia, Brixellum, Mutina, Parma, & Regium Lepidi, de bellis Boiorum cum Romanis ſæpè Polybius & Livius ſcribunt.

BOINA, qui & Bovinda quibuſdam, *Boyne*, fluvius Hiberniæ in Lagenia provincia, Trimum rigat, & Mediam orientalem bifariam ſecat, deindeque in mare Hibernicum ſe exonerat infra Pontanam.

BOIODURUM, urbs olim Vindeliciæ, in Norici confinio, Ptolemæo, quæ Boiodurum in libro Notitiarum, Batavam ſeu Patavium poſtea appellatam, & nunc eſſe *Paſſaw* putant Aventinus, Pyramius, & Lazius, ſed Gaſpar Bruſchius & poſt eum Philippus Cluverius credunt eſſe *Inſtat* oppidum Bavariæ inferioris ad confluentes Oeni in Danubium, ex adverſo Pataviæ urbis, ſeu potius ejus pars verſus Auſtriam, quod a quibuſdam Ænoſtadium dicitur, nominis veſtigium putat Marcus Velſerus remanere in rivulo *Beitz* dicto.

BOION, oppidum Doridis regionis Achaiæ ſeu Helladis, Plinio, Boium Straboni, Bium vel Bæo Ptolemæo, in confinio Phocidis, *Aſtaco* nunc, teſte Moletio, inter Citinium ad Septentrionem & Lilæam ad Meridiem, ad radices montium.

BOIORUM DESERTA, Plinio memorata, tractus in Noricorum finibus, quem Strabo ait a Vindelicis ad Pannonios uſque pertingere, nunc, teſte Wolfgango Lazio, eſt *Vienerwaldt* ſeu Viennenſis ſylva, tractus Auſtriæ inferioris verſus Stiriam.

BOIUM, oppidum Galliæ Ciſpadanæ in Æmilia, intra radices montis Apennini, *Boibo* nunc, pagus Romandiolæ haud procul à Sarſina urbe, teſte Ferrario.

BOLA, oppidum fuit Æquorum in Latio Diodoro, quod Bolæ Livio, in via Appia, ab urbe Roma ad 10. mill. paſſ. occurrens. Populi Bolani Plinio.

BOLÆNA, urbs Epiſcopalis Peloponneſi. Vide Bolina.

BOLBENA, Armeniæ majoris regio, teſte Ptolemæo, Hobordene apud interpretes.

BOLBITINUM, unum ex Nili fluvii oſtiis, Ptolemæo, quod & Bucolicum dictum a quibuſdam, in Ægypto inferiori, & in ora maris Mediterranei, inter Heracleoticum oſtium ad occaſum, & Sebenniticum ad ortum, nunc parvum eſt admodum, *le brat de Beltin* dicitur, ſed vix lintrium capax eſt propter arenæ tumulos in ora littorali, in qua etiam inerat Balbitina urbs, hodie vicus *Beltin* dictus, teſte Petro de Vico quanquam Moletius & Villanovanus credat Bolbitinam eſſe *Roſſeto* & *Raſchit* urbem in ora quod ab aliis Metelis dicta fuit.

BOLBONA, *Bolbone*, Abbatia Galliæ in Occitania, & in Fuxenſi Comitatu.

BOLDRA, *Boldra*, fluvius parvus Livoniæ per Curlandiam fluens, deinde in Duinam ſe exonerat inter Rigam & ejus oſtium in ſinum Livonicum.

BOLENTIUM, oppidum Pannoniæ ſuperioris, teſte Ptolemæo, nunc ut exiſtimat Villanovanus, eſt

Digitized by Google

Rackelsburgum oppidum Stiriæ ad Muram, quod, teſte Cloverio, Rachitanum dictum fuit, aliis vero Bolentium oppidum eſt Pannoniæ inferioris ad Dravum fluvium, ubi nunc forſan *Soppia* oppidum Hungariæ in Sclavonia regione, ſed quo authore neſcio, ſicque de eo difficile eſt aliquid certi ſtatuere.

BOLERIUM, oppidulum Britanniæ magnæ Ptolemæo, hodie, teſte Camdeno, S. Burienæ Fanum, *S. Burien* dicitur, eſtque vicus Cornubiæ provinciæ, cum Monaſterio diruto in intimo receſſu Cornubiæ ad occaſum, propè Bolerium promontorium, à quo 3. mill. paſſ. tantum diſtat.

BOLERIUM, quod & Antiveſtæum, promontorium Britanniæ majoris occidentaliſſimum in Damnoniis, Ptolemæo, nunc *The lands end* dicitur, ſeu Finis Terræ, Camdeno, & etiam *The Cape of Cornwal* Anglis, quod ſit in intimo receſſu Cornubiæ provinciæ ad occaſum, *Pennhinguaed* vero & *Penwith* Britannis, teſte Lhuydo, & *le Cap de Cornouaille* Gallis, 100. mill. paſſ. diſtat ab Exonia in occaſum, oti 300. à Cantio promontorio, eſtque propè Bolerium oppidulum.

BOLESLAVIA; urbs parva regni Bohemiæ, quæ duplex, nova nempe, quæ *Boleſlau* ſeu *Iung Bunczel*, ad Gizeram fluvium, & vetos, quæ *Alt Bunczel*, ubi Gizera influit in Albim è regione Brundiſii oppidi, 2. milliaribos Germanicis à Praga 10 ortum.

BOLESLAVIA, *Buntzlaw*, urbs parva Bohemiæ regni, in Sileſia inferiori, ad Boberum fluvium in Ducatu Javorienſi.

BOLEUM, *il Boglio* incolis, *le Bueil* Gallis, oppidulum Comitatus Niceenſis, in ditione Ducis Sabaudiæ, & in ipſo limite Provinciæ, caput eſt Boleani tractus dicti, cum Comites habuerit proprios, eſtque intra moutes, 3. leucis diſtans ab Intervallio in ortum.

BOLEANUS TRACTUS, *il Contado di Boglio*, tractus Pedemontii inter Comitatum Niceenſem cui unitus eſt. & Provinciam, intra mootes, ſic dictus à Boleo oppidulo.

BOLINA, urbs Achaiæ, in Peloponneſo, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Patrenſi, Patris proxima Stephano. Unde Bolinæus fluvius ipſam alluens, teſte Pauſania.

BOLONIA, *Bologne* incolis, *Bolen* Anglis, *Beunen* Belgis, & *Bologna al mare* Italis, urbs Galliæ in Picardia provincia, Comitatus Bolonienſis caput, Epiſcopalis, effecta ſub Archiepiſcopo Remenſi à Paulo IV. ob excidium Teruannæ, & Geſſoriacum navale dicta fuit à veteribus, duplex eſt nempe ſuperior dicta, *la haute Ville*, quæ probè munita, & inferior *la baſſe Ville*, eſtque in ora maris Britannici, cum portu ad oſtia fluvioli Lianæ, unde etiam aliquando vocatur *Bologne ſur Mer*, Pharum habuit *la Tour d'ordre* dictam, a Carolo Magno Imperatore inſtauratam, ſed à paucis annis dirutam, 7. leucis diſtat à Caleto in Meridiem, uti 8. à proximiori ora Angliæ, Monſtrolium verſus 7. & Abbavillam 17. circiter, 9. vero à Teruannę ruderibus in occaſum.

BOLONIENSIS COMITATUS, *le Boulenois*, tractus Galliæ in Picardia provincia, & in ejus parte Boreali, terminatur ab Occidente Oceano Germanico, à Septentrione Comitatu Guinæ ſeu Recuperata ditione, ab Oriente Arteſia, & à Meridie Pontivo Comitatu, à quo ſeparatur Quantia fluvio, eſtque proprie tractus Picardiæ adjectus cujus caput eſt Bolonia, extenditurque a Septentrione in Meridiem ad 13. leucas, alias habuit Comites proprios magni nominis, è quibus orti Godefridus Bullioneus & Balduinus frater Reges Hieroſolymorum, & regno Galliæ unitus fuit anno 1209. à Philippo Auguſto Rege, hinc Bolonienſes populi, *les Boulenois* vulgò.

BOLIIA, fluvius Pannoniæ ſuperioris, Jornandi, nunc, teſte Lazio, *Polan* dicitur, in Stiria inferiori.

BOLSOERDIA, ſeu Bolſuardia, *Bolſuert*, oppidulum Belgii uniti, in Friſia & in Weſtergoa tractu, 3. leucis diſtans à Leovardia in Meridiem, & vix duabus ab ora Oceani Germanici, ſub dominio Statuum Belgii uniti.

BOLTONIA, *Bolton*, oppidum Angliæ in ejus parte ſeptentrionali, & in Comitatu Lancaſtrienſi, 20. milliaribus Anglicis à Lancaſtria oppido diſtans in Meridiem Ceſtriam verſus 20.

BOLZANUM, *Bolzano*, caſtrum Italiæ, in ditione Reipublicæ Venetæ & in agro Vicentino, ad Atheſim fluvium, 3. milliaribus à Vicentia.

BOMBAINA, *Bombain*, inſula India intra Gangem, & in ora regni Decani, ſub dominio Anglorum quibus conceſſa fuit à Luſitanis anno 1662.

BOMBONA, *Bombon*, provincia Peruæ & Limanæ præfecturæ, in America meridionali, juxta lacum Chincacocham & fontes fluvii Xauxæ, verſus Andes montes.

BOMIUM, ſeu ut alii codices habent & melius Bovium, Silurum oppidum in Britannia majori, Antonino, nunc, teſte Guillelmo Camdeno, eſt *Boverton* vicus Walliæ in Glamorganenſi Comitatu, in ora littorali ad Sabrinæ ęſtuarium, 27. mill. paſſ. ab Iſca Legionum in occaſum æſtivum, & 20. a Nido in Meridiem.

BOMMELIA INSULA, *Bommelewaert*, tractus parvus Belgii uniti in Gueldriæ Ducatu, quanquam alias feudum Brabantiæ, in cujus confinio exiſtit, extenditur ab Oriente & ab arce S. Andreæ uſque ad arcem Lovenſteniam in Occidentem prope Gorcomium, per 15. millia paſſuum, inter Vahalim ad Boream & Moſam ad Auſtrum, in Tetrarchia Neomagenſi & in limite Hollandiæ, ejus loca præcipua ſunt Bommelia oppidum & Lovenſtenia arx.

BOMMELIA, *Bommel*, oppidom Belgii uniti, alias probè munitum, ad Moſam fluvium ſitum in inſula vulgò *Bommelewert*, in Ducatu Gueldriæ, ad tractum Bataviæ, ſub ditione provinciarum Belgii uniti, 2. leucis diſtat à Buſco Ducis in Septentrionem Ultrajectum verſus, captum fuit à Gallis anno 1672. ſed ab ipſis derelictum fuit & ejus monitiones ſolo æquatæ anno 1673.

BONACUMBA, *Bone-combe*, Abbatia Galliæ in Rutenenſi provincia, & 3. leucis à Rutenenſi urbe io Meridiem.

BONÆ FORTONÆ INSULÆ, in mari Eoo, Ptolemæo, Sinarum ori adjacentes, quæ ſint non conſtat, quanquam Mercator exiſtimarit eſſe *Borneo*, inſulam longè hinc diſtantem, forſan ex nominis alluſione.

BONÆ FORTUNÆ INSOLA, *l'iſle de la Bonne fortune*, in Terra Arctica. Vide inſula Bonæ fortunæ.

BONÆ FORTUNÆ INSULA, *l'iſle de la Bonne fortune*, in Oceano Indico, verſus Sumatram. Vide inſula Bonæ fortunæ.

BONÆ SPEI CASTRUM, *le Chaſteau de Bonne Eſperance*, caſtrum Africæ in Cafreria: Vide Caſtrum Bonæ Spei.

BONÆ SPEI CAPUT, *le Cap de Bonne eſperance* Gallis, *el Cabo de buena ſperanza* Hiſpanis, promontorium Africæ maximum & extremum, in Meridiem valde extenſum, antea promontorium procellarum dictum. Vide Caput bonæ ſpei.

BONARES, inſulæ Sardiniæ adjacentes, Ptolemæo teſte, in ejus ora meridionali, nunc *l'Iſole di Toro e Vaccha* dictæ, teſte Franciſco de Vico.

BONA SPES, *Bonne eſperance*, Abbatia Belgii in Hannoniæ Comitatu, & propè Binchium.

Bonavallis, *Bonneval*, oppidum Galliæ, cum Abbatia in Belſia provincia & agro Carnotenſi, ad Lædum fluvium. Tribus leucis diſtat à Caſtroduno in occaſum Vindocinum verſus.

Bonaventuræ sinus, *la Bahia de Bonaventura*, ſinus maris Auſtrini, in America meridionali, & in ora Popaiana regionis, 110. mill. paſſ. diſtans à Calio oppido in occaſum, uti 140. à Popaiano urbe in occaſum æſtivum.

Bondelia, oppidum Hetruriæ, Ptolemæo, hodie, teſte Moletio, eſt *Bagnone* caſtrum Tuſciæ, juxta amnem cognominem, ad radices Apennini montis, in valle Macrana, ſub dominio Magni Ducis, vix 4. milliaribus diſtans à confinio ditionis Parmenſis in Meridiem, & 6. ab Apua in ortum.

Bonconica, urbs Germaniæ, quæ fortè Ruffiana Ptolemæo, hodie *Oppenheim* ad Rhenum fluvium. Vide Oppenheimum.

Bondenum, *Bondeno*, oppidulum Italiæ, in Ducatu Ferrarienſi; ubi Panarus fluvius influit in Padum, 9. milliaribus ſupra Ferrariam in occaſum, in ditione Eccleſiæ.

Boni aeris insula, *Bonayre*, inſula parva Americæ, & una ex Antillis infra ventum Vide Bonus aer.

Boni Desiderii promontorium, *el Cabo de bueno deſſeo*, eſt in parte ſeptentrionali novæ Guineæ, à Luſitanis ſic denominatum & detectum.

Bonifacium, *Bonifacio*, urbs Italiæ, in Corſica inſula, ſatis culta, & probè munita, ſub dominio Genuenſium, in ora ad Meridiem inſulæ, in monte arduo pro parte à mari circumdato cum portu capaci. Ab ea fretum inter Corſicam & Sardiniam dicitur *le bocche di Bonifacio*, fretum Bonifacii, quod alias fretum Taphros dictum fuit; urbs autem olim Palla. Vide ibi, hinc Bonifacienſes populi *li Bonifazini* vulgo.

Bonitium, dicitur ex veteri inſcriptione, *Poggi bonzi*, alias *Poggio Bonitii*, Gallis *Pongibont*, oppidum Tuſciæ in agro Florentino, ad Elſam fluvium in limite agri Senenſis, arcem habuit probè munitam in colle adjacenti, ſed à multis annis diruta eſt, eſtque in via quæ Florentia Senas ducit, inter illam 20. in Meridiem, & hanc 12. mill. paſſ. occurrens, ut egomet pluries vidi.

Bonium, ſeu ut alii legunt Bovium, oppidulum Cornaviorum, in Britannia magna Antonino, nunc, teſte Speedo, eſt *Bangor* Monaſterium alias celebre in quo 200. Monachi degebant, teſte Beda, ſub ſeptem præpoſitis, ad Devam fluvium in Flintenſi Comitatu, ſed à multis ſæculis concidit, ita ut vix jam facies aut ſuperficies oppidi intermortui vel Monaſterii remaneat, 40. milliaribus diſtat à Bangoria urbe in ortum, & 10. a Devæ fluvii oſtio in Meridiem.

Bonna, urbs Germaniæ inferioris, in Ubiis, Ptolemæo, Tacito, & Antonino, quæ alias Ara Ubiorum etiam dicta fuit, & Colonia Julia Bonna in antiquis inſcriptionibus, uti Verona, ex vita S. Hannonis Epiſcopi, nuncque *Bonn* dicitur ab incolis, *Bonne* Gallis, eſtque urbs præcipua ſuperioris Electoratus Colonienſis, & Electoris ſedes ad Rhenum fluvium, 4. milliaribus Germanicis ſupra Coloniam Agrippinam in Meridiem Confluentes verſus & Magontiam, fuitque olim urbs Imperialis & libera, nunc vero ab eo exempta ſubeſt Electori Colonienſi.

Bonna, *Bonne*, oppidulum Sabaudiæ, aliàs Banta dictum, Simlero teſte. Sedet in Foſſiniaco tractu, 3. leucis à Geneva in Orientem hybernum diſtans, ad Menoiam amnem.

Bonnopolis, *la Bonneville*, oppidulum Sabaudiæ Ducatus, caput agri Foſſiniaci, cum caſtro antiquo, ad fluvium Arvam, 2. leucis infra Cluſas, & 4. ab Anoecio in ortum, eſtque in Foſſiniaco inferiori.

Bononia, urbs Galliæ Ciſpadanæ in Æmilia, Plinio, Livio, & Tacito, prius Felſina dicta, à Felſino Tuſcorum Rege condita ut narrant, hodie *Bologna* incolis, *Bologne la Graſſe* Gallis, propter territorii abundantiam, urbs eſt Romandiolæ regionis primaria, amœniſſima & cultiſſima propè Rhenum amnem, Archiepiſcopali dignitate inſignita ab anno 1582. à Gregorio XIII. Pontifice Maximo & Academia celebri, ipſa ſubeſt Summo Pontifici jam a tempore Julii ſecundi, alias ejus Epiſcopi, qui ab ea Bentivolios ejus dominos ejecit, eſtque ex præcipuis Italiæ urbibus, ſi paucas excipias, & caput agri Bononienſis ab ea dicti, 25. milliaribus diſtat a Ferraria in Auſtrum, uti 92. à Venetiis Florentiam verſus 54. atque 191. ab Urbe Roma ad Septentrionem, inter Mediolanum ad occaſum 125. & Anconam in ortum hybernum 135. circiter, patria fuit Honorii II. Lucii II. Gregorii XIII. Innocentii IX. & Gregorii XV. Summorum Pontificum, & in ea obiit Alexander V. Summus Pontifex anno 1410. hinc Bononienſes populi, *li Bologneſi* vulgo Italis, & *les Boulonois* Gallis.

Bononia, urbs Pannoniæ inferioris, Ptolemæo & Ammiano, nunc, teſte Simlero, eſt *Bonmonſter*, oppidum regni Hungariæ ad Danubium fluvium, medium inter Morſam ad occaſum æſtivum & Taurunum Serviæ urbem ad ortum, hinc 8. inde 7. milliaribus Germanicis, à Sirmio vero 19. mill. paſſ. in Septentrionem.

Bononia, urbs Moeſiæ ſuperioris ad Iſtrum fluvium, ex Antonini itinerario, quæ nunc *Bodon*, teſte Mercatore, inter Dorticum ad occaſum & Ratiariam in ortum æſtivum 18. mill. paſſ. ſed quæ nunc *Bodon* dicitur, Bydena videtur Græcis eſſe Metropolis, olim Viminacium dicta.

Bononiense territorium, *il Bologneſe*, tractus Italiæ in Longobardia, & in ditione Eccleſiaſtica, pars eſt Romandiolæ latè ſumptæ, ubi olim Boiorum pars, ut & Lingonum in Gallia Ciſpadana, terminatur à Septentrione Ducatu Ferrarienſi, ab Oriente Romandiola propria, ab Occidente Mutinenſi Ducatu, & à Meridie Hetruria, à qua ſeparatur monte Apennino, ager eſt cultiſſimus & mire fertilis, ejuſque caput eſt Bononia, à qua nomen ei inditum, & primum conceſſa fuit hæc ditio Summo Pontifici ex liberalitate Pipini Regis, & Caroli Magni Francorum Regis & Imperatoris.

Bontas, locus Daciæ, Jornandi, ubi Alpium anguſtiæ, nunc Lazius interpretatur *Roſſ* incolis, *Rothenthurn* Germanis, ubi tranſitus Hungariæ in Tranſylvaniam in ejus parte meridionali.

Bonus aer, *Bonaire*, inſula parva Americæ meridionalis, verſus oram Veneriolæ, 9. leucis à Curaſſoa diſtans in occaſum Avium inſulam verſus 8. circiter, teſte Laëtio, & ſubeſt Belgis unitis à paucis annis.

Bonus aer, *Buenos ayres* incolis, *Bonaire* Gallis, urbs & emporium Americæ meridionalis, in Tucumania regione, juxta Argenteum fluvium ad ejus oſtia, dicitur etiam ſæpius Civitas Trinitatis, paret Hiſpanis a multis annis, eſtque Epiſcopatu inſignis ſub Archiepiſcopo *de la Plata*. Vide Fanum S. Trinitatis.

Bonus Conventus, *Bonconvento*, urbecula Italiæ, in Etruria & ditione Senenſi, in colle, juxta Umbronem fluvium, 5 milliaribus à Sena Romam verſus. In ea obiit Henricus VII. Imperator ex domo Luxemburgica anno 1313.

Bonus locus, *Bonlieu*, Abbatia Galliæ in Marchia provincia, ad Tardam fluviolum, 4. leucis ab Albucione in ortum.

BONUS PORTUS, *Bonport*, Abbatia Galliæ in Normannia, ad Sequanam fluvium, propè Pontem arcus tribus leucis ſupra Rothomagum.

BOOSEOATE, urbs Bithyniæ ſive Paphlagoniæ, Plinio teſte, quæ poſtea Germanicopolis dicta. Vide ibi.

BOOTA, *Boot*, inſula Scotiæ meridionalis, in Glottæ æſtuario, inter Arauiam inſulam & Argatheliam provinciam, per 8. milha paſſ. in longum ſe extendens, ſed non æquè lata, teſte Timotheo Ponte.

BOFFINGA, *Boffingen*, urbecula Germaniæ in Sueviæ circulo, Imperialis & libera: dicitur ab aliis Boſſinga. Vide ibi.

BOPPARDIA, *Boppart*, urbs Germanię ad Rhenum fluvium, in ditione Electoris Trevirenſis, infra Fanum S. Goaris, dicitur melius Bodobriga. Vide ibi.

BOQUARANA, *Boquerano*, inſula parva Aſiæ, in mari Indico, vix decem leucis diſtans ab ora orientali inſulæ Bornei verſus Mindanam.

BORANI, populi Sarmatiæ Europææ, Plinio, & pars Baſtarnarum, qui ab Ptolemæo Bulones dicti fuere.

BORBETOMAGUS, urbs Germaniæ ſuperioris, Ptolemæo, Borbetomagum Antonino, nunc *Worms* incolis, *Vormes* Gallis, urbs Germaniæ quæ Latino recenti Vormacia dicitur, ad Rhenum fluvium, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Moguntino, cui nunc ſedes unita eſt per ſæculum, cum olim ipſa eſſet Archiepiſcopali dignitate inſignita, alias caput fuit Vangionum, nunc autem Vormacienſis tractus, intra limites Palatinatus inferioris, 6. milliaribus Germanicis diſtat à Spira in Boream Moguntiam verſus 7. eſtque Imperialis & libera, ſed malè culta.

BORBONENSIS PROVINCIA, *le Bourbonnois* incolis, *il Borboneſe* Italis, provincia Galliæ, Ducatus titulo inſignita, ubi alias Boii populi: ejus termini ſunt à Septentrione Nivernenſis provincia; ab Oriente Burgundia, ab Occidente Bituricenſis provincia, cum Marchia, & à Meridie Alvernia, ab Elaveri fluvio bifariam ſecatur, & extenditur ab ortu hyberno in occaſum æſtivum ad 28. leucas, inter Ligerim & Carim fluvios, olim Duces habuit è Regia ſtirpe inſignes, & ejus primaria urbs eſt Molinum, cum olim eſſet Sylviniacum, & hæc provincia ſpartitur in 17. Caſtellanias ſive tractus parvos, hinc Borbonenſes populi, *les Bourbonnois* vulgo.

BORBONENSIS PROVINCIÆ URBES.

Borbonium Arcimbaldi, *Bourbon l'Archambaut*.
Fanum S. Amandi, *S. Amand*.
Gannatum, *Gannat*.
Molinum, *Moulins*.
Monluſſonium, *Monluſſon*.
Varennæ, *Varennes*.

BORBONIA, *l'iſle Bourbon*, inſula Africæ, in Oceano Æthiopico, in ditione Francorum à paucis annis, cùm antea a Luſitanis inſula Maſcarenhæ dicta fuerit, ad Orientem inſulæ Madagaſcariæ ſeu S. Laurentii. Longa eſt 14. circiter leucarum & lata 25. eſtque 50. leucarum circuitus, fertiliſſima atque bene rigua. Ibi portus S. Pauli, S. Dionyſii & Aſſumptionis, ubi aliquot habitationes Francorum, eſtque valdè montuoſa in ejus meditullio.

BORBONIUM ANSELMUM, *Bourbon Lancy*, oppidum Galliæ, in Ducatu Burgundiæ & Auguſtodunenſi agro, ferè una leuca à Ligeri fluvio, & 7. à Molino diſtans in ortum, cum caſtro antiquo.

BORBONIUM ARCIMBALDI, vulgo *Bourbon l'Archambault*, Italis *Borbone*, Hiſpanis *Borbon*, urbecula Galliæ, in Borbonenſi provincia, 4. leucis à Molino; quæ a quibuſdam Boia dicta fuit, & hinc nomen ſumpſit provincia Borbonenſis.

BORCA, *Borca*, oppidulum Africæ, in Guinea regione & regno Biafræ, ad fluvium cognominem, qui infra in Oceanum Æthiopicum cadit, teſte Joanne Leone.

BORCKLOA, *Borchloon*, oppidulum Germaniæ in ditione Leodienſi, & in Comitatu Loſſenſi, in limite Belgii, olim Locaſtria dictum fuit quaſi Caſtrum *Loo*, teſte Enſchenio.

BORKOLOA, *Borkelo*, oppidulum Germaniæ in Weſtphalia, antea ſub dominio Epiſcopi Monaſterienſis, poſtea à Belgis unitis occupatum cum inſertum ſit intra ipſorum ditionem, inter Zutphaniæ tractum Gueldriæ nempe, & Tuventiam partem Tranſiſalaniæ, ad Borkoloam fluviolum, & hinc orta gravis contentio inter ipſos hiſce ultimis temporibus, Belgis unitis etiamnum ſubeſt.

BORCHOLMIA, *Borcholm*, oppidulum Sueciæ, in Oclandia inſula maris Baltici, verſus Oſtrogothiam provinciam & Calmariam urbem, à qua tantùm 10. mill. paſſ. diſtat.

BORCHOLTUM, *Borcholt*, oppidulum Germaniæ, in Weſtphalia & ditione Epiſcopi Monaſterienſis, ad fluvium Aam, in confinio Belgii, 3. milliaribus Germanicis à Veſalia diſtat in Septentrionem.

BORCOVICUS, oppidum Ottadinorum in Britannia magna, ex libro Notitiæ, nunc, teſte Camdeno, eſt *Barvik*, caſtrum Angliæ Borealis in Northumbria provincia ad amnem *Pont* dictum, 7. milliaribus Anglicis à Novo caſtro in Septentrionem Morpetum verſus 5. & 6. ab ora Oceani Germanici in occaſum.

BORDELONGA, *Bordelong*, urbs Aſiæ, in India extra Gangem, & in regno Siami, cum emporio & portu ſatis commodo, caput eſt provinciæ cognominis.

BOREALE MARE, *el Mar del Norte* Hiſpanis, pars ampla Oceani in America. Vide Mare Boreale, & Mare Septentrionale.

BOREALIS OCEANUS. Vide Boreale Mare.

BOREAS, mons Macedoniæ, in ora occidua, Dyrrhachio urbi imminens, teſte Vibio Sequeſtre.

BOREUM, promontorium Africæ, in Cyrenaica regione, Ptolemæo, nunc *il Capo di Teiones* dictum, teſte Marmolio, ad Syrtim magnam quam terminat, 120. mill. paſſ. à Berenice urbe in occaſum.

BORAUM, promontorium Hiberniæ in Vecniniis, Ptolemæo, nunc eſt *Cap Enjs*, in Ultonia provincia & in Comitatu Donegallenſi, maxime ad occaſum porrectum, Speedo teſte, Varæo autem eſt *Saint Helens head*, id eſt S. Helenæ caput, in eodem tractu ſed magis ad Septentrionem extenſum.

BORGUM CENTENARIUM, oppidum Pannoniæ ſuperioris, ex libris Notitiarum, nunc interpretatur Lazius *Zentmar* vicum Hungariæ inferioris, in limite Stiriæ.

BORGUS, *Borgo*, urbs Finlandiæ, in Suecia, in ora littorali, ad Finnicum ſinum maris Baltici, & in Nylandia provincia, 15. milliaribus Germanicis diſtat à Revalia Livoniæ in Septentrionem, & 25. à Viburgo Careliæ in occaſum. Aliis eſt Burgus.

BORINOIA, *Bornholm*, inſula maris Baltici, verſus Scaniam, ab ea 20. mille paſſibus diſtans in Orientem hybernum, ſub dominio Regis Daniæ. A quibuſdam Bornbolmia etiam dicitur. Ibi oppidulum Nexoa & caſtrum Hammerhuſia. Pluries devaſtata fuit à Suecis, eſtque male culta.

BORIQUENA, *Boriquen*, inſula Americæ ſeptentrionalis, & una ex Antillis, inter inſulas Portus

Diviris ad occaſum & Sanctæ Crucis ad ortum; eſtque parva admodum.

Borium, urbs ultima Pentapoleos in Cyrenaica regione, teſte Procopio.

Borius, portus Tenedi inſulæ in mari Ægeo, prope ipſum oppidum, teſte Arriano.

Bormanico, & Comacina, oppida Galliæ Narbonenſis in Provincia, teſte Plinio, quæ ſint non ſatis conſtat, Sanſon tamen in ſuis diſquiſitionibus Geographicis exiſtimat Bormanico eſſe *Bormes* vicum, in ora inter Fanum S. Torpeti & Olbiam, Comacinam vero eſſe *Colmars* oppidum intra Alpes, ad fontes Verdonis fluvii, ſed id ex conjectura tantum.

Bormanum, urbecula Daciæ, in ea regione ubi Jaziges Metanaſtæ, Ptolemæo teſte. Non longè à Tibiſco fluvio diſſita.

Bormida, *la Bormia*, fluvius Italiæ. Duplex eſt; uterque oritur in Marchionatu Cevæ, in Pedemontio, & in Langarum tracto, & aquas ſuas miſcet paulò ſupra Seſſanum; deinde auctus aliquot rivis, Aquas Statelliorum rigat, & infra Alexandriam in Tanarum influit.

Bormiæ aquæ, thermæ ſunt ad Aquenſem urbem Statiellorum, nunc *Acqui*, urbs in Ducatu Montisferrati, ſic dicta à Bormia fluvio juxta fluente.

Bormiensis Comitatus, *il Contado di Bormio*, tractus Rhætiæ, montibus altiſſimis cinctus intra Alpes, & à Volturena valle, quæ ipſi contermina eſt, planè ſegregatus, diſtinguitur in quinque vicinias ſeu communitates, verſus fontes Adduæ, ſub dominio Rhætorum fœderatorum, à quibus terminatur à Septentrione, uti ab Occidente Volturena valle, à Meridie ditione Veneta, & ab Oriente Comitatu Tirolis, urbem habens primariam Bormium dictam.

Bormium, *Bormio* incolis & Italis, *Worms* Germanis, oppidum Rhætorum, Comitatus cognominis caput, forſan Bormiæ aquæ Caſſiodoro, ad Adduam fluvium, tribus mill. paſſ. infra ejus fontes, propè initium vallis Volturenæ & fontes Ollii fluvii, 38. mill. paſſ. à Morbonio in ortum, uti 40. à Clavenna, atque 65. à Novocomo in ortum æſtivum.

Bormius, mons Macedoniæ. Vide Bermius.

Borneum, *l'Iſle de Borneo*, inſula perampla Aſiæ, & una ex tribus inſulis Sondæ, in Oceano Indico, inter Sumatram ad occaſum, Javam ad Meridiem, Macaſſariam ſeu Celebes ad ortum, & Philippinas inſulas ad Septentrionem, figuræ eſt circiter rotundæ, & ſub linea Equinoctiali, complectitur regna Bendarmaſſinum, Borneum, & Lavæum, cum aliquot aliis, ſed ab Europæis nondum benè luſtrata fuit, præſertim verſus oram orientalem, magnitudine tamen præcedit omnes alias Aſiæ inſulas, & narrant eam circuitus eſſe 1800. millia paſſuum, ejus præcipuæ urbes ſunt Borneum inſulæ præcipua, Bendarmaſſium, Horoiata, & Lava.

Borneum Regnum, *le Royaume de Borneo*, Regnum Indiæ in inſula cognomine, & in ejus parte Boreali, ſub dominio proprii regis, cum urbe primaria ejuſdem nominis.

Borneum, *Borneo*, urbs ampla Indiæ, caput inſulæ & regni cognominis, in Oceano Indico, perculta eſt, & emporium celebre, cum portu capaci, eſtque in ora ſinus parvi intra paludes, & Venetiarum ad inſtar, in ora ſeptentrionalis inſulæ.

Bornhemum, *Bornheim*, caſtrum Belgii, in Comitatu Flandriæ ſub Hiſpanis, unde regiunculæ nomen, ad Scaldim fluvium, inter Aloſtum ad Auſtrum & Antuerpiam ad Boream.

Bornum Regnum, *le Royaume de Borno*, regio & deſertum Africæ, in Libya deſerta, ubi alias Garamantes, Cluverio teſte. Urbem habet cognominem & alicujus famæ in illis partibus, & ab eo etiam nomen ſumit lacus Borni, *le Lac de Borno*, per quem Niger fluvius labitur, teſte Joanne Leone.

Borobia, *la Bureba*, provincia Hiſpaniæ, in Caſtella veteri & in ejus parte ſeptentrionali, inter Ruconiam provinciam, & montes Aucæ, parva eſt admodum, & ab Aucenſi fluvio in duas quaſi partes dividitur, oppidum habens primarium Viroveſcam, ejus meminit Haubertus Hiſpalenſis cum aliis, & aliquando etiam Bureva dicitur à recentioribus, & alias pars fuit regni Navarræ ante tria ſæcula, ſed poſtea à Caſtellanis occupata ipſis remanſit, hinc Borobii populi *los Burebanos* vulgo.

Bortanga, *Bourtang*, arx recens Belgii uniti, in Trans-Iſalana provincia, intra paludem cognominem, dicitur etiam Burtanga. Vide Arx Bortangi.

Borucuharii, populi Germaniæ, quorum fit mentio in vita S. Suviberti, horum villa quædam *Velſenberch* vocatur, circa Ducatum Bergenſem, fortè ſic dicti fuere pro Bructeris qui inhabitabant hanc regionem verſus Rhenum. Vide Bructeri.

Borussi, populi Sarmatiæ Europææ, Ptolemæo, quorum regio Boruſſia, nunc vulgo *la Pruſſe*, Pruſſia regni Poloniæ provincia, verſus oſtium Viſtulæ fluvii, ut exiſtimat Cluverius. Vide Pruſſia.

Borysthenes, fluvius Sarmatiæ Europææ notiſſimus, Ptolemæo, Boruſthenes dictus in antiqua inſcriptione, *Nieper* nunc dictus accolis, teſtibus Mercarore, Cluverio, & aliis, *Exii* Tartaris, *le Niepre* Gallis, dictus fuit etiam Boryſthenes ſeptentrionalior ad differentiam alterius, fontes habet in Moſcovia & in Ducatu Bielchiæ, propè oppidum *Dnieprſco* deinde aliquot milliaribus infra, per Lithuaniam Poloniæ regionem fluens, inibi Smolenſcum, Orſſam, Mohiloviam, & Rohaczoviam rigat, dein auctus fluviis Drucſo, Berezina, Pripeto, & Ciecierovio ad lævam, uti Soſa, Deſena, & aliis ad ſiniſtram, per Ucraniam labitur juxta Kioviam & Circaſſium urbes præcipuas, tandem receptis aliquot aliis fluviis minoris notæ, in Pontum Euxinum ſeu mare Nigrum ſe exonerat, propè Oczacoviam ſeu Boriſthenum, inter Tartariam minorem & Ucraniam, 50. mill. paſſ. ab oſtio Tyræ, & 100. circiter ab oſtio Boreali Iſtri in Septentrionem, habet autem 75. mill. paſſ. ſupra ejus oſtium 13. ſaltus, *Porowys* dictos, & valde difficiles quæ tranſitum impediunt navigiis.

Borysthenes meridionalior, fluvius Sarmatiæ Europææ, qui & minor, Diaboryſthenes dictus ab Ariſtotele, ut Mathias Michovienſis tradit, nunc eſt Pripetus *Przypiecz*, fluvius Poloniæ qui in Boryſthenem ſe exonerat infra Czernobelum, in Ucrania regione. Vide Pripetus.

Borysthenes, oppidum Tyrangitarum, in Sarmatia Europæa, Martiano & Pomponio, quod & Olbia dictum, hodie eſt Oczacovia *Oczakow*, ſeu *Dziar-Krimenda*, urbs Tartarorum in Beſſarabia provincia, & in ora littorali Ponti Euxini, ad oſtia Boryſthenis fluvii.

Borysthenitæ, populi Sarmatiæ Europææ, Herodoto, qui & Boryſtenidæ, Baſtarnarum pars, ad oſtia Boryſthenis incolentes.

Bosa, urbs Sardiniæ, Antonino. *Boſa* etiamnum, urbs Sardiniæ inſulæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Turritano, in provincia Loci aurei, in ora littorali maris Sardoi, ubi recipit Boſam fluvium olim Temum dictum, ad occaſum inſulæ, portum habens ſatis capacem, & caſtrum *Sarravalle* vocatum, 30. milliaribus diſtat ab Arborea in Septentrionem Saſſarim verſus 35. hinc populi Boſenſes dicti à Plinio.

Boscobellum, *Boiſbelle*, ſeu aliter *Enrichemont*, oppidulum Galliæ, in Bituricenſi provincia Principatus titulo clarum, cum caſtro, 5. leucis à Biturico, & totidem à Ligeri fluvio diſtans.

Boscoducensis Majoratus, ſeu Boſcoducenſe territorium, *la Mairie de Bolduc*, tractus Belgii in Ducatu Brabantiæ, & una ex ejus quatuor partibus, magis in Boream & ortum extenſa, inter Hollandiam & Gueldriam inferiorem ad Septentrionem, Gueldriam ſuperiorem & Ducatum Clivenſem ad ortum, Leodienſem Epiſcopatum ad Meridiem, & Tetrarchiam Antverpienſem in Brabantia ad occaſum, ſub Belgis unitis. Ejus partes ſunt quinque nempe Campinia, *la Campine*, Cuicanus tractus *le pais de Cuck*, Moſelandia *Maeſland*, Oſtervicenſis pagus, *Oſterwick*, & Peelandia *Peelland*, totius autem Tetrarchiæ caput eſt Boſcum Ducis, & ſub ipſa ſunt 102. Parrochiæ, ibi erant alias Menapii ex parte.

Boscum, *il Boſco*, Caſtrum Italiæ cum cœnobio, in Ducatu Mediolanenſi, & in agro Alexandrino ad Orbam fluvium, in limite ditionis Genuenſis & Montisferrati, 5. mill. paſſ. ab Alexandria urbe in Meridiem: ubi natus B. Pius V. Pontifex Maximus, antea Michael Ghiſlierius dictus.

Boscum Alberici, *Bois Aubry*, Abbatia Galliæ in Turonia provincia, verſus Pictavenſis limites, & 3. leucis ab inſula Bochardi in Meridiem.

Boscum commune, *Bois Commun*, oppidum Galliæ in Vaſtinio agro, prope amnem *les Ondes*, cum caſtro antiquo, 6. leucis a Monte Argio in occaſum, in limite Aurelianenſis agri, anteaque Comeranum dictum fuit.

Boscum Ducis, ſive Sylva Ducis, Boſcoducum quibuſdam, *Bolduc* Gallis nunc, tanquam *Bois le duc* per contractionem, incolis *s'Hertogenboſch*, urbs Belgii in Brabantiæ Ducatu, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Mechlinienſi, ad Diſam amnem qui mox cadit in Moſam fluvium, urbs eſt ampla & nova intra paludes, ſed probe munita, una leuca tantum diſtans a Moſa, ut a confinio Hollandiæ, & Gueldriæ, 12. leucis ab Antverpia in ortum æſtivum, & 14. à Lovanio in Septentrionem, eique adjacent tres arces Petelianæ, Iſabellæ, & S. Antonii, capta fuit à Belgis unitis anno 1629. & nunc etiam ipſis paret cum tractu adjacente, arcem habens recentem permunitam, eſtque caput Tetrarchiæ cognominis.

Bosna, *la Boſna*, fluvius magni Regni Hungariæ, oritur in ea parte regni Boſnenſis, quæ *Varboſanye* dicitur, & deinde auctus fluvio Migliaska qui Saraium civitatem interfluit, & aliquot aliis fluviis minoribus in Savum ſe exonerat, rigatis prius aliquot oppidis parvi momenti.

Bosna Sarajum, *Boſna Saray*, urbs Boſniæ, ad Migliaskam fluvium, quæ ab aliis Sarajum dicitur, *Saraio*, in limite Serviæ regionis. Vide Saralium.

Bosnia, ſeu Boſſina, *la Boſnie* Gallis, *das Boſſen* & *Woſſen* Germanis, & *la Boſnia* Italis, regio Europæ & pars occidentalis Serviæ, ſic dicta à flumine cognomine per eam labente; adjacentibus deinde regionibus Rama, Uſora, & Sale mediterraneis, & Chulmia maritima additis, in regnum evecta fuit; habuitque Reges proprios quinque, nempe ab anno 1357. ad annum 1465. cum antea pars fuiſſet magni regni Hungariæ. Habet a Septentrione Sclavoniam, ab Occidente Croatiam, ab Oriente eam partem Serviæ quæ Raſcia dicitur, & à Meridie Dalmatiam. Duplex eſt, ſuperior ſive Ducatus S. Sabæ, *Ober Woſſen* Germanis ad Meridiem, & inferior *Nider Woſſen* ad Septentrionem, & ab antiquo erat tantum ea provincia mediterranea, per quam Boſna fluvius labitur & in Savum influit, de qua Conſtantinus Porphirogenneta. Nunc autem tota patet Turcis à duobus ſæculis; & ejus primaria eſt Jayeza, aliæ urbes ſunt, Banialucum, Magelaium, Medizeta, Saraium, & Tina, dicitur etiam Boſna, teſte Joanne Lucio. Et ibi fuit antiquitus pars Illyrici occidentalis.

Bosniæ præfecturæ, *le Beglierbeglic de Boſnie*, pars eſt ampla Imperii Turcici in Europa, ſub qua comprehenditur regnum Boſniæ, & ab ea pendent octo Sangiacatus ſeu præfecturæ minores, cum ſub ipſa cenſeatur etiam pars Croatiæ regionis, quæ ſubeſt dominio Turcarum.

Bosphorani, populi Sarmatiæ Europææ, Ptolemæo, verſus Boſphorum Cymmerium extenſi, ſub Roxolanis, ubi nunc pars Tartariæ Precopenſis. Eorum alii Aſiatici dicti fuere, quia in Aſia erant trans Boſphorum teſte Cluverio; alii autem Europæi, quia in Europa degebant.

Bosphoranum Regnum, regio fuit parva prope Boſphorum Cimmerium, partim in Europa & in Taurica Cherſoneſo, & partim in Sarmatia Aſiatica, ubi olim Boſphorani populi, nunc autem Tartari minores, atque Circaſſes ex parte, ut exiſtimant recentiores.

Bosphoricum mare, quod & Boſphoranum mare, pars eſt Ponti Euxini, verſus fauces Boſphori Cimmerii, in ora Tauricæ Cherſoneſi.

Bosphorus Cimmerius, teſte Plutarcho cum aliis, qui Fretum Cimmerium Herodoto, os Mæotidis Martiano, & Boſphorus Mæoticus Euſtathio, nunc *il Stretto di Caffa* Italis, *le détroit de Caffa* Gallis dictus, teſte Caſtaldo, atque etiam *il Stretto di Kerci*, & *il Stretto di Voſpero*, ab urbibus ibidem ſitis ſeu in vicinis, & *la Bocca di S Giovanni* quibuſdam, Anguſtia eſt maris, ſeu fretum quo Mæotis Palus ad Boream jungitur Ponto Euxino ad Meridiem, inter Tauricam Cherſoneſum in Europa, & Sarmatiam Aſiaticam, Boſphorus hic deſcribitur ſub nomine Tanais ab Arriano in Periplo, extenditur à Septentrione in Meridiem ad 30. mill. paſſ. ſed valdè reſtringitur verſus Mæotim paludem, & fere 300. mill. paſſ. diſtat ab oſtio Tanais in Meridiem, hinc Boſphoreus apud Sidonium.

Bosphorus Picticus, Fretum Scotiæ regni, inter ejus partem Septentrionalem & Orcades inſulas, dicitur ſæpius Fretum Picticum. Vide ibi.

Bosphorus Thracius, Ptolemæo, qui Straboni eſt os Byzantiacum, Arriano Fretum Myſium, Juliano Apoſtatæ Fretum Chalcedonium, & Herodoto Boſphorum Chalcedonium, & Martiano os Ponti; eſt maris Anguſtia ſeu Fretum inter Thraciam regionem Europæ ad occaſum, & Bithyniam Aſiæ minoris partem ad ortum, quo Pontus Euxinus jungitur Propontidi, extenditur a Septentrione in Meridiem, ad 16. milliaria, eique adjacent Conſtantinopolis & Chryſopolis, unde hodie dicitur, *le détroit de Conſtantinople* à Gallis, *il Stretto di Conſtantinopoli* & *Bocca di San Giorgio* ab Italis, à ſacra æde ei adjacente, & etiam *le Canal de la mer Noire* ſeu *les Bouches de la mer Noire* à nautis Gallis, Græcis *Laimon*, Turcis *Bogazin*, eodem ſenſu, teſte Petro Gillio Gallo in ſuo Boſphoro, ubi eum acutiſſime & doctiſſime deſcribit, valde reſtringitur in aliquot locis, ita ut ad 4. Stadia tantum pateat, unde utrinque cantus Gallorum, latratus canum, rumoreſque hominum aliquando exaudiuntur, & fere 400. mill. paſſ. diſtat a Boſphoro Cimmerio in occaſum hybernum.

Bosphorus, urbs Tauricæ Cherſoneſi, Plinio teſte, Archiepiſcopalis in ora Boſphori Cimmerii, hodie *Voſpero* dicitur, teſte Nigro, cum portu capaci prope ejus fauces verſus Mæotim paludem, hinc Boſphoritæ populi.

Bosporus, quibuſdam *Ochſenfurt*, oppidum Germaniæ in Franconia, & in ditione Epiſcopi Herbipolitani cum ponte ad Moenum fluvium, vix 3. milliaribus Germanicis ſupra Herbipolim in Meridiem, Rotemburgum verſus 5. teſte Ferrario.

Bossena, ſeu Boſſena, *la Boſſine*, ubi alias forſan Beſſi populi. Vide Boſnia.

Bossonis villa, *Boſſonville*, oppidulum Galliæ in Lotharingia, quod à Germanis *Buſendorf* dicitur. Sedet ad Nidam fluvium, cum Abbatia alias celebri, nunc bellis deformata, 2. leucis diſtat a Valderfinga in occaſum, & 5. à Metis in ortum æſtivum.

Bostra, Arabiæ Petrææ urbs, Ammiano, Stephano, & in libro Notitiæ, Colonia Boſtra olim dicta, & Boſtra Legio, Philippi Imperatoris patria, unde ab eo Philippopolis dicta fuit, teſte Zonara, nunc *Buſſereth*, Gulielmo Tyrenſi, Brochardo, & aliis urbs Archiepiſcopalis ſub Patriarcha Hieroſolymitano cum prius eſſet ſub Antiocheno, 60. mill. paſſ. a mare Tyberiadis diſtat in ortum; dicta fuit etiam Colonia Alexandrina in nummis Alexandri Severi Imperatoris & matris Mammææ.

Bostonium, ſive fanum S. Botolphi, oppidulum Angliæ in Comitatu Lincolniæ, ad *Witham* fluviolum qui duobus milliaribus infra in mare Germanicum ſe exonerat, 27. milliaribus Anglicis diſtans à Lincolnia in ortum hybernum, & 94. a Londino in Septentrionem.

Bostonium, ſive fanum S. Botolphi *Boſton*, oppidum amplum Americæ ſeptentrionalis, in Nova Anglia, & in ora littorali, quod tanquam *Baſton* pronunciant, & portu gaudet capaci prope promontorium Annæ, 90. leucis a Manhata in ortum.

Bosus mons, *il Monte Bozo*, mons Italiæ, in Ducatu Mediolanenſi & agro Novarienſi.

Botaba, *Botaba*, inſula parva Aſiæ in Oceano orientali, una ex inſulis Latronum magis in Meridiem extenſa, ſui etiamnom juris, & tantum ab Europæis luſtrata verſus oram littoralem.

Botanum Regnum, *le Royaume de Boutan*, regio Aſiæ in mediterraneis, verſus montem Caucaſum, inter Imperium Magni Mogolis & Tartariam magnam, teſte Tavernetio.

Bothnia, *Botn* incolis, *la Bothnie* Gallis, provincia regni Sueciæ, ampla, inter Lappiam regionem ad Boream & extremam ſeu ſeptentrionaliorem partem maris Baltici, quæ nunc Bothnicus ſinus appellatur. Regio ipſa dividitur in duas partes, nempe in Bothniam orientalem ſeu Caianiam, *Ooſter-Botn*, & Bothniam occidentalem, *Weſter Botn*, ejuſque primaria urbs eſt Torna, *Torn*, juxta ſinum Bothnicum. Alia oppida & loca ſunt nullius nominis.

Bothnicus sinus, *Oſter Botn* Suecis, *le Golfe de Bothnie* Gallis, pars maris Baltici, alias *Dumashaff* quaſi Dumbi mare dictus, maxime in Boream extenſa inter Bothniam orientalem Finniam ad ortum, Lappiam ad arctos, & Bothniam Occidentalem, Angermanniam, Medelpadiam & Helſingiam ad occaſum, extenditur à Septentrione nempe a Torna urbe, uſque ad Alandiam inſulam in Meridiem ad 350. mill. paſſ. ſed ab ortu in occaſum ejus major latitudo vix eſt 110. millia paſſuum.

Botontinus Ager, qui idem videtur cum Butuntino, a Butunto urbe Apuliæ Peuceriæ.

Botrodus, nemus Hiſpaniæ Tarraconenſis in Celtiberis, Martiali ubi olim oppidum fuiſſe, nunc vicum, prope Segobrigam urbem, ſcribit Perottus ex Polibio.

Botrum, *Botru*, Arx Africæ in ora aurea Guineæ, ſub dominio Belgarum, a quibus excitata fuit à paucis annis prope promontorium trium cuſpidum.

Botrus, Syriæ urbs in Phoenica, Ptolemæo, Joſepho, & Pomponio Melæ, nunc à Volaterrano *Boteron* dicitur, & Poſtellus *Botrun* ſcribit a Chriſtianis appellari quod idem ſonat, eſtque urbs Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Tyrenſi, in ora maris Phœnicis, inter Tellum ad Boream & Byblum in Auſtrum, 18. mill. paſſ. diſtans, Botrys etiam à Strabone dicta, nunc fere diruta jacet ſub dominio Turcarum.

Bottiæi, populi fuere ex Creta inſula, genus ab Athenienſibus ducentes, in Japygiam primum profecti, deinde in Thraciam, teſte Ariſtotele.

Botzavia, *Boetzaw*, oppidum Germaniæ, in Marchia Brandeburgica, nunc Arauſionis caſtrum, *Oranienburg* dictum, ad Havelam fluvium, 3. milliaribus Germanicis à Spandavia in Septentrionem, uti 4. à Berolino.

Bova, urbs Bruttiorum maritima ex libris Conciliorum, nunc etiam *Bona*, urbs Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Rhegienſi, in ora Calabriæ Ulterioris, & in ejus intimo receſſu ad Meridiem, verſus mare Siculum, ſedet in monte editiſſimo, præruptis ſaxis undique vallata, eſtque parva admodum & male culta, 5. milliaribus diſtans ab ora littorali in Boream, & 7. ab Herculis promontorio in occaſum Rhegium verſus 22. eſtque ſub dominio utili Archiepiſcopi Rhegienſis.

Bovianum, urbs Samnii in Italia, Livio, Boianum Straboni, Buianum Ptolemæo, hodie *Boiano*, urbs regni Neapolitani in Comitatu Moliſino, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Beneventano, ad radices Apennini montis ſedet, partim in planitie & partim in monte, quam partem incolæ vocant Alpeſtrem, eſtque ad Tifernum fluvium, ſed parvi admodum circuitus, & à paucis inhabitata, in limite Campaniæ fœlicis. Vide Boianum, hinc Bovianus nomen gentis Silio.

Bovillæ, oppidum & municipium Latii in Hernicis, Plinio, Tacito, & Livio, Bobile Colonia Frontino, ubi cæſus a Milone Claudius, à Cicerone memoratum, nunc eſt *Bauco* caſtrum ditionis Eccleſiæ in Campania Romana, prope limites regni Neapolitani, 4. milliaribus diſtans a Liri fluvio in occaſum, & 8. a Fruſinone in ortum Soram verſus, & Alatrio Veruloque finitimum.

Bovillæ, pagus Latii, Romæ vicinus in via Appia, ejus meminit Propertius.

Bovillium, & Bolcum, *il Boglio* incolis, *le Bueil* Gallis, oppidum Comitatus Nicenſis, in ditione Ducis Sabaudiæ. Vide Bolcum.

Boviniacum, *Bovines*, oppidulum Belgii, in Comitatu Namurcenſi, ad Moſam fluvium, infra Dinantium oppidum in altera fluminis ripa, à Namurco urbe 4. leucis in Meridiem, & dicitur etiam Bovinium a recentioribus.

Bovinum, *l'Iſle Bouin*, inſula Galliæ, in ora Oceani, Pictavienſis provinciæ ex parte, & Britanniæ, & prope Herum inſulam. Parvi eſt circuitus, cum uno aut altero caſtro.

Bovinum, *Bovino*, urbs parva regni Neapolitani in Apulia, & in provincia Capitanata, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Beneventano, ſedet in monte prope Cerbalum fluvium, ad radices Apennini, & in limite Principatus Ulterioris, paucis admodum conſtans incolis, 6. milliaribus diſtat à Troia in Meridiem Aſculum verſus & 12. ab Ariano in ortum æſtivum, & olim Bovinum dicta fuit, teſte Ughello.

Bovium, urbecula Britanniæ majoris Antonino, in eo tracto ubi alias Ordovices populi, nunc *Bangor*. Vide Bonium.

Boxberga, *Boxberg*, oppidulum Germaniæ in Franconia, ſed in ditione Electoris Palatini cum præfectura annexa, *Ampt Boxberg* parva admodum, caſtrum habet in colle, erat alias ſub dominio Nobilium *de Roſenberg*, ſed illis eripuit Fridericus Bellicoſus Elector Palatinus, ob habitum conſortium armorum Sikinganiorum, teſte Sprengero, ſex mill. paſſ. diſtat à Manævalle ſeu Margentheimo in occaſum, uti 24. ab Herbipoli in occaſum hybernum Vimpfenam verſus.

Boxtuda, *Boxtehude*, oppidum Germaniæ, in Ducatu Bremenſi, ſub Suecis, Vide Buxtehuda.

Bozolum, *Bozolo*, oppidum Italiæ, in Ducatu Mantuano, Principatus titulo clarum, gentis Gonzagæ,

in limite agri Cremonenſis, 2. milliaribus ab Ollio fluvio, & medium ferè inter Mantuam & Cremonam.

Bozrienum, *Poſen*. & *Pozen* incolis, *Belſano* Italis, urbs Germaniæ in Comitatu Tirolis, in tractu Atheſino *Etſchlande*, ad fluvium Eyſacum qui 2. mill. paſſ. in Atheſim ſe exonerat, dicitur etiam Bocenum ab aliis, ſubeſtque dominio Imperatoris uti Comitis Tirolis, medio eſt inter Tridentum ad Meridiem & Brixinonem ad Septentrionem 6. milliaribus Germanicis utrimque diſtans, & 12. ab Œniponte in Meridiem, uti 6. a monte Pyrenæo, *der Verner* dicto.

Brabantia, *le Brabant* incolis, *el Bravante* Hiſpanis, *il Brabante* Italis, provincia eſt peramplа Belgii, Ducatus titulo inſignita, in qua olim Menapii populi, terminatur a Septentrione Hollandia, & Geldria inferiori, ab ortu Geldria ſuperiori, & Epiſcopatu Leodienſi, à Meridie Hannonia & Comitatu Namurcenſi, & ab occaſu Flandria & Zelandia, alias multo minor erat, tuncque Comitatus Lovanienſis vocabatur, ſed lapſu temporis aucta fuit unione Marchionatus S. Imperii, dominio Mechliniensi, ditione Ultramoſana, & parte Brachbantii, unde nomen Brabantiæ ei inditum fuit à tractu adjacente, tunc que Duces habuit proprios, quibus deficientibus, obvenit Ducibus Burgundiæ, ſicque ex eo jure hereditate ad reges Hiſpaniæ, quibus etiamnum ſubeſt ex majori parte; dividitur in quatuor partes ſeu Tetrarchias, quarum nomina ſunt Tetrarchia Lovanienſis, *le quartier de Louvain*; Tetrarchia Bruxellenſis *le quartier de Bruxelles*; Tetrarchia Antuerpienſis, *le quartier d'Anvers*, ſub qua antiquus Marchionatus S. Imperii, & Mechliniæ dominium, & Tetrarchia ſive Majoratus Boſcoducenſis *la Mairie de Bolduc*; ſed nunc ejus pars ſeptentrionalior ſubeſt dominio Belgarum unitorum, Trajectum ad Moſam, & ditio Ultra Moſam ſeu Ducatus Limburgenſis, Comitatus Falconis montis, Dalemenſis, & Rhochiæ Ducis ſunt etiam partes Brabantiæ, ſed ab ipſa diſtant, ſuntque inter Ducatum Juliacenſem & Ditionem Leodienſem, totius vero Brabantiæ caput eſt Bruxella, olim ſedes Ducum, hinc Brabantii populi, *les Brabançons* vulgò.

Brabantia Gallica, *le Brabant Wallon*, tractus Belgii in Ducatu Brabantiæ, & in ejus parte meridionali. Vide Gallo Brabantia.

Brabantiæ Urbes Præcipuæ.

Antuerpia, *Anvers*, ſub Hiſpanis.
Bergæ ad Zomam, *Berg op zoom*, ſub Belgis unitis.
Breda, *Breda*, ſub Belgis unitis.
Boſcumducis, *Boſleduc*, ſub Belgis unitis.
Bruxellæ, provinciæ caput, *Bruxelles*, ſub Hiſpanis
Lovanium, *Louvain*, ſub Hiſpanis.
Mechliniæ, *Malines*, ſub Hiſpanis.
Trajectum ad Moſam, *Maſtricht*, ſub Belgis unitis.

Brabastenes, mons Peloponneſi, Lacedæmoni urbi proximus, inde 20. mill. paſſ. diſtans, teſte Livio.

Bracanetum, *Briquenay*. oppidulum alias, nunc vicus Campaniæ in Argona tractu, una leuca ab Axona fluvio, quod Briquenaium a recentioribus vocatur. Vide ibi.

Bracanetum, *Briquenay*, vicus Campaniæ provinciæ, in Retelenſi tractu, ad amnem *la Retourne*, cujus meminit Flodoardus.

Bracara, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, Bracariorum caput, Plinio, quæ & Bracar Auguſta Ptolemæo, & Auguſta Bracarum, *Braga* incolis, *Bragues* Gallis, urbs Hiſpaniæ, nunc in regno Portugalliæ, provinciæ Interamnicæ ſive inter Durium & Minium dictæ, primatia, & Archiepiſcopalis, cui ſuffraganeus Epiſcopi, Portuenſis, Viſeenſis, Mirandenſis, & Conimbricenſis, cum olim ſub ipſa eſſent Dumium, Portus Cale, Tyde, Auria, Iria Flavia, Lucus Auguſti, Britonia, Aſturica, & Legio, quæ nunc Compoſtellano ſuffraganeur, excepta ſecunda, & conſtat Suevorum Regum ſedem fuiſſe annis 170. circiter, ſedet ad amnem Aleſtem, eſtque antiqua & ſatis ampla, 5. leucis ab ora littorali Oceani, & a Viana diſtans in ortum inter Tydem ad Septentrionem, & Portum ad Meridiem, 7. leucis.

Bracarensis Conventus, pars fuit Hiſpaniæ Tarraconenſis, in qua Bracarii populi, & ab eo 24. civitates jura petebant, ejus caput Bracara.

Bracarii, populi Hiſpaniæ Tarraconenſis Ptolemæo, qui Callaici Bracarii etiam dicti ſunt, Plinio, aliique Bracares, & Bracarii, terminabantur a Septentrione Callaicis Lucenſibus mediante Minio fluvio, ab Oriente Aſturis ciſmontanis, a Meridie Luſitania, à qua dirimebantur Durio fluvio, & ab Occidente Oceano Luſitanico, erantque in eo tractu, ubi hodie provincia Portugalliæ intra Durium & Minium dicta, & pars Tranſmontanæ provinciæ ejuſdem regni, eorum verò primaria erat Bracara.

Braccianum, *Bracciano*, aliis Bracenum, oppidum Italiæ, in ditione Eccleſiæ, & in provincia Patrimonii S. Petri, Ducatus titulo inſigne Urſinorum, ad lacum cognominem, & Sabatiæ tractus caput. Dicitur aliter Arcennum. Vide ibi.

Brachbantium, tractus Belgii in parte Boreali Comitatus Hannoniæ vulgò *le Brachbant*, ſeu *le Burbant* dictus, inter Torniacenſem agrum ad occaſum, Scaldim fluvium ad Meridiem, Flandriam Imperialem ſeu Comitatum Aloſtanum ad Septentrionem, & Brabantiam Hannonicamque propriam ad ortum mediante Senna fluvio, eſtque una ex tribus partibus Comitatus Valentianarum, nunc Hannoniæ perpetuo uniti, ejus autem urbes ſunt Athum, Condate, & Lotuſa ſeu Leuſa, ut dignoſcitur etiam in diviſione Cameracenſis Diœceſis, ubi tractus ille dicitur *l'Archidiaconé de Brabant*, Archidiaconatus Brachbantii, & teſte Henrico Ultramanno in ſua hiſtoria Comitatus Valentianarum, de eo fit etiam mentio in vita S. Landoaldi & S. Ludgeri, teſte Ortelio, à quo *Klein Brabant* ſeu parva Brabantia nominatur, alias magis protendebatur, & ſeparabatur a Flandria Scaldi fluvio, ab Haſbania Dila fluvio, ab Hannonia Hanio fluvio, & à Marchionatu S. Imperii Rupela fluvio, tuncque Eenhamum caſtrum ad Scaldim infra Aldenardam erat caput totius tractus, antequam occuparetur cum majori parte ditionis adjacentis a Balduino primo Comite Flandriæ, & de eo tractu pluribus ſcribunt Joannes Bollandus, & Godefridus Henſchenius viri docti in actis Sanctorum.

Brachelia, & Brachelium, *Brachel*, urbecula Germaniæ in circulo Weſtphaliæ, & in ditione Paderbonienſi, alias libera & ſui juris, nunc ſub dominio Epiſcopi Paderbornenſis, ſedet ad *Brugr* fluviolum, qui paulo infra cadit in Netham, olim *Brechal* dicta fuit, & 5. milliaribus Germanicis diſtat a Paderborna in ortum Hoxariam verſus 2.

Brachia, inſula Illyrici, quæ Scylaci Cratia, Porphirogennetæ Bratzes Natentanorum hodie Italis *la Brazza*, Slavè *Brac* dicta in Dalmatia, teſte Joanne Lucio.

Brachium Sancti Georgii, ſic dicitur in hiſtoriis mediæ ætatis & de bello ſacro, fretum quod inter Thraciam & Aſiam minorem interjacet, & vocatur ſæpius Helleſpontum. Vide ibi.

Bracmanes, Straboni, Ptolemæo Brachmani, Philoſophi Indiæ citerioris, qui adhuc *Bramins* noſtra-

tibus nominantur, teſte Maphæo.

BRACLAVIA, *Braclaw*, urbs Poloniæ regni Palatinatus Braclavienſis ab ea dicti caput, ſedet ad Hipanim fluvium ſed à Turcis capta, anno 1672. & miſere vaſtata, 110. mill. paſſibus diſtat à Camenecio in ortum, uti 55. à Baro, & 50. à confinio Valachiæ in Septentrionem Chioviam verſus.

BRACLAVIENSIS PALATINATUS, ſive præfectura *Wojewodztwo Braclawskje* incolis, *le Palatinat de Braclaw* Gallis, provincia parva Poloniæ in Ruſſia Rubra, quæ à quibuſdam dicitur Podolia inferior: ejus urbs præcipua eſt Braclavia, à qua ipſa denominatur, extenditurque inter Palatinatum Kiovienſem, Valachiam, & Podoliam proprie dictam, plurimas habens populationes egregias, & arces munitas in confinio Tartarorum, teſte Staravolſcio, qui hunc tractum à Podolia ſeparat.

BRADA, ſeu Bradanus fluvius Magnæ Græciæ, teſte Antonino, nunc *il Bradano*, fluvius regni Neapolitani in Baſilicata, oritur ex Apennino monte, inter Venuſiam & Potentiam, hinc in ortum fluens prope Acherontiam, Oppidum, Montem Peluſium, Miglionicum, & Montem Scalioſum, tandem in ſinum Tarentinum ſe exonerat, in ipſo confinio agri Hydruntini, quem à Baſilicata ſeparat, 18. mill. paſſ. à Tarento in occaſum.

BRÆGITIUM, urbs Pannoniæ, ſuperioris Ptolemæo, interpretantur hodie *Comara*, ad Danubium fluvium, aut locum non procul, *Bontuda*, ubi ejus ruinæ viſuntur, teſte Brietio. Vide Bregætium.

BRAGODUNUM, ſeu Brogodunum, ut alii legunt, oppidum Rhætiæ, in Vindelicia. Vide Bragodurum.

BRAGODURUM, ſeu Brigodurum, quod etiam Brigobanna, oppidum Rhætiæ in Vindelicia, Ptolemæo, hodie teſte Cluverio, eſt Caſtrum *Boyern* in Suevia, ad Danubium fluvium, in ditione Principis Furſtembergenſis, 12. mill. paſſ. infra Dutlingam in ortum, & 16. ab Uberlinga in Septentrionem, quamquam Moletius credat eſſe oppidulum *Pfullendorp* in viciniis.

BRAIA, *la Brie*, provincia Galliæ, inter Inſulam Franciæ, & Campaniam, cujus fit mentio in actis mediæ ætatis, & quæ nunc ſæpius à recentioribus Bria dicitur. Vide ibi.

BRAIA COMITIS ROBERTI, ſic vocatur in annalibus mediæ ætatis, *Brie Comte Robert*, urbs parva Galliæ in Bria provincia, nunc Bria Comitis Roberti dicta. Vide ibi.

BRAIUM, *Bray*, oppidum Galliæ in Campania provincia, & in Senonenſi agro, ad Sequanam fluvium, in ipſo limite Briæ, inter Novigentum ad Sequanam ad ortum, & Monaſteriolum ad Icaunam ad occaſum.

BRAIUM, *le Bray*, tractus Galliæ in Normannia provincia, verſus Eptam fluvium, inter Caletenſem tractum ad Septentrionem & occaſum, Vulcaſſinum ad Meridiem, & Bellovacenſem tractum ad ortum, ſub quo etiam pars hujus tractus cenſetur, ut conſtat ex pagis Hoſdenco *Houden en Bray*, & Ontio *Ons en Bray* dictis, cum aliis in agro Bellovacenſi, hujus caput eſt Gornacum.

BRAMÆ REGNUM, *le Royaume de Brama*, regnum Indiæ extra Gangem, in ditione Regis Peguani alias, nunc ſub Avæ rege, cum urbe primaria cognomine, ad Peguanum fluvium, quæ aliter Carpa dicitur, & 180. mill. paſſ. à Peguo in Septentrionem.

BRAMÆ, *les Brames* populi Africæ, in Æthiopia inferiori & regno Loanghi, inter Anzicanos populos & Oceanum, teſte Joanne Leone.

BRAMACUM, ſeu Bromagum, urbs alias Helvetiorum, ex itinerario Antonini, in Sequanorum confinio, nunc Simlero eſt caſtrum *Bramaſant*, ad lacum Lemanum, ſed recentioribus eſt *Bro*, pagus in Helvetia, & in Vaudo tractu pagi Bernenſis, vix 6. mill. paſſ. à Viviſco in Septentrionem Aventicum verſus, & ſeptem à Lauſanna in ortum, 4. vero à Lacu Lemano.

BRAMMA, urbs Sinarum, teſte Ptolemæo, in parte auſtrali & in ora maris Eoi, nunc interpretatur *Brema* Mercator, aliis autem eſt *Gaochen* urbs Quantoniæ provinciæ, ſed ex conjectura tantum.

BRANA, *Braine*, oppidulum Galliæ in provincia Inſulæ Franciæ, ad Vidulam fluvium, & in Sueſſionenſi agro in planitie pulcherrima, 4. leucis ab Auguſta Sueſſionum in ortum diſſitum, Fines verſus 3. in confinio Campaniæ.

BRANCHIDARUM ORACULUM, Plinio, Branchidæ Straboni, quod & Didyme, locus Apollini ſacer in Jonia regione, *Petrun* hodie locus, Nigro teſte, nominatur.

BRANDEBURGICA DITIO, *l'eſtat de l'Electeur de Brandebourg*, pars eſt Germaniæ ſatis ampla, & ab ortu in occaſum valde extenſa, ſub dominio Electoris Brandeburgici è gente *Zollern*, complectiturque triplicē Marchiam Brandeburgicam, nempe veterem, mediam, & novam, cum annexis dominiis Pregintia, Rupino, & Stellomonrano, atque Ukerana Marchia: Pomeraniam Ulteriorem: Principatus Halberſtadienſem & Mindenſem: Ducatus Cliviæ & Croſſenſem: Comitatuſque Marchianum & Ravenſbergicum; atque expectativam in Ducatum Magdeburgenſem antea Archiepiſcopatum, poſt obitum præſentis adminiſtratoris, extra Germaniam vero Electori Brandeburgico ſubeſt Pruſſia Ducalis in Poloniæ regno, hinc Brandeburgenſes *Brandeburger* vulgò, *les Brandebourgs* Gallis.

BRANDEBURGUM, *Brandeburg* incolis, quaſi ignis caſtrum, *Brandebourg* Gallis, urbs Germaniæ ſatis antiqua, in Saxonia ſuperiori, & in media Marchia: ſic dicitur quaſi Brennoburgum, à Brenno Gallorum Duce condita ut tradunt quidam, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Magdeburgenſi, ſedetque ad Havelam fluvium, à quo in duas partes dividitur, nempe in veterem *Alt Brandeburg*, & novam 7. milliaribus Germanicis diſtans à Berolino in occaſum, Magdeburgum verſus 10. & 7. ab Havelberga in Auſtrum, hinc dicta Marchia Brandeburgica, & hinc etiam Elector Brandeburgicus, ex præcipuis Germaniæ principibus; ejus Epiſcopi Auguſtanæ confeſſioni addicti erant ab anno 1563. & Epiſcopatum inſtituit ac dotavis anno 946. Otho Magnus Imperator.

BRANDEBURGUM, *Brandeburg*, urbecula Poloniæ, in Pruſſia Ducali, ab Electore Brandeburgico conſtructa à paucis annis, ubi Pregela fluvius in ſinum *Friſch Haff* ſe exonerat, decem mill. paſſ. infra Regio montem in occaſum.

BRANDEBURGUM NOVUM, *New-Brandeburg*, oppidum Germaniæ in Ducatu Megalopolitano, ad Tollenſem lacum. Vide Novum Brandeburgum.

BRANECUM, *Brauneck*, ſeu *Bruneck*, oppidulum Germaniæ, in Comitato Tirolis & territorio Epiſcopi Brixienſis, ad amnem *Rienez*, 3. milliaribus Germanicis à Brixinone in ortum, & totidem ferè à confinio ditionis Venetæ diſtans, cum caſtro antiquo in monte.

BRANNESIA, poſtea Aldeburgum, *Oldenborch*, & quibuſdam *Aldeborch*, urbs fuit Epiſcopalis Holſatiæ, in Wagria regiuncula, 8. milliaribus Germanicis à Lubeca, quæ ei ſuffecta eſt in Epiſcopatu, nunc tantum caſtrum, 2. milliaribus Germanicis ab ora maris Baltici. Vide Aldeburgum.

BRANNOGENIUM, oppidum Cornaviorum in Britannia majori, Ptolemæo, quod Branovium Antonino, hodie, teſte Camdeno, *Worceſter*, urbs Angliæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Cantuarienſi, ad Sabrinam fluvium, provinciæ cognominis caput. Vide Branovium & Vigornia.

BRANNODUNUM, oppidum & portus Icenorum in Britannia majori, ex libro Notitiæ, hodie teſte Camdeno, eſt *Brancaſter* vicus Angliæ, in ora Boreali Comitatus Norfolciæ, prope æſtuarium *The Waſhes* dictum.

BRANNOVI, populi Galliæ Narbonenſis, Cæſari, quorum oppidum Brigantium, nunc *Briançon*, in Delphinatu, ut exiſtimat Blaſius Vigenereus. Vide Brigantium.

BRANNOVICES, ſeu Brammovices, populi fuere Galliæ Narbonenſis, Cæſari, & Centronum pars, in Allobrogum finibus, quorum regio *la Maurienne* vulgò, & Latine Mauriana nominatur, teſtibus Matliano & Pingonio, nunc in Ducaro Sabaudiæ, eorum vero oppidum etiam Brammovicum dictum, *Bramant*, ſedet ad Arcum fluvium, in colle, in eadem regione Mauriana, ut ego didici pluribus, & reperi ibi ex inſcriptione antiqua, diſtat 7. leucis à Fano S. Joannis Maurianenſis in ortum Lanciburgum verſus 3. & 7. à Brigantio in Septentrionem.

BRANOVIUM, oppidulum Cornaviorum in Britannia majori, ex itinerario Antonini, Brannogenium Ptolemæo, (qui illud malè in Ordovicibus ponit) Brangonia Scriptoribus Britannicis, nunc teſtibus Lhuydo, & Camdeno, eſt Vigornia *Worceſter*, Britannice *Caervrangon*, urbs Angliæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Cantuarienſi, ad Sabrinam fluvium, in Vigornia Comitatu, ubi Scoti adverſus Anglos infeliciter pugnarunt anno 1652. Vide Vigornia.

BRASIÆ, oppidulum Peloponneſi maritimum in Laconia, Plinio, quod Praſia Ptolemæo, Praſiæ Polybio, & Stephano, in Argiæ confinio, nunc *Cipariſſi* caſtrum, teſte Zardo, ſed Niger *Tiros* interpretatur, inter oſtium Inachi fluvii & Cyphantam portum.

BRASILIA, *o Braſil* Luſitanis, *le Breſil* Gallis, *il Braſile* Italis, pars eſt ampla, & fertilis Americæ meridionalis, magis ad ortum extenſa, à Luſitanis detecta & occupata, primumque dicta provincia S. Crucis, quod detecta fuit die S. Cruci ſacra ab Alvaro Caprali anno 1501. etiam hodie Regem agnoſcit Portugalliæ, præſertim verſus oram littoralem, cum mediterraneæ partes ſint etiamnum ſui juris, ſub propriis populis, quorum nomina pro maxima parte ignorantur, terminatur Braſilia ab Oriente & Septentrione mari Braſilio dicto, à Meridie Guaira regione, & ab occaſu Paraguaia, Guiana, & ab aliquot provinciis incognitis, juxta fluvium Amazonum, teſte Georgio Margraphio, qui illam regionem luſtravit & accuratè deſcripſit, dividitur in tredecim præfecturas ſeu Capitanias, ut vocant, & ejus præcipua urbs eſt Soteropolis ſinus omnium Sanctorum, *S. Salvador de la Bahia de todos os Santos*, hinc Braſiliani populi, *los Braſilianos* Hiſpanis.

BRASILIÆ PRÆFECTURÆ.

Præfectura fluvii Januarii, *a Capitania de Rio Janeiro.*
Præfectura fluvii magni, *a Capitania de Rio grande.*
Præfectura inſularum, *a Capitania dos Ilheos.*
Præfectura Maraniani, *a Capitania de Miragnan.*
Præfectura Paraibæ, *a Capitania de Paraiba.*
Præfectura Pernambuci, *a Capitania de Pernambuco.*
Præfectura Portus ſecuri, *a Capitania de Puerto Seguro.*
Præfectura S. Vincentii, *a Capitania de S. Vicente.*
Præfectura Seregippæ, *a Capitania de Seregippe*, ſive *de Cirijî.*
Præfectura Siaræ, *a Capitania de Siara.*
Præfectura ſinus omnium Sanctorum, *a Capitania de la Bahia de todos os Santos.*
Præfectura Spiritus Sancti, *a Capitania de Eſpiritu Santo.*
Præfectura Tamaracæ inſulæ, *a Capitania de Tamaraca.*

BRASILIÆ URBES.

Fanum S. Ludovici de Maraniano, *S. Luis de Maragnan.*
Fanum S. Sebaſtiani, *S. Sebaſtiano de Rio Ianeiro.*
Friderica, *Friderica.*
Olinda, *Olinda de Pernambuco.*
Paraiba, *Paraiba.*
Siara, *Siara.*
Soteropolis, *S. Salvador de la Bahia de todos os Santos*, regionis caput.
Spiritus Sanctus, *el Eſpiritu Santo.*

BRASILIUM MARE, *la Mer du Breſil*, pars eſt Oceani, maris Borealis dicti, verſus oram orientalem Americæ meridionalis, inter promontorium ſeptentrionale dictum in Arctos, & mare Paraguiæ extenſum, juxta oram littoream Braſiliæ regionis.

BRASILIUS OCEANUS. Vide Braſilium mare.

BRASLAVIA, *Braſlaw*, urbs Poloniæ regni in Lithuaniæ Ducatu, cum arce in ſcopulo, & ad lacum, in Vitebſcenſi Palatinato. Vix 5. milliaribus Polonicis diſtat a fluvio Duina, uti a confinio Livoniæ in Meridiem, & 8. a Duneburgo.

BRASSOVIA, ſeu Corona, *Braſſouu*, quæ & *Cronſtadt*, urbs eſt Tranſylvaniæ regionis, in Burczia tractu, ad radices montium. Vide Corona.

BRATTIA, inſula maris Adriatici, Plinio, & Antonino, nunc *la Brazza* dicta, in ora Dalmatiæ, inter Spalatum ad occaſum, & Narentam ad ortum, in ditione Venetorum, propè Tragurium & Leſinam inſulam. Vide Brachia.

BRATUSPANTIUM, urbs Bellovacorum in Gallia Belgica, teſte Cæſare, poſtea Cæſaromagus dicta, teſte Antonino, nunc ut plurimi autumant, *Beauvais* urbs Galliæ, Epiſcopalis, in provincia Inſulæ Franciæ, ad Taram fluvium, quanquam Carolus Bouillus putet eſſe *Gratepance* ſeu *Granviller* vicos agri Bellovacenſis.

BRAVA, *Brava*, urbs Africæ, in Zangoebaria regione & Aiana ora, cum portu, vix centum milliaribus à Magadoxo in Occidentem hybernum, & verſus confinia Æthiopiæ ſuperioris, eſtque ſui juris, & Reipublicæ cognominis caput.

BRAUBACHIUM, *Braubach*, caſtrum Germaniæ ad Rhenum. Vide Brubachium.

BRAUNODUNUM, oppidum alias Norici, in limite Vindeliciæ, nunc *Braunaw*, oppidum Germaniæ in Bavaria inferiori, ad Oenum fluvium, 6. milliaribus Germanicis à Patavia in Meridiem Oeni-pontem verſus.

BRAUNSBERGA, *Braunſberg*, urbs regni Poloniæ in Pruſſia Ducali. Vide Brunſberga & Brunonis mons.

BRAUNSFELDA, ſeu Brunonis rupes, *Braunsfels*, oppidulum Germaniæ in Veteravia provincia, & in Comitatu Solmenſi, ſedet in monte propè Loganum fluvium, & 3. milliaribus Germanicis diſtat à Giſſa in occaſum hybernum.

BRAVUM, ſeu Bravium, urbs fuit Murbogorum in Hiſpania Tarraconenſi, Ptolemæo, hodie, teſte Tarapha, *Burgos* urbs Caſtellæ veteris regia, intra montes, antea Epiſcopalis ab 1094. quo Aucæ urbi exciſæ ſucceſſit, poſtea Archiepiſcopalis effecta, & præclara, quanquam Gregorius *de Argaiz* exiſtimet Bravum fuiſſe ubi nunc *Bahavon* vicus Caſtellæ veteris in Burgenſi territorio, inter Burgos & Lermam. Vide Burgi.

BRAYA, & Bria, *la Brie*, antiquitus *Bray* dicta, provincia parva regni Galliæ, inter Matronam ad Septentrionem & Sequanam ad occaſum & Meridiem extenſa, & Campaniam ad ortum, cui ab aliquot

Digitized by Google

ſeculis annexa eſt pro majori parte, ejus vero minor portio ad occaſum nunc præfecturæ Inſulæ Franciæ tribuitur, & ejus præcipua urbs eſt Meldæ: dicitur etiam hæc provincia Bria a recentioribus, hinc Briii populi, *les Briards* vulgo. Vide Bria.

BRAXATORIS FRETUM, *le détroit du Braſſeur*, in America meridionali. Vide Brouveri fretum.

BRAXATORIS PORTUS, *Browerſhaven*, oppidum Belgii uniti in Zelandia. Vide Brouverhavia.

BREA, *Brey*, oppidulum Germaniæ in Leodienſi ditione, & verſus confinia Brabantiæ.

BREAMPORA, ſeu Breama, *Breampor*, urbs Indiæ proprię & in Imperio Magni Mogolis, Candiſii regni caput, ad Taptum fluvium, & verſus confinia regni Decani.

BRECHINIA, *Brecknock*, oppidum Angliæ, in Vallia meridionali, & Comitatus cognominis caput, ad Oſcam fluvium, 27. mill. paſſ. ab Herefordia in occaſum hybernum Maridunum verſus 37. & a Britannis *Aber Hodney* dicitur, teſte Camdeno.

BRECHINIA, *Brecknockshire* incolis, *le Comté de Brecknoc* Gallis, *Brecheneaue* Britannice, provincia eſt Valliæ meridionalis in Anglia, à Brechanio principe ſic dicta, terminatur à Septentrione Radnoria, ab ortu Herefordia, ab occaſu Maridunia, & a Meridie Glamorgania, & Monumethia provinciis, & ejus præcipuum oppidum eſt Brechinia. Hanc provinciam devicit regnante Guillelmo Rufo, Bernardus de Novomercato Normannus, conſcripta non parva manu Anglorum & Normannorum, & Neſtam Griffini principis filiam uxorem duxit, teſte Camdeno, eratque olim in ea provincia Silurum pars.

BRECHINIUM, *Brechyn*, urbs Scotiæ in Anguſia provincia, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Andreapolitano, ad Eſcam fluvium, 10. mill. paſſ. diſtat ab ora Oceani Germanici in occaſum, 22. ab Andreapoli in Septentrionem, Aberdoniam verſus 34. circiter, & totidem à Duncaledonia in ortum, teſte Timotheo Ponte.

BRECHYNIA. *Brechyn*, oppidulum Bohemiæ regni, cum arce bello Taboritano nota. Alius eſt Bechynium. Vide ibi.

BREDA, *Breda*, urbs Belgii uniti, in Brabantiæ Ducatu, permunita ſed parva, ad fluvium Mercam, cum titulo Baroniæ, in ditione Principis Arauſicani; ſub dominio tamen Provinciarum unitarum ab anno 1637. 8. leucis diſtat ab Antuerpia in Septentrionem, 2. à monte D. Gertrudis, 6. à Buſco Ducis in occaſum, & 5 à Berga ad Zomam in ortum, eſtque celebris duplici obſidione ſua, & pace in ea ſtabilita anno 1667. inter Regem Angliæ & Belgas unitos.

BREDENBERGA, *Bredenberg*, oppidulum Germaniæ cum arce munita, in Holſatia & Stormaria tractu, ad Sturam amnem, non procul ab Itzehoa.

BREDERODA, *Brederode*, caſtrum Belgii uniti, in Hollandia ſeptentrionali, prope Harlemum. Hinc familia illuſtris nomen habuit.

BREFARIA, *Brefar*, una ex inſulis Silurum in mari Vergivio, ſub dominio Anglorum, 70. mill paſſ. ab Antiveſtæo promontorio Cornubiæ diſtans in occaſum.

BREFINIA, *Breane*, tractus Hiberniæ in Ultonia. Vide Brenia.

BREFURTIUM, *Brefort*, oppidulum Belgii uniti, in Gueldriæ Ducatu & in Zutphaniæ Tetrarchia, ab anno 1597. Situm eſt in loco paludoſo, 2. leucis à Grolla, & totidem ab Anholto diſtans, captum fuit à Gallis anno 1672. & biennio poſt ab ipſis derelictum, nunc etiam Belgis ſubeſt.

BREGA, *Brieg*, urbs Bohemiæ regni, in Sileſia, Ducatus cognominis caput, ad Oderam fluvium, media inter Uratiſlaviam & Oppolium, 4. milliaribus Germanicis utrimque diſtans, dicitur etiam Bregum à Cromero.

BRAOÆTIUM, urbs Pannoniæ ſuperioris, Ptolemæo, Bregetio Antonino, & Ammiano, Bergentio Aurelio Victori, Brigitio Calliſto, nunc Lazio, eſt *Bontuda*, locus prope Comaram in Hungaria, ubi quamplurimæ ruinæ viſuntur, ſeu forſan ipſa urbs Comata in parte inferiori Schutiæ inſulæ, ad Danubium fluvium, Cluverius tamen exiſtimat eſſe Strigoniam urbem Hungariæ ſuperioris præcipuam.

BREGENSIS DUCATUS, *Xieſtno Briegſki* incolis, *le Duché de Brieg* Gallis, tractus Bohemiæ in Sileſia ſuperiori, inter Ducatum Uratiſlavienſem ad Boream, & Ducatus Grotkavienſem & Oppolienſem ad Meridiem proprium habuit Ducem è ſtirpe Georgii Podiebrachi Regis Bohemiæ, ſub dominio tamen Imperatoris, extenditur ab ortu in occaſum urbem habens cognominem, & ejus Dux habuit etiam Ducatus Lignicienſem & Volavienſem, ſed anno 1675. obiit ejus Dux ultimus, ſicque nunc ſubeſt immediate dominio Imperatoris, uti Regis Bohemiæ.

BREMA, *Brema*, urbs Aſiæ, in India extra Gangem, ad fluvium Menanum; eſtque caput regni cognominis, dicitur ab aliis Carpa & Brama. Vide ibi.

BREMA, *Bremen* incolis, *Breme* Gallis, *Brema* Italis, urbs ampla Germaniæ in circulo Saxoniæ inferioris, Archiepiſcopali dignitate inſignita, loco Hamburgi, & caput Ducatus cognominis, ad Viſurgim fluvium ſedet, eſtque libera & ſui juris, cum ditiuncula parva adjacente, in qua ſunt hæc territoria, nempe *Ober-Vieland*, id eſt ſuperior tractus pecuarius trans Viſurgim, *Nider Vieland*, id eſt inferior tractus pecuarius iuxta Bremam, *Hollerland* cis Viſurgim fluvium, *Blockland* & juriſdictio *Borchfeldt*, *Veerderland* tractus, *das Niew-Ampt Blumenthal*, & *das Gericht Niewenkirchen*, & ad eam pertinet etiam *das Ampt Behderkes*, propè Hadelariam terram, quamquam multa pretendant Sueci ratione Ducatus Bremenſis, eſtque probè munita, & culta, in ipſo limite Comitatus Oldenburgenſis, 27. mill. paſſ. diſtans à Ferda in occaſum & 60. ab Hamburgo in occaſum hybernum, & ejus Archiepiſcopi erant Auguſtanæ confeſſioni addicti ab anno 1585. olim Phabiranum dicta fuit, ut plurimi exiſtimant, & Imperialis facta fuit ſeu ſui juris Kalendis Junii anno 1646. à Ferdinando III. Imperatore.

BREMBUS, *il Brembo*, fluvius Italiæ in Longobardia, fontes habet in limite Vallis Tellinæ, deinde in Meridiem fluens, per agrum Bergomenſem in Adduam labitur, 8. milliaribus a Bergomo, & hinc dicta Brembana vallis.

BREMEFURDA, *Bremerfurde*, oppidum Germaniæ, in Ducatu Bremenſi. Vide Vorda.

BREMENIUM, oppidum Ottadinorum in Britannia majori, Ptolemæo, ſive Bramenium, in itinerario Antonini, nunc ut Guillelmus Camdenus conjicit, eſt pagus *Rochester* dictus, ad Readum fluviolum, in parte occidentali Northumbriæ Comitatus, quæ Ridiſdalia dicitur, ad radices montium, 9. mill. paſſ. à confinio Scotiæ diſtans in Meridiem, uti 32. à Bervico.

BREMENSIS DUCATUS, *das Hertzogthumb von Bremen* incolis, *le Duché de Breme* Gallis, provincia Germaniæ, in Saxonia inferiori, alias ſub dominio Archiepiſcopi Bremenſis, nunc autem ſubdita Regi Sueciæ pace Weſtphalica. Terminatur à Septentrione Albi fluvio, à Meridie Viſurgi, ab ortu Ducatu Luneburgenſi & Principatu Ferdenſi, ab occaſu autem Comitatu Oldenburgico & ditione Lavenburgica. Ejus partes ſive tractus ſunt Oldelanda, Worda, Wurſta, Oſtelandia & Kedinga, cum parte orientali

Hadeliæ

Hadeliæ, ſed provincia eſt admodum rigua, & paludibus referta, & in ipſa ſunt pars Hadeliæ, ſub Duce Lavenburgico, & ager *Ritzenbuttel* juris Hamburgenſium, teſte Joanne *Gorries*, qui hanc provinciam accurate deſcripſit. Ejus vero urbes ſunt Stada, Caroloburgum, Bremefurda, & Buxtehuda. Sed Brema, totius tractus caput, ferè ſui juris eſt; hanc provinciam ſui juris fecerant Chriſtophorus Bernardus à *Galen* Epiſcopus Monaſterienſis, & Dux Luneburgenſis Cellenſis, ultimo bello Germanico, anno 1676. ſed poſtea reddita fuit Sueciæ Regi anno 1679. mediante potenti patrocinio Regis Francorum, tractatu Cellæ inito, die 5. Februarii 1679.

BREMENTRACUM, oppidum Brigantum in Britannia majori Antonino, nunc, teſte Camdeno, eſt *Brampton*, vicus Angliæ in Comitatu Cumbriæ, 10. mill. paſſ. à Carleolo diſtans in ortum, prope muri Severi ruinas.

BREMETONACUM, oppidum Brigantum in Britannia majori, Antonino, Bremetenracum in libro Notitiæ, hodie, teſte Camdeno, eſt *Overburrow*, viculus Angliæ in parte ſeptentrionali Lancaſtrenſis Comitatus, ſeu provinciæ ad Lonum fluvium, in confinio Weſtmariæ, vix 10. mill. paſſ. ab ora littorali in ortum.

BREMETUM, *Brema*, oppidulum Italiæ in Ducatu Mediolanenſi, propè Padum fluvium, antea probe munitum intra paludes, nunc ſine muris in Lumellina tractu, in limite Montisferrati, medium ferè inter Caſalem & Valentiam.

BREMOGARTUM, *Bremgarten*, oppidum Helvetiorum, ad Urſum amnem, 15. mill. paſſibus ab aquis Helvetiis Lucernam verſus, duobus milliaribus magnis à Tugio verſus Boream, & duobus milliaribus Helveticis parvis Tiguro remota verſus occaſum.

BREMPTA, *Brempt*, oppidulum alias, nunc caſtrum Germaniæ, ad Moſellam fluvium in ditione Electoris Trevirenſis, in limite ditionis Palatinæ 15. mill. paſſ. ſupra Confluentes Auguſtam Trevirorum verſus totidem.

BRENDA, pro Brunduſio urbe à Poëtis uſurpatur, teſte Feſto. Vide Brunduſium.

BRENDULUM, *Brendolo*, oppidulum Italiæ, & Ducatus Veneti, cum portu in inſula maris Adriatici, prope littus & foſſas Clodias, paucis milliaribus à Venetiis in Meridiem diſtans, ſub dominio Reipublicæ Venetæ.

BRENIA, *Breane*, tractus Hiberniæ inſulæ, in Ultoniâ provincia, prope lacum & fluvium *Ern* dictum, teſte Wareo, in Cavanenſi Comitatu, eſtque duplex nempe Brenia orientalis, *East-Breane*, & Brenia occidentalis, *West-Breane*, & antea Breſinia dictus fuit & Breania etiam.

BRENNACUM, *Meziere*, ſeu *S. Michel en Brenne*, oppidulum Galliæ ad amnem *Claiſe*, in Turonenſi provincia, & confinio Bituricenſis Ducatus.

BRENNACUM, oppidum Galliæ Belgicæ, ex itinerario Antonini, nunc eſt *Braine*, oppidulum Inſulæ Franciæ in agro Sueſſionenſi, ad Vidulam fluvium, inter Fines ad ortum & Sueſſiones ad occaſum, 5. leucis vero ab Axona fluvio in Meridiem cum Abbatia, & Brana dicitur à recentioribus.

BRENNENSIS AGER, ſeu Brionenſis, *le pais de Brenne*, tractus parvus Galliæ, inter Turonenſem provinciam & Bituricenſem, qui tamen ſub Turonenſi provincia comprehenditur, eſtque inter Caſtellionem ad Ingerem in Septentrionem, & Oblincum oppidum Bituricenſis provinciæ in Meridiem.

BRENNI, populi Rhætiæ, teſte Floro, nunc *Brunawer* dicti, in Comitatu Tirolis, teſte Simlero, eorum veſtigium manet in caſtro *Bruneck*, inter Brixinonem urbem ad occaſum, & Aguntum oppidum in ortum. Vide Breuni.

BRENNIA COMITIS, *Braine* ſeu *Braine le Comte*, oppidum Belgii in Comitatu Hannoniæ, ſub dominio Hiſpanorum, quod etiam Bronium dicitur in quibuſdam actis mediæ ætatis, eſtque in ipſo limite Brabantiæ, 4. leucis à Montibus in Septentrionem Bruxellas verſus 6.

BRENNOBURGUM, *Brandeburg*, quæ aliter Brandeburgum, urbs Germaniæ in Saxonia inferiori, ad Havelam fluvium, in media Marchia Brandeburgica, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Magdeburgenſi, inter Berolinum ad ortum & Magdeburgum ad occaſum, ab ea dicta Marchia Brandeburgica. Vide Brandeburgum.

BRENNUM, *Breno*, caſtrum Longobardiæ in agro Brixiano, & in Valle Camunorum, ad Ollium fluvium, 11. mill. paſſ. à lacu Idrino in Septentrionem Bormium verſus 21. in via inter Brixiam & Curiam; ſub dominio Reipublicæ Venetæ.

BRENNUS, mons Rhætiæ, nunc *der Groſſ Brenner* incolis, *le grand Brenner* Gallis, mons Comitatus Tirolis in Germania, valde excelſus & difficilis, parſque Alpium Tridentinarum, inter Oenipontem ad Septentrionem, fontes Atheſis ad occaſum, & Brixinonem ad ortum, dicitur alter Pyrenæus. Vide ibi.

BRENTASIA, *la Brenta*, fluvius Italiæ. Vide Medoacus.

BRENTONICUM, oppidulum Venetiæ, teſte Paulo Diacono, nunc *Brentonego* Italis, *Brentoni* Rhætis, pagus Comitatus Tirolis, in confinio agri Veronenſis, inter Tridentum & Veronam occurrens, atque inter Roboretum ad Atheſim, 8. mill. paſſ. & Benacum lacum 4. diſtans.

BREONES, populi Fortunato, Breuni Ptolemæo, Breuci Straboni. Vide infra in Breuni. Sunt qui hos populos in Vindelicia inter Lacum & Oenum deſcribant.

BRESCIUM, *Brieſcie*, urbs parva Poloniæ in Lithuania, Palatinatus cognominis, ſive Poleſiæ caput, ad Bugum fluvium ubi recipit Muchavecium, cum arce in ſcopulo, diſtat 25. milliaribus Polonicis a Lublino, & 30. a Varſavia in ortum, dicitur etiam Breſcia à quibuſdam.

BRESCIENSIS PALATINATUS, ſive præfectura, incolis *Brieſcinskie Wojewodztwo*, Gallis *le Palatinat de Brieſcie*, tractus Poloniæ Regni in Lithuania, teſte Starovolſcio, qui aliter Poleſia, ſic dicitur à Breſcio ejus urbe præcipua, eſtque inter Lithuaniam propriam, Ruſſiam, & Polachiam, & ejus pars eſt etiam Pinſcenſis tractus. Vide Poleſia.

BRESICELLA, *Briſighella*, oppidulum Italiæ, in Romandiola provincia, ditionis Eccleſiæ, juxta Anemonem fluvium, & ad radices Apennini, 6. milliaribus à Faventia diſtans, & 2. tantum à confinio dominii Florentini, dicitur etiam Braſichella in actis mediæ ætatis.

BRESSIA, *la Breſſe*, provincia Galliæ, Comitatus titulo clara, alias ſub Duce Sabaudiæ, ab anno 1272 ſed anno 1601. Francici juris effecta eſt ab Henrico Magno. Habet ab Oriente Bugeſiam, à Septentrione Comitatum Burgundiæ, ab Occidente Ducatum Burgundiæ, cum Lugdunenſi Præfectura, & ad Meridiem Delphinatum. Ejus primaria urbs Burgus dicitur, cum antea eſſet Balgium, à qua dicta fuerat alias terra Balgii, teſte Guichenone, & dividitur in tres partes, nempe in Breſſiam propriam, quæ totam planitiem continet, extenditurque a montibus ad Ararim fluvium, in terram Reverſimontis *le Revermont*, quæ intra montes à Colineo ad pontem Idani, & in Vallem bonam *la Valbonne*, quæ ad Meridiem extat inter Idanum fluvium & Lugdunenſem tractum, Idano fluvio ſeparatur à Bugeſia, quæ ſub ipſa ſæpe contine-

tur, quanquam provinciam ſeparatam faciat, uti Vallis Romana & Gelia tractus, hinc Breſſiani populi, *les Breſſans* vulgo.

Bressia Cabillonensis, *la Breſſe Chalonoiſe*, tractus Galliæ in Burgundiæ Ducatu, qui aliter Cabillonenſis ager dicitur. Vide ibi.

Bressuria, *Breſſuire*, urbecula Galliæ & Pictavienſis agri. Vide Betcorium.

Brestensis Palatinatus, ſive præfectura, *Brieskie Wojewodztwo* incolis, *le Palatinat de Breſte* Gallis, tractus parvus Poloniæ, & una ex duabus partibus Cujaviæ in Polonia majori, inter Juniuladiſlavienſem, Caliſienſem & Lencicienſem Palatinatus, dividitur quatuor territoria, Breſteuſe, Cruſvicienſe, Covalienſe, & Prædecenſe, teſte Starovolſcio, ſic dicitur ab ejus urbe præcipua Breſtia, & in eo etiam ineſt Uladiſlavia urbs.

Brestia, *Breſt*, oppidum Galliæ, in Britannia minori. Vide Brivates.

Brestia, *Breſte*, urbs parva Poloniæ, in Cujavia provincia, munita, & inter paludes ſita. Ab aliis *Brzeſtye* dicitur; & vix 4. milliaribos Polonicis à Viſtula fluvio diſtat, 8. à Torunio in Meridiem, & 10. à Lencicia in Septentrionem.

Bretolium, & Britolium, *Breteüil*, oppidum Galliæ, in Normanniæ Ducatu. Diſtat ab Ebroico 6. leucis in Meridiem, & 2. à Vernolio, juxta Itunem fluvium.

Bretena, oppidum Venetiæ, Ptolemæo, quod Brintum a Plinio dicitur, vulgo *Brignano*, ut aliquibus videtur.

Bretina, oppidulum Inſubriæ, Ptolemæo, quod hodie *Barlaſina* dici putatur; pagus agri Mediolanenſis, medio itinere inter Mediolanum & Comum occurrens, Divi Petri martyris occiſione memorabilis.

Bretolæum, oppidum Hiſpaniæ Luſitaniæ, Ptolemæo, nunc Moletio teſte, eſt *Bretulla* pagus Regni Portugalliæ.

Bretonia, urbs fuit Hiſpaniæ Tarraconenſis in Gallæcia, olim ſub Gothis Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Bracarenſi, ex libris Conciliorum, nunc pagus *Bretagna* dictus, teſte Joanne Mariana, Mindonenſi urbi, quæ illi ſucceſſit, proximos, 8. mill. paſſ. diſtans.

Bretta, & Breithemum, *Bretten*, oppidulum Germaniæ in Suevia provincia, & in Chreichgovia tractu, olim ſub dominio Ducis Wirtembergenſis, nunc autem Electori Palatinato parens, cum præfectura cognomine, in ipſo limite Ducatus Wirtembergenſis, & 50. mill. paſſ. à Philippoburgo in ortum.

Bretta, *Bretten*, poſtea Venerburgum, oppidulum Sueciæ, in Veſtrogothia provincia, à Danis vaſtatum anno 1644.

Brettigoa, *Brattachgowe* alias, nunc *Brettigaw*, tractus & Vallis Rhætiæ, ad fluvium *Lanquart*, in fœdere decem juriſdictionum, tres communitates ut vocant, ſeu juriſdictiones complectens, olimque ſub dominio Auſtriacorum, inter Rhenum fluvium ad occaſum, & Tirolis Comitatum ad ortum, ibi *Caſtels* arx locus præcipuus.

Brettii, populi Italiæ. Vide Brutii.

Breucomagus, locus Germaniæ, Ptolemæo, & ex itinerario Antonini Brocomagus, nunc *Brumpt*, oppidolum Germaniæ in Alſatia inferiori, Gallis *Brumat*, inter Argentoratum ad Meridiem, & Haguenoam ad Septentrionem.

Breviodurus, oppidum fuit Galliæ Celticæ, propè oram littoralem maris Britannici, ex itinerario Antonini, inter Juliobonam & Neomagum, forſan ubi poſtea Cadomum urbs Normanniæ, ſeu in ejus viciniis, ut exiſtimant recentiores

Breviodurus, locus Caletum in Gallis Celticis, propè Sequanam fluvium, nunc ut aliqui credunt, eſt locus Normanniæ, *le Traict* dictus, inter Lulliobonam & Rothomagum.

Breuni, populi Vindeliciæ, Ptolemæo, qui Brenni Floro, & Horatio, eos nunc interpretatur Aventinus *Perlacheri*, & tractum *Perlachersheyde* in Bavariæ Ducatu.

Brenni, populi Italiæ, intra Alpes Rhæticas in Lepontiorum confinio, teſte Plinio, quorum tractus nunc *la Valle di Bregna* Italis, *Palenſerthal* Germanis nominatur, teſte Ægidio Scudo, ſub dominio Helvetiorum, ubi Breunus fluvius parvus, *il Bregno* vulgo, per vallem antedictam decurrens ac in Ticinum fluvium ſupra Belitionem oppidum 8. mill. paſſ. influens.

Brezia, *Brizen*, oppidulum Germaniæ in media Marchia Brandeburgica, 3. milliaribus Germanicis à Vitteberga diſtans in Boream, ad fluviolum Adam, dicitur etiam *Brietzen* à quibuſdam.

Bria, *la Brie*, provincia Galliæ, fertilis admodum, & probe culta, cujus termini ſunt ad ortum Campania, ad Meridiem & occaſum Sequana fluvius, quo à reliqua Campania, à Vaſtinio tractu, & ab Hurepeſio diſcernitur, & ad Septentrionem Francia propria, & Sueſſionenſis ager, verſus Matronam, alias minor fuit, & Campaniæ juncta per longos annos, nunc etiam ſub ipſa cenſetur, excepta munita ejus parte Pariſiis viciniori, quæ ſub præfectura generali inſulæ Franciæ comprehenditur. Ejus partes ſunt tres, nempe Bria ſuperior, *la haute Brie*, verſus Matronam fluvium, cujus caput Meldæ: Bria inferior, *la baſſe Brie*, verſus Sequanam fluvium, cujus caput Provinum; & Bria pediculoſa *la Brie pouilleuſe*, verſus Matronam fluvium etiam, cujus caput eſt Caſtrum Theodorici; ſed de eorum limitibus non eſt facile ſtatuere, ejus vero præcipua urbs eſt Meldæ, quanquam alias Provinum ſedes fuerit Comitum hujus provinciæ, quæ extenditur ab ortu in occaſum ad 22. leucas, nempe à Seſanna ad confluentes Matronæ in Sequanam, ſed à Septentrione in Meridiem magis reſtringitur; & Braia dicta fuit, ſeu Braya, vulgo *Bray* in media ætate, hinc etiam Braii populi, nunc Briacenſes & Brienſes, *les Briards* vulgo, dicti.

Briæ Urbes.

Bria Comitis Roberti, *Brie Comte Robert*.
Caſtrum Theodorici, *Chaſteau Thierry*.
Columbariæ, *Colomiers*.
Latiniacum, *Lagny*.
Meldæ, *Meaux*, provinciæ caput.
Melodunum, *Melun*.
Provinum, *Provins*.

Bria Comitis Roberti, *Brie-Comte-Robert*, urbs parva Galliæ, in Bria provincia, ad amnem *Ierre*, 6. leucis diſtat à Lutetia Pariſiorum in ortum hybernum, in regione feraci, & etiam Braia Comitis Roberti dicitur in actis medii ævi, & creditur patria Martini IV. Pontificis Maximi.

Briæium, *Briey*, oppidulum Galliæ in Barenſi Ducatu.

Brianzonia, *le Fort de Briançon* ſeu *Briançonnet*, arx Sabaudiæ, in Tarentaſiæ Comitatu, nuncque fere diruta jacet. Vide Arx Briançonia.

Briodorum, & Brivodurum, ſeu etiam Breviodurum oppidum Galliæ Celticæ. ex Antonino, nunc teſte Simlero, cum aliis, eſt *Briare*, oppidulum Vaſtiniæ provinciæ ad Ligerim fluvium, in ipſo confinio Bituricenſis provinciæ, 17. leucis à Nivernis in Septentrionem Montargum verſus 10. & eo incipit incile novum, *le Canal de Briare* dictum, quo lintres à Ligeri in Sequanam fluvium deducuntur.

Briegius, vel Brigenſis tractus dicitur in actis

mediæ ætatis, ea provincia Galliæ, quæ nunc Bria dicitur, *la Brie* vulgo, quæ tamen major hodie exiſtit quam antea. Vide Bria & Braya

BRIELA, *het Briel* incolis, *la Brile* Gallis, urbs parva & munita Hollandiæ, prope oſtium Moſæ, ubi jacta fuere fundamenta Reipublicæ provinciarum unitarum Belgii. Seder in Voornia inſula, cum portu ſatis tuto, 2. leucis à Delpho, & 3. à Roterodamo in occaſum.

BRIELIUM, *Brüel*, oppidum Germaniæ, cum caſtro in Archiepiſcopatu Colonienſi, ubi aliquando commoratur Elector. 2. milliaribus Germanicis diſtat à Colonia in Meridiem.

BRIGÆCIUM BRIGETINORUM, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis in finibus Aſturum Tranſmontanorúm, Ptolemæo, nunc recentioribus eſt *Braganza*, urbs Portugalliæ in provincia intra montes. Vide Brigantia, alii vero legunt Brigentium, & interpretantur Ovetum *Oviedo* urbem Aſturiæ præcipuam.

BRIGANÇONIA, *Bregançon*, arx Galliæ in Provincia, in littore maris Mediterranei, ſcopulo affixa in modum inſulæ; eſtque parva, ſed munita, & media inter Telonem & Fanum S. Torpetis, contra Stoecades inſulas.

BRIGANTES, populi Britanniæ majoris, Ptolemæo, ubi poſtea maxima Cæſarienſis regio, inter Oceanum Germanicum ad ortum, mare Hibernicum ad occaſum, Ottadinos ad Boream, & Coritanos Cosnavioſque ad Meridiem; erantque in ea parte ubi nunc provinciæ ſeu Comitatus Eboracenſis, Dunelmenſis, Lancaſtrienſis, Weſtmaria, & Cumbria in Anglia Boreali, teſte Camdeno.

BRIGANTES, populi Hiberniæ fuere, teſte Ptolemæo, forſan ubi nunc Comitatus *Waterford* & *Triperary*, in Momonia provincia, inter Suiri oſtium; confluenteſque Neori & Barouvi, ut exiſtimat Camdenus, ſed Wareus credit eos fuiſſe ubi hodie Comitatus Kilkennienſis Catherlagenſis & Reginalis.

BRIGANTIA, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, Antonino, Brigæcium aliis, nunc recentioribus eſt *Braganza* incolis & Italis, *Berganza* Hiſpanis, *Bragance* Gallis, urbs regni Portugalliæ, in provincia intra montes, Ducatus titulo inſignis intra montes, & in confinio Gallæciæ & regni Legionenſis, cujus Dux effectus eſt Rex Portugalliæ anno 1640. 21. mill. paſſ. diſtat à Miranda in Septentrionem, & 45. à Sentica in occaſum.

BRIGANTII, populi Rhætiæ verſus lacum Brigantinum, ubi nunc Brigantinus Comitatus in Suevia.

BRIGANTINI MONTES, *li monti di Brianza*, montes Italiæ, in Ducatu Mediolanenſi, ubi Addua fluvius exit è Lario lacu, teſte Magino.

BRIGANTINUS AGER, *le Briançonois*, tractus Galliæ in provincia Delphinatus, intra Alpes, inter Pedemontium ad ortum, Maurianam vallem Sabaudiæ ad Septentrionem, Gratianopolitanam vallem ad occaſum, & Ebrodunenſem agrum ad Meridiem, ad fontes Druentiæ fluvii: ejus loca alicujus notæ ſunt Brigantium, caſtrum Delphini, & caſtrum Exiliæ.

BRIGANTINUS COMITATUS, *le Comté de Bregentz*, tractus Germaniæ in Suevia provincia, inter lacum Brigantinum & Helvetios ad occaſum, Rhætos ad Meridiem, Comitatum Tirolis ad ortum, & Algeam tractum ad Boream, ubi olim Brigantii populi, ſubeſt dominio Auſtriacorum. & Comitatui Tirolis unitus eſt, ejus autem præcipuum oppidum eſt Brigantium; eratque alias hic tractus in ditione Comitum Monfortiorum, à quibus per Auſtriacos emptus fuit.

BRIGANTINUS LACUS, Plinio, qui & Acronius Melæ, Brigantia Ammiano, lacus maximus inter Helvetios & Vindeliciam extenſus, plura habens nomina à circumſtantibus oppidis, nunc enim dicitur Podamicus & Conſtantienſis, *Bodenzée & Coſt antzer-Zée* Germanis, *le Lac de Conſtance* Gallis, & *il Lago di Conſtanza* Italis, rigat urbes Conſtantiam, Brigantium, Buchorniam, Lindaviam, Podamium, & Uberlingam ex parte Sueviæ, uti Arbon, & Augiam minorem ex parte Helvetiorum, extenditur ad 40. millia paſſuum, diciturque etiam lacus ſuperior ſive *Obernzée*, & per eum labitur Rhenus fluvius per 20. mill. paſſ. & Veneto lacui jungitur ſupra Conſtantiam urbem.

BRIGANTINUS, item lacus Cœnomanorum in Gallia Ciſalpina, in finibus Brixienſium, ex quo Cluſius fluvius per agrum Brixienſem in Ollium delabitur. Hic lacus Edrinus, *il lago di Idro*, teſte Erythræo, nominatur, quem tamen apud veteres haud legi. A Brixia 15. mill. paſſ. abeſt.

BRIGANTINUS, portus Callaicorum Lucenſium in Hiſpania Tarraconenſi, Livio, nunc, teſte Joanne Mariana, eſt *el Puerto de la Coruña*, Gallæciæ portus capaciſſimus, in ora littorali, juxta oppidum Caronium, & a Compoſtella urbe 10. leucis diſtans in arctos.

BRIGANTIUM, oppidum Galliæ Narbonenſis, Straboni, & Ptolemæo, Brigantio Antonino, Virgantia Ammiano Marcellino, nunc *Briançon* incolis, *Brianzone* Italis, oppidum Galliæ in Delphinatu, ad Druentiam fluvium, in confinio Pedemontis, & propè Alpes, inter Seguſium urbem Italiæ in finibus Taurinorum, 8. & Ebredunum urbem Delphinatus, 7. leucis diſtans.

BRIGANTIUM, oppidum Rhætiæ, Ptolemæo, Brigantia Antonino, hodie *Bregentz*, oppidum Germaniæ in Suevia, Comitatus cognominis caput, ad lacum etiam Brigantinum, ubi recipit fluvium parvum *Bregentz*, ſub Auſtriacis, 5. mill. paſſ. à Lindavia urbe, & 15. à Vangena in Meridiem Velchirchiam verſus 25. & Curiam 45. à Conſtantia autem 23. circiter in ortum hybernum.

BRIGANTIUM, urbs Brigantum in Britannia majori, teſte Ptolemæo, nunc eſt *Yorck*, orbs Archiepiſcopalis Angliæ, quæ aliter & melius Eboracum dicitur. Vide ibi.

BRIGANTIUM, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis in Callaicis, Plinio, quæ nunc multis eſt *la Coruña*, oppidum in ora Gallæciæ, aliis eſt *Betanzos* urbecula in viciniis. Vide Flavium Brigantium.

BRIGE, ſeu etiam Brage, oppidum Belgarum in Britannia prima, ex itinerario Antonini, nunc teſte Camdeno, eſt *Broughton*, vicus Angliæ in Hantonia provincia, ad Teſtum fluvium, inter Sariſburiam & Vintoniam 9. mill. paſſ. diſtans.

BRIGENSIS SALTUS, provincia Galliæ, quæ poſtea Braya & Bria, *la Brie* vulgo. Vide Bria.

BRIGEVATERA, ſeu Aqua pontis, *Bridgewater*, oppidulum Angliæ & Comitatus Somerſetenſis, ad amnem Fluelum, 5. milliaribus Anglicis ab æſtuario Sabrinæ.

BRIGIA SYLVA, juxta Reſbacum fluviolum, ex S. Audoeni Rothomagenſis vita, Brigenſem ſaltum vocat Aimoinus.

BRIGIANA, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, nunc *Borriana*, urbecula regni Valentiæ, in ora ſinus Valentini, prope oſtia fluvii *Millas*, 7. leucis à Valentia urbe in Septentrionem Dertuſam verſus.

BRIGIANI, populi Alpini, in Alpibus Cottiis, teſte Plinio, ſupra Caturiges: quorum oppidum *Brianzon* eſſe videtur Simlero.

BRIGIOSUM, oppidum Galliæ Aquitanicæ, ex itinerario Antonini, nunc *Brios*, vicus Galliæ, in Pictavenſi provincia, ad Voltumnam fluvium, inter Pictavium & Mediolanum Santonum, ut quidam exiſtimant.

Brigobanna, urbs Germaniæ, ex Itinerario Antonini, nunc Cluverius interpretatur *Beyern*, caſtrum Germaniæ in Suevia provincia, ad Danubium fluvium, 12. mill. paſſ. à Dutlinga in ortum.

Brigolium, *Brigueil*, oppidum Galliæ in provincia Marchiæ inferioris, & in limite Pictavenſi, prope Vigennam fluvium, 7. leucis à Lemovico diſtans in occaſum æſtivum.

Brihuega, *Brihuega*, oppidum Hiſpaniæ in Caſtella nova, cum caſtro ad radices collis, prope fluvium Tajunam, 4. leucis à Guadalajara diſtans in ortum æſtivum Segontiam verſus.

Brillendunum, *Bridlington*, oppidulum Angliæ Borealis, in Eboracenſi provincia, ubi olim Gabrantovicum oppidum Brigantum populorum, ſedet in ora maris Germanici, juxta Flamburgum promontorium, & 15. milliaribus Anglicis diſtat ab Hulla in Septentrionem, & 35. ab Eboraco in ortum.

Brincola castrum, ſeu Brinonia, *Brignoles*, urbecula Galliæ in Provincia, quæ ab aliis recentioribus Brinolium dicitur. Vide ibi.

Brinnica, *Brinnitka*, oppidulum regni Bohemiæ, in Sileſia & Ducatu Oppolienſi, ad Brinnitium fluvium, 3. milliaribus Germanicis diſtat ab Oppolio in ortum, uno autem à confinio regni Poloniæ.

Brinnum, *Brno* incolis, *Brinn* Germanis, urbs Bohemiæ regni, caput Moraviæ provinciæ, ad Suvartam fluvium, qui ibi in Zuittam cadit, 5. milliaribus Germanicis diſtat ab Olomutio Meridiem verſus, & paulò miniùs à Znoymo, munita eſt cum caſtro valido; & anno 1645. fortiter propugnata fuit à Souchjo Gallo contra Suecos, quos compulit obſidionem ſolvere irrito conato, dicitur etiam Bruna à quibuſdam.

Brinolium, & Brinonia, *Brignoles*, urbecula Galliæ, in Provincia, prunis ſuis celebris, ad amnem *Caranne*. 6. leucis diſtat a Telone, & 2. Fano D. Maximini; eſtque intra montes ſita, olimque Brincola caſtrum dicta fuit.

Brinta, *la Brenta*, fluvius Italiæ in Longobardia, ad Patavium fluens, cujus meminit Venantius Fortunatus, dicitur ſæpius Medoacus. Vide ibi.

Brintum, & Brittum, *Caſtel di Britti*, caſtrum Italiæ in Romandiola, & in agro Bononienſi, ad Idiſim fluvium, quod Albertus Leander putat eſſe arcem urbis Brintis, quæ fuit olim urbs Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Ravennate, unde hic reſtat adhuc Abbatia, & 8. mill. paſſ. diſtat à Bononia in ortum.

Briocnpolis, *S. Brieu*, urbs Galliæ. Vide Briocum.

Briocum, ſeu Fanum S. Brioci, *S. Brieu*, urbs eſt Galliæ in Britannia minori, & in ejus ora Boreali, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Turonenſi à S. Brioco Epiſcopo dicta, cum portu in ora maris Britannici, 16. leucis diſtat à Maclovіopoli in occaſum, uti 20. à Rhedone Trecorium verſus 10. eſtque ſatis munita.

Brionia, *Brione*, caſtrum Galliæ in Normannia, olim munitum cum vico ad Riſelam fluvium, inter Liram & Pontem Audomari.

Brionum, tractus Norici, in quo *Bruneck*, oppidum Comitatus Tirolis, teſte Lazio, a Brixinenſi urbe 4. leucis in ortum. Aliis Brionum *Pernaw*, oppidum videtur in territorio Saliſburgenſi. Briones populi qui Breones Venantio Fortunato.

Briordum, *Briord*, caſtrum Galliæ ad radices montium, ubi obiit Carolus Calvus Imperator & Rex Galliæ, die 29. Septembris anno 877. teſte Onuphrio Panuino, ſed Samuel Guichenon exiſtimat locum obitus dicti Imperatoris eſſe *Brior*, Briordum caſtrum Beugeſiæ provinciæ, ad Rhodanum fluvium, ſaxo impoſitum, in limite Delphinatus, 4. leucis à Bellico in occaſum Lugdunum verſus 8. quod rectius, cum ſubito Nantuam in viciniis tranſlatum fuerit, ut conſtat ex tabulis hujus prioratus.

Bripium, *Brivio*, oppidulum Italiæ, in agro Mediolanenſi ad Adduam fluvium, inter Mediolanum 24. mill. paſſ. & Bergomum 10.

Briquenaium, *Briquenay*, oppidulum alias, nunc vicus Galliæ in Campania provincia, & in Argona tractu, una leuca a Grandiprato, & 2. ab Axona fluvio, 5. vero a Francopoli & a Moſa fluvio in occaſum, dicitur etiam Bracaneium.

Briquerascum, *Bricheraſco* incolis, *Briqueras* Gallis, oppidulum Italiæ, in Pedemontio, juxta amnem *Peles*, in colle ſedet, & 4. milliaribus à Pinarolo in Meridiem diſtat, in limite Delphinatus & ditionis Francicæ.

Brisacensis pagus, *le Briſgau*, tractus Germaniæ in Suevia, ad Rhenum fluvium & prope Briſacum. Vide Briſigavus.

Brisaeus mons, urbs Germaniæ ſuperioris, ad Rhenum fluvium, ex itinerario Antonini, nunc Briſacum. Vide ibi.

Brisacensis vicus, *Breyſich*, oppidulum Germaniæ in Ducatu Juliacenſi, ad Rhenum fluvium, medium fere inter Confluentes ad Meridiem & Bonnam ad Septentrionem, 15. mill. paſſ. utrimque diſtans.

Brisacum, *Briſach*, urbs & arx munitiſſima Germaniæ, in Suevia provincia, & in Briſigavia tractu cujus caput eſt, cum ponte lapideo ad Rhenum fluvium 6. milliaribus Germanicis infra Baſileam in Septentrionem, Argentoratum verſus 7. & 2. à Colmaria in ortum, olim erat Imperialis & libera, hinc ab Imperio exempta anno 1330. conceſſa fuerat Auſtriacis quibus paruit per tria ſæcula. Sed fortiter fuit expugnata a Duce Bernardo Veimarienſi anno 1638. & poſtea remanſit ſub Imperio Francorum pace Weſtphalica.

Brisigavi, populi Germaniæ ſuperioris, ex libro Notitiæ, ubi nunc Briſigavia provincia, *Briſgow*, cujus incolæ *Briſgower*, teſte Ortelio. Vide Briſigavia.

Brisigavia, *le Briſgau*, tractus Germaniæ, & para Sueviæ regionis, inter Rhenum fluvium ad Meridiem & ad occaſum, quo ſeparatur ab Alſatia, Sylvam nigram ad ortum & Ortnaviam ad Septentrionem, dicitur alter Briſacenſis pagus, & pro parte juris eſt Auſtriaci, & in eo tractu erant alias Briſigavi populi, ejus primaria urbs erat alias Briſacum, nunc vero Friburgum.

Brisoana, fluvius Perſidis, Ptolemæo, *Bindimir*, teſte Moletio cum Caſtaldo, in ſinum Perſicum inter Rhogomanem & Bagradam ad ortum influens. Hic prope Perſepolim urbem primariam labitur.

Bristolium, & Briſtolia, *Briſtoll* incolis, *Briſtou* Gallis, *Brigſtow* Saxonice, id eſt locus illuſtris, urbs Angliæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Cantuarienſi, pro majori parte in Somerſetenſi poſita eſt provincia, & partim in Glóceſtrienſi, ad Avonam fluvium qui eam mediam ſecat, ubi Fromium amnem recipit, Editori ſitu gaudet, eſtque ampla & culta, inter urbes Angliæ tertium ſibi locum vendicans, cum portu ſatis capaci, & duplici muro cingitur, urbs eſt recens, & primum in hiſtoriis nominata, anno 1063. diſtat 7. milliaribus à Bathonia in occaſum, & 5. ab oſtio Avonæ in æſtuarium Sabrinæ in ortum, atque etiam 18. mill. paſſ. a confinio Valliæ in ortum, Londinum verſus 95. circiter, Speedo, & Camdeno teſtibus, 48. ab Oxonio, 70. a Salopia, & 60. ab Exonia, hinc Briſtolienſis nomen gentis.

Bristolium parvum, *Little Briſtoll* incolis, *le petit Briſtou* Gallis, oppidum recens Americæ in Barbara inſula, una ex Antillis, ab Anglis excitatum, antea dictus fuit ſinus lætus *Sprights Bay*

Digitized by Google

incolis, *la Baye Gaillarde* Gallis, & 12. mill. paſſ. diſtat à Michaelopoli

Bʀɪᴛᴀɴɴɪ, populi Britanniæ inſulæ, ubi nunc Anglia & Scotia, horum meminit Virgilius, & eos origine Gallos fuiſſe probat pluribus Camdenus.

Bʀɪᴛᴀɴɴɪ, populi fuere Galliæ Belgicæ, quos Plinius ad oſtia Somonæ collocare videtur, de quibus meminit etiam Strabo.

Bʀɪᴛᴀɴɴɪ, populi Galliæ Celticæ in Britannia minori, qui & Britones dicti, teſte Sidonio, verſus oſtia Ligeris fluvii *les Bretons* hodie, eorum regio nunc *la Bretagne* dicitur incolis. Vide Britannia minor, & Aremorica.

Bʀɪᴛᴀɴɴɪᴀ, ſeu & Britannia Major, Cæſari, & Plinio, quæ Ptolemæo Albion, inſula eſt maxima & notiſſima Europæ, interfuſo Oceano á continenti Europæ diſcreta, Germaniæ & Galliæ figura triquetra objacet, ab occaſu qua Hibernia ſita eſt Vergivius Oceanus irrumpit, à Septentrione vaſtiſſimo Hyperboreo mari pulſatur, ab ortu qua Germaniæ prætenditur Germanico, à Meridie qua Galliæ opponitur Britannico urgetur, & à Gallia freto ſex leucarum tantum ſeparatur, in duas à veteribus diviſa fuit, in Citeriorem nempe quæ & meridionalem, ubi nunc Anglia, & in ulteriorem ſeu ſeptentrionalem, quæ nunc Scotia, ſicque Anglia in Auſtrum, Scotia in Boream vergit. Britanniæ ſeu Albionis longitudo major ab ora ſeptentrionali Scotiæ, ad Antonam oppidum in ora auſtrali Angliæ, contra Vectim inſulam, eſt 530. mill. paſſ. ejus vero major latitudo inter Cantium promontorium ad ortum, & Bolerium ad occaſum, eſt 320. mill. paſſ. Britanniæ citerioris partes fuere Britannia prima, Britannia ſecunda, Flavia Cæſarienſis, Maxima Cæſarienſis, & Valentia. Britanniæ ulterioris populi fuere Vetturiones, & Picti, alias utraque in plura regna diviſa fuit, quæ nunc ad duo reducuntur, nempe ad Anglicum & Scoticum. quæ etiam unita ſunt à principio hujus ſæculi, de his vide Anglia & Scotia, ubi fuſius. Humfredus Lhuydus, ex Sigeberto, litteris prodidit hanc inſulam, antequam à Romanis ſeu exteris cognita eſſet, in tres regiones diſtinctam eſſe, quas indigenarum lingua, quæ hactenus in Cambria ejus patria in uſu eſt, Lhoegriam, Cambriam, & Albaniam vocitarunt, & etiamnum vocitant, de quibus vide ſuis locis, idem ex vetuſtiſſimis ejus regionis monumentis docet, generali vocabulo hanc inſulam *Prida n* dictam, ex qua Græcos & Latinos ſuam Britanniam feciſſe veriſimile eſt. Britanniæ primæ populi fuere Cantii, Regni, Belgæ, Attebatii, Durotriges, & Danmonii; Britanniæ vero ſecundæ populi Silures, Dimetæ, & Ordovices; Flaviæ Cæſarienſis populi fuere Trinobantes, Iceni, Cattieuchlani, Dobuni, Cornavii, & Coritani; in maxima Cæſarienſi fuere Brigantes, & Pariſii; & in Valentia Ottadini.

Bʀɪᴛᴀɴɴɪᴀ Cɪꜱᴍᴀʀɪɴᴀ, ſic dicitur ab Eginharto Britannia minor, antea Armorica, ut eam ſic diſtinguat à Britannia inſula.

Bʀɪᴛᴀɴɴɪᴀ ᴍɪɴᴏʀ, pars Galliæ Celticæ, Plinio, ad occaſum maxime extenſa, ſic a Britannis dicta, qui ex Britannia magna a Saxonibus ejecti in ea conſederunt, dicitur à Cæſare Armoricæ civitates, & ante Britannorum adventum Armorica dicta erat, id eſt ad mare ſita, deinde Britannice *Llydaw*, id eſt littoralis, Latine Letavia apud mediæ ætatis ſcriptores Anglos, poſtremo Britannia minor, vulgò nunc *la Bretagne* incolis, *la Bertagna* Hiſpanis & Italis, *Brittaine* Belgis, *Britain* Anglis, cujus incolæ *les Bretons* dicti, provincia eſt regni Galliæ, perampla & fertiliſſima, quæ primo Reges, deinde Duces habuit proprios per aliquot ſæcula, ſed ab anno 1491. Regno Franciæ perpetuo annexa eſt, rigatur a Septentrione mari Britannico, ab Occidente Oceano Occidentali, & a Meridie Oceano Aquitanico, & Pictavenſi provinciæ adjacet; ſed ab Oriente terminatur ab Andegavenſi & Cenomanenſi provinciis, uti à Normannia. Duplex eſt, nempe ſuperior *la haute Bretagne*, in qua ſunt Diœceſes Rhedonenſis, Briocenſis, Maclovienſis, & Dolenſis, cum Diœceſe & Comitatu Nannetenſi; & inferior *la baſſe Bretagne*, quæ olim Dodonea dicta, ſecundum aliquos, in qua ſunt Diœceſes Cornubienſis, Leonenſis, Trecorenſis, & Venetenſis, ejus primaria urbs eſt Rhedones, & tota regio admodum portuoſa eſt, ita ut in ea numerentur 122. portus in ora littorali, nempe 20. in Diœceſi Nannetenſi, 12. in Venetenſi, 21. in Cornubienſi, 9. in Leonenſi, 25. in Trecorenſi, 15. in Briocenſi, & 20. in Diœceſibus Maclovienſi & Dolenſi, hinc Britanni populi, qui ſæpius Britones, *les Bretons* vulgo.

Bʀɪᴛᴀɴɴɪᴆ Mɪɴᴏʀɪꜱ Uʀʙᴇꜱ.

Briocum, *S. Brieu.*
Brivates, *Breſt.*
Coriſopitum, *Quimper.*
Dinantium, *Dinant.*
Dola, *Dol.*
Filiceræ, *Fougeres.*
Leona, *S. Paul.*
Maclovium, *S. Malo.*
Mons Relaxus, *Morlaix.*
Nantes, *Nantes.*
Rhedones, *Rennes*, provinciæ caput.
Trecorium, *Lantriguet.*
Venetiæ, *Vannes.*
Vitræum, *Vitré.*

Bʀɪᴛᴀɴɴɪᴀ ɴᴏᴠᴀ, *the new Bretaign* Anglis, *la nouvelle Bretagne* Gallis, pars Americæ Septentrionalis, inter Novam Franciam & Fretum Hudſonium, ſic dicta ab Anglis, qui ejus oras tantùm perluſtrarunt, eſtque maxime in Arctos porrecta. Ab aliis dicitur, & ſæpius Terra Laboratóris, ſeu Eſtotilandia. Vide ibi.

Bʀɪᴛᴀɴɴɪᴄᴆ ɪɴꜱᴜʟᴆ, vocantur apud auctores, eæ quæ hodie Regna magnæ Britanniæ ſeu Anglicum & Scoticum Regnum continent, cum Hibernia & inſulis parvis adjacentibus, Bretanides eas appellat Dionyſius Alexandrinus, Harum maxima in qua hodie Angliæ & Scotiæ regna, Albion à Ptolemæo vocatur, & ab aliis etiam Britannia per excellentiam, quaſi inter Britannicas primaria, dicta fuit etiam Britannia major, ad differentiam Hiberniæ quæ aliquando vocata fuit Britannia minor, ſeu inſula Britannica minor.

Bʀꜱᴛᴀɴɴɪᴄᴜᴍ Cᴀᴘᴜᴛ, *le Cap Breton*, promontorium & inſula Americæ Septentrionalis in nova Francia. Vide Caput Britannicum.

Bʀɪᴛᴀɴɴɪᴄᴜᴍ ᴍᴀʀᴇ, ſeu Britannicus Oceanus, Plinio, mare eſt quod inter Galliam ac Britanniam ſeu Angliam excurrit ab occaſu in ortum, vulgò *la Manche* Gallis, *Chanal* Anglis, *het Canal* Belgis, extenditurque à promontoriis Gobæo in Britannia minori, & Bolerio ſeu Antiveſtæo in Anglia, ad Fretum Gallicum *le pas de Calais*, inter Caletum & Dubrim, quo à mari Germanico ſeparatur.

Bʀɪᴛᴀɴɴɪᴄᴜꜱ Oᴄᴇᴀɴᴜꜱ, Vide Britannicum mare.

Bʀɪᴛᴀɴɴɪᴄᴜꜱ Pᴏʀᴛᴜꜱ Mᴏʀɪɴᴏʀᴜᴍ, Plinio, idem cum Iccio. Vide ibi.

Bʀɪᴛᴇxᴛᴀ, *Briateſte*, oppidum Galliæ in Occitania, & in Albigenſi provincia, ad fluvium *Dadou*, 5. leucis ab Albiga in occaſum Vaurum verſus.

Bʀɪᴛɪɴɪᴀ, quæ & Britonium & Britonia, ac Bretonia, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis in Callaicis, ex libris Conciliorum; olim Epiſcopalis excisa; pro-

xima Mindonenſi urbi, quæ illi ſocceſſit, teſte Ambroſio Morali.

BRITINORIUM, ſeu Bretinorium, *Bertinoro*, urbs Italiæ, in Romandiola provincia ditionis Eccleſiæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Ravennatenſi, prope Bedi ſi a amnem. Crevit ex ruinis Fori Popilii in viciniis, ci 'ans 7. milliaribus à Ceſena in occaſum, & 5. à Foro Livii in ortum, & in colle ſedet excelſo.

BRITIUM, oppidum Luſitaniæ. Vide Eburobritium.

BRITOLIUM, quod & Bretolium, *Breteüil*, oppidum Galliæ, in Normanniæ Ducatu, ad Itonem fluvium. Vide Bretolium.

BRITONAS, populi Galliæ Celticæ, in Britannia minori, qui & Brittones, & Britanni dicuntur à Sidonio Apollinari, hodie vulgo *les Bretons* Gallis, *i Bertoni* Italis, inde Britanni.

BRITONIA. Vide Breronia.

BRITONUM CASTRUM, *Dunbriton*, oppidum Scotiæ meridionalis in Levinia provincia, cum arce permunita ad Cluidam fluvium, 7. mill. paſſ. a Glaſcoa urbe in occaſum æſtivum. Vide Alcluith, & Dumbretonium.

BRITTIA, inſula perampla Europæ, Procopio, quæ melius ab aliis omnibus dicitur Britannia. Vide ibi.

BRIVA CURRETIA, *Brive*, urbs Galliæ. Vide Brivas.

BRIVA ISARÆ, ſeu Briuſ Iſura, urbs Velocaſſium in Gallia Celtica, Antonino, poſtea Æſiæpons, *Pontoyſe* nunc, urbs Galliæ in Vulcaſſino Gallico, & in provincia Inſulæ Franciæ, ad Oeſiam fluvium qui una leuca infra cadit in Sequanam, 7. leucis diſtat à Pariſiis in occaſum æſtivum Rothomagum verſus, ad radices collis.

BRIVAS, portus Britanniæ minoris, prope oſtia Ligeris fluvii, *le port de Croiſil* interpretatur Bertrandus Argentræus.

BRIVAS, urbs Galliæ, Sidonio, Vicus Brivatenſis Herito, Briva Curretia Gregorio Turonenſi, hodie *Brive*, quæ aliqnando cognominatur *la Gaillarde* ab amœnitate loci, urbs eſt lepida Galliæ, ad Curretiam amnem in Lemovicenſi provincia, unde etiam ſæpe dicitur *Brive en Limoſin*, eſtque in confinio Petrocoricenſi, 3. leucis diſtans a Tutela in occaſum, & 6. a Sarlato in Septentrionem, hinc Brivatenſis nomeo gentis, *Briviſte* volgò.

BRIVAS, *Brioude*, urbs Galliæ in Alvernia inferiori, ad Elaverem fluvium, & ad radices montium, dicitur etiam a quibuſdam Brivatenſis vicus, 12. leucis diſtaos à Claromonte in Meridiem, & 6. à Floriopoli in ortum æſtivum, eique adjacer Brivas vetus, *la vieille Brioude* oppidum olim, nunc tantum vicus.

BRIVATES PORTUS, oppidum Oſiſmiorum in Britannia minori, Ptolemæo, alias Geſocribate, *Breſt* nunc, teſte Scaligero, oppidum & portus ac emporium Galliæ, in ora occidua Britanniæ, fere in finibus terræ cum arce, 12. mill. paſſ. à Gobæo promontorio in ortum, & 30. à Coriſopito in Boream, a Leona autem 14. in occaſum hybernum, portu gaudens capaciſſimo.

BRIVENES, nunc *Prentz*, pagus Germaniæ prope Danubium, in Suevia, juxta Laugingam urbem, teſte Lazio, ad Brentium fluvium, ab Ulma urbe 4. milliaribus Germanicis in ortum, à Nerolinga 3. in Meridiem, ex veteri inſcriptione, & Scappero teſte.

BRIVODURUM, *Briare*, oppidum Galliæ, ad Ligerim fluvium, in Vaſtinio tractu, ibi Ligeris Lupiæ fluvio, & deinde Sequanæ jungitur per incile à paucis annis. Ab aliis Breviodurus dicitur & Bridoborum. Vide ibi.

BRIXANTÆ, populi Norici, Ptolemæo, qui Brixentes Plinio, quorum urbs Brixino, ſeu Brixinum, nunc *Brixen*, in Comitatu Tirolis, de qua infra. Vide ibi.

BRIXELLUM, colonia & urbs Galliæ Ciſpadanæ, Ptolemæo, Brixillum Suetonio, & Plinio, olim Epiſcopalis, nunc *Berſello*, oppidum Ducatus Regienſis, Pado flumini impoſitum, cum arce valida, ſub dominio Ducis Mutinenſis, in ipſo limite ditionum Parmenſis & Mantuanæ, contra Vitellianum oppidum in altera Padi ripa, à Parma urbe 8. mill. paſſ. in Boream, Mantuam verſus 25. inter Cremonam ad occaſum, 28. mill. paſſ. & Regium Lepidi in ortum hybernum, 17. & ad eam obiit Otho Imperator poſt pugnam ad Bebriacum.

BRIXIA, fluvius Aſiæ in Suſiana, de quo Plinius lib. 6.

BRIXIA, colonia & urbs Galliæ Tranſpadanæ, Cenomanorum caput, Straboni & Plinio, nunc *Breſcia* incolis, *Breſſe* Gallis, *Brexa* Hiſpanis, urbs Longobardiæ in ditione Reipublicæ Venetæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Mediolanenſi, caput eſt agri Brixiani, eſtque ampla & munita, cum arce validiſſima in colle adjacenti, ut ego pluries vidi, ſedet juxta amnes Gorxam & Melam, in planitie, & à Senonibus ſive ab Inſubribus condita fuit, una cum Como, & Bergamo, olim paruit Ducibus Mediolani, antequam ad Venetos deveniret, 15. milliaribus diſtans a lacu Benaco in occaſum, paulo minus à lacu Sebino in ortum, & 30. à Mantua in occaſum, Bergomum verſus paulo minus, & Mediolanum 50. circiter.

BRIXIANUS AGER, *il Breſciano* incolis, *le Breſſan* Gallis, provincia Italiæ in Longobardia, alias pars Ducatus Mediolanenſis, ſed a duobus ſæculis Venetæ Reipublicæ ſubeſt, ſic dicitur à Brixia urbe ejus primaria, eſtque ampla, & extenſa à Septentrione in Meridiem, inter agros Veronenſem ad ortum, Bergomenſem ad occaſum, Cremonenſem ad Auſtrum, & Vallem Tellinam Comitatumque Tirolis ad Boream, erantque alias in illo tractu Cenomani ex parte, uti etiam Euganei ex parte, hinc Brixiani populi, *gli Breſciani* Italis, *les B·eſſans* Gallis.

BRIXINO, & Briſnum, Brixinia libris Conciliorum, & Brixia poetis indigenis, *Brixen* Germanis, *Breſſenone* Italis, *Breſſenon* Gallis, urbs Germaniæ in Comitatu Tirolis, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Salisburgenſi, olimque Imperialis & libera, ſed poſtea ab Imperio exempta, caput eſt tractus adjacentis, dicti Diœceſis Brixinonenſis, & ſedet ad radices montis Brenni, juxta Eiſacum fluvium qui ibi recipit amnem *Rienez*, proxima Sabionæ *Siben* urbi exciſæ Rhætiæ, cui ſucceſſit, & Ortelius cum Simlero & aliis, exiſtimat eam eſſe Sublavionem Norici urbem ex Antonino, vix 2. milliaribus Germanicis diſtat à confinio ditionis Venetæ, 6. a Bocceno in Boream, uti 13. à Tridento Oenipontem verſus 10. & ejus Epiſcopus eſt Imperii Princeps, & ſeſſionem habet in Comitiis, quanquam jure Advocatiæ & quibuſdam aliis ad Comitatum Tirolis pertineat, Populi Brixentes Plinio.

BRIZACA, Armeniæ majoris oppidum, teſte Ptolemæo.

BRIZANA, fluvios Perſidis Arriano, Brizoana Ptolemæo, in Carmaniæ confinio, forte *Sirt* fluvius Perſidis ut opinatur Ortelius, ſed Caſtaldo & Moletio eſt *B.nd'mir*. Vide Briſoana.

BRISANI, populi fuere Germaniæ, cujus meminit Helmodus in hiſtoriis mediæ ætatis, erant Stoderanis vicini, verſus Havelam fluvium, ubi hodie Havelberga, & tractus adjacens in Marchia Brandeburgica.

BROAGIUM, *Broüage*, urbs Galliæ, parva & recens ſed permunita in Santonia provincia, cum portu in ora Oceani Aquitanici, antea Jacobipolis, *Jacque-*

Digitized by Google

ville dicta, ſalſis paludibus undique cingitur, 3. fere leucis diſtans ab oſtio Carentonis in Meridiem, uti 8. à Rupella verſus Royanum 4. & 8. a Santonibus in occaſum.

Brocalum Regnum, *le Royaume de Brocalo*, regio Africæ, in Nigritarum regione, inter oſtia Nigri fluvii, non longè ab ora Oceani Atlantici, & ab Heſperio promontorio, teſte Joanne Leone.

Brocomagus, oppidum Germaniæ Antonino, & Ammiano Marcellino, Breucomagus Ptolemæo, *Brumpt* vulgò incolis, *Brumat* Gallis, oppidulum Germaniæ in Alſatia inferiori, teſte Beato Rhenano, inter Argentoratum ad Meridiem & Hagenoam ad Septentrionem.

Brochus, oppidum Syriæ in Phœnicia, prope Marſyam locum, inter Libanum montem & Antilibanum; Polybius illud ad paludem ſitum ſcribit.

Broda Bohemica, *Bohmiſh Broda*, oppidum Bohemiæ in circulo Caurzimienſi, 5. milliaribus Germanicis a Praga in ortum, prope Caurzimam.

Broda Tentonica, *Brod Nemecki* incolis, *Deutſchend Brod* Germanis, oppidulum Bohemiæ, ad Sazawam fluvium, in circulo Czaſlavienſi, & in limite Moraviæ, 8. milliaribus Germanicis a Taborio in ortum.

Brodentia, urbs Germaniæ, teſte Ptolemæo, ſub Hermanduris, ubi forſan nunc Rotenburgum, in Franconia.

Brodra, *Brodra*, oppidum Aſiæ, in India & imperio Magni Mogolis, non longè a ſinu Cambaiæ, in regno *Guzaratte*.

Bronchorstum, *Bronchorſt*, oppidulum Belgii uniti, in Geldriæ Ducatu & in Tetrarchia Zutphanienſi, ad dexteram ripam Iſalæ fluminis, & una tantum leuca à Zutphania disjunctum, ſub dominio provinciarum Belgii uniti.

Bronium, vulgò *Braine le Comte*, oppidum Belgii, in Comitatu Hannoniæ, in limite Brabantiæ, medium fere inter Bruxellas ad arctos, & Montes ad Meridiem, dicitur etiam Brennia, & Brana.

Bronsbroa, *Bronſbroo*, pagus Oſtro Gothiæ provinciæ Sueciæ, ubi pax confecta inter Reges Sueciæ & Daniæ anno 1645. Idibus Sextilis. Scribitur etiam *Broemſebroo*; eſtque in limite Blekingiæ provinciæ, & 15. mill. paſſibus circiter diſtat a Chriſtianopoli in occaſum.

Brovonacis, oppidum Brigantum in Britannia magna, Antonino, Braboniacum in libro Notitiarum, nunc teſte Camdeno, eſt *Brougham*, caſtrum Weſtmariæ Comitatus in Anglia, & in limite Cumbriæ, ad Eymotum fluvium, 17. mill. paſſ. a Carleolo in Meridiem, Aballabam verſus 10. & 85. ab Eboraco.

Brouverhavia, ſeu cerviſiæ coctoris portus, *Brouvershaven* incolis, *le port du Braſſeur* Gallis, oppidulum Belgii uniti, in Comitatu Zelandiæ & inſula Scaldia, cum portu ſat capaci. Una leuca diſtat à Ziriczæa in Septentrionem, & 2. à Goderea in Meridiem.

Brouveri Fretum, *Helt Brouvers Stract* Belgis, *le dètroit de Brouvert, ou du Braſſeur* Gallis, tranſitus ſeu fretum eſt Americæ meridionalis, detectum a Belgis unitis anno 1643. Maxime in Meridiem ſpectat, infra fretum Mæreum; & nomen habet ab eo qui primus ipſius oras luſtravit.

Brubachium, *Braubach*, oppidulum Germaniæ cum caſtro ad Rhenum fluvium, in Comitatu Cattimeliboci inferioris, ſub dominio Landgravii Haſſo Darmſtadienſis, paulo infra Bodobrigam.

Bruchsalia, *Bruxel*, urbecula Germaniæ in Suevia, & in ditione Epiſcopi Spirenſis, cujus ſedes eſt, ad amnem *Saltz*, 6. milliaribus diſtans a Bretta in occaſum, Philippoburgum verſus 3. circiter, in tractu *Prurhein* dicto, & ab ea ductum eſt incile Philippoburgum uſque.

Bructeri, populi fuere Germaniæ, qui ſedes & nomen ſæpe mutarunt, teſtibus Tacito, Velleio, Plinio, Bulacteri Ptolemæo, Bructuri dicti in tabula itineraria, à Sulpitio Alexandrino Bricteri, & à Beda Boructuarii, ſedibus ſuis pulſi fuere a Chamavis & Angrivariis, ſicque partim ad Viſurgim conſedere, & partim ad Ruram fluvium, ubi pulſis Tencteris, ſui juris fecerunt totum tractum ubi nunc Ducatus Montanus, verſus Rhenum, cum parte Weſtrowaldiæ, numerantúrque inter primarios Francorum populos Romanis formidabiles, donec una cum cæteris Francis Gallias invaſerunt, diviſi primum erant in Majores & Minores; Bructeri Majores fuere, ubi nunc Trans-Iſalani, Monaſterienſes, & Oſnabrugenſes, ad mentem Taciti; minores vero verſus fontes Amaſii fluvii, & priores navali prælio Druſus vicit in Amaſio fluvio, teſte Tacito.

Brugæ, *Bruges*, oppidulum Galliæ, in Aquitania, & in principatu Benearniæ, paulo ſupra Palum a quo diſtat 3. leucis in Meridiem, verſus Pyrenæos, & intra montes.

Brugæ, *Brugge* Belgis, *Bruges* Gallis, urbs Belgii in Comitatu Flandriæ, Epiſcopalis effecta a Paulo IV. ſub Archiepiſcopo Mechlinienſi, ampla eſt & elegans, emporiumque celebre, ſic a pontium multitudine dicta, ſub dominio Hiſpanorum, 3. leucis diſtat ab Oſtenda in ortum, 2. à Clauſulis in Meridiem Cortracum verſus 8. uti à Gandavo in occaſum, caput eſt tractus Terræ Francæ dicti, in quo erant olim Grudii populi ut exiſtimant.

Brula, *Broel* incolis, *Brul* Gallis, oppidulum Germaniæ, in ditione Electoris Colonienſis, cum caſtro ſatis culto, dicitur aliter Brulium. Vide ibi.

Brumia, *Pruym* incolis, *Prum* Gallis, oppidum cum Abbatia in Germania, & in ditione Electoris Trevirenſis, dicitur & melius Prumia. Vide ibi.

Bruna, *Bruno* incolis, *Bryn* Germanis, urbs Bohemiæ regni, caput Moraviæ provinciæ, cum caſtro *Spielberg* dicto, ad Suvartam fluvium, dicitur etiam Brunnum ab aliis. Vide ibi.

Bruna, ſeu Breina, *Breyn*, lacus Scotiæ ſeptentrionalis, in Aſſino Comitatu, longè per terras excurrens, & poſtea in mare Deucaledonium ſe exonerans. Ei adjacet *Breyn* oppidulum, teſte Timotheo à Ponte.

Brundusium, urbs Salentinorum in Italia, Plinio, Livio, & Horatio, Brundiſium Cæſari, Brendiſium Ptolemæo, Brenteſium Stephano, *Brindiſi* incolis, *Brindes* Gallis, *Brindis* Hiſpanis, urbs regni Neapolitani in provincia Hydruntina, Archiepiſcopalis eſt cum arce valida, & portu tuto atque capaciſſimo, in ora maris Adriatici, ab Ætolis Diomedis ſociis condita fuit, teſte D. Iſidoro, diſtat 36. mill. paſſ. à Tarento in ortum, uti 15. ab Oria, 39. ab Hidrunto in Boream, uti 20. ab Aletio, & 64. à Bario etiam in ortum.

Brundisium, ſeu Brandiſium, *Brandeis*, urbecula regni Bohemiæ, ad fluvium Albim, ubi recipit Gizeram. Vix 3. milliaribus Germanicis diſtat à Praga in ortum, & 4. à Broda Bohemica.

Brundulus, portus Venetiæ Plinio. *Brondolo*, portus Italiæ, ad Foſſam Claudiam urbem, ab Atheſi & Togiſono effectus.

Brundunum, *Braunaw*, oppidum Germaniæ, in Bavaria, à Saliſburgo, 7. milliaribus Germanicis in Boream Pataviam propiorem verſus. Vide Braunodunum.

Brundusia, *Brontrut* incolis, *Porentru* Gallis, urbs Germaniæ, in ditione Epiſcopi Baſileenſis, cujus ſedes eſt, in ipſo limite Suntgoviæ, & Alſatiæ ſuperioris, ad amnem *Halle* dictum, 3. milliaribus propior

Digitized by Google

Germanicis diſtans à Ferreta in occaſum, uti 6. à Baſilea Montem Bellicardum verſus 3. caſtrum habet in colle, eſtque in tractu *Elsgaw*, Alsgaugenſi vocato, & Pons Ragnetrudis dicitur in actis mediæ ætatis.

BRUNETUM, ſeu Bruniacum, *Brugneto*, alias Bruniadum, urbs Liguriæ, ad fluvium Varram, ad radices Apennini, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Genuenſi, 9. milliaribus diſtat ab Apua in occaſum, & totidem a Spetia in Septentrionem, à Genua autem 50. in ortum, eſtque parvi circuitus, & male culta, ſub dominio Reipublicæ Genuenſis.

BRUNISBERGA, *Brunſberg*, caſtrum olim probe munitum Germaniæ in Weſtphalia, in colle ad Viſurgim fluvium, in ditione Corbeienſi prope Huxariam, & in Diœceſi Paderbornenſi, ubi anno 775. Carolus Magnus Imperator maxima clade affecit Saxones, qui eum tranſitu fluminis arcere conabantur, ut conſtat ex monumentis Paderbornenſibus.

BRUNONIS MONS, *Braunſberg*, urbs Pruſſiæ regalis in Polonia. Vide Brunſberga.

BRUNOPOLIS, & Brunſvica, *Braunschweig* & *Brunswick* incolis, & *Brunſwick* Gallis, urbs Germaniæ in circulo Saxoniæ inferioris. Vide Brunſvicum.

BRUNSBERGA, *Brunſberg*, id eſt Brunonis mons, urbs Pruſſiæ regalis, in Polonia, ubi Epiſcopus Varmienſis ſedem habet, juxta ſinum *Frich Haff* dictum; eſtque media inter Mariæburgum & Regium montem, Elbingæ propior. Sed à paucis annis fuit oppignerata Electori Brandeburgico.

BRUNSBUTTA, *Brunsbutel*, oppidulum Germaniæ, in Holſatiæ Ducatu & Dithmarſiæ provincia, ad Albim fluvium & prope ejus oſtia, 3. milliaribus Germanicis infra Glucſtadium.

BRUNTRUTUM, *Porentru*, oppidum Germaniæ, nunc in ditione Epiſcopi Baſileenſis. Vide Brunduſia.

BRUNSVICENSIS DUCATUS, *das Hertzogthumb von Braunschweig* incolis, *le Duché de Brunſwick* Gallis, provincia eſt Germaniæ in Saxonia inferiori, terminatur à Septentrione Ducatu Luneburgico, ab occaſu Weſtphalia, à Meridie Haſſia inferiori, & Thuringia, ab ortu vero Ducatu Magdeburgenſi, & principatibus Halberſtadienſi & Anhaltino, dividitur in tres principatus ſeu circulos, nempe in Calembergicum *Calenberg sche*, cujus pars eſt principatus Gottingenſis, & ejus primaria eſt Hanovera; Grubenhagenſem *Grubenhagische*, cujus caput eſt Eimbeca, qui ſubſunt Duci Brunſvicenſi Hannoverano; & Guelpherbitanum *Wolfembutliche*, qui ſubeſt Duci Brunſvicenſi Guelpherbitano; pars fuit etiam Ducatus Brunſvicenſis Eichfeldia tractus, qui nunc ſubeſt Electori Moguntino; & intra limites dicti Ducatus inſertus eſt Epiſcopatus ſeu Diœceſis Hildeſhemenſis, qui ſubeſt proprio Epiſcopo, totius provinciæ ſeu Ducatus caput eſt Brunſvicum ſeu Brunopolis.

BRUNSVICUM, urbs Germaniæ, quæ Brunonis vicus & Brunopolis, Brunſvinga recentioribus, & Pentapolis etiam quibuſdam, *Brunschweig* & *Brunswich* incolis & Gallis, *Brunſvico* Italis; urbs Germaniæ in Saxonia inferiori, Ducatus cognominis caput, ad Obacrum fluvium, ſic dicta à conditore, licet Tuliſurgium à Ptolemæo dicta putetur, ampla eſt, probe culta, & Hanzeatica, eratque antea Imperialis ſeu libera & ſui juris, ſed pluries tentata, tandem capta fuit die 20. Junii 1571 à Rodolpho Auguſto Duce Brunſvicenſi à Guelpherbito, cui etiamnum ſubeſt, arcem habens recentem, & probe munitam, 2. milliaribus Germanicis diſtat à Guelpherbito in Septentrionem Hamburgum verſus 20. & 13. à Magdeburgo in occaſum Hanoveram verſus 8. & 13. a Luneburgo recedens in Meridiem, dividitur vero hæc urbs in quinque partes, ex quibus prima urbs vetus *die Alte Stadt*, ſecunda urbs nova *die Neu Stadt*, tertia *der Hagen*, quarta *der Sack*, quinta *die alte Wick*, teſte Bunone, ſed ſenſim & multum defecit, ex quo proprio Duci ſubeſt, & in ea obiit Otto IV. Imperator anno 1218.

BRUNSVICENSIS DUCATUS URBES.

Brunſvicum, *Braunschweig*, regionis primaria.
Goſlaria, *Goſlar*.
Gottinga, *Gottinguen*.
Guelpherbitum, *Wolfenbutel*.
Hamelium, *Hamelen*.
Hannovera, *Hannover*.

BRUSA, per errorem, pro Pruſa ex Plinio, urbs Bithyniæ ſcribitur. Vide Pruſa.

BRUSTACIA, urbs Oenotrorum, in Italia, ſub Crotoniatis & Brutiis, Plinio, interpretatur nunc *Umbriatico*, à Cluverio, eſtque in Calabria citeriori, 10. milliaribus a ſinu Tarentino. Vide Umbriaticum & Bryſtacia.

BRUTII, populi fuere magnæ Græciæ in Italia, Plinio, & Ptolemæo, & in ejus ultimo receſſu ad Meridiem, verſus Siciliam, Bretii dicti Straboni, Brutiani Polybio, erant inter mare Ionium ad ortum, & Meridiem, mare Tyrrhenum ſeu inferum ad occaſum, & Lucaniam ad Boream, eorum regio nunc Calabria dicta, ex præcipuis regni Neapolitani: diviſi olim erant in Brutios Ciſmontanos ſeu ciſmontem Apenninum, ubi Hipponienſes & Rhegini, verſus oram maris Tyrrheni; & in Brutios Tranſmontanos ſeu trans Apenninum montem, ubi Crotoniatæ & Locri, verſus mare Ionium. Horum duæ nunc ſunt Metropoles Conſentia in Calabria Citeriori, & Rhegium in Ulteriori, hinc Brutius nomen gentis. Illos Aulus Gellius libro 10. à Romanis victos, loco ſervorum habitos eſſe ſcribit, quod primi Hannibalem excepiſſent.

BRUTIUS SINUS, pars maris Tyrrheni in ora Brutiorum, nunc Joiæ ſinus, *il Golfo di Gioia* dictus, ab oppidulo adjacente in ora occidentali Calabriæ ulterioris, & prope Nicoteram.

BRUTIORUM SINUS, pars maris Tyrrheni in ora Brutiorum, nunc interpretantur ſinum Joiæ, in ora Calabriæ. Vide Brotius ſinus.

BRUTIUM PROMONTORIUM, quod aliter Leucopetra, in quo deſinit alterum Apennini cornu, promontorium Italiæ in Brutiis, Melæ, inter Rhegium ad occaſum & Zephyrium ad ortum, nunc teſte Cluverio cum aliis, *la Punta della Saetta* dicitur, eſtque in intimo receſſu Calabriæ ulterioris ad Meridiem, prope fretum Siculum, 12. milliaribus Italicis diſtans à Rhegio in Meridiem, & 15. milliaribus in occaſum à promontorio Zephyrio.

BRUXELLA, *Bruxel*, urbecula Germaniæ, in ditione Epiſcopi Spirenſis. Vide Bruchſalia.

BRUXELLÆ, *Bruſſel* Belgis, *Bruxelles* Gallis, *Bruſelas* Hiſpanis, urbs Belgii, Ducatus Brabantiæ & Tetrarchiæ cognominis caput, ad Senam fluvium parvum, alias principum ſedes, nunc præfecti, ſub dominio Hiſpanorum, dicitur etiam Bruxella numero ſingulari, eſtque ampla & probe culta, partim in planitie & partim in colle ſita prope Sylvam *Soigne*, diſtat 6. leucis ab Antuerpia in Meridiem, uti 2. a Vilvordia, Nivigellam verſus 4. & 4. à Lovanio in occaſum, Aldenardam verſus 8., hinc Bruxellenſis nomen gentis, *Bruxellois* vulgò.

BRUXELLENSIS TETRARCHIA, *le quartier de Bruxelles*, una ex quatuor partibus Ducatus Brabantiæ in Belgio, ſub dominio Hiſpanorum, terminatur à Septentrione Tetrarchia Antuerpienſi, uti ab ortu Lovanienſi, à Meridie Hannonia provincia, & ab occaſu Flandria Imperiali, ejus urbes ſunt Bruxellæ

tractus

tractus tapat, Nivigella, & Vilvordin, & pars quæ ad Meridiem protenditur, vulgo *le Brabant Wallon* dicitur, Gallo-Brabantia.

Bryc hus, fluvius Peloponneſi, per Achaiam ad Pellenen oppidum in ſinum Corinthiacum influens, Heſychio teſte.

Bryo dianum, *Brucciano*, oppidum Hetruriæ. Vide Arcenum & Bracenum.

Bryo don, oppidum fuit Macedoniæ: de quo Plinius libro 4.

Bryorum littus, oppidum maritimum Africæ, in Cyrenaica regione, Ptolemæo, nunc interpretantur *Arabes* portum regni Barcæ, teſte Marmolio, inter Boreum promontorium ad occaſum, & Berenicem urbem propiorem ad ortum.

Brysæ, populi Thraciæ, Plinio, inter Neſtum & Hebrum flumina, quorum Bryſis urbs Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Hadrianopolitano, teſte Curopalate, poſtea inter metropoles habita.

Brysēæ, urbs Laconiæ, in Peloponneſo, teſte Pauſania, nunc exciſa.

Brystacia, urbs Brutiorum in Italia, Stephano, nunc, teſte Gabriele Barrio, eſt *Umbriatico* urbecula regni Neapolitani in Calabria citeriori, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Siberenenſi, ſedet in monte, prope Arcalum amnem, vix 40. domos continens ſub dominio ſtilli principis Cariatenſis, 10. milliaribus Italicis diſtat ab ora maris Ionii in occaſum, uti à Cariato in occaſum hybernum, Cerentiam verſus 8. & 14. à Siberena in Septentrionem.

Buada, *l'iſle, Buade*, inſula Novæ Franciæ, in lacu Frontenaco, ubi ex eo effluit fluvius magnus S. Laurentii, dicta fuit antea *Ganonnkovenot*, ab incolis barum partium, eſtque prope arcem Frontenaci.

Buca, urbs Frentenarum in Samnio, Ptolemæo, quæ Buca Straboni, in ora littorali, nunc plurimis eſt Termulæ, *Termine*, urbs Capitanatæ provinciæ regni Neapolitani, in ora maris Adriatici. Vide Buca.

Bubalia Pannonia, quæ & Sirmienſis, pars Pannoniæ inferioris, Sexto Aurelio, nunc tractus Hungariæ circa Sirmium urbem, teſte Lazio. Vide Cibalis.

Bubassus, tractus Cariæ regionis, teſte Plinio, in qua Bybaſſus urbs erat Stephano, ubi templum Dianæ.

Bubastus, urbs Ægypti inferioris, Ptolemæo, quæ Bubaſtis Herodoto, Epiſcopalis ad Nilum fluvium, extra Deltam, quæ etiam Hephæſtus dicta fuit, nunc *Azeib* vocatur, teſte Joanne Leone, & 30. mill. paſſ. diſtat à Peluſio in Meridiem, ab ea Bubaſtis Dea dicta fuit, quæ Diana, quia in ea urbe colebatur.

Bubienum, urbs Marcomannorum in Germania, Straboni, quæ Bubiamum in Græcis codicibus, Marobudum Ptolemæo, à Maroboduo Rege, nunc teſtibus Aventino, Ortelio, & Cluverio, eſt Praga *Prague*, urbs Bohemiæ regia & Archiepiſcopalis, ad Muldam fluvium, quamquam alii contradicant. Vide Marobudum.

Bubon, urbs fuit Lyciæ mediterranea, Plinio & Ptolemæo, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Myrenſi, Balburæ, Chomari, & Condybæ finitima. Scribitur & Bubo.

Bubua, inſula Dalmatiæ, Plinio, quæ Ammiano & Peutingero Buas, nunc *Bua* dicta, Slavè *Cibovo*, Tragurio ponte juncta, teſte Joanne Lucio.

Buca, urbs Samnitum in Frentanis, & in Apuliæ confinio, Straboni, quæ Bucara Melæ, Buba Ptolemæo, nunc quibuſdam eſt *Marozzo*, vicus Aprutii citerioris in ora maris Adriatici, prope oſtia Trinii fluvii, ſed Celſo Cittadino & aliis, eſt *Termine*, urbs regni Neapolitani, Epiſcopalis ſub Archiepiſco-po Beneventano, in provincia Capitanata, & in ora maris Adriatici, verſus oſtia Tipherni fluvii, 25. mill. paſſ. ab Antano in ortum, eſtque ſatis munita, & Ducatus titulo inſignita 45. mill. paſſ. à monte Gargano in occaſum.

Bucellum, *Civita Burella*, oppidum Italiæ parvum admodum, in regno Neapolitano & provincia Aprutii citerioris, ad Sarum fluvium, in limite Comitatus Moliſini, 15. milliaribus Italicis diſtat à Sulmone in ortum.

Bucephala, urbs Indiæ intra Gangem, Ptolemæo, quæ Bucephalum Quinto Curtio, & Aulo Gellio, ab Alexandro Magno condita, & de equi ſui nomine dicta, hodie recentioribus eſt *Lahor*, urbs provinciæ *Pengab* caput, ad fluvium Hydaſpen, nunc Raveium, ex præcipuis Imperii Magni Mogolis, emporium celebre & urbs peramp la, 60. leucis Gallicis diſtans ab urbe Agra verſus Septentrionem, & 75. ab Attochio in ortum. Vide Lahorium.

Bucephala, urbs Macedoniæ, nunc Cavalla dicta, *Cavalla* vulgo, cum portu in ora maris Ægei, & caſtro munito ad radices collis, in confinio Thraciæ, ab Alexandro Magno condita, ex antiqua traditione.

Bucephalea, ſeu Peucinum, *Butzau*, oppidum Germaniæ in Ducatu Megapolitano, in Geſtrawia tractu, cum caſtro ad amnem Nebulam, ubi alias ſedes erat Epiſcoporum Suerinenſium, 6. milliaribus Germanicis diſtat à Viſmaria in ortum, & 4. à Roſtochio in occaſum hybernum.

Buchania, ſeu etiam Bogania, *Buchan*, provincia Scotiæ ſeptentrionalis, habens ab Occidente Moraviam, à Meridie Marriam provinciam, ab Oriente verò & Septentrione mare Deucaledonium, ampla eſt & probè culta, ſed loca in ea aliquis nominis ſunt tantum Culenum, & Fi laterum caſtrum, olim in hac regione inhabitabant Taizali populi, qui & Texali dicti, ut exiſtimat Camdenus.

Buchavia, *Buchaw*, urbecula Germaniæ, Imperialis & libera, in Suevia provincia, ad lacum plumarium *Federſee* vulgo, vix 2. milliaribus Germanicis, diſtans à Danubio fluvio in Meridiem, & totidem a Biberaco in occaſum, à Conſtantia vero 8. circiter.

Bucheresta, *Buckereſt*, urbs ampla, caput Moldaviæ regionis, & Palatini ſive Waywodæ ſedes, ad Dembowicen fluvium, cum valido Turcarum præſidio.

Bucherium, *Buccheri*, oppidum Siciliæ inſulæ, in Valle Netina, probe cultum & principatus titulo notum, in monte prope Calatam Ieronis, & 25. mill. paſſ. à Syracuſis diſtans in occaſum.

Bucholtia, *Bucholt* & *Bockolt*, oppidum Germaniæ in Weſtphalia, & in ditione Epiſcopi Monaſterienſis, ad amnem Aam, in confinio Ducatus Cliviæ, 3. milliaribus Germanicis, diſtans à Veſalia in Septentrionem Grollam verſus 5.

Buchonia, tractus Germaniæ juxta Haſſiam. Vide Buchovia.

Buchorna, *Buchorn*, urbecula Germaniæ in Suevia, Imperialis & libera, ad lacum Bodamicum, in Algea, & in tractu *Buchwald* dicto, 3. milliaribus diſtat à Conſtantia in ortum Lindavium verſus, eſtque ſub protectione urbis Uberlingenſis, nomen habens à Fagina ſylva exigua admodum.

Buchovia, *Buchaw*, ſeu *Buchen*, tractus Germaniæ in circulo Rheni ſuperioris, juxta Haſſiam, in ditione Abbatis Fuldenſis, unde etiam Fulda ejus primaria dicitur Buchovia, eſtque inter Haſſiam inferiorem ad Septentrionem, & Franconiam ad Meridiem, ſæpe etiam vocatur Buchonia in titulis.

Buchovia, *Fuld*, urbs Germaniæ, cum Abbatia præſtantiſſima. Vide Fulda.

Bucia, & Bucinna, oppidum Siciliæ, ouncquidam interpretantur Buterium *Butera*, oppidum Siciliæ in valle Netina, 12. milliaribus a Terranova. Vide Buterium.

Bucina, ſive Buccina, ut alii legunt, *Taulara* nunc, inſula Sardiniæ, ante Phauſaniam urbem oræ orientalis; quam quidam Hermæo a Ptolemæo dici volunt. Hic S. Pontianus Romanus Pontifex exilium paſſus occubuit, teſte Franciſco a Vico.

Bucinna, inſula maris Sardoi, à Plinio inter Æthuſam & Oſteodem inſulas Siciliæ memoratur.

Bucinobantes, populi Germaniæ, Ammiano Marcellino, eorum oppidum nunc *Weiſbaden*, id eſt Balnea alba in Veteravia tractu circuli Rheni ſuperioris, prope Rhenum fluvium & Moguntiam urbem, teſte Heroldo.

Bucinum, *Boccino*, caſtrum regni Neapolitani, in provincia Principatus Ulterioris, olim Volceium, verſus Silarum fluvium.

Bucsnum, Lucaniæ oppidum in Italia, teſte Holſtenio.

Buckingamia, *Buckingham* incolis, *Bouquingam* Gallis, oppidulum Angliæ, ad Uſam fluvium, Comitatus ſeu provinciæ cognominis caput, medium fere inter Oxonium & Bedfordiam urbes.

Buckinghamia, *The Buckinghamshire* incolis, *le Comté de Bouquingam* Gallis, provincia parva ſeu Comitatus Angliæ, in mediterraneis à Septentrione in Meridiem protenſus, inter Northantoniam ad Arctos, Belfordiam ad ortum, Bercheriam ad Auſtrum, & Oxonienſem Comitatus ad occaſum, ubi alias Cattieuchlani popoli ex parte, & ejus præcipuum oppidum Buckinghamia dicitur.

Bucorsa, *Buckor*, regnum Indiæ intra Gangem, in Imperio Magni Mogolis, eſtque juxta Indum fluvium a quo bifariam ſcinditur; terminatur à Septentrione Multano regno, ab Occidente Haiacano & Perſia, à Meridie regno Tattæ, & ab Oriente Jeſſelmera regione, eſtque valde cultum, urbem habens primariam cognominem.

Bucora, *Buckor*, urbs Indiæ intra Gangem, regni cognominis caput, ad confluentes Hidaſpis ſeu Ravei in Indum, & 60. leucis Gallicis diſtans a Tatta in Septentrionem.

Bucra extrema, locus Siciliæ, Ptolemæo, in ejus ora auſtrali, nunc Cluverio teſte, eſt *il Capo Scalami*, promontorium 5. milliaribus tantum à Camarina diſtans in ortum in Valle Netina, Pachynum promontorium verſus, & *il Capo Raſcaranchi* dicitur etiam à Nautis.

Buda, quæ alias Aquincum, urbs Pannoniæ inferioris, dicta ut multi opinantur, *Budun* Turcis, *Offen* Germanis, *Bude* Gallis, & *Buda* Italis, Hiſpanis & Hungaris, cum caſtro, urbs eſt ampla dives & probe munita, Hungariæ caput cum caſtro ad Danubium fluvium, è regione urbis Peſthi, cui jungitur ponte ſublicio, alias ſedes fuit Regum Hungariæ, nunc autem Præfecti Turcarum, ex quo capta fuit à Solimanno aſtu, anno 1541. die 2. Septembris, diſtat à Belgrado 35. milliaribus Germanicis in Boream Viennam verſus 32. ad occaſum, cum Strigonio & Alba Regali trigonum faciens, 11. milliaribus ſimilibus utrinque diſtans, & 40. à Cracovia, hic duo fontes ad Danubium in colle, quorum alter frigidiſſimus, alter ita gelidus, ut manus ferre nequeat merſa, & erat alias in Veſprimenſi Diœceſe.

Budensis præfectura, *le Begherbeglic de Bude*, pars ampla regni Hungariæ, ſub dominio Turcarum, ſub qua 20. Sangiacatus ſeu præfecturæ minores, nempe Agrienſis, Caniſiæ, Samandriæ, Albæ regalis, Copani, Novigradi, Quinque Eccleſiarum, Belgradi, Segeduni, Strigonii, Zigeti, Zolnoci, Sirmii, Sixſardi, Vacienſis, & Novoſelii, cum aliis minoribus.

Budini, populi Sarmatiæ Europææ, Herodoto, Bodeni Ptolemæo, Vidini Ammiano. Vide Bodeni.

Budissina Marchia, provincia Germaniæ, quæ aliter & melius Luſatia ſuperior dicitur. Vide ibi.

Budissina, ſeu Bubeſia, *Bautzen*, urbs Germaniæ, in Luſatiæ ſuperioris Marchionatu, ad fluvium Spreham, olim Imperialis & libera, nunc vero in ditione Electoris Saxoniæ. Dicitur & *Budiſſen*, 4. milliaribus Germanicis diſtans à Gorlitio in occaſum & ferè 7. à Dreſda in ortum, in ipſo limite Saxoniæ.

Budnocum, *Budnok*, oppidulum Hungariæ ſuperioris, in præfectura Caſſoviæ, ad Gayum amnem, ſub dominio Auſtriacorum. Paucis conſtat incolis.

Budorgis, urbs Germaniæ Ptolemæo, Oſiotum caput, nunc, teſte Ortelio, eſt *Ratibor*, oppidum Sileſiæ ſuperioris, ad Oderam fluvium, inter Poloniam ad ortum & Bohemiam ad occaſum, 35. mill. paſſ. utrimque diſtans.

Budorigum, urbs Germaniæ Ptolemæo, nunc ut exiſtimat Ortelius, eſt *Breſlaw*, quæ Uratiſlavia, urbs Sileſiæ regionis caput, & Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Gneſnenſi, ampla & elegans ad Oderam fluvium, ex primis Bohemiæ regni, quamquam non deſint qui credant Budorigum & Budorgim eamdem eſſe urbem. Vide Uratiſlavia.

Budoris, urbs Germaniæ Ptolemæo, quibuſdam eſt Heidelberga Palatinatus Rheni caput, ſed Philippo Cluverio teſte, eſt *Buriach* caſtrum Sueviæ in Chreichgovia tractu, & Marchionatu Badenſi Durlacenſi, inter Durlacum ad ortum & Tabernas Rhenanas ad occaſum, uno milliari Germanico utrimque diſtans, & 2. a Philippoburgo in Meridiem, ex conjectura tantum.

Budovecium, & Budoviſſa, *Budweiſſ*, urbs regni Bohemiæ in Bohemia propria, ſatis ampla & probe munita, ad fluvium Muldam, in Circulo Bechinenſi, 5. milliaribus Germanicis diſtans a Taborio in Meridiem, uti 16. à Praga Lentium verſus 10. & 20. à Paſſavia in ortum æſtivum.

Budoua, oppidum Luſitaniæ, ex itinerario Antonini, nunc, teſte Valconcello, eſt *Nueſtra Señora de Botoa*, vicus regni Legionis in Extremadura provincia, ad fluvium Xevoram, in ipſo limite regni Portugalliæ, 2. leucis à Pace Auguſta in Septentrionem Albuquercum verſus 3. & 10. ab Emerita in occaſum.

Budziacenses Tartari, *les Tartares de Budziack*, populi Europæ in magno regno Hungariæ, ubi nunc Beſſarabia. Vide Tartari Budziacenſes.

Bugei, populi à Parthenis orti, teſte Strabone, qui expulſi, & ad Cretam appulſi, una cum Minoe in Siciliam navigantes, inde in Macedoniam pervenere.

Bugella, *Biella* vulgo incolis, *Bielle* Gallis, urbs Italiæ, Bugellenſis tractus caput, ſub dominio Ducis Sabaudiæ, ſedet ad amnem Cervum, ad radices montium, 10. mill. paſſ. ab Eporedia verſus Arctos, & totidem a Maſſerano in occaſum; eſtque caput præfecturæ ſive provinciæ parvæ adjacentis.

Bugellensis ager, *il Bielleſe* incolis, *le Biellois* Gallis, tractus Italiæ ſub Duce Sabaudiæ, ſic dictus à Bugella urbe, extenditur à Septentrione in Meridiem, inter Vercellenſem agrum ad ortum & Auſtrum, & Canapicium Ducatumque Auguſtanum ad occaſum, & partem Ducatus Mediolanenſis & Comitatus Angleriæ ad Boream, ſubeſt dominio Ducis Sabaudiæ ab anno 1379. eſtque ſatis parvus. ad radices Alpium, & in ipſo limite principatus Maſſerani, cum olim fuerit pars ditionis Vercellenſis, unde forſan in quibuſdam tabu-

lis ſub agro Vercellenſi comprehenditur, ſed revera ab eo ſeparatur à tribus ſæculis, & etiamnum tractum ſive præfecturam propriam conſtituit, teſte Franciſco Auguſtino ab Eccleſia Epiſcopo Salutiarum, cum aliis.

Bugenum, *Bugen*, regnum parvum Japoniæ, in Saicoca regione & in ejus parte Boreali, terminatur à Meridie Bungi regno, ab occaſu Chicuieno regno, à Septentrione aorem & ab ortu Oceano, & freto qoo à Niphonia regione ſeparatur.

Buganum, *Bugen*, urbecula Aſiæ, caput regni cognominis, in parte ſeptentrionali Japoniæ inſulæ, quæ *Ximo* dicitur, 60. mill. paſſibus diſtat à Bungo in Septentrionem, & 30. à Niphonia regione in occaſum.

Buges lacus, Plinio, qui Byces palus Ptolemæo, palus eſt parvæ Scythiæ, & inter ipſam ad Septentrionem, & Tauricam Cherſoneſum ad Meridiem, in paludem Mæotidem ſe exonerat, ad ortum tenui freto, verſus Zenonis Cherſoneſum, & anguſto Iſthmo ſeparatur à ſinu Carcinite ad occaſum, nunc vero *Suka Morzi* dicitur, teſte Sanſone, eſtqoe in Tartaria Precopenſi.

Bugia, ſic dicitur à quibuſdam *le Beugey*, provincia Galliæ, quæ ab aliis Beugeſia vocatur. Vide ibi.

Bugia provincia, *Bugie*, provincia regni Algeriani in ora maris Mediterranei, inter Conſtantinæ regnum ad ortum, & Gezairam provinciam ad occaſum, à qua ſeparanir fluvio Naſabath ſeu majori, ubi alias pars Mauritaniæ Sitifenſis, ejus præcipuæ urbes ſunt Bugia & Sitifi.

Bugia, *Bugia* Italis, *Bugie* Gallis, alias Salde dicta, urbs Africæ in Barbaria regione, & in regno Algeriano, portu gaudens capaci in ora maris Mediterranei, cum arce valida, ad oſtia fluvii majoris, caput eſt Bugiæ provinciæ, & capta fuit ab Hiſpanis, anno 1508. ſed poſtea à Turcis occopata, nunc ſubeſt dominio ſtatus Algerii, inter Cullum ad ortum & Algerium ad occaſum, teſte Lodovico Marmolio, ab ea ſinus adjacens dicitur *le Golfe de Bugie*, Bugiæ ſinus.

Bulahuana, *Bulahuana*, oppidum Africæ, in regoo Marroci & provincia Duccala, ad Ommirabihum fluvium, teſte Marmolio.

Bulgari, *les Bulgares*, populi Europæ, alias Imperatoribus Orientis terribiles, quorum regio nune Bulgaria. Vide ibi.

Bulgaria, regnum eſt Aſiæ, & pars Tartariæ Moſcoviticæ, vulgo *le Royaume de Bulgar*, inter Cazanum regnum ad occaſum, Aſtracanum ad Meridiem, & Tartariam deſertam ad Boream & ortum: dicitur aliter a quibuſdam regio ſive Horda Zavolhanorum, extenditurque juxta Volgam fluvium, & ſubeſt dominio Magni Ducis Moſcoviæ à tempore Joannis Baſilidis.

Bulgaria, *la Bulgarie* Gallis, *la Bulgaria* Italis, regio eſt Europæ, olim propriis regibus ſubdita, poſtea pars magni regni Hungariæ effecta, ipſa eſt ſatis aſpera, montibus editiſſimis referta, & ab ortu in occaſum protenſa, ubi antiquitus Moeſia inferior, cum parte ſuperioris, uti & Thraciæ, terminatur ab ortu Ponto Euxino, à Septentrione Moldavia, ab occaſu Servia, & à Meridie Romania & Macedonia, ſed eſt magis extenſa à Septentrione in Meridiem quam vulgo exhibent tabulæ recentes, in quibus minor apparet Valachia & Moldavia, cum revera ipſis multo major exiſtat, & ejus etiam pars Bulgaria Trans-Iſtriana dicitur, quod Trans Iſtrum fluvium protendatur verſus Moldaviam, tota nunc ſubeſt dominio Turcarum, jam à tempore Amurathi II. Imperatoris Turcici, à quo erepta fuit Hungaris, & ejus primaria urbs eſt Sophia ſive Sardica.

Bulgariæ Urbes præcipuæ.

Axiopolis, *Axiopoli*.
Meſembria, *Meſember*.
Nicopolis, *Nicopoli*.
Sardica, *Sophia*, regionis caput.
Siliſtria, *Siliſtrie*.
Ternovum, *Ternovo*.
Varna, *Varna*.

Bulgaria nigra, pars Bulgariæ regionis, cujus meminit Porphyrogenneta.

Bulini, gens in antiquo Illyrico, ab Hieraſtamnis uſque ad flumen Neſtum, nunc Cetioam, extendebatur, teſte Joanne Lucio.

Bullæ, urbs Moeſiæ inferioris, olim Epiſcopalis, poſtea Metropolis ſub Patriarcha Conſtantinopolitano, ſed quid ſit nunc difficile eſt dicere.

Bulla regia, urbs Africæ proprie dictæ Plinio, & Antonino, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Carthaginenſi, nunc, teſte Sanſone, eſt *Beije*, urbs Regni Tunetani, inter Conſtantinam ad occaſum & Tunetum ad ortum, ad Tuſcam fluvium, 70. milliaribus ab Hippone in ortum.

Bullæum, oppidom Silurum in Britannia magna, Ptolemæo, nunc eſt *Beals*, oppidulum Angliæ, olim *Buelth* dictum, in Wallia meridionali, & in Comitatu Brechinenſi, ad Vagam fluvium, in ipſo confinio Radnoriæ Comitatus, cum caſtro, teſtibus Camdeno & Speedo, & juxta ipſum Leolinus ultimus è Britannico genere Walliæ princeps Snawdonia præfectus, proditiooe occiſus fuit à Rogerio *Strongbow* anno 1282. ſub Ednardo primo Rege.

Bullæum, *Bulles*, oppidulum Galliæ & Bellovacenſis agri, in provincia Inſulæ Franciæ, prope amnem, *la Breſche*, 4. leucis à Bellovaco in ortum diſſitum.

Bullionensis Ducatus, *le Duché de Boüillon*, tractus inter Ducatum Luxemburgenſem, Campaniam Galliæ provinciam, & Hannoniam, uti etiam Condruſium tractum ditionis Leodienſis extenſus, ſic dicitur à Bullionio caſtro ejus præcipuo, & ab eo pendent Fanum S. Huberti *S. Hubert*, Mirwartium *Mirwart*, Rupefortis, *Rochefort*, Lonia *Logne*, Hierga *Hiergues*, & alia loca in viciniis, atque etiam cis Moſam fluvium; eratque antea juris Leodienſis, cum oppigneratum fuerit à Godefrido Bullionio primo Hieroſolymorum Rege, anno 1096. Orberto Leodienſi Epiſcopo; ſed cum ab antiquo in hoc Ducatu jus haberent Duces Bullionii, ſtabilitum fuit anno 1679. pace ad Noviomagum ſancita, quod illa controverſia de hoc Ducatu amicabili via, vel per arbitros terminetur, Duce Bullionenſi in ea in qua nunc eſt poſſeſſione manente, via facti penitus excluſa, ſicque ipſi etiamnum ſubeſt.

Bullionium, & Bullio, *Boüillon*, oppidulum & caſtrum probe munitum, tractus cognominis caput, ad fluvium *le Semoy*, verſus confinia Campaniæ, & intra Arduennam ſylvam, in confinio ditionis Leodienſis, Ducatus titulo inſignitur, & 4. leucis diſtat à Maceriis, atque à Carolopoli in ortum Orolaunum verſus ſex, à Leodio vero 20. milliaribus Germanicis in Meridiem.

Bullis, oppidum Pelaſgoniæ regionis Macedoniæ, ſub Elimiotis; ejus incolæ Bylliones Straboni.

Bulva, Ptolemæo. Vide Butua.

Bungum Regnum, *le Royaume de Bungo*, regnum Japoniæ in Saicoca regione, & in ejus parte orientali, ex adverſo Xicocæ regionis, inter Bugenum regnum ad

Septentrionem & Fiungam ad Meridiem, urbem habens primariam cognominem.

BUNGUM, *Bungo*, urbs Aſiæ, in Japonia & in ora orientali inſulæ Saicocæ, cum regno cognomine, ubi alias Rex Catholicus cum maxima parte ſubditorum, nunc vix aliqui inibi reperiuntur ab anno 1620. diſtat 50. millia paſſibus a Nangaſaco in ortum.

BUNITIUM, urbs Vindilorum in Germania, Ptolemæo, hodie, teſte Villanovano, eſt *Stralſund*, urbs Hanzeatica & emporium Germaniæ in ora Pomeraniæ, dicitur ſæpius Sundis & Sundium Latino recenti. Vide ibi.

Buntus, fons Italiæ in finibus Veſtinorum, ad Amiternum urbem exciſam, teſte Pomponio.

BUNOBARA, oppidum mediterraneum Mauritaniæ Cæſarienſis, Ptolemæo, Victoriæ & Vagis urbibus finitimum, hodie Marmolio, eſt *Barba* oppidum, Sanſoni vero eſt *Beni Arax*, urbs ampla Barbariæ in regno Algerii, 60. mill paſſ. ab Orano in Meridiem.

BUQUANIA, *Buquan*, provincia Scotiæ Borealis, quæ aliter Buchania dicta. Vide ibi.

BURA, oppidum Achaiæ Peloponneſi, teſte Pauſania, ad Buraicum fluvium, aliquot mill. paſſ. a ſinu Corinthiaco diſſitum in Meridiem, terræmotu concidit, & ejus ruinæ nunc *Pernitza* dicuntur, teſte Gemiſto, *Voſtica* autem, teſte Moletio, eratque medium inter Sicyonem ad ortum & Patras ad occaſum.

BURA, *Buren* incolis, *Bure* Gallis, oppidum Belgii uniti, in Gueldriæ Ducatu, prope Lingam amnem. Comitatus titulo clarum. Tribus leucis diſtat a Buſco Ducis in Septentrionem, verſus Ultrajectum totidem, uti à Noviomago in occaſum.

BURACE, urbs Aſiæ, in India intra Gangem, Ptolemæo, ſcribitur ab aliis Barace. Vide ibi.

BURAGRAOUS, *le Buragrag*, fluvius Africæ, in regno Fezzæ, Provinciam Temeſnam dividit a Fezzana, & in Oceanum Atlanticum ſe exonerat ad Salam oppidum, teſte Marmolio.

BURBURGUS, *Bourbourg*, oppidum Belgii, in Comitatu Flandriæ, alias munitum. Una leuca tantum diſtat a Graveliuga in Meridiem, uti ab ora Oceani Germanici, ſubeſtque dominio Regis Francorum ab anno 1657. cum toto agro.

BURCHANA, inſula maris Germanici occidentalis, Plinio. Vide Byrchanis, & Fabaria.

BORCHOLMIA, *Borcholm*, caſtrum regni Sueciæ, in Oelandia inſula maris Baltici, & ex adverſo Smalandiæ provinciæ.

BORCHUSIA, *Burchauſen*, urbs Germaniæ in Bavariæ Ducatu, & in Bavaria inferiori, ad Saltzam fluvium, qui 5. mill. paſſ. infra cadit in Oenum, ſedet in confinio ditionis Saliſburgenſis, 13. milliaribus Germanicis diſtans a Monachio in ortum, & 7. à Saliſburgo in Boream Straobingam verſus 12. eſtque caput regiminis cognominis.

BURCIA, & Burcza, *Burcza*, incolis & Hungaris, tractus eſt parvus Tranſſylvaniæ, ſed ab ea ſic diremptus, ut fere altera provincia videatur, clauditur enim undique montibus, & à Ciculis dirimitur Alutha fluvio, ejus autem caput eſt Corona ſeu Braſſovia urbs, teſte Sambuco, ſic dicitur ab amne Burcia.

BURCINACTUM, ſeu etiam Burginatium quibuſdam, oppidum Germaniæ inferioris, ex itinerario Antonini, nunc, teſte Simleto, eſt *Kraneburg*, caſtrum Ducatus Cliviæ, uno milliari Germanico a Clivia urbe diſtans in occaſum, & 2. à Noviomago in Meridiem, ſed Sanſon exiſtimat Burcinacium fuiſſe in Batavorum inſula, in eo fere loco ubi nunc arx Schenkia in Ducatu Cliviæ, quo Rhenus in duo brachia dividitur.

BURDEGALA, urbs Galliæ Aquitanicæ, Biturigum Vibiſcorum caput, Antonino, Ptolemæo, & aliis, nunc *Bourdeaux* indigenis, *Burdeos* Hiſpanis, *Bordeos* Italis, urbs Galliæ Aquitaniæ primariæ, & Guiennæ provinciæ præcipua, Archiepiſcopalis, perampla cultiſſima, & Parlamenti totius provinciæ ſedes, emporiumque percelebre, cum portu capaci ad Garumnam fluvium, ita ut jure merito cenſeatur ex præcipuis Galliæ urbibus, ſita eſt in agro feraci admodum & probe culto, qui ab ea dicitur Burdegalenſis ager, arcem habens antiquam, *le Chaſteau Trompette* vocatam, ſed à paucis annis optime munitam, & ad ipſam confluunt quotidie infiniti mercatores extranei, maxime propter ejus celebres nundinas, patria fuit Auſonii poetæ, uti & Richardi II. Regis Angliæ in ea nati anno 1367. diſtat 12. leucis ab ora Oceani in ortum Liburniam verſus 5. à Mediolano Santonum 26. in Meridiem, uti 40. a Lemovico, & 35 a Toloſa in occaſum æſtivum, hinc Burdegalenſis nomen gentis, *Bordelois* vulgo.

BURDEGALA, *Bourdeaux*, oppidulum Galliæ, in Delphinatu, ad Robionem amnem, juxta montes, 7. leucis a Valencia verſus Meridiem, & 5. a Dia.

BURDEGALENSIS AGER, *le Bordelois*, tractus Galliæ in Aquitania, & in Guienna provincia, trans Garumnam fluvium, prope Burdegalam, ubi alias Bituriges Vibiſci ex parte, eſtque inter Medullanum tractum ad Septentrionem, & Vaſatenſem tractum ad Meridiem.

BURDEGALENSIS SINUS, *la grande Baye de Bordeaux*, ſic dicitur ab Anglis ſinus magnus Francicus, ſeu pars ampla Oceani verſus oram occidentalem Galliæ & partem ſeptentrionalem Hiſpaniæ extenſa, inter promontoria Gobæum & Artabrum. Vide ſinus Francicus.

BUREVA, ſive Borobia, *la Bureba*, provincia parva admodum Hiſpaniæ, olim pars Navarræ nunc in regno Caſtellæ veteris, inter Ruconiam provinciam ad ortum, & montes Aucæ ad occaſum, cujus huc uſque nulla mentio fit in tabulis recentibus, & ejus præcipuum oppidum eſt Verveca ſive Viroveſca, *Birbieſca* vulgo.

BORGAON, mons Africæ in Byzacena provincia, ubi Mauri maxima clade affecti fuere, teſte Procopio.

BURGDORFIUM, ſeu vicus caſtri, *Burgdorf*, oppidum eſt Helvetiorum, in pago Bernenſi, & in Argoia tractu, milliari uno magno Berna diſtans, in ripa Emmæ fluvii cum caſtro in colle.

BURGENSIS CIVITAS, urbs Umbriæ, ſub dominio tamen Magni Ducis Hetruriæ. Vide Burgum S. Sepulchri.

BURGETIUS LACUS, *le Lac du Bourget*, in Sabaudiæ Ducatu, extenditur à Septentrione in Meridiem ad 4. leucas, & in Rhodanum fluvium ſe exonerat prope Bellicum, dictus fuit etiam lacus Caſtellionis in media ætate, teſte Franciſco Auguſtino ab Eccleſia Epiſcopo Salutienſi.

BURGI, *Burgos* incolis, *Bourgues* Gallis, urbs Hiſpaniæ, Caſtellæ veteris caput, & alias ſedes regia, crevit ex ruinis Aucæ, & Archiepiſcopali dignitate decorata fuit a Gregorio XIII. Pontifice Maximo anno 1571. cum Epiſcopalis facta fuiſſet anno 1075. ſedet prope Arlanzonem fluvium intra montes, & in acclivi collis, cum arce diruta in vertice collis, ipſa quotidie ſenſim deficit à paucis inhabitata, & olim Bravum & Maſburgi dicta fuit, ut plurimi exiſtimant, 35. leucis Hiſpanicis diſtans à Madrito in Septentrionem 42. à Cæſar-Auguſta in occaſum, & à Palencia in ortum, patria fuit Regum Caſtellæ Henrici III. & Petri crudelis, & in ea obiit Philippus I. Auſtrius Caſtellæ Rex anno 1506. hinc Bur-

genſis nomen gentis.

Burgium, oppidulum Norici, ex itinerario Antonini, intra Alpes Julias, nunc teſte Simlero, eſt *Malborghetto* vicus Carinthiæ ad Fellam fluvium, in confinio Foro Julii, in via inter Aquileiam ad Meridiem & Villacum ad Septentrionem occurrens, 22 mill. paſſ. a Villaco urbe Carinthiæ, Clemonam oppidum Carnorum verſus totidem.

Burgla, oppidulum Daniæ in Jutia ſeptentrionali, quod nunc Venſilia dicitur, ubi olim Monaſterium Epiſcopali dignitate inſignitum à Suenone Eſthritio Rege anno 1065. quæ poſtea Alburgum tranſlata eſt. Vide Venſilia.

Burglavienſis Dioecesis, tractus Daniæ in Jutia ſeptentrionali, ubi nunc Alburgenſis Diœceſis. Vide ibi.

Burgolium, *Bourgueil*, oppidulum Galliæ, cum Abbatia celebri Andegavenſis Ducatus, non procul à Ligeri fluvio, & 3. leucis a Salmurio in ortum.

Burgovia, *Bourgaw*, oppidum Germaniæ, in Sueviæ Ducatu, tractus ſeu Marchionatus cognominis caput, ad Mindelium fluvium, uno milliari Germanico à Danubio diſtans, & 4. ab Ulma in ortum, Auguſtam verſus, in ditione domus Auſtriacæ ab anno 1283. cum antea proprios haberet Marchiones.

Burgum, *Borch* oppidulum Germaniæ in Saxonia ſuperiori, in Archiepiſcopatu Magdeburgenſi, ſed ab eo exceptum à paucis annis, ſubeſt nunc Electori Saxoniæ, vix 2. mill paſſ. diſtat ab Albi fluvio in ortum, & 12. à Magdeburgo in Septentrionem Havelbergam verſus.

Burgum S. Andeoli, *le Bourg de Viviers*, ſeu *le Bourg de S. Andeol*, oppidum Galliæ in Occitania, & in Vivarienſi provincia, ad Rhodanum fluvium, amplum & cultum, 2. leucis a Vivario in Meridiem Fanum S. Spiritus verſus totidem, in planitie, & olim Gentibus dictum fuit, uti Burgias in actis mediæ ætatis, ſed non recte vocatur Monaſterium Vivarienſe, cum nullum ibi fuerit Monaſterium, ibi S. Andeolus martyrio affectus, unde ei cognomen.

Burgum S. Sepulchri, *Borgo di S. Sepolcro* incolis, *le Bourg du S. Sepulcre* Gallis, urbs parva Italiæ, in Umbria regione, prope Tiberim fluvium, in ipſo limite Tuſciæ, & Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Florentino, alias erat ditionis Eccleſiæ, ſed ab Eugenio IV. Papa oppignerata fuit Florentinis, ideoque nunc ſubeſt Magno Duci Etruriæ, diſtat 50. mill. paſſ. à Florentia in ortum, & 8. à Tiferno Tiberino in Boream, ubi aliàs Niſa ſylva, & Epiſcopalis facta fuit à Leone X. Papa anno 1515.

Burgundia, *la Bourgogne* incolis, *la Borgogna* Italis, *la Borgoña* Hiſpanis, & *das Burgund* Germanis, provincia Galliæ percelebris, duplex eſt nempe Ducatus & Comitatus.

Burgundiæ Ducatus, qui aliquando Burgundia inferior, *le Duché de Bourgogne* incolis, *Nider Burgund* Germanis, verſus Occidentem extenditur, ubi olim Ædui populi, terminatur ab Oriente Burgundiæ Comitatu, à Septentrione Campania provincia, ab occaſu Nivernenſi & Borbonenſi provinciis, uti a Meridie Baujovienſi & Breſſia, eſtque ampla & fertilis admodum. Ejus partes ſunt octo, nempe tractus Alexienſis, *l'Auxois*; Altiſſiodorenſis, *l'Auxerrois*; Auguſtodunenſis, *l'Autunois*; Burgundia propria, ſive Divionenſis ager, *la Bourgogne propre*; Cabillonenſis, *le Challonois*; Carolenſis ſeu Caroloſinum, *le Charollois*; Maniſconenſis, *le Maſconois*; & Montanus tractus, *le Baillage de la Montagne*; totius autem provinciæ caput eſt Divio, aliaſque Duces habuit proprios magni nominis, ſed ſub Ludovico XI. Rege facta fuit Francici juris, anno 1477. per obitum Caroli Burgundiæ Ducis ultimi, à quo tempore Franciæ regni pars extitit, de ejus urbibus vide infra: hinc Burgundi & Burgundiones populi, *les Bourguignons* vulgo, *li Borgognoni* Italis, *los Borgoñones* Hiſpanis, & *Burgunder* Germanis.

Burgundiæ Comitatus, *le Comté de Bourgogne*, ſive & ſæpius *la Franche Comté* indigenis; ab ejus immunitatibus, *la Fran. Contea* Italis, & *das Ober Burgund* Germanis, quaſi Burgundia ſuperior, provincia eſt Galliæ regni, & pars orientalis Burgundiæ late ſumptæ, ubi olim Sequani populi: terminatur ab ortu Helvetia, ditione Epiſcopi Baſileenſis, & Comitatu Neocaſtrenſi, à Septentrione Lotharingia & parte Campaniæ, ab occaſu Burgundiæ Ducatu, & a Meridie Breſſia & Beugeſia; dividitur autem in tres partes, ſuntque præfectura ſuperior, *le Baillage d'Amont*, quæ verſus Septentrionem cujus caput Veſulum: præfectura media ſive Dolana, *le Baillage du Milieu*, ſive etiam *le Baillage de Dole*, quod inter alias duas exiſtat, cujus caput Dola: & præfectura inferior, *le Baillage d'Aval*, quæ verſus Meridiem protenditur cujus præcipua Salinæ, totius vero provinciæ caput eſt Dola, ſed ex quo Veſuntio facta fuit Hiſpanici juris anno 1651. à multis cenſetur primaria hujus provinciæ, quæ aliàs paruit Ducibus Burgundiæ, deinde Hiſpanis, donec tandem anno 1674. facta eſt Francici juris à Ludovico Magno Rege, ſicque etiam nunc ipſi ſubeſt pace ad Noviomagum ſancita, hinc etiam Burgundi dicti, ſed qui eam inhabitant perſæpe *les Comtois* vocantur à Gallis, quod ſint in eo Comitatu, & ad diſtinctionem tantum, cum ſe ipſos *Bourguignons* vocent.

Burgundia inferior, provincia Galliæ, ſic dicta in actis mediæ ætatis, quæ ſæpius à recentioribus vocatur Burgundia propria, & Burgundiæ Ducatus. Vide ibi.

Burgundia major, ſic dicitur in actis mediæ ætatis ea pars Galliæ, ubi nunc Burgundiæ Ducatus & Comitatus.

Burgundia minor, ſic dicta fuit etiam in media ætate, pars Helvetiæ regionis ad occaſum, & verſus Comitatum Burgundiæ, in qua erant Argovia & Aventicenſis tractus, teſtibus Simlero & Stumpfio.

Burgundia superior, provincia Galliæ, quæ ſæpius vocatur Burgundiæ Comitatus. Vide ibi.

Burgundia Trans-Ararica, ſic vocatur in plurimis actis mediæ ætatis Burgundiæ Comitatus, *la Franche Comté*, Galliæ provincia, quod extenditur trans-Ararim fluvium reſpectu Galliæ, & Burgundiæ Ducatus.

Burgundiæ Regnum, *le Royaume de Bourgogne*, pars fuit ampla Galliæ, ſub prima ſtirpe Regum, ejus fines erant ad Septentrionem Vogeſus mons, ad ortum Alpes & Rhenus, ad occaſum Ligeris, & ad Meridiem Rhodanus, ſicque complectebatur Ducatum Comitatumque Burgundiæ, Helvetiam, Breſſiam, Beugeſiam, & Nivernenſem provinciam, & aliquando etiam magis extenſum fuit, & ad Iſaram, uſque, ſed ſubſequentibus temporibus diviſum fuit in Cis-Juranum, & Trans Juranum.

Burgundiæ Cis-Juranæ Regnum, pars fuit Galliæ, ſub ſecunda ſtirpe regum, & ſub ipſo comprehendebantur Burgundiæ Ducatus, Burgundiæ Comitatus, Breſſia, Beugeſia, cum Nivernenſi provincia, quæ omnes erant cis montem Juram, unde nomen ei inditum fuerat.

Burgundiæ Trans-Juranæ Regnum, pars fuit Galliæ ſatis parva, ſub qua Helvetii pro majori parte, Rhæti, & partes Sabaudiæ, & Valeſiæ, ac de eo pluribus ſcribit Hadrianus Valeſius in Notitia Galliarum.

Burgundiæ Regnum, ſive Burgundiæ Cis-Juranę Regnum, dictum fuit perſæpe regnum Arelatenſe, cum primum erectum fuit, & verſus initia, & ſub eo complectebantur Provincia, Delphinatus, Sabaudia, Breſſia, Beugeſia, & agri Lugdunenſis, Bellojocenſis, & Matiſconenſis, teſte Hadriano Valeſio cum aliis. Vide Arelatenſe regnum.

Burgundiæ Ducatus Urbes.

Antiſſiodorum, *Auxerre.*
Arnæum Ducium, *Arnay le Duc.*
Auguſtodunum, *Autun.*
Belna, *Beaune.*
Borbonium Anſelmium, *Bourbon Lancy.*
Cabillonum, *Challon ſur Saone.*
Caſtellio ad Sequanam, *Chaſtillon ſur Seyne.*
Divio, *Dijon*, provinciæ caput.
Matiſcona, *Maſcon.*
Semurium, *Semeur.*
Tornodurum, *Tonnerre.*

Burgundiæ Comitatus Urbes.

Arboſium, olim Arboroſa, *Arbois.*
Dola, *Dole.*
Graium, *Gray.*
Salinæ, *Salins.*
Veſulium, *Veſoul.*
Veſuntio, *Beſançon.*

Burgundicus circulus, dicitur aliquando unus ex Imperii Germanici circulis, *le Cercle de Bourgogne* Gallis, *das Burgundiſche Kraiſſ* Germanis, cum erectus fuerit a Maximiliano primo Imperatore anno 1512. complectiturqoe ut narrant, Comitatum Burgundiæ, & omnes Belgii provincias, ſed tamen eſt extra Germaniam, & inſtitutus tantum fuit à Maximiliano, ut ſic ditiones has, ſibi ex hereditare Burgundica obvenientes, ſervare poſſet auxilio Germanorum, ſed Ducatus Gueldriæ, uti Friſia, & dominium Ultrajectinum, atque Trans-Iſalania provincia erant antea partes circuli Weſtphalici, nec tunc principibus Belgii parebant; & notandum eſt quod tranſactione concluſa Auguſtæ Vindelicorum, die 26. Junii anno 1548. inter Imperium & Carolum V. Imperatorem tanquam Belgii Principem, membra hujus prætenſi circuli Burgundici exempta ſunt ab omni juriſdictione Imperii, illius conſtitutionibus & appellationibus ſalvis, & ejus provinciæ ſunt liberæ ab omni Imperii Germanici oneribus, & Imperatoris ſuperioritate, ita ut plane cenſeantur exemptæ ſolaque gaudeant Imperii protectione, eadem forma qua reliqui ſtatus Imperii fruuntur, teſte etiam Chiffletio, cum aliis, ſicque non poteſt dici unus ex circulis Imperii Germanici, cum ſit extra Germaniam, nec habeat votum in Diætis Imperii, nec ulla ejus pars ſub Imperio cenſeatur, cum etiam ſolæ duę urbes Imperiales ſive liberæ intra ejus ditiones inſertæ, ſub aliis circulis comprehenſæ fuerint, nempe Cameracum ſub Circulo Weſtphaliæ, & Veſontio ſub Circulo Rheni ſuperioris, antequam ab Imperii matricula exempta fuit anno 1651.

Burgundiones, populi fuere Germanię ſub Vindilis comprehenſi, Plinio, Tacito, & aliis, qui poſtea etiam Burgundi dicti fuere, erantque primum inter Lygios, Carinos, & Gothones, deinde agros Chattorum & Alemannorum occupavere, ut pluribus ſcribit Cluverius, poſteaque in Galliam Celticam tranſmigrarunt, verſus Ararim & Dubim fluvios extenſi, ubi tunc regnum Burgundiæ erectum, & nunc Burgundia provincia regni Franciæ, quæ duplex nempe Ducatus & Comitatus, & hinc etiam Burgundi populi, *les Bourguignons* vulgo dicti, de quibus ſupra.

Burgus, *Bourg en Breſſe*, urbs Galliæ, in Breſſiæ Comitatu, ad amnem *la Reſouſſe*, 5. leucis diſtans a Matiſcone in ortum, & 9. a Lugduno verſus Septentrionem. Subeſt dominio Regis Franciæ ab anno 1601. cum tota provincia, quæ prius erat Sabaudici juris. Arcem habuit munitam, excitatam anno 1569. ſed disjectam anno 1611. urbs ipſa ſita in tractu paludoſo, & male Tanus dicitur à quibuſdam, ſede Epiſcopali decorata fuerat à Leone X. Pontifice Maximo anno 1521. ſed poſtea Epiſcopatus ſuppreſſus fuit à Paulo III. Summo Pontifice.

Burgus, *Bourg*, cognomento *ſur Mer*, oppidum Galliæ, in Aquitania & in agro Burdegalenſi, olim munitum cum Abbatia ad Duranium fluvium, ubi Garumnæ commiſcetur, 2. leucis diſtat a Blavia, & 5. à Burdegala in Septentrionem.

Burgus, *Borg*, oppidulum Succiæ, in Finnia regione & Nilandia provincia, prope ſinum Finnicum.

Burgus-novus, *Bourganeuf*, oppidum Galliæ, in provincia Marchiæ, ad Taurionem amnem, 6. leucis diſtat à Lemovico in ortum. Cenſetur tamen provinciæ Pictavienſis pars.

Burgus S. Andeoli, *le Bourg de Viviers* ſive etiam *le Bourg de S. Andeol*, oppidum Galliæ, totius Vivarienſis provinciæ populoſiſſimum, in planitie ad Rhodanum fluvium, antiquitus Gentibus dictum, ex Martyrologio Adonis, ibi S. Andeolus Subdiaconus martyrio affectus fuit ſub Severo Imperatore, unde oppido cognomen, ut conſtat ex tabulis Vivarienſis Eccleſiæ. Vide Burgum S. Andeoli.

Burgus S. Domnini, *Borgo S. Donnino* incolis, *le Bourg S. Donin* Gallis, urbs Italiæ in ditione Ducis Parmenſis, & in ſtatu Buſſeti, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Bononienſi, effecta anno 1601. à Clemente VIII. olim Fidentia dicta fuit, & alias ſuberat dominio Palavicinorum, eſtque inter Parmam & Placentiam in Via Æmilia. Vide Fidentia.

Burgus S. Sepulchri, *Borgo di S. Sepolcro*, urbs eſt Italiæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Florentino Vide Burgum S. Sepulchri.

Burgus Sessites, *Borgo di Seſia*, oppidulum Italiæ, in Ducatu Mediolanenſi & in agro Novarienſi, ad Seſſitem fluvium, & in confinio agri Vercellenſis cujus pars olim fuit, 20. milliaribus Italicis à Vercellis in Septentrionem, & 12. à Verbano lacu in occaſum diſtans.

Burgus Vallis Tari, *Borgo di Val di Taro*, oppidum Italiæ in Longobardia, ad Tarum fluvium, caput principatus Vallis Tari in agro Placentino, ad radices Apennini montis, alias ſub dominio proprii principis è gente Landa, nunc ſubeſt Duci Parmæ, 35. mill. paſſ. diſtans à Cremona in Meridiem Sarzanam. verſus totidem, & 25. à Bobbio in ortum.

Buriburgum, *Buriburg* ſeu *Buraburg*, urbs fuit Germaniæ Epiſcopalis ſæculo octavo, nunc funditus exciſa, & ejus ruinæ ſunt in monte Buriburgo prope Friteſlariam ſive Friſatiam urbem Haſſiæ inferioris, ad Ederam fluvium, & in ipſo limite Comitatus Valdecenſis, Brouvero & Serrario teſtibus.

Burichum, *Burik*, oppidulum munitum Germaniæ in Ducatu Clivenſi, ad Rhenum fluvium, è regione Veſaliæ, 3. milliaribus Germanicis diſtans à Geldria in ortum. Quibuſdam eſt Burcinacium, captum fuit à Gallis anno 1672. & poſtea ejus munitiones

Digitized by Google

disjectæ fuere, nunc ſubeſt Electori Brandeburgico.

BURICIANA, oppidum Vindeliciæ, Antonino, hodie teſte Cluverio, eſt *Purckeim*, caſtrum Bavariæ Ducatus, ad Danubium fluvium, paulo ſupra Novoburgum, & infra confluentes Licbi fluvii.

BURIDENSII, populi Daciæ Ptolemæo, Waradinum Tranſylvaniæ urbem eorum veſtigium conſervare exiſtimat Lazius. Buri apud Dionem forte, alii tamen credunt ipſos fuiſſe prope Alutham fluvium.

BURSI, populi fuere Germaniæ, teſte Tacito, & Hermionum pars, cognomine Luti, qui Cluverio teſte, erant prope Lugios, ubi nunc forſan pars ſeptentrionalis magnæ Poloniæ verſus Caliſiam urbem.

BURITACA, *la Buritaca*, provincia Americæ meridionalis, in Terra firma, & in præfectura S. Marthæ, teſte Hertera.

BURNSQUELLUM, *Bourniguet*, oppidulum Galliæ in Aquitania, & in Cadurcenſi provincia, ad Avanionem fluvium, in ipſo limite Occitaniæ, & Albigenſis agri, 4. leucis a Montalbano diſſitum in ortum, Francopolim verſus 9. dicitur etiam Brunchildis caſtrum.

BURNONIS MONS, *Bourmont*, oppidum Galliæ in Barenſi Ducatu, & in Baſſiniaco agro, in colle juxta Moſam fluvium, in limite Campaniæ, & 9. leucis a Calvomonte in ortum diſtans.

BURNUM, oppidum Illyrici mediterraneum, in Liburnia, Plinio, quod Burnium Livio, *Grachova* nunc dictum, teſte Nigro, & Atauzonæ proximum.

BUROA, *Bouro*, inſula Aſiæ, in mari Indico, inter Molucas & Macaſſariam inſulas, ſat culta & oblonga, ſuique etiamnum juris.

BURONIA, Sylva Germaniæ circa Coloniam Agrippinam, in qua Lneium Patrem ſuum occidiſſe tradit Trithemius, *Weſterwalde* quidam interpretantur, eſtque forſan pars Veſtervaldiæ tractus, Burconiam Sylvam habet Gregorius Turonenſis, ſed circa Scaldim videtur.

BURRANUS LACUS, in veteri donatione ſic vocatur lacus S. Praxedis in Latio, ad viam Prænestinam, & apud Baronium ad annum 102. Gabiis ad lacum Burranum unde Lucas Holſtenius exiſtimat, hunc lacum Burranum ſeu Gabinum antiquorum, nunc dici *il Lago di S. Praſſede*, ſeu etiam *il Lago di Caſtiglione* prope Gabios. 14. mill. paſſ. ab urbe Roma in ortum, in Campania Romana, & in ditione Eccleſiæ.

BURRIUM, oppidum Britanniæ majoris, in itinerario Antonini, nunc teſte Camdeno, eſt *Uske* oppidulum Angliæ, in Wallia provincia, & in Comitatu Monumetenſi, ubi *Brithin* profluens Iſcæ commiſcetur, 11. mill. paſſ. diſtat ab æſtuario Sabrinæ in Septentrionem, totidem à Monumethia in occaſum.

BURSAONENSES, populi Hiſpaniæ Tarraconenſis, inter Calaguritanos & Complutenſes, teſte Plinio.

BURTANGA, *Buyrtang* incolis, *Bourtange* Gallis, arx Belgii uniti, in dominio Groningenſi, intra paludes, in confinio Weſtphaliæ, ſub dominio provinciarum unitatum, inter Weſtervoldios & Monaſterienſes. Vide Arx Burtanga.

BURTINA, urbs Illergetum in Hiſpania Tarraconenſi, Ptolemæo, quæ Bortina Antonino, hodie teſte Zurita, eſt *Almudevar* vicus Aragoniæ regni, inter Cæſaraugustam 10. & Oſeam in ortum æſtivum, 4. leucis.

BURTUDISUM, Thraciæ urbs, teſte Aotonino, Biſtudinem alii legunt, ſed quid ſit hodie non conſtat.

BURUNCUM, oppidulum Germaniæ inferioris, teſte Antonino, quod in aliis codicibus Burungum etiam dicitur, nunc teſte Cluverio, eſt *Wuringhen*, oppidulum alias munitum in Circulo Rheni inferioris, ad Rhenum fluvium, in ditione Electoris Colonienſis, inter Coloniam ad Meridiem & Noveſium ad Septentrionem, ubi olim acriter dimicatum inter Ducem Brabantiæ & Colonienſes.

BOSA, *l'Iſle de Bus*, inſula Oceani Septentrionalis ſeu Caledonii, fere centum leucis diſtans a Gronelandia in Meridiem, extenditur in longum ad 40. leucas, & in latum ad 15. ut narrant Angli, & alii qui illam luſtrarunt dum ex Europa in terras Arcticas tenderent.

BUSACTERI, populi Germaniæ, Ptolemæo, gemini, majores & minores, iidem cum Bructeris Strabonis, Taciti, & Patercult, ut opinantur Willichius, Junius, & Cluverius cum aliis, & ut conſtat ex monumentis Paderbornenſibus.

BUSEYUM, *Buzay*, Abbatia Galliæ, in Britannia minori, & in Naoucteoſi tractu, ad Ligerim fluvium, 7. leucis infra Nannetas in occaſum.

BUSIRIS, urbs Ægypti, Ptolemæo, intra Deltam, *Boſire*, teſte Joanne Leone, Sebennyto & Leontopoli urbibus finitima, ad Nilum fluvium verſus Babylonem & Memphim, teſte Bellonio, nunc jacens.

BUSSETUM, *Buſſeto*, oppidum Italiæ. Vide Buxetum.

BUTERÆ, *Beſiers*, urbs Epiſcopalis Galliæ in Occitania. Vide Biterræ.

BUTERIUM, *Butera*, oppidum Siciliæ, in valle Netina, Principatus titulo clarum, intra montes, 10. milliaribus ab ora littorali, & 4. a flumine Himera, eſtque ſitu munitum & probe cultum.

BUTHROTI SINUS, alias Pelodes, nunc *il Golfo di Botronto*, pars eſt parva admodum maris Ionii in ora Epiri, juxta Buthrotum.

BUTHROTUM urbs alias & colonia Epiri, Straboni, & Virgilio, Buthrotus Ptolemæo, *Botronto* nunc, oppidulum Albaniæ in Chimera provincia, & in ora littorali maris Ionii & Buthroti ſinus ab ea dicti, ægre habitatum, ſub dominio Turcarum à centum & quinquaginta annis, Epiſcopale eſt ſub Archiepiſcopo Naupactenſi, & hic Medea Oetæ Regis filia à Jaſone ſepulta fuit, teſte Solino, eo multi piſcatores confluunt quotidie, & vix 6. mill. paſſ. diſtat à Corcyra inſula in ortum, uti 10. ab urbe cognomine in ortum æſtivum, & 100. ſtadiis ab Acroceraunis montibus in Meridiem Nicopolim verſus.

BUTHROTUS, fluvius magnæ Græciæ, Livio, apud Locros fluens, teſte Barrio, ab altera parte urbis verſus Zephyrium promontorium, nunc vulgo *la Bucorta* adhuc vocatur, & ad ejus oſtium eſt turris *Pagliapli* in ora.

BUTOVIUM, *Byczow* incolis, *Butow* Germanis, oppidum Germaniæ, in Ducatu Pomeraniæ, & in Caſſubia tractu, ad Stolpam amnem, prope *Valdow* deſertum Pruſſiæ, & in ditione Electoris Brandeburgici, qui illud tenet jure clientelari à regno Poloniæ, dicitur etiam Bythonia 8. milliaribus Germanicis diſtans a Gedano in occaſum.

BUTRAGUM, *Butrago*, urbecula Hiſpaniæ in Caſtella nova, & in limite Caſtellæ veteris, in rupe prærupta ædificata, cum arce quadrata, duplici torrente cingitur *Lozoya* & alio, 6. leucis diſtans à Segovia in ortum, & 13. a Madrito in Boream Burgos verſus, & ad radices montis *Ardoz*, & *Buitrago* dicitur etiam, olim Litabrum dicta, & Blitabrum etiam quibuſdam.

BUTRIUM, oppidum Galliæ Ciſpadanæ in Æmilia Straboni, nunc *Budrio*, caſtrum Romandiolæ in agro Bononienſi, ad Idicem fluvium, 10. mill. paſſ. à Bononia diſſitum in ortum æſtivum, & 18. à Ferraria in Meridiem.

BUTTONIS SINUS, *the Buttons Bay*, ſinus Oceani ſeptentrionalis, ab Anglo *Buttons*, qui eum luſtravit, ſic dictus, in America ſeptentrionali, eſtque pars occidentalis ſinus Hudſonis.

Butua, urbs Illyrici Plinio, Bulua Ptolemæo, Buthoe Stephano, nunc *Budoa*, urbs Dalmatiæ meridionalis, & in ora maris Adriatici, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Antibarenſi, & probe munita ſub dominio Reipublicæ Venetæ; ſed parva eſt admodum; alias à Turcis male habita, & anno 1667. à terræ motu fere diruta fuit, diſtat 10. mill. paſſ. ab Antibaro in occaſum æſtivum, & 30. a Scodra in occaſum, inter Aſcrivium ad Septentrionem & Olcinium ad Meridiem, hinc Buduani populi, *gli Budoani* vulgo.

Butuæ Regnum, *le Royaume de Butua*, regnum Africæ, in Æthiopia inferiori & ſub Imperio Monomotapæ, de quo pauca admodum dicenda ſunt.

Butua, *butua*, urbs Africæ, in Æthiopia inferiori & imperio Monomotapæ, cum regno cognomine, verſus Zamberem fluvium, teſte Joanne Leone.

Butuntum, urbs Apuliæ Peucetiæ Antonino, ſive Butuntus, Budruntum in aliis libris, nunc *Bitonto* incolis, *Bitonte* Gallis, urbs agri Bariani, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Barenſi, 5. mill. paſſ. diſtat ab ora maris Adriatici in Meridiem, 8. a Bario in occaſum Rubos verſus totidem, Bitecto propior, eſtque in planitie fertili admodum, populi Butuntinenſes.

Buvinda, fluvius Hiberniæ Ptolemæo, Boandus & Boiſius recentioribus, *Boyn* vulgò, fluvius Hiberniæ in Lagenia provincia, & in Comitatu Mediæ Orientalis, ubi in ortum æſtivum fluens, Trimmam rigat & Slanum, hinc ad Pontanam labens, paulo infra in Oceanum Hibernicum ſe exonerat.

Buxenghum, *Bouxengh* incolis, *Bouxach* Arabibus, & *Fouxach* etiam quibuſdam, oppidum Perſiæ in Choraſana regione, diſtans 17. paraſangis in Meridiem ab urbe *Herat*, à qua pendet, teſte Golio in notis ad Alferganum.

Buxentius, *il Buſento*, fluvius parvus regni Neapolitani, in provincia Principatus citerioris, oritur è monte Satriani, deinde ad 2. milliaria infra ſubter montem labitur ſpatio 6. milliarium, hinc rurſus emergens; & in Auſtrum tendens, juxta Buxentum mari Tyrrheno miſcetur, teſte Octavio Beltrano in deſcriptione regni Neapolitani.

Buxentum, colonia & urbs Italiæ in Lucania, Plinio, Pixuntum ſeu Pyxus Straboni, nunc teſte Cluverio cum aliis, eſt *Policaſtro*, urbecula parva admodum regni Neapolitani, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Salernitano, in provincia Principatus citerioris, ſed fere diruta jacens, ſedet ad oſtia Buxenti fluvii in mare Tyrrhenum, & in ora ſinus Lai, paucis conſtans incolis, 18. mill. paſſ. diſtans à Palinuro promontorio in ortum, & 20. a Marſico novo in Meridiem, nomen habet ut narrant à Buxo cujus ibi copia reperitur. Populi Buxentini Plinio.

Buxetana Ditio, *lo Stato di Buſſeto* incolis, *l'Eſtat de Buſſet* Gallis, regiuncula Longobardiæ, & pars Ducatus Placentini, inter Padum ad Septentrionem quo dividitur à Cremonenſi agro, Ducatum Parmenſem ad ortum, & agrum Placentinum ad occaſum & Meridiem, alias proprio paruit Marchioni è gente Palavicina, ſed à plurimis annis ſubeſt dominio Ducis Parmæ, & in ea ſunt Burgus S. Domnini urbs, & oppida Buxetum tractus caput, Florentiola, & Curia major.

Buxetum, *Buſſeto*, oppidum Italiæ, in Ducatu Placentino, regiunculæ cognominis caput, nunc in ditione Ducis Parmæ, ſedet juxta Longenam amnem, 2. milliaribus à Pado fluvio in Meridiem, & 18. à Placentia in ortum.

Buxina, *la Buſſine*, fluvius parvus Galliæ, oritur in Normannia provincia, deinde ipſam a Picardia ſeparans Augum rigat, & paulo infra in Oceanum Britannicum ſe exonerat.

Buxium, *le Buys*, oppidulum Galliæ in Delphinatu, in ipſo limite Provinciæ, ad amnem *la Louveze*, & in tractu Baroniatum dicto, in confinio Comitatus Vindalcini, 5. leucis diſtans a Vaſione in ortum.

Buxtehuda, *Boxtehude*, urbecula Germaniæ, in Ducatu Bremenſi, quam Eſta amnis ſecat. Uno milliari Germanico diſtat ab Albi fluvio, & tribus ab Hamburgo; eſtque in limite Luneburgenſis Ducatus, in ditione Suecorum, captum fuit à Germanis anno 1675. ſed poſtea Suecis redditum anno 1679. tractu ad Cellam inito.

Buxuois, locus Belgii Sigeberto, ſive Buxidis ut alii ſcribunt, nunc *Boſſut*, caſtrum eſt Belgii amplum & elegantis ſtructuræ in Hannoniæ Comitatu, ad Hanam fluvium, prope fanum S. Ghilleni, 2. leucis diſtans à Montibus in occaſum, tot & à Binchio Condatem verſus tria.

Buxium, ſive Buchſium, *Teſte de Buſch*, oppidulum Galliæ, in Aquitania propria, non longè ab ora littorali; eſtque caput ditionis Boſianæ, quæ vulgo *le Captalat de Buſch* dicitur, ad ſinum Arcaſſonium, 7. circiter leucis diſtat à Burdegala in occaſum. Ibi alias Boiates populi, teſte Petro de Marca.

Bozancæum, *Buzançois*, oppidum Galliæ, in provincia Bituricenſi, ad Ingerem fluvium, in limite Turoniæ, 9. leucis ab Exelodunao in occaſum.

Byblis, mons Cariæ, prope Miletum urbem Aſiæ minoris, teſte Ortelio.

Byblus, ſeu Biblus, fluvius parvus Naxi inſulæ in mari Ægeo, teſte Stephano, unde vinum Biblinum.

Byxlus, ſive Biblus, urbs Ægypti, teſtibus Cteſia & Stephano.

Byblus, urbs Syriæ in Phœnicia, Straboni, & Melæ, Byblos Plinio, *Giblet* hodie, teſte Brochardo, *Zibellet* Nigro & Poſtello, urbs Syriæ Archiepiſcopalis ſub Patriarcha Antiocheno, in excelſo loco ſita, in ora littorali, ubi Adonis fluvius nunc Canis dictus, ſub mœnibus in mare vadit Ea antiquitus Evea ab ejus fundatore dicta fuit, nunc cum Borry excisa jacet, 10. mil. paſſ. ab ipſa diſtans ad Meridiem, inter Tripolim ad Septentrionem 30. & Berytum in Meridiem 24. mil. paſſ.

Bycx, palus Sarmatiæ Europææ, in Mœotidem influens Ptolemæo, quæ Byges & Buges Plinio, nunc *Seſchan* dicitur, à Moletio, ſed aliis omnibus eſt palus *Suza Morſi* vocata. Vide Buges.

Bychovia, *Bychow*, oppidum Poloniæ regni, in Lithuania, ad fluvium Boryſthenem, inter Mohiloviam & Rohaczoviam urbes. Malè habitum fuit à Moſcovitis a paucis annis.

Byoena, urbs Mœſiæ ſuperioris ad Danubium fluvium, Cedreno, nunc *Bidin* ſive *Bodon*, urbs Serviæ regni, Archiepiſcopalis & ſedes præfecti, Nigro teſte.

Byrchanis, inſula maris Germanici, Straboni, quæ Burchana & Fabaria Plinio, & Burchanis Stephano, nunc *Borkun*, inſula parva Belgii uniti, Groningenſi provinciæ & Friſiæ Orientali fere adjacens, teſte Camdeno, inter utrumque Amaſii fluvii oſtium. Vide Fabaria.

Byrra, fluvius parvus admodum Galliæ Narbonenſis, & prope Narbonam, ubi Carolus Martellus Saracenos iterum vicit, & maxima clade affecit, teſte Eginhardo, nunc vulgo *Bere* dicitur, teſte Catello, ad villam Salſam labitur, in ſtagnum ſigeanum, quatuor leucis à Narbona Perpinianum verſus, prope montem Gorbariam.

Byrsa, arx Carthaginis urbis notiſſimæ, in ora Africæ, teſte Marmolio, *Almenara* aliis.

Byzacena, regio Africæ propriæ, in ora maris Mediterranei, Ptolemæo, Byzacium Straboni, inter Adrumetum ad Boream, & Tacaſpen urbem & intimum receſſum Sirtis minoris ad Auſtrum extenſa, ſeu inter Tripolitanam ad Orientem, & Africam ſtricte ſumptam, Numidiamque ad Occidentem, ubi nunc major pars regni Tunetani verſus Meridiem; *partie du Royaume de Tunis*

de Tunis, ejus urbes præcipuæ fuere Capſa, Macomades, Suffetula, & Thyſdrus, uti etiam Byzacena urbs, teſte Ptolemæo, quæ Epiſcopalis fuit ſub Archiepiſcopo Carthaginenſi ex libris Conciliorum, hæc regio maximæ fertilitatis eſt, teſte Plinio, & extenditur ad 200. millia paſſuum.

Byzantium, urbs Thraciæ Straboni, Polybio, & aliis, Bizantium Ciceroni, Conſtantinopolis poſtea, à Conſtantino Magno inſtaurata & aucta, hodie *Stamboul* Turcis, *Conſtantinopoli* Italis, *Conſtantinople* Francis, urbs Patriarchalis Thraciæ, olim Imperatorum Græcorum ſedes, nunc Turcarum regia, innumeriſque referta incolis, & omnium Europæarum maxima, una tantum Lutetia Pariſiorum excepta: ſita eſt ad Boſphorum Thracium, è regione Aſiæ minoris, contra Chalcedonem urbem Bithyniæ, cum portu commodiſſimo & percapaci, inter Propontidem cui fere inſidet ad Meridiem, & Pontum Euxinum ad arctos, à quo 16. mill. paſſ. diſtat, formæ triangularis eſt, ſed perſæpe incendiis deformata, multum defecit ab aliquot annis, quanquam ſitu & aſpectu pulcherrima ſit totius Orbis, condita fuit à Pauſania Rege Spartarum anno 3469. 900. mill. paſſ. diſtans ab urbe Roma in ortum, Tabreſium verſus 1250. & 510. à Candia in Septentrionem, Populi Byzantii Polybio. Vide Conſtantinopolis.

Byzeres, populi Aſiæ, ad Pontum Euxinum, inter Cappadoces & Colchos incolentes, Moſynœcis finitimi & Macronibus. Quorum meminere Dionyſius de ſitu orbis, & Valerius Flaccus.

Byzia, urbs Thraciæ mediterranea, olim Terei regia, nunc etiam *Vize* dicta, teſte Leunclavio ad fluvium cognominem, ſedes unius præfecti ſub Turcis, in Romania regione, ut vocant, & metropolis, cum prius eſſet Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Heracleenſi, & 50. mill. paſſ. diſtans ab Apris in Septentrionem.

C

CABALLINUM, urbs Galliæ Celticæ, Ptolemæo. Vide Cabillonum.

Caballinos, fons notiſſimus, quem Poetæ ex Pegaſi ungula, qua is montem Heliconem percuſſit, emerſiſſe aiunt. Unde & Pegaſeus nominatur.

Cabanodurum, oppidum Norici Ptolæmeo, dicitur ab aliis Gavanodurum. Vide ibi.

Caballicus Ager, *le Chablais* incolis & Gallis, *il Chiables* Italis, provincia parva Sabaudiæ, Ducatus titulo inſignita, & in longum protenſa ab ortu in occaſum, inter lacum Lemanum ad Septentrionem, Valleſiam ad Orientem, Foſſiniacum Comitatum ad Meridiem, & Genevenſem agrum ad Occidentem, ſubeſtque dominio Ducis Sabaudiæ, olim etiam extenſa erat in ortum ad Rhodanum uſque & Agaunum, ſed hic tractus ereptus fuit à Valleſiis anno 1475. ejus oppidum præcipuum eſt Tunonium ad lacum Lemanum, & ibi erant olim Nantuates populi Allobrogum pars, ut aliqui exiſtimant; & notandum quod hæc provincia vocatur Chablaſium in diplomatibus Ducum Sabaudiæ.

Cabares, populi à Chazaris orti, qui inhabitabant juxta Turcas & Patzinaces, ut colligitur ex conſtitutionibus Imperatorum.

Cabaſſos, urbecula Armeniæ minoris, teſte Ptolemæo, in Cataonia præfectura, Cybiſtris urbi finitima, in confinio Cappadociæ; ſed à Strabone ponitur in Cappadocia cum dicta præfectura, & nunc *Thebaſſe* dicitur, teſte Andrea Theveto, eſtque inter Tarſum & Mazacam, teſte Stephano.

Cabellio, ſeu etiam Caballio, urbs Cavarum in Gallia Narbonenſi, Plinio, & Ptolemæo, hodie *Cavaillon*, urbs Provinciæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Avenionenſi, in Comitatu Vindaſcino, ſub dominio Summi Pontificis, in planitie ſedet prope Druentiam fluvium, cum alias fuerit in colle adjacenti, ubi etiamnum apparent veſtigia, ut pluries vidi, eſtque parvi circuitus, 4. leucis ab Avenione in ortum Aquas Sextias verſus 8.

Cabillonenſis Ager, *le Challonois*, tractus Galliæ in Ducatu Burgundiæ, ab Arari fluvio bifariam dividitur, & terminatur ab ortu Comitatu Burgundiæ, à Septentrione Burgundia propria, ab occaſu Auguſtodunenſi tractu, uti a Meridie Matiſconenſi & Breſſia, ejus vero caput eſt Cabillonum, hinc Cabillonenſes populi, *les Challonois* vulgo, & notandum quod pars orientalis hujus tractus dicitur aliquando Breſſia Cabillonenſis, *la Breſſe Challonoiſe* vulgo.

Cabillonum, urbs Æduorum in Gallia Celtica, Cæſari, ſive Cabilonum quibuſdam, *Challon*, ſeu etiam ſæpe *Challon ſur Saoſne*, ad alterius differentiam, urbs regni Franciæ, in Ducatu Burgundiæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Lugdunenſi, ad Ararim fluvium, arcem habet recentem probe munitam, eſtque ampla & culta, cum duplici muro & ponte lapideo, 11. leucis diſtans a Matiſcone in Septentrionem, uti 22. à Lugduno, Divionem verſus 16. & 11. ab Auguſtoduno in ortum verſus confinia Comitatus Burgundiæ 8. circiter, ab ea tractus adjacens dicitur Cabillonenſis ager, & in ea obiit S. Guntchramnus Rex Francorum anno 593.

Cabira, ſeu etiam Cabyra, urbs fuit Aſiæ minoris, in Lycia, Straboni, & in confinio Phrygiæ magnæ, media fere inter Laodiceam & Termeſſum, 75. mill. paſſ. ab Apamea in Meridiem; teſte Philippo a Vico, nunc diruta jacet.

Cabirolus mons, *le mont Cabirole*, unus eſt ex Pyrenæis montibus in Gallia, & in Comitatu Fuxenſi, in ipſo limite Hiſpaniæ, & ex eo oritur Largetus fluvius parvus, qui poſtea in Alburacum cadit, teſte Catello.

Cablanum Regnum, *le Royaume de Cablan*, regio Indiæ extra Gangem, alias ſub Regno Peguano late ſumpto comprehenſa, urbem habens primariam cognominem, ad fluvium Menanum, inter Avam urbem ad Septentrionem & Tranſianam ad Meridiem.

Cabliacum, *Chably*, oppidum Franciæ, in Senonenſi agro, vino ſuo commendatum, & ubi alias à fratribus contra Lotarium Imperatorem pugnatum fuit. Sedet juxta fluvium Senimum, inter Antiſſiodorum ad occaſum, & Tornodorum, ad ortum.

Cabulum, *Cabul*, urbs ampla Indiæ intra Gangem, regni cognominis caput, in Imperio magni Mogolis, ſita eſt ad fluvium *Cow* dictum, cum duplici arce verſus montes; pluribuſque ornatur palatiis, cum hic olim eſſet regum Indiæ ſedes, teſte Gollio.

Cabulum Regnum, *Cabuliſtan* indigenis, *le Royaume de Cabul* Gallis, regio ſeu pars Indiæ propriæ, in imperio magni Mogolis, & in ejus parte Boreali, verſus fontes Indi fluvii, terminatur a Septentrione regno Thibeti, ab ortu & Meridie Attocbio regno, & ab occaſu Balchia regione, urbem habens primariam cognominem, eſtque montuoſa ſed fertilis.

Cabura, fons Meſopotamiæ odorifer; quod ibi Juno perfuſa ſit, teſte Plinio.

Cabyla, tractus Thraciæ Ptolemæo, Cavyla Sexto Ruſo, & Cedreno, Calybe Straboni, & Stephano, cum urbe parva cognomine in Cœnica provincia, 30. mill. paſſ. diſtans ab ora Ponti Euxini & à Salmideſſo in occaſum Hadrianopolim verſus 65. ad radices montium, ſed quid ſit nunc non conſtat, quamquam *Sicibab* dici ſcribat Moletius.

Caceræ, *Caceres*, oppidum amplum Hiſpaniæ in Extremadura provincia, ad *Salor* fluviolum, 8. leucis a Turri Julia diſſitum, teſte Roderico Sylva.

Cc

Caceræ, *Caceres*, & *Caceres de Camarines*, urbs Aſiæ, in parte meridionali Luzoniæ inſulæ Philippinarum præcipuæ, in mari Indico. Eſt Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Manilano; eſtque parvi circuitus, in ora littorali, cum portu in provincia Camarina, ſub dominio Hiſpanorum. Dicitur etiam Cacerenſis civitas.

Cachanum, *Cachan*, urbs Perſiæ regni, in provincia *Erach* dicta, 22. leucis ab Aſpahamo diſtans Comum verſus, teſte Tivernerio.

Cacharum Regnum, *le Royaume de Kakares*, regio ſeu provincia Indiæ propriæ & intra Gangem, in Imperio magni Mogolis, maxime ad Boream porrecta, verſus Thibetum regnum, quod ei adjacet ad arctos, Caſſimirinum regnum ad occaſum, & Banchiſcum Naugracutumque regna ad Meridiem, eſtque intra montes, & verſus Gangis fontes.

Cacheum, *Cachieu* ſeu *Sierra Liona*, oppidulum Africæ, & emporium valde ab Europæis frequentatum, in ora littorali Guineæ, verſus promontorium Leænæ.

Cacomæum Regnum, *le Royaume de Chacomas*; regio Indiæ extra Gangem, antea ſub dominio Regis Peguani, nunc proprio regi parens, qui regi Peguano vectigalia ſolvit, eſtque verſus Coſminum fluvium, in confinio regni Bengalæ.

Cacus, mons Hiſpaniæ Tarraconenſis, ſic, ut ajunt, a Caco inſigni latrone ab Hercule interfecto nominatus, teſte Juvenali, nunc *el Moncaio*, in Aragonia, prope confinia Caſtellæ veteris, inter Turiaſſonem, Borjam, & Agredam, dicitur melius Caunus Mons. Vide ibi.

Cacyron, oppidum Siciliæ inſulæ Ptolemæo, nunc teſte Fazello, est *Caſſaro*, caſtrum in Valle Netina, principatus titulo clarum, 8. milliaribus diſtans ab ora maris Ionii, & a Syracuſis in occaſum hybernum, inter Leontinos ad Septentrionem & Netum ad Meridiem, ad amnem *Faſibli* dictum, hinc populi Cacyrini, Plinio.

Cadacherium, *Cadachers* antea, nunc *Cadaquez* incolis, *Cap de Quers* Gallis, oppidum Hiſpaniæ in Catalonia, & in ora littorali maris Mediterranei, cum portu in Emporienſi tractu, prope Rhodas, dicitur etiam Caput aquarum.

Cadanum, *Cadan*, oppidum Bohemiæ in circulo Zatecenſi, quo conventum fuit ut Ducatus Wurtembergenſis reſtitueretur Ulrico Duci a Ferdinando primo Imperatore, ſedet ad Egram fluvium, 2. milliaribus Germanicis à Zatecio in occaſum, uti 8. à Letomeritio Egram verſus 9.

Cadavus, *el Cavado*, fluvius Hiſpaniæ in Portugallia, olim Celandus dictus, teſte Cluſio cum aliis, oritur in confinio Gallæciæ, hinc per provinciam inter Durium & Minium fluens in occaſum, verſus Bracaram labitur, & deinde in Oceanum Atlanticum ſe exonerat, inter Nebim fluvium ad Septentrionem & Avum ad Meridiem. Vide Celandus.

Cadenacum, *Cadenac*, oppidulum Galliæ, in Cadurcenſi provinciæ, in cujus vicinus viſitur Uxellodunum Cæſaris, quod nunc in ruinis jacet. Sedet ad Oldam fluvium, in limite Ruthenenſis provinciæ, una leuca à Figeaco, & 9. à Cadurco in ortum, diciturque etiam Capdenacum.

Cadi, urbs Phrygiæ minoris, teſtibus Ptolemæo, & Strabone, quid ſit nunc non conſtat.

Cadillacum, *Cadillac*, oppidum Galliæ, in Aquitania & Burdegalenſi agro, cum caſtro cultiſſimo, eſtque caput Comitatus Benalgii, juxta fluvium Garumnam ſitum, 4. leucis ſupra Burdegalam, & totidem à Vaſato.

Cadiscus, mons & promontorium Cretæ inſulæ, teſte Plinio, in ejus parte occidentali, ad Phalaſarnam oppidum, nunc ex tabulis recentibus *il Capo Buſo*; promontorium Boreale in agro Cydoniæ, 702 mill. paſſ. à Malea promontorio Peloponneſi recedens in Meridiem, aliis tamen eſt mons *Cachiscalla* dictus in ejus viciniis.

Cadisia, urbs Iracæ regionis, olim Aſſyriæ dictæ, teſte Gollio.

Cadmea, ſic dicta fuit quandoque urbs Thebana, teſte Strabone libro 9.

Cadmeis, ſic aliquando dicta fuit Achaia regio Græciæ, teſte Thucydide libro 1.

Cadmus, mons Lydiæ Straboni, ad Laodiceam urbem, ex quo Lycus fluvius manat.

Cadomum, ſeu Cadomus, urbs Biducaſſium in Gallia Celtica, nunc *Caen*, quanquam *Can* pronunciandum, urbs Normanniæ inferioris caput in Gallia, cum caſtro permunito, & Academia celebri ad Olinam fluvium, ſic dicta à quibuſdam quaſi Caij domus, 4. leucis ab ora Oceani Britannici recedens, & in ea obiit Guillelmus Nothus, ſeu conquiſtator Rex Angliæ, & Dux Normanniæ anno 1093. ætatis ſuæ 74. diſtat 28. leucis à Rothomago in occaſum, & 10. à Lexovio Baiocas verſus 6. eſtque ampla & probe culta, hinc Cadomæus nomen gentis, *Caennois* vulgo.

Cadorinus Ager, *il Cadorino*, tractus Italiæ, Foro Julienſis provinciæ pars maxime in occaſum extenſa, verſus Planim fluvium, dicitur melius Cadubrum. Vide ibi.

Cadubrium, *il Cadorino*, ſive etiam *il Cadoreſe*, aliquando incolis, *le Cadorin* Gallis, tractus Italiæ in provincia ſive Ducatu Fori Julii, in montibus poſitus; ubi olim Carnorum pars occidentalis, dictus fuit etiam contracta Cadubrii, & Capitaneatus Cadubrii in media ætate, terminatur à Septentrione & Occidente Comitatu Tirolis, à Meridie Bellunenſi agro, & Carnea parte Fori Julii, ab Oriente vero eadem Carnea, ſuberat alias dominis de Camino, poſtea Patriarchæ Aquileienſi paruit, ſed ab anno 1420. ſubeſt Reipublicæ Venetæ, & ejus circuitus eſt 75. milliarium circiter, continet autem novem Centurias ſive Centenaria ut vocant quarum nomina ſunt Plebs, Domeges, Vallis, Comelicum ſuperius, Commelicum inferius, S. Vitus, Abruntium ſive Auronitum, Ultra Plavis, & Venantium, & totius tractus caput eſt Plebs, ſive Caſtrum Plebis, *la Pieve* vulgo, prope Planim fluvium; ſed indigenæ propter fidem erga Venetam Republicam, legibus ſuis vivere permiſſi & tributorum onerumque omnium perpetua immunitate donati fuere a Senato Veneto, quod etiamnum ſervatur, hujus tractus pars erat antea Centuria Ampitium dicta, cum caſtro Butiſtagni, ſed ab anno 1505. ſubeſt dominio Archiducis Auſtriæ, eſtque pars Comitatus Tirolis, ex pacto inter Maximilianum Imperatorem & Venetos inito, teſtibus Guidotto, & Leonardo Cethereo Plebano S. Juſtinæ Abruntii, Viro clariſſimo, qui multa nobis de his partibus communicavit, Patria fuit Titiani Vecellii pictoris celeberrimi.

Cadurcensis Tractus, *le Quercy*, provincia eſt Galliæ in Aquitania, & in Guienna regione, ubi olim Cadurci populi, ampla eſt & culta inter Lemovicenſem provinciam ad Septentrionem, Alverniam & Ruthenenſem provinciam ad ortum, Occitaniam ad Meridiem; & Aginnenſem Petrocorienſemque provincias ad occaſum, ejus urbes ſunt Cadurcum ipſius primaria, Mons Albanus, Figeacum, Gordonium, & Martellum, hinc Cadurcenſes, *les Quercinois* vulgo.

Cadurci, populi Galliæ Aquitanicæ, Plinio & Ptolemæo, Cadorci quibuſdam, inter Lemovices, Alvernos, Ruthenos, Petrocorios, Nitiobriges, & Volcas Tectoſages, ubi hodie Cadorcenſis provincia, *le Quercy*, eorum primaria Cadurci. & Cadurcum ſeu Divona Cadurcorum, nunc vulgò *Caors* dicitur.

Cadurcum, *Caors*, urbs Galliæ in Aquitania, quæ olim Divona Cadurcorum dicta fuit, teſte Petro de Marca; & Cadurcorum caput, ut & nunc Cadurcenſis provinciæ præcipua, ampla, elegans, & munita, in modum peninſulæ cincta ab Olda fluvio, qui ad ipſam tribus pontibus lapideis jungitur, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Albigenſi ab anno 1678. cum antea ejus Epiſcopus ſuffragaretur Archiepiſcopo Bituricenſi, eſtque patria Joannis XXII. Pontificis Maximi, 9. leucis diſtans à Monte-Albano in Septentrionem Sarlatum verſus paulo minus, & 12. ab Aginno in ortum æſtivum.

Cæa, *la Cea*, fluvius parvus Hiſpaniæ in regno Legionis, oritur verſus confinia Aſturiæ S. Julianæ, 6. leucis ſupra oppidum Cæam quod rigat, deinde in Meridiem fluens in Carrionem ſe exonerat.

Cæa, inſula maris Ægei, cujus meminit Ovidius. Vide Cea.

Cæa & Cea, *Cea*, oppidulum Hiſpaniæ in regno Legionenſi, ad fluvium cognominem, cum caſtro in colle, 5. leucis à Fano S. Facundi in Septentrionem, uti 11. à Palentia, verſus confinia Aſturiæ, & Ducatus titulo inſignitur.

Cæcinum, oppidum magnæ Græciæ maritimum, Melæ. Vide Cecinum.

Cæcius, mons Pannoniæ. Vide Cetius, ut in codice Græco Ptolemæi.

Cæcubum, & Cæcubus, mons & locus Latii, Plinio, & Straboni, in Campaniæ confinio ad ſinum Cajetanum, ad Fundos urbem vitifer, Amyclis vicinus, nomen retinet antiquum.

Cælanum, *Celano*, oppidum regni Neapolitani, in Aprutio ulteriori, Comitatus titulo clarum, in ora lacus Fucini, qui ab eo nomen ſortitur, 12. milliaribus diſtans ab Aquila civitate, & 15. a confinio ditionis Pontificiæ, ad radices montis Apennini.

Cælianum, opidulum Lucaniæ, ex itinerario Antonini, & libro limitum, nunc ut opinatur Ortelius, eſt *Cigliano* ſeu *Cirgliano*, caſtrum regni Neapolitani in Baſilicata provincia, 24. mill. paſſ. à ſinu Tarentino in occaſum, atque ab Heracleæ ruderibus, & 13. à Tricarico in Meridiem.

Cælina, & Celina, oppidum & fluvius Carnorum, in Venetia, Plinio, oppidum exciſum jacet ad Maniacum vicum ex illius ruinis ædificatum, ab Utino urbe 20. mill. paſſ. in occaſum, fluvius adhuc *le Celine* nominatur, potius torrens. Vide Celina.

Cæliomons, & Celius mons, oppidum Vindeliciæ ex itinerario Antonini, hodie teſte Simlero, eſt *Kelmuntz*, oppidulum tenue Germaniæ, in Suevia, ad Ilarum fluvium, 3. milliaribus Germanicis infra Memmingam in Boream Ulmam verſus 5. & 9. ab Auguſta in occaſum, inter Guntium ad Septentrionem & Campodunum ad Meridiem.

Cælium, oppidum Hiſpaniæ Luſitanicæ, Antonino, Solium Ptolemæo, nunc, teſte Vaſconcello, *Ceiça* vicus Portugalliæ in Extremadura provincia, 2. leucis à Tomario in occaſum Olipponem ſeu Leiriam verſus, alii autem ſcribunt Sellium, exiſtimantque eſſe Leiriam urbem.

Cælium, oppidum Italiæ in Salentinis, teſte Plinio, ſeu in Meſſapia, nunc *Ceglie* ſeu *Ceglio*, caſtrum Regni Neapolitani in provincia Hydruntina, inter Brunduſium ad ortum & Tarentum ad occaſum, 18. mill. paſſ. diſtans & 6. ab Hoſtunio in Meridiem, uti 8. à mari Adriatico, ad radices Apennini montis.

Cælius mons, unus ex ſeptem collibus urbis Romæ P. Victori & aliis, unde porta Cæliomontana, nunc *il monte di S. Giouanni* dictus, quia in eo extructa eſt Baſilica S. Joannis in Laterani, dicitur melius Cœlius mons. Vide ibi.

Cælum-Aureum, ſuburbium olim Ticini, ſeu Papiæ urbis in Longobardia & in Ducatu Mediolanenſi, nunc intra urbis mœnia, ubi templum D. Petro à Luitprando Rege excitatum, teſte Paulo Diacono, *S. Pietro Celaureo* vulgo, in quo corpus D. Auguſtini Epiſcopi & Doctoris Eccleſiæ conditum adſervatur.

Cæns, inſula parva maris Africi, prope Melitam & Gaulum, teſte Plinio.

Cæne, Peloponneſi oppidum, Ptolemæo, in Laconia provincia, & in ora ſinus Laconici, hodie *Camares*, teſte Nigro, *Cenopoli* autem Brietio, dictum fuit etiam Coene & Cænopolis, hinc Coenites portus ejuſdem loci, hicque ædes Cereris, & templum Veneris nobile, inter Teuthronam ad Boream & Tænarium ad Auſtrum, 10. mill. paſſ. utrinque diſtans, nuncque paucis conſtat incolis ſub dominio Turcarum.

Cæneum. Vide Cenæum.

Cænica, provincia Thraciæ cis Rhodopen, Straboni, à Cænis populis nomen habens. Ejus urbes præcipuæ fuere Bizia, Anchialus, & Appollonia magna.

Cænis, promontorium Brutiorum in Italia, Plinio, è regione Pelori, hodie, teſte Gabriele Barrio, eſt *il Capo di Pezzolo*, promontorium Calabriæ ulterioris prope Cænidem oppidum, & ad oſtia Cænidis amnis, in ora freti Siculi, 8. milliaribus a Rhegio in Septentrionem, Scyllæum verſus, ſed Lucæ Holſtenio ex diligenti obſervatione, eſt *il Capo Cavallo* promontorium ejuſdem provinciæ in ora freti Siculi, in quo ſpecula *la Torre Cavallo* dicta, proximo intervallo a Peloro promontorio diſtans in ortum, ita ut utriuſque promontorii ſpeculæ campana ſibi invicem dent ſigna, 2. milliaribus à Scyllo promontorio in Meridiem.

Cænis, oppidum Brutiorum, Stephano, nunc caſtrum eſt regni Neapolitani, *la Fiumara di Muro* dictum, in Calabria ulteriori, ad amnem cognominem ſeu Cratum, vix 3. milliaribus ab ora freti Siculi diſſitum, & 8. Rhegio in Septentrionem Scyllæum verſus 5.

Cænophrurium, pagus Thraciæ ad Propontidem, Flavio Vopiſco, & ex itinerario Antonini, nunc *Drepali* dictus, teſte Sophiano, 40. mill. paſſ. a Byzantio in occaſum, & medius inter Selymbriam ad ortum æſtivum & Heracleam ad occaſum hybernum: ubi Aurelianus Imperator interfectus, teſte Eutropio.

Cænopolis, urbs Peloponneſi, quæ antea Tænarus dicta, teſte Procopio. Vide Tænarus.

Cænos Gallicanos, pagus Bithyniæ, ex itinerario Antonini, qui Gallica Ptolemæo, inter Dadaſtanam, & Dablim, ubi Conſtantia Galli Imperatoris uxor obiit, à Dabli, 18. mill. paſſ. diſtans, & 60. ultra Nicæam in ortum, nunc etiam vicus *Gallica* dictus, ut quidam exiſtimant.

Cænus, fluvius parvus Galliæ Narbonenſis in Provincia, Plinio & Ptolemæo, nunc quidam interpretantur *l'Arc*, fluvium Provinciæ Aquas Sextias rigantem, & in ſinum Aſtromelam fluentem, ſed alius eſt fluvius parvus ejuſdem provinciæ qui Aubaneam rigat, & prope Maſſiliam mari Mediterraneo jungitur, quod probabilius.

Cære, ſeu etiam Cære vetus, & Cærete quibuſdam, oppidum Thuſciæ vetuſtiſſimum & alias ditiſſimum, teſtibus Livio, & Plinio, in quo, Roma à Gallis capta, virgines Romanæ ſervatæ ſunt, & cujus ingentia dona in templo Apollinis ſervabantur, teſte Strabone, prius Agylla dicta, & à Pelaſgis Theſſaliæ populis condita, nunc *Cervetere* dicitur, quanquam *Cerveter* incolæ pronuncient, per eliſionem, eſtque caſtrum ditionis Eccleſiæ, in provincia patrimonii S. Petri, ſub dominio utili Ducis Bracciani, ſedet in colle prope Vacinam amnem, ut ego pluries vidi, fere inter Alſium & Pyrgos, 3. milliaribus à mari Mediterraneo in Septentrionem Braccianum verſus 8. & 25. ab urbe Roma in in occaſum Centumcellas verſus, hinc Cæretanus nomen gentis.

Cærisi, populi Galliæ Belgicæ, Cæſari, qui etiam Cereſi dicti, Trevirorum pars fuere, ubi hodie pars auſtralis Ducatus Luxemburgenſis in Diœceſi Trevirenſi, teſte Sanſone, inter Moſam & Moſellam, quanquam Hubertus Leodius exiſtimet eos fuiſſe ſub Eburonibus, uti etiamnum caſtrum *Cerey* dictum, 5. leucis à Leodio Namurcum verſus, forſan ex nominis alluſione.

Cæretanorum emporium, locus Hetruriæ, Straboni, Cæris ut videtur aliquibus ex Virgilio, nunc *S. Severa*, vicus ditionis Eccleſiæ in provincia patrimonii D. Petri, cum Turri in ora maris Tyrrheni, ſed omnino caret portu in præſentia, ipſo forſan oblimato & arenis obducto, 5. mill. paſſ. diſtans à Cære in occaſum, uti 27. ab urbe Roma Centumcellas verſus.

Cæretanus, fluvius parvus Hetruriæ Plinio, qui Cæres Virgilio, nunc *Eri* dictus, in provincia Patrimonii, ditionis Eccleſiæ, teſte Leandro, oritur ex Sylva Mantiana ſupra Braccenum, & in mare Tyrrhenum ſe exonerat, inter Cære & Centumcellas.

Cæretum, oppidum Umbriæ, inter Spoletum & Nurſiam. Vide Ceratæ.

Cærperis, oppidulum Britanniæ majoris, nunc, teſte Lhuydo, eſt *Portcheſter*, vicus Hamptoniæ Comitatus in Anglia, in ora litorali maris Britannici, prope Portus oſtium, à quo 3. milliaribus diſtat in Boream, uti 12. a Southamptonia in ortum.

Cæruleus Fons, qui & aquæ Claudiæ, apud urbem Romam, teſte Suetonio.

Cæsæna, & Cæſena, urbs Senonum in Gallia Ciſpadana, Antonino, Ceſena Ptolemæo, & Plinio, *Ceſena* etiam vulgò, urbs Italiæ in ditione Eccleſiaſtica, & in Romandiola provincia, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Ravennate, juxta Sapim fluvium mœnia radentem, ad pedes montis, in cujus ſummo habet arcem utcumque munitam, eſtque inter Ariminum ad ortum, 20. mill. paſſ. & Faventiam ad occaſum, 23. mill. paſſ. diſtans, 10. à Sarſina in Septentrionem, & totidem à confinio magni Ducatus Hetruriæ, hinc Cæſenares populi.

Cæsaraugusta, urbs Edetanorum in Hiſpania Tarraconenſi, Plinio, Cæſarea Auguſta Ptolemæo, prius Salduba, nunc *Caragoça* & *Zaragoça* incolis, *Saragoſſe* Gallis, *Saragoza* Italis, & *Saragoſa d'Aragona* Siculis, urbs Archiepiſcopalis Hiſpaniæ, regni Aragoniæ caput, & conventus juridicus, cum arce, Academia, & ponte ad Iberum fluvium, ubi recipit Guervam & Gallæcum amnes, Colonia Cæſarea Auguſta Salduba dicitur in veteri inſcriptione, & a Chriſtianis recuperata fuit anno 1118. ejectis Mauris. Metropolis effecta fuit à Joanne 22. Pontifice Maximo, anno 1318. eſtque inter primas Hiſpaniæ urbes, 12. leucis Hiſpanicis diſtans a Bilbili in ortum, Barbaſtrum verſus, a Valentia 42. in Boream Pompelonem verſus 26. à Barcinone vero 48. in occaſum æſtivum, uti 22. ab Ilerda Burgos verſus 45. hinc Cæſarauguſtanus nomen gentis.

Cæsarea, inſula Galliæ Celticæ, in mari Britannico, teſte Antonino, hodie *Jerſey* Gallis, *Jraſey* Anglis, inſula alias Ducatus Normanniæ pars, & Conſtantienſis tractus, nunc vero Southamptoniæ provinciæ annexa, cum ſola ſuperſit Angliæ Regibus, una cum Garneſcia ex avita hereditate Ducatus Normanniæ, à cujus ora vix 5. leucis diſtat in occaſum Garneſciam verſus totidem, & 30. circiter à littore Angliæ in Meridiem, incolæ Gallice loquuntur, quanquam corruptius, & in hac inſula ſunt 12. parœciæ, & caſtra *Montorgueil & Elizabeth* dicta, in ejus ora orientali, ei vero adjacent duæ minutæ inſulæ verſus Meridiem nempe S. Albani & S. Hilarii.

Cæsarea Archelais, urbs Cappadociæ ad Halym fluvium, a Tiberio Claudio Imperatore colonia facta, eodem tempore quo Mazaca, quæ Cæſarea dicta fuit. Vide Archelais.

Cæsarea, Bithyniæ urbs, Ptolemæo teſte, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Nicomedienſi.

Cæsarea Boiorum, oppidum Norici, cujus meminit tabula Peutingeriana, nunc *Keſching* vicus Germaniæ in Bavariæ Ducatu, teſte Velſero, prope Danubium fluvium & Ingolſtadium urbem.

Cæsarea penes Anazarbum, urbs Aſiæ minoris, in Cilicia, Ptolemæo, quæ ab aliis Anazarbus dicitur. Vide ibi.

Cæsarea Lutra, *Keiſers Lautern*, urbs Germaniæ. Vide Cæſaro Lutra.

Cæsarea, oppidulum Pannoniæ ſuperioris, ex itinerario Antonini, dicitur etiam Cæſariana, nuncque ut exiſtimat Wolfgangus Lazius, eſt *Thata* incolis, *Dotes* Germanis, oppidum munitum Hungariæ inferioris, 2. milliaribus Germanicis diſtans à Cruſtumerio in Meridiem, Albam regalem verſus 8. circiter, aliis autem eſt *Eſchneck* caſtrum intra montes, & inter Komoram ad Septentrionem, & Albam regalem ad Meridiem.

Cæsarea, quæ & Mazaca prius dicta, urbs Cappadociæ, Straboni, Plinio, & aliis, nunc *Caiſar* & *Tiſaria* quibuſdam, Archiepiſcopalis eſt ad Melam fluvium, juxta montis Argæi radices. Ei D. Baſilius Magnus præfuit Epiſcopus, 70. mill. paſſ. diſtat a Sebaſtia in Meridiem, totidem à Tyana, & 150. a Melitene urbe & Euphrate fluvio in occaſum, verſus confinia Armeniæ minoris; nunc obſcurior effecta ſub dominio Turcarum.

Cæsarea Ponti, urbs Aſiæ minoris Epiſcopalis. Vide Neocæſarea.

Cæsarea, urbs fuit Mauritaniæ Cæſarienſis, Plinio, hodie *Capo Figalo* dicitur, Pineto teſte, eſtque in ora littorali maris Mediterranei.

Cæsarea, ſuburbium Ravennæ urbis in Gallia Togata, ſive in Æmilia, inter ipſam & Claſſim Jornandi, nunc *S. Maria in Portico*, teſte Hieronymo Rubeo.

Cæsarea Julia. Vide Julia Cæſarea.

Cæsarea Palæstinæ, quæ & Pyrgos ſeu Turris Stratonis, urbs Palæſtinæ, Ptolemæo, & Plinio, ſed quia Herodes collapſam reſtauravit, in gratiam Cæſaris Auguſti illo inſignivit nomine, ut Joſephus libro 15. antiquitatum Judaicarum refert, hodie *Caiſar*, urbs Terræ Sanctæ Archiepiſcopalis, ac poſt Hieroſolymam primaria, in Samaria regione, & in ora maris Syriaci, a Francis tertio occupatam eripuit Beibarſus Rex Syriæ, & fere univerſam quæ ſupererat vaſtavit, ſicque hodie prorſus jacet, erat olim in dimidia Tribu Manaſſe & poſtea ſub ſe habuit 20. Epiſcopos ſuffraganeos, 30. mill. paſſ. à Ptolemaide in Meridiem Joppen verſus 36. diſtans & 45. ab Hieroſolymis Septentrionem verſus, teſte Adrichomio.

Cæsarea Philippi, urbs Palæſtinæ, Plinio & Joſepho, prius Dan, aliis Laiſa, Ptolemæo Cæſarea Paniæ, & Panias dicta, hodie *Belina*, teſtibus Guillelmo Tyrenſi, Poſtello, & Brochardo, in Galilæa ad ortum Jordanis fluvii, in finibus Cœleſyriæ, & ad montes Libani radices ſita, olim Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Tyrenſi, nunc exciſa jacet, & ante ipſius portas confluunt fluvioli Jor & Dan, qui ſic fluvium Jordanem efficiunt, inter Tyrum ad occaſum 40. mill. paſſ. & Damaſcum ad ortum paulo minus, ab Hieroſolymis vero 110. in Septentrionem.

Cæsareopolis, *Keſmarckt*, ſeu etiam *Keyſerſmarckt*, oppidum Hungariæ ſuperioris, in Comitatu Cepuſienſi, juxta Carpathum montem, atque in finibus Poloniæ, cum arce, 2. milliaribus à Leutſcha, & 8. ab Epperia in occaſum.

Cæsariana, urbs Hiſpaniæ Bæticæ, Plinio, nunc ut plurimi exiſtimant, eſt *Xeres de la Frontera* in-

Digitized by Google

colis, *Querez de la Frontiere* Gallis, urbs Vandaliтiæ, in ora littorali Oceani, & ſinus Gaditani, prope oſtia Lethes fluvii, quæ Aſta nova dici poteſt, cum creverit ex ruinis Aſtæ Regiæ, 15. leucis diſtat ab Hiſpali in Meridiem Gades verſus 6. & 2. a Mneſthei portu: & juxta ipſam Gothi ſub Roderico Rege maxima clade affecti fuere a Saracenis anno 713. die 11. Novembris, ipſo etiam Rege cæſo.

Cæsaris Burgus, *Cherbourg*, oppidulum Galliæ in Normannia inferiori, & in Conſtantienſi tractu, in ora maris Britannici, quod & ſæpius dicitur Caroburgus. Vide ibi.

Cæsaris Dictatoris Villa, thermæ in Campania Tacito, ad ſinum Cumanum, *i Bagni di Salviati*, teſte Loffredo, à Cæſare nomen habens.

Cæsaris Insula, *Keyſertwert*, oppidum Germaniæ ad Rhenum fluvium, in ditione Electoris Coloniensis: dicitur ab aliis inſula S. Cumberti, teſte Zeilero, eſtque munitum in inſula Rheni, in ipſo confinio Ducatus Montenſis, 6 milliaribus Germanicis infra Coloniam in Boream Veſaliam verſus 5. in inferiori Diœceſi Colonienſi, & olim etiam Verda monaſterium dictum fuit

Cæsarodunum, urbs Galliæ Celticæ, Ptolemæo, quæ & Turones, *Tours*, Archiepiſcopalis ad Ligerim fluvium. Vide Turones.

Cæsaris mons, *Kaiſersberg*, urbecula Germaniæ in Alſatia ſuperiori provincia, antea Imperialis erat & libera, ſed ſub Hagenoa præfectura, ideoque ſub dominio Regis Franciæ, pace Monaſterienſi, ſedet in valle prope amnem Album *Weiſſ*, & 3. milliaribus Germanicis diſtat a Briſaco in occaſum æſtivum Nanceium verſus.

Cæsaromagus, urbs Galliæ Belgicæ, Ptolemæo, & Antonino, nunc eſt Bellovacum *Beauvais*, urbs Galliæ in provincia Inſulæ Franciæ. Vide Bellovacum.

Cæsaromagus, urbs Trinobantum in Britannia magna, ex itinerario Antonini, nunc teſte Guillelmo Camdeno, ejus rudera viſuntur juxta *Brentwood* oppidulum Angliæ, in Eſſexiæ Comitatu, & in ejus parte auſtrali, quod à quibuſdam male *Burnewold* dicitur, & 18. mill. paſſ. diſtat à Londino, in ortum æſtivum Camalodunum verſus.

Cæsaropolis, urbs fuit Macedoniæ Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Philippenſi, teſte Curopalate.

Cæsaro Lutra, ſive Lutra Cæſaris, *Keiſers Lautern* incolis, *Caſeloutre* Gallis, urbs parva Germaniæ in Vaſgovia tractu, & in Palatinatu Rheni, ad amnem *Lauter* cum arce prope Ducatum Bipontinum, alias Imperialis fuit & libera, ſed ab Imperio exempta fuit anno 1402. à Ludovico Imperatore, & conceſſa Electori Palatino cui nunc etiam ſubeſt, vix 2 milliaribus Germanicis diſtans ab arce *Landſtul*, 6. à Spira in occaſum, & paulo plus à Vormacia.

Cæsarotium, oppidum Galliæ Celticæ, in confinio Bellovacorum, ex itinerario Antonini, nunc *Giſors*. Vide Cæſortium.

Cæsena, urbs Æmiliæ. Vide Cæſæna, & Ceſena. Antonino Ceſena ſcribitur.

Cæsia Sylva, in Germania inferiori Tacito, nunc *Heſerwaldt* in Ducatu Clivenſi, in limite Monaſterienſis ditionis, inter Veſaliam & Coſfeldiam, teſte Cluverio.

Cæsortium, ſive Cæſarotium oppidum Galliæ Celticæ, Antonino, poſterioribus Giſortium, *Giſors* vulgo, oppidum Galliæ in Normannia, & Vexini Normannici caput, ad Eptam fluvium, vix 3 leucis à confinio agri Bellovacenſis, Comitatus antiqui titulo gaudens, 14. leucis diſtat à Lutetia Pariſiorum in occaſum æſtivum Rothomagum verſus totidem, 7. a Medunta in Septentrionem, & 6. à Bellovaco in occaſum hybernum, cum caſtro ſemi diruto in tumulo adjacente.

Cætobrix, urbs Hiſpaniæ in Luſitania, Ptolemæo, quæ Cetobrica Plinio, nunc *Setuval*, in Portugallia. Vide Cetobrica.

Caferonianum, exiguum caſtrum Hetruriæ, Antonino, nunc *Curfigliano*, ad Auſeris fluminis ortum & montis Apennini radices, à Luca 26. mill. paſſ. in Septentrionem, ab Apua oppido ſupra 20. in ortum, in ditione Lucenſi, hinc Caferoniana tractus vulgò *la Grafignana*.

Caferoniana, tractus eſt intra Apenninum montem, in Italia, cujus major pars eſt ditionis Murinenſis, minor verò Reipublicæ Lucenſis; ibique oppidum præcipuum Caſtrum novum. Vide Carfetoniana & Grafiniana.

Caffa, ſive Capha, *Caffa*, urbs Tartariæ minoris in Tauricæ Cherſoneſo, ampla & probe culta, ſub dominio Turcarum, cum portu & emporio celeberrimo, in ora Ponti Euxini, quanquam in Tartaria minori, & antea Epiſcopalis nemini ſuffraganea, cum Genuenſibus ſuberat, Wadingo teſte. Ab omnibus creditur Theodoſiam antiquitus dictam fuiſſe, ſed tamen Sanſon exiſtimat ibi fuiſſe alias Cavum oppidum, 30. mill. paſſ. à Theodoſia in occaſum.

Caffensis Præfectura, *le Beglerbeglic de Caffa*, pars Tartariæ Precopenſis, ſub dominio Turcarum, parva eſt admodum in ejus parte auſtrali verſus Caffam, ubi præfectus commoratur, qui Beglirbegi nomen titulo potius quam poteſtatis amplitudine tuetur.

Caffreria, ſive Cafrorum regio, *le païs des Cafres* ſive *la Cafrerie* Gallis, *à coſta dos Cafres* Luſitanis, *Kafrarie*, & *Landt der Kaffers* Anglis, & Belgis, regio ampla Africæ magis ad Meridiem extenſa, ubi olim Æthiopes Antropophagi, in Æthiopia inferiori, terminatur à Septentrione Regnis Monemugi, Angolæ, & Benguelæ, atque Zanguebaria regione, ſed ab Oriente, Meridie, & Occidente cingitur undique Oceano meridionali ſive Æthiopico; pars ejus ad ortum æſtivum extenſa complectitur aliquot regna Europæis nota, nempe Quitevæ, Sedandæ, Chicangæ, Sofalæ, Mocalapatæ, & Vambæ, cum aliis minoris notæ, ſicque ex hac parte regio eſt fertilis & culta, etiam cum aliquot fodinis: ſed pars occidentalis regionis, eſt aſpera inculta & ſterilis, nempe à promontorio Nigro uſque ad Caput Bonæ ſpei, uti & meridionalis etiam, cum in his nullæ ſint urbes, neque regna, ſed incolæ illarum regionum pro majori parte undequaque vagantur in mediterraneis, ſuntque Antropophagi, & fere ſine legibus, ſparſim per montes & ſylvas belluarum fere more viventes, & barbari admodum omniumque nationum inimici crudeles, ſub propriis tamen Capitaneis aut ducibus. Dicuntur Cafri ab Europeis, quaſi ſine lege, cum ſe ipſos *Hottentots* vocent, ſicque de eorum mediterraneis locis aut provinciis non habetur diſtincta cognitio, ſed ii qui partem meridionaliorem hujus regionis inhabitant verſus Caput Bonæ ſpei, & oram littoralem, *Hottentots* etiam dicti, diſtinguntur inter ſe in tredecim populos ſive gentes, quorum nomina ſunt, *Goringhaiconas*, dicti a Belgis *Watermen*, id eſt homines aquatici: *Gorachouquas*, qui itinere quinque dierum diſtant a promontorio Bonæ ſpei; *Gorinhaiquas*, qui & *Cape-mans* dicti à Belgis, quod inhabitent prope Caput Bonæ ſpei: *Cochoquas*, qui & *Saldanhars* vocantur ab exteris, quod ſint prope ſinum Saldanæ; *Canguriquas* magni & parvi: *Hoſaas*: *Chainouquas* ſub proprio principe *Sonſoa* dicto: *Cabonas* valde crudeles: *Sonquas*, qui montibus degunt: *Namaquas*, ad ortum Capitis Bonæ ſpei: *Brigoudas*: *Houſaquas*: atque *Hamkumquas*, ut conſtat ex relationibus illarum partium; tota autem pars meridionalis montibus altiſſimis re-

ſerta eſt, qui à Luſitanis *Os Pices Fragoſos* dicuntur, & *les pointes aiguës* à Gallis: & Belgæ uniti ab aliquot annis Caſtrum Bonæ ſpei erexerunt ad ſinum Tabulæ, cum vico ſatis culto & nautis peropportuno, ad radices montis Tabulæ, in ora Capitis Bonæ ſpei, ſed de aliis locis hujus regionis nulla ſit mentio inter recentes; & notantur tantum aliquot portus & ſinus, uti etiam tractus dicti, Terra Natalis à *Terra do Natal*, Tractus Fumorum à *Tierra dos Fumos*, à *Tierra dos Naonetas*, & Ora deſerta à *Coſta Deſierta* vulgo, cum aliquot aliis.

CAFRI, *Hottentots* ſibi, *les Cafres* Gallis, *os Cafres* Luſitanis, *Kaffers* Anglis & Belgis, populi Africæ meridionalis, juxta oram littoralem Oceani, quorum regio Cafreria vocatur.

CAGAJANUM, *Cagajan*, urbs Aſiæ in Cebu inſula, una ex Philippinis, parva ſed munita, cum portu ſub Hiſpanis.

CAGOAIUM, *Cuagay*, portus Jamaicæ inſulæ in America, & in ejus ora meridionali; eſt peramplus ad oſtia fluvii cognominis, & nunc Portus Regius dicitur, *Port Royal*, ſub dominio Anglorum: ab Hiſpanis vero *el Puerto de Caguay* vocatur. Vide Portus Regius.

CAIANA, *la Caienne*, inſula Americæ meridionalis. Vide Cayana.

CAIANEBURGUM, *Caianeburg*, oppidum Sueciæ, in Finnia, & in Caiania provincia, cum arce, in mediterraneis, verſus Lappiam, & prope Ulam lacum.

CAIANIA, *Cayania*, provincia regni Sueciæ, quæ dicitur aliter & ſæpius Bothnia orientalis, extenditurque inter ſinum Bothnicum ad occaſum, Lapponiam, Finnoniamque.

CAIAZIA, ſic dicitur à quibuſdam recentioribus *Caiazzo*, urbs regni Neapolitani in provincia Terræ Laboris, quæ aliis & melius Calatia vocatur. Vide ibi.

CAICA, *Caicos*, inſula Americæ ſeptentrionalis, & una ex Lucaiis inſulis

CAICI, populi Germaniæ. Vide Cayci, & Cauchi.

CAICUS, fluvius Æolidis in Aſia minori, Straboni, & Livio, qui Caycus Xenophonti, olim Aſtræus, nunc *Girmaſti* pleriſque, ſed *Caſtri* Nigro, & *Chiai* aliis dictus, oritur in Myſia, & inter Pitanen ad Septentrionem & Elæam ad Meridiem in mare Ægeum ſe exonerat, & non procul à Pergamo decurrit.

CAIETA, urbs Auruncorum in Latio novo, Ptolemæo, ſive Caietta Straboni, nunc *Gaeta* incolis, *Gaiette* Gallis, urbs Regni Neapolitani in provincia Terræ Laboris, probe munita, ad radices collis in peninſula, cum duplici arce, & portu amplo in ora maris Tyrrheni, Epiſcopalis eſt, antea ſub Archiepiſcopo Capuano, nunc ab ea exempta, proxima Formiis urbi exciſæ, cui ſucceſſit in Epiſcopatu, ad 4. mill. paſſ. à Neapoli 55. Romam verſus, & 14. à confinio ditionis Pontificiæ in ortum, alias varias experta vices, nunc validum habet Hiſpanorum præſidium, & ab ea ſinus Caietanus apud Strabonem nominatur, patria fuit Gelaſii II. Pontificis Maximi, hinc Caietanus nomen gentis, *Gaetano*.

CAIFUNGA, *Caifung*, urbs ampla Imperii Sinarum, in Honania regione, cujus caput exiſtit, juxta Croceum fluvium, & peſſime habita fuit hiſce ultimis temporibus, ſed in dies reſtauratur, & ab ea pendent 34. urbes minores, teſte Martino Martinio.

CAIMANA, *Caiman* Hiſpanis, *l'Iſle des Lezards* Gallis, inſula Americæ ſeptentrionalis, in ſinu Mexicano, ad Meridiem Cubæ inſulæ, piſcatione teſtudinum percelebris. Vide Crocodilorum inſula.

CAINO, ſeu Chinonium, *Chinon*, olim vicus, nunc oppidum lepidum Thronenſis provinciæ in Gallia cum caſtro in colle, ad Vigennam fluvium, verſus Pictavienſem agrum, 7. leucis diſtat a Salmuro in ortum, & 5. a Loduno in Septentrionem, & in eo obiit Henricus II. Rex Angliæ anno 1188. teſte Mathæo Pariſienſi.

CAIPHA, *Caifa*, oppidum Terræ Sanctæ, in ora maris Mediterranei, & radices montis Carmeli, quod teſte Guillelmo Tyrenſi, eſt Porphiria veterum, Porphyreum Stephano, olim urbs Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Tyrenſi, tempore Belli ſacri a Saladino deſtructa fuit, nuncque in vicum redacta eſt, prope fluvium Mocacam dictum, cum portu tantiſper capaci.

CAIROANUM, *Cairoan*, urbs Africæ, in regno Barcæ. Vide Cyrene.

CAIROANUM, *Cairoan*, urbs Africæ, in regno Tunetano, quæ *Cairavan* Arabibus dicitur. Non longè diſtat ab ora maris Africi & à Syrti minore; crévitque, ut multi exiſtimant, ex ruinis antiquæ Thiſdri; & fuit antea majoris momenti. Vide Thiſdrus.

CAIRUS, *le Caire* Gallis, *Alcairo* & *Cairo* Italis, urbs Ægypti caput & regia, totiuſque Africæ ampliſſima, prope dexteram Nili fluvii ripam, à qua uno milliari diſtat, & ejus exundantis rivus eam mediam interſecat, crevit ex ruinis Memphis urbis in ejus viciniis, & Fuſtata dicta fuit, id eſt tabernaculum ſeu urbs, ab Amro Alaſi filio Omari juſſu excitata, cum Miſram ſeu Ægypti Metropolim in occidentali Nili ripa vaſtaſſet, ut tradunt Geographus Nubienſis, & Abulſeda de Memphi agens, extabat ibidem in clivo arx antiqua, dicta arx Cereorum, ubi rudera antiquæ urbis Babylonis, quod pluribus probatur ex Strabonis deſcriptione, unde horum temporum Scriptoribus, Cahira ſeu Cairus, quod tunc Fuſtatæ nomen erat, Ægyptia Babylon paſſim vocata fuit, tum etiam amnis Trajanus qui per Babylona fluebat, id eſt, qui amnis Imperatoris fidelium dictus, percurrit latus Fuſtatæ, poſtquam in Arabum devenit poteſtatem, nova illi urbs acceſſit juxta Nilum, deinde à Septentrione adjectum fuit oppidum, *Bulac* ſeu *Belac* nunc dictum, verſus Nilum, & demum alia ab Oriente accrevit civitas ampla, conſpicuo tamen à Fuſtata intervallo diviſa, hanc inchoavit *Gieuhar* gente Græcus, & *Alcahira*, id eſt Victricem vocavit, unde poſtea Italis & Europæis, *Alcairo* dicta fuit, quod nomen ab eo tempore deſignavit totum veteris & novæ urbis complexum, crevitque in immenſum ſucceſſu temporis, & Regum ſive Califarum ſede regia; & eam Saladinus firmiori muro cingere decrevit, ſed inchoatum opus abſolvere nequivit, nec poſt eum alius tentavit, nunc autem ſenſim deficit, & ipſa quæ antea Lutetia Pariſiorum major erat, nunc multo minor ab omnibus exiſtimatur, ex quo habet tantum præfectos ſub dominio Turcarum, quibus ſubeſt ab anno 1517. cum tota regione, innumeræ ſunt in hac urbe Turcarum Meſquitæ, ut vocant, Græcorum ſunt ſex Eccleſiæ antiquæ, Cophtorum plures ſunt adhuc, Catholicorum vero, una in domo Conſulis Francorum, altera in domo Conſulis Veneti, cum hoſpitio Franciſcanorum & Capucinorum, diſtat hæc urbs 80. milliaribus ab ora maris Mediterranei in Auſtrum, & 120. ab Alexandria, & tribus infra ipſam paraſangis ſcinditur Nilus in duos ramos majores, Deltamque regionem efficit. De Cairo pluribus & docte ſcripſit Jacobus Golius in notis ad Alferganum, uti Leo Africanus libro 8. Hæc urbs recens Epiſcopatu titulari decorata fuit, ſed nullis muris cingitur, nec propugnaculis nec foſſis vallatur, ſolum caſtellum orbi imminens, & in colle ſitum, muris & tormentis inſtructum eſt, in quo præfectus Turcarum commoratur, & ab ea urbe decem milliaribus diſtans Pyramides.

CAIUM REGNUM, *le Royaume de Cai*, pars Japoniæ in Quantoa regione Niphoniæ in mediterraneis, inter Conzucum regnum ad Septentrionem & Surun-

gam ad Meridiem, cum oppido cognomine, teſte Cardino.

Cala, *Chelles*, vicus Galliæ, cum Abbatia celebri monialium in provincia Inſulæ Franciæ, prope Matronam fluvium, & Gornacum oppidulum, 4. leucis à Lutetia in ortum Latiniacum verſus, à S. Clotide Regina Clodovei Magni uxore conſtructa, & à S. Bathilde Regina Galliæ amplificata anno 662. ubi olim pars Lauchoniæ ſylvæ Fuit olim villa regia, in qua obiere Reges Francorum Clodoveus II. anno 662. & Clotarius III. anno 679.

Calabria, regio Italiæ, Plinio, Livio, & Ptolemæo, quæ ab aliis etiam Meſſapia dicta fuit, ſed revera complectebatur tantum partem Borealem Meſſapiæ trans Apenninum, verſus mare Adriaticum, à quo terminabatur ad Septentrionem & ortum, uti Salentinis ad Meridiem, & Apulia Peucetia ad occaſum, eratque in eo tractu, ubi hodie pars Borealis provinciæ Hydruntinæ in regno Neapolitano, longè à Calabria recenti in ortum æſtivum, ejus vero urbes præcipuæ fuere Aletium, Brundusium, & Hydruntum, teſte Cluverio, hinc Calabri populi, & Calabricus nomen gentis.

Calabria, *la Calabria* Italis, *la Calavria* incolis, *la Calabre* Gallis, provincia eſt ampla regni Neapolitani, maxime in Auſtrum extenſa verſus Siciliam, ubi olim Brutii in magna Græcia, cujus incolæ Calabri, longe diſtat à Calabria regione antiquitus ſic dicta, eſtque Ducatus titulo inſignis, cujus Dux erat alias primogenitus & hæres Regis Neapolitani, terminatur à Septentrione Baſilicata provincia, ab Oriente mari Ionio, ab Occidente mari Tyrrheno, & à Meridie Siculo, à Borea in Auſtrum extenſa, eſtque una ex quatuor præcipuis partibus Regni Neapolitani, ſub qua etiam Baſilicata provincia aliquando ſubintelligitur cum late ſumitur. Calabria propria, ſeu ſtricte ſumpta duplex eſt, nempe citerior & ulterior, hinc Calabri populi, nunc dicti *li Calabreſi* & *li Calavreſi* vulgo ſibi, *les Calabrois* Gallis, *los Calabreſes* Hiſpanis.

Calabria citerior, *la Calabria Citra* vulgo, pars eſt Calabriæ Ducatus magis ad Boream protenſa, inter provincias regni Neapolitani quintum locum obtinens, cujus caput eſt Conſentia, quæ totius Calabriæ primaria exiſtit, eſtque ſatis fertilis, ſed ſæpe terræmotibus fœde conquaſſata. Hujus provinciæ incolæ peſſime audiunt apud alios, creduntur que malitioſi & facinoroſi.

Calabria ulterior, *la Calabria Oltra*, vulgo pars eſt Ducatus Calabriæ magis in Meridiem extenſa, & ab Oriente, Meridie & Occidente mari cincta, atque inter provincias Regni Neapolitani ſextum locum obtinens, cujus caput eſt Catacium.

Calabria inferior, provincia regni Neapolitani, quæ ſæpius dicitur Calabria Ulterior. Vide ibi.

Calabria superior, provincia regni Neapolitani quæ ſæpius dicitur Calabria citerior. Vide ibi.

Calabriæ Urbes præcipuæ.

Beſidianum, *Piſignano*.
Catacium, *Catanzaro*.
Cariathinu, *Cariati*.
Conſentia, *Coſenza*.
Nicotera, *Nicotera*.
Rhegium, *Regio*.
Roſcianum, *Roſſano*.
Siberina, *S. Severina*.
Umbriaticum, *Umbriatico*.

Calabrum, locus Aquitaniæ, cujus fit mentio in actis mediæ ætatis & in vita S. Sacerdotis, nunc Calviacum *Calviac*, vicus Galliæ in Petrocoricenſi provincia, ad Duranium fluvium, una leuca magna tantum diſtans a Sarlato, teſte Gerardo Canonico Sarlatenſi viro clar.

Calacta, hoc eſt pulchrum littus, urbecula Siciliæ, Ptolemæo, Caleacte Herodoto, Caleate Antonino, nunc *S. Marco* dicta, teſte Fazello, ſed Cluverio & aliis eſt exciſa, & ejus rudera oſtenduntur verſus Caroniæ ruinas, in ora Boreali & in Valle Demonæ, 13. mill. paſſ. a Fano S. Marci in occaſum, quod melius concordat cum itinerario Antonini, hinc populi Calactini Ciceroni.

Calaounum, oppidum Callaicorum Braccariorum in Hiſpania Tarraconenſi, Ptolemæo & Antonino, fuit ubi nunc forſan Mirandela caſtrum Portugalliæ in provincia Trans-montana, ad Tuelum amnem, inter Brigantiam ad ortum & Lamegam ad occaſum ut exiſtimant recentiores.

Calæcia, ſeu Calægia, urbs Senonum in Germania, Ptolemæo, ex codice Græco, hodie, teſte Petro Appiano, eſt *Wittemberg*, urbs Saxoniæ ad Albim fluvium, caput Ducatus Saxoniæ, quæ Vitteberga à recentioribus; aliis vero eſt *Kalbe* caſtrum, ad confluentes Salæ fluvii in Albim, in Ducatu Magdeburgenſi, paulo ſupra Barbium, & inter Serveſtam ad ortum & Bernaburgum ad occaſum.

Calagorgis, urbs Galliæ Aquitanicæ, quæ nunc *S. Licer*, Conſoranorum caput, teſte Petro de Marca. Vide Conſorani.

Calaguris, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, Plinio, Calagurris Livio, Calagorina Ptolemæo, quæ Fibularia etiam vocata fuit in Vaſconum regione, nunc *Calahorra*, urbs Caſtellæ veteris, prope Iberum fluvium ubi recipit amn m *Cidacos de Caſtilla* dictum, jacet in colle, in ipſo limite Regni Navarræ, & facta fuit Epiſcopalis primum ſub Archiepiſcopo Tarraconenſi, ab Alexandro VI. Pontifice Maximo anno 1498. loco Albanenſis ſeu Alavenſis Eccleſiæ dirutæ, cui unitus fuerat Epiſcopatus Calciatenſis, jam ab anno 1236. poſtea ſub Archiepiſcopo Burgenſi. Media eſt inter Lucronium ad occaſum & Tutelam ad ortum, 7. leucis utrinque diſtans, 13. à Calciata in ortum, & totidem à Pompelone in Meridiem, eſtque ſatis culta, hinc populi Calaguritani.

Calaguris Julia Nascica, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, inter Naſcicos populos, Plinio, nunc, teſte Joanne Francisco Andrea, *Lobarre* vulgo dicitur, eſtque oppidulum tenue Aragoniæ regni, prope Gallæcum fluvium, 4. leucis ab Oſca in Septentrionem Jaccam verſus totidem, hinc Calaguritani Naſcici dicti.

Calama, urbs Africæ propriæ mediterranea, Oroſio, & S. Auguſtino, *Calamata* vulgo, ut videtur, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Carthaginenſi, inter Hipponem ad ortum & Cirtam ad occaſum.

Calamiana, *Calamianes*, inſula oblonga Aſiæ in mari Indico, inter Borneum & Philippinas extenſa, ſub dominio proprii Regis; diciturque aliter Paragoia.

Calamina, urbs Indiæ Sophronio, & in Martyrologio Romano, creditur nunc *Maliapur* ſeu *S. Thome*, urbs Indiæ intra Gangem in ora Coromandelis, ubi corpus Divi Thomæ ſuperioribus annis inventum fuit, quod ibi martyrio affectus fuit. Athanaſius Kircherus credit dicendum eſſe Calurmina, id eſt ſup à Petram. Vide Meliapora & Calurmina.

Calani, populi Indiæ citerioris, Philoſophiæ ſtudio dediti, qui iidem Brachmanibus ſunt, teſte Æliano.

Calantica, locus Luſitaniæ Euſebio, nunc *Arrayolas*, pagus Portugalliæ in Interamnenſi provin-

cia, duabus leucis ab Ebura in occaſum Scalabim verſus diſtans, teſte Vaſconcello.

Calapis, fluvius Japodum, Plinio. Vide Colapis.

Calaris, urbs Sardiniæ, Plinio & Straboni, Caralis Aulo Hirtio, Carallis Ptolemæo, *Cagliari* Italis, *Caller* Hiſpanis, *Caglier* Gallis, urbs Sardiniæ inſulæ caput & regia, atque ſedes proregis, in ejus ora meridionali & in colle. Archiepiſcopalis eſt & alias exciſa fuit ab Arabibus, ſed poſtea a Piſanis reſtaurata, caſtrum habet, Academiam, & portum percapacem in ora maris Africi, & ſinus Calaritani, capta fuit a Jacobo II. Rege Aragonum anno 1330. a quo tempore ſubeſt dominio Hiſpanorum cum tota inſula, habetque tria ſuburbia valde extenſa, dicta *Eſtampache*, *Villanova*, & *la Marina*, quod antea dictum fuit Lipola, & forſan eſt Aleopolis Ptolemæi, ab ea pars auſtralis inſulæ dicitur promontorium Calaritanum, & diſtat ab Arborea 30. mill. paſſ. in ortum, centumque circiter a Turribus urbe exciſa in Meridiem, verſus oram Africæ proximiorem, 130. mill. paſſ. circiter. Calaris patria fuit S. Hilarii Papæ, & in ea obiit Martinus Siciliæ Rex anno 1409. hinc Calaritani populi, Plinio, *li Cagliareſi* vulgo, *los Callareſes* Hiſpanis.

Calaritana provincia, una ex quatuor partibus Sardiniæ inſulæ in Meridiem extenſa, & ſic dicta ab ejus primaria urbe, quæ poſtea dicta fuit Judicium Calaritanum, ſub proprio principe, nunc pars eſt provinciæ promontorii Calaritani.

Calaritanum promontorium, ſive Caput, *el Cabo de Caller* Hiſpanis, *il Capo de Cagliari* Italis & incolis, una eſt ex duobus provinciis ſeu partibus Sardiniæ inſulæ in Meridiem porrecta, olim dicta fuit Regnum ſeu Judicium Calaritanum, *il Judicado de Cagliari*, habuitque principes proprios, Judices dictos, ante Aragoniorum adventum, tuncque complectebatur tantum quartam partem inſulæ, ſed poſtea ei juncta fuit provincia ſeu Judicium Arborenſe, ſicque continet hodie dimidiam partem inſulæ verſus Meridiem, teſte Franciſco de Vico.

Calaritanus sinus, *il Golfo di Cagliari*, ſinus eſt parvus maris Mediterranei, in ora orientali Sardiniæ inſulæ; & in ejus parte auſtrali, inter promontoria *di Bova* & *Polo* dicta, verſus Calarim urbem inſulæ primariam.

Calaroga, *Calarnega*, oppidulum Diœceſis Oxomenſis, in Hiſpania, & in Caſtella veteri, ad montium radices, patria S. Dominici Inſtitutoris Ordinis Prædicatorum.

Calarona, fluvius parvus agri Lugdunenſis in Gallia, teſte Adone, eum nunc Valeſius interpretatur *le Garon*, qui Priſciniacum rigat, & 2. leucis ſupra Viennam in Rhodanum ſe exonerat.

Calarona, Galliæ Riparienſis urbs, ex libro Notitiæ, in Narbonenſi puto, forſan eadem quæ Cularona. Vide ibi, quanquam alii credant eſſe Glaronam urbem Helvetiorum.

Calasarna, oppidulum Lucaniæ in magna Græcia, Straboni, nunc, teſte Gabriele Barrio, eſt *Campana*, caſtrum Calabriæ citerioris, juxta amnem Lacanetum, 4. milliaribus diſtans ab Umbriatico in Boream, & 10. a Cariato & ab ora maris Ionii in occaſum.

Calata, oppidum olim Siciliæ inſulæ, Ciceroni, Galeata Antonino, *Galati* nunc, vicus in Valle Nemorenſi, 12. mill. paſſ. à Pactis in Meridiem Troynum verſus.

Calata, oppidum Siciliæ Ciceroni, quod Calata Hyeronis recentioribus, *Calatagirone* vulgo, teſte Arretio, Siciliæ urbs mediterranea probe culta in monte arduo, in Valle Netina, crevit ex ruinis Zoticæ urbis deſtructæ, teſte Cluverio, & in ejus viciniis labitur fluvius Achates, qui 25. abhinc milliaribus in mare Africum ſe exonerat, diſtat autem oppidum 25 mill. paſſ. ab Enna in Meridiem, & 36. à Syracuſis in occaſum.

Calata Billota, *Calata Bellota*, oppidulum Siciliæ inſulæ in valle Mazarana, ad amnem cognominem, probe cultum ad verticem montis, verſus oram maris Africi, crevit ex ruinis Triocalæ urbis ad mille paſſ. diſtantis, & 25. milliaribus diſtat ab Agrigento in occaſum æſtivum.

Calatafimium, *Calatafimi*, oppidulum Siciliæ inſulæ in valle Mazaræ, verſus Mazaram ad Locaricum fluvium.

Calata Hieronum, ſive Calataiero, *Calatagirone*, urbs culta Siciliæ inſulæ in valle Netina, 36. milliaribus a Syracuſis in occaſum. Vide Calata.

Calata nixeta, *Calatamiſſeta*, oppidum Siciliæ in Valle Mazaræ, amplum & probe cultum, in limite Vallis Netinæ

Calata Sibeta, *Calata Xibeta*, oppidum Siciliæ in ejus meditullio, & in Valle Netina, in limite provinciæ ſeu Vallis Nemorenſis, ad fontes Datami fluvii.

Calathe, inſula Ptolemæo, quæ Galata Plinio, & Antonino, *la Galita* vulgo, *l'Iſle de la Galite* Gallis, inſula maris Africi in ora Numidiæ & Numidico ſinui fere obverſa, circuitus eſt 10. mill. paſſuum, à Tabraca inſula 28. mill. paſſ. diſtans in Boream, Calarim Sardiniæ urbem verſus 140. circiter.

Calathusa, inſula parva maris Ægei, Plinio libro 4. inter Cherroneſum & Samothracen.

Calatia, urbs Campaniæ, quæ & Galatia colonia Ciceroni & Livio, *Cajazzo* nunc, regni Neapolitani urbs in provincia Terræ Laboris, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Capuano, ſedet in monte, prope Vulturnum fluvium, è regione fere Caſertæ, à qua diſtat 4. milliaribus in Septentrionem, uti 8. à Capua in ortum Teleſiam verſus 10. & ſenſim deficit, hinc populi Calatini Plinio.

Calatis. Vide Callatia.

Calatrava, *Calatrava* incolis, *Calatrave* Gallis, urbecula Hiſpaniæ. in Caſtella nova, ad Anam fluvium, alias munita. Hinc tractus adjacens campus Calatravæ dicitur, & hinc etiam Ordo militaris Equitum Calatravæ, unde perſæpe vocatur *el Convento de Calatrava*, diſtat ſex leucis a Civitate regia, 4. ab Almagro, & totidem ab oculis ſeu fontibus Anæ fluvii in occaſum, eſtque verſus montes Marianos, & crevit ex ruinis Oreti ſive antiquæ urbis Calatravæ, quæ exciſa jacet, prope amnem Azuquequam & Granatulam caſtrum, aliquot leucis hinc diſtans. Calatrava autem recens, ſeu Conventus Calatravæ, *Calatrava*, urbs excitata fuit anno 1212. teſte Roderico Mendeſio Sylva, hinc Calatravenſis nomen gentis.

Calatum, oppidum Brigantum in Britannia majori, Straboni & Ptolemæo, quod Galacum Antonino, nunc, teſte Camdeno, eſt *Vvheallep caſtle* locus Comitatus Weſtmariæ in Anglia Boreali, ubi plurima rudera etiamnum viſuntur, inter Clanoventam 39. mill. paſſ. & Mancunium 65. ex itinerario Antonini.

Calavicium, ſive etiam Calavigium, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis ſuper montem Aſturcem, Hauberto Hiſpalenſi, nunc *el Clavijo*, vicus Hiſpaniæ, in Ruconia tractu Caſtellæ veteris, 2. leucis à Lucronio diſtans, ubi Rex Ramirus primus Mauros inſigni clade affecit.

Calauria, inſula Græciæ in ſinu Saronico, & in ora Peloponneſi, teſtibus Plinio, & Pauſania, vulgo *la Sidra* dicta, teſte Sophiano, cum Brietio, contra Troezenen oppidum Argiæ, à quo 3. milliaribus

tantum

tantum diſtat, ejus circuitus eſt 100. ſtadiorum, ubi templum Neptuno ſacrum fuit, ut propterea Poſidonia dicta ſit teſte Strabone, in ea etiam fuit azylum in quo fugit Demoſthenes clariſſimus Orator, Antipatri perſecutionem fugiens, & hauſto veneno obiit, vix decem milliaribus diſtat à Scyllæo promontorio in occaſum æſtivum, & 35. ab Athenis in Meridiem, & alii interpretantur *Poros* inſulam circuitus 18.

CALBA, *Kalb* & *Calbe*, oppidulum Germaniæ in veteri Marchia Brandeburgica, dicitur etiam *Kalbeſleck*, & 10. milliaribus Germanicis diſtat à Magdeburgo in Septentrionem Domitium verſus tondem.

CALCARIA, oppidulum Brigantum in Britannia majori, ex itinerario Antonini, nunc, teſte Guillelmo Camdeno, eſt *Tadcaſter*, vicus Angliæ Borealis in provincia Eboracenſi, qui à Beda *Calcaceſter* dictus fuit, ad Wherfum fluvium, & 9. milliaribus ad Eboraco diſſitus in occaſum.

CALCEDONIA, urbs Aſiæ minoris in Bithynia. Vide Chalcedon.

CALCARIA, oppidum Galliæ Narbonenſis in Provincia, ex Antonino, nunc Cluverius interpretatur *Rognac* vicum Provinciæ, prope Aſtromelam ſtagnum, ſed Honorato *Bouche* eſt *le Carry*, vicus ejuſdem provinciæ, in ora littorali, 13. mill. paſſ. à Maſſilia in occaſum.

CALCARIA, *Calear*, urbs Germaniæ, in Ducatu Clivenſi, parva ſed lepida, ſub dominio Electoris Brandeburgici, ad amnem *Men*, uno milliari Germanico tantum a Rheno fluvio diſtans, duobus à Clivia urbe, & paulò amplius ab Emerico.

CALCIATA, *Cauſſade*, oppidulum Galliæ in Aquitania & in Cadurcenſi provincia inferiori prope fluvium *l'Auciron*, alias munitum, & 6. leucis a Cadurco diſſitum in Meridiem.

CALCIATA, *la Calzada*, ſeu etiam aliquando *S. Domingo de la Calzada* incolis, *la Chauſſée* Gallis, urbs Hiſpaniæ, in Caſtella veteri, & in Ruconia regiuncula ad fluvium Ligleram; eſtque Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Burgenſi. ſed ab anno 1236. ejus Epiſcopatus unitus eſt Alavenſi ſeu Albanenſi, qui ad Calagurim tranſlatus fuit ab Alexandro VI. anno 1498 etiam Dominicopolis à quibuſdam, eſtque parva in planitie intra montes, celebriſque devotione erga S. Dominicum, 12. leucis diſtat a Calaguri in occaſum, & 3. à Nageta, & in ea obiit Henricus II. Rex Caſtellæ anno 1379. olimque erat tantum cœnobium S. Salvatoris de *Marjubete* dictum.

CALUSRUS MONS, *il monte Carſo*, ſeu *il Carſo*, mons & tractus Italiæ in provincia Forojulienſi, ſinui Tergeſtino incumbens, intra Alpes, atque inter Tergeſtum urbem, & confinia Carniolæ ſiccæ & Comitatus Goritiæ, ſub quo nunc cenſetur, extenditur uſque ad Sontium fluvium, ſubeſtque dominio Auſtriacorum, ſed ejus pars, nempe ager Montisfalconis Venetæ Reipublicæ paret.

CALE, oppidum Callaicorum Bracariorum in Hiſpania Tarraconenſi, teſte Antonino, ad oſtia Durii fluvii in Oceanum Luſitanicum, & in ipſo confinio Luſitaniæ, cum portu admodum, frequenti propter piſcationem, unde Portus Cale dictus fuit, & crevit in civitatem opulentam, hinc poſtea Portugalliæ regni nomen, urbs ipſa *la Ciudad de Puerto* incolis, *o Porto* Hiſpanis, *Porto* Italis, & *Port à Port* Gallis, & Belgis, emporium eſt celebre, & Epiſcopalis urbs ſub Archiepiſcopo Bracarenſi. Vide Portus Cale.

CALE, urbs Umbriæ, Antonino, poſtea Callium in libris Conciliorum. nunc Calium, vulgo *Cagli*, urbs Ducatus Urbinatis Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Urbinate, parvi eſt circuitus ad Cantianum fluvium, ubi recipit Boaſini, ad radices montis Apennini, ſub dominio Summi Pontificis, inter Urbinum ad Boream & Eugubium ad Meridiem, 14. mill. paſſ. utrinque diſtans, & 22 à Tiferno Tiberino in ortum, in planitie S. Angeli, unde etiam dicta fuit civitas S. Angeli Papalis, anno 1289. ſub Nicolao quarto Papa, teſte Ughello, eſtque ad radices montis Petroſi.

CALE, & Calenſis vicus Gregorio Turonenſi, Cala aliis, *Chelles*, vicus eſt Galliæ, cum celebri Abbatia monialium in provincia Inſulæ Franciæ, prope Matronam fluvium, quatuor leucis à Pariſiis in ortum Meldas verſus, dicitur etiam Cala.

CALEACTE, quaſi pulchrum littus, oppidum Eubœæ inſulæ, Ptolemæo, nunc eſt vicus *Piatari* vulgo, teſte Moletio, inter Leonem promontorium & Caryſtum urbem cui vicinus eſt.

CALEACTE, oppidulum Cretæ inſulæ, cujus meminit Stephanus.

CALEACTE, oppidum Siciliæ inſulæ, Herodoto, quod Calata Ciceroni, Galata Plinio, Calacta Ptolemæo, eſſe videtur. Vide Calacta.

CALECOULANUM REGNUM, *le Royaume de Calecoulan*, tractus eſt Peninſulæ Indiæ intra Gangem, in Malabaria regione, & in ejus ora littorali, cum urbe primaria cognomine, 40. leucis Hiſpanicis diſtante à Calecutio in Meridiem Coulanum verſus.

CALECUTIUM, *Calecut*, urbs Indiæ orientalis intra Gangem, & emporium celebre, caput regni perampli, in ora Malabarica, cum portu ſatis capaci, prope fluvium Cinacortam. Diſtat à Cochino 20. leucis Hiſpanicis circiter in Septentrionem, & vix decem à Cananora in Meridiem.

CALECUTIUM REGNUM, *le Royaume de Calecut*, regnum amplum peninſulæ Indię intra Gangem, in Malabaria regione, & in ora Oceani Indici, ejus Rex Zamorinus dicitur, eſtque inter Cananorium regnum ad Septentrionem, & Cranganoram ad Meridiem, & ab ea pendent aliquot parva regna illius regionis nempe Badiræ, Bipurium, Bucurtamum, Chombæum, Curiga, Mouricum, & Tanorum, extenditur autem verſus oram littoralem ad 27. leucas à Septentrione in Meridiem, & ad 50. leucas ab ortu in occaſum.

CALEDONIA, regio Britanniæ ſecundæ, ubi alias Caledonii populi, Tacito & Ptolemæo, & nunc pars ſeptentrionalis Scotiæ regni, hodie Albania Latine dicitur, incolis *Allbawn*, teſte Camdeno; ſub qua nunc provinciæ Roſſia, Loquabria, & Atholia.

CALEDONIA SYLVA, quæ Livio Floro Saltus Caledonius, ſylva Caledoniæ regionis in Britannia ſecunda, alias in immenſum ſpatium diffuſa & Grampio monte diviſa, ejus vix ſuperſunt reliquiæ, *Caldar* dictæ, verſus Sterlingum oppidum, teſte Hectore Boecho.

CALEDONII, populi Britanniæ ſecundæ, Plinio, quorum regio Caledonia dicta, quam poſtea invaſerunt Picti, eorum partes fuerę Caledonii, Epidii, Creones, Carnovacæ, Carini, & Cornabii. Caledonii pro Scotis ſæpe accipiuntur.

CALEDONIUM CASTRUM, *Dunkeld*, urbs Scotiæ Borealis, in Perthia provincia, ad Tavum fluvium, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Andreapolitano, 11. milliaribus a Perthia in Septentrionem, & 32. ab Andreapoli in occaſum æſtivum, & in ea antiqui nominis veſtigia agnoſcit Buchananus.

CALEDONIUM MARE, ſeu Deucaledonium mare, pars Oceani ſeptentrionalis, apud Anglos nomen retinens, *The Deucalidon Sea*, & Borealem partem Hiberniæ inſulæ; ac occidentalem & ſeptentrionalem Scotiæ lavat, ad Iſlandiam uſque procurrens, ſicque dicitur à Caledonia regione cui adjacet.

CALEDONIUS OCEANUS, Valerio Flacco, Deucaledonius Ptolemæo, mare quod Scotiam alluit,

Vide Caledonium mare.

CALEMBERGA, *Calemberg* caſtrum Germaniæ, in Saxonia inferiori & Ducatu Brunſvicenſi, ad Leinam fluvium, 2. milliaribus Germanicis ab Hannovera diſtans in Meridiem, & vix uno ab Hildeſio in occaſum, unde nomen habet tractus adjacens.

CALAMBERGICUS CIRCULUS, *das Calembergiſche*, tractus Germaniæ in Saxonia inferiori, & una ex tribus partibus Ducatus Brunſvicenſis, inter Viſurgim & Leinam fluvios extenſa, ſub dominio Ducis Lunenburgenſis Hannoveræ, ſic dicitur à caſtro cognomine, & ſub ipſo cenſentur Gottinga, Hamelia, Hannovera, & Neoſtadium.

CALENUM, urbs Campaniæ in agro Stellate, Ciceroni & Straboni, recentioribus Carinula, *Carinola* vulgo, urbecula Regni Neapolitani in provincia Terræ Laboris, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Capuano, ſed urbs ipſa ob aeris inſalubritatem pene deſerta eſt, ita ut vix 40. domos contineat, ſedet ad montem Maſſicum, 4. milliaribus ab ora maris Tyrrheni Theanum verſus, & totidem à Sueſſa in Meridiem, Sinueſſam verſus, & 12. à Capua in occaſum, alii tamen exiſtimant Carinulam non eſſe proprie Calenum antiquorum, ſed potius creviſſe ex ejus ruinis à quibus 2. milliaribus diſtat, & ſic eſſe Calenum novum. Epiſcopalis facta fuit loco Fori Claudii urbis dirutæ in vicinus anno 1087. teſte Ughello, ejus ager valde fertilis eſt, hinc Caleni populi Polybio, & Calenus nomen gentis, Calenum vinum celebratum: ſed Camillus Peregrinus Capuanus exiſtimat Calenum & Cales unam eandemque urbem fuiſſe, nunc *Calvi* dictam, Carinulam vero a Longobardis extructam ex ruinis Fori Claudii urbis vicinæ (quæ & Colonia ſyllana, nunc inanis locus *Civita rotta* dictus) & Calinum vocatam.

CALEPIUM, *Calepio*, oppidulum agri Bergomenſis in Italia, ſub dominio Reipublicæ Venetæ, ſedet ad Ollium fluvium, in ipſo limite agri Brixiani, eſtque patria Ambroſii Calepini ordinis Eremitarum S. Auguſtini, viri de re litteraria optime meriti, 14. mill. paſſ. diſtat à Bergomo in ortum Brixiam verſus, tribus vero à lacu Sebino, & ab eo dicitur Vallis Calepia ei adjacens.

CALES, urbs Campaniæ numero plurali Ciceroni, & Livio, Calvum quibuſdam recentioribus, *Calvi* vulgo, urbecula regni Neapolitani in provincia Terræ Laboris, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Capuano, vix 20. domos complectitur, & paucis admodum conſtat incolis, 8. milliaribus a Caleno diſſita in ortum, & 6. a Capua Theanum verſus.

CALESIUM, *Chalais*, Burgus Galliæ cum caſtro in Santonia provincia, principatus titulo inſignitur, ad amnem *Tude*, in limite Petrocoricenſis provinciæ, & 2. leucis ab Albaterra in occaſum.

CALETE, inſula parva Thraciæ in ora littorali, inter Cherroneſum & Samothracem inſulam, teſte Plinio.

CALETÆ, populi Galliæ Celticæ, Ptolemæo, Caletes Cæſari, & Straboni, in limite Belgicæ, inter oram Oceani Britannici & Sequanam fluvium, quorum tractus nunc Caletenſis ager dicitur, *le pais de Caux*, in Normanniæ Ducatu, teſte Petro Divæo, cum aliis.

CALETENSIS AGER, *le pais de Caux*, tractus Galliæ in Normannia, inter mare Britannicum ad Boream & occaſum, Picardiam ad ortum, & tractus Braiacum & Rothomagenſem cum Sequanæ æſtuario ad Meridiem, ſicque extenditur ab Oriente in Occidentem ad 25. leucas, & ejus præcipua urbs Deppa *Dieppe*, aliæ urbes ſunt portus Gratiæ, *le Havre de Grace*, Calidobeccum *Caudebec*, Juliobona *Lillebonne*, Fiſcicampus *Feſcamp*, & Augum *Eu*, ſeu *la ville d'Eu*, eſtque hic ager pars Normanniæ [illegible] tis, ubi olim Caletæ, & ejus populi nunc *les* [illegible] vocantur.

CALETUM, *Calais* incolis, *Cales* Italis & [illegible] *Calis* Anglis & Belgis, urbs Galliæ, dives [illegible] nita, emporiumque celebre in Picardia pro[illegible] Comitatu Guinæ, ſeu & melius in recupe[illegible] ut vocant, cujus caput exiſtit, cum alias [illegible] mitatu Bolonienſi, ſedet in planitie admodum [illegible] in ora Oceani, ſeu melius freti Gallici, cum [illegible] capaci & arce valida, cui alia adjacet ſatis p[illegible] *Richeban* dicta ad tutelam portus, crevit [illegible] Portus Icii, nunc *Wiſſant* ad 3. leucas diſtantis [illegible] ſum, & capta fuerat anno 1347. poſt longam [illegible] nem ab Eduardo III. Rege Angliæ, ſed poſtea [illegible] ter recepta à Gallis anno 1558. tribus leucis di[illegible] Gravelina & à confinio Flandriæ in occaſum, [illegible] Bolonia in Septentrionem, & totidem à Dubri & [illegible] ora proximiori Angliæ in ortum hybernum, hi[illegible] fretum Gallicum, inter Galliam & Angliam inter[illegible] cens, dicitur *le Pas de Calais* à Gallis, *The Strait of Calis* ab Anglis, & mare Germanicum à Britannico ſeparat.

CALATUM CAPUT. *le Chef de Caux*, promontorium Galliæ in Normannia provincia, & in Caletenſi agro, in Oceanum Britannicum excurrens prope portum Gratiæ.

CALEVA, urbs Atrebatum in Britannia prima, quæ & Calleva Antonino, Galeva Ptolemæo, quanquam in codice Græco ſit Nalcua, nunc teſtibus Humfredo, Lelando, & Camdeno, eſt *Walingford*, oppidum Berchiræ provinciæ Angliæ ad Tameſim fluvium, cum ponte in ipſo limite Oxonienſis provinciæ, & 16. milliaribus Anglicis diſtans ab Oxonio in ortum Londinum verſus.

CALIABRUM, ſeu Caliabria, & Calumbria etiam alibi, urbs Hiſpaniæ in Luſitania, olim Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Emeritenſi, ex libris Conciliorum, nunc *Montanjes*, oppidum non obſcurum Hiſpaniæ in Extremadura, cum caſtro in ditione Equitum S. Jacobi, teſte Morali, 6. leucis ab Emerita diſtans, inter Sapharam & Ellerenam.

CALICALA, urbs Armeniæ, cujus meminere Albulfeda & Jacutus, nunc forſan oppidum *Haſencala* dictum, itinere unius diei diſtans ab *Arzeroum* urbe, teſte Gollio.

CALICULA, oppidulum Hiſpaniæ Bæticæ, Ptolemæo, nunc, teſte Mario Nigro, eſt caſtrum *Hueſca* dictum, in Vandalitia provincia.

CALIDOBECUM, *Caudebec*, urbs Galliæ, in Normannia provincia, & prope æſtuarium Sequanæ, in tractu Caletenſi, 7. leucis infra Rothomagum, verſus Portum Gratiæ. Lanificio ſuo celebratur.

CALIDONII, populi Scotiæ. Vide Caledonii, horum meminit Martialis libro 10.

CALIFORNIA, *la California*, inſula maxima Americæ ſeptentrionalis, oblonga, & à Borea in Auſtrum porrecta, prope Novum Mexicum, à quo dirimitur mari Purpureo. Extenditur ad 300. leucas Hiſpanicas circiter, nempe à promontorio Mendocino ad promontorium S. Lucæ verſus novam Hiſpaniam [illegible] Oriente autem in Occidentem ſtrictior, vix [illegible] 60. leucas, plus minus, & primum detecta fuit à [illegible] dinando Corteſio anno 1535. Nulla ibi urbs quod [illegible] ſed tantum una colonia Hiſpanorum California d[illegible] & tantum luſtrata fuit ab Hiſpanis verſus oram occidentalem.

CALIFORNIA, *California*, oppidulum & colonia parva Californiæ inſulæ, & in ejus ora meridionali verſus Novam Hiſpaniam, recens ab Hiſpanis excitata in agro feraci admodum.

CALINDA, oppidum Aſiæ minoris in Lycia, Pto-

lemæo, quæ Calymna Straboni, Calydna Plinio, *Lagula* vulgo, teſte Moletio, in confinio Cariæ, juxta Glaucum ſinum, inter Caunum ad occaſum & Chydam ad ortum.

Calingoburgum, *Kalingborg*, oppidulum Daniæ in Zelandia inſula, cum portu in ejus parte occidentali, ad Balticum fretum, & arce veteri, ubi obiit Chriſtiernus II. Daniæ Rex, die 25. Januarii 1559. ætatis 77.

Calipus, & Calipos, fluvius Hiſpaniæ Luſitanicæ, Ptolemæo, nunc, teſte Reſendio, eſt Sadanus, *Zadaon* Luſitanis, *el Zadan* aliis, fluvius Portugalliæ in provincia Trans-Tagana, oritur in confinio Algarbiæ, & in Septentrionem tendens recipit fluvios Alvitum, Odegum, Palmam, & Cabrellam, deindeque prope Cærobrigam, in Oceanum Atlanticum ſe exonerat, quamquam Goropius in ſua Hiſpania credat eſſe fluvium Palmam

Calisia, oppidum Germaniæ, Ptolemæo, ubi alias Lugii Helvæones, nunc forſan Caliſſium *Kaliſc*, urbs Poloniæ majoris.

Calissiensis Palatinatus, ſive præfectura, quæ & Kaliſſienſis, *Kaliskie Wojewodztwo* incolis, *le Palatinat de Kaliſſ* Gallis, tractus Poloniæ regni in Polonia majori, inter Palatinatus Siradienſem ad Meridiem, Lencicienſem & Breſtenſem ad ortum, & Poſnanienſem ad occaſum, ſicque dicitur à Caliſſio ejus urbe præcipua.

Calissium, & Kaliſſium, *Kaliſſ*, urbs Poloniæ majoris, inter paludes, ad amnem Proſnam qui paulo poſt cadit in Wartam, male habita fuit à Suecis ultimo bello Polonico, & 5. milliaribus Germanicis diſtat a confinio Sileſiæ, totidem à Siradia in Septentrionem, & 12. ab Uratiſlavia, eſtque Palatinatus ſive præfecturæ cognominis caput.

Calium, *Cali*, oppidum Americæ meridionalis, in regione Terræ Firmæ, & in Popaiani regno in planitie, ad radices montium, prope fluvium Caucam, 30. leucis ab ora maris Pacifici in ortum, & 22. à Popaiano urbe in Septentrionem, eſtque parum cultum ſub Hiſpanis.

Calium, *Cagli*, urbs Italiæ in ditione Eccleſiæ. Vide Callium.

Callaici, populi Hiſpaniæ Tarraconenſis, Straboni, & Ptolemæo, Calaici ac Calleci, nec non Gallæci Plinio, cui etiam Callæci extremi ad Oceanum occidentalem & Borealem, diviſi fuere in Callaicos Bracarios, & Callaicos Lucenſes

Callaici Bracarii, qui & Bracarii ſimpliciter dicti, populi Hiſpaniæ Tarraconenſis, habitabant inter fluvios Durium ad Meridiem & Minium ad Septentrionem, ubi nunc provincia Transmontana regni Portugalliæ, & provincia ejuſdem regni dicta inter Durium & Minium. Vide Bracarii.

Callaici Lucenses, qui proprie Callaici, populi Hiſpaniæ Tarraconenſis, vulgo *los Gallegos* Hiſpanis, *les Galegues* Gallis, fuere ubi nunc Gallæciæ regnum *la Galicia* incolis & Italis, *la Galice* Gallis, regio Hiſpaniæ, quæ montuoſa eſt, & terminatur à Septentrione & Occidente Oceano, à Meridie Portugallia, & ab Oriente Aſturia & regno Legionis, & ejus caput eſt Compoſtella. Vide Gallæcia.

Callatia, urbs Moeſiæ inferioris, Ptolemæo, Callacis Antonino, Calaris Straboni, & Plinio, qui eam quoque Acervetim antea vocatam ſcribit, in ora Ponti Euxini, nunc *Calliacra*, teſte Laonico Calchondylo, ſeu etiam *Calica*, ut didici ex nautis qui illas oras frequentarunt, eſtque oppidum parvum Bulgariæ, cum portu utcumque capaci, 34. mill. paſſ. ab oſtio auſtrali Iſtri in Meridiem Dionyſiopolim verſus 25. quanquam Niger crediderit *Pandalla* nunc dici.

Callaum, *el Callao*, ſeu etiam *Callao de Lima*, Hiſpanis, *le Callau* aliis, inſula parva Americæ meridionalis, in ora maris Pacifici, ex adverſo urbis Limæ ſeu Regum. Habet vicum ſatis amplum cum arce, efficitque portum urbis ipſius Limæ, totius Peruæ regiæ.

Calle, urbs Umbriæ in Italia, Antonino, Cale aliis, & Callium in libris Conciliorum, *Cagli* vulgo, urbs Ducatus Urbini, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Urbinate, ad Cantianum fluvium ubi recipit Boaſim, ad radices Apennini, & ſub dominio Summi Pontificis. Vide Cale.

Calle, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ Plinio, nunc *Cala*, vicus Vandaliriæ, in limite Extremaduræ, 14. leucis ab Hiſpali in Septentrionem, ut exiſtimat Rodericus Carus.

Callianensis ager, *le Callianez*, tractus Galliæ in Provincia, inter Graſſam & Draguiguignanum oppidum, prope Callianum oppidulum, ſed ejus periere limites.

Callicula, mons Campaniæ in Italia, Livio, qui aliter dictus fuit Eribanus & Eribianus, teſte Cluverio, hodie in provincia Terræ Laboris, inter Turrim Francoliſiam & Calem, 7. mill. paſſ. à Capua Sueſſam verſus: Scribitur & Calicula unico l, Leander tamen credit eſſe vicum *Cajanello* in illo tractu.

Callidromus, mons Achaiæ, in finibus Locrorum Ozolorum, teſte Strabone, nunc *Caliar* quibuſdam.

Calligeris, urbs Indiæ intra Gangem, Ptolemæo, nunc, teſte Jacobo Caſtaldo, *Cananor*, urbs peninſulæ Indiæ intra Gangem in ora occidua, & in Malabaria regione, ſed id tantum ex levi admodum conjectura.

Callinicus, urbs fuit Meſopotamiæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Edeſſeno, ac ſub Patriarcha Antiocheno, teſte Curopalate, ad Euphratem fluvium, & à Choſroe rege fere exciſa fuerat.

Callipolis, *Gallipoli*, urbs Italiæ in regno Neapolitano, & in provincia Hydruntina, Anxa olim dicta, probe munita eſt cum portu, in ora ſinus Tarentini, & vocatur melius Gallipolis. Vide ibi.

Callipolis, urbs Thraciæ Cherſoneſi, Ptolemæo, Straboni, & Stephano, nunc *Gallipoli* noſtris, *Geliboli* Turcis, teſte Leunclavio, Epiſcopalis eſt ſub Heracleenſi Archiepiſcopo, & ſedes præfecti maris, eſt perampla at non æque culta, ſub dominio Turcarum, cum portu & arce, atque armamentario probe inſtructo, eſtque ad Helleſpontum, qui ab ea *le detroit de Gallipoli* dicitur, è regione Aſiæ minoris, à qua diſtat tantum 5. milliaribus in occaſum, & vix 2. à Propontide, à Byzantio autem 110. in Meridiem.

Callipodes, fluvius Hiſpaniæ in Luſitania, nunc Sadanus *Zadaon*, teſte Reſendio. Vide Calipus.

Callipus, fluvius Hiſpaniæ in Luſitania. Vide Calipus.

Callirhoe, fons Atticæ, teſte Plinio.

Callirhoe, fons Syriæ prope Edeſſam urbem, quæ teſte Plinio, de nomine fontis Callirhoe appellata fuit.

Callirhoe, oppidum Judææ Ptolemæo, quod Calirhoe aliis, & Laza Hebræis, nunc *Coronun*, ad Jordanum fluvium, teſte Moleno.

Calliste, inſula maris Ægei & una Sporadum; teſte Plinio. Vide Thera.

Callium, *Cagli*, urbs Italiæ in Umbria. Vide Cale & Calle.

Callistratia, oppidum Paphlagoniæ, Ptolemæo, in ora maris Euxini, *Caſtellas*, teſte Theveto,

inter Carambim promontorium ad occaſum & Aboni mœnia in ortum, ſic apud Moletium.

CALMARIA, *la Couume*, vicus Galliæ cum Abbaria in Britannia minori, & in Radelio tractu, prope Oceanum Aquitanicum, & vix una leuca a Machicolio.

CALMARIA, *Calmar*, urbs munita Sueciæ regni, in Gothia regione & Smalandia provincia cum portu in ora littorali maris Baltici, è regione Oelandiæ inſulæ, & ab ea mare interjacens inter ipſam & Oelandiam inſulam Calmariæ fretum, *Calmarſund* vulgò dicitur. Mirè deformata fuit incendio anno 1647. Arcem habet validam, & 45. milliaribus diſtat ab Hafnia, in ortum, uti 50. à Gotheburgo Holmiam verſus 55. & Rigam 100.

CALMARIÆ FRETUM, *Calmar-ſund*, fretum maris Baltici verſus Gothiam, vide Fretum calmariæ.

CALMICIACUM, *Chaumuſy*, vicus Galliæ cum Caſtro in Campania provincia, & in agro Remenſi, cujus fit mentio in actis mediæ ætatis.

CALNA, *Calne*, olim oppidulum, nunc vicus Angliæ in provincia Cantii, ubi Concilium habitum anno 977.

CALNIACUM, *Chauny*, oppidum lepidum Galliæ, ad Oeſiam fluvium, in Inſula Franciæ, ſed in limite Picardiæ, in agro Noviomenſi, 3. leucis a Novioduno, & paulò minus à Fata in Meridiem.

CALONESUS, *Belle Iſle*, incolis, *Boelin* Belgis inſula Galliæ, in ora meridionali Britanniæ minoris, cum portu, & arce valida. Ejus longitudo eſt 6. leucarum latitudo autem 2. circiter, diſtatque 4. leucis a littore proximiori Britanniæ.

CALONESUS, Sinis *Talieukieu*, *Belle Iſle* Gallis, *Formoſa* Luſitanis, inſula Aſiæ, in mari Sinico. Vide Formoſa inſula.

CALONESUS, *Faire Iſle* incolis, *Belle Iſle* Gallis, inſula Scotiæ in mari Caledonio, inter Orcades & Schetlandicas inſulas, ſed parva & tota montuoſa, ideoque parum culta, ſub dominio Regis Daniæ.

CALONIS, oppidum Germaniæ inferioris, quod & Calo Antonino nunc teſte Sanſone ex itinerario, eſt vicus *Kulf*, in Diœceſi Colonienſi, & in Comitatu Murſienſi, 2. mill. paſſ. ab Ordinga in Boream, & totidem à Rheno fluvio in occaſum diſtans, quanquam Cluverius credat eſſe vicum *Kalenhuſen* dictum, in illo tractu.

CALOR, fluvius Hirpinorum in Italia, Livio, & Antonino teſtibus, nunc etiam *il Calore* dictus, fluvius eſt provinciæ Principatus ulterioris, in regno Neapolitano, oritur ex valle Anſancti, intra Apenninum montem, ſupra Montem Maranum urbem quam rigat, deinde in Septentrionem tendens, auctus Miſcano & Tamaro fluviis aliiſque minoribus, prope Beneventum labitur, & paulo infra in Sabatum ſe exonerat.

CALOSSIA, *la Chaloſſe*, tractus Galliæ in Aquitania, inter Martianum agrum & Vaſconiam propriam, ſub qua comprehenditur, in Diœceſi Aturenſi: ejus autem caput eſt Fanum S. Severi, ad Aturum fluvium.

CALPAS, oppidum & portus Bithyniæ in Aſia minori, Straboni, & Plinio, cum fluvio qui juxta illud in Pontum Euxinum labitur, inter oſtia Pſillidis ad occaſum, & Sangarii fluvii ad ortum, nunc vulgo *Carrathaſſan*, ſi fides Theveto, Nautis autem recentioribus eſt *Carpa*, eſtque oppidulum parvum ſub Turcis.

CALPE, mons & urbs Hiſpaniæ Bæticæ Ptolemæo, & Straboni, quæ & Calpa dicitur in antiquis nummis, & Colonia Julia Calpa, nunc teſtibus Cluſio & Aretio, eſt *Gibraltar* incolis, & Arabice *Gebel Tarick*, id eſt mons *Tarick*, urbs Vandalitiæ regionis in Hiſpania parva ſed munita ad radices montis cum portu capaci, ad fretum Herculeum, quod ab ea dicitur *el Eſtrecho de Gibraltar* Hiſpanis, *le deſtroit de Gibraltar* Gallis, creditaque fuit ab antiquis una ex Herculis columnis, contra Abylem montem Mauritaniæ alteram columnam, à qua diſtat 25. milliaribus, ſeu 4. leucis Hiſpanicis in Boream, à Tingi 11. leucis, a Gadibus 16. in ortum hybernum, & 4. mill. paſſ. ab Heracleæ ruderibus, nunc *Gibraltar viejo* dictis, arcemque habet ſatis validam, prope ipſam obiit Alphonſus XI. Caſtellæ Rex anno 1350. & crevit ipſa ex Carteiæ ruderibus quæ una leuca ab ipſa viſuntur, teſte Roderico Caro.

CALPINUS LACUS, *das Calpinzée*, lacus parvus Germaniæ, in Ducatu Megalopolitano, in confinio Brandeburgico, juxta Warenum oppidum. 5. milliaribus Germanicis diſtat à Guſtrovio in Meridiem; eſtque inter Muritium & Plavenſem lacus.

CALPURNIANA, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, Ptolemæo & Antonino, nunc teſte Henrico Coquo, eſt *Carpio*, oppidulum Vandalitiæ provinciæ, juxta Bætim fluvium, inter Cordubam ad occaſum & Illiturgim ad ortum.

CALVA, *Calw* & *Kalb*, oppidulum Germaniæ in Suevia, & in ditione Ducis Wurtenbergenſis, ad Nagoltium fluvium, ad radices montium, & in ipſo confinio Marchionatus Badenſis.

CALVARIUS, mons Palæſtinæ, ſeu Terræ ſanctæ, antea Golgotha dictus; prope & extra Hieroſolymam, Jeſu Chriſti Domini noſtri paſſione celebris, Gallis *le Calvaire*, Italis & Hiſpanis *el Calvario* dictus.

CALVENCIACUM, *Chavancy*, caſtrum Belgii in Ducatu Luxemburgico, in limite Lotharingiæ, & in ditione Francorum.

CALVIACUM, *Calviac*, vicus Galliæ in Cadurcenſi provincia, ad Dordoniam fluvium, olim Calabrum. Vide ibi.

CALVIUM, *Calvi*, oppidum Corſicæ inſulæ munitum, in ora occidentali, cum arce permunita, in modum peninſulæ, undique ferè inacceſſum, ſub dominio Genuenſium cum tota inſula, 35. milliaribus diſtat à Baſtia in occaſum & 30. ab Ajacio in Septentrionem, & in eo commoratur Sagonenſis Epiſcopus, hinc Calvenſis nomen gentis, *Calveſe* vulgo.

CALVIUM, *Calvi*, urbs Regni Neapolitani, in provincia Terræ Laboris, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Capuano, ſed parva admodum & fere deſerta jacens, olimque Cale dicta fuit. Vide ibi.

CALUCONES, populi Rhætiæ Ptolomeo, Collucones Plinio, quorum tractus nunc Algea dicitur, *Algew*, teſte Ægidio Schudo, cum Lazio, alii tamen exiſtimant eos fuiſſe ubi nunc Comitatus Veldkirchiæ ad Rhenum fluvium, in limite Helvetiorum & Rhætorum.

CALUCULA, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, Plinio, quod quidam nunc *Cabra* malè indigitant, cùm id Ægabra ſit veteribus.

CALVINIACUM, *Chauvigny*, oppidum Galliæ, in Pictavienſi provincia, ad Viguennam fluvium, 4. leucis a Pictavio in ortum diſtans.

CALUMACAMA, oppidum Africæ, in Tripolitana regione Ptolemæo, quod Macomadæ Antonino, nunc *Mecellata*, teſte Marmolio, *Meſtrata* aliis, eſtque ad Syrtim magnam, ultra Leptin & Tripolim ad 220. mill. paſſ. in ortum, verſus aras Philænorum.

CALURMINA, locus Indiæ ſic dictus, quaſi ſupra petram, & notus quod ibi martyrio coronatus ſit S. Thomas Apoſtolus, eſt in peninſula Indiæ intra Gangem, prope Meliapotam urbem, in ora ſinus Gangetici, & in Coromandelia regione, teſte Athanaſio Kirchero, unde lapſu tempore, hæc urbs corrupte Calamina dicta fuit à Scriptoribus pro Calurmina, à recentioribus vero *Maliapur* & *S. Thome*, captaque fuit à Gallis anno 1672. cum antea ſubeſſet dominio Regis Golcondæ, poſtea tamen ab ipſis derelicta fuit anno 1674. ſed unde id hauſerit Kircherus non ſcribit, nec

de ea, Calormina quidquam ſcribunt alii authores.

Calvomons, *Caumone*, oppidulum Galliæ in Aquitania, ad Garumnam fluvium, in Vazatenſi provincia, 2. leucis à Tonino, & 7. infra Agennum Vazatum verſus 6. & But legalam.

Calvomons, ſeu Monſcalvus, *Moncalvo*, oppidulum Italiæ in Ducatu Montisferrati, & in colle cum arce nunc disjecta, 7. milliaribus ab Aſta in Septentrionem, & totidem fere a Caſali in occaſum hybernum, vide Monſcalvus.

Calvomontium, ſeu Calvus mons Ivoni Carnotenſi, *Chaumont*, oppidum Galliæ in provincia Inſulæ Franciæ, & in Vexino Francico, cum caſtro diruto in colle, inter Meduntam ad Meridiem, & Bellovacos ad Septentionem 6. leucis utrinque diſtans, & 2. à Cæſortio in ortum Pontiſaram verſus 6.

Calvomontium, *Chaumont*, oppidulum Galliæ in Sicalonia provincia, ad amnem *Caile*, inter Aurelianos & Remorentinum 5. leucis utrinque diſtans.

Calvomontium, & Calvus mons in Baſſiniaco, *Chaumont*, cognomento *en Baſſigny* ad differentiam aliorum, urbs eſt Galliæ ſatis ampla & culta in Campania provincia & in Baſſiniaco tractu, unde & ſæpe cognomen, ſedet in colle prope Matronam fluvium, eſtque urbs nova & muris primum cincta anno 1500. 7. leucis diſtat à Lingonibus in Septentrionem, & totidem à Barro ad Albulam in ortum.

Calvus mons, ſeu Calvomontium, *Chaumont*, vicus Galliæ cum Abbatia, in Campania provincia, & Retelenſi tractu, vix 3. leucis à Caſtro Portiani in Septentrionem.

Calyba, urbs Thraciæ mediterranea, Straboni, & Stephano, Cabyla Ptolemæo & Ammiano, *Sicibab* dicta nunc, teſte Moletio, inter Bergulas & Salmydeſſum. Vide Cabyla.

Calycadnus, fluvius Ciliciæ, Straboni, & Ptolemæo, nunc *Salef*, teſtibus Nigro & Auguſtino Juſtiniano, & etiam *il fiume del ferro* Italis, Seleuciam urbem interluit, ab ea nomen accipiens, & inter Sarpedonem & Zephyrium promontoria in mare Cilicium labitur, in hunc Fridericum Ænobarbam Imperatorem periiſſe anno 1190. tradunt Belli ſacri ſcriptores.

Calydna, inſula Aſiæ minoris in mari Myrtoo, Plinio, ſatis parva, inter Gnidum urbem Cariæ ad ortum, & Aſtipalæam inſulam ad occaſum, 20. mill. paſſ. diſtans utrimque, Niſyro & Telo inſulis propinqua, à Carpatho vero 25. mill. paſſ. in Boream, olim etiam Cinthuſa dicta, ut quidam ſcribunt, nunc vulgo *Chirava*, teſte Lautembergio.

Calydnæ, inſulæ duæ parvæ, circa Tenedum inſulam maris Ægei, Quinto Curtio, nunc *Maure*, teſte Nigro dictæ, in ejus ora auſtrali.

Calydon, poſtea Aquila, urbs Græciæ in Ætolia provincia, cujus caput exiſtit, & in qua Diana Laphria colebatur, Straboni, Pauſaniæ, & aliis, nunc *Ayton* ſeu *Aiton* dicta, teſte Cyriaco Anconitano, quamquam aliis recentioribus ſit *Calata* ſive *Galata* vicus, eſtque Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Naupactenſi, paucis conſtat incolis, in provincia, parva Græcia dicta, ſedet in edito monte; prope Evenum fluvium 3. mill. paſſ. à ſinu Corinthiaco diſtans, & 7. à Naupacto in occaſum: inde Calydonium fretum Thucydidi, inter Rhium & Antyrrhium promontoria ad fauces ſinus Corinthiaci intercedens.

Calydonium, promontorium Britanniæ Borealiſſimum, & mare pro Caledonium Solino. Promontorium hoc Tarvedum Ptolemæo & Orcas appellatur. Vide ibi. Hinc Calydonia regio. Vide Caledonia.

Calynda, urbs Lyciæ littoralis Stephano, quæ Calydna Plinio. & Calymna Straboni, in confinio Cariæ, & Cauno proxima. Vide Calinda.

Calypsus, inſula parva admodum Maris Auſonii, Plinio, Ogygia Homero, magnæ Græciæ adjacens, à Lacinio promontorio ad 15. mill. paſſ. diſtabat in Septentrionem, in ea parte in qua nunc oſtia Neethi fluvii in Calabria citeriori, verſus ſinum Tarentinum, ſed in præſentia non apparet, uti neque Dioſcorus, teſte Cluverio.

Camachus, urbs Ciliciæ, teſte Balſamone, à Leone Auguſto Epiſcopalis ſub Patriarchatu Conſtantinopolitano effecta, nunc vulgo *Chemach* dicta, teſte Leunclavio, eſtque parva admodum ſub dominio Turcarum, in Armeniæ minoris confinio.

Camaldulum, *Camaldoli*, vicus Italiæ, in Hetruria & in agro Florentino, cis Arnum, in quo à S. Romualdo Camaldulenſis Ordinis auctore monaſterium illuſtre eſt ædificatum in altiſſimis montibus, juxta Apenninum, & in confinio Romandiolæ Florentinæ, 30. milliaribus a Florentia in ortum, & 15. à Sarſina.

Camaletum, oppidum Durotrigum in Britannia magna, nunc *Cairmalei*, vicus Angliæ in ejus parte occidentali, teſte Lelando.

Camalodunum, oppidum Britanniæ magnæ. Vide Camulodunum.

Camane, & Camanes, urbs Indiæ intra Gangem in ora occidua, Ptolemæo, nunc *Chaul*, teſte Caſtaldo, ſed aliis eſt *Daman*, urbs & emporium celebre juxta ſinum Barigazenum, cum portu capaci, in ditione Luſitanorum.

Camani, populi Germaniæ Ptolemæo, qui ab aliis Camavi & Chamavi etiam dicti fuere, teſte Cluverio in ſua Germaniæ antiquæ deſcriptione. Vide Chamavi.

Camara, oppidum Cretæ inſulæ, in ejus ora Boreali Ptolemæo, nunc *Camera* Pineto, aliis omnibus *Calanera*, eſtque vicus prope oſtia fluvii parvi, *Calanera* etiam dicti in territorio Sitiæ, & 7. mill. paſſ. à Sitia in ortum, inter Samnonium promontorium ad ortum & Zephyrium ad occaſum, olimque Laro etiam dictum fuit, teſte Stephano.

Camaracum, urbs Galliæ Belgicæ ad Scaldim fluvium, ex itinerario Antonini, nunc *Cambray*. Vide Cameracum.

Camarata, *Camarata*, oppidum amplum Siciliæ inſulæ in Valle Mazaræ, ad radices alti montis cognominis.

Camaroia, *la Camargue*, tractus Galliæ in Provincia, qui & Camargii inſula dicitur, inter duo brachia Rhodani fluvii, ubi in mare Mediterraneum ſe exonerat, ſive inter Occitaniam inferiorem ad occaſum & Campos lapideos ad ortum, eſtque mire fertilis. Vide Camaria & Caſtra Mariana.

Camaria, tractus Galliæ, Aimoino, melius Caſtra Mariana, & Campus Marii, ubi Marius caſtra habuit contra Cimbros, quos poſtea ibi maxima clade affecit, tractus Galliæ vulgò *la Camargue* dictus, inter oſtia Rhodani fluvii in Provincia. Vide Caſtra Mariana.

Camarina, *Camarines*, provincia Luſoniæ inſulæ in Philippinis, & in ejus parte magis ad ortum hybernum extenſa, verſus Tendaiam inſulam, & 50. leucis à Manila diſtans, ejus caput eſt Caceræ urbs, *Caceres* vulgò, & in ea eſt etiam Mons *Mayongue* ignivomus.

Camarina, urbs Siciliæ Plinio, & Ptolemæo, Camerina Livio, nunc *la Torre di Camarana*, teſte Cluverio, urbs fuit Siciliæ cum fluvio cognomine, & palude etiam, exciſa & in turrim redacta, in ora auſtrali inſulæ, & in Valle ſeu provincia Netina, inter duos fluvios Ganum & Hipparim, unde etiam Hipperia dicta fuit, teſte Vibio Sequeſtri, eratque antiquiſſima, à Syracuſanis condita Olympiade 45. anno poſt Romam extructam 155. & ab ipſis poſtea everſa, & ex ejus ruinis crevit oppidum *Terra-nova* dictum, olim Gela,

à quo 18. mill. paſſ. diſtat in ortum hybernum Pachynum promontorium verſus 40. circiter, ad illam claſſis Romana ſub Æmilio Conſule ingens naufragium paſſa eſt, navibus 384. amiſſis, cum Camarinenſes paludem contra Otaculi reſponſum exſiccaſſent, viam hoſtibus urbis expugnandæ patefecerunt.

Camarinum, urbs Umbriæ in Italia, Ptolemæo, Camerinum Antonino, nunc *Camerino*, urbs Epiſcopalis in monte in provincia Marchiæ Anconitanæ, cujus incolæ Camertes & Camerti. Vide Camerinum.

Camavas, populi Germaniæ, Auſonio, qui & melius Chamavi Tacito, habitabant inter Cheruſcos & Bructeros, prope Viſurgim fluvium circiter, ubi nunc pars Epiſcopatuum Monaſterienſis & Paderbornenſis in Weſtphalia, teſte Cluverio. Vide Chamavi.

Cambaia, *Cambaia*, Indiæ urbs, regni Guzaratæ caput, & emporium nobiliſſimum, quod idcirco Cairum Indiæ nuncupant, in Imperio Magni Mogolis, cùm anteà eſſet regnum proprium. Ipſa urbs gaudet portu capaci, diſtatque 50. milliaribus ab Amedebato in Meridiem; & ab ea ſinus adjacens dicitur, ſinus Cambaiæ.

Cambaiæ Regnum, *le Royaume de Cambaia*, regio ſeu pars Indiæ propriæ, alias principibus propriis patens, nunc autem in Imperio Magni Mogolis, dicitur melius Guzaratæ regnum. Vide ibi.

Cambaiæ Sinus, *le Golfe de Cambaye* Gallis, *la Enſeada de Cambaia* Luſitanis, Sinus Indiæ intra Gangem, & pars Oceani Indici verſus oram regni Guzaratæ; & olim Barygazenus dictus fuit, ut quidam exiſtimant.

Cambalum, *Cambalu* Europæis, *Chambalic* Atabibus, id eſt urbs Domini, urbs Aſiæ, Cataiæ regionis caput, de qua plurima ſcripſerat Marcus Paulus Venetus, eandem eſſe cum Pechino urbe Sinarum regia exiſtimant nunc omnes docti, & hanc opinionem probant pluribus Nicolaus Trigautius in libro de Chriſtiana expeditione apud Sinas, Martinus Martinius in generali deſcriptione Sinarum, Jacobus Gollius in Notis ad Alferganum, & in diſſertatione de Cambalu, ut etiam Thevenotius cum aliis. Vide Pechinum.

Camberiacum, *Chambery*, urbs Sabaudiæ caput. Vide Camberium.

Camberium, urbs Galliæ, alias Civaro dicta, nunc *Chambery* incolis, *Chiambery* Italis, Ducatus Sabaudiæ caput, ad amnes *Laiſe* & *Albans* in Sabaudia propria, & in planitie ſedens, inter montem Melianum ad 3. leucas in Auſtrum, & lacum Burgetium in Boream ad 2. leucas, 3. autem leucis diſtat à confinio Franciæ verſus arcem Barranam, 18. à Lugduno in ortum Fanum S. Joannis in Mauriana valle verſus 14. & 9. à Gratianopoli in Septentrionem, & in ea erecta fuit Sabaudia in Ducatum anno 1416. die 19. Februarii ab Imperatore Sigiſmundo, caſtrum habens antiquum in colle.

Cambete, ſeu etiam Cambetis alibi, locus Germaniæ Superioris in Rauricorum confinio, ex itinerario Antonini, nunc teſte Rhenano, eſt vicus *Kems* dictus, in Suntgovia provincia Alſatiæ, prope Rhenum fluvium, 6. mill. paſſ. infra Baſileam civitatem, ſub dominio Francorum.

Cambodunum, ſeu Campodunum urbs Vindeliciæ, Æſtionum caput, teſte Strabone, nunc eſt *Kempten*, oppidum Sueviæ in Germania, teſtibus Cluverio, & Velſero, ad Ilarum fluvium. Vide Campodunum.

Cambodunum, oppidum Brigantum in Britannia magna, quod Ptolemæo Camulodunum & Bedæ Campodunum, teſte Camdeno, nunc *Ruines neeres Almonbury*, ruinæ quædam Angliæ, prope Almonburium viculum, in Eboracenſi agro, ad amnem Calderum, prope Montes & confinia Darbienſis Comitatus.

Cambo͡ia Regnum, *le Royaume de Camboia*, regio Aſiæ, in India ulteriori, juxta fluvium *Mecon*, habet ab Occidente regnum Siami, & ab Oriente regna Cocinchinæ & Ciampæ, ejuſque primaria urbs eſt Leuvecum.

Camboritum, urbs Icenorum in Britannia magna, Antonino, Camboricum quibuſdam, nunc teſtibus Camdeno & Talbotto, eſt Cantabrigia, *Cambridge*, urbs Angliæ, Comitatus Cantabrigienſis caput, ad Camum fluviolum, Academia ſua celebris, 52. mill. paſſ. diſtans ab Elya urbe in Meridiem Londinum verſus 44. milliaribus, & 28 circiter ab ora maris Germanici in occaſum, in confinio Suffolciæ Comitatus.

Camboritum, *Chambor*, caſtrum Galliæ, cum palatio planè regio in Bleſenſi agro, à Franciſco primo Rege ædificato ex parte tantum, juxta amnem *Couſſon*, 4. leucis à Bleſis in ortum Aurelianum verſus.

Cambre, locus Campaniæ in Italia, ad Gauri montis radices, prope Puteolos urbem, ubi balnea, *Campana* vulgo dicta, teſtibus Joanne Scoppa, & Franciſco Lombardo.

Cambria, regio Britanniæ majoris, nunc *Zambre* Britannis, *Walles* Anglis, & *le pais de Galles* Gallis, pars Angliæ in Occidentem vergens, ubi olim Demetæ, Ordovices, & Silures populi, teſte Camdeno, poſtea Wallia dicta, alias regionem ſeparatam faciens, ſub propriis principibus, uſque ad Henricum II. Regem Angliæ, cujus filius Eduardus primus Walliæ princeps dictus ex Anglis, uti & deinceps cœteri primogeniti Regum Angliæ, ſicque effecta eſt pars occidentalis Regni Angliæ. Vide Wallia.

Cambro-Britannia, ſic dicitur aliquandò pars ampla Britanniæ Magnæ, quæ aliter Cambria, nunc Vallia. Vide ibi.

Cambum, *Chamb*, oppidum Germaniæ in Circulo Bavariæ, & in Palatinatu Bavariæ, ad Reginum fluvium, ubi recipit Cambium, in limite Bohemiæ, 7. milliaribus Germanicis à Ratiſbona in ortum æſtivum, & 9. ab Amberga in ortum hybernum, Comitatum particularem efficiens, ab eo tamen olim Palatinatus ſuperior ſeu Bavariæ dictus fuit Marchia Cambenſis in Nortgovia.

Cambus, *Kamp*, fluvius Germaniæ in Auſtria ſuperiori, teſte Lazio, oritur in confinio Bohemiæ, & in ortum tendens prope Chremibſam oppidum Danubio miſcetur, ejus meminit Eginhartus.

Cambuvii, montes Macedoniæ, in Æmathia provincia, Livio teſte, nunc *Voluzza* dicta.

Cambyses, fluvius Aſiæ in Media regione, Plinio, & Pomponio Melæ, fontes habet ex Caſpio monte, & deinde rigata Atropatia regione, in mare Caſpium ſe exonerat, 80. milliaribus circiter ab oſtio Cyri in ortum, teſte Philippo à Vico.

Cambysopolis, urbs fuit Aſiæ minoris in Cilicia, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Anazarbeno, ad Patriarcharum Antiochenum ſpectans, ut dignoſcitur ex libris Conciliorum.

Camelodunum, oppidum Brigantum in Britannia prima, Antonino, nunc teſte Lhuydo, eſt *Duncaſter*, caſtrum Eboracenſis provinciæ in Anglia, ad Dunum fluvium, ſed Camdeno teſte, & forſan melius, idem eſt quod Cambodunum, cujus veſtigia viſuntur prope Almonburium vicum ejuſdem provinciæ Eboracenſis, ad Calderum amnem. Vide Cambodunum.

Camenecum, ſive Camenecum, & Camenecia *Kamieniec*, urbs Regni Poloniæ munita, in Ruſſia rubra, & Podoliæ provinciæ caput, unde etiam perſæpe dicitur *Kamieniec Podolski* ab indigenis, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Leopolienſi, & ſedet in monte juxta amnem Smortzicum qui paulo infra cadit in Tyram, arcem habens validam inter rupes ſitam, ſæpeque tentatam à Turcis & Tartaris, irrito conatu, ſed tandem capta fuit a Turcis anno 1672. ipſiſque nunc ſubeſt,

una cum urbe & agro adjacente, incendio fœde vaſtata fuerat urbs anno 1669. eſtque in confinio Valachiæ, 15. milliaribus Polonicis diſtans a Baro in occaſum, uti 70. à Kiovia, Leopolim verſus 30. & 80. à Varſovia Jaſſium verſus 36. & Conſtantinopolim 170. circiter.

Camaracensis Ager, *le Cambreſis*, tractus Belgii Francici dictus aliter Cameracenſium parvus admodum prope Cameracum urbem, inter Picardiam, Arteſiam, & Hannoniam, alias ſub dominio Archiepiſcopi Cameracenſis, nunc autem ſub Gallis, & Hannoniæ junctus.

Cameracesium, *le Cambreſis*, tractus Belgii Francici, quod ſæpius Cameracenſis ager dicitur, & ejus fit mentio in actis mediæ ætatis. Vide Cameracenſis ager.

Cameracum, urbs Galliæ Belgicæ in libro Conciliorum, Camaracum Antonino, hodie *Cambray* incolis & Gallis, *Camerick* Belgis, urbs Belgii Francici ad Scaldim fluvium, olim Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Remenſi, poſtea Archiepiſcopalis effecta anno 1559. à Paulo IV. Summo Pontifice, eratque antea Imperialis & libera, ſub protectione Comitis Aloſtani, ſed poſtea à Carolo V. Imperatore occupata, & duplici arce munita, facta fuerat juris Hiſpanici, & juncta Hannoniæ Comitatui, ſedet ad Scaldim, eſtque Caput Cameracenſis agri, in ipſo confinio Arteſiæ & Picardiæ, 4. leucis a Duaco in Meridiem Fanum S. Quintini verſus 7. uti & ab Atrebato in ortum, totidem a Perona in Septentrionem Bochanium verſus 2. & Valencenas 5. & fortiter expugnata fuit à Ludovico Magno Francorum Rege anno 1677. die 18. Aprilis, ſicque nunc ipſi etiam ſubeſt pace ad Noviomagum facta.

Camarcanæ, inſulæ maris Borealis in America, quæ aliter & ſæpius dicuntur Antillæ inſulæ. Vide ibi.

Camerse, loci magnæ Græciæ, inter Sybarim & Crathim fluvium ab Ovidio memoratus.

Cameria, oppidum exciſum Italiæ in Latio, Livio, prope Albam, quo colonia deducta fuit anno 5. urbis conditæ, sub Romulo, Camerium vocatur a Plinio, ſed ejus hodie nullum extat veſtigium.

Cameriacum, ſeu Camberium, *Chambery*, urbs ſatis ampla, Sabaudiæ caput, & Senatus ſedes. In planitie ſedet, 2. leucis à lacu Burgetio, & 3. à Monmeliano in Septentrionem, juxta amnes, *Laiſſe & Albans*. Vide Camberium.

Camerina, urbs Siciliæ. Vide Camarina.

Camerinum, urbs Italiæ in Umbria, trans Apenninum Antonino, Camartinum Ptolemæo, *Camerino* vulgo nunc, urbs provinciæ Marchiæ Anconitanæ, Epiſcopalis nemini ſuffraganea, ſub dominio Summi Pontificis, cum alias duces habuerit proprios gente Varana, ſedet ad radices Apennini montis in confinio Umbriæ, media inter Maceratam ad ortum æſtivum, & Spoletum ad occaſum hybernum, 13. mill. paſſ. à Nuceria in ortum, & 9. a Septempeda in Meridiem, hinc Camers nomen gentis.

Camertes, populi Umbriæ, Plinio, nunc Camertinenſes. Vide Camerinum.

Camicus, urbs fuit Siciliæ inſulæ Diodoro, & Stephano, quæ Inycus Pauſaniæ, in ora auſtrali, à Dædalo exſtructa, in qua Cocalus regnavit, & circa quam Minos Cretenſis mortuus eſt, nunc *Sicuhano* dicitur, teſte Cluverio, eſtque oppidum tenue & ſemidirutum in colle, in Valle ſeu provincia Mazaræ, 12. mill. paſſ. ab Agrigento in occaſum, ei adjacet fluvius Camicus etiam dictus, teſte Vibio Sequeſtri, nunc *lo Cannaro*, ſive *il fiume delle Canne*, eſtque parvi admodum momenti.

Camiliacum, *Chambly* oppidulum Galliæ in provincia Inſulæ Franciæ, & in Vulcaſſino Francico, una leuca diſtans ab Oeſia fluvio & a Bellomonte oppido in occaſum.

Camina, inſula parva maris Ægei, inter Sporades, à Platea 38. mill. paſſ. diſtans, teſte Plinio.

Caminum, *Camin*, urbs parva Germaniæ in Pomerania ulteriori, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Gneſnenſi, cum antea ſuffraganetur Magdeburgenſi Archiepiſcopo, ſedet ad oſtium orientale Oderæ fluvii, *Diwenow* dictum, Julino inſulæ finitima, crevit ex ruinis Julini urbis ad 2. milliaria Germanica diſtantis, paruitque alias proprio Epiſcopo, nunc autem ſubeſt Electori Brandeburgico, ejus principi effecto, pace Weſtphalica, vix uno milliari ſimili diſtat ab oſtio maris Baltici in Meridiem, Stetinum verſus 7. & 4. à Treptavia in occaſum Uſedomium verſus 7. & ejus Epiſcopi erant Confeſſioni Auguſtanæ addicti ab anno 1556.

Camirus, una ex tribus urbibus Rhodi inſulæ Straboni, & Ptolemæo, in ora ad occaſum, inter Lindum & Jalyſſum ad 40. ſtadia, nunc *Feraclio* dicta, teſte Pineto, ſed alii eam deſtructam credunt.

Camon, oppidum erat Palæſtinæ, teſte divo Hieronymo in dimidia Tribu Manaſſe ultra Jordanem, locus nunc *Cunan*, teſte Adrichomio.

Camonica, *la Val Camonica*, vallis celebris Italiæ in ditione Veneta & agro Brixiano. Fluvio Ollio irrigatur Magino & aliis teſtibus, & monte Auriga à valle Tellina ſeparatur. Ibi tranſitus frequens ex Helvetia in Italiam, eſtque perlonga & ferax. Vide Camunni.

Campana Via, ab urbe in Faliſcos, teſte Vitruvio, ducebat.

Campania *la Champagne* Gallis, *la Ciampagna* Italis, provincia ampla regni Franciæ, inter Lotharingiam ad ortum, Belgium ad ſeptentrionem, Picardiam, Briam, & provinciam Inſulæ Franciæ ad occaſum, & Burgundiam ad Meridiem, cujus comes olim erat ex duodecim antiquis Paribus Galliæ, ejus partes ſunt Campania proprie dicta verſus Trecas & Sequanam, & agri Baſſiniacus, Catalaunenſis, Remenſis, Retelenſis, & Argona tractus, quibus adduntur pars Briæ provinciæ, & Senonenſis ditio, cum agitur de ejus præfectura generali: irrigatur fluviis Sequana, Matrona, Axona, & Albula, totius vero provinciæ caput eſt Trecæ, & ſub ipſa erant olim Tricaſſes, Senones, & ex parte Lingones populi Galliæ Celticæ, uti Remi, & Catalauni populi Galliæ Belgicæ. ab ea nunc Campanenſes populi *les Champenois* vulgò dicti.

Campaniæ Urbes Præcipuæ.

Calvomontium, *Chaumont*.
Carolopolis, *Charleville*.
Catalaunum, *Chaalons ſur Marne*.
Fanum S. Deſiderii, *S. Dizier*.
Lingones, *Langres*.
Maceriæ, *Mezieres*.
Remi, *Reims*.
Retelium, *Retel*.
S. Menehildis Fanum, *S. Menehou*.
Sedanum, *Sedan*.
Trecæ, *Troyes*.
Victoriacum Franciſcum, *Vitry le François*.

Campania Foelix, cognomine, regio Italiæ Straboni, Ptolemæo & Livio, ſub qua nunc comprehenditur major pars Terræ Laboris, vulgò *la Terra di Lavoro* incolis, *la Terre de Labeur* Gallis, quæ provinciæ eſt regni Neapolitani, admodum plana & irrigua, fertiliſque, alias terminabatur à Septentrione Samnio mediante Vulturno fluvio, ab Oriente Hirpinis, ab Occidente Latio, à quo dividebatur Liri fluvio, & à Meridie mari Tyrrheno, & in ea fuere deliciæ Imperatorum Romanorum ad Capuam & ad Puteolos uti po-

ſterioribus temporibus ad Neapolim, hinc Campanus nomen gentis, de ejus urbibus Vide infra.

CAMPANIA GALLICA, provincia eſt Galliæ, ſic dicta aliquando ab exteris, quæ melius & ſæpiſſime vocatur ſimpliciter Campania. Vide ibi.

CAMPANIA HISPANA, *la Tierra di Campos*, provincia Hiſpaniæ ſatis parva, in regno Legionis, cujus fit mentio in actis mediæ ætatis. Vide Campenſis ager.

CAMPANIA NEOBURGENSIS, *la Campagne du Neubourg*, tractus parvus Galliæ, in Normannia provincia, in Diœceſi Ebroicenſi, inter Sequanam & Eburam fluvios agrumque Lexovienſem, ſic dictus à caſtro adjacente.

CAMPANIA PROPRIA, *la Champagne*, tractus Galliæ in Campania provincia, verſus Sequanam, Albulam, & Matronam fluvios, atque inter Briam & Burgundiæ Ducatum, & agros Baſſiniacum, Catalaunenſem, & Senonenſem, ubi alias Comitatus Trecenſis, & antiquitus Tricaſſes populi, ejus primaria eſt Trecæ.

CAMPANIA ROMANA, *la Campagna di Roma* incolis, *la Campagne de Rome* Gallis, provincia Italiæ ſub dominio Summi Pontificis, terminatur ab Occidente provincia Patrimonii, mediante Tiberi fluvio, à Septentrione Sabina provincia Aniene fluvio, a Meridie mari Mediterraneo ſeu Tyrrheno, & ab Orient. Aprutio Ulteriori, & Terra Laboris provinciis Regni Neapolitani. Ejus vero præcipua urbs eſt Roma, *Roma*, totius Italiæ caput: complectitur hæc provincia majorem partem antiqui Latii, in quo erant Latini, Æqui, Hernici, Rutuli, & Volſci pro majori parte: dividitur autem Campania Romana in duas partes, nempe in Campaniam proprie dictam, *la Campagna*, quæ ad Arctos extenditur, inter Anienem fluvium & montem Lepinum, eſtque ſatis montuoſa, & in agrum maritimum, *la Marina* vulgò, qui etiam ab ortu in occaſum extenditur, inter montem Lepinum & Sinum, mare Tyrrhenum uſque, quæ tota mal culta, quanquam plana, propter aëris gravitatem & adjacentes paludes Pontinas.

CAMPANIÆ ROMANÆ URBES PRÆCIPUÆ.

Albanum, *Albano*.
Fraſcata, *Fraſcati*.
Præneſte, *Paleſtrina*.
Roma, *Roma*.
Terracina, *Terracina*.
Tibur, *Tivoli*.
Velitiæ, *Velletri*.

CAMPANIA, *Campagna*, urbs regni Neapolitani, in Principatu citeriori, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Compſino, ſed unita Satrianenſi Epiſcopatui; juxta fluviolos *Atro* & *Tenza*, eratque antea ſub dominio utili Principis Monæci, 16. milliaribus diſtat a Salerno in ortum, & 11. ab ora littorali maris Mediterranei etjam in ortum.

CAMPANIA, oppidum Pannoniæ in Valeria regione, ex itinerario Antonini, quod & Campona legitur in quibuſdam codicibus, nunc *Campen*, oppidum Germaniæ in Stiria, teſte Simlero; ſed ut Lazius interpretatur, eſt *Theten* oppidum Hungariæ à Buda 2. milliaribus Hungaricis diſſitum in Meridiem.

CAMPENA, *Campen*, urbs Belgii uniti in Tranſiſalania provincia, quæ ab aliis Campi dicitur. Vide ibi.

CAMPENSIS AGER, & Camporum tractus, *la Tierra di Campos*, provincia parva Hiſpaniæ in regno Legionis, quæ Campeſtris tractus aliis, inter Carrionem & Piſoracam fluvios, partimque etiam in Caſtella veteri.

CAMPSÆ REGNUM, *le Royaume de Camper*, regnum Indiæ in inſula Sumatra, & in ejus ora orientali, cum urbe cognomine, juxta fretum Malacæ, 150. mill. paſſ. circiter à Malaca urbe in Meridiem, proprio regi parens.

CAMPESTRIS TRACTUS, ſive Campi, *la Tierra de Campos*, provincia parva Hiſpaniæ, verſus Carrionem & Piſoracam fluvios, ſive verſus Palentiam & Pintiam urbes, cujus major pars trans Carrionem in regno Legionenſi, minor vero pars in Caſtella veteri, ejus incolæ *los Campeſinos* dicuntur.

CAMPI, & Campena *Campen*, urbs parva Belgii uniti, in Tranſiſalania provincia, ad Iſalam fluvium, qui mox cadit in mare Auſtrinum, erat olim urbs Imperialis & libera, ſed poſtea ab Imperio exempta fuit, vix 2. leucis diſtans a Zuvolla in ortum, & 7. leucis infra Daventriam, in ditione provinciarum Belgii uniti, capta fuit a Gallis anno 1672. & poſtea ab ipſis derelicta anno ſequenti, ſed recens munita fuit.

CAMPIANUM, *Campiano*, oppidum munitum Italiæ, prope Tarum fluvium, ad radices Apennini, & intra Principatum vallis Tari, ſob dominio Principis vallis Tari, 12. milliaribus Italicis ab Appua in Septentrionem, & 6. a Burgo vallis Tari in Meridiem.

CAMPIDONENSIS TRACTUS, *Stifft von Kempten* incolis, *l'Abbaye de Kempten* Gallis, regiuncula Germaniæ in Sueviæ Ducatu, ad Ilarum fluvium, ſub dominio Abbatis Campidonenſis, qui inter Principes Imperii locum habet, eſtque in viciniis Campidonæ urbis, juxta ditionem Epiſcopi Auguſtani.

CAMPIODUNUM, *Campen*, urbs Germaniæ in Suevia. Vide Campodunum.

CAMPI LAPIDEI, Plinio & Straboni, ſeu Herculeus campus, regiuncula Provinciæ lapidibus obducta in Gallia, nunc *la Crau* vulgo, inter Rhodani fluvii oſtia, & Stagnum Aſtromelam, ubi alias Anatili populi; ibique nunc Salone oppidum præcipuum, extenditurque ad octo leucas.

CAMPI MACRI, in alio codice Nacri, locus Galliæ Ciſpadanæ, Straboni, inter Mutinam & Parmam, *il Valle de Montirone* nunc, teſte Leandro; qui locus inter Carpum & Mirandulam viſitur, in Ducatu Mutinenſi.

CAMPINACUM, ſeu Campiniacum, *Coſnac*, urbs parva Galliæ, in Engoliſmenſi provincia, ad Carantbonum fluvium, Spondano teſte. Vide Conacum.

CAMPINIA, *la Campigne* Gallis, *het Kempeland* Belgis, tractus Belgii, cujus major pars eſt in Leodienſi ditione, & in ejus parte Boreali, verſus Moſam fluvium & Tetrarchiam Boſcenducenſem, complectiturque partem ſeptentrionalem Comitatus Loſſenſis, & Comitatum Hornanum, dicitur etiam *la Campigne Liegeoiſe* in qua ſunt oppidum Maſacum, & Beringa, Brea, Verda, & Veſſemum oppidula; minor vero pars Campiniæ eſt in Brabantia, & in Tetrarchia Boſcoducenſi, inter Peelandiam & Oſtervicum tractus, & Campiniam Leodienſem, ejuſque unicum oppidum eſt Endovia, ſub dominio provinciarum Belgii uniti.

CAMPINIA, *la Campiña*, tractus Hiſpaniæ in Vandalitia, & una ex quatuor partibus agri Hiſpalenſis, dicitur aliter *la Vanda Moriſca*, eſtque ejus pars meridionalis trans Bætim fluvium, ubi oppida Nebriſſa, Utriculum, *Alcala de Guadayra*, Villa Martini, & alia loca.

CAMPI PHLEGRÆI, & Forum Vulcani, locus Campaniæ, Plinio, inſtar theatri collibus cinctus, nunc *la Solfatara*, prope Puteolos urbem, ignes perpetuò emittens, ac ſulphur gignens, ut ego pluries vidi, eſtque in Terra Laboris.

CAMPI VETERES, locus Lucaniæ, morte Gracchi

Google

chi memorabilis, teſte Livio.

CAMPLUM, *Campli*, urbs parva regni Neapolitani, in Aprutio Ulteriori, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Theatino, ſed ejus Epiſcopatus unitus fuit Ortnæ, ſedet ad amnem parvum qui mox cadit in Truentinum, eſtque ad radices montium, vix 3. milliaribus ab Aprutio ſeu Teramo urbe in Boream Aſculum verſus 10. deficit in dies, & conſtat ex tribus locis Camplo, Nucella, & Caſtronovo fere invicem junctis.

CAMPODUNUM, urbs Rhætiæ in Vindelicia, Antonino, ſeu etiam Cambodunum quibuſdam, poſtea Campidona, nunc teſtibus Welſero & Cluverio, cum aliis, eſt *Kempten*, urbs parva Germaniæ, ad Ilarum fluvium, in Sueviæ circulo, & in Almangovia tractu ſeu Algea, cujus arx Hillermontana dicta in colle, quam hodie disjectam *die Burghald* vocant, ſedes fuit antiqua Ducum Sueviæ, ipſa urbs Imperialis facta fuit & libera anno 1525. quo ſe redemit ab Abbate Campidonenſi, 5. milliaribus Germanicis diſtans à Memminga in Meridiem, 12. à Conſtantia in ortum, & 18. à Curia verſus Septentrionem, Abbatiam inſignem habens ordinis S. Benedicti, cujus Abbas princeps eſt Imperii.

CAMPOLATUM, oppidulum eſt, quod veteribus ad columnas dictum putatur, & nunc Gambolatum, vulgò *Gambulo*, prope Viglebanum urbem Italiæ, ad 2. mill. paſſ. diſtans, in Ducatu Mediolanenſi.

CAMPONA, locus Pannoniæ inferioris Antonino, nunc *Keppel*, vicus Hungariæ inferioris, ad Danubium prope Budam, teſte Simlero, ſed Lazio, eſt *Theten* pagus inter Budam & *Keppel*, ad 2. milliaria. Vide Campania.

CAMPONI, populi Galliæ io. Aquitania, Plinio.

CAMPORUM TRACTUS, *la Tierra de Campos*, tractus Hiſpaniæ in regno Legionis, inter Piſoracam & Carrionem. Vide Campi.

CAMPOVERIA, ſeu Veria, *t'Veer*, & aliquando *Campweer* incolis, *la Vere* Gallis, oppidulum Belgii uniti, in Valachria inſula Zelandiæ, ubi Scaldis fluvius in Oceanum Germanicum ſe exonerat, cum portu & arce, ſub dominio Principis Auraicenſis; paret tamen provinciis unitis, & ab Oceano partim abſorptum fuit.

CAMPSANI, Germaniæ populi, Ptolemæo, quorum ſedes fuit inter urbem *Brunſwick* & *Werningerode*, in Saxonia inferiori, verſus Chattos, teſte Cluverio.

CAMPUS MARTIUS, locus urbis Romæ, P. Victori, adhuc vulgò *il Campo Marzo* nominatus, olim extra urbis mœnia, poſtea intra, omnium maximus.

CAMPUS MERULÆ, locus Pannoniæ inferioris Paulo Diacono, nunc campus Hungariæ inferioris, *Rigomozeu* dictus ab incolis, *Anſerfeldt* & *Amelsfedt* Germanis, & *Coſſovo* ſive *Caſſou* Turcis, quaſi campus anſerum, teſte Chalcocondylo. Vide Merulæ campus.

CAMUDOLANUM, oppidum Trinobantum in Britannia majori, Ptolemæo, Camalodunum Tacito, Camolodunum Antonino, nunc teſte Guillelmo Camdeno, eſt *Maldon*, oppidulum Eſſexiæ provinciæ in Anglia, ad amnem Chelmerum qui paulo infra æſtuarium efficit, 8. milliaribus Anglicis diſtans à mari Germanico in occaſum, & totidem à Colceſtria in Meridiem, & 38. à Londino in ortum æſtivum.

CAMULODUNUM, colonia & oppidum Britanniæ majoris in Brigantibus, Tacito, Cambodunum Antonino, nunc exciſum, & ejus ruinæ extant prope *Almondbury* viculum Eboracenſis provinciæ, ad Calderum fluvium in Anglia, teſte Camdeno. Vide Cambodunum.

CAMOLUM, *Camul*, ſeu etiam *Xamo*, urbs Aſiæ in Tartaria magna, teſte Abulfeda.

CAMUNI, populi Alpini in Rhætorum confinio, teſtibus Plinio & Dione, ſub Euganeis comprehenſi fuere, & eorum tractus nunc *la Val Camonica* vulgo dicitur, in agro Brixiano, ſub dominio Reipublicæ Venetæ.

CAMUS, urbs Syriæ cavæ, teſte Polybio.

CANA, oppidum Æolidis in Aſia minori, Straboni, quod Canna Melæ, & Cæna Polybio, cum promontorio cognomine, contra Mitylenem urbem Leſbi inſulæ porrecto.

CANA, Arabiæ fœlicis, Plinio, quod adhuc *Canacains* nominatur, teſte Ramuſio.

CANA, quæ & Cana major, ad alterius differentiam, civitas Palæſtinæ in tribu Aſer, ut inquit S. Hieronymus, non longe ab Eleuthero fluvio.

CANA GALILEÆ, oppidulum Palæſtinæ in Galilea, & olim in Tribu Zabulon, ubi aqua in vinum mutata fuit à Salvatore noſtro Jeſu Chriſto, ut docet Sacra Scriptura, nomen antiquum etiam ſervans inter rudera, 9. mill. paſſ. à Nazareth urbe exciſa in Septentrionem, & 12. a Ptolemaide in occaſum hybernum.

CANADA, *le Canada*, regio perampla Americæ ſeptentrionalis, quæ ſæpius Nova Francia dicitur, *la Nouvelle France*, quod a Gallis detecta ſit primum & inhabitata, extenditur juxta fluvium S. Laurentii, & ejus partes præcipuæ ſunt Canada regio ſtricte ſumpta, Accadia, Terra nova, Saguenaia, & tractus Etecheminorum, Huronum, & Iroquiorum, cum aliis minoris notæ, in his ſunt plurimæ coloniæ Francorum, & totius regionis caput eſt Quebecum *Quebec*, hinc Canadenſes populi dicti, *les Canadiens* vulgo, Vide Nova Francia.

CANADA PROPRIA, *le Canada*, regio parva Americæ ſeptentrionalis, & pars Novæ Franciæ, quæ ab ea Canada etiam dicitur, terminatur à Septentrione æſtuario fluvii Sancti Laurentii, uti ab occaſu, ab ortu ſinu magno S. Laurentii, à Meridie vero, Etecheminorum tractu, & Acadia regione, ſed in ea nullum ineſt oppidum alicujus momenti.

CANADA, ſeu S. Laurentii fluvius *le fleuve de Canada, ou de S. Laurent*, fluvius maximus Americæ ſeptentrionalis in nova Francia, oritur in confinio Floridæ, ut exiſtimant recentiores, deinde per lacum Erieum labens, uti poſtea per Frontenacum lacum, hinc in ortum æſtivum tendens auctus plurimis fluviis, & recepto ad ſiniſtram fluvio Francorum, paulo ſupra Montem Regium, uti etiam fluviis Pratorum & Monium, Tria flumina ut vocant, & æſtuarium efficiens, Quebecum regionis urbem primariam rigat, receptoque Saguenæo fluvio & aliis poſtea, tandem circiter 100. leucis infra latiſſimo æſtuario in ſinum S. Laurentii ſe exonerat, ſicque ejus curſus eſt 800. leucarum ad minus. Vide fluvius S. Laurentii.

CANADENSIS OCEANUS, *la Mer de Canada, ſeu de la Nouvelle France*, pars eſt Oceani Borealis, in ora Americæ ſeptentrionalis, & Canadæ regionis ſeu Novæ Franciæ, à Terra Laboris nempe uſque ad confinia Novæ Angliæ, & ejus partes ſunt æſtuarium fluvii S. Laurentii, ſinus S. Laurentii, ſinus Francicus, & alii plurimi, in ipſo etiam cenſentur Inſula Terræ Novæ, & Syrtis maxima, *le grand Banc* vulgo.

CANADIUM, ſive Cenadium, urbs alias Jazygum Metanaſtarum, nunc *Chanad*, Hungariæ urbs Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Colocenſi, juxta fluvium *Merice*, qui paulo infra cadit in Tibiſcum, eſtque Comitatus Chanadienſis caput, in confinio Tranſſylvaniæ, ſub dominio Turcarum, 3. milliaribus Germanicis à Segedino diſtans in ortum, uti 16. à Colocia. Dicitur etiam Chanadium.

CANAGORA, urbs Indiæ ultra Gangem, Ptolemæo teſte, ad Gangem tamen fluvium, ſicque in limite Ulterioris Indiæ, nunc creditur *Serenagar*, urbs am-

nes trans Rhenum & Danubium extenſi, ſub ipſis comprehendebantur Angrivarii, Anſivarii, Bructeri, Chamavi, Chaſſuarii ſeu Attuarii, Chatti ſeu Catti, Chauci, Cheruſci, Dulgibini, Salii, Sicambri, id eſt Tencteri, & Uſipetes ſeu Uſipii, & Friſii atque Tubantes populi Germaniæ, teſte Philippo Cluverio libro 3. capite 20. qui omnes cum continua cum Romanis bella geſſiſſent, nunc victores, nunc victi, veritique ne toti in Romanorum ſervitutem venirent, facta conſpiratione, in unum fœdus & belli ſocietatem pro inſita gentis libertate convenerunt, novumque ſibi conſtituere nomen, quo in poſterum dicti ſunt Franci, haud dubie a libertatis ſigno, (quod *Frankon* liberum gentis lingua hominem ſonat) qui ſub hoc nomine acerrima bella adverſus Romanos geſſere, & primum innoteſcere cœperunt Valeriano & Galieno Imperatoribus, circa annum Chriſti 225. ideo nec eorum fit mentio apud Tacitum, Plinium, Strabonem, & Ptolemæum; ſed ex his quos diximus populis conflatam eſſe hanc belli ſocietatem evincunt priſci authores, nam Sicambros Claudianus & Sidonius Apollinaris, aliique Francos toties compellant, Bructeros Sulpitius Alexander, Nazarius, & Eumenius in Panegyricis, Chaucos & Cheruſcos Claudianus, Chamavos Auſonius, Cattos Sulpitius Alexander, Attuarios Marcellinus, Friſios Panegyricus Conſtantino Magno dictus, Salios Marcellinus denuo, & Zoſimus, aliique ſcriptores inter Francos numerant. Hinc ipſorum regio dicta fuit Francia verſus tempora Conſtantini Magni, Imperio Romano jam cadente, & ejus fidem faciunt tum tabula itineraria circa annum 430. conſcripta, cujus meminit Cluverius, in qua ad Rheni ripam leguntur hi populi Chauci, Ampſivatii, Cheruſci, Chamavi, qui & Franci, & ſequitur in eadem ripa magnis litteris ſcriptum, FRANCIA, tum nummus aureus Conſtantini Magni, cum hac inſcriptione, Gaudium Romanorum, & infra Francia, atque etiam vetus inſcriptio à Ruperto detecta, quæ Divitenſe munimentum ex adverſa Coloniæ Agrippinæ ripa, à Conſtantino Magno in Terra Francorum ſtructum exhibet, ubi vero hæc Francia requirenda ſit, docent nos res geſtæ ejuſdem Conſtantini Magni, & pons ab eo Cæſare apud Ubios Rheno inſtratus, per quem exercitus traductus in Francos, quorum ſedes erant inter Rhenum fluvium ad occaſum, Viſurgim & Albim ad ortum, Oceanum Germanicum ad Septentrionem, & ad Meridiem Loganum fluvium verſus Alemannos quibus fuere contermini, ut pluribus ſcribit Cluverius, cum Marquardo Frehero, quapropter Sidonius Apollinaris Franciæ regionis flumina perſcribens Vahalim, Vidrum, Viſurgim, atque Albim introducit, ac Vahalim quidem, quod ea tempeſtate Franci Salii Rhenum transgreſſi illas Bataviæ Belgicæque oras invaſerint, ſicque nihil certius fuiſſe Germaniæ inferioris populos, in ea potiſſimum regione quæ Weſtphaliæ nomen obtinet, atque il Franci rurſum duplices; alii abſoluta voce Transrhenani; alii cum additamento vocis Salii, itdemque Transrhenani, quibus Saliorum nomen adhæſit inditum quod Salæ ſeu Iſalæ fluminis in Weſtphalia orti incolæ fuerint, qui deinde diviſi etiam fuere in Ciſrhenanos & Transrhenanos, & hæc igitur antiqua illa ac vera Francia, hæc Francorum gens omnium totius Germaniæ nationum florentiſſima, quæ cum diu multumque ac variis modis Galliam depopulata eſſet, tandem maxima ſui parte in ea conſedit, unde ea primum Galliæ pars Francia dicta, quæ hodie vulgo vocatur *la France*, verſus Sequanam: mox vero aliis Galliæ gentibus tam priſcis indigenis, quam nuper ingreſſis Burgundionibus, ac Gothis debellatis, tota illa pars Europæ omnium nobiliſſima in idem Franciæ nomen tranſivit, & de his pluribus Philippus Cluverius in Germania antiqua,

Francia, omnis hinc olim quadripartito traditur, prima Francia Transrhenana, eaque antiquiſſima inter Rhenum, Viſurgim, & Albim fluvios, de qua ſupra. Secunda Francia Gallica minor, complexa totam fere Germaniam ſecundam, maximamque utriuſque Galliæ Belgicæ partem, quæ primis Francorum Regum armis ſuperato Rheni limite, parti Regni ſedes, ex quo Regni Francici ſedes Diſpargo Cameracum provecta eſt. Tertia Francia Gallica major, poſtquam feliciore armorum ſucceſſu, interior quoque Gallia a Clodoveo Rege adjecta, Regnique ſedes à Francis Pariſiis collocata fuit, cœptumque Regnum Francicum in Neuſtriam & Auſtraſiam, in Occiduam videlicet & Orientalem Franciam dividi. Quarta Francia Nova, ſeu Orientalis Germania, quæ novo armorum & fortunæ curſu, debellatis Alemannis, acceſſit ad Auſtraſiæ Regnum, in eaque Franconia, quæ ab his victoribus Francis nomen retinet, tantum abeſt, ut Franconia prima Francorum ſedes fingi poſſit, & de his, uti & de Francis populis, pluribus & doctiſſime diſſeruit Celſiſſimus Princeps Ferdinandus Furſtembergius Epiſcopus Paderbornenſis & Monaſterienſis, de re litteraria optime meritus in ſuis monumentis Paderbornenſibus, ex hiſtoria Romana, Francica, & Saxonica erutis.

Franci, populi Europæ notiſſimi, qui Franciæ Regnum percelebre inhabitant, vulgo *les François* dicti ſibi, *li Franceſi* Italis, *los Franceſes* Hiſpanis, *Frantzoſſ* Germanis, *Frenchman* Anglis, *Francus* Polonis, & *Frankis* Turcis, atque Aſiaticis.

Franci, *Frankis*, ſic vocantur à Turcis Franci, Itali, Germani, & alii Europæi Occidentales, ex eo quod Francorum Imperio Romano potitorum fama per Orientales regiones longe lateque diffuſa quondam fuerit, & etiamnum permaneat.

Francia, olim Gallia, vulgo *la France* incolis, *the France* Anglis, *la Francia* Hiſpanis & Italis, *la Franza* Siculis, *França* Luſitanis, *Franckreich* Germanis, *Vranckryck* Belgis, *Francya* & *Francuskaziemia* Polonis, *Fragnack* Illyricis, *Frank* Hibernis, *Franza* Turcis, & *Frankiſtan* Aſiaticis dicta, cujus incolæ Franci: Regnum eſt Europæ potentiſſimum & ampliſſimum, ſub propriis Regibus ab anno 425. & ita celebre, etiam tempore Regum primæ ſtirpis, ut eum S. Gregorius Magnus Pontifex Maximus ſcripſit ad Childebertum Francorum Regem, his uſus ſit verbis, *Quanto cæteros homines regia dignitas antecellit, tanto cæterarum gentium Regna Regni veſtri profecto culmen excellit*, &c. ut videre eſt libro 5. ejus Operum; & ſub hac prima ſtirpe complectebatur Francia etiam magnam partem Germaniæ, tuncque in ipſa erant Regna Pariſienſe, Sueſſionenſe, Aurelianenſe & Metenſe ſive Auſtraſiæ, itemque Regna Burgundiæ, Aquitaniæ, & Britanniæ minoris, quæ omnia poſtea in unum coaluerunt; & ſub ſecunda ſtirpe Regum, Francicum Imperium continebat Germaniam totam, cum Belgio, Helvetia, Pannonia tota, Mœſia ſuperiori, maxima parte Italiæ, ubi Regnum Longobardorum, & parte Hiſpaniæ Tarraconenſis: ſed lapſu temporis hæ Regiones à Francia receſſerunt.

Francia, extenditur in longum ad 260. leucas Francicas ab extrema Armorica ad occaſum, uſque ad oſtium Vari fluvii ad ortum. Ejus vero latitudo eſt 230. leucarum ſimilium à Septentrione in Meridiem, nempe ab ora Oceani Germanici prope Dunquercam, uſque ad montes Pyrenæos, in ipſo limite Hiſpaniæ & Cataloniæ Principatus; & hujus Regni termini ſunt ab Occidente Oceanus Aquitanicus, & ſinus magnus Francicus: à Meridie montes Pyrenæi, quibus ab Hiſpania ſeparatur per 80. leucas, & mare Mediterraneum: à Septentrione mare Britannicum, fretum Gallicum, minuta pars Oceani Germanici, & Belgium Hiſpanum: ab Oriente vero Germania, Helvetia, & Italia, à qua Alpibus dividitur, ſicque complectitur in ſe maximam partem Galliæ antiquæ, nempe Galliam Aqui-

tanicam totam, uti omnem Galliam Celticam, excepta Helvetia, Galliam Narbonenſem, excepta Sabaudia tantum, & maximam partem Galliæ Belgicæ.

FRANCIÆ REGNUM, continet ſexaginta provincias, quæ aliquando ad minorem numerum reducuntur: in Comitiis generalibus Pariſiis actis anno 1614. diviſæ ſunt in duodecim Gubernia, ſeu magnas Præfecturas generales *les Gouvernements generaux*, nempe Inſulæ Franciæ, Burgundiæ, Normanniæ, Aquitaniæ, Britanniæ, Campaniæ, Occitaniæ, Picardiæ, Delphinatus, Provinciæ, Lugdunenſis, & Aurelianenſis; ſed pro hac vice tantum valuit hæc diviſio, & ex his duodecim, novem etiamnum cenſentur tales, quanquam ab his detracta ſint aliquot Gubernia ſive Præfecturæ, ſed aliæ tres nempe Aquitanica, Lugdunenſis, & Aurelianenſis aliter ſe habent hodie, continentque in ſe plures Præfecturas; & his duodecim Præfecturis generalibus poſſunt addi quatuor aliæ Præfecturæ ſimiles, nempe Lotharingiæ, Comitatus Burgundiæ, Belgii Francici, & Alſatiæ, cum a paucis annis Francorum Rex Chriſtianiſſimus Ludovicus Magnus, poſt tot & tam inſignes victorias Sceptro Francico adjunxerit Comitatum Burgundiæ, Alſatiam utramque, Suntgoviam, Lotharingiam, Comitatum Ruſcinonenſem, & Belgium Francicum, id eſt Arteſiam, maximas partes Flandriæ & Hannoniæ, cum parte Luxemburgenſis Ducatus, ex quibus Arteſia adjuncta fuit Præfecturæ generali Picardiæ. Totius autem Regni primaria & ſedes regia, eſt Lutetia Pariſiorum, quæ & Pariſii, *Paris* vulgo, totius Europæ ampliſſima & populoſiſſima, uti & Orbis. De aliis urbibus Regni vide infra. Francorum Regi ſubſunt etiam Nova Francia, regio perampla Americæ Septentrionalis, uti major pars Hiſpaniæ inſulæ ſeu Hiſpaniolæ, & plurimæ inſulæ ex Antillis in mari Boreali, cum aliquot Coloniis in ora Guianæ, & in ora Africæ, ſed de his fuſius ſuis in locis.

FRANCIÆ REGNI DIVISIO PER PRÆFECTURAS GENERALES HABITA ANNO 1614.

Francica Præfectura, ſeu Inſulæ Franciæ, *l'Iſle de France*, ſub qua provincia Inſulæ Franciæ, & agri Bellovacenſis, Laudunenſis & Sueſſionenſis.

Burgundica, *la Bourgogne*, continet Ducatum Burgundiæ, Breſſiam, & Beugeſiam.

Normannica, *la Normandie*, continet Normanniam.

Aquitanica, *la Guienne*, continet Guiennam, Vaſconiam, Navarram inferiorem, atque provincias Santoniam, Petrocoricenſem, Lemovicenſem, Cadurcenſem, & Rutenenſem.

Britannica, *la Bretagne*, Aremoricam totam ſeu Britanniam minorem complectitur.

Campanica, *la Champagne*, continet Campaniam, & Briam.

Occitana, *le Languedoc*, continet Occitaniam, & provincias Vivarienſem, Gabalenſem, & Velaunos.

Picardica, *la Picardie*, ſub qua Picardia.

Delphinatus, *le Dauphiné*, ſub qua Delphinatus.

Provinciæ, *la Provence*, ſub qua Provincia.

Lugdunenſis, *le Gouvernement Lyonnois*, continet provincias Lugdunenſem, Baujovienſem, Forenſem, Borbonenſem, Alverniam, & Marchiam.

Aurelianenſis, *le Gouvernement d'Orleans*, complectitur provincias Aurelianenſem, Bleſenſem, Perticenſem, Belſiam, Cenomanenſem, Andegavenſem, Turonenſem, Pictavenſem, Engoliſmenſem, Bituricenſem, & Nivernenſem.

FRANCIA, dividitur etiam à quibuſdam in duodecim Parlamenta, *les douze Parlements*, hoc ordine, nempe Parlamentum Pariſinum, *le Parlement de Paris*, ſub quo media fere pars Regni, ſcilicet provinciæ Inſulæ Franciæ, Picardiæ, Arteſiæ, Campaniæ, Briæ, Barrenſis Ducatus, Belſiæ, Sicaloniæ, Perticenſis, Aurelianenſis, Cenomanenſis, Bleſenſis, Turoniæ, Andegavenſis, Pictavenſis, Santoniæ, Engoliſmenſis, Marchiæ, Bituricenſis, Nivernenſis, Borbonenſis, Alverniæ, Lugdunenſis, Forienſis, & Bellojovienſis: Toloſanum, *le Parlement de Toloſe*, ſub quo Occitania: Gratianopolitanum, *le Parlement de Grenoble*, ſub quo Delphinatus: Divionenſe, *le Parlement de Dijon*, ſub quo Ducatus Burgundiæ cum annexis: Burdegalenſe, *le Parlement de Bordeaux*, ſub quo Aquitania: Rotomagenſe, *le Parlement de Rouen*, ſub quo Normannia: Aquenſe, *le Parlement d'Aix*, ſub quo Provincia: Britannicum, *le Parlement de Bretagne*, ſub quo Britanniæ Ducatus: Palenſe, *le Parlement de Pau*, ſub quo Benearnia, & Navarra inferior: Metenſe, *le Parlement de Metz*, ſub quo tres Epiſcopatus Metenſis, Tullenſis, & Virdunenſis, cum Lotharingia: Veſontinum, *le Parlement de Beſançon*, ſub quo Comitatus Burgundiæ: & Tornacenſe, *le Parlement de Tournay*, recens erectum, ſub quo Flandria Francica, & Hannonia Francica; ſed alia ineſt diviſio Regni Franciæ in viginti tres partes magnas, quas Generalitates vocant, *les Generalitez* vulgo, ſub quibus ſunt tractus ſeu regiunculæ quas Electiones nuncupant, *les Elections*, in quibus tamen non comprehenduntur provinciæ quæ à quadraginta annis Coronæ Franciæ adjunctæ ſunt, & cum hæc diviſio ſatis uſu recepta ſit, maxime cum agitur de re ſubſidiaria, eam paucis referemus.

FRANCIÆ REGNI DIVISIO PER GENERALITATES.

GENERALITAS PARISIENSIS, *la Generalité de Paris*, ſub qua ſunt viginti Electiones, ut vocant, nempe Pariſienſis, Sylvanectenſis, Compendienſis, Bellovacenſis, Meduntana, Montisfortis, Drocenſis, Stampenſis, Nemoſienſis, Melodunenſis, Colomeriarum, Roſetana, Meldenſis, Provinenſis, Novigentana, Senonenſis, Juiniacenſis, Sanflorentina, Tornodorenſis, & Vezeliacenſis, cum eorum agris.

GENERALITAS SUESSIONENSIS, *la Generalité de Soiſſons*, ſub qua ſunt ſeptem Electiones, nempe Sueſſionenſis, Caſtri Theodorici, Creſpiaci, Laudunenſis, Guiſiæ, Claromontanæ, & Noviomenſis.

GENERALITAS AMBIANENSIS, *la Generalité d'Amiens*, ſub qua ſunt ſex Electiones, ſcilicet Ambianenſis, S. Quintini, Peronæ, Montis Deſiderii, Dulendii, & Abbavillæ.

GENERALITAS CAMPANIÆ, *la Generalité de Champagne*, cujus caput Catalaunum, & ſub qua ſunt decem Electiones, videlicet Catalaunenſis, Lingonenſis, Trecenſis, Remenſis, Calvimontis, Sezanæ, Sparnaci, Victoriaci, Retelii, & Barri ad Albulam.

GENERALITAS AURELIANENSIS, *la Generalité d'Orleans*, ſub qua ſunt duodecim Electiones; nempe Aurelianenſis, Dordinci, Clameciaci, Caſtrodunenſis, Carnutenſis, Balgentiaci, Montis Argii, Bleſenſis, Gyani, Romorantina, Vindocinenſis, & Pithiverii.

GENERALITAS TURONENSIS, *la Generalité de Tours*, ſub qua ſunt ſexdecim Electiones, ſcilicet Turonenſis, Andegavi, Ambaſiæ, Balgii, Caſtri Gonterii, Cainonis, Flexiæ, Lavallii, Lochiæ, Monaſterioli Berlaii, Richelæi, Salmurii, Caſtri ad Ledum, Cenomanenſis, Meduanæ, & Loduni.

GENERALITAS BITURICENSIS, *la Generalité de Bourges*, ſub qua ſunt quinque Electiones, ſcilicet Bituricenſis & Caſtrea, Exoldunenſis, Caſtri Ruſi, Oblinci, & S. Amandi.

GENERALITAS MOLINENSIS, *la Generalité de*

Digitized by Google

Moulins, ſub qua ſunt ſeptem Electiones, nempe Molinarum, Gannati, Garacti; Montis Luſſonii, Nivernarum, Caſtri Canini, & Combraliæ.

GENERALITAS RIOMENSIS, *la Generalité de Rion*, ſub qua ſunt ſex Electiones, nempe Riomenſis, Claromontana, Brivatenſis, Aurilacenſis, Sanfloriana, & Iſſiodorenſis.

GENERALITAS LUGDUNENSIS, *la Generalité de Lyon*, ſub qua ſunt quinque Electiones, Lugdunenſis, Sancti Stephani, Rodunnenſis, Francopolitana, & Monbriſonis.

GENERALITAS LEMOVICENSIS, *la Generalité de Limoges*, ſub qua ſunt ſeptem Electiones, ſcilicet Lemovicenſis, Tutelenſis, Brivæ-Curretiæ, Burginovi, Engoliſmenſis, S. Joannis Angeriaci, & Bellaci.

GENERALITAS PICTAVENSIS, *la Generalité de Poictiers*, ſub qua ſunt novem Electiones, nempe Pictavenſis, Sancti Maxentii, Niortii, Fontenaci Comitis, Malleonis, Duracii, Caſtri Heraldi, Arenarum Olonenſium & Rupellana.

GENERALITAS BURDEGALENSIS, *la Generalité de Bordeaux*, quæ & Generalitas Guiennæ etiam dicitur, ſub qua ſunt octo Electiones, ſcilicet Burdegalenſis, Petrocoricenſis, Aginni, Lannatum, Condomi, Mediolani Santonum, Connaci, & Sarlati.

GENERALITAS MONTALBANENSIS, *la Generalité de Montauban*, ſub qua undecim Electiones, nempe Montalbanenſis, Armeniacenſis, Leomaniæ, Ruthenenſis Superioris ſive Amiliani, Rutenenſis inferioris ſeu Francopolis, Rutenæ urbis, Cadurci, Figeaci, Ripariæ Verduni, Convenarum, & Aſtaracenſis.

GENERALITAS ROTOMAGENSIS, *la Generalité de Rouen*, ſub qua ſunt tredecim Electiones, ſcilicet Rotomagenſis, Pontis Arcus, Pontis Andomari, Pontis Epiſcopi, Calidobeci, Monaſterii-Villaris, Arquenſis, Novicaſtelli, Ebroici, Andeliaci, Leonum, Calvimontis & Magniaci, atque Giſorii & Pontiſaræ.

GENERALITAS CADOMENSIS, *la Generalité de Caen*, ſub qua ſunt octo Electiones, nempe Cadomenſis, Baiocenſis, Carentani, Valoniæ, Conſtantienſis, Abrincenſis, Viriæ, & de Moritonio.

GENERALITAS ALENCONIENSIS, *la Generalité d'Alençon*, ſub qua ſunt novem Electiones, nempe Alenconii, Faleſiæ, Damni frontis, Argentani, Lexovienſis, Vernolii, Moritaniæ, Conchenſis, & Berniaci.

GENERALITAS TOLOSANA, *la Generalité de Toloſe*, ſub qua ſunt undecim Diœceſes, ſcilicet Toloſana, Rivenſis, Albigenſis, Montalbanenſis, Caſtrenſis, Sancti Papuli, Alethenſis, Carcaſſonenſis, Mirapincenſis, Vaurenſis, & Convenenſis.

GENERALITAS OCCITANIÆ, *la Generalité de Languedoc*, cujus caput Mons Peſſulanus, ſub qua ſunt undecim Diœceſes, Monſpeſſulana, Nemauſenſis, Ucetienſis, Vivarienſis, Anicienſis, Mimatenſis, Lutevenſis, Agatenſis, Biterrenſis, Sancti Pontii, & Narbonenſis.

GENERALITAS BURGUNDIÆ, *la Generalité de Bourgogne*, cujus caput Divio, ſub qua Ducatus Burgundiæ, una cum Breſſia, & Bengeſia, & tribus Electionibus Antiſſiodorenſi, Matiſconenſi, & Barri ad Sequanam.

GENERALITAS PROVINCIÆ, *la Generalité de Provence*, cujus caput Aquæ Sextiæ, ſub qua Provincia, in ſeptemdecim Vicarias diviſa.

GENERALITAS DELPHINATUS, *la Generalité de Dauphiné*, cujus caput Gratianopolis, ſub qua ſunt octo Electiones Delphinatus, nempe Gratianopolitana, Viennenſis, de Romanis, Valentina, Vapincenſis, Montilii Æmarorum, Ebredunenſis, & Brigantina.

GENERALITAS BRITANNIÆ, *la Generalité de Bretagne*, cujus caput Redones, ſub qua Britanniæ Ducatus, in novem Diœceſes ſive Quæſturas diviſus.

FRANCIÆ REGNI PROVINCIÆ ET PARTES.

Aginnenſis provincia, *l'Agenois*.
Albigenſis provincia, *l'Albigeois*.
Alnienſis tractus, *le païs d'Aunis*.
Alſatia, *l'Alſace*.
Alvernia, *l'Auvergne*.
Andegavenſis Ducatus, *l'Anjou*.
Armeniacenſis Comitatus, *l'Armagnac*.
Arteſia, *l'Artois*.
Aurelianenſis Ducatus, *l'Orleanois*.
Auſtrebantium, *l'Oſtervant*.
Barrenſis Ducatus, *le Barrois*.
Biſſiniacus Ager, *le Baſſigny*.
Baujovienſis provincia, *le Baujolois*.
Bellovacenſis tractus, *le Beauvaiſis*.
Belſia, *la Beauſſe*.
Beugeſia, *le Beugey*.
Beneharnia, *le Bearn*.
Bigerrenſis Comitatus, *le Bigorre*.
Bituricenſis Ducatus, *le Berry*.
Bleſenſis ager, *le Blaiſois*.
Bolonienſis Comitatus, *le Boulenois*.
Borbonenſis provincia, *le Bourbonnois*.
Breſſia, *la Breſſe*.
Bria, *la Brie*.
Britannia minor, *la Bretagne*.
Burgundiæ Comitatus, *le Comté de Bourgogne*.
Burgundiæ Ducatus, *la Bourgogne*.
Cadurcenſis provincia, *le Quercy*.
Caletenſis tractus, *le pays de Caux*.
Cameracenſis ager, *le Cambreſis*.
Campania, *la Champagne*.
Cenomanenſis provincia, *le Maine*.
Condomenſis tractus, *le Condomois*.
Conſorani, *le Couſerans*.
Convenenſis Comitatus, *le Comté de Cominges*.
Delphinatus, *le Dauphiné*.
Engoliſmenſis provincia, *l'Angoumois*.
Flandria Francica, *la Flandre Françoiſe*.
Foriſium, ſeu Forenſis provincia, *le Forez*.
Fuxenſis Comitatus, *le Comté de Foix*.
Gabalenſis tractus, *le Givaudan*.
Guienna, *la Guienne*.
Hannonia Francica, *le Haynaut François*.
Inſula Franciæ, *l'Iſle de France*.
Laudunenſis ager, *le Laonnois*.
Lemovicenſis provincia, *le Limouſin*.
Lotharingia, *la Loraine*.
Lugdunenſis provincia, *le Lyonnois*.
Marchia, *la Marche*.
Metenſis tractus, *le pais Meſſin*.
Navarra inferior, *la baſſe Navarre*.
Nivernenſis provincia, *le Nivernois*.
Normannia, *la Normandie*.
Occitania inferior, *le bas Languedoc*.
Occitania ſuperior, *le haut Languedoc*.
Perticenſis provincia, *le Perche*.
Petrocoricenſis provincia, *le Perigort*.
Picardia, *la Picardie*.
Pictavenſis provincia, *le Poictou*.
Provincia, *la Provence*.
Ruſcinonenſis Comitatus, *le Rouſſillon*.
Rutenenſis provincia, *le Rouergue*.
Santonia, *la Saintonge*.
Senonenſis ager, *le Senonois*.
Sicalonia, *la Selogne*.
Sueſſionenſis ager, *le Soiſſonnois*.

Suntgovia, *le Suntgau.*
Turonia, *la Touraine.*
Vaſatenſis ager, *le Bazadois.*
Vaſcitania, *les Baſques.*
Vaſconia, *la Gaſcogne.*
Vaſtinium, *le Gaſtinois.*
Velauniorum tractus, *le Velay.*
Veromanduenſis ager, *le Vermandois.*
Vexinum, *le Vexin.*
Vindocinenſia ager, *le Vendoſmois.*
Vivarienſis provincia, *le Vivarais.*
Virdunenſis ager, *le Verdunois.*

FRANCIÆ REGNI URBES PRÆCIPUÆ.

Abbavilla, *Abbeville*, in Picardia.
Abrincæ, *Avranches*, in Normannia inferiori.
Agata, *Agde*, in Occitania inferiori.
Aginnum, *Agen*, Aginnenſis provinciæ caput.
Albiga, *Aby*, Albigenſis provinciæ caput.
Alenconium, *Alençon*, in Normannia.
Ambaſia, *Amboiſe*, in Turonia.
Ambianom, *Amiens*, Picardiæ primaria.
Andegavum, *Angers*, Andegavenſis provinciæ caput.
Angeriacum, *Saint Jean d'Angely*, in Santonia.
Anicium, ſive Podium, *le Puy*, in Velaunis.
Antipolis, *Antibes*, in Provincia.
Antiſſiodorum, *Auxerre*, in Burgundia.
Apta, *Apt*, in Provincia.
Aquæ mortuæ, *Aigues mortes*, in Occitania inferiori.
Aquæ-Sextiæ, *Aix*, Provinciæ caput.
Aquæ Tarbellicæ, *Dax*, in Vaſconia.
Arauſio, *Oranges*, in Provincia.
Arelate, *Arles*, in Provincia.
Atrebatum, *Arras*, Arteſiæ caput.
Aturus, *Aire*, Vaſconiæ propriæ caput.
Audomaropolis, *Saint Omer*, in Arteſia.
Avenio, *Avignon*, in Provincia, ditionis Eccleſiæ.
Avennæ, *Avennes*, in Hannonia Francica.
Auguſtodunum *Autun*, in Burgundia.
Aureliacum, *Aurillac*, in Alvernia ſuperiori.
Aureliæ, *Orleans*, Aurelianenſis provinciæ caput,
Auſcii, *Auſch*, in Armeniacenſi Comitatu.
Baiocæ, *Baieux*, in Normannia.
Baionæ, *Baione*, Vaſcitaniæ caput.
Barro-Ducum, *Bar le Duc*, Barrenſis Ducatus caput.
Bellica, *le Bellay*, Beugeſiæ caput.
Belloquadrum, *Beaucaire*, in Occitania inferiori.
Bellovacum, *Beauvais*, Bellovacenſis tractus caput.
Belna, *Beaune*, in Burgundia.
Bergeracum, *Bergerac*, in Petrocoriceuſi provincia.
Betunia, *Betunes*, in Arteſia.
Biterræ, *Beziers*, in Occitania inferiori.
Bituricum, *Bourges*, Bituricenſia provinciæ primaria.
Blabia, *Blaye*, in Guienna.
Bleſæ, *Blois*, Bleſenſis agri caput.
Bolonia, *Bologne*, Bolonienſis Comitatus caput.
Briocum, *Saint Brieu*, in Britannia minori.
Briva Curretia, *Brive*, in Lemovicenſi provincia.
Brivates, *Breſt*, in Britannia minori.
Broagium, *Brouage*, in Santonia.
Burdegala, *Bordeaux*, Guiennæ caput.
Burgus, *Bourg en Breſſe*, Breſſiæ caput.
Cabellio, *Cavaillon*, in Comitatu Venuxino, ditionia Eccleſiæ.
Cabillonum, *Challon*, in Burgundia.
Cadomum, *Caen*, in Normannia inferiori.
Cadurcum, *Caors*, Caducenſis provinciæ caput.
Caletum, *Calais*, in Picardia.
Calidobeccum, *Caudebec*, in Normannia.
Calvomontium *Chaumonten Baſſigny*, in Campania.
Cameracum, *Cambray*, in Cameraceſi agro.
Carcaſſo, *Carcaſſone*, in Occitania inferiori.
Carnutum, *Chartres*, Belſiæ primaria.
Caroburgus, *Cherbourg*, in Normannia inferiori.
Carolopolis, *Charleville*, in Campania.
Carpentoracte, *Carpentras*, caput Comitatus Venuxini, in ditione Eccleſiæ.
Caſtellio, *Chaſtillonſur Seyne*, in Burgundia.
Caſtellodunum, *Chaſteaudun*, in Belſia.
Caſtra, *Caſtres*, in Occitania ſuperiori.
Caſtrum Heraldi *Chaſtelleraut*, in Pictavenſi provincia.
Catalauni, *Chaalons*, in Campania.
Caucoliberis, *Collioure*, in Ruſcinonenſi Comitatu.
Cenomani, *le Mans*, Cenomanenſis provinciæ caput.
Claromons, *Clermont*, Alverniæ caput.
Compendium, *Compiegne*, in Inſula Franciæ.
Condomum, *Condom*, Condomenſis agri caput.
Conſorani, *Saint Licer de Couſerans*, in Conſeranis.
Conſtantia, *Coutances*, in Normannia inferiori.
Corbia, *Corbie*, in Picardia.
Coriſopitum, *Quimper*, in Britannia minori.
Criſta Arnaldi, *le Creſt*, in Delphinatu.
Dea, *Die*, in Delphinatu.
Deppa, *Dieppe*, in Normannia.
Dinia, *Digne*, in Delphinatu.
Divio, *Dijon*, Burgundiæ caput.
Dola, *Dol*, in Britannia minori.
Dola, *Dole*, Burgundiæ Comitatus caput.
Dragnignanum, *Draguignan*, in Provincia.
Drocum, *Dreux*, in Inſula Franciæ.
Duacum, *Douay*, in Flandria Francica.
Dunquerca, *Donquerque*. in Flandria Francica.
Ebrodunum, *Ambrun*, in Delphinatu.
Ebroicæ, *Evreux*, in Normannia.
Engoliſma, *Angouleſme*, Engoliſmenſis provinciæ caput.
Exelodunum, *Iſſoudun*; in Bituricenſi provincia,
Faleſia, *Falaiſe*, in Normannia.
Fanum S. Joannis Pedeportuenſis, *S Jean pied deport*, Navarræ inferioris primaria.
Fanum S. Spiritus, *le S. Eſprit*, in Occitania inferiori.
Fanum S. Torpetis, *Saint Tropez*, in Provincia.
Fara, *la Fere*, in Picardia.
Figeacum, *Figeac*, in Cadurcenſi provincia.
Flexia, *la Fleche*, in Andegavenſi provincia.
Floropolis, *Saint Flour*, in Alvernia.
Fonteniacum, *Fontenay le Comte*, in Pictavenſi provincia.
Forum Julium, *Frejus*, in Provincia.
Forum Neronis, *Forcalquier*, in Provincia.
Garactum, *Gueret*, Marchiæ caput.
Giſorium, *Giſors*, in Normannia.
Graſſa, *Graſſe*, in Provincia.
Gratianopolis, *Grenoble*, Delphinatus primaria.
Gravelina, *Graveline*, in Flandria Francica.
Greium, *Gray*, in Burgundiæ Comitatu.
Guiſia, *Guiſe*, in Picardia.
Hamum, *Ham*, in Picardia.
Hedinum, *Hedin*, in Arteſia.
Helena, *Elne*, in Ruſcinonenſi Comitatu.
Janvilla, *Joinville*, in Campania.
Inſulæ, *Liſle*, Frandriæ Francicæ caput.
Ipræ, *Ipres*, in Flandria Francica.
Iſſorium, *Iſſoire*, in Alvernia.
Lactorium, *Lectoure*; in Armeniacenſi Comitatu.
Laſcura, *Laſc*[illegible] in Beneharnia.
Laudunum, *La*[illegible], in Inſula Franciæ.
Lemovicum, *Limoges*, Lemovicenſis provinciæ caput.
Leona, *Saint Paul*, in Britannia minori.
Lexovium, *Lizieux*, in Normannia.
Lingones, *Langres*, in Campania.
Lochia, *Loches*, in Turonenſi provincia.
Lodunum, *Loudun*, in Pictavenſi provincia.

Digitized by Google

colis, teſte *Juſto Giſtello*, eratque una ex urbibus Decapoleos, & Galilææ metropolis*, ad oram Borealem lacus Geneſareth ubi Jordanem recipit, Jeſu Chriſti D. N. incolatu reddita celebris, proindeque ejus civitas appellata, olimque Epiſcopalis, nunc pene exciſa jacens, ejus meminit Juvencus, hinc Capharneus nomen gentis.

CAPHENUM, *Capheng*, urbs Aſiæ io India extra Gangem, & in regno Siami, provinciæ cognominis caput.

CAPHRENA, urbs Syriæ, in regione Comagene, ad Euphratem, quæ Zeugmati vicina erat, Plinio teſte.

CAPIOAVA, urbs Daciæ ad Iſtrum fluvium, Porphyrogennetæ, quæ aliis eſt Comidava.

CAPIONIS TURRIS, & Capio, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ Straboni, nunc *Chipiona* incolis, *Chapionha* Luſitanis, caſtrum eſt Vandalitiæ in colle, ad oſtia Bætis fluvii, in ora ſinos Gaditani, tribus in locis mari irriguus, ac navigantibus inſtar Phari, nunc parvi eſt momenti, vix una leuca à Luciferi fano in Meridiem, & 4. à Portu S. Mariæ in occaſum. Dicitur etiam Cæpionis Turris ex veteri inſcriptione.

CAPITALATUS BOXII, *le Captalat de Buch*, tractus Galliæ in Aquitania, & in ora Oceani Aqoitanici, in limite Medullani tractus, ejus caput eſt Buxium oppidulum, & eo erant olim Bojates populi, teſte Petro de Marca Archiepiſcopo Pariſienſi viro clariſſimo.

CAPITANATA, *la Capitanata*, provincia regni Neapolitani, & pars Apuliæ, quæ olim Apulia Daunia dicta fuit. Terminatur à Septentrione & Oriente mari Adriatico, ab Occidente Comitatu Moliſino, & a Meridie Principatu ulteriori, Baſilicara, & agro Bariano. Regio eſt fertilis admodum & rigua, & ejus pars præcipua eſt mons Garganus. Ibi urbes præcipuæ Manfredonia, Aſculum Apulum, Luceria Paganorum, Bovinum, & Troja.

CAPITINA, oppidum Siciliæ inſulæ Ciceroni, quod Capytium Ptolemæo, nunc *Capizzi* dictum, prope montes Aerios. Vide Capytium.

CAPITIS VIRIDIS INSULÆ, olim Heſperides ſeu Gorgådes dictæ, nunc vulgo *les Iſles du Cap Verd* Gallis, *las Iſlas de Cabo Verde* Hiſpanis, & *de Sonte Eylanden* Belgis, id eſt Meridionales, inſulæ ſunt Oceani Atlantici, ſic dictæ qood ſint obverſæ Capiti Viridi eis proximori in Africa, à quo tamen 140. leucis diſtant in occaſum. Detectæ fuerunt à Luſitaois quibus etiamnum ſubſunt, & ex his decem ſunt præcipuæ, nempe Inſulæ S. Jacobi, *S. Jago*, S. Nicolai, *S. Nicolao*, S. Luciæ, *S. Luzia*, S. Antonii, *S. Antonio*, S. Vincentii *S. Vicente*, Ignium, *de Fuego*, Salis *de Sal*, Boni viſus *Boa viſta*, Maii *Majo*, & Brava *Brava*; ſuntque ſatis cultæ, & abundant omnibus ad victum neceſſariis, uti & ſalis proventu. Harum primaria eſt S. Jacobi inſula, cum urbe Ripa magna epiſcopali ſub Archiepiſcopo Oliſiponenſi, *Reibera grande* vulgò, in ora meridionali inſulæ, detectæ autem fuerant hæ inſulæ anno 1460. ab Antonio de *Nole* Genuenſi, auſpiciis Alphonſi V. Regis Portugalliæ.

CAPITOLINUS MONS, Varroni & Tarpejus, Feſto, *il Campidoglio* nunc, unus ex 7. urbis Romæ collibus, ubi Capitolium; & Capitolia pro Curia & Senatu, qui ibi fiebat.

CAPITOLIA, ſeu Capitalia, montes Indiæ excelſi, teſte Plinio, prope Indum fluvium, auro & argento feraciſſimi.

CAPITOLIAS, urbs Palæſtinæ in Trachonitide, Antonioo, ſive Capitolia alibi, *Seidſcivcb* nonc, teſte Maſio, Suitha Hebræis dicta, & epiſcopalis ſub Patriarcha Hieroſolymitano, ubi adhuc Job ſepulchrum monſtratur, 12. mill. paſſ. à mari Galileæ diſſita in ortum, uti 60. milliaribus à Damaſco in Meridiem Hieroſolymam verſus 90. teſte Philippo à Vico.

CAPITULUM, oppidum Latii, in finibus Hernicorum, ultra Præneſte, verſus Bovillas, Straboni, & Plinio, quod ab aliis Capitolias etiam dictum fuit, teſte Holenio, ſed de ejus nomine recenti non conſtat, quanquam aliquibus ſit *Luco* caſtrum Aprutii ulterioris.

CAPPADOCIA, regio ampla Aſiæ minoris, Straboni, Plinio, Ptolemæo, & aliis, olim Ponto Euxino expoſita verſus Boream, inter Galatiam Paphlagoniamque ad occaſum, & Armeniam Colchidemque ad ortum contenta, introrſos in Auſtrum uſque ad Ciliciæ fines Pauto monte ſeparante extenſa. primum diviſa fuit in duas partes ſeu Satrapias, ex quibus, teſte Strabone, major dicta eſt Cappadocia magna, quæ verſus Meridiem & Taurum montem extenditur, minor vero quæ ad Septentrionem Pooto-Cappadocia, atque utraque in quinque præfecturas diviſa erat. Major quidem Cappadocia in Melitenem, Cataoniam, Ciliciam, Tyanenſem, & Iſauritim; minor vero in qoinque alias Lavinaſenam Sargaſenam, Saraunam, Chamanenam, & Rhimnenam ſeu Morimenam, tempore Archelai regis, ex quibus poſtea Cataonia, Lavinaſena, & Cilicia, ſub Armenia minori contentæ fuerunt, & Iſauritis ſub Galatia, his Cappadociæ præfecturis jungit Plinios Colopenam & Gazacenam: tempore S. Gregorii Nazianzeni Cappadocia diviſa erat in Cæſarienſem & Tyanenſem: circa tempora Juſtiniani diviſa fuit in tres partes Mediterraneam, Superiorem, & inferiorem, ex quibus Mediterranea Charſiana dicta fuit à quodam Charſia præſide, Superior finitima Lycaoniæ & Tauro, Cappadocia minor, inferior denique, quæ Pontum Euxinum ſpectat Armeniaca, quia Armeniis vicina appellatæ ſunt, ſicque poſtea Porphyrogenneta eam dividit in Charſianam, Armeniacam, & Cappadociam minorem, item in Cataoniam, Tauricam, & Mediterraneam, ipſa lapſu temporis minor exiſtit, cum Armenia minor ab ea revulſa ſit jam à tempore Imperatorum Romanorum, nunc tota ſubeſt dominio Turcarum à tribus ſæculis, & *Amaſia* vulgo dicitur ab omnibus, completiturque præfecturam ſeu Beglirbegatum Sebaſtopolitanum. Cappadociæ urbes olim celebres fuere Trapezus, Comana Pontica, Comana Capadociæ, deinde Amaſea, Cæſarea, & Sebaſte. Nunc clarent Amaſea, ex qua nomen præcipuæ regioni ad occaſum quæ *Amaſia* nominatur, Trapezus, & Nicopolis, ex qua regio ad ortum *Genech* dicitur, & Neocæſarea in medio, ex qua regio *Toccato* vocatur. Populi Cappadoces, & nomen gentis Cappadocius.

CAPPADOCIÆ URBES QUÆ ADHUC DURANT.

Amaſea, hodie *Amaſia*.
Comana Ponti, hodie *Com*.
Ceraſus, *Chiriſſonda*.
Cybiſtra, *Arminacha*.
Iconium, *Cogni*.
Mazaca, poſtea Cæſarea, *Caiſar*.
Neocæſarea, *Tocat*.
Polemonium, *Vatiza*.
Saſima, *Saſum*.
Sebaſte, & Sebaſtia, *Sauſtia*.
Sebaſtopolis, *Sinvas*.
Trapezus, *Trebizonde*.

CAPRÆ, pagus Hetruriæ, Procopio, ubi Totilas Gothorum Rex à Narſete ſuperatus interfectus eſt, nunc teſte Magino, eſt *Caprile*, vicus Tuſciæ in agro Florentino, in confinio Ducatos Urbini, ad fontes Ariminii fluvii, prope Appenninum montem, 5. milliaribus diſtans à fontibus Tiberis in ortum, 8. à Cluſio, & 16. ab Aretio.

CAPRÆMONS, *Chieuremont*, caſtrum fuit Leodienſis ditionis in Germania, egregie munitum, quod *Kevermunt* dicitur in diplomate Ottonis I. Imperatoris, illud Norgerus Epiſcopus Leodienſis anno 980. inſigni ſtratagemate cepit, quod eſſet nidum rebellium, & funditus excidit.

CAPRANICA, *Capranica*, oppidum Italiæ, alias amplum, in ditione Eccleſiæ, in provincia Patrimonii S. Petri, ad amnem *Pozzolo*, vix 2. milliaribus à Sutrio, Vetrallam verſus, & 3. à Roncilione. Deficit in dies.

CAPRARIA, inſula Hiſpaniæ in mari Balearico, Plinio, nunc *la Cabrera* dicta Hiſpanis, *la Cabrere* Gallis, inſula eſt circa Baleares inſulas, Majoricæ adjacens in Meridiem, vix 2. leucis Hiſpanicis ab ea diſtans verſus promontorium Salinarum, eſtque parvi circuitus.

CAPRARIA, inſula Oceani Atlantici, Plinio, quæ à Ptolomæo & aliis Caſperia dicitur, una ex Fortunatis, nunc *Fuerteventura*. Vide Caſperia.

CAPRARIA, inſula parva Italiæ Plinio, & Ptolemæo, Capraſia Varroni, *la Capraia* nunc Italis, *la Caprée* Gallis, inſula maris Tyrrheni, in Liguſtici confinio, inter oram Thuſciæ ad ortum & Corſicam inſulam ad occaſum, à qua pendet, ideoque ſubeſt Genuenſi Reipublicæ, ejus circuitus eſt 18. mill. paſſ. eſtque montuoſa, uti pluries vidi, cum caſtro contra Pyratarum incurſiones, ſed tamen ſatis culta, cum in ea ſint 600. incolæ circiter, ſic dicta fuit à Caprarum copia, teſte Varrone, & 36. mill. paſſ. à Liburno diſſita eſt in Meridiem, Corſicam verſus 24. circiter.

CAPRARIA, *la Caprara*, inſula parva maris Adriatici, & una ex Tremitanis, quæ alias Diomedeæ dictæ. Oblonga eſt atque deſerta verſus oram Apuliæ & montis Gargani; pendetque ex regno Neapolitano, & Capitanata provincia.

CAPRARIA, inſula Oceani Atlantici, & una ex Fortunatis ſeu Canariis, Plinio teſte, nunc interpretantur Palmam inſulam, *la Palma*, quæ circuitus eſt 20. leucarum, ſubeſtque dominio Hiſpanorum, 15. leucis diſtans a Gomera in occaſum æſtivum, & urbem habet Fanum S. Crucis de Palma dictam. Vide Palma.

CAPRARIUS TRACTUS, *la Terra Cabrera*, regiuncula Hiſpaniæ in regno Legionis, & in ejus parte ſeptentrionali.

CAPRAROZA, *Caprarola*, palatium ſuperbiſſimum Ducis Parmenſis, in Italia, & in ea parte ditionis Eccleſiæ, quæ dicitur provincia Patrimonii S. Petri. Opus eſt Vignoli Architecti, & exſtructum fuit ab Alexandro Cardinale Farneſio. 26. milliaribus diſtans à Roma Viterbum verſus; eſtque in eo tractu *lo Stato di Ronciglione* dicto.

CAPRASÆ, oppidum Brutiorum & Magnæ Græciæ, Antonino, ſive ut alibi legitur Capraſis, nunc, teſte Gabriele Barrio, eſt *Tarſia*, caſtrum Principatus titulo clarum in Regno Neapolitano, & in Calabria citeriori, medium fere inter ſinum Tarentinum ad ortum & mare Tyrrhenum, 18. milliaribus a Roſciano in occaſum, & 15. à Caſſano in Meridiem, in tractu valde riguo.

CAPRASIA, inſula maris Tyrrheni, teſte Varrone libro 2 eadem Capraria. Vide ibi.

CAPRASIA, Plinio, *il Porto di Magna vacca*, teſtibus Blondo, Nigro, & aliis, vicus Ducatus Ferrarienſis, in ditione Eccleſiaſtica, cum portu in ora maris Hadriatici, ubi ſtagnum Comaclium in mare ſe exonerat. 4. milliaribus diſtat ab urbe Comaclo, & 10. ab oſtiis Padi Volane ad Septentrionem & Spinetico ad Meridiem, ſed non cenſetur inter ipſa, quidquid dicant Ortelius & alii.

CAPREÆ, inſula Italiæ, Campaniæ adjacens, Tacito, & Plinio, Caprea Ptolemæo, *Capri* hodie incolis vulgo, *l'Iſle de Capri* Gallis, inſula Regni Neapolitani, in mari Tyrrheno, ſub provincia Terræ Laboris comprehenſa, ad fauces Crateris ſinus, prope promontorium Minervæ, à quo diſtat anguſto freto 3. mill. paſſuum, dicto *le bocche di Capri*, ejus circuitus eſt milliarium 12. habetque urbem Capream, *Capri* dictam, Epiſcopalem ſub Archiepiſcopo Amalphitano, in parte meridionali inſulæ, ſed parvam admodum, & Epiſcopi redditus ex Coturnicibus deſumitur, qui hic bis in anno incredibili copia capiuntur, unde lepide dicta fuit hæc inſula à quibuſdam, *il Veſcovato delle Quaglie*, habita fuit in deliciis Tiberio Auguſto, teſtibus Suetonio, & Tacito, & inſula Telonis dicta fuit etiam à Silio, 25. mill. paſſ. diſtat à Neapoli in Meridiem, & 8. à Surrento in ortum æſtivum, arcem habens munitam in rupe altiori conditam, & in inſula ſunt circiter 1500. incolæ, qui ab omnibus vectigalibus ſunt immunes, teſte Cæſare Capaccio.

CAPRIANUS, mons Siciliæ inſulæ prope Heracleam urbem everſam, Diodoro, nunc *il Monte Rifeſio* dictus, in Valle Mazaræ, & in ejus parte meridionali, prope Halicum fluvium, teſte Cluverio.

CAPRINA TURRIS, *la Tour de Bouc*, arx Galliæ, in inſula parva, in ora Provinciæ, & prope Maritimam, à qua una tantum leuca diſtat in occaſum, eſtque media ferme inter Maſſiliam & oſtium Rhodani.

CAPRUZÆ, *Caborle*, ſeu etiam *Caorle* quibuſdam, inſula maris Adriatici, in intimo ejus receſſu ad Boream, in ora Foro Julii, cujus pars exiſtit, cum urbe cognomine, parva ſed Epiſcopali ſub Patriarcha Veneto, 4. milliaribus tantum diſtans ab oſtio Romatini fluvii, Dioeceſis non excedit civitatem quæ ægre inhabitatur & à nautis tantum propter aëris inclementiam, & urbs diſtat circiter 40. milliaribus à Venetis in ortum æſtivum Aquileiam urbem verſus 30. & 12. à Concordia in Meridiem ſub dominio Reipublicæ Venetæ, hinc Caprulanus nomen gentis *Caorlano* vulgo.

CAPRUS, fluvius Aſiæ, ex Phrygia magna in Mæandrum cum Lyco influens, ac cum eodem & Aſopo Laodiceam urbem alluens, teſte Plinio.

CAPRUSIUM, & Caproſia, *Chevreuſe*, oppidulum Galliæ in provincia Inſulæ Franciæ, ad amnem *Yvette* dictum, Ducatus titulo inſignitum, 6. leucis diſtans à Lutetia Pariſiorum in occaſum Carnutum verſus.

CAPSA, urbs Africæ in Byzacena regione, ubi erant theſauri Jugurthæ, olim Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Carthaginenſi, ex libris Conciliorum, nunc etiam *Capſa* Europæis, *Caſsa* Arabibus, teſte Sanuto, eſtque in Regno Tunetano, & 50. mill. paſſ. diſtat ab ora Syrtis minoris in occaſum, ejus Epiſcopus Capſitanus dictus fuit.

CAPSUS SINUS, *il Golfo di Capes*, ſinus maris Mediterranei, in Africa, & in ora regni Tunetani, olim dictus Syrtis minor. In eum influit Capſus fluvius, & ſic dicitur ab urbe Capſa ſeu Capoſa adjacente.

CAPUA, urbs Italiæ in Campania fœlici, Livio, Plinio, & Ciceroni, prope Vulturnum fluvium, ab Oſcis condita, teſte Halycarnaſſo, & olim perampla & deliciis omnibus abundans, in planitie fertiliſſima. Hæc Romanis invisa fuit, quod Hannibalem Cartaginenſem excepiſſet, & ab his præfectura facta, uti Colonia à Julio Cæſare, à Genſerico Rege Vandalorum exciſa, cum a Narſete fuiſſet inſtaurata, rurſus à Longobardis everſa fuit, unde ejus rudera nunc *S. Maria Maggiore* ſive *delle gratie* dicuntur pagus Terræ Laboris, ex ejus ruinis excitata fuit altera urbs Capua in monte Piſiſco adjacenti, ſed cum ſæpe deflagraſſet,

graſſet, tandem à Landone Comite & Landulpho Epiſcopo, tranſlata fuit ad pontem Caſilinum dictum, ad Vulturnum fluvium anno 856. ubi nunc perdurat hæc urbs, quæ Capua nova dici poteſt, vulgo *Capua* incolis, *Capone* Gallis, eſtque in planitie fertiliſſima, cum arce probe munita, in provincia Terræ Laboris 2. mill. paſſ. à veteris Capuæ rudeibus in occaſum, ipſam Archiepiſcopalem fecit Joannes XIII. Pontifex Maximus anno 968. Direpta fuit à Conrado Friderici II. Imperatoris filio, pluriesque male habita ſenſim deficit, ut ego pluries vidi, ſedet ad montis Tifatæ radices. 16. mill. paſſ. a Neapoli in Septentrionem, & totidem a Sueſſa in ortum hybernum, 12. vero à mari Tyrrheno, illam Auſonius inter claras urbes reponit, hinc Capuani populi, *li Capuani* vulgo dicti.

Capuæ Principatus, pars fuit ampla regni Siciliæ cis Pharum, tempore Regum Normannorum, ſub qua fuere provinciæ Principatus citerioris, Principatus ulterioris, & Terræ Laboris, ſed de ejus certis limitibus non eſt facile ſtatuere.

Capula, *Capul*, inſula Aſiæ in Oceano orientali, & una ex Philippinis inſulis, ſed parva admodum, ſub dominio Hiſpanorum, inter Tandajam inſulam ad ortum & Masbatam ad occaſum.

Caput-aqueum, ſeu Caputaqueum, urbs Lucaniæ in provinciali Romano, hodie *Capaccio*, urbs provinciæ Principatus citerioris in Regno Neapolitano, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Salernitano, loco Pæſti urbis exciſæ, à qua 3. milliaribus diſtat in ortum, uti ab ora ſinus Pæſtani, alias ſita erat in colle adjacenti cum caſtro munito, ſed ipſa exciſa anno 1249. ab Imperatore Federico, poſtea ædificata fuit in planitie, ad radices collis prædicti, eſtque diruta; & 22. mill. paſſ. diſtat à Salerno verſus Meridiem.

Caput Arietis, oppidum Galliæ, Gregorio Turonenſi, nunc à recentioribus vocatur Caſtellum novum Arrii, & Caſtellum Arianorum, *Caſtelnaudary*, in Occitania. Vide Caſtellum Arianorum.

Caput Arrii, urbs Galliæ, ſic vocatur in quibuſdam titulis, *Caſtelnau d'Arry*, urbs Occitaniæ, quæ ab aliis & ſæpius dicitur Caſtrum novum Arrii. Vide ibi.

Caput Istriæ, *Capo d'Iſtria*, urbs Italiæ, alias Ægido dicta, in Iſtria regione Venetorum; & in ora ſinus Adriatici, olim etiam Juſtinopolis dicta. Vide ibi.

Caput Padi, locus Galliæ Ciſalpinæ Ptolemæo, nunc teſte Leandro Alberto, eſt *Quadrea*, vicus Ducatus Ferratienſis ad ramum Volanæ dictum, 7. mill. paſſ. infra Ferratiam in ortum, aliis autem eſt *Codegoro*, vicus ejuſdem Ducatus Ferrarienſis ad condem ramum Volanæ, 26. mill. paſſ. infra Ferrariam in ortum, & 12 à Comaclo in Septentrionem.

Caput Acuum, *le Cap des Aiguilles* Gallis, *el Cabo delas Aguias* Hiſpanis, & *Needle Cape* Anglis, in Africa meridionali. Vide Acuum Caput.

Caput Album, *el Cabo Blanco* Hiſpanis, *le cap Blanc* Gallis, *White Head* Anglis, promontorium Africæ, alias Solventia extrema dictum a quibuſdam, excurrit in Oceanum Atlanticum, in ora Nigritiæ regionis, & in regno Gualatæ, ubi Arguinum oppidulum, inter oram Zaaræ regionis & fluvium Senegam, à Luſitanis detectum fuit anno 1440.

Caput Album, *le Cap blanc* Gallis, *The Cape Cod* Anglis, promontorium Americæ ſeptentrionalis in Nova Anglia, verſus Plimutum novum.

Caput Aniwa, *le Cap Aniwa*, promontorium Aſiæ, in Tartaria & in regione *Yupi* dicta, 350. mil. paſſibus à parte Boreali Japoniæ, & totidem à Terra Eſonis in occaſum, nuper detectum fuit à Belgis.

Caput Arenarum, *le Cap de Sable*, promontorium Americæ ſeptentrionalis, in Nova Francia & provincia Acadia, in Meridiem tendens, prope ſinum Gallicum & Portum Regium.

Caput Aromatum, nunc *el Cabo de Guadafui*, in Africa. Vide Aromata promontorium.

Caput Bicayum, *el Cabo Bicayo*, promontorium Aſiæ, in Mindanà inſula una ex Philippinis, in Auſtrum & Orientem maximè tendens.

Caput Bojardorum, *el Cabo Bojador*, id eſt Circumdans, Africæ promontorium in Biledulgeridia, & in Teſſeta regione, in ora Oceani Atlantici, contra Canarias inſulas, primum luſtratum fuit & ſic dictum à *Gilianes* Luſitano anno 1412, & 60. leucis Hiſpanicis diſtat à Capite Non in occaſum hybernum.

Caput bonæ Spei, *le Cap de bonne Eſperance* Gallis, *el Cabo de buena Eſperança* Hiſpanis, *de Kaep van Goede Hope* Belgis, *Cape of Good Hope* Anglis, promontorium celeberrimum in parte meridionaliori Africæ, in Cafreria regione, primum detectum à Bartholomæo *Diaz* Luſitano anno 1487. & ita procelloſum & nautis formidabile, ut ideirco tunc dictum fuerit Caput procellarum; ſed ab Emanuele Luſitaniæ Rege nomen ei fuit mutatum, & dictum Caput bonæ Spei; quia eo detecto, facilius ſperant nautæ in Indiam pervenire. In Meridiem maximè tendit juxta Oceanum Æthiopicum, & notandum eſt quod à nautis & aliis Europæis qui illas partes luſtrarunt, communiter ſumitur promontorium ſeu Caput Bonæ Spei pro extrema illa parte Africæ in Cafreria, maxime in Meridiem tendente, ſicque extenditur fere ad 100. leucas ab ortu in occaſum, & ejus partes ſunt, ſinus Saldanhæ, Tabulæ ſinus, promontorium falſum, Caput Acuum, Caput Infantis, ſinus pulcher, ſinus S. Sebaſtiani, ſinus S. Catharinæ, Caput Rupium, cum aliquot aliis, & ad ipſum ineſt arx Belgarum unitorum, ad ſinum Tabulæ, à paucis annis, dicta Caſtrum bonæ ſpei cum vico ſatis culto una leuca ab arce. diſtat autem hoc promontorium 1600. leucis Belgicis à Batavia urbe Javæ inſulæ in occaſum, & 2200. circiter ab Amſterodamo in Meridiem, ut exiſtimant Nautæ peritiores.

Caput Bonum, *le Cap Bon* Gallis, *il Capo Buono* Italis, promontorium Africæ, in regno Tunetano, in mare Mediterraneum valdè protenſum è regione Siciliæ. 70. milliaribus à Tuneto diſtat in Septentrionem, & 55. à Pantalarea inſula. Olim Mercurii promontorium dictum fuit. Vide ibi.

Caput Boreale, *Nortkin* indigenis *Noort Caep* Belgis, promontorium Norvegiæ, in Boream maximè tendens in ſeptentrionali parte Lappiæ, antiquitus dictum Rubeæ promontorium. Vide ibi.

Caput Boreale, *le Cap de Nort* Gallis, *el Cabo Race* Hiſpanis, promontorium Americæ meridionalis, in Guayana regione, prope oſtium fluvii Amazonum Septentrionem verſus, in mare Boreale excurrens.

Caput Britannicum, ſeu & Britonum, *le Cap Breton*, promontorium & inſula Americæ ſeptentrionalis, in ora Novæ Franciæ, inter Acadiam & inſulam Terræ Novæ, in ſinu S. Laurentii.

Caput Calaritanum, *el Cabo de Caller* incolis, & Hiſpanis, & *il Capo* de *Cagliari* Italis, pars eſt ampla Sardiniæ inſulæ in Meridiem extenſa, & una ex duobus ejus partibus, dicta olim Regnum ſeu Judicium Calaritanum, *el Iudicado de Caller*, cum principes habuit proprios Judices dictos, ejus præcipua urbs eſt Calaris, aliæ autem urbes ſunt Arbotea, & Urbs Eccleſiæ. Vide Calaritanum Caput.

Caput Caleti, *le chef de Calais*, promontorium Galliæ in Picardia provincia, una leuca à Caleto & in ora freti Gallici.

Caput Calestum, *le Chef de Caux*, promon-

torium Galliæ, in Normannia provincia & in Caleſi tractu, prope Portum Gratiæ in mare Britannicum excurrens.

Caput Candenoum, *le Cap Candenos*, promontorium Moſcoviæ, in parte Boreali inſulæ Candenoæ, in Septentrionalem Oceanum ſeu Petzoricum mare excurrens, prope mare Album, è regione Lappiæ regionis.

Caput Cantinum, *el Cabo Cantin*, promontorium Africæ, in ora Oceani Atlantici, & in regno Marochi, prope Azafiam & oſtium Tenſiſti fluvii, in provincia Duccala.

Caput Comorinom, *el Cabo Comori* Luſitanis, *le Cap de Comorin* Gallis, promontorium Aſiæ, in parte meridionali peninſulæ Indiæ intra Gangem, in regione Malabaria. In Oceanum Indicum ſe extendit verſus Maldivas inſulas.

Caput Corsum, *Cabo Corſo*, promontorium Africæ, in Guinea, cum arce munita, prope oppidum S. Georgii de Mina, & ab eo aliquot tantum leucas diſtans in ortum. Pluries capta fuit arx hiſce ultimis temporibus à Danis, Suecis, Belgis, & Anglis, quibus nunc paret.

Caput Crucis, *le Cap de la Croix*, promontorium Aſiæ, in terra Eſonis, prope fretum *Uriez*, & ex adverſo inſulæ Terræ ordinum dictæ, nuper à Belgis detectum & denominatum.

Caput Crucis, ſeu caput Crucium, *le Cap de Creuz*, promontorium Hiſpaniæ in Catalonia, & in ora maris Mediterranei, quod olim Aphrodiſium dictum fuit. Vide ibi.

Caput Crucis, *il Capo della Croce*, in Sicilia, & in ejus ora orientali ad mare Ionium, prope Auguſtam oppidum, olim Xiphonia promontorium dictum, teſte Cluverio.

Caput Currentium, *el Cabo das Correntes*, promontorium Africæ, in ora Cafreriæ, olim Praſſum dictum, ut exiſtimant recentiores. In Oceanum Æthiopicum excurrit ex adverſo inſulæ Madagaſcariæ.

Caput Currentium, *el Cabo de Corrientes*, promontorium Americæ ſeptentrionalis in Nova Hiſpania, & in nova Gallæcia, in mare Pacificum excurrens verſus Xaliſcum.

Caput Desideratum, *el Cabo Deſſeado*, promontorium Americæ, ad fauces occidentales freti Magellanici, in Terra Ignium, vix 30. mill. paſſ. à promontorio Victoriæ in Meridiem.

Caput Farvelum, ſive Vale, Anglis *Cap Farwel*; Gallis *le Cap d'Adieu*, promontorium Americæ ſeptentrionalis, in parte meridionali Gronelandiæ regionis, ex adverſo Eſtotilandiæ & Terræ Laboratoris, dicitur etiam Caput Forbisherii à quibuſdam, & Caput Ordinum à Belgis.

Caput Finis terræ, *el Cabo de Finiſterra*, in Hiſpania. Vide Artabrum promontorium.

Caput Floridæ, *el Cabo de Florida*, promontorium Americæ ſeptentrionalis, in parte meridionali Floridæ regionis, & in Tegeſta provincia, in ſinum Mexicanum valde protenſum, è regione Cubæ inſulæ, a qua diſtat 28. leucis Hiſpanicis in Septentrionem.

Caput Formosum, *el Cabo Formoſo*, promontorium Africæ, in ora Guineæ & regni Benini. 70. circiter leucis Hiſpanicis a Benino in Meridiem diſtans, & 50. ab inſula Ferdinandi Patri in occaſum, inter ſinum Benini & ſinum S. Thomæ.

Caput Frigidum, *el Cabo Frio*, promontorium Americæ in ora meridionali Braſiliæ, & in præfectura fluvii Januarii, 18. leucis à fano S. Sebaſtiani in ortum.

Caput Hagæ, *le Cap de la Hague*, promontorium Galliæ in Normannia inferiori, & in intimo receſſu agri Conſtantienſis, in mare Britannicum excurrens, vix 3. leucis à Caroburgo in occaſum, verſus Oriniacam inſulam totidem, dicitur etiam Ogigiæ caput à quibuſdam.

Caput Henricium, *le Cap Henry*, promontorium Americæ ſeptentrionalis, in ora Virginiæ regionis, ad fauces ſinus Cheſopeaci, ab Anglis illius tractus incolis ſic dictum, in gratiam Henrici Principi Walliæ filii primogeniti Regis Jacobi, qui ante patrem obiit.

Caput Hornanum, *le Cap de Hoorn*, promontorium Americæ meridionalis, in Magellanica regione, & in Terra Ignium, maxime in Auſtrum porrectum verſus mare Magellanicum. A Jacobo le Maire Belga Hornano detectum fuit anno 1616. & ab ipſo ſic denominatum. A quibuſdam verò Hiſpanis dictum fuit poſtea Caput S. Salvatoris.

Caput Jacobi, *The Cape James*, promontorium Americæ ſeptentrionalis, in Nova Anglia, in mare Boreale excurrens, in tractu *Malebare* dicto.

Caput loci aurei, *el Cabo de Logudoro* ſeu *Cabo de Sáćer* incolis, *il Capo de Logudoro de Saſſari* Italis, pars ſeptentrionalis Sardiniæ inſulæ, & una ex duobus ejus partibus, ſub qua comprehenduntur Judicia ſeu provinciæ antiquæ Turritana & Gallurítana, quæ olim principes habuit proprios, ejus præcipua urbs eſt Saſſaris, aliæ urbes Algarium, Boſa, & Caſtrum Aragonium.

Caput Lupi Gunoisalvi, *el Cabo di Lobo Gonſalvo*, promontorium Africæ, in ora Oceani Æthiopici, inter ſinum S. Thomæ & oram Congi.

Caput Mendocinum, *el Cabo Mendocino*, promontorium Americæ ſeptentrionalis, in Boreali parte inſulæ Californiæ, juxta mare Pacificum.

Caput montis Delii, *el Cabo de Monte Deli*, promontorium Indiæ intra Gangem in ejus ora occidentali, & in Malabariæ regione, 6. leucis ab oſtio fluvii Cangerocoræ in Meridiem, teſte Emanuele de Faria.

Caput montis Leænæ, *el Cabo de Sierra Liona*, Hiſpanis promontorium Africæ aliter Caput Tagrinum, olim Heſpericornu dictum, ut exiſtimant, in ora occidentali Guineæ, juxta amnem cognominem, & in confinio Nigritiæ regionis.

Caput Monhmetense, *Cape Monmouth*, promontorium Americæ in Terra ignium, & in ora meridionali freti Magellanici, prope tranſitum S. Sebaſtiani, & in terra auſtrali Regis Caroli, ab Anglis ſic dictum anno 1670.

Caput Napum, *le Cap Napo*, promontorium Japoniæ in ejus parte ſeptentrionali, ubi vertit ad ortum, quod a Belgis *het Cap van Goeree* dicitur.

Caput Non, ſeu Naonis, *el Cabo de Nam* Luſitanis, *le Cap de Non* Gallis, *Cape Nun* Anglis, promontorium Africæ, in ora Oceani Atlantici, & in regno *Sus*, ſic dictum antea, quod eſſet ultima meta navigantium, ultra quam progredi poſſe non credebant ante tria ſæcula.

Caput Olysiponense, *Cabo de Roca*, promontorium Hiſpaniæ in Portugallia, ad oſtium Tagi fluvii, prope Olyſipponem. Vide Olyſipponenſe promontorium.

Caput Ordinum, *het Staten hoeck*, promontorium Gronelandiæ, in ejus parte meridionaliori, ſic dictum a Belgis, quod ab Anglis & aliis vocatur Farvelum Caput. Vide ibi.

Caput Nigrum, *el Cabo Negro* Luſitanis, *the Black point* Anglis, promontorium Africæ, in ora occidentali Cafrorum, in regno Molemba circiter 140. leucis Hiſpanicis diſtat ab urbe Loanda in Meridiem.

Caput Orlandi, *il Capo d'Orlando*, promontorium Siciliæ inſulæ, in ejus ſeptentrionali ora, in valle ſive provincia Demonæ, inter oſtia Naſi & Fra-

hæ fluviorum, & 15. milliaribus à Pactis in occaſum, forſan olim Agathyrnum promontorium.

Caput Palmarum, *el Cabo dos Palmas* Luſitanis, *le Cap des Palmes* Gallis, promontorium Africæ, in Guinea regione ubi deſinit ora Malaghettæ, & incipit ora littoralis Guineæ propriæ, in Meridiem porrectum.

Caput S. Antonii, *el Cabo de S. Antonio*, promontorium Americæ meridionalis, ad oſtia fluvii Argentei, verſus Auſtrum, in provincia Plata ſeu Argentea, in mare Magellanicum excurrit.

Caput S. Antonii, *el Cabo de S. Antonio* Hiſpanis, *le Cap de S. Antoine* Gallis, promontorium Americæ ſeptentrionalis, in Cuba inſula verſus occaſum inſulæ, 55. leucis Hiſpanicis circiter diſtans à Yucatania provincia in Septentrionem.

Caput S. Augustini, *el Cabo de S. Agoſtino*, promontorium Americæ meridionalis, in Braſilia, cum valida arce, in Præfectura Pernambuci. 6. milliaribus Germanicis diſtat ab Olinda in auſtrum. Alias capta fuit à Belgis unitis, ſed poſtea recepta à Luſitanis hiſce poſterioribus annis, ipſis nunc ſubeſt.

Caput S. Catharinæ, *el Cabo de Santa Catalina*, promontorium Africæ, in ora regni Biafaræ, inter ſinum S. Thomæ & oram Congi, à Luſitanis detectum anno 1471. diſtat 37. leucis à promontorio Lupi Gundiſalvi in Meridiem.

Caput S. Crucis, *el Cabo de ſanta Cruz*, promontorium Americæ ſeptentrionalis, in Cuba inſula verſus Meridiem, è regione Jamaicæ inſulæ, a qua 20. leucis Hiſpanicis circiter diſtat.

Caput S. Lucæ, *el Cabo de S. Lucas*, promontorium Americæ ſeptentrionalis, in parte meridionali Californiæ inſulæ, vix 50. leucis Hiſpanicis diſtans à nova Hiſpania, in occaſum.

Caput S. Sebastiani, *el Cabo de S. Sebaſtian*, promontorium Africæ, in parte ſeptentrionali Madagaſcariæ inſulæ, in mari Æthiopico.

Caput S. Vincentii, *el Cabo de S. Vicente*, promontorium Hiſpaniæ, in Portugallia, olim Sacrum promontorium dictum. Vide ibi.

Caput Sassaritanum, *el Cabo de Sacer* incolis, *il Capo de Saſſari* Italis, pars eſt Borealis Sardiniæ inſulæ, quæ etiam dicitur & melius Caput Loci aurei, *el Cabo de Logudoro*. Vide Caput Loci aurei.

Caput Sequanæ, *le Chef de Seine*, promontorium Galliæ in Normannia, in mare Britannicum excurrens ad oſtium Sequanæ fluvii.

Caput Spartellum, *el Cabo Spartel*, promontorium Africæ, in Mauritania Tingitana, ad fretum Herculeum, olim Cotes promontorium. Vide ibi.

Caput Stagni, *Capeſtang*, oppidulum Galliæ in Occitania provincia, prope Narbonam, à qua 2. leucis diſtat in Boream, teſte Catello, ad initium ſtagni quod in Ataeem labitur.

Caput Stilari, *il Capo Stilaro*, oppidulum Aſiæ minoris in Jonia, & in ora ſinus Smyrnæi, Clazomenæ oppido vicinum, teſte Coriolano Cippico.

Caput Terræ, ſive Cantiera, *Cantir*, provincia Scotiæ Septentrionalis ſeu Trans Taanæ, in ejus ora occidentali. Vide Cantira.

Caput trium furcarum, *el Cabo de tres forcas* Hiſpanis, *le Cap des trois fourches* Gallis, promontorium Africæ & regni Fezzæ, in ora littorali maris Mediterranei, è regione Alborani inſulæ, in provincia Gareta, forſan olim Ryſſaditum dictum.

Caput Vale, *le Cap d'Adieu* Gallis, *Cap Farwel* Anglis, promontorium Gronelandiæ. Vide Caput Farvelum.

Caput Victoriæ, *el Cabo de la Vittoria*, promontorium Americæ meridionalis, prope fauces freti Magellanici in mare Pacificum, verſus Septentrionem, a Magellane dictum & detectum.

Caput Virginis Mariæ, *Cape Virgin Mary*, promontorium Americæ in Magellanica, ad fauces orientales freti Magellanici verſus ſeptentrionem, ab Anglis ſic dictum, quod aliis eſt Caput Virginum.

Caput Virginum, *el Cabo de las Vergines*, promontorium Americæ meridionalis, ad oſtium orientale freti Magellanici, verſus mare Paraguaium, ſic dictum à Magellane, quod ab eo primùm detectum fuerit die feſto S. Urſulæ, & ab Anglis dicitur Caput Virginis Mariæ.

Caput Viride, *le Cap Verd* Gallis, *el Cabo Verde* Hiſpanis, *Green Head* Anglis, promontorium eſt Africæ, in Nigritia regione, inter oſtia fluvii Senegæ, & à Dionyſio Ferdinando Luſitano detectum fuit anno 1446. In Oceanum Atlanticum maximè excurrit, olim Arſinarium dictum fuit ut exiſtimant. Vide ibi.

Caput Vorsnamum, *le Cap Vorſnam*, promontorium Americæ ſeptentrionalis in Eſtotilandia regione, & ad fauces ſinus Hudſonii ad occaſum, ſic dictum à Vorſnamo Anglo qui illas partes luſtravit.

Caputuaoa, urbs Africæ in Byzacena regione; & in ora littorali, à Juſtiniano Imperatore deſtructa, teſte Procopio.

Capytium, oppidum Siciliæ inſulæ, Ptolemæo, Capitina Ciceroni, nunc *Capizzi*, oppidulum in Valle ſeu provincia Demonæ, intra montes Æreos, ad fontes Symæthi fluvii, 20. mill. paſſ. ab ora maris Tyrrheni in Meridiem, & 30. ab Ætna monte in occaſum.

Carabogoania, regio Europæ cujus meminit Leunclavius, quaſi Nigra bogdania, quæ & Valachia major, & Moldavia, vulgo *la Moldavie*, ſic dicta tanquam Maura-Davia ſive Nigra Dacorum regio. Vide Moldavia.

Caracca, fluvius parvus Hiſpaniæ Tarraconenſis qui & Carraca, nunc Varrerio teſte, eſt *Henares* fluvius, qui ortus in Caſtella veteri ſupra Seguntiam urbem quam rigat, poſtea per Caſtellam novam fluens, ibi rigatis Caracca oppido & Compluto, paulo infra in Xaramam fluvium, & deinde cum ipſo in Tagum ſe exonerat.

Caracca, urbs Carpetanorum in Hiſpania Tarraconenſi, Ptolemæo, Characha Plutarcho, Arriaca forte Antonino, nunc teſte Ambroſio Morali, eſt *Guadalajara*, oppidum Caſtellæ novæ ad fluvium *Henares*, Algarriæ regiunculæ caput, & 5. leucis diſtans à Compluto in ortum æſtivum, dicitur ſæpius Carraca. Vide ibi, hinc Caracenſis nomen gentis.

Caraca, *Caraca* urbs Americæ meridionalis in Caracarum regione, verſus oram maris Borealis, à Gallis capta & direpta anno 1679.

Caracarum regio, *las Caracas*, pars ampla Americæ meridionalis, verſus oram maris Borealis extenſa ab ortu in occaſum, & ſub ipſa cenſentur tres regiones minores, nempe Paria, Vandalitia nova, & Venetiola.

Caracates, populi Germaniæ ſuperioris, dicuntur à Rhenano, & quibuſdam aliis ex Tacito, & ſtatuuntur inter Triboccos & Vangiones ſeptentrionales, ubi nunc pars Alſatiæ inferioris, ſed nomen mendoſe ſcriptum pro Nemetibus populis ſuſpicatur Cluverius, & rectius.

Caracca altera, Vide Carraca.

Caracodes, portus Sardiniæ inſulæ, in ejus ora occidentali Ptolemæo, nunc *il Porto di Alghieri* dictus, teſte Franciſco de Vico, prope urbem Algaram.

Caracotinum, oppidum Galliæ Belgicæ Antonino, nunc Cluverio teſte, eſt *le Crotoy* oppidulum

Galliæ in Picardia provincia, ad Somonæ fluvii oſtia, quod etiam Gravinum dicitur, quanquam alii credant fuiſſe ubi nuuc portus Gratiæ in Normania, & in Caletenti tractu, ad oſtia Sequanæ fluvii.

Caraorus, fluvius. Vide Charadrus.

Caralia, urbs Epiſcopalis Pamphyliæ, cujus fit mentio in Concilio Epheſino.

Caralis, urbs Iſauriæ in Aſia mioori, teſtibus Strabone & Stephano.

Caralis, urbs Sardiniæ inſulæ Livio, quæ Carallis Ptolemæo, Calaris Plinio, & aliis, nunc *Cagliari*, in ora meridionali inſulæ, & ejus primaria, verſus Africam, Archiepiſcopalis & ſedes Proregis. Vide Calaris.

Caramania, *Caraman-ili* Turcis, *la Caramania* Italis, & *la Caramanie* Gallis, regio Aſiæ minoris, juxta mare Mediterraneum extenſa ad Meridiem, ex adverſo Cypri inſulæ, alias principes habuit proprios magni nominis, per duo ſæcula, ſed tandem a Turcis occupata, ipſis etiamnum ſubeſt; ejus primaria urbs eſt Attalia, & in ea regione erant olim Cilicia, & Pamphylia; pro cum minuta parte Cariæ.

Caramaniæ præfectura, *le Beglierbeglic de Caramanie*, pars Aſiæ minoris, ſub dominio Turcarum, & una ex ejus quatuor partibus, quæ verſus Meridiem & mare Cilicium extenditur, complectitur non ſolum Caramaniam regionem, ſed etiam regiones *Menteſeli* olim Lyciam, *Cogni* olim Lycaoniam, & Piſidiam, ejus præfectus generalis Icono commoratur, & ab eo pendent ſeptem Sangiacatus, ſeu præfecturæ minores.

Carambice, fluvius Sarmatiæ Ptolemæo, qui & Carambucis, *l'Oby* nunc, Cluverio teſte. Europam ab Aſia dividit. Fontes habet in Tartaria deſerta; & rigatis aliquot provinciis ditionis Moſcoviæ, in Oceanum Sarmaticum, ſeu Chronium ſe exonerat, in Samoyeda regione, & à Moſcovitis *Obb reca* dicitur, eſtque fluvius ampliſſimus. Ad ejus oſtia eſt Litarmis promontorium, quod nunc *le Cap d'Oby* dicunt.

Carambice insula, creditur ea quæ nunc *la Nouvelle Zemble* dicitur, quaſi nova terra. Vide Nova Zemla.

Carambis, promontorium Paphlagoniæ, Straboni & Plinio, nunc *il Capo Piſello*, teſte Sophiano, aliis *Comano*, maximè in Pontum Euxinum contra Criu metopon promontorium Tauricæ excurrens, inter Cotyorum ad occaſum & Sinopem urbem in ortum, ab ore Ponti Euxini 200. in ortum.

Carantani, populi Norici Sigeberto, & aliis, quorum regio Carantania dicta, nunc vero Carinthia, *Karnten*, provincia Germaniæ, vocati etiam fuere Catentani. Vide ibi.

Caranthonus, fluvius Galliæ in Aquitania Auſonio, Carentonius aliis, Canentelus Ptolemæo, nunc *la Charente*, oritur in confinio Lemovicenſis provinciæ, deinde in occaſum per Pictavenſem Comitatum fluens per aliquot leucas uti per Ingulismenſem agrum, Ingulismam & Coinacum rigat, & tandem per Santonenſem provinciam labens juxta Mediolanum Santonum & Talleburgum, recepto Volumna fluvio, in Oceanum Aquitanicum ſe exonerat infra Rupiſfortium & Sobiſæum oppida, ex adverſo Uliari inſulæ, 2. leucis à Broagio in Septentrionem Rupellam verſus 6. eſtque majorum navigiorum capax ſupra ejus oſtia.

Cararia, *Carara* incolis, *Carare* Gallis, oppidum Italiæ in Hetruria, & in Lunegiana tractu, in ditione Ducis Maſſæ è gente Cibo, ad amnem Lavenzam, principatus titulo clarum, & marmorum varietate & copia notum, ſedet in colle ad radices montium, 4. milliaribus ab ora maris Tyrrheni, & ſex à Serezana in ortum hybernum Maſſam verſus, olimque Cariara dictum fuit.

Carasa, oppidum Aquitaniæ intra Pyreneos montes Antonino, nunc eſt vicus *Garis* in Navarra inferiori, & in territorio *Mixe* dicto, teſte Petro de Marca viro clar.

Carasia, *Caraſi-ili*, vulgo Turcis, provincia Aſiæ minoris, ſub qua major pars Lydiæ antiquæ, cum partibus Myſiæ veteris, Troadis, ac Phrygiæ minoris, verſus Troiæ rudera, Abydum, Pergamum, & Adramytium, teſte Leunclavio.

Carasini, *Karaſu*, urbs Tartariæ minoris, ad amnem *Karaſu* etiam dictum, 25. mill. paſſ. a Baciesaraia in Meridiem, Theodoſiam verſus 35. circiter.

Caratæ, popoli Norici ex libro Notitiæ, ad Danubium, quorum oppidum nunc Vetus curia *Altenhofen*, in Auſtria, à Lentia ſupra 4. milliaria Germanica in ortum, inter Anſum urbem & Grimam oppidum. 2, teſte Lazio.

Caravaca, *Caravaca*, burgus Hiſpaniæ, cum caſtro in regno Murciæ, ubi ſervatur crux è cælo delapſa Sacerdoti Sacra facturo coram rege Mauro, die 3. Maii anno 1231. Situs eſt intra montes aſperos, prope Seguram amnem, & verſus confinia Caſtellæ novæ.

Caravagium, *Caravaggio*, oppidum lautum Italiæ, in Ducatu Mediolanenſi, in confinio agri Bergomenſis, notum Dominis ſuis, & victoria Franciſci Sfortiæ Mediolanenſis contra Venetos. Aliis eſt Carraca. Vide ibi.

Carax, pagus Corſicæ, Straboni, nunc *Caruci*, prope Marianam urbem exciſum, ſub ſe plures vicos ſeu villas continens, in Marianenſi Diœceſi.

Carbania, inſula maris Mediterranei, parvi admodum circuitus, in ora Thuſciæ, teſte Pomponio, nunc *Cerboli* dicta, ut exiſtimat Lucas Holſtenius.

Carbantia, ſeu Carcantia, locus Inſubriæ Antonino, nunc eſt *la Grangia*, vicus Ducatus Montis-ferrati, ſupra Seſſites fluvii confluentes in Padum, dicitur etiam ad medias, teſte Guichenone, eſtque in ipſo limite dominii Vercellenſis & agri Ticinenſis, 2. milliaribus à Caſale diſtans.

Carbantorigum, oppidum Selgovarum in Britannia ſecunda, Ptolemæo, nunc Laverochum caſtrum *Carlawrock* dictum, in Nidiſdalia provincia Scotiæ Auſtralis, & in ora Oceani Hibernici, teſte Gulielmo Camdeno, prope Itunæ æſtuarium, & oſtium Nidæ fluvii, ex adverſo Angliæ, 3. milliaribus a Dunfreia diſtans in ortum hybernum, fuitque alias ſatis munitum, nunc autem ejus aggeres disjecti ſunt.

Carbonacum, villa Galliæ in Arduenna ſylva, cujus fit mentio in vita Caroli Magni.

Carbonaria, Padi fluvii oſtium, Plinio. nunc *il Porto di Goro*, unum ex duobus oſtiis Padi fluvii in mare Adriaticum, ſic dicitur a quadam Turri ei adjacente, teſtibus Cluverio, Magino, & aliis, & ut egomet vidi anno 1667. eſtque in ditione Eccleſiæ, & in Ducatu Ferrarienſi, in confinio ditionis Venetæ, vix 6. milliaribus diſtans in Auſtrum ab alio oſtio Padi, quod nunc *il Po della Baghona* dicitur, tuti 25. a Foſſa Clodia & hic in Adriaticum mare ſe exonerat ramus dexter Padi, dictus Padus Ariani, *il Po di Ariano*, ab oppidulo adjacente.

Carbonarius Saltus, cujus meminit Aimoinus Monachus cum aliis, pars fuit Arduennæ Sylvæ, in ea provincia Belgii quæ nunc Hannonia dicitur, *le Haynaut*, verſus fluvios Scaldim, Sabim, & Haynam, extendebatur a Scarpa fluvio & a Montibus Veromanduos uſque. Sylva mors Malorum dicta, *la foreſt de Mormal* erat in ejus meditullio, & ejus partes erant ſylvæ S. Amandi, Viconiæ, & Glançonii, cum Fania ſylva, inter Avennas & Campaniam.

Carbura, oppidum Lyciæ in Aſia minori, quod & Barbura, nunc *Caraborum* & *Caraburum*

dictum à Turcis, eſtque in Aidinia provincia, teſte Leunclavio.

CARCANOSSIA, *Carcanoſſi*, regio Africæ, in inſula Madagaſcariâ, verſus oram auſtralem, ubi aliquot coloniæ & munitiones Francorum a paucis annis. Regio eſt admodum rigua, fertilis, & culta, ut pluribus ſcribit Flacurtius.

CARCARANNA, *la Carcaranna*, fluvius Americæ meridionalis in Pataguaya. Oritur verſus Andes montes, & in fluvium Argenteum ſe exonerat.

CARCASSO, urbs Galliæ Narbonenſis, Ptolemæo, Carcaſſum Plinio, Carcaſſio Procopio, & aliis, hodie *Carcaſſone* incolis, *Carcaſſona* Italis, urbs Galliæ in Occitania inferiori, ad Atacem fluvium, Carcaſſonenſis agri caput, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Narbonenſi, triplex eſt nempe ſuperior, inferior ubi alias Burgus, & caſtrum, eſtque lanificio clara, & media inter Perpinianum & Toloſam, 5. leucis ab Aletho in Meridiem, & 8 à Narbona in occaſum.

CARCASSONENSIS AGER, ſeu Carcaſſenſis, *le Carcaſſez*, tractus Galliæ in Occitania, dicitur aliter *le Comte de Carcaſſonne*, eſtque pars Occitaniæ inferioris verſus Carcaſſonam & Atacem fluvium.

CARCESA, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in limite Bæticæ, nunc *Cazorla*, oppidulum Hiſpaniæ in Vandalitia. Vide Caſorla.

CARCHEDON, ſive Carthago Africæ urbs, Stephano & Polybio, hinc Carchedonius Carthaginenſis apud Plautum, nomen habet a conditore. Vide Carthago.

CARCINITES SINUS, Straboni, Plinio, & aliis, ſinus eſt Scythiæ, in mari Euxino, medius inter Boryſthenis oſtium ad occaſum, & Boſphorum Cimmerium ad ortum, dictus fuit etiam Tamyraces, teſte Brietio, ei adjacet verſus Boream Carcine urbs, juxta oſtia Hippacitis ſive Carcinites & Gerrhi fluviorum, tenui admodum iſthmo 10. mill. paſſ. ſeparatur à Byce ſeu Buge palude, & extenditur ad 120. mill. paſſ. à Septentrione in Meridiem, inter Tartariam Precopenſem & Tartariam Nogaïenſem, ſed de ejus nomine non conſtat inter recentiores, cum regio in ejus ora littorali adjacens ſit pro majori parte deſerta & ab exteris non frequentetur, ab Ortelio dicitur *le Golfe de Nigropoli*, ab urbe cognomine, à quo tamen multum diſtat in Meridiem, ſed aliis eſt *le Golfe de Moſcovie*, ut etiam mihi narrarunt nautæ qui illas oras luſtrarunt à paucis annis, & à Conſtantino Porphyrogenneta Necropyla vocatur.

CARCINUM, promontorium magnæ Græciæ, Plinio, quod Cocynthum Polybio, nunc *il Capo di Stilo* dictum, in Calabria ulteriori, teſte Celſo Cittadino, cum aliis, ubi Carcinum oppidum, Melæ, nunc *Stilo* caſtrum, 10. milliaribus à Caulonia diſtans in Septentrionem.

CARCOVIACA, *Kirkwal*, urbecula Scotiæ, Orcadum præcipua, in Mainlandia inſula, cum arce & portu ſat capaci, ſub dominio Regum Scotiæ ab aliquot ſeculis jure pignoris, fruſtra reclamante Rege Daniæ, qui illas inſulas ſibi vindicat, 20. circiter milliaribus Anglicis diſtat à Tarvedio promontorio Boreali Scotiæ in Septentrionem, eſtque ſedes Epiſcopi Orcadum inſularum.

CARCUVIUM, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, teſte Antonino, inter Auguſtam Emeritam ad occaſum, & Cæſar-Auguſtam ad ortum, ſed quid ſit nunc ex locorum diſtantiis ipſi neſciunt indigenæ, quanquam Mariana credat eſſe vicum *Caracuel*, in Caſtella nova aliquot leucis à Placentia in ortum.

CARDABIANCA, oppidum Valeriæ Ripenſis, ex libro Noritiæ, quod ab aliis Cardobianca dicitur, in confinio Pannoniæ, nunc teſte Lazio, eſt *Friburg* oppidulum Stiriæ, in Hungariæ confinio.

CARDAMYLA, & Cardamyle, oppidum Peloponneſi in Laconia provincia, Herodoto, Straboni & Plinio, nunc *Sapsso* dicitur, teſte Nigro, eſtque trans Eurotam fluvium ut vocant, prope Meſſeniacum ſinum, & 8. mill. paſſ. à Leuctris in Boream, quanquam ab aliis *Parama* nunc dicatur.

CARDAMYLE, oppidum Chij inſulæ Aſiæ minoris Plinio, in mari Ægeo, & in ejus parte Boreali, *Cardamila* nunc, vicus etiam dictus, cum portu cognomine, vix 12. mill. paſſ. a Chio in Boream.

CARDIA, urbs fuit Cherſoneſi Thraciæ, in ejus ora occidentali, Plutarcho & Herodoto, Cardiopolis dicta fuit a Ptolemæo, nunc *Caridia*, teſte Sophiano, eſtque vicus 15. milliaribus à Callipoli in occaſum, juxta Melanem ſinum *le Golfe de Megariſe*, qui ab eo etiam aliquando *le Golfe de Caridia* vocatur, & ex ejus ruinis crevit urbs adjacens Lyſimachia dicta.

CARDIFFA, *Cardiff*, urbs parva Angliæ, in Valliæ principatu, & in Comitatu Glamorganenſi, ad oſtia Taffi fluvii in Sabrinæ æſtuarium, vix uno milliari diſtat à Fano ad Taffum, 15. milliaribus vero diſſita à Briſtolia, & totidem a Monumethia in occaſum.

CARDIGANUM, *Cardigan*, urbs & provincia Walliæ, in Anglia. Vide Ceretica.

CARDONA, *Cardona*, Caſtrum Hiſpaniæ in Catalonia, ad amnem cognominem *Cardoner* vulgo, ubi Salisfodinæ celebres, & Ducatus titulo inſignitur antiquæ familiæ Folcorum, *de Folch* dictæ, 3. leucis diſtans à Celſona in Meridiem Minoriſſam verſus, & Montem Serratum ſeptem.

CARDUELIA, *Carduel*, ſive etiam *Cartuel* aliquando incolis, provincia ampla Georgiæ regionis, ſub dominio proprii principis, ubi olim major pars Iberiæ. Extenditur verſus montes, inter Comaniam ad Septentrionem, Imeretiam & Mengreliam ad occaſum, Guaguetiam ad Meridiem, & Sciruaniam, Tartaroſque Dageſtani ad ortum, eſtque Perſarum Regis Vectigalis, ejus urbs præcipua eſt Tephlis, ſed cum nunc ſubſit Regi Perſarum, ejus primaria cenſetur Goridis *Ghori* vulgo, & in hac provincia ſunt 21. Epiſcopatus Græci ritus, hinc Carduelius nomen gentis, *Carducli* vulgo indigenis.

CAREIÆ, locus Italiæ in Thuſcia, & in via Claudia, 15. mill. paſſibus ab urbe diſtans, ex itinerario Antonini, nunc Caſtrum *Galera*, inter Stortam & Braccianum, ad Aronem fluvium.

CARELIA, *Karelen* incolis, *la Carelie* Gallis, provincia Sueciæ regni, in Finnia regione, cujus pars extenditur ad ſinum Finnicum, & ejus media pars pertinuit alias ad magnum Ducem Moſcoviæ, ibi oppidum præcipuum Viburgum.

CAREMBANTIUM, *le Carembant*, tractus Galliæ in Flandria Gallica, & in Caſtellania Inſulana, verſus Eſpinetum & limites Arteſiæ provinciæ

CAREMBOLA, *Carenbole*, provincia inſulæ Madagaſcariæ ſeu Delfinæ, in Africa, in Oceano Æthiopico, verſus Meridiem, teſte Flacurtio.

CARENI, ſeu Carini, populi Britanniæ magnæ, Ptolemæo, Catini etiam aliis, maxime ad Septentrionem inhabitantes, & omnium ultimi verſus Orcades inſulas, in ea parte, ubi nunc Cathneſia *Cathneſſ* provincia Scotiæ ſeptentrionalis, in qua remanere videtur eorum veſtigium, teſte Camdeno cum aliis.

CARENTANI, populi fuere Norici, Bôiaris vicini, Luitprando, Sigeberto, Ditmaro, Aimoino, aliiſque ejus ſeculi Scriptoribus. Carinthiæ incolæ ſunt Crantzio, cui ſubſcribit Lazius, dicti fuere etiam Carantini, teſte Joanne Lucio Viro Clar. qui eos nunc diſtinguit in Carnos, Stirios, & Carinthios, eoſque cum finitimis Croatis, quorum nomen hodieque Croatia retinet, Imperio Francorum ſubditos fuiſſe non

diffitetur, libro primo de regno Dalmatiæ & Croatiæ.

Carentini, populi Italiæ in 4. regione, teſte Plinio.

Carentonium, *Carentan*, oppidum Galliæ, in Normannia provincia & Conſtantienſi tractu, ad amnem cognominem, 3. leucis diſtat ab ora maris Britannici, & 8. à Conſtantia, cum caſtro ſatis munito.

Carentonium, *Charenton*, burgus cultus Galliæ in provincia Inſulæ Franciæ, cum ponte lapideo ad Matronam fluvium qui mox in Sequanam cadit, 2. leucis ſupra Lutetiam Pariſiorum in ortum

Carentonium, *Charenton*, vicus Galliæ cum Abbatia in Borbonenſi provincia, ad Milmandram amnem, 4. leucis a Duno Regis in Meridiem, & 2. tantum a Fano S. Amandi, teſte Lubino.

Carentonius, *la Charante*, fluvius Galliæ in Aquitania. Vide Caranthonus.

Carepula, urbs Mauritaniæ Cæſarienſis in Africa, Ptolemæo, nunc *Bataglio* Hiſpanis, & *Gireſlumar* incolis, teſte Paulo Jovio, *Carapula* vero Marmolio, in ora maris Mediterranei, inter Juliam Cæſorem ad ortum & Quizam ad occaſum.

Caretha, quæ & Dionyſia, inſula maris Lycii Plinio, verſus oram Aſiæ minoris, nunc *Gironda* dicta, teſte Nigro, prope Chelidonias inſulas & oſtia Limyri fluvii.

Caretum, *Karhais*, oppidulum Galliæ in Britannia inferiori, ad *Auſen* fluviolum, in Coriſopitenſi diœceſe, 16. leucis a Brivate in ortum & totidem à Trecorio in Meridiem.

Carferoniana, aliter Graſiniana, *la Carfagnana*, regiuncula Italiæ, intra montem Apenninum, in Hetruria. Vide Graſiniana.

Cargapolia, *Kargapol*, provincia Moſcoviæ occidentalis, cum urbe cognomine, prope lacum Onegam, inter confinia Sueciæ & Duinam fluvium.

Cargapolia, *Kargapol*, urbs Moſcoviæ ſeu Ruſſiæ magnæ, provinciæ cognominis caput, juxta lacum Cargapolium, media inter Duinam fluvium ad ortum & Onegam lacum ad occaſum.

Caria, regio Aſiæ minoris Straboni, Ptolemæo, Plinio, maxime in Meridiem extenſa, ex adverſo Rhodi inſulæ, terminatur ab Oriente Lycia, à Septentrione Ionia, ab Occidente mari Ægeo, & à Meridie mari Carpathio & Rhodio, ſub ipſa comprehenditur Doris regio parva, & nunc *Aidinelli* vocatur, teſte Caſtaldo, cum aliis, ſubeſtque dominio Turcarum à tribus ſæculis, ejus urbes præcipuæ olim fuere Gnidus, Halycarnaſſus, Miletus, & Myndus; in ora littorali claræ, nunc tantum Myndus eſt alicujus momenti, Populi dicti fuere Cares & Leleges.

Caria, Regio Scythiæ, ad Pontum Euximum, teſte Arriano, in Periplo.

Cariara, oppidum Italiæ in Thuſcia, Antonino, Cararia aliis, nunc etiam *Carrara* incolis, *Carrare* Gallis, oppidum Hetruriæ in Lunegiana regiuncula, in ditione Ducis Maſſæ, a paucis annis Principatus titulo inſignitum. Vide Cararia.

Carienda, inſula Cariæ regionis, Plinio, prope Myndum urbem in Jaſſicu ſinu, dicitur etiam Caryanda, eſtque ſatis parva.

Cariata, urbs fuit Bactrianæ, ab Alexandro Magno everſa, teſte Strabone.

Cariathaim, urbs Palæſtinæ ultra Jordanem, in Tribu Ruben, ætate S. Hieronymi florens, à Chriſtianis appellabatur Cotaiarha, in decimo milliario prope Medabam urbem, ad torrentem Arnon, teſte Lubino.

Cariathiarim, orbs Palæſtinæ in Tribu Juda, in confinio Tribus Simeon, eadem forſan quod Cariath & Cariath Sephet, id eſt urbs litterarum, unde concluditur, fuiſſe Academiam Palæſtinæ, & dicta fuit etiam Dabir ex libris Joſue.

Cariatum, *Cariati* vulgo, urbs alias magnæ Græciæ, nunc Calabriæ citerioris, in Regno Neapolitano, in ora littorali maris Ionii, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Siberinenſi, ſeu Geruntino Epiſcopatui unita; parva eſt admodum, vix 150. focularia continens, & principatus titulo gaudet gentis Spinellæ, diſtat à Crotone 26. milliaribus in Boream, uti 20. à Siberena, & 10. ab Umbriatico Roſcianum verſus 24. 40. autem a Coſentia in ortum.

Caribæ, *les Caribes*, ſeu *les Caraibes*, populi Americæ ſeptentrionalis, ſic dicti ab Europæis, cum ſe ipſos *Callinago* vocent, qui derelicto Galiborum tractu *les Galibi*, quorum patres fuerant, occuparant omnes inſulas Antillas, magis ad ortum in mari Boreali ſitas, ejectis inde antiquis incolis, *les Tgneris* dictis, conſtitutiſque ſibi aliquot ducibus, ſed cum ab aliquot annis hæ inſulæ ab Europæis occupatæ ſint, ipſi pro majori parte in proximam continentem Americæ meridionalis ſe receperunt, verſus antiquas ſedes in Guaiana regione.

Caricium, *Carick*, urbs parva Hiberniæ in Momonia provincia, ad Suirium fluvium, in Comitatu Tiperarienſi, & in confinio Lageniæ & Comitatus Vaterfordienſis.

Carioemum, promontorium Hiſpaniæ Bæticæ, Plinio teſte, Vide Charidemum.

Carietes, vel Carytæ, populi Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Conventu Clunienſi, quorum oppidum *Ciria* nunc, vicus Gallæciæ, teſte Pineto, ex veteri inſcriptione.

Carilla, oppidum Picentinorum, in Italia, ab Hannibale deletum, quod partes Romanorum ſequeretur: de quo Silius libro 8.

Carilocus, *Charlieu*, oppidulum Galliæ in Burgundiæ Ducatu, & in Caroleſii Comitatu.

Carilocus, *Chailly*, vicus Galliæ cum Abbatia, in provincia Inſulæ Franciæ, 2. leucis à Sylvanecto in ortum.

Carina, mons Cretæ inſulæ 9. mill. paſſ. ambitu patens. in quo ſpatio muſcæ nullæ reperiuntur, neque mel attingunt, teſte Plinio, prope Minoam oppidum.

Carinæ, vicus erat urbis Romæ ad ædem Pompeii, teſte Publio Victore, de eo Virgilius.

Carine, urbs Mediæ Ptolemæo, nunc teſte Nigro, eſt *Cherima*, urbs parva, à Tabreſio in Occidentem diſtans.

Carini, Germaniæ populi Ptolemæo, & Plinio, ubi nunc forſan pars Marchiæ Brandeburgicæ, & majoris Poloniæ, ut exiſtimat Cluverius.

Carinianum, *Carignano* incolis, *Carignan* Gallis, oppidum Italiæ, in Pedemontio, cum arce & ponte ad Padum fluvium. Principatus titulo gaudet, 5. milliaribus ſupra Taurinum in Meridiem, & paulò minùs a Carmaniola.

Carinianum, *Carignan*, oppidum Galliæ. in Luxemburgenſi Ducatu, & in limite Galliæ, quod antea Epoiſſus & Ivodium dictum fuit. Vide ibi.

Carinthia, *Karnten* incolis, *la Carinthie* Gallis, *la Carintia* Italis, provincia Germaniæ, Ducatus titulo inſignita, in circulo Auſtriaco, & ſub dominio Imperatoris, uti Archiducis Auſtriæ, ubi olim pars Norici regionis, & Ambiſontii populi, teſte Cluverio, terminatur à Septentrione Stiria & ditione Salisburgenſi, ab Oriente etiam Stiria, à Meridie Carniola, & Foro-Julienſi provincia, à qua ſeparatur Alpibus Carnicis, & ab occaſu Comitatu Tirolis, extenditur ab ortu in occaſum, eſtque duplex. nempe ſuperior quæ ad occaſum, & inferior quæ ad ortum; cum

fere bifariam ſecat Dravus fluvius, & ejus pars ſatis conſpicua, ſubeſt dominio Epiſcopi Bambergenſis cum Villaco, Volfperga ſeu monte Lupi, & aliis locis: totius regionis caput eſt Clagenfurtum, cum alias eſſet Fanum S. Viti.

CARINTHIÆ PROVINCIÆ URBES.

Clagenfurtum, *Clagenf*[illegible]
Fanum S. Viti, *S. Veit.*
Gurchium, *Gurck.*
Lavanti oſtium, *Lavanmynd.*
Villacum, *Villack.*
Volchmarchia, *Volckmarck.*

CARINUM, & Carinæ, *Carine*, caſtrum Siciliæ inſulæ in Valle Mazaræ, crevit ex ruinis Hyccaris, & dicitur etiam Charinum. Vide ibi.

CARIOPOLIS, urbs Cariæ in Aſia minori, Cedreno; nunc *Clariobolt* Turcis, teſte Leunclavio, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Stauropolitano, a veteribus non memorata.

CARIS, fluvius Galliæ; teſte Gregorio Turonenſi, *le Cher* vulgo; oritur in confinio Alverniæ, deinde in Boream fluens per Borbonenſem Ducatum, & auctus aliquot fluviis, per Bituricenſem provinciam labitur in qua Caſtrum novum, Virſionem, & alia oppida rigans, receptiſque Aura, Acnone, & Saldria fluvus, cum aliquot aliis, tandem per Turonenſem provinciam in Ligerim fluvium ſe exonerat tribus Brachiis prope & intra Cæſarodunum Turonum, & a quibuſdam etiam Carus dicitur.

CARISIACUM, caſtrum Galliæ, cum Palatio Regio; ad Ifaram fluvium, ubi obiit Carolus Martellus Francorum Dux anno 741. & celebratum fuit Concilium provinciale anno 853. nunc vicus Galliæ *Quierzy* dictus, in provincia Inſulæ Franciæ, & in agro Noviomenſi, ad Oeſiam fluvium, una leuca cum dimidia infra Calniacum, & 2. leucis à Novioduno in ortum, ut pluribus probat Hadrianus Valeſius, quod rectius videtur, quam aliorum opinio illud interpretantes Creſciacum ad Saram; in Laudunenſi agro, ſcribitur etiam Carſiacum in aliquot actis mediæ ætatis, & caſtrum etiamnum habet valde antiquum.

CARISSA, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, Ptolemæo, quod Aurelia Cariſſa etiam dicitur. Vide Aurelia.

CARISSA, urbs Galatiæ in Aſia minori; Ptolemæo: nunc *Cariſſar*, teſte Moletio cum aliis, eſtque in limite Cappadociæ, Adrapæ proxima, inter Androſiam Borealiorem & Rhaſtiam.

CARISSANUM, locus ubi Milo interfectus. Vide Coſſanum.

CARISTI, populi Hiſpaniæ Tarraconenſis, Ptolemæo, olim ſub Cantabris comprehenſi fuere, ubi nunc pars occidentalis Guipuſcoæ provinciæ, & pars orientalis Biſcaiæ regionis, inter Oceanum Cantabricum ad Septentrionem, & Iberum fluvium ad Meridiem, erantque inter Vardulos ad ortum & Autrigones ad occaſum.

CARITNI, populi fuere Germaniæ, Ptolemæo, ea in parte, ubi nunc Wurtembergenſis Ducatus in Circulo Sueviæ, juxta Nicrum fluvium, teſte Ortelio.

CARLATUM, *Carlat*, caſtrum Galliæ in Alvernia ſuperiori, a quo tractus adjacens dicitur Carlatenſis, *le Carladez* vulgo.

CARLEOLUM, *Carlile*, urbs Angliæ Borealis, olim Lugnvallum dicta, teſte Camdeno cum aliis, ſedet ad Itunam fluvium, in Cumbria provincia, quæ ab ea etiam aliquando dicta fuit *Caerleylſhire* ſeu Carleoli Comitatus, urbs ipſa munita jacet in confinio Scotiæ, prope ruinas muri Pictici, eſtque ſatis parva, alias *Luel* dicta fuit, poſtea *Karleol*, tandemque *Carlile*, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Eboracenſi, ab anno 1133. ſub Rege Henrico primo, 3. mill. paſſ. diſtat ab Itunæ æſtuario in ortum hybernum, uti 6. à Scotia, 45. a Lancaſtria in Septentrionem, 48. a Dunelmo in occaſum, & 90. ab Eboraco in occaſum æſtivum.

CARLEONTINUM, *Carlentini*, oppidum munitum Siciliæ inſulæ in Valle Netina, à Carolo V. Imperatore extructum prope Leontinum, unde nomen ei inditum fuit, ſitum eſt in loco editiori, eſtque probe cultum.

CARLINFORDIA, *Calingford*. oppidulum munitum Hiberniæ, in Ultonia provincia & Lugenſi Comitatu. Portu gaudet utcumque capaci, 4. milliaribus à Dnokerano, & 22. à Duno in Meridiem.

CARLAVIUM, *Carlow*, oppidum Hiberniæ. Vide Caterlogum.

CARMAN, ſeu Acarman, urbs Arabiæ fœlicis, Ptolemæo, Minæorum regia, nunc recentioribus eſt *Coba* oppidum Arabiæ in Mediterraneis, ad fluvium *Chaibar*, 30. leucis Hiſpanicis à Mecca in ortum æſtivum, & 47. ab ora Sinus Arabici in ortum, uti 55. a Medina.

CARMANIA, regio Aſiæ, in regno Perſarum, Straboni, Plinio, & Ptolemæo, terminatur à Septentrione Parthia, ab ortu Gedroſia, à Meridie Oceano Indico, & ab occaſu Perſide propria, eſtque pars Perſidis, duplex eſt nempe Carmania proprie dicta, quæ verſus Auſtrum extenditur; & Carmania deſerta, quæ magis ad Boream verſus Parthiam porrigitur; utraque nunc ſimul *Kherman* dicitur, teſte Ortelio ab urbe cognomine, quæ alias etiam Carmania vocata, eſtque provincia ampla Perſidis, ſub qua cenſentur provinciæ *Guadel*, & *Dulcinde*, & pars regni Armuzii, in ora Perſiæ: terminatur in præſentia Sigiſtania provincia ab ortu, Zabliſtania ad arctos, & *Farſi*, ſeu Perſia propria ad occaſum, ejus urbes claræ fuere Carmania *Kherman*, Harmuzia *Ormus*, & Samydace, hinc populi Carmani dicti.

CARMANICUS SINUS, *le Golfe d'Ormus*, pars maris Arabici ſeu Indici, extra fauces ſinus Arabici in ora Perſidis, & inter oram Caramaniæ ad Boream, & oram Arabiæ fœlicis, inter Aſaborum & Corodamum promontoria.

CARMANIOLA, *Carmagnola* incolis, *Carmagnole* Gallis, urbs Italiæ culta & munita in Marchionatu Salutiarum, ſed intra limites Pedemontii proprii, ſub dominio Ducis Sabaudiæ, cum arce, vix 2. milliaribus diſtans a Pado fluvio, & 8. ab Auguſta Taurinorum in Meridiem, Foſſanum verſus.

CARMARDENIÆ COMITATUS, *The Carmardenshire*, provincia Angliæ in Wallia. Vide Maridunenſis Comitatus.

CARMANIA, *Cherman & Kherman*, urbs Perſiæ regni, Carmaniæ provinciæ caput, ad Athindanem fluvium, diſtat 180. mill. paſſ. ab ora Oceani Indici in Septentrionem, bidui itinere à Gazna urbe Zabliſtaniæ Indiam verſus, teſte Jacinto.

CARMANUM, *Carmain*, oppidum Galliæ in Occitania, prope Tholoſam, à qua 4. leucis diſtat in ortum cum caſtro, ſed quanquam ſit intra Occitaniam, tamen pars eſt Vaſconiæ cum territorio adjacente.

CARMELUM, promontorium Palæſtinæ, prope montem cognominem, & Porphirium urbem ſeu Caipham; hodie dicitur *il Capo di monte Carmelo* a nautis, 16. milliaribus a promontorio Albo diſtans in Meridiem Cæſaream verſus.

CARMELUS, mons Palæſtinæ Straboni, Tacito, & Ptolemæo, vulgo *Carmel* indigenis, *le mont Carmel* Gallis, *Carmain* id eſt duæ, incolis montis, *il monte Carmelo* Italis, mons in Galilæa provincia, & alias in Tribu Iſachar, in ora maris Mediterranei, incolatu Eliæ, & Prophetarum Baal cede celebris, hinc Carmelitarum

CARNUNTUM, urbs Pannoniæ ſuperioris, Plinio, & Livio, Carnus Ptolemæo, nunc vicus Auſtriæ inferioris *S. Petronel* dictus, ob cœnobium ſub invocatione D. Petronillæ, ad Danubium fluvium, prope Hamburgum urbem, in Hungariæ confinio, teſte Wolſgango Lazio, & in eo reperiuntur etiam plurima antiquitatis monumenta, 6. milliaribus Germanicis diſtans à Vienna in ortum Poſonium verſus 4.

CARNUTENSIS AGER, *le pais Chartrain*, tractus Galliæ in Belſia provincia, & in ejus meditullio, circa Carnutum, à qua nomen ei inditum eſt, & Eburam fluvium, & hinc Carnutenſes populi, *les Chartrains* vulgo, qui & Carnutes.

CARNUTES, populi Galliæ Celticæ, Cæſari, Carnuti Plinio, Carnutæ Ptolemæo, Carnoti Tibullo, & in libris Conciliorum, à Sequana fluvio ad Ligerim extenſi, inter Aurelianos ad Meridiem, Aulercos Diablintes & Coenomanos ad occaſum, Eburovices ad Septentrionem, & Pariſios Senoneſque ad ortum, ubi nunc Belſia, & tractus Carnutenſis, Dunenſis, Meduntanus, Vindocinenſis, & Bleſenſis, eorum vero caput fuit Carnutum, ſeu Autricum Carnutum urbs, quæ etiam Caroutes aliquando dicitur.

CARNUTUM, urbs Galliæ Celticæ, Zozimo, & aliis, ſive Autricum, Carnutum Ptolemæo, & Carnutes etiam Cæſari, vulgò *Chartres* incolis, *Ciartres* Italis, urbs Galliæ Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Pariſienſi, ab anno 1621. cum antea eſſet ſub Archiepiſcopo Senonenſi, ampla eſt & probe culta, in colle, juxta Eburam fluvium, eſtque Belſiæ provinciæ caput, Baſilicam habens auguſtiſſimam ſub invocatione Deiparæ Virginis, cujus induſia ibidem adſervantur, diſtat 18. leucis a Lutetia Pariſiorum in occaſum hybernum, & totidem ab Aureliano in Septentrionem: Vide Autricum, ejus meminit Tibullus lib. 1. hinc Carnutæus nomen gentis.

CAROBURGUS, *Cherbourg*, urbs Galliæ, in Normannia provincia & in Conſtantienſi tractu, ad mare Britannicum; & ſat munita, cum portu utcumque capaci, & caſtro, 14. leucis diſtat à Conſtantia in Septentrionem, & 9. à Carentano, & forſan Coriallum antiquitus dicta fuit.

CAROLESIUM, *le Charolois* incolis, *il Caroleſe* Italis, tractus Galliæ in Burgundiæ Ducatu, cujus Comites olim magni nominis, extenditur inter Auguſtodunenſem tractum & Matiſconenſem, eratque antea ſub domitio utili Regis Hiſpaniæ, ejus vero caput eſt Caroliæ.

CAROLI MUNIMENTUM, *Charles fort*, munitio & colonia parva Anglorum à paucis annis excitata in America ſeptentrionali & in intimo receſſu ſinus Hudſonii ad Meridiem, teſte Radiſſone Gallo, qui has partes pluries inviſit, ſed fere deſerta jacet à paucis culta.

CAROLIÆ, *Charoles*, oppidum Galliæ in Ducatu Burgundiæ, Caroleſii tractus caput, ad amnem Reconſum, eſtque ſatis cultum, 6. leucis à Cluniaco diſtans in occaſum, Ligerim fluvium verſus 5. & 11. ab Auguſtoduno in Meridiem.

CAROLINA, *le Fort Charles*, arx Hiberniæ in Ultonia. Vide ibi.

CAROLINA, *la Caroline*, arx fuit Americæ in Florida Vide arx Carolina.

CAROLINA, *la Caroline*, provincia Americæ ſeptentrionalis, & pars orientalis Floridæ regionis ſub dominio Angliæ regis ab anno 1660. cum olim eſſet Francici juris, eſtque in ora maris ſeptentrionalis, verſus confinia Virginiæ regionis, & in ea locus præcipuus *Ashley* dicitur.

CAROLINUM PROMONTORIUM, *le Cap Charles*, eſt in Terra Arctica, & in Eſtotilandia regione, prope ſinum Hudſonium, ab Anglis detectum & ſic denominatum fuit.

CAROLINUM PROMONTORIUM, *el Cabo Carlos*, eſt in Florida regione Americæ ſeptentrionalis, verſus ſinum Mexicanum.

CAROLI PORTUS, *Carlshaven*, oppidulum Sueciæ, cum portu in Blekingia provincia, & in ora maris Baltici.

CAROLOBURGUM, *Carlſburg*, urbecula recens, ſed munita Germaniæ, in Saxonia inferiori, & in Bremenſi Ducatu, ad Viſurgis fluvii oſtium, in ipſo limite Comitatus Oldemburgici, nuper à Suecis excitata, & ſic dicta in honorem regis Caroli X. 9. milliaribus Germanicis infra Bremam, & vix 3. ab ora Oceani Germanici, capta fuit à Danis & Luneburgenſibus anno 1676. ſed poſtea Suecis reddita anno 1679. mediante tantum potenti patrocinio Francorum Regis, & tractatu ad Fontem Bellaqueum prope Pariſios inito.

CAROLOMONTIUM, *Charlemont*, oppidulum Belgii, ad Moſam fluvium, in tractu Leodienſis ditionis, ſed à Carolo V. Imperatore probe munitum anno 1555. & juris Hiſpanici factum ex conceſſione Epiſcopi Leodienſis, unitum fuit Comitatui Namurcenſi, ſedet in colle arduo medium inter Namurcum ad Septentrionem & Carolopolim ad Meridiem, à Philippovilla vero 4. leucis in ortum, & 5. à Dinantio in Meridiem Carolopolim verſus.

CAROLOPOLIS, urbs Galliæ, quæ aliter Compendium dicta. Vide ibi.

CAROLOPOLIS, *Charleville*, urbs nova & munita Galliæ, ad Moſam fluvium in Campania provincia, & in Retelenſi agro, ubi antea pagus *Arches*. Exſtructa fuit anno 1609. à Carolo Duce Nivernenſi prope Macerias, & ei inſidet ex altera parte fluvii Mons Olympus, arx munita; diſtatque 5. leucis à Sedano, Rupem regiam verſus.

CAROLOPOLIS, *Charles Town* incolis, *Charleville* Gallis, oppidum Americæ, in Barbata inſula una ex Antillis, in mari ſeptentrionali, nuper ab Anglis exſtructum, & ſic dictum in honorem Caroli II. Regis Angliæ cui ſubeſt.

CAROLOREGIUM, *Charleroy*, arx munita Belgii, in Comitatu Namurcenſi, & in colle prope Sabim fluvium, ubi antea viculus *le Charnoy* dictus, in confinio Hannoniæ, ab Hiſpanis excitata fuit anno 1666. & ſic dicta in honorem Caroli II. Regis Hiſpaniæ, capta fuit poſtea à Gallis, nempe anno 1667. ipſiſque etiam ſuberat, pace ad Aquiſgranum confecta, ſed anno 1679. reddita fuit Hiſpanis pace ad Noviomagum facta, quinque leucis diſtat à Montibus in ortum Namurcum verſus totidem, octo vero à Bruxellis & à Lovanio in Meridiem.

CAROLOSTADIUM, ſeu Carolopolis, *Carlowitz* incolis, *Carloſtadt* Germanis, urbs recens Hungariæ in Croatia regione, à Carolo Archiduce Auſtriæ condita, & probe munita contra Turcarum incurſiones, ad confluentes fluvii *Mereſwitz* in Colapim, 2. milliaribus Germanicis diſtans à Metulo in ortum, & 5. à Rodofiverda ſeu Rudolphi inſula in ortum hybernum, & in ea commoratur præfectus totius Croatiæ pro Rege Hungariæ.

CAROLOSTADIUM, *Carlſtat*, oppidulum Germaniæ in Franconia, & in ditione Epiſcopi Herbipolenſis, ad Moenum fluvium, cum arce Carlſburgo, 3. mill. Germanicis infra Herbipolim in Septentrionem.

CAROLOSTADIUM, *Carloſtadt*, oppidum Sueciæ, in ea parte Weſtrogothiæ provinciæ, quæ Wermelandia dicitur, loco Tinguallæ civitatis à Carolo IX. extructum, juxta Venerum lacum. Malè habitum fuit à Danis anno 1644. & diſtat 25. milliaribus à Philippoſtadio in occaſum.

CARONIUM, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, teſte Ptolemæo, in Callaicis Lucenſibus, nunc ut plurimi

exiſtimant, eſt *la Coruña* incolis, *la Corogne* Gallis, oppidum Gallæciæ cultum, cum portu adjacente & peracapaci, in ora littorali ad Boream, inter promontoria Trileucum & Artabrum, 8. leucis diſtans à Compoſtella in Septentrionem, uti 90. fere ab Olyſippone, ei adjacent caſtra S. Antonii, & S. Crucis ad ejus tutelam, & ad illud primum appulit è Belgio Philippus I. Caſtellæ Rex anno 1505.

CARPA, *Carpa*, urbs Indiæ extra Gangem, in regno Bramæ, ad flovium Caypumum, 60. mill. paſſ. infra Canaranam urbem in Meridiem.

CARPANA, *Carpana*, inſula Oceani Orientalis, & una ex Latronum inſulis, ab Europæis tantum luſtrata.

CARPASIA, inſula parva Aſiæ minoris in ora Ciliciæ, ante Sarpedonem promontorium, teſte Stephano.

CARPASIA, urbs Cypri inſulæ, Straboni, Carpaſium Plinio, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Salaminio, *Carpaſſo* vulgo, teſte Thoma Poreaccio, nunc oppidulum tantum in ora Boreali Cypri, inter Apbrodiſium ad occaſum, & Dinaretum promontorium ad ortum, 20. milliaribus a Salamine diſtans in Septentrionem, & paulo amplius à Clide promonrorio in occaſum, ab ea dictæ fuerunt Carpaſiæ inſulæ, in ora adjacente Cypri, inter Carpaſiam & Dinaretum promontorium, ſuntque parvæ admodum.

CARPATES, mons Sarmatiæ Ptolemæo, Carpathus etiam aliis, mons ab ortu, in occaſum extenſus, olim inter Sarmatiam Europæam & Daciam, uti nunc inter Poloniam & Hungariam Tranſſylvaniamque, vulgo ab accolis dicitur *Szepeſi*, *Krempak*, & *Bies Sciady* a Ruſſis, teſte Cluverio: pro varietate locorum varia ſortitur nomina, nam alibi & Hungarice *Tarczal*, ſeu *der Munch* Germanice dicitur, ubi Poloniam ab Hungaria ſeparat, teſte Lazio, & alibi *Bieſſciady*, ubi Ruſſiam Rubram à Tranſylvania dividit, hujus altiſſima juga, quæ Solino Sarmaticæ rupes dicuntur, inquit Wernherus, quæque ſunt inter Moraviam & Hungariam, & Danubium uſque attingunt *Schneberg* Germanis, & *Tatary* Slavorum lingua, hodie vocantur.

CARPATHIUM MARE, *il mare di Scarpanto* Italis, *la mer de Scarpante* Gallis, pars eſt maris Mediterranei, verſus Carpathum inſulam, inter Cretam & Rhodum extenditur, teſte Plinio, ſicque proprie mare Ægeum ab Aſiatico ſeparat.

CARPATHUS, inſula Aſiæ minoris in mari Ægeo, Straboni & Plinio, vulgo *Scarpanto*, Sophiano teſte, & aliis, eſtque inter Rhodum inſulam ad ortum, 50. mill. paſſ. & Cretam ad occaſum, 60. mill. paſſ. Aſiæ minori, & Cariæ propior, ejus circuitus eſt 50. mille paſſuum, & oppidum habuit Poſidium, nunc etiam *Scarpanto* dictum, caſtrum tenue, cum portu *porto Triſtano* in ora orientali, ubi commoratur Epiſcopus Græcus, eſtque ſatis culta ſub Turcis, ab ea mare adjacens dicitur mare Carpathium.

CARPENTARIA, *la Carpentaria*, & etiam *het Carpenter landt*, regio ſeu pars terræ Auſtralis, recens detecta, in intimo receſſu Oceani Indici, & à Præfecto Carpentario Hollando, qui primus ejus oram luſtravit, nomen ſortita hiſce ultimis temporibus.

CARPENTORACTE, urbs Galliæ Narbonenſis, Plinio, hodie vulgo *Carpentras* dicta, urbs Galliæ in Provincia, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Avenionenſi, & caput Comitatus Vindaſcini, in ditione Eccleſiæ, 4. leucis diſtans ab Avenione in ortum æſtivum, totidem à Vaſione in Meridiem, & 3. ab Arauſione, eſtque in tractu admodum riguo.

CARPETANI, populi fuere Hiſpaniæ Tarraconenſis, Livio, Plinio, & aliis, circa ejus meditullium incolentes, ubi nunc pars regni Caſtellæ novæ, & tractus *l'Algarria & la Mancha* dicti, verſus Tagum, & Anam fluvios, & eorum caput fuit Toletum, teſtibus Ortelio, & Brietio; hinc Carpetania regio ipſorum dicta fuit.

CARPETANIA, provincia Hiſpaniæ Tarraconenſis. Vide Carpetani.

CARPIANI, populi Sarmatiæ Europææ, Ptolemæo, & pars Baſtarnarum populorum, inter Carpatem montem & Viſtulam fluvium. Dicti ſunt etiam Carpi, teſte Cluverio.

CARPINETUM, *Carpineto*, caſtrum Italiæ in ditione Eccleſiæ, & in Campania Romana verſus Anagniam, Ducatus titulo inſignitum.

CARPIO, *Kerpen*, oppidum Germaniæ in Ducatu Juliacenſi, in confinio ditionis Colonienſis, & juris etiam Electoris Colonienſis, cui à paucis annis venditum fuit ab Hiſpanis, cum antea pars eſſet Ducatus Gueldriæ, & vix 4. milliaribus Germanicis diſtat a Colonia in occaſum.

CARPIS, fluvius Moeſiæ, qui in Iſtrum cadit, teſte Herodoto, nuncque etiam *Crapin* dictus, ut opinatur Peucerus.

CARPIS, oppidum Pannoniæ inferioris Ptolemæo, nunc, teſte Lazio, eſt *Carpen*, vicus Hungariæ ad Danubium fluvium, inter Strigonium & Budam occurrens, in ditione Turcarum.

CARPIS, urbs Africæ Ptolemæo, olim Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Carthaginenſi, nunc pagus Africæ, inter Maxulam & Clupeam, Tuneti urbi finitimus, *Carpi* adhuc.

CARPUDÆMUM, oppidum Thraciæ mediterraneum, Ptolemæo, quod nunc *Cappa* dici ferunt, Moletio vero eſt *Capſia*, inter Bizyam & Bergulas.

CARPUM, *Carpi*, urbs parva Italiæ in Longobardia, cum arce munita, & principatus titulo nota, ad incile fluvii Gabelli, in ditione Ducis Mutinenſis, cum alias eſſet ſub dominio gentis Piæ, 12. milliaribus diſtat a Mutina in Septentrionem, & vix 4. à Cortegio, territorium habens ſatis amplum, & Collegiatam Eccleſiam primum ab Aiſtulpho Rege conſtructam, & demum ab Alberto Pio, tunc Principe de novo manificentius reædificatam, quæ nullius Diœceſis eſt, eximiturque à pretentionibus vicinorum Epiſcoporum, ex conceſſione Summorum Pontificum præſertum Julii II. & Leonis X.

CARRACA, oppidum Behunerum in Gallia Transpadana, Ptolemæo, in Inſubrum & Cenomanorum confinio, nunc quibuſdam *Caravaggio*, oppidulum Ducatus Mediolanenſis in Addua Glarea tractu, & in confinio ditionis Venetæ, agrique Bergomenſis, Marchionatus titulo inſignitum Vicecomitum, ex antiqua Ducum Mediolanenſium ſtirpe, hic Franciſcus Sfortia Veneros prælio vicit, diſtat 24. mill. paſſ. a Mediolano in ortum Brixiam verſus 28.

CARRACA, quæ & Caraça, orbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Carpetanis, Ptolemæo, nunc urbs *Guadalajara* in regno Caſtellæ novæ, ad amnem *Henarez*, Morales oſtendit Ptolemæi Carracam eſſe, & Antonini Arriacam unde Arabes primo *Guadariaca* deflexere, poſteriori vero ætate *Guadalajara*, quaſi flumen Arriacæ dixerunt, Carracam eſſe ſuadet paſſuum numerus quo Compluto Carraca diſtat, nempe 1200. paſſus; ſita eſt acclivi in tumulo modica urbs, caput Ducatus *de Infantazgo* dicti, uti etiam Algariæ tractus.

CARRARIA, quæ Carrea & Carrera, incolis *Carrara*, Gallis *Carare*, urbecula Italiæ, in Thuſcia, nuper Principatus titulo inſignita, in ditione Ducis Maſſæ, vix 4. milliaribus diſtat à mari Mediterraneo. Vide Cararia.

CARREA, oppidum Liguriæ, Plinio, quod nunc Ferrarius interpretatur Claraſcum, *Cheraſco*, oppidum Italiæ in Comitatu Aſtenſi, ſob dominio Ducis Sabaudiæ ad Tanarum fluvium, aliis autem eſt Cherium,

Chieri, oppidum Pedemontii, teſte Franciſco Auguſtino ab Eccleſia Epiſcopo Salutiarum.

CARRHÆ, urbs Meſopotamiæ, Plinio, & Ptolemæo, alias Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Edeſſano poſtea metropolis facta & colonia, à Parthis condita, & Craſſi cæde memorabilis, nunc *Harran* dicitur, teſtibus Nigro, Ortelio, Gollio & aliis, eſtque urbs Diarbechiæ provinciæ, prope Chaboram fluvium, ſub dominio Turcarum, 40. milliaribus ab Edeſſa diſtans, & 60. ab Euphrate in ortum, ſed alias à Tartaris male habita fuit à quo tempore urbs magis concidit & nunc à paucis inhabitatur.

CARRICTA, *Carrick*, provincia Scotiæ meridionalis ſive Trans Taanæ, in ejus ora ad occaſum, prope Glottæ æſtuarium, inter provincias Covaliam ad Septentrionem, & Gallovidiam ad Meridiem, teſte Thimoteo Ponte, ejus præcipua loca ſunt *Bargeny* olim forſan Rerigonium, *Killochen*, & *Thomaſtown*, eſtque tractus fertilis & riguus.

CARRINA, ſeu etiam Carima, oppidum Luſitaniæ Plinio, nunc *Cadima* vulgo, pagus Portugalliæ in provincia Beira, in comarca ſeu diſtrictu Conimbricenſi, ſupra fontes amnis *Giraon*, una leuca à Cantaneda caſtro & 2. à Munda fluvio, uti ab Oceano Luſitanico, in eo, teſte Plinio, ſunt 2. duo fontes miri, unus omnia reſpuens, alter omnia abſorbens, locus abſorbens *Ferventia*, vulgo dicitur, teſte Andrea Reſendio.

CARRIO, *el Carrion*, fluvius Hiſpaniæ, oritur ex monte Pernia, in limite Aſturiæ, deinde in Meridiem fluens, Ceam fluvium recipit, & Regnum Legionis à Caſtella dividens, Carrionem Comitum rigat, & Palentiam, infra quam urbem Piſoracæ miſcetur; olimque Anubis & Nubis dictus fuit, teſte Gregorio Argaiz.

CARRIO, *Carrion*, oppidulum Americæ Septentrionalis, in Nova Hiſpania, & in Mexicana provincia, verſus Tlaſcalam, ab Hiſpanis extructum.

CARRIO COMITUM, *Carrion*, cognomento *delos Condes*, oppidum Hiſpaniæ in regno Legionenſi, & in tractu Campeſtri, in colle, cum ponte ad Carrionem fluviolum, in ipſo limite Caſtellæ veteris, 4. leucis à Saldania in Meridiem Palenciam verſus 7. & 14. à Burgis in occaſum Legionem verſus 16.

CARRODUNUM, oppidum Vindeliciæ Ptolemæo, nunc, teſte Pirchaimero, eſt *Kraiburg* oppidulum Bavariæ inferioris in Germania, ad Oenum fluvium, 2. milliaribus Germanicis ſupra Oetingam Waſſerburgum verſus totidem, & 9. à Monachio in ortum Burchuſiam verſus.

CARRODUNUM, oppidum Pannoniæ ſuperioris, Ptolemæo, nunc eſt *Kornburg*, oppidulum parvum Stiriæ inferioris, ad Arrabonem fluvium, 3. milliaribus Germanicis à confinio Hungariæ in occaſum, Græcium verſus 6. à Rachelburgo 2. in Septentrionem, & 24. à Carnioburgo Carniolæ oppido in ortum æſtivum.

CARRODONUM, urbs Lugiorum in Germania Ptolemæo, ad Viſtulam fluvium, nunc teſte Bonfinio cum Appiano & aliis, eſt *Crakow* recentioribus Latinis Cracovia, urbs Poloniæ regia, ad Viſtulam fluvium intermeantem, à Vienna Urbe Auſtriæ 44. milliaribus Germanicis in ortum æſtivum, & totidem a Leopoli in occaſum, quamquam Cluverius exiſtimat eandem eſſe quæ nunc Leopolis, de qua infra, ſed alii credunt duas eſſe urbes diverſas, cum duas etiam annotet Ptolemæus.

CARRODUNUM, urbs Sarmatiæ Europææ Ptolemæo, Peucinorum caput, nunc, teſte Cluverio, eſt Leopolis *Luvow* incolis, *Lembourg* Germanis, urbs Poloniæ, Ruſſiæ minoris ſeu rubræ & Palatinatus cognominis caput, juxta amnem *Pelsew*, qui poſtea cadit in Bugem fluvium.

CARROFUM, *Charoux*, oppidulum Galliæ, cum Abbatia in Pictavenſi provincia, ad Canentelum fluvium, 10. leucis a Pictavo in Meridiem.

CARSS, urbs Armeniæ majoris, Cedreno, Chorſa Ptolemæo, *Cars* vulgo, teſte Leunclavio, urbs Aſiæ in Armenia, prope fontes Euphratis fluvii, permunita eſt, & ſub dominio Turcarum à centum quinquaginta annis, eſtque inter Artaxatam ad ortum & Azirim ad occaſum.

CARSEOLI, oppidum fuit Æquorum in Latio, Straboni, & Livio, quod nunc *Civita Carentia* dicitur, & ejus veſtigia maxima hodie etiam apparent in colle quodam, qui umbilicus eſt planitiei Carſeolanæ juxta viam Valeriam, uno circiter milliari ultra diverſorium vulgo dictum *del Cavagliere*, nomen autem migravit in proximum vicum *Celle* antea dictum, qui nunc *Carſoli* vulgo appellatur, teſte Luca Holſtenio, eſtque in ditione Eccleſiæ in Campania Romana, & in ipſo limite provinciæ Aprutii ulterioris, 5. milliaribus ab Aniene fluvio, intra montes.

CARSIDAVA, oppidum Daciæ Alpeſtris Ptolemæo, nunc tantùm vicus *Kurima*, in Valachia propria verſus Moldaviam, teſte Lazio.

CARSTIA, *Karſten*, tractus Italiæ in Foro-Julienſi provincia, ad radices Alpium, dicitur ſæpius Karſtia. Vide ibi.

CARSULA, urbs Umbriæ Ptolemæo, Carſuli Straboni, olim Epiſcopalis, in via Flaminia, nunc caſtrum tenue *Caſigliano* dictum, in Umbria in colle arduo, 6. milliaribus ab Amelia in Boream Mevaniam verſus 12. & 10. à Tuderto in ortum, in ditione Eccleſiæ, teſte Cluverio, à Narnia vero 10. in Septentrionem.

CARTAMITANUM MUNICIPIUM, ſeu Carthamitanum, & Cartima ex veteri inſcriptione, urbs Hiſpaniæ Bæticæ, vulgo *Cartama*, oppidum regni Granatenſis, in confinio Vandalitiæ propriæ, ad maximi montis radices ſitum, alias amplum fuit, nunc deficit in dies, ſedet ad fluvium *Guadaljoſe* dictum, 3. leucis à Malaca in occaſum æſtivum, verſus montes Arundæ, cum caſtro in colle.

CARTEIA, urbs Baſtulorum in Hiſpania Bætica, Melæ, Plinio, & Ptolemæo, Cartheia Ciceroni, & aliis, Cartæa Stephano, Cartha Ovidio, quæ etiam Colonia Liberrinorum dicta fuit, ad fretum Herculeum, olim Olcadum caput, teſte Livio, & ad quam cæſus fuit Cneius Pompeius Magni filius, ex prælio ad Mundam profugus, nunc Moralis interpretatur *Algezira* urbem Vandalitiæ hodie exciſam, ad oſtia fluvii *Palmones* in fretum Herculeum, 2. leucis à Calpe in occaſum Tariffam verſus, ſed teſte Roderico Caro, nunc funditus exciſa jacet, prope Calpem, una leuca ab ea, & locus hodie *Torre de Cartagena* dicitur, cum portu tuto, & plurimis ruderibus.

CARTENNÆ, oppidum Africæ in Mauritania Cæſarienſi, Melæ & Antonino, nunc *Moſtagan*, oppidum regni Algerii, teſte Marmolio, cum portu capaci & arce in ora littorali maris Mediterranei, ad oſtia Cartenni fluvii, *Selet* vulgo dicti, inter Arſenariam & Quizam, 17. leucis Hiſpanicis diſtans ab Orano in ortum, Juliam Cæſaream verſus.

CARTHAGINENSIS SINUS, hodie Tunetanus, *le Golfe de Tunis*, ſinus maris Africi in ora regni Tunetani, prope Carthaginem urbem everſam & Tunetum. Vide Tunetanus ſinus.

CARTHAGINENSIS SINUS, olim Virgitanus, *le Golfe de Cartagene*, pars maris Mediterranei in ora Hiſpaniæ. Vide Virgitanus ſinus.

CARTHAGO, urbs Africæ propriæ Plinio, Ptolemæo & aliis, Carchedon Græcis, quondam clariſſima Romæque æmula, Reipublicæ cognominis caput, olim Archiepiſcopalis & ampla metropolis, ſub qua 125. Epiſcopatus conveniebant, à Didone condita, ever-

ſa fuit à Scipione Æmiliano poſt tertium bellum Punicum, deinde reſtaurata, poſtea ab Arabibus prorſus diruta fuit, ita ut nunc jaceat in ruderibus longe lateque ſparſis, *Berſack* incolis illius tractus dicta, teſte Marmolio, ejus portus nunc *Marcia* vocatur, & mons qui hac urbe cingebatur ab Africanis *Almenara*, & à Chriſtianis *la Rocca de Maſtinaces* dicitur, 3. leucis diſtans in occaſum à Tuneto urbe, quæ crevit ex ejus ruinis.

CARTHAGO NOVA, urbs Conteſtanorum in Hiſpania Tarraconenſi, Ptolemæo, quæ & Spartaria dicta ab Antonino Plinio & Appiano, ob inſignem quem habet ſparti copiam, hodie *Carthagena* incolis & Italis, *Cartagene* Gallis, urbs Hiſpaniæ in regno Murciano, in ora maris Mediterranei, inter principes olim Hiſpaniæ urbes nomen tenuit, quæ & provinciæ nomen dedit, Polybius, Strabo, & Mela ab Hasdrubale Hamilcaris genero extructam dicunt. Juridicum habebat conventum, quo 62. populi jura petebant, a Vandalis primum, mox vero à Gothis ſolo æquata fuit, non totis 600. annis decurſis poſtquam extructa fuit, atque inter ruinas jacuit, donec anno 1570. eam Philippus II. Hiſpaniæ Rex inſtaurandam curavit, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Toletano & ejus Epiſcopos Murciæ commoratur ab anno 1291. 6. leucis diſtat à Murcia in Meridiem, & totidem à Scombraria promontorio in occaſum, à Valentia autem 32. in Auſtrum, Arcem habens permunitam, & portum ampliſſimum, nec tota quidem Hiſpania tutiorem invenias, ibidem & Scombrorum piſcatio opulenta, à quibus inſula objecta quæ portum claudit, Scombraria dicitur, eſtque prope Virgitanum ſinum, qui ab ea *el Golfo di Cartagena* denominatur.

CARTHAOO NOVA, & Cartagena nova, *Cartagena nueva*, ſeu etiam *Cartagena* la *Inda* Hiſpanis, *Caraman* incolis, urbs maritima Americæ meridionalis, io novo regno Granatenſi Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo S. Fidei, ſub Hiſpanis. Gaudet portu tuto & capaciſſimo, eſtque permunita cum duobus fortalitiis, licet alias capta & devaſtata fuerit ab Anglis, & prima inter urbes Americæ muris cincta fuit. Ab ipſa regio adjacens dicitur *la Governacion de Cartagena*, Guberoium Cartaginis novæ.

CARTHAOO VETUS, urbs Ilercaonom in Hiſpania Tarraconenſi Polybio & Plinio, ab Hamilcare Carthaginenſi condita, nunc, teſte Antonio Auguſtino, eſt *Cantavieja* vicus Aragoniæ regni, io colle prope confinia regni Valentiæ, eſtque medius inter Dertuſam ad ortum & Tetulum ad occaſum, quamquam alii credant fuiſſe ad oſtia Sicoris in Iberum, ubi hodie *Mequinença* caſtrum Cataloniæ, ſed prior ioterpretatio probabilior.

CARTHSIA, urbs Ceæ inſulæ in mari Ægeo, teſtibus Ptolemæo & Ovidio.

CARTHESA, urbs fuit Hiſpaniæ Tarraconenſis io finibus Aſturum, Epiſcopalis, cujus S. Eſychius Epiſcopus fuit, ut dignoſcitur in notitia Conciliorum.

CARTHUSIA, *la grande Chartreuſe* incolis, *la gran Certoſa* Italis, eremus Galliæ in Delphinatu, in Gratianopolitano tractu, inter montes altiſſimos, ubi cœnobium primum & clariſſimum Carthuſianorum, à S. Brunone ordinis Carthuſiani auctore ædificatum, unde toti ordini nomen inditum, & in eo ſemper commoratur Prior Generalis ordinis, ſic dictum fuit à Carthuſia vico *Chartrous* ei adjacente, ut pluries vidi, eſtque prope confinia Sabaudiæ, 4. leucis à Gratianopoli in Septentrionem Camberiacum verſus quinque, ad radices montis cognominis. Dicitur Cartoriſium in Tabula Peutingeriana, & pro maxima parte fœdo conflagravit incendio anno 1676. ſed in dies reparatur magnificentius.

CARTIMA, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, quod & municipium Cartimitanum dictum fuit, *Cartama* nunc, in Vandalitia, ad radices maximi montis ſedet, & diverſa eſt à Titi Livii Certima, Vide Cartamitanum muoicipium.

GARTRIS, Peninſula & promontorium Cimbrorum Plinio, nunc forſan *Scagen* promontorium Daniæ verſus Norvegiam extenſum, in Jutia peninſula, teſte Cluverio.

CARUANCAS, mons Norici, teſte Ptolemæo, qui poſtea eum Caruſadium vocat in deſcriptione Italiæ, aliis eſt pars Alpium Juliarum verſus Iſtriam, & forſan pars Ocræ montis, ut credit Cluverius.

CARULA, Hiſpaniæ Bæticæ urbs, teſte Antonino, inter Hiſpalim & Ilipam, Rodericus Carus credit vocari nunc *Villa nueva del Rio*, vel noo longe ab eo loco abfuiſſe, prope Bætim fluvium, in Vandalitia.

CARUO, ſeu Caruonis, oppidum Menapiorum in Germania inferiori, Antonino, nunc teſtibus Simlero, Cluverio, & aliis, eſt Gravia *Grave*, oppidum Ducatus Brabantiæ ad Moſam fluvium, probe munitum, Cuicanæ regiunculæ caput, ſub dominio Belgarum unitorum, captum fuit a Gallis anno 1672. ſed poſtea ab ipſis derelictum anno 1674. poſt obſidionem trium menſium. Vide Gravia.

CARURA, urbs Paropaniſadarum præcipua. Vide Ortoſpana.

CARURA, oppidum fuit Phrygiæ, in confinio Cariæ, inter Epheſum ad occaſum 740. & Holmos ad ortum 920. ſtadiis, teſte Strabone.

CARUS CAMPUS, *Cercamp*, vicus Galliæ cum Abbatia in Arteſia provincia, ad Quentiam fluvium, 4. leucis ab Heſdino in ortum.

CARYATOS, urbs Eubœæ inſulæ Straboni, quæ & Caryſtos, nunc etiam *Cariſto* incolis, teſte Sophiano, *Caſtelroſſo* Italis, & *Chaſteauroux* Gallis, teſte Babino, eſtque urbecula Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Chalcidenſi, verſus Caphareum promontorium, in ora orientali inſulæ, 60. mill. paſſ. diſtans à Chalcide in ortum, & 15. à Gereſto in Septentrionem. Marmore abundat, quod Caryſtium nominatur, hinc Briareus Gygas, & hinc Caryſtius nomen geotis.

CASA CANDIDA, urbs Scotiæ, quæ & S. Ninianus, & Lucopibia. Vide Candida caſa.

CASA DEI, *la Chaiſe Dieu*, vicus Galliæ cum Abbatia celebri, in Alvernia inferiori, ad radices montium, & juxta amnem *Senoire*, 5. leucis à Brivate diſtans in ortum.

CASÆ DEI FOEDUS, *Gotthesſpunt* incolis, *la ligue de la maiſon Dieu* Gallis, tractus Rhætiæ propriæ, & una ex tribus ejus partibus, dicitur aliter *la Cadée*, extenditurque verſus Oenum fluvium, & inter Rhenum ad occaſum, & limites Comitatus Tirolis ad ortum, & ſub ipſo cenſentur 21. communitates ſive territoria, dicitur aliter fœdus Cathedrale. Vide ibi.

CASÆ, urbs Ciliciæ aſperæ in Pamphylia, teſte Ptolemæo, male geminato S. ſcribunt interpretes, & hujus meminit Concilium Conſtantinopolitanum.

CASALE, & Caſalenſis urbs, *Caſale* incolis, *Caſal* Gallis, urbs permunita Italiæ, alias Bodincomagus dicta à Liguribus, & Induſtria à Romanis, poſtea etiam Sedula ex urbis annalibus, ubi alias Veliates populi, dicitur aliter aliquando ad aliorum Caſalium differentiam, Caſale S Evaſii, *Caſale di S. Vaſo*, à S. Evaſio ejus patrono. & Epiſcopali ſede donata fuit ſub Archiepiſcopo Mediolanenſi, à Sixto IV. Pontifice Maximo anno 1474. ſedet ad Padum fluvium, eſtque caput Ducatus Montisferrati, ſub Duce Mantuano, arcem habens recentem probe munitam in planitie, ſed male culta eſt propter cœli inclementiam, celebris facta eſt ultimis temporibus obſidionibus ſuis, & clade Hiſpanis illata anno 1640. à Gallis Duce Harcurtio, 4. milliaribus diſtans a Tridino in ortum Valentiam verſus

12. & 15. ab Aſta in Boream Novariam verſus 10. & 40. à Taurino in ortum Mediolanum verſus totidem circiter, hinc Caſalenſis nomen gentis, *Caſalaſco* vulgo.

Casals Benadictum, *Chezal Benoiſt*, olim Malanum, cœnobium Galliæ in Bituricenſi provincia, ad Arnonem amnem, 3. leucis ab Exoliduno in Meridiem, teſte Lubino.

Casala Majos, *Caſal maggiore*, oppidum amplum Italiæ, in Ducatu Mediolanenſi & agro Laudenſi, prope Padum fluvium, & in limite Ducatus Mantuani & agri Parmenſis.

Casala Pusturlengum, *Caſal Puſturlengo*, oppidum amplum & cultum Italiæ, in Ducatu Mediolanenſi & agro Laudenſi, medium ferme inter Laudem Pompeiam & Placentiam.

Casalus sinus, in Corſica inſula, Ptolemæo, in ejus ora occidentali, nunc teſte Cluverio, dicitur *Spiaggia de Coſari*, ab oppidulo cognomine, inter Altium promontorium ad Septentrionem & Calvium ad Meridiem, Magino autem eſt *il Golfo de Calvi*, ſinus in eadem ora, ſed paulo ad Meridiem prope Calvium oppidum.

Casanum, *Caſan*, urbs ampla Mawaralnahræ in Fargana, provinciæ cognominis caput, ultra fluvium *Sihun*, in confinibus terrarum Turcheſtaniæ, teſte Abulfeda, & nunc ſenſim deficit à paucis inhabitata.

Casanum regnum, *le Royaume de Cazan*, pars eſt ampla Tartariæ Moſcoviticæ, verſus Volgam fluvium, ubi recipit Kamam, inter Bulgariæ regnum, Czeremiſſos populos, & Viatkam regionem, alias Reges habuit proprios, quibus ejectis ultimo ſæculo à Joanne Baſilide magno Duce Moſcoviæ, ſubjectum fuit dominio Moſcorum, quibus etiamnum ſubeſt, urbem habens cognominem primariam, ſed aliæ urbes ſunt parvi ſeu nullius momenti.

Casanum, *Cazan*, urbs Tartariæ, cum arce munita in ditione Moſcovitica, à Joanne Baſilide capta, expulſis Regibus anno 1552. Seder ad fluvium Caſanum *Caſanka*, qui moa cadit in fluvium Volgam; eſtque primaria regni cognominis, inter Bulgariam & Ceremiſſos.

Casbinum, *Cazwin* indigenis, *Casbin* Gallis, urbs Perſiæ in provincia *Ayrack*, vetus regum ſedes poſt captam Tabriſium, palatium habens pulcherrimum, ſita eſt in planitie, & incolas etiamnum plures quam centies mille ſuo ſeſqui leucæ circiter ambitu continens, teſte Golio, 250. milliaribus diſtat ab Haſpahamo in ortum æſtivum, verſus Caſpium mare, & aliqui credunt olim Arſaciam dictam fuiſſe.

Cascale, *Caſcaes* incolis, *Caſcais* Gallis, oppidulum Luſitaniæ, in ora Oceani, cum arce ſatis munita, prope promontorium Lunæ, quòd vulgò *el Cabo de Rocca*, ad oſtium Tagi, 5. leucis infra Olyſipponem in occaſum.

Cascandrus, inſula deſerta maris Arabici, verſus oram littoralem Carmaniæ regioois, margaritarum piſcatione celebris, teſte Plinio.

Cascantom, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, ex itinerario Antonini, ounc *Caſcante*, oppidulum parvum regni Navarræ, ad amnem *Queiles*, in præfectura ſeu majorinatu Tudelenſi, inter Tudelam & Turiaſonem, vix 2. leucis ab Ibero fluvio diſtans, & paulo plus à confinio Aragoniæ, & Caſtellæ veteris, hinc Caſcantes populi Plinio, dicitur etiam Caſcanatum.

Cascia, & Caſſia, *Caſcia*, oppidum Italiæ, in ditione Eccleſiæ, in Umbria, verſus Apenninum & confinia regni Neapolitani, inter Reate & Nurſiam, intra colles, ad amnem *il Corno* dictum, hinc Caſſianus nomen gentis.

Casentinus ager, *il Caſentino*, tractus Thuſciæ in Florentina ditione, qui ab Annio Cluſinus vocatur, extenditur inter Ducariam & Arnum fluvios, Apenninum montem uſque, & Aretinorum fines, ſeu inter Florentiam ad occaſum, & Tiſernum Tiberinum ad ortum, & in eo cenſentur Poppium ſeu Poppium castrum præcipuum, Vallis Umbroſa, Camaldulum, & Avernia mons, cum aliis locis parvi nominis, ſub dominio magni Ducis Hetruriæ, teſte Paulo Merula cum aliis.

Caserta, *Caſerta*, urbs parva Italiæ, in regno Neapolitano, & Campania felici ſeu Terra Laboris, prope Vulturnum fluvium, Principatus titulo gaudet gentis Gaëtanæ, ad radices montis Tifatæ, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Capuano. 4. milliaribus diſtans à Capua in ortum, & paulo plus à Calatia in Auſtrum; à Neapoli autem 14. eſtque à paucis culta, & fere in vicum redacta.

Casgarium, *Kaſgar*, urbs Aſiæ in Tartaria magna, Turcheſtaniæ metropolis, teſte Abulfeda, ſcribitur etiam *Kashgar* & *Casghar*, eſtque urbs ampla & probe culta, quamquam ſine muris, quæ etiam *Arducend* à quibuſdam nominatur.

Casha, *Cash*, urbs Aſiæ, in Mawaralnahra regione, ultra Oaum fluvium, ampla eſt & culta in colle, duobusque fluviis alluitur *Alkaſarin* & *Ashur* dictis, ad urbis ſeptentrionem, eſtque Nachſabæ vicina, cum tractu adjacente cognomine, teſte Abulfeda.

Casilinum, urbs Campaniæ fœlicis Ptolemæo, nunc, Cluverio, & aliis, Capua recens, *Capua*, urbs Archiepiſcopalis Regni Neapolitani, in provincia Terræ Laboris, ad Vulturnum fluvium ſita, cum arce munita, 2. milliaribus à veteri Capua in occaſum diſtans, ot vidi cum illas partes luſtrarem anno 1667. hinc Caſilinus nomen gentis. Ad Caſilinum 30000. Gothos à Narſete cæſos Agathias ſcribit libro 2. Vide Capua.

Casilinus, fluvius Campaniæ fœlicis, qui aliter Vulturnus dictus, teſte Vibio Sequeſtri, & ut probat Cluverius. Vide Vulturnus.

Casimomagum, ſeu Caſioomagus & Caſinomagum, oppidum Galliæ in Aquitania, Salomacum in alio codice, nunc recentioribus eſt *Coulogne*, oppidulum Vaſconiæ Toloſanæ in Virdunenſi regiuncula, 7. leucis à Toloſa in occaſum æſtivum Lactoram verſus.

Casinea, ſic dicta fuit alias pars meridionalis Corſicæ inſulæ, in mari Ligoſtico, teſte Salvatore Vitali.

Casinum, orbs Volſcorum in Latio novo, teſtibus Livio, Plinio, & Columella, Caſſinum quibuſdam, *Caſſino* incolis, olim Epiſcopalis, ad montis Caſini radices, juxta confinia Campaniæ, nunc exciſa, in provincia Terræ Laboris in regno Neapolitaoo, juxta Fanum S. Germani, oppidum quod crevit ex ejus ruinis, ubi molta manent ſuæ magnitudinis veſtigia, inter quæ Theatrum, 5. milliaribus diſtans à Liri fluvio in Septentrionem, & 6. ab Aquino in ortum æſtivum, uti 12. à ditionis Eccleſiæ confinio, ei adjacet mons Caſſinus, *il monte Caſſino* incolis, *le Mont Caſſin* Gallis, in quo cœoobium pulcherrimum Benedictinorum, ubi per multos annos ſeceſſit S. Benedictus Monachorum in Occidente parens, qui hic etiam obiit, diſtat 48. milliaribus à Neapoli in Boream Aquilam verſus, & ejus Abbas habuit jura Epiſcopalia, ex conceſſione Joannis XXII. Pontificis Maximi, ſed 40. annis poſtea ejus Epiſcopatus ſuppreſſus fuit ab Urbano V. Papa.

Casiom, ſeu & Caſſium, oppidum fuit Ægypti, Antonino, prope confinia Palæſtinæ, in Auguſtamnica prima provincia, & ad radices montis Caſii, intra Oſtracinam & Gerrhum, in ora, nbi Sirbonis palus in mare Mediterraneum ſe exonerat, 30. mill. paſſ. à Peluſio in ortum, 50. milliaribus diſtat à confinio Arabiæ Petrææ, fuitque antea urbs Epiſcopalis ſub Patriarcha Alexandrino, nunc exciſa jacet, ejus incolæ Caſſiotæ.

Casius Mons, ſeu Caſſius, mons Ægypti, Ho-

rodoto, Plinio, & Straboni, in Auguſtamnica prima regione, & in ora maris Mediterranei, prope Sirbonis paludem, & confinia Palaſtinæ, & hinc extenditur in Meridiem, verſus limites Arabiæ Petreæ, per 70. millia paſſuum, Mons nunc *Lariſſa* dicitur, teſte Theveto, & ad ejus radices ad Boream erat alias Caſſium urbs, uri & Pompeii Magni ibi interfecti ſepulchrum, hic etiam templum Jovis erat, ex quo Jupiter Caſſius cognominatus eſt.

C a s i u s, mons Syriæ Plinio & Ptolemæo, mare Syrium inter Ciliciam & Phœnicem attingens, nunc *Liſon* ſeu *Liza*, teſte Nigro, Antiochiæ urbi & Laodiceæ finitimus, ei adjacet alter mons Anti-Caſius dictus Plinio. Ex eo Caſiotis regio nominatur, in qua urbes Antiochia, Seleucia, Laodicea, & Epiphania, Marathus, Antaradus, & aliæ.

C a s l e t u m, *Caſſel*, oppidum Belgii in Comitatu Flandriæ in monte, ſub Gallis, Vide Caſtellum Morinorum.

C a s m e n s, & Caſmena, oppidum Siciliæ Thucydidi, alias à Syracoſanis conditum, nunc vicus *Scicali*, Cluverio & aliis teſtibus; eſtque ad amnem cognominem, in valle Netina. Diſtat ab ora 10. milliaribus, & totidem à Neto in occaſum: & nunc ferè in ruinis jacet.

C a s o r l a, *Caçorla*, oppidum Hiſpaniæ in Vandalitia provincia, ad Vegam fluviolum, inter duos montes, ſub dominio utili Archiepiſcopi Toletani, cum tractu adjacenti *al Adelantamiento de Caçorla*, vix 2. leucis diſtans à fontibus Anæ fluvii in occaſum, Ubedam verſus 5. teſte Roderico Sylva, & olim forſan Carceſa dictum fuit.

C a s o s, ſeu Caſus, inſula maris Ægei, & una Sporadum, teſte Plinio, inter Sammonium promontorium Cretæ 30. mill. paſſ. ad occaſum hybernum, & Carpathum inſulam in ortum æſtivum 10. mill. paſſ. ut ſcribit idem Plinius, nunc etiam *Caſſo* dicta, teſte Sophiano, & etiam *Caſſio* aliis.

C a s p e r i a, inſula Oceani Atlantici Ptolemæo, una ex Fortunatis, quæ etiam Erbania dicta fuit, nunc *Fuerteventura*, vix diſtat 18. leucis à promontorio Bojadoro in occaſum, Canariam inſulam verſus 16. extenditur ad 25. leucas ab ortu æſtivo in occaſum hybernum, ſed in ejus meditullio valde reſtringitur, ſubeſtque dominio Hiſpanorum.

C a s p e r i a, oppidum Sabinorum in Italia Virgilio, & Vibio Sequeſtri, quod Caſperula Silio, nunc *Aſpra*, vicus Sabinorum in ditione Summi Pontificis, ad fontes Himellæ fluvii, inter Ocriculum & Reate, 12. milliaribus à Narnia diſtans, & ab Interamnia totidem.

C a s p i æ p o r t æ, anguſtiæ ſunt Mediæ regionis Plinio, & Ptolemæo, in confinio Albaniæ, illam ab hac ſeparans, intra montes altiſſimos, & Mare Caſpium, ubi facilior tranſitus inter utramque prope Derbentum urbem, *Derbent*, in regno Perſarum, cum ipſa urbs Derbentum ſignificet Portam anguſtam, unde dicitur a Turcis *Demir-capi* id eſt portæ ferreæ, vocantur Caſpia Clauſtra à Tacito, ſuntque verſus montes Caſpios. Vide Caucaſiæ portæ.

C a s p i i, populi Aſiæ, in Hircania Plinio, quorum regio Caſpiana Straboni dicitur, ubi canes ſæviſſimi, teſte Pomponio Mela, mare attingens, quod propterea Caſpium dicitur.

C a s p i i, montes Aſiæ à Septentrione in Meridiem extenſi, teſte Strabone, inter Armeniam majorem, & Mediam, & uſque ad mare Caſpium excurrentes, verſos Caſpias portas.

C a s p i n o i u m, oppidum Batavorum, cujus fit mentio in itinerario Antonini, nunc teſte Cluverio, eſt caſtrum *Gieſſenburg* dictum, prope Vahalim fluvium, in Comitatu Hollandiæ, inter Goricum ad ortum, & Dordracum ad occaſum, ſed Sanſon exiſtimat eſſe vicum *Scherpenzeel*, in Velavia tractu Ducatus Gueldriæ; in ipſo limite dominii Ultrajectenſis, & 5. leucis ab Ultrajecto in ortum.

C a s p i r a, urbs Indiæ intra Gangem Ptolemæo, verſos Montem Caucaſum, quæ teſte Mercatore, eſt *Coſpetir*, ſed alii exiſtimant eſſe urbem Caſſimeriam dictam, Caſſimeriæ regni primariam, ſub dominio Magni Mogolis, quod probabilius.

C a s p i r æ i, populi Indiæ intra Gangem, Ptolemæo, verſus Septentrionem, qui ut opinantur recentiores, erant in ea regione, in qua nunc regnum Caſſimeræ, ſub dominio Magni Mogolis, & eorum caput erat Caſpira.

C a s p i u m m a r e, quod ab aliis maribus omnino ſeparatum, ad inſtar ingentis lacus, eſt in Aſia, Plinio, Straboni, & aliis, nomen habens a Caſpiis populis, atque inter Sarmatiam Aſiaticam, Perſarum regnum, & Scythiam intra Imaum extenſum: dictum fuit etiam Hyrcanum mare ab Hyrcania regione in ejus ora meridionali, teſte Ptolemæo, olimque in quatuor ſinus diſtributum erat, nempe in Scythicum, Sarmaticum, Caſpium, & Hyrcanum, nunc vulgo dicitur *la mer Caſpie* Gallis, ſeu etiam *la mer de Bachu*, ab urbe cognomine, & *la mer de Sala*, ab urbe *Salacinits* in ejus ora, *Gualenskoi More* Ruſſis, Georgianum mare *la mer de Georgie* Armenis, *Diaro Gilan* Perſis, ſive etiam *la mer de Gilan*, *de Taberiſtan*, *de Chovarezam*, *& de Mazenderan*, à provinciis Perſiæ in ejus ora littorali: *Culzum deghiz*, & *Ghilan deghiz* Turcis, *il mare Caſpio* Italis, *the Caſpian ſea* Anglis: *het Caſpiſe zee* Belgis, & *Bahar Çurzum* Arabibus. Quod nomen habet commune cum ſinu Arabico, & mare clauſum ſignificat. Varia ejus nomina lege apud Texeiram libro primo. Circumcingitur hodie à Septentrione regno Aſtracano ditionis Moſcoviticæ, Calmuchiis populis, & Bucharia regione, ab Oriente Trans-Oxiana regione, ab Occidente Circaſſis populis, & Tartaris Dagheſtaniæ dictis, uti Sirvania provincia Perſiæ, à Meridie autem Gilania, Taberiſtania, & Choraſania provinciis Perſiæ, extenditur à Septentrione in Meridiem ad 600. millia paſſuum; nempe ab ora Buchariæ ad oram Gilaniæ, ſed de ejus extenſione ab ortu in occaſum magna eſt contentio, cum antiqui omnes ſcripſerint hoc mare Caſpium magis extenſum eſſe ab ortu in occaſum, quam à Septentrione in Meridiem; quod etiam confirmatur ab Abulfeda, dum ait ejus longitudinem porrigi ab Occidente in Orientem, aliquanto cum flexu ad Septentrionem, ſpatio 800. milliarium, latitudinem vero 600. milliarium, idem ſentiunt Geographus Nubienſis, Jenkinſonius, & alii recentiores; ſed Adam Olearius qui illud mare navigavit anno 1636. ſcribit extenſum eſſe tantum ad 450. milliaria ab ortu in occaſum: & id pluribus probare nititur, quod etiam dignoſcitur ex accurata tabula nautica hujus maris à Moſcis facta, ubi notatur magis porrectum eſſe ab ortu æſtivo in occaſum hybernum, & uſque ad 700. milliaria, in eo raræ ſunt inſulæ alicujus momenti, ſed ſinubus undique refertum eſt, quorum nomina pro majori parte ignorantur, & in illud ſe exonerant plurimi fluvii, quorum præcipui ſunt Abitorva, Araxes, Jaicus, Jaicubius, Jaxartes, Jenis, Kaſarius, Nios, Oxus, Rha, & Tehus cum innumeris aliis minoris notæ. & ejus partes ſunt ſinus Gilanius, *le golfe de Gilan* ſeu *de Kilan* in ora ad occaſum hybernum, & ſinus dictus mare Ceruleum, *la mer bleuë* in ejus ora ad Septentrionem.

C a s s a n d a, *Caſſands*, & *Caſſant*, inſula Belgii, in ora Flandriæ & ex adverſo Zelandiæ & Fliſſingæ urbis. Arcem habet cognominem & munitam, captam à Belgis unitis, quibus etiamnum paret. Vix una leuca diſtat à Clauſulis, & 4. à Brugis in ortum.

C a s s a n d r a a, ſeu Caſſandria urbs Macedoniæ

Plinio, & Pauſaniæ, Caſandria Ptolemæo, prius Potidea dicta, reſte Stephano, in Paraxia tractu, & in ora litorali maris Ægei, ad ſinum Thermaicum, olim Epiſcopalis, nunc metropolis, ſic à Caſſandra Priami filia dictam tradunt, vulgò etiam *Caſſandria*, teſte Sophiano, ſed Bellonio eſt *Schiatto*, uti ex tabulis recentibus, eſtque prope Caniſtræum promontorium, 70. mill. paſſ. a Theſſalonica in ortum hybernum.

CASSANORUS, oppidum Ægypti, teſte Stephano ex Ephoro.

CASSANUM, olim Coſanum, urbs magnæ Græciæ, ounc etiam *Caſſano*, urbs parva regni Neapolitani, in provincia Calabriæ citerioris, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Conſentino, ſed ab ejus juriſdictione exempta, juxta amnem *Bano*, 6. milliaribus à Caſtro villari in ortum, uti 10. ab Apennino monte, verſus ſinum Tarentinum totidem, & 20. à Roſciano in Septentrionem verſus Baſilicatæ limites. Vide Coſanum.

CASSANUM, *Caſſano*, oppidulum Italiæ, in Ducatu Mediolauenſi, ad Adduam fluvium, alias frequens, 15. milliaribus à Crema, & 12. à Bergomo, in occaſum.

CASSELLA, *Caſſel*, urbs Germaniæ io Circulo Rhenano, Landgraviatus Haſſiæ inferioris caput, dicitur ab aliis Caſſilia, & ab antiquis Caſtellum Cattorum, & Stereontium, eſtque probe munita cum arce valida, ad Fuldam fluvium, ubi ſedes Principis Landgravii Haſſo Caſſelani ab ea dicti, 13. milliaribus Germanicis diſtat à Marpurgo, uti à Fulda in Septentrionem, & 10. à Paderborna in ortum hybernum, eſtque in confinio Ducatus Brunſvicenſis.

CASSELETUM, *Chaſſelet*, oppidum Belgii ad Sabim fluvium, in ipſo limite Hannoniæ & Namurcenſis Comitatuum, ditionis tamen Epiſcopi Leodienſis, una leuca infra arcem Caroloregium Namurcum verſus.

CASSELIA, *Caſſel*, ſive *Caſhel*, urbs Hiberniæ in Momonia provincia, & in Comitatu Tipperarienſi, prope Soirium fluvium, alias Regum Momoniæ ſedes, nunc etiam Archiepiſcopali dignitate notata, ſub qua ſunt Epiſcopatus Imelacenſis, Limericenſis, Waterfordienſis, Liſmorenſis, Corcagienſis, Clonenſis, Roſſenſis, Laonenſis, Ardfertenſis, & Fennaborenſis, nunc parva eſt & male culta, dicitur ab aliis Caſſilia. Vide ibi.

CASSENA, *Caßena*, urbs Africæ in Nigritia regione, regoi cognominis caput, inter Gangaram regnum ad ortum & Canum regnum ad occaſum, teſte Joanne Leone.

CASSENTINUM, ſive Caſuentinum, oppidum olim Herniriæ, Frontino exciſum, cujus ager in territorio Aretino adhuc *il Caſentino* nominatur.

CASSI, populi Britanniæ prunæ, Cattieuchlanorum pars, Cæſari, quorum tractus nunc *Caishow*, ſeu centuria *The Hundred of Caishow* dicitur, in Comitatu Herfordienſi, prope Fanum S. Albani, teſte Guillelmo Camdeno.

CASSIA VIA, olim à Cluſio Forum Caſſii perducebat, in Hetruria, uti ex antiquo marmore in urbe Montis Politiani reperto legitur, & ejus veſtigia integra paſſim extant.

CASSIANUM, *Caſſian*, urbs ampla Perſidis, in provincia *Herach*. Diſtat circiter tridui itinere ab Haſpahamo in Septentrionem, verſus mare Caſpium; eſtque in perpulchra planitie.

CASSILIA, quæ & Caſſelia aliis, *Caſſell*, urbs Hiberniæ inſulæ, Momoniæ provinciæ caput alias, ad Suirium fluvium in Comitatu Triperarienſi, ſedet in colle, eſtque ſatis parva, & male habita fuit ab Anglis, hiſce poſterioribus annis. Archiepiſcopali dignitate inſignita fuit ab Eugenio Papa III. eſtque inter Limericum ad occaſum, & Vaterfordiam ad occaſum, 28. mill. paſſ. utrimque diſtans, & 12. ab Imelaca, & anno 1654. tota fere combuſta fuit, ſed in dies reparatur.

CASSILIACUM, oppidum Rhætiæ in Vindelicia, ex libro Notitiæ, nunc teſte Beato Rhenano, eſt *Romakeßel*, pagus Bavariæ ſuperioris, à Schonga oppido 3. milliaribus Germanicis in Septentrionem Auguſtam verſus 8. à Landſberga 2. in via ab Auguſta ad Oenipontem occurrens.

CASSIMERA, *le païs de Caſſimire & Caſſmir*, regio Indiæ propriæ, ſeu intra Gangem, in Imperio magni Mogolis, ubi olim Caſpiræi populi, ſcribitur etiam *Kachemire*, & terminatur à Septentrione Uſbekia regione, ab ortu tractu Kakarum, ab occaſu Cabulo regno, & a Meridie Lahorio, urbem habens primariam cognominem, alias reges habuit proprios, ſed ab uno ſæculo tantum ſubeſt Magno Mogoli, eſtque regio mire culta & fertilis, abundanſque omnibus ad victum, & ad delicias etiam neceſſariis, ita ut vulgo dicatur paradiſus Indiæ: eam pluribus deſcripſit *Fr. Bernier* Gallus, vir doctus qui illam pluries luſtravit hiſce ultimis temporibus.

CASSINOILUM, quod & Caſſinogilum, *Caſſenenil*, oppidulum Galliæ in Aquitania, & in Aginnenſi agro, ad Oldam fluvium, ubi oatus Ludovicus Pius Imperator & Rex Galliæ Filius Caroli Magni anno 778. teſte Aimoino Monacho, 5. leucis diſtat ab Aginno in Septentrionem Bergeracum verſus.

CASSINOLIUM, & Caſſinoilum, *Chaſſenoüil*, oppidum Galliæ in Aquitania, & in Engoliſmenſi provincia ad amnem *Bonnyvre*, prope Rupifucaldum caſtrum, & 7. leucis ab Engoliſma in ortum.

CASSINUM, urbs Latii exciſa. Vide Caſinum.

CASSIOPE, oppidum Corcyræ inſulæ maris Ionii Ptolemæo, & in ejus parte Poreali, nunc pagus *S. Maria di Caſſopo* dictus, reſte Sophiano, 8. mill. paſſ. à Corcyra urbe in Septentriooem, & 3. ab ora Epiri regionis.

CASSIOPE, urbs Epiri Ptolemæo, in Almena provincia, vulgo *Joannina* dicta, teſte Laonico Chalcondilo, eſtque verſus oram litoralem, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Naupactenſi, poſtea Archiepiſcopalis effecta & ſatis culta ſub dominio Turcarum, in Caſſiopæa tractu, populi Caſſiopæi Plinio, hinc Caſſiopeius.

CASSIOPÆA, tractus Epiri, verſus Chaoniam & Theſprotiam, cujus caput Caſſiope urbs.

CASSIPA, *Caſſipa*, lacus Americæ meridionalis, in Paria regione. In fluvium Orenocum ſe exonerat; eſtque inter Orinocum & lacum Parimeum dictum.

CASSITERIDES, inſulæ Hiſpaniæ Tarraconenſis, Callaicis adjacentes Plinio, Melæ, & aliis, quæ à Strabone & Ptolemæo, Cattiterides dicuntur, plumbo divites, quas Scriptores varie indigitant, Olivario eſt Zizarga inſula, Nonnio, Cluverio & aliis ſunt inſulæ quæ Trileuco promontorio Gallæciæ objacent, qoarum una ad occaſum *Zizarga*, alia ad ortum *la Iſla di S. Ciprian* dicta, in ora ſeptentrionali Gallæciæ regni, & in Oceano Cantabrico. De ipſis tamen magna quæſtio inter Scriptores. Credit Camdenus Caſſiterides eſſe inſulas *Silly* ſeu *Sorlingues*, verſus Angliam, ſed probabilius fuiſſe in ora Gallæciæ, ubi duæ inſulæ præcipuæ, & aliquot aliæ minores, quæ verius ſcopuli.

CASSIUM, oppidum Ægypti, verſus confinia Palæſtinæ, quod & Caſium dicitur ab aliis. Vide ibi.

CASSIUM, *Caſe*, oppidulum parvum Italiæ, in Ducatu Mediolanenſi, & in agro Ticinenſi, inter Sylvanum & Caſtrum novum oppida, 2. mill. paſſ. à Ticino 18. à Dertona 7., teſte Ferrario.

CASSOVIA, *Caſchaw* incolis, *Caſſovie* Gallis, urbs Hungariæ ſuperioris caput, & Comitatus Abanvivarienſis præcipua, juxta rapidum fluvium Kunnertum ſita, & probe munita, 4. milliaribus Germanicis ab

Eperia in Auſtrum, Agriam verſus 15. Subeſt dominio Imperatoris tanquam Regis Hungariæ. Eſt tamen libera, & ſui penè juris, ſex milliaribus Hungaricis diſtans à Monte Carpatho in Meridiem.

CASSUBIA, Germaniæ tractus, in Ducatu Pomeraniæ ulterioris, vulgo *die Caßuben* incolis, & *la Caſſubie* Gallis, inter mare Balticum & Pruſſiam, ac inter Ducatus Stetinenſem & Wendenſem; Ibi urbes Colberga, Coſlinum, & Belgardia. Eam poſſidet Elector Brandeburgicus ab aliquot annis, pace Weſtphalica.

CASSUBUM REGNUM, *le Royaume de Caſſubi*, regio Indiæ extra Gangem, antea ſub dominio Regis Peguani, nunc proprio Regi ſubdita, in mediterraneis inter regnum Mandranellæ ad ortum, & regnum Tipuræ ad occaſum, urbem habens primariam cognominem, 150. mill. paſſ. a Canarana in Boream.

CASTABALA, urbs fuit Ciliciæ Campeſtris, Plinio, & Ptolemæo, in Aſia minori, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Anazarbeno, & Patriarcha Antiocheno, verſus oram littoralem ſinus Iſſici, inter Adanam ad occaſum & Anazarbam ad ortum, in Syriæ confinio, hinc populi Caſtabalenſes dicti, canes alentes ad bellum.

CASTALIUS, fons & mons Phocidis, in Græcia, Pauſaniæ & aliis, inter Delphos & Parnaſſum, mons celebris apud Poetas, pars Parnaſſi, fons muſis ſacer, (qui & Caballinus nomen habet) à Caſtalia virgine, dictus.

CASTAMON, urbs Aſiæ minoris in Cappadocia, & in limite Paphlagoniæ, teſte Cinnamo.

CASTANEA, *Caſtanheira*, burgus Portugalliæ regni in Extremadura provincia, ad Tagum fluvium, ubi aliquot monumenta antiquitatis, & 24. mill. paſſ. ſupra Olyſipponem in ortum æſtivum.

CASTANIA, urbs Apuliæ Peucetiæ in Italia, Stephano, nunc *Caſtellaneta*, urbs regni Neapolitani, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Tarentino, in provincia Hydruntina, ad Talvum fluvium, parva eſt ſed ſatis culta, media fere inter Mateolam ad occaſum, & Tarentum ad ortum, 18. mill. paſſ. undique diſtans, Motulæ proxima ad 6. milliaria, & principatus titulo gaudet.

CASTANOVITIUM, *Caſtanovitz*, arx Croatiæ, in ditione Turcica, ad fluvium Unnam, 3. milliaribus Hungaricis a Siſcia, & 4. à Petrina in ortum, verſus confinia Croatiæ Auſtriacæ.

CASTAON, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ Straboni, forſan ex Scriptorum incuria, cum ab aliis Caſtulo dicatur, vulgo *Catlona*, oppidum Vandalitiæ ad fluvium *Guadalimar*. Vide Caſtulo.

CASTELLA, *la Caſtilla* incolis, *la Caſtille* Gallis, *la Caſtiglia* Italis, Regnum peramplum Hiſpaniæ, & una ex tribus ejus partibus coeteris major cum late ſumitur; tunc enim complectitur Caſtellam proprie dictam, tam veterem quam novam, & Regna Legionis, Gallæciæ, Granatæ, Vandalitiæ, Navarræ, & Murciæ, cum Aſturia, Biſcaia, & Extremadura, quæ omnes ſub corona Caſtellæ cenſentur.

CASTELLÆ REGNUM PROPRIUM, ſeu ſtricte ſumptum complectitur tantum Caſtellam utramque, tam veterem quam novam, erat alias ſolum Comitatus ſub Regibus Legionis, & Regio titulo primum inſignita fuit anno 1016. ſub Ferdinando Rege, dividitur in novam, quæ ad Auſtrum, & veterem quæ ad Arctos, hinc Caſtellani populi, *los Caſtellanos* Hiſpanis, *les Caſtillans* Gallis, & *li Caſtigliani* Italis.

CASTELLA NOVA, *Caſtilla la Nueva*, quæ etiam Regnum Toletanum, pars eſt meridionalis Caſtellæ regni, ſatis culta & rigua, terminatur à Septentrione Caſtella veteri, ab Oriente Aragonia, & Regno Valentiæ, à Meridie regno Murciæ & Vandalitia, ab Occidente vero Extremadura provincia, ejus partes ſunt tres, nempe Algarria *l'Algarria*, quæ verſus Septentrionem extenditur, *la Mancha* verſus Meridiem, & tractus Montanus *la Sierra* qui ad ortum, erantque olim in hac regione Carpetani, & Oretani populi Hiſpaniæ Tarraconenſis: hujus vero regni caput erat alias Toletum urbs, à qua Regnum dictum fuit Toletanum, nunc vero eſt Madritum *Madrid*, quæ totius Caſtellæ late ſumptæ caput, & ſedes regia exiſtit, ſed notandum quod Caſtella nova vocatur ſemper regnum Toletanum in omnibus diplomatibus Regum Hiſpaniæ.

CASTELLA VETUS, *Caſtilla la vieja* incolis, *la vieille Caſtille* Gallis, pars eſt ſeptentrionalis Caſtellæ regni, quæ prior regia dignitate inſignita fuit, & in qua erant olim Avevacæ & Murbogi populi Hiſpaniæ Tarraconenſis, uti Vaccæi & Celtiberi ex parte, terminatur à Septentrione Aſturia Sanctæ Julianæ & Biſcaia, ab Oriente Navarra & Aragoniæ parte, à Meridie Caſtella nova, & ab Occidente Regno Legionis, ſub ipſa etiam cenſentur Ruſconia & Bureva provinciæ, eſtque pro majori parte montuoſa & male culta, dividitur in ſeptem Majorinatus, ſeu Merindadas, ut vocant, ſed cum late ſumitur complectitur etiam Alavam, Biſcaiam, Aſturiam utramque, & Ipuzcoam: & totius regni caput eſt Burgi, *Burgos* vulgo dicta, & notandum eſt quod Caſtella vetus dicitur etiam aliquando Caſtella propria ſive ſtricte ſumpta, quod ipſa ſit revera Caſtella vera ſive proprie dicta, & ſub hoc titulo nota per duo ſæcula antequam Regnum Toletanum vocaretur Caſtella nova.

CASTELLÆ VETERIS URBES.

Abula, *Avila.*
Burgi, *Burgos.*
Calaguris, *Calahorra.*
Calciata, *la Calzada.*
Segovia, *Segovia.*
Vallisoletum, *Valladolid.*

CASTELLÆ NOVÆ URBES.

Civitas Regia, *Ciudad Real.*
Complutum, *Alcala.*
Conca, *Cuenca.*
Madritum, *Madrid.*
Seguntia, *Siguenza.*
Toletum, *Toledo.*

CASTELLA AUREA, *la Caſtiglia de oro* Hiſpanis, ſic dicta fuit pars Americæ meridionalis, inter Iſthmum Panamæ, Peruam, & Venetiolam, à Caſtellanis antea detecta, nunc autem Terra firma vocatur ab omnibus vulgo, *Tierra Firme*, ſub dominio Hiſpanorum. Vide Terra firma.

CASTELLANA, *Caſtelane*, oppidum lautum Galliæ, in Provincia, ad Verdonem amnem, verſus montes, 2. leucis à Sanitio in Meridiem, ubi tranſlata ſedes Epiſcopi Sanicienſis.

CASTELLANETA, olim Caſtania, *Caſtellaneta*, urbs regni Neapolitani, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Tarentino, cum titulo Principatus, ad fluvium Talvum, in provincia Hydruntina, diſtat 9. milliaribus ab ora ſinus Tarentini.

CASTELLETUM, *le Catelet*, oppidulum Galliæ in Picardia provincia, & in Veromanduenſi tractu, ad fontes Scaldis fluvii, antea munitum, ſed ejus munitiones everſæ fuerunt anno 1674. medium fere eſt inter Cameracum ad Septentrionem, & Fanum S. Quintini ad Meridiem, in confinio Cameracenſis agri, & 5. leucis à Perona diſſitum in ortum æſtivum.

CASTELLANI, populi fuere Hiſpaniæ Tarraconenſis

nenſis Ptolemæo, inter Auſetanos ad Meridiem, Cerretanos ad Boream, & Lacetanos ad occaſum exrenſi, in eo tractu, obi nunc pars Cataloniæ, verſus fontes Rubricati fluvii, inter montes Pyrenæos ad Boream, & Teram fluvium, & prope Cardonam etiam protendebantur, eorum vero urbes fuere Bergá & Beſſida, teſte Nonnio.

Castellio, *Caſtillon*, oppidum Galliæ, in Aquitania & in Petrocoricenſi provincia, ad fluvium Duranium, ubi Angli victi, & grandi clade affecti à Gallis anno 1451. ſub Carolo VII. Rege. Diſtat 3. leucis à Liburnia in ortum, & totidem a Fano S. Fidei in occaſum, in ipſo limite Vazatenſis tractus, & Aginnenſis.

Castellio, *Chaſtillon*, oppidulum Galliæ in Sicalonia tractu, ad Carim fluvium, in ipſo confinio Bituricenſis provinciæ, 4. leucis infra Romorentinum in occaſum, & 8. à Bleſis in Meridiem.

Castellio ad Ararim, *Chaſtillon ſur Saoſne*, oppidulum Galliæ in Lotharingia; & in Barrenſi agro, in ipſo limite Campaniæ & Comitatus Burgundiæ, 6. leucis infra fontes Araris fluvii in Meridiem.

Castellio ad Ingerim, *Chaſtillon ſur Indre*, oppidum Galliæ in Turonia provincia, in limite Bituricenſis Ducatus, ad Ingerem fluvium, 4. leucis ſupra Lochiam in ortum hybernum, & 12. ab Ambaſia in Meridiem Argentonum verſus totidem.

Castellio ad Ligerim, *Chaſtillon ſur Loire*, oppidum Galliæ, ad Ligerim fluvium, in Bituricenſi provincia, & in ipſo limite Puſaeoſis tractus, 4. leucis diſtat á Concordiæ ſaltu in ortum æſtivum, & 6. a Sacro Cæſatiano in Septentrionem Montargium verſus.

Castellio ad Lupiam, *Chaſtillon ſur Loing*, oppidum lepidum Galliæ, in Vaſtinio tractu, cum caſtro in colle, ad Lupiam amnem, & antea Ducatus titulo inſignitum, 5. leucis ſupra Montargium in Meridiem diſtat, & 6. a Ligeri fluvio, olimque Caſtillio dictum fuit.

Castellio ad Matronam, *Chaſtillon ſur Marne*, urbecula Franciæ, in Campania ſuperiori, in colle ad Matronam fluvium ſita, vix 3. leucis a Sparnaco in occaſum, & 7. à Remis in Meridiem, patria fuit Urbani II. Pontificis Maximi.

Castellio ad Sequanam, *Chaſtillon ſur Seine*, urbs Galliæ ſatis culta & oblonga, cum Abbatia; in Ducatu Burgundiæ, ad Sequanam fluvium, montani tractus caput, 16 leucis à Divione in Septentrionem, & 13. à Lingonibus in occaſum.

Castellio Medulci, *Caſtillon en Medoc*, oppidulum Galliæ in Aquitania & in Medulco tractu, ad Gerunnam æſtuarium, 7. leucis infra Burdegalam in occaſum æſtivum, & 6. ab ora Oceani Aquitanici in ortum Blabiam verſus 3.

Castellionensis Lacus, *il Lago di Caſtiglione*, olim Prilis dictus, lacus eſt Hetturiæ, in agro Senenſi, & in Maritimo tractu, ſic dictus ab oppidulo ei adjacente, *Caſtiglione di Piſcaria*, inter Groſſetum & ditionem Plumbinenſem. Paulo poſt in mare Mediterraneum ſe exonerat, ſub dominio Magni Ducis Hetturiæ.

Castellodunum, *Chaſteaudun*, urbs Galliæ, lepida & culta in Belſia provincia, & in Dunenſi tractu ab ea dicto, ſita eſt in colle, ad Lædum fluvium, cum caſtro antiquo, octo leucis ſupra Viodocinum in ortum, 28. leucis a Rothomago in Meridiem, & totidem à Pariſiis in occaſum.

Castellum Album, *Caſtel Branco*, oppidum Portugalliæ regni in Beira provincia, quod Albicaſtrum etiam dicitur, & Caſtium Album, vix 3. leucis à Tago fluvio diſtans, & a confinio Extremaduræ Legionis in Septentrionem, & 7. ab Igædita in occaſum.

Castellum Aquarum, Ammiano, quod & Aquæ Helveticæ, & Thermæ ſuperiores, *Baden*, oppidum Helvetiæ ad Limagum fluvium, etiam *Ober Baden*, id eſt Bada ſuperius dictum ad differentiam alterius, & ubi Comitia generalia Helvetiorum haberi ſolent. Vide Aquæ Helveticæ.

Castellum Arianorum, ſeu Caſtelavium Auracium, *Caſtelnaudary*. oppidum Galliæ, in Occitania ſuperiori, celebre pugna ibi commiſſa anno 1632. Sedet in colle, 3. leucis à Carcaſſona in occaſum, & 8. a Toloſa in ortum hybernum.

Castellum Cattorum, *Caſſel*, urbs Haſſiæ primaria. Vide Steteontium & Caſſella.

Castellum Durantis, *Caſtel-Durante*, oppidum alias Italiæ, in Ducatu Urbinate, poſtea ab Urbano VIII. Pontifice Maximo factum fuit civitas, anno 1635. & dicta Urbania in ditione Eccleſiæ. Vide Urbania.

Castellum Grottarum, *le Grotte*, vicus Italiæ in Marchia Anconitana, & in ditione Firmanæ urbis, in ora maris Adriatici prope Firmum, ſub dominio Summi Pontificis, ubi natus Felix Petertus, poſtea dictus Sixtus V. Pontifex Maximus, è Monte alto oriundus, teſte Ughello, quanquam alii credant in ipſa urbe Montiſalti natum.

Castellum Holmium, *Caſtelholm*, caſtrum Sueciæ, & Alandiæ inſulæ præcipuum, in mari Baltico, ad fauces ſinus Bothnici, cum portu capaci inter ſcopulos.

Castellum Hunnorum, ſeu Caſtellaunum, *Caſtellaun*, oppidulum eſt tenue Germaniæ, in Palatinatu Rheni, & in tractu Hunnorum dorſo dicto, in ipſo limite ditionis Trevirenſis, uno milliari Germanico à Simmera in Septentrionem, & 2. à Moſella fluvio in ortum Veſaliam ſuperiorem verſus vix 3. ſub dominio Electoris Palatini, cui obvenit ex hereditate Principis Simmeræ.

Castellum Menapiorum, oppidum Germaniæ inferioris, Ptolemæo, & Ammiano, nunc eſt *Keſſel*, caſtrum Belgii in Ducatu Gueldriæ, teſtibus Divæo & Huberto Leodio, & in Gueldria ſuperiori, in ipſo limite ditionis Leodienſis, 2. leucis infra Ruremundam in Septentrionem Venloaoi verſus, eſtque ad Neerſium fluvium qui paulo infra cadit in Moſam, ab eo tractus parvus adjacens dicitur *t'Landt van Keſſel* incolis, *le païs de Keßle* Gallis, inter Moſam ad ortum & paludes *Peel* ad occaſum, extenſus à Septentrione in Meridiem in Gueldria ſuperiori.

Castellum Parisiorum, urbs Galliæ Celticæ. Vide Lutetia, & Pariſii.

Castellum in Vosago, *Chaſtel*, oppidum Galliæ in Lotharingiæ Ducatu, eſt in Voſago tractu, ad Moſellam fluvium, unde etiam dicitur *Chaſtel ſur Moſelle* ab incolis, diſtat 2. leucis à Spinalio in Septentrionem Nanceium verſus, & 3. a Mirecurtio in ortum.

Castellum Ripense, municipium Italiæ, ad Metaurum fluvium, ubi poſtea *Caſtel Durante*, & nunc Urbania, urbs recens in Ducatu Urbinate, ex veteri ejuſdem urbis inſcriptione Vide Caſtellum Durantis & Urbania.

Castellum Morinorum, oppidum Galliæ Belgicæ Antonino, nunc *Caſſel*, oppidum Belgii, in Comitatu Flandriæ, teſte Divæo cum aliis, in colle ſitum, unde ſæpe *Mont Caſſel* dicitur, eſtque lepidum & cultum, & Caſtellaniæ ſeu tractus cognominis caput, 4. leucis ab Ipra diſtans in occaſum Audomaropolim verſus 3. & ad illud Flandri victi, & maxima clade affecti fuere à Philippo Pulchro Rege Galliæ die 22. Auguſti 1328. uti etiam Hiſpani & Belgæ uniti, die 11.

Aptilis anno 1677. à Francis ſub Philippo Aurelianenſi Duce, ſubeſtque dominio Francotum pace ad Noviomagum ſancita anno ſequenti.

Castellom Tabernarum, quod & Saurio, & Tabernæ Moſellanicæ, *Berncaſtel*, oppidulum Germaniæ ad Moſellam fluvium, in ditiooe Ttevirenſi. Vide Tabetnæ Moſellanicæ.

Castallum Vatranum, *Caſtel Vetrano*, oppidnlum Siciliæ, in colle verſus oram meridionalem, & in Valle Mazaræ, principatus titulo inſignitum, 6. milliaribus à Maaata in ortum.

Castalon, oppidum Hiſpaoiæ citeriotis amplum, nunc ex veteri inſcriptione interpretantur *Caſtellon d'Ampurias*, oppidulum Hiſpaniæ in Catalonia, in ora littorali maris Mediterranei, prope Empotias oppidulum, 5. leucis à Gerunda in ortum æſtivum, & 8. ab Helena in Meridiem.

Castilio Stiverorum, *Caſtiglione delle Stivere*, oppidulum munitum Italiæ, intta limites Ducatus Manruani. Gaudet arce non temnenda, & titulo Principatus Gonzagarum, cum regoincula adjacente, quæ ptoprio paret Principi, 12. milliaribus diſtans à Piſcaria; eſtque ferme medium intet Mantuam & Breſciam.

Castillio Mantuanus, *Caſtiglione Mantuano*, oppidulum Italiæ, in Ducatu Mantuano, 15. milliaribus à Mantua Vetonam vetſus.

Castorta Castra, utbs Macedoniæ Antonino, quæ Caſtoria Chalcondylo, etiam vulgo *Caſtoria*, urbs Macedoniæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Acridenſi, ad Lychnidum lacum, Prileppo & Achridæ urbibus propinqua.

Castra Alata, urbs Britanniæ magnæ, Ptolemæo, nunc *Edimburgh*, urbs Scotiæ tegia. Vide Alata caſtra, & Edinburgum.

Castra Cæcilia, oppidum Luſitanorum, Plinio, nunc eſt oppidulum *Caceres* dictum, in Extremadura provincia regni Legionenſis, teſte Morali, intet Auguſtam Emeritam, & Cauriam ad Septentrionem, in ampla planitie juxta fluvium *Salot*, 3. leucis diſtans à Tago fluvio in Metidiem, & 16. a Placentia in occaſum hybernum, uti a Guadalupia in occaſum, 8. autem à Tutti Julia, quanquam Varrerio ſit Guadalupia, dicitur etiam ab aliis Caſtra Cæſaris & Caſa Ceteris.

Castra Catulina, oppidum Norici, Spartiano, nunc teſte Lazio, eſt *Tuln*, oppidulum Auſtriæ inferioris in Germania, ad amnem cognominem, qui uno milliari infta in Danubium cadit, & 5. milliatibus Germanicis ſupta Viennam in occaſum.

Castra Constantia. Vide Conſtantia caſtra.

Castra Cornelsa, Africæ propriæ oppidum Plinio, quod Corneliana caſtra Cæſari, in ora intet Carthaginem & Uticam.

Castra Exploratorum, oppidum Brigantum in Britannia prima, ex Antonino, ounc teſte Camdeno, eſt vicus quem vulgus *Old Carlile*, ſeu vetus Carleolum vocar, in Cumbria Comitatu Angliæ Botealis, ptope Catleolum, aliis autem teclamante quamvis omnino diſtantia, *Drum boug* caſtrum ejuſdem provinciæ vicinum vico *Burgh upon ſands* dicto.

Castra Garmanorum, oppidum Mauritaniæ Cæſarienſis maritimum, Ptolemæo, nunc vicus *Briſca*, teſte Moletio, & aliis *Brexar* in Regno Algeriano, inter Juliam Cæſaream ad ortum, & Apollinis promontorium ad occaſum.

Castra Hannibalss, portus magnæ Græciæ Plinio, nnnc eſt pagus *li Caſtelli* dictus, teſte Leandro, in Calabria Ulteriori, cum portu in ora maris Ionii, Eſulæ urbi proximus, 22. mill. paſſ. à Catacio in ortum verſus Lacinium promontorium, & ab eo ſinus adjacens dicitur *il Golfo delli Caſtelli* à nautis.

Castra Herculis, oppidum Ubiorum in Germania, Ammiano, quod ab aliis Herculianum & Herculiani dicitur, nunc eſt *Erkelens* oppidulum Ducatus Gueldriæ, inſertum Ducatu Juliacenſi, verſus Rutam fluvium, 3. milliaribus Germanicis diſtans à Juliaco in Septentrionem, & 7. à Colonia Agrippina in occaſum, ſed ejus caſtrum dirutum fuit à Francis anno 1674.

Castra Julia, utbs Hiſpaniæ Luſitanicæ, Plinio, nunc *Trugillo*, urbs Hiſpaniæ in Extremadura provincia, quæ & Turris Julia dicitur ab aliis, 14. leucis diſtans ab Emerita in ortum, uti 8. à Caſtris Cæcilis Guadalupiam verſus totidem.

Castra Leuca, oppidum Hiſpaniæ in Luſitania, Hauberto Hiſpalenſi, nunc interpretantur *Caſteloblanco*, oppidulum Pottugalliæ. Vide Caſtellum Album.

Castra Lucii, *Chalus*, caſtrum Galliæ in Lemovicenſi provincia, ubi occiſus Richardus I. Angliæ Rex anno 1200. ſitum eſt in ipſo limite Pettocoricenſis & Engoliſinenſis provinciarum, leucis 6. à Lemovico in occaſum hybernum Petrocorium verſus.

Castra Mariana, *Camariano*, caſtrum Italiæ in Ducatu Mediolanenſi, in agro Novarienſi, ex antiqua traditione, ſedet in planitie, diſtatque 5. mill. paſſ. à Novaria in occaſum Bugellam verſus, ſed in vetoſtis monumentis, hic locus Atcomarianum etiam quaſi arcus Marianus nominatur, teſte Ferrario. Vide ibi.

Castra Mariana, *la Camargue*, tractus Galliæ in Provincia, inter oſtia Rhodani fluvii, infra Atelate, & in limite Occitaniæ inferioris, ubi alias caſtra Marii contra Cimbros, quanquam alitet ſentiat Catellus in hiſtoria Occitaniæ.

Castra Martis, Daciæ Ripenſis caſtellum, antea urbs Epiſcopalis, teſte Luca Holſtenio.

Castra Metallina, ex veteri inſcriptione, ſeu Metallinum, oppidum fuit Luſitanorum in Hiſpania Antonino, nunc *Medelin*, oppidum Extremaduræ provinciæ regni Legionis, octo leucis ab Emerita in ortum, ad Anam fluvium. Sed hic fluvius non ibi conditus emergit poſt ſeptem leucas, neque in alia parte Extremaduræ, ut nobis hactenus fabulati ſunt Hiſpani, cùm revera Anas tantùm ſpatio unius leucæ in terram ſe abſcondat prope fontes, in agro Lamitaoo, in Caſtella nova, 8. leucis ſupra oppidum Calatravam dictum. Vide Metallinum.

Castra Oroaonii, ſeu Hordeonii, *Ordinguen*, oppidum Germaniæ in inferiori Electoratu Colonienſi, ad Rhenum fluvium, è regione Montenſis Ducatus, & in limite Comitatus Murſenſis, ubi Auſtriaci victi & maxima clade affecti fuere à Gallis anno 1641. diſtat 8. milliatibus à Colonia Agrippina in Septentrionem, uti 3. à Noveſio Veſaliam verſus 4.

Castra Posthumiana, oppidum Hiſpaniæ Aulo Hirtio, nunc teſte Ambroſio Morali, eſt oppidulum *Caſtro el Rio* dictum, in Vandalitia provincia, ad fluvium Marbellam, 6. leucis a Corduba in ortum Vaenam verſus 2.

Castra Sarræ, *Sarburg*, oppidulum Germaniæ, ad Saravum fluvium, in ditione Electoris Trevirenſis, teſte Zeilero, vix 3. milliaribus Germanicis, à Treviris in Meridiem, ſed aliis eſt *Sarbruck*, urbs Lotharingiæ alias Imperialis, ad eundem fluvium, hodie ſub dominio Regis Galliæ, tamen prior interpretatio probabilior.

Castra Vatera, oppidum Germaniæ inferioris, Tacito, quod Vetera Ptolemæo, nunc *Santen*, oppidulum Germaniæ, in Ducatu Clivenſi, prope & cis Rhenum fluvium, inter Veſaliam & Calcariam, 3. milliatibus Germanicis à Clivia. Vide Vetera.

Castra Vetera, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ,

quod nunc Moralis interpretatur Hellerena ſive Ellerena *Llerena*, oppidulum Hiſpaniæ in Extremadura. Vide Ellerena.

Castra Vicelliana, oppidum Hiſpaniæ in Luſitania, ex veteri inſcriptione, quod Morales & Varrerius interpretantur *Medelin* oppidum Extremaduræ. Vide Caſtra Metallina & Metallinum.

Castra Ulpia, oppidum Germaniæ inferioris, ex Antonino, nunc quibuſdam eſt *Alpen*, prope Santas urbem Clivenſis Ducatus, Simlerus *Cleves* Cliviam urbem interpretatur; ſed Cluverius exiſtimat legi debere Colonia Ulpia Trajana, quæ nunc *Kellen* vicus prope Cliviam ad Rhenum. Vide Colonia Ulpia Trajana.

Castrensis Ducatus, *lo Stato di Caſtro* incolis, *l'Eſtat de Caſtres* Gallis, tractus eſt Hetruriæ in provincia Patrimonii, Ducatus titulo inſignis, alias ſub dominio Ducis Parmæ, hodie autem in ditione Summi Pontificis ab anno 1649. terminatur à Septentrione agro Urbevetano, ab ortu provincia Patrimonii S. Petri, à Meridie mari Tyrrheno, & ab occaſu agro Senenſi, ejus urbs primaria erat Caſtrum urbs nunc exciſa, & cujus vix agnoſcere potui ruinas cum per illas partes tranſirem, ſunt etiam in illo tractu Mons altus, Marta, & Valentanum oppida, cum lacu Volſinio

Castrensis Tractus, *le Caſtrez*, tractus Galliæ in Occitania, & in Albigenſi provincia, cujus pars eſt meridionalis, extenditur inter Albigenſem Diœceſim, Lauraci Comitatum, Ruthenenſem provinciam, & Occitaniam inferiorem, verſus Caſtrum Albienſium.

Castriferrensis Comitatus, *le Comté de Sarwar*, tractus eſt Hungariæ inferioris, ſub dominio Auſtriacorum, extenditur juxta Arrabonem fluvium, terminaturque a Septentrione Comitatu Javarienſi, ab ortu Comitatu Veſprimienſi, & a Meridie Zaladienſi, ad occaſum vero Stiria & Auſtria, & ejus oppidum præcipuum eſt *Sarwar*, ad Arrabonem.

Castrilocus, mons Belgii ubi poſtea ædificata fuit Montes, *Mons*, urbs Hannoniæ præcipua, ſicque ſcribitur in titulis mediæ ætatis, & Mons Caſtrilocus. Vide Montes.

Castrimonium, oppidum Volſcorum, in Latio, ex veteri inſcriptione, nunc forſan *Caſtro*, caſtrum ditionis Eccleſiæ, in Campania Romana, verſus Lirim fluvium & confinia regni Neapolitani, teſte Ortelio, medium inter Aquinum & Pipernum, 12. milliaribus ab Alatrio, & totidem à Sora in Meridiem, 20. autem à Signia in ortum.

Castrum, *Chatres*, oppidulum Galliæ in provincia Inſulæ Franciæ, & in Hurepoiſio tractu, ad fluvium parvum *l'Orge* dictum, 8. leucis diſtat à Pariſiis in Meridiem, uti 2. a monte Letherici Stampas & Aurelianum verſus.

Castrum, *Caſtro*, urbs fuit parva Hetruriæ, Ducatus Caſtrenſis caput, Duci Parmæ antea ſubdita, munita, & Epiſcopalis; ſed ab Innocentio X. Pontifice Maximo funditus everſa & deleta fuit anno 1649. propter mortem Chriſtophori Giardæ illius ultimi Epiſcopi occiſi die 18. Aprilis 1649. prope Montem Roſei, & ejus Epiſcopatus Aculam tranſlatus, erat in monte juxta amnem Olpitam, 13. milliaribus ab ora maris Tyrrheni in Septentrionem, paulo minùs à Soana in Meridiem, uti à Tuſcania in occaſum, & creverat ex ruinis Volciæ urbis exciſæ in viciniis, ab eâ regiuncula adjacens dicta fuit *lo Stato di Caſtro* ab incolis.

Castrum ad mare Bruceanum, *Caſtello à mare della Brucca*, oppidulum Italiæ in regno Neapolitano, & in provincia Principatus Citerioris, in ora maris Tyrrheni, prope rudera Veliæ urbis, 8. milliaribus à Palinuro promontorio in Septentrionem.

Castrum ad mare Stabiarum, ſive Stabiæ, *Caſtel à mare* cognomento *di Stabia*, urbs parva Italiæ in regno Neapolitano & in provincia Principatus citerioris, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Surrentino, in ora ſinus Neapolitani. Vide Stabiæ.

Castrum Alarici, *Alairac*, pagus Galliæ in Occitania ſuperiori, inter Carcaſſonam & Narbonam, teſte Catello.

Castrum Alio, *Chaſtel Aillon*, caſtrum Galliæ in Alnetenſi tractu Santoniæ provinciæ, & in ora Oceani Aquitanici, vix 2. leucis à Rupella urbe in Meridiem Broagium verſus.

Castrum Album, *Caſtelobranco*, oppidum Portugalliæ in Beira provincia. Vide Caſtellum Album.

Castrum, ſeu Caſtrum Albienſium, *Caſtres*, urbs Galliæ, in Occitania ad Agotium fluvium, in Albigenſi provincia, Epiſcopalis facta anno 1317. à Joanne XXII. ſub Archiepiſcopo Bituricenſi, nunc autem ſub Albigenſi Archiepiſcopo ab anno 1678. 6. leucis diſtat à Carcaſſona in Septentrionem Albigam verſus, à qua tot leucis diſſita, & 10. à Toloſa, fuit alias pars Diœceſis Albigenſis, cum tractu adjacente *le Caſtrez* dicto, teſte Catello.

Castrum, urbs Siciliæ exciſa, Diodoro, ad Arcatani oppidum, teſte Fazello, ab Aluntio 15. mill. paſſ. in ortum æſtivum, Patria Epicharmi.

Castrum ad Lædum, ſeu Caſtrum Lidum, *Chaſteau du Loir*, oppidum Galliæ, in Cenomanenſi provincia, ad Lædum fluvium. Sedet inter Turones ad Meridiem ad 8. leucas, & Cenomanum ad Septentrionem ad 9. circiter, prope confinia Turoniæ provinciæ.

Castrum ad mare de Gulfo, *Caſtell à mare*, oppidum Siciliæ inſulæ in Valle Mazarenſi, & in ora ejus ſeptentrionali, cum portu ampliſſimo, ſive potius ſinu parvo, ubi olim Segeſtanorum emporium, teſte Cluverio.

Castrum Altum, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, cæde Amilcaris memorabile, Livio, nunc *Caſtralla*, vicus regni Valentiæ, inter Saguntum ad Meridiem & Carthaginem veterem ad Septentrionem, teſte Beuthero, ſed Florianus interpretatur *Caſtel-feras* caſtrum ejuſdem regni.

Castrum Aragonense, *Caſtel-Aragoneſe*, urbs Sardiniæ inſulæ in ejus parte ſeptentrionali, & in provincia Loci aurei, parva eſt ſed ſatis culta, & munita in monte arduo, cum caſtro, & portu capaci ad oſtia fluvii *de Coquinas* dicti, crevit ex ruinis Frixani urbis in viciniis, teſte Franciſco de Vico, & ad eam tranſlatus fuit Epiſcopatus Empurienſis, ſub Archiepiſcopatu Saſſaritano ab anno 1503. ipſa autem diſtat 100 circiter milliaribus a Calari in Septentrionem, uti 80. ab Arborea, & 24. a Saſſari.

Castrum Bonæ Spei, *Het Caſtel van Goede Hope* Belgis, arx recens Africæ meridionalis in Cafreria regione, & prope promontorium bonæ ſpei, à paucis annis erecta & munita à Belgis unitis, ad radices montis Tabulæ, teſte Dappero, ſed parva eſt, cum colonia ei adjacente.

Castrum Bononiense, *Caſtel Bologneſe*, oppidum Italiæ, in ditione Bononienſi, quanquam in Romandiola propria inſertum, in via Æmilia, inter Imolam ad occaſum, & Faventiam ad ortum, ſub dominio Summi Pontificis.

Castrum Brientii, *Chaſteau Briant*, oppidum Galliæ, in Britannia, verſus Andegavenſem provinciam, 10. leucis à Namnetis in Septentrionem, cum caſtro antiquo, dicitur etiam caſtrum Briantii.

Castrum Britonum, *Dunbritton*, oppidum Scotiæ meridionalis, in Levinia provincia, cum arce munitiſſima, ubi Levinus fluvius cadit in Glottam fluvium, diſtat 8. milliaribus à Glaſcoa in occaſum æſtivum. Vide Dunbretonium.

verſus 2. & Coſnacum 5. in ejus viciniis acriter dimicatum inter Gallos anno 1569.

Castrum Novum Arrii, *Caſtelnau d'Arry*, oppidum Galliæ in Occitania ſuperiori. Vide Caſtellum Arianorum.

Castrum Novum, *Chaſtean-neuf*, cognomento *en Timerais*, oppidulum Galliæ in Inſula Franciæ, & in Timerenſi tractu, in limite Perticenſis provinciæ & Belſiæ, 4. leucis à Carnuto in occaſum æſtivum Vernolium verſus.

Castrum Novum, oppidum Liguriæ, nunc *Caſtel novo di Scrivia*, oppidum Ducatus Mediolanenſis in Dertonenſi agro, ad Scriviam fluvium, unde ei cognomen, 3. mill. paſſ. à Pado fluvio in Meridiem Dertonam verſus, a Gothis ædificatum, teſte Caſſiodoro, inter Alexandriam ad occaſum hybernum, & Ticinum in ortum æſtivum, dicitur etiam ſæpe *Caſtelnovo Tortoneſe*, ad differentiam aliorum.

Castrum novum, oppidum Piceni in Italia, ex Antonino, nunc exciſum, & ejus rudera viſuntur, *Flaviano* dicta, in Aprutio Ulteriori, teſtibus Blondo, Leandro, & Cluverio, in ora maris Adriatici ad oſtia Batini fluvii, prope Juliam novam, & 12. mill. paſſ. ab Atria in Septentrionem, inter Truentum & Aternum fluvios.

Castrum novum, urbs & colonia Hetruriæ Plinio, & Livio, nunc eſt caſtrum *S. Marinellæ* dictum in provincia Patrimonii S. Petri, gentis Barberinæ, in ora maris Tyrrheni, 34. mill. paſſ. ab urbe Roma in occaſum, Centumcellas verſus 6. cum portu alias ſatis tuto, ſub dominio Summi Pontificis, ut ex loci diſtantia liquet, & ut pluribus me docuerunt, dum illas partes inviſerem.

Castrum novum, *Caſtro nuovo*, oppidum Siciliæ inſulæ, in Valle Mazaræ in mediterraneis, inter rupes ſitum, prope fontes Himeræ fluvii, & fere medium inter Panormum ad Septentrionem, & Agrigentum ad Meridiem.

Castrum novum Grafnianum, *Caſtel novo di Carfagnana*, oppidum amplum Italiæ, & caput Cafetonianæ ſeu Grafinianæ provinciæ parvæ, ubi arx munita dicta Mons Alphonſus. Subeſt Duci Mutinenſi, ſedetque verſus montem Apenninum, & prope Sercium fluvium, 20. milliaribus à Lucca in Septentrionem.

Castrum Octavianum, vicus Hiſpaniæ Tarraconenſis prope Barcinonem, ex veteri traditione, nunc *San Locar*, caſtrum Cataloniæ, verſus oram maris Balearici, teſte Morali.

Castrum Plebis, *la Pieve*, ſive etiam *la Pieve di Cadore*, oppidum Italiæ, Cadubrii tractus caput in Ducatu Fori Julii. Vide Plebs.

Castrum Plebis, oppidum Italiæ in Hetruria, quod à Clemente VIII. dictum fuit Civitas Plebis, & Plebana orbs, ab ipſo Epiſcopatu inſignita. Vide Civitas Plebis.

Castrum Porciani, *Chaſtean Portien*, oppidum Franciæ, in Campania provincia & in Retelenſi agro, ad Axonam fluvium, Principatus titulo clarum, vix 2. leucis à Retelio in occaſum, & 8. a Remis in Septentrionem, eſtque in Porciano tractu.

Castrum Raynardi, *Chaſteau Raynard*, oppidulum Galliæ, in Inſula Franciæ & Vaſtinio agro, ſupra amnem *Ovayne*, 4. leucis à Montargio in ortum, & 27. à Pariſiis in Meridiem, ſub dominio utili Principis Auraici, caſtrum habuit in colle nunc dirutum.

Castrum Regale, *Caſtro Reale*, oppidum amplum Siciliæ, intra montes, in Valle demonæ, 10. milliaribus à Mylis in Meridiem Cataniam verſus & in agro Meſſanenſi, conditum fuit à Friderico II. Rege anno 1330, ex plurium pagorum reliquiis, teſte Fazello, & 2. milliaribus diſtat ab Abbatia de Gala.

Castrum Reginaldi, *Chaſteau Regnaud*, oppidulum Galliæ in Engoliſmenſi provincia, & in confinio Pictavienſis, ad Canentelum fluvium, 6. leucis ab Engoliſma in Septentrionem.

Castrum Reginaldi, *Chaſteau Regnault*, caſtrum munitum Franciæ, in Retelenſi agro, in colle, cum titulo Principatus, ad Moſam fluvium, duabus leucis infra Carolopolim in Boream, in limite Leodienſis dominii, & Ducatus Luxemburgenſis.

Castrum Rufum, *Chaſteau Roux*, oppidum Galliæ, in provincia Bituricenſi, Ducatus titulo inſignitum, ad Ingerem fluvium, 7. leucis ab Exeloduno in Meridiem. Dicitur etiam & forſan melius, Caſtrum Radulphium, unde antea *Chaſteau Raoul* vocabatur.

Castrum Salinarum, *Chaſteau Salins*, oppidulum Galliæ in Lotharingia, Salinis celebre, vix 2. leucis a Marſalio in occaſum diſtans, & 4. a Nanceio in ortum æſtivum.

Castrum S. Anemundi, *S. Chamond*, oppidum Galliæ cum caſtro in Lugdunenſi provincia, ad fluviolum *Giez*, & in limite Forenſi, dicitur etiam fanum S. Chanemundi, & aliquando ſed male *S. Chanmont*, ſeptem leucis diſtans à Lugduno in occaſum hybernum, Fanum S. Stephani verſus duo.

Castrum S. Angeli, *S. Angelo*, oppidum Italiæ, in Ducatu Mediolanenſi, non longè à Lambro fluvio, & 7. milliaribus à Laude Pompeia.

Castrum S. Petri, *Caſtel S. Pietro*, oppidulum Italiæ in ditione Eccleſiæ, & in Bononienſi agro, ad Selerum amnem, inter Bononiam ad occaſum & Imolam ad ortum.

Castrum S. Petri, oppidum Italiæ in Hetruria, in monte arduo, cujus fit mentio in actis mediæ ætatis, nunc ſæpius dicitur Radacophanum. Vide ibi.

Castrum S. Petri, *Caſtel S. Petro*, oppidum Aſiæ minoris, in Caria, in ora littorali probe munitum, ex oppoſito inſulæ Choo, & prope Termetium promontorium, teſte Coriolano Cippico.

Castrum S. Vendelini, *S. Vendel*, oppidulum Germaniæ in Trevirenſi ditione ab anno 1317. cum antea eſſet juris Saræpontani, eſt in tractu *Weſtreich* dicto, 7. milliaribus Germanicis à Treveris diſtans in ortum hybernum, & 2. à Bircofeldia in Meridiem, in limite Palatinatus inferioris, & peſſime habitum fuit ultimo bello Germanico.

Castrum Stiliconis, *Caſtion*, oppidulum Italiæ in agro Mediolanenſi, teſte Merula, a Mediolano 25. mil. paſſ. Vareſium verſus 7. à Stilicone viro clariſſimo Honorii Auguſti ſocero nominatum, prout alia caſtra, ſive oppida ejuſdem nominis in Italia.

Castrum Saracenum, *Caſtel Saraſin*, ſeu *Caſtel ſur Azin*, urbecula Galliæ in Occitania, prope Toloſam, ad amnem *Azin* qui paulo poſt cadit in Garumnam fluvium, unde loco nomen.

Castrum Tabernarum, *Berncaſtel*, oppidulum Germaniæ. Vide Caſtellum Tabernarum.

Castrum Theodoricum, *Chaſteau Thierry*, urbs lepida Galliæ, cum caſtro in Bria provincia, & in limite Campaniæ, ad Matronam fluvium. Ducatus titulo gaudet. 10. leucis diſtans a Meldis in ortum, & 20. à Pariſiis Catalaunum verſus 16. & 12. à Remis, in occaſum hybernum.

Castrum Truentinum, oppidum Piceni Livio, nunc exciſum, ad oſtia Truenti fluvii. Vide Truentum.

Castrum-Veteranum, *Caſtel-Vetrano*, oppidum cultum Siciliæ inſulæ in Valle Mazaræ, principatus titulo clarum, olim Caſtrum Entellicum dictum, Vide Caſtellum Veteranum.

Castrum Villanum, *Chaſteau Vilain*, op-

pidulum Galliæ in Campania provincia, cum caſtro ad Albulam fluvium, 3. leucis a Claravalle in Meridiem, uti 5. à Barro.

CASTRUM URDIALÆ, *Caſtro de Urdiales*, oppidulum Hiſpaniæ in Biſcaia provincia, cum arce & portu in ora Oceani Cantabrici, inter quatuor oppida littoralia tertium locum ſibi vindicat, & 4. leucis diſtat à Laredo oppido in ortum æſtivum Bilbaum verſus.

CASTULA, ſeu Caſtelho, oppidum Thuſciæ Diodore Siculo, hodie *Caſtiglione Aretino*, oppidulum Hetruriæ, inter Aretium ad Boream & Cortonam ad Meridiem, medium ferè intra montes, 4. milliaribus a Clani palude, ſub dominio Magni Ducis Hetruriæ. 15. milliaribus diſtat in Septentrionem ab altero oppido Caſtellione dicto, *Caſtiglione del lago*, juxta lacum Traſimenum, in agro Peruſino, & in ditione Summi Pontificis.

CASTULO, valida urbs fuit Hiſpaniæ Bæticæ in Oretanis, Ptolemæo, olimque municipium, & poſtea Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Toletano, condita fuit a Phocenſibus qui Boeotiam incolebant, ante bellum Trojanum, teſte Mariana, in monte ſedet, eſtque nunc *Caſlona* tenuis vicus Hiſpaniæ in Vandalitia, ad fluvium *Guadalimar* dictum, qui 2. leucis infra cadit in Bætim ad occaſum, & 2 a Biatia, prope caſtrum *Linares* dictum, 8. leucis ab Illiturgi in ortum, & totidem in Meridiem à confinio Novæ Caſtellæ, & à tranſito *el Puerto de Muradal*, hinc dictus fuit Caſtulonenſis tractus adjacens, dicta fuit etiam Caſtulo Parnaſia. Populi Caſtulonenſes Plinio.

CASTULONENSIS SALTUS, montes Hiſpaniæ in Oretanis, Plinio, prope Caſtulonem, ubi tranſitus, *el Puerto de Muradal* dictus, inter Caſtellam novam & Vandalitiam, Biatiæ urbi proximus, ab ea 8. leucis in Septentrionem, juxta montes *las Navas de Toloſa* dictos, & ad ipſos Mauri victi, & maxima & pene incredibili clade affecti fuere à Chriſtianis, die Lunæ 16. Julii anno 1202. ubi 200. millia Maurorum cæſa fuere ſub Alfonſo Rege Caſtellæ.

CASUENTUM, municipium Umbriæ ex veteri inſcriptione, cujus populi Caſuentilani Plinio.

CASUENTUM, Italiæ fluvius in Brutiis, teſte Plinio, Baſentium Paulo Diacono, *il Baſſento* nunc, teſte Mazella, prope Conſentiam fluit in Calabria ſuperiori ſeu citeriori, & mox Crati conjungitur, ſub ejus alveo Alaricus Gothorum Rex ſepultus ſcribitur, teſte Jornande.

CASURGIS, urbs Germaniæ, Ptolemæo, nunc teſtibus Appiano & Ortelio, eſt *Caurzim*, oppidum Bohemiæ, inter Pragam ad occaſum 5. milliaribus Germanicis, & Cutnam ad ortum 2. diſtans, quamquam ſint qui credant Caſurgim eſſe Pragam, Vide Caurzima.

CATABATHMUS, urbs Marmaricæ littoralis in Africa, Plinio, & Ptolemæo, media inter Cyrenem ad occaſum, & Alexandriam ad ortum, teſte Mela, & 130. a Paratonio urbe in occaſum, ex itinerario Antonini, & nunc *Carto* dicitur a Moletio, *Salona* aliis.

CATACIUM, quæ Catanzara recentioribus *Catanzaro*, urbs Italiæ ampla, Calabriæ Ulterioris caput, in Regno Neapolitano, à Græcis extructa ſub Nicefoto Comneno Imperatore, Epiſcopalis facta fuit ſub Archiepiſcopo Rhegino à Calixto II. Pontifice Maximo, qui etiam ei perpetuo univit Tabernenſem Epiſcopatum, ſupra montem poſita eſt, & in ea commoratur provinciæ Præfectus, 5. milliaribus tantum diſtat ab ora ſinus Scillacei in Septentrionem, eſtque media inter Belicaſtrum ad ortum æſtivum, & Scillaceum ad occaſum hybernum, 10. milliaribus utrinque diſſita, à Crotone 30. in occaſum, & 80. a Rhegio in Septentrionem Tabernam verſus 8.

CATACUMBA, locus Romæ, in Via Appia, 3. ab urbe milliario, prope Eccleſiam S. Sebaſtiani, & ad Coemeterium Calliſti in Lucinæ agro, cujus meminit S. Gregorius, & in quo innumera corpora Martyrum condita fuere, eſtque locus ſubterraneus, ad aliquot milliaria extenſus a Chriſtianis antiquis, ubi perſæpe ſe occultabant, tempore perſecutionum ſub primis Imperatoribus, ab eo alia coemeteria ſubterranea antiqua extra urbem Romam dicta fuere Catacumbæ, *le Catacumbe* Romanis, *les Catacombes* Gallis, quamquam abuſive, talia ſunt coemeteria Balbinæ Via Ardeatina, Calepodii Via Aurelia, Caliſti, Ciriacæ, Felicitatis Via Salaria, Pretextati, Priſcillæ Via Salaria, Proceſſi & Martiniani, & alia. De quibus Vide Coemeteria.

CATADUPI, populi Æthiopiæ Plinio, ad Catarractas Nili incolentes, unde ipſæ Catarractæ Catadupa à Macrobio appellantur.

CATAIA, *le Catay*, regio Aſiæ, de qua Marcus Paulus Venetus plurima ſcripſit, & quam Europæi huc uſque crediderant eſſe regnum ampliſſimum, Tartariæ magnæ partem, inter Oceanum ſeptentrionalem, & Sinarum partem Borealem, ſed tandem deprehenſum eſt Cataiam eſſe partem ſeptentrionalem Imperii Sinarum, quam Arabes, Perſæ, Tartari, & alii Orientales ſic nuncupare ſolent, ut pluribus probant Nicolaus Trigaurius, Martinus Martinius, Jacobus Gollius ex Abulfeda, Thevenotius aliique plorimi recentiores qui de illis partibus ſcripſerunt

CATALAUNI, populi Galliæ Belgicæ Cæſari, inter Remos ad Boream, Sueſſiones ad occaſum, Leucos & Virdunos ad ortum, & Tricaſſes Lingoneſque ad Meridiem, ubi nunc Catalaunenſis ager, *le Chaalonois*, & Catalaunenſis Dioeceſis in Campania provincia, verſus Matronam fluvium.

CATALAUNICI, campi Galliæ Belgicæ erant, prope Catalaunum urbem Campaniæ, ab ea extenſi in Septentrionem ad 3. aut 4. leucas, verſus Vidulam fluvium, ubi Attila Hunnorum Rex victus, & maxima clade affectus fuit a Francis, Gothis, & Romanis anno 453. & amiſſis 180000. cæſis in patriam redire coactus fuit à Merovæo Francorum Rege, Theodorico Gothorum Rege, & Ætio Romano Duce, teſte Paulo Diacono cum aliis, & 3. leucis a Catalauno in Septentrionem ineſt etiam locus *le Camp d'Attila* dictus, verſus oppidulum *Suippe la longue* dictum, ut ego pluries vidi.

CATALAUNUM, & Catalauni, urbs Galliæ Belgicæ Antonino, nunc *Chaalons*, ſeu etiam *Chaalons ſur Marne* incolis, *Cialons* Italis, urbs Galliæ in Campania provincia, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Remenſi, ad Matronam fluvium, ampla eſt & munita, in planitie pulcherrima, dicta fuit etiam Cathelauni a quibuſdam, & Durocatalauni in Itinerario, 20. leucis diſtans a Trecis in Septentrionem, & totidem à Virduno in occaſum hybernum, 36. à Pariſiis in ortum, uti 16. à Caſtro Theodorici, verſus Victriacum 7. & fanum S. Manehildis 9. leucis circiter, à Remis autem 10. parvis in ortum hybernum, ab ea tractus adjacens dicitur Catalaunenſis ager.

CATALONIA, *la Cataluña* Hiſpanis, *la Catalogne* Gallis, *la Catalogna* Italis, provincia eſt Hiſpaniæ, principatus titulo inſignis, in qua olim fuere Auſetani, Caſtellani, Illergetes, Indigetes, Lætani, & Lacetani populi Hiſpaniæ Tarraconenſis, terminatur ab occaſu Aragoniæ & Valentiæ regnis, & ab ortu & Meridie mari Mediterraneo, habens ad Septentrionem montes Pyrenæos, quibus à Gallia ſeparatur, alias paruit Comitibus Barcinonenſibus, ſub clientela Regum Franciæ, unde tunc dicta fuit Comitatus Barcinonenſis, & deinde ſubdita Regibus Aragoniæ, cum eis unita ſit ab anno 1137. per matrimonium Raymundi Comitis Barcinonenſis cum Petronilla Aragoniæ regina & herede, & ideo etiam nunc ſub Corona Aragoniæ generaliter ſumpta continetur, Regio eſt ſatis montuoſa, ſed ferax & rigua, cujus incolæ valde libertatis amantes, dividitur

autem in duas partes, nempe in Cataloniam veterem, quæ ad ortum, & alias Comitatum Barcinonenſem conſtituebat, & in Cataloniam novam, quæ ad occaſum, unde poſtea ejecti Mauri, & invicem ſeparantur fluviis Rubricato & Cardonenſi, atque Monte *Pallas*, & in his duobus partibus erant alias 56. regiones, in quibus diſtributa fuit Catalonia, uti poſtea in Territoria Rodalias dicta, & tandem in 17. diſtrictus Vicariatus *Vigueries* dictos, ex quibus novem ſunt in Catalonia nova, & octo in veteri, ſed ex his duo excerpti ſunt nempe Francopolitanus, & Perpimanenſis: cum Comitatus Ruſcinonenſis aotea ejus pars, Regno Franciæ denuo unitus ſit perpetuo, anno 1660. pace ad Pyrenæos. Totius provinciæ caput eſt Barcino, *Barcelona*, in ora littorali, de ejus urbibus vide infra, hinc populi Catalani *los Catalanos* & *Catalanes* vulgo, *les Catalans* Gallis, & *li Catalani* Italis.

Cataloniæ Urbes.

Barcino, *Barcelona.*
Celſona, *Solſona.*
Dertuſa, *Tortoſa.*
Gerunda, *Girona.*
Ilerda, *Lerida.*
Podium Ceritanum, *Puygcerda.*
Rhoda, *Roſes.*
Tarraco, *Tarragona.*
Vicus ſeu Auſa, *Vich.*
Urgela, *la Seu d'Urgel.*

Catalaunii, campi Galliæ Celticæ, ubi Tetricus ab Imperatore Aurelio proſtratus, teſte Eutropio.

Catana, urbs Siciliæ, Diodoro Siculo, & Straboni, quæ Catina Ciceroni, *Catania* vulgo, in ora maris Ionii, ubi ſinus Catanenſis dictus, cum portu recens effecto, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Montis Regalis, ad Amenem fluviolum nunc *Judicello*, in provincia ſeu Valle Demona, urbs à Chalcidenſibus condita traditur, teſte Euſebio, a Carolo V. moenibus & propugnaculis cincta fuit, eſtque ex præcipuis inſulæ, prope radices Montis Ætnæ cujus eructationibus obnoxia eſt. Anno 1669. ejus incendiis deformata fuit, & in ipſius territorio plurima caſtra everſa ſunt quatuor fluminibus igneis ipſius montis Ætnæ. 40. milliaribus diſtat a Syracuſis in Septentrionem, Meſſanam verſus 50. Populi Catinenſes *li Cataneſi* volgo.

Catanensus sinus, *il Golfo di Catania*, pars eſt maris Ionii in ora Orientali Siciliæ, prope Catanam urbem aqua denominatur, & in ipſo Hiſpani & Belgæ uniti magna clade affecti fuere a Gallis, navali pugna, die 22. Aprilis 1676. ipſorum etiam præfecto maris ſive Ammirali Michaele *Ruyter* cæſo.

Catangius, ſinus parvus maris, & pars Boſphori Thracii in ora Bithyniæ, nunc *il Golfo Caſtaccio* dictus ab Europeis, teſte Petro Gyllio Gallo.

Cataonia, tractus Aſiæ minoris, & una ex tribus partibus Cappadociæ, quæ à Melitena initium ſumebat, teſte Porphytogenneta.

Catanzara, *Catanzaro*, urbs regni Neapolitani, Calabriæ ulterioris caput, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Rhegienſi, cui unitus eſt Epiſcopatus Tabernenſis, in colle ſedet. Antiquitus dicta fuit Catacium, Vide ibi.

Cataracta Gandavensis, ſeu Agger Gandavenſis, arx munita Belgii in Comitatu Flandriæ, vulgo *le Sas de Gand* dicta, ab Hiſpanis excitata & poſtea capta a Belgis anno 1645. ipſis etiam ſubeſt, 3. leucis diſtans à Gandavo in Septentrionem.

Cataractes, caſus Anienis fluvii ad Tybur urbem, teſte Strabone, in Latii Sabinorumque confinio, nunc *la Caſcata di Tivoli*, ut pluries vidi.

Cataractes, fluvius Aſiæ minoris Ptolemæo, & Melæ, oritur ex Tauro monte in Piſidia, deinde per ipſam fluens in Auſtrum, uti per Pamphyliam, Termeſſum & Corbaſam rigat, & juxta Olbiam in mare Pamphylium ſe exonerat, inter Attaliam ad ortum & Phaſelum ad occaſum, ex alta rupe ingentique ſtrepitu primum deſcendens.

Catarractas Danubii, locus Notici Straboni, nunc *Sewreſſel*, locus Germaniæ, in Auſtria, infra Lentiam urbem, teſte Lazio, ubi in Danubio navigia periclitantur.

Cataractus, fluvius Cretæ inſulæ Ptolemæo, quem hodie interpretatur Niger *Anapodari*, fluvium parvum in ora ejus meridionali, prope Caunum oppidum fluens, inter Leonem promontorium & Sacrum montem.

Catalani, ſeu Catalani, aliter Gothalani, quaſi Gothi & Alani, populi ex Avarum ſtirpe, teſtibus Gregora & Glyca, qui in Hiſpaniam citeriorem profecti, regionem ab ipſis poſtea Cataloniam dictam, *la Cataluña* vulgo, occuparunt, inter Pyrenæos montes, Iberum & Nogueram fluvios, & mare Mediterraneum extenſam.

Caterlogensis comitatus, *the Count Caterlagh* Anglis, tractus Hiberniæ in Lagenia provincia, inter Comitatus Dublinenſem ad Septentrionem, Kilkennienſem ad occaſum, Wicloanum ad Meridiem, & mare Hibernicum ad ortum, in qua ſunt urbeculæ Caterlogum, & Laghlinium, teſte Speedo, & in ea erant olim Cauci populi ex parte.

Caterlogum, *Caterloug*, ſive etiam *Caterlagh* incolis, & *Carlow* Anglis, urbecula Hiberniæ inſulæ in Lagenia provincia, & Comitatus cognominis caput, ad Brigum fluvium, media eſt inter Kildariam ad Septentrionem & Cellam S. Canici ad Meridiem.

Catharum, *Cattaro*, urbs munitiſſima Dalmatiæ, in ora, ſub Venetis, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Barenſi. Vide Aſcrivium & Cattara.

Cathelauni, aliis Catalauni, populi & urbs Galliæ Belgicæ, hodie in Campania, ad Matronam fluvium, ubi campi Catalaunici, urbs verò Catalaunum libro Provinciarum nominatur. Vide Catalaunum.

Cathelaunii, ſeu Catalauni, & Catalaunici campi, ſunt in Gallia Belgica, prope Catalaunum, teſte Ammiano. Ibi Attila Hunnorum Rex victus à Merovæo Francorum Rege, teſte Jornande, ab his Campania provincia dicta putatur. Vide Catalaunici.

Cathenesia, *Caithneſſ*, provincia Scotiæ Borealis ultima, & maxime in Boream extenſa, verſus fretum Picticum & Orcades inſulas, quæ a Septentrione & ortu mari Caledonio circumcingitur, à Meridie vero terminatur Sutherlandia, & ab occaſu partim Oceano, & partim Strathnavernia provincia, in ea ſunt tantum *Thurſo* oppidum, & aliquot caſtra parvi momenti, & ejus Epiſcopus Cathenenſis dictus ſub Archiepiſcopo Andreapolitano, nunc Dunroduno in Sutherlandia commoratur, teſte Timoteo Ponte, cum aliis, in eo tractu erant olim Catini populi, ut exiſtimat Camdenus, & alias ſub hac provincia comprehenſæ erant Aſſinia, Strathnavernia, & Sutherlandia provinciæ Scotiæ ſeptentrionalis.

Catholica, *Catolica*, oppidum Siciliæ inſulæ in Valle Mazaræ, in mediterraneis juxta Siculianam, principatus titulo clarum.

Catholica, *la Catolica*, vicus Italiæ in Romandiola, & in colle prope oram ſinus Veneti, in ditione Eccleſiaſtica, medius eſt inter Ariminum ad occaſum æſtivum, & Piſaurum ad ortum hybernum, in limite Ducatus Urbinatis, tabernis aliquot conſtans, & turri, ſicque dicitur quod anno 359. ſub Liberio Papa ex 400. Epiſcopis ad Ariminenſe Concilium convocatis, perpauci Orthodoxi & Catholici in hunc locum venitantes, ut ſeorſim ab Arianis ſacra facerent, occaſionem præbuerunt, ut vicus ipſe Catholica nuncuparetur, teſte Cardinali Baronio cum aliis, & ut conſtat ex inſcri-

ptione inibi à Bernardino Cardinali Spada appoſita, ut etiam vidi dum illas partes luſtrarem.

Cathulei, ſeu Cathulcones, populi Germaniæ Ptolemæo, ad Albim fluvium. Erant clientes Cheruſcorum, & in eo tractu ubi nunc Luneburgum, urbs ampla & probè munita, Ducatus cognominis caput, ut Cluverius exiſtimat.

Cathum, *Cath*, urbs Aſiæ, in Chowarezmia regione, cujus olim primaria fuit, ad Orientem Oxi fluvii, teſte Abulfeda.

Caticaroamna, urbs Indiæ intra Gangem Ptolemæo, in ora littorali, quæ a Petro Appiano creditur una ex urbibus Coromandehæ regionis, in ora ſinus Gangetici, ſed tantum ex conjectura.

Catifa, *el Catif*, oppidum Aſiæ in ditione Turcarum & in præfectura Balleræ, in ora Arabiæ fælicis, juxta ſinum Perſicum, qui hinc etiam aliquando *le Golfe del Catif* dicitur; habetque portum & arcem ſatis munitam; alias Gerra dictum fuit, Mercatore teſte. Vide ibi.

Catillus, mons Latii in Italia, ad Tybur urbem, & Anienem fluvium, Vibio Sequeſtri, nunc *il Monte di Tivoli* dictus, ejus incolæ Catilli vocantur a Silio, & in hoc monte eſt S. Angeli caſtrum, quod *Capocci* cognominatur, teſte Luca Holſtenio.

Catina, oppidum Peloponneſi in Arcadia regione, teſte Plinio.

Catina, urbs Siciliæ inſulæ Ciceroni, quæ aliis eſt Catana, Vide ibi.

Catona, *la Catona*, vicus Regni Neapolitani, in Calabria ulteriori, in ora freti Siculi, ad oſtium Cænidis fluvioli, è regione Meſſanæ, a qua diſtat 8. mill. paſſ. tantum, & ubi frequens tranſitus è Calabria ad Meſſanam.

Catraleucos, urbs Celticorum in Luſitania, Ptolemæo, Contraleucum olim Epiſcopalis in libris Conciliorum, ubi mentio Contraleucenſis Epiſcopi, Moletio eſt *Guimaranes*, oppidum prope Bracaram, ſed aliis eſt *Cabrella* caſtrum Extremaduræ provinciæ in Portugallia, ad amnem cognominem, inter Coctobrigam ad occaſum & Evoram ad ortum, 24. mill. paſſ. ab Oceano Atlantico diſtans.

Cataractonum, ſive Cataracton, ut habent alii codices, oppidum Brigantum in Britannia prima Antonino, nunc teſte Camdeno, eſt *Catarrickbridge*, viculus Angliæ ſeptentrionalis in Eboracenſi provincia, Vide Caturactonium.

Cattara, *Cattaro*, urbs Dalmatiæ, ad ſinum Rizonicum, qui inde dicitur *le Golfe de Cattaro*. Paret Venetis, ab anno 1420. eſtque permunita, cum arce in colle, & Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Barenſi quanquam olim ſub Raguſino, & ſub ipſa ſunt 17. vici ſeu pagi Venetis ſubditi, hinc Cattatanus nomen gentis, *Cattarino* vulgo, olim Aſcrivium dicta fuit. Vide ibi.

Catti, populi Germaniæ Tacito, à Druſo domiti, qui Chatti Ptolemæo, Chaſſi quibuſdam, erant ubi hodie Haſſia, cum parte Turingiæ, & Brunſvicenſis Ducatus, teſtibus Ortelio, Cluverio, & aliis; erantque prope Viſurgim fluvium & Cheruſcos populos. Eorum primaria erat Caſtellum Cattorum, nunc *Caſſel*, eorum etiam pars Cattimelibocci populi, quorum tractus vulgo *Catzenellobogen*, in Landgraviatu Haſſiæ. Catti poſtea in inſulam Batavorum tranſgreſſi ſunt, auctore Tacito, ubi hodie horum nominis veſtigia ſuperſunt in duobus vicis cognominatis ad mare & ad Rhenum, *Catwick op Zee*, & *Catwick op den Rhein* vulgo dictis, in Hollandia, prope Lugdunum, horum meminit Martialis libro 2. epigrammate 2.

Cattieuchlani, ſeu Catyeuchlani populi fuere Britanniæ magnæ, Ptolemæo, inter Coritanos ad Septentrionem, Icenos ad ortum, Trinobantes ad Meridiem, & Attrebates atque Dobunos ad occaſum, ubi nunc provinciæ ſeu Comitatus Bedfordienſis, Buckimgamienſis, & Hertfordienſis, teſte Camdeno, & eorum præcipua erat Verolamium, & ſub ipſis comprehendebantur etiam Caſſi populi.

Cattigara, urbs Sinarum Ptolemæo, in ora littorali, nunc, ut quidam exiſtimant, eſt Caicheum *Caicheu*, urbs Xantoniæ provinciæ Sinarum Imperii, in ejus parte ſeptentrionali, verſus intimum Sinarum receſſum, ſed tantum ex conjectura.

Cattimelibocensis comitatus; *das Grafschaft von CatZenellobogen* indigenis, *le Comté de Catzenellobogе* Gallis, tractus Germaniæ, verſus Rhenum fluvium, ſub dominio Landgraviorum Haſſiæ, quibus obvenit anno 1400. per obitum Philippi illius ultimi Comitis, eſtque duplex, nempe Comitatus Catti Melibocenſis ſuperior, ſeu Geravia, *Gerawerlandt*, & *Ober Catzenellobogen*, inter Rhenum & Mœnum fluvios, ubi Geravia & Darmſtadium, ſub dominio Landgravii Haſſo Darmſtadienſis, inferior autem qui *Nider CatZenellobogen* dicitur, ad Rhenum fluvium, & partim in Veteravia tracto, ſubeſt pro majori parte Landgravio Haſſo Rhinfeldenſi, cum fano S. Goaris, ſed Braubachium cum ejus ditione parva admodum paret Lantgravio Darmſtadienſi.

Catti Meliboci, populi fuere Germaniæ, & Cattorum pars, ad montem Melibocum, horum tractus nunc *le Catzenellobogen* dicitur, eſtque Comitatus titulo inſignis, in Haſſia ſuperiori, ſub dominio Landgraviorum Haſſiæ.

Cattiterioes, inſulæ Ptolemæo. Vide Caſſiterides.

Cattoluca, locus Galliæ Narbonenſis, in Provincia, ex itinerario Antonini, quem nunc, Honoratus *Bouche* interpretatur *Ceireſte* vicum Provinciæ intra montes, 3. leucis ab Apta Julia in ortum Seguſteronem verſus novem.

Cattus, *Katzbach*, fluviolus Bohemiæ regni, in Sileſia inferiori, Lignitium rigat, & poſtea in Oderam cadit.

Catuaci, populi Galliæ Belgicæ, teſte Cæſare, corruptè pro Aduaticis, qui fuere ubi nunc Namurcenſis Comitatus, & eorum urbs Namurcum, ad confluentias Sabis in Moſam fluvium, Cluverio, & aliis.

Catularia, porta fuit urbis Romæ, ad quam canes ruſas immolabant flaveſcentibus frugibus, ut ad maturitatem perducerentur, teſte Publio Victore.

Catuliacus vicus, locus Galliæ, prope Sequanam fluvium, & 6. mill. paſſibus à Lutetia Pariſiorum diſtans in Septentrionem, nunc Dionyſiopolis *S. Denis*, oppidum amplum provinciæ Inſulæ Franciæ, cum inſigni Eccleſia, & Abbatia à Rege Dagoberto excitata, ubi Regum Galliæ Mauſolea. Vide Dionyſiopolis, & Fanum S. Dionyſii.

Catulina Castra, ſeu caſtra Catulina, oppidum Norici, Antonino, nunc *Tuln*, oppidulum Germaniæ, in Auſtria inferiori, ad amnem cognominem, qui paulo infra cadit in Danubium, & 5. milliaribus Germanicis diſtat à Vienna in occaſum Chremsam verſus 4., teſte Lazio.

Caturcinus pagus, provincia Galliæ in Aquitania, cujus fit mentio in actis mediæ ætatis, quæ à recentioribus dicitur Cadurcenſis provincia. Vide ibi.

Caturiges, populi fuere Galliæ Narbonenſis, Cæſari, & Plinio, qui Catiriges Ptolemæo, Catoriges Straboni, verſus Druentiam fluvium, ubi nunc tractus Vapincenſis, *le Gapençois*, in Delphinatu ſuperiori, erant inter Allobroges ad Septentrionem, Ebreduntios ad ortum, Mimenos ad Meridiem, & Vocontios ad occaſum, eorum primariæ urbes erant Vapincum *Gap*, tractus caput, & Caturigæ, Antonino, *Chorges* nunc, oppidum una leuca à Druentia fluvio verſus montes, medium inter Ebredunum ad ortum & Vapincum ad occaſum, 2. leucis utrimque diſtans.

Caturactonium, oppidum Brigantum in Britannia magna Ptolemæo, quod Cataracton Antonino, poſtea incenſum & vaſtatum anno 769. ab Eanredo Northumbriæ Rege. Nunc viculus eſt *Catterick* dictus & *Catterickbridg*, in Anglia Boreali, & in provincia Eboracenſi, ad amnem Suvalam, 3. infra Richmondiam mill. paſſ. teſte Camdeoo, 7. ab oppidulo *Alverton*, & 30. ab Eboraco in Septentrionem, 60. vero diſtat a Carleolo in ortum hybernum.

* Catusiacum, Antonino, vel Cariſiacum, ut legit Petri Divæus. Vide ibi.

Cava, *la Cava*, urbs Regni Neapolitani in provincia Principatus Citerioris, partim in colle & partim in planitie, ſatis ampla & culta, atque Epiſcopalis, alias ſub Archiepiſcopo Salernitano, nunc Sedi Apoſtolicæ immediate ſuffragatur, vix 4. milliaribus diſtat à Salerno, & ab ora ſinus Salernitani in occaſum æſtivum Nuceriani verſus, ejus Diœceſis non extenditur ultra ipſius muros, & Epiſcopali dignitate inſignita fuit à Bonifacio IX. Pontifice Maximo, anno 1394. cum antea eſſet in diœceſi Salernitana, crevit ex ruinis Marcinæ urbis exciſæ, & primum muris cincta fuit anno 1080. cum antea Metelliani vocaretur, ex eo quod ſit ad radices montis Metelliani.

Cavachium Regnum, *le Royaume de Cavachi*, pars Japoniæ in Jetſeuga regione, inter ſinum magnum Meacenſem ad Septentrionem, & regna Vomium, Jamatum, & Idumum, oppidum habens primarium Cavachium dictum, *Cavachi*, cum arce ſplendidiſſima Ozaca, in ora littorali, unde etiam aliquando dicitur Ozacæ regnum.

Cavanensis comitatus, *The Countie of Cavan* incolis, tractus eſt Hiberniæ in Ultonia provincia, terminatur a Septentrione Fermanaghenſi Comitatu, uti ab ortu Monaghano, à Meridie autem & occaſu Connacia provincia & Comitatu Lettrimenſi, ejus vero loca præcipua ſunt Cavanum & Chilmoria, & alias hic tractus *Bremireilly* dictus fuit, teſte Waddingo.

Cavanum, *Cavan*, caſtrum Hiberniæ in Ultonia provincia, Comitatus cognominis caput, ad fluvium Aquam nigram dictum, in ipſo limite Connaciæ provinciæ & Comitatus Lettrimenſis, 10. mill. paſſ. a Chilmoria in ortum æſtivum.

Cavares, populi Galliæ Narbonenſis, Plinio, qui Cavari Ptolemæo, & Cavaræ Melæ, inter Tricaſtinos ad Septentrionem, Rhodanum fluvium ad occaſum, Deſuviates ad Meridiem, & Salies Vulgienteſque ad ortum, ubi nunc Comitatus Vindaſcinus, *le Comtat Venaiſſin* in Provincia, & eorum urbes fuere Avenio, Arauſio, Cabellio, Carpentoracte, & Vaſio.

Cauca, oppidum Vaccæorum in Hiſpania Tarraconenſi, Ptolemæo, quod Caucia Livio, nunc *Coca* oppidulum Caſtellæ veteris, teſte Morali, verſus montes, cum caſtro antiquo, juxta fluvium Arevam ubi recipit Valtaiam, 8. leucis diſtans à Segobia in Septentrionem Valliſoletum verſus 12. & 6. a Durio fluvio in Meridiem. Patria fuit Theodoſii Senioris Imperatoris, teſte Zoſimo, populi Caucenſes Plinio. Caucienſes Livio.

Caucana, portus Siciliæ Ptolemæo, ad Camarinam urbem exciſam, in ora auſtrali, Pachynum verſus, nunc *Scaramis* vulgo.

Caucasiæ portæ, quæ & Pylæ Iberiæ, anguſtiæ fuerant montium in Iberia regione Aſiæ, circa Hamaſtin urbem, ut cujus rupe Cumania caſtellum erat, ut tradit Plinius, & magno errore Caſpiæ portæ à multis dictæ fuere, hodie teſte Ortelio, urbs ibi eſt quæ *Derbent* vocatur à Perſis & ab exteris, quod anguſtias ſignificat, & à Turcis *Demir* ſive *Temir-capi* id eſt ferreæ portæ, non quod ex ferro conſtet, ſed quod locus adeo munitus ſit, ut quemvis hoſtilem impetum facile ſuſtinere poſſit; urbs enim ſita eſt in Scirvania provincia Perſiæ, in limite Dagheſtaniæ, ad radices montis, & inter anguſtias Caucaſi montis & oram maris Hyrcani ſive Caſpii, ubi tranſitus dumtaxat patet 300. paſſuum, portu gaudens capaci cum caſtro munito ſub dominio Perſarum, ſed deficit in dies, & pars inferior urbis verſus oram incolis vacua eſt.

Caucasii montes, in Scythiæ Indiæque confinio Ptolemæo, ex quibus Indus & Oxus profluunt.

Caucaseum Mare, pars eſt Ponti Euxini, verſus oram Borealem, & Sarmatiam Aſiaticam, inter Phaſianum mare ad ortum & Boſphoranum ad occaſum, teſte Arriano.

Caucasus, mons Aſiæ notiſſimus, Straboni, Plinio, & aliis, Caucaſiæ rupes Ptolemæo, Strobilus ab Arriano, in Ponti Euxini periplo, dicitur Promethei juga à Propertio, in quo Prometheum vinctum, aquila jecur roſtro depaſcente fabulantur, Caſpium ab accolis dici ſcribit apud Strabonem Eratoſthenes, Marpeſia cautes vocatur à Jornande, eſtque pars Tauri montis, inter Pontum Euxinum ad occaſum, & mare Caſpium ad ortum, Coraxicos, Heniochos, & Achæos complectens, extenditur etiam per Sarmatiam Aſiaticam, verſus Boſphorum Cimmerium, nunc vulgo *Cocas* dicitur ab Haytone Armeno, *Cochiai* ab aliis, *Albſor* Nigro, & *Alazar* Theveto, altiſſimus eſt perpetuis nivibus rigens, à Circaſſis *Salatto* vocatur, & à Gallis *le Mont de Circaſſie*, quod per Circaſſiam extendatur, ejus partes ſunt Caſpius mons, Colchici montes, & Gordiæi, cum aliis.

Cauchi, populi fuere Germaniæ, Ptolemæo, prope Oceanum, inter Friſios, Saxones, & Bructeros. Erant diviſi in majores & minores. Cauchi minores erant ubi nunc Friſia orientalis, ſeu Comitatus Embdanus, inter oſtia Amaſis & Viſurgis fluminum. Cauchi vero majores erant ubi nunc Ducatus Bremenſis, in Saxonia inferiori, ut Cluverius exiſtimat. Dicti ſunt etiam Cayci.

Cauci, populi fuere Hiberniæ inſulæ, Ptolemæo, in ejus parte orientali, ubi nunc ſunt Comitatus Wickloenſis, & Kildarenſis in Lagenia provincia, ut exiſtimat Waræus.

Cauciacum, *Choiſy*, vicus Galliæ in provincia Inſulæ Franciæ, ad Axonam fluvium, & in agro Compendienſi, una leuca ſupra Compendium in ortum, cujus fit mentio in actis mediæ ætatis, cum eo obierit anno 783. Regina Bertrada Pepini uxor, materque Caroli Magni, & in ejus Eccleſia ſepulti jacent Clodovæus III. Childebertus II. Dagobertus II. & Clotarius IV. Francorum Reges.

Caucoliberis, quæ aliis, eſt Illiberis, & *Collioure* Gallis, *Colliure* Hiſpanis, urbs parva Galliæ, probè munita, ad radices Pyrenæorum, in Ruſcinonenſi Comitatu, antea Hiſpaniæ annexa, ſed ab ea demum avulſa, & Francico regno reddita pace ad Pyrenæos. Sedet in ora littorali maris Mediterranei & ſinus Leonini, gaudetque portu commodo & percapaci, atque arce valida in colle, S. Eraſmi nuncupata, olim fuit urbs Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Narbonenſi, cui ſucceſſit Helena, à qua 3. leucis diſtat in Meridiem, uti 5. à Perpiniano, Rodas verſus totidem, & Getundam 12. circiter.

Caucones, populi Bithyniæ, in ora Ponti Euxini Straboni, & Ptolemæo, ad oſtia Parthenii fluvii, quorum oppidum Tios, ſive Tium Plinio, inter Heracleam Ponti ad occaſum 38. & Cytorum in ortum 63. mill. paſſ. diſtans.

Cauoaleonis, *le Calavon*, fluvius parvus Galliæ in Provincia, Aptam rigat, & infra Caballionem in Druentiam ſe exonerat.

Cauderiæ, *Caudiez*, oppidulum Galliæ in Oe-

citania, ad amnem *Egli*, & in tractu *Fenovilledes* dicto, ad radices montium, & in limite Ruſcinonenſis Comitatus.

CAUOI, campi Italiæ ad Padum & verſus Vercellas, in quibus Cimbri a Mario victi referuntur à Floriano. Hinc Caudium Inſubriæ oppidum, nunc *Cand.a*, (teſte Alciato) in Laumellina tractu, inter Ticinum & Vercellas, hinc 10. inde 27. mill. paſſ. diſtans, Pado proximum, & Sattitanæ oppido, teſte Ferrario.

CAUDIUM, oppidum fuit Hirpinorum in Italia, Livio, & Ptolemæo, nunc vicus, Harpadium dictus a recentioribus, *Arpaia* vulgo, in Principatu ulteriori provincia regni Neapolitani, prope amnem Iſclerum, in confinio Terræ Laboris, inter Beneventum ad Orientem 14. & Capuam ad Occidentem 18. mill. paſſ. obliquo itinere intra montes, diſtatque 4. milliaribus à Fano S. Agathæ in Meridiem, Avellam verſus totidem, hinc dictæ ſunt Caudinæ fauces, Furcæ Caudinæ Livio, & Valerio Maximo, Caudinum jugum Quintiliano, vulgo *il Stretto d'Arpaia*, teſte Leandro, ſeu etiam *il Giogo di S. Maria*, duæ anguſtiæ montium in valle Caudina, quæ vulgo *il Val di Gardano* dicitur, ſatis ampla inter Arpaiam vicum & Airolam Caſtrum, in Principatu Ulteriori, hic Romani ſub jugum turpiſſime miſſi ſunt a Samnitibus, & coacti pacem iniquiſſimam dictam Caudinam inire.

CAUDOS, inſula parva verſus oram meridionalem Cretæ inſulæ, Suidæ, quæ aliis eſt Claudos, & Claudus, nunc *i Gozzi*, verſus promontorium Arietis Frons dictum. Vide Claudos.

CAUFBURA, *Kaufburen*, urbecula Germaniæ in Suevia provincia, & in Algea tractu, Imperialis facta, & ſui juris à Conrado ſecundo Imperatore, ſita eſt ad amnem *Wertach*, inter ditiones Epiſcopi Auguſtani ad ortum, & Abbatis Campidonenſis ad occaſum, vix 16. mill. paſſ. à confinio Bavariæ in occaſum Memmingam verſus 22. & 30. ab Auguſta Vindelicorum in Meridiem.

CAVIONES, populi Germaniæ, Plinio, ad Albim fluvium, forſan ubi nunc Daneberga & Lavenburgum oppida ſunt, in Saxonia inferiori, teſte Cluverio.

CAVITÆ SINUS, ſeu Manilanus, *la Bahia de Cavita*, pars eſt Oceani Indici, in parte occidentali Manilæ inſulæ in Philippinis, ſic dicitur ab oppidulo cognomine, extenditurque per 120. mill. paſſ. uſque ad Manilam urbem, unde etiam a pluribus vocatur *la Bahia de Manila*, ſinus Manilæ.

CAULON, urbs Magnæ Græciæ in Brutiis Plinio, Caulonia Straboni, Caulum Silio, olim Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Rhegino, ab Achæis condita, nunc teſte Barrio, eſt *Caſtel-vetere*, oppidulum Calabriæ ulterioris in monte cognomine, verſus oram maris Jonii, & Cocinthum promontorium, ab Hieracio ſeu Locris circiter 13. mill. paſſ. diſtans in Septentrionem Scyllacium verſus 30. mons vero Caulon, ad Cauloniam oppidum adhuc *Caulo* dicitur.

CAULUM, *Chaul* vulgo, quanquam *Chaoul* pronunciandum, urbs munita peninſulæ Indiæ intra Gangem, in regno Decani, & in ora littorali Oceani Indici, ſub dominio Luſitanorum, cum portu ſatis capaci ad oſtia fluvii *Bate*, & in ipſo confinio regni Guzaratæ, & ditionis Magni Mogolis, 120. mill. paſſ. à Surata in Meridiem Goam verſus: dicitur etiam Ciaulum à quibuſdam, arcem habens *il Morro* vocatam.

CAUNUS, mons Hiſpaniæ Tarraconenſis in Celtiberis, Livio, qui etiam Cacus quibuſdam, nunc *el Moncayo* dicitur, teſtibus Morali, Mariana, & aliis, eſtque in Aragoniæ regno, in confinio Caſtellæ veteris, 2. leucis diſtans à Turiazone in Auſtrum, uti 3. à Monte Acuto, & 6. ab Ibero fluvio in occaſum, atque inter Boriam ad ortum & Agredam ad occaſum medius.

CAUNUS, oppidum Cretæ inſulæ, ad Cataractum fluvium, nunc quibuſdam eſt *Caſtel Belvedere*, caſtrum in monte excelſo, in agro Candiæ & in ejus parte meridionali, verſus mare Libycum.

CAUNUS, urbs Cariæ maritima in Aſia minori, Plinio, Ptolemæo, & Stephano, prope oſtia Calbis fluvii, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Myrenſi, nunc *la Roſſa* dicta, teſte Caſtaldo, parva eſt, ſub dominio Turcarum cum toto tractu, & in ora ſinus Glauci nunc Macrenſis, 40. milliaribus diſtans à Macra in occaſum, & 20. fere à Rhodo inſula in Septentrionem, ſic a conditore dicta fuit, eſtque aeris gravioris in confinio Lyciæ. Hinc Caunius.

CAVORTIUM, *Cavours*, oppidulum Italiæ, in Pedemontio, alias munitum ad radices Alpium, & in colle ſitum, prope fluvium *Peles*, in confinio ditionis Francicæ, & 6. milliaribus diſtans à Pinarolo in Meridiem.

CAURA, Hiſpaniæ oppidum in Bætica Plinio, nunc caſtrum *Coria* dictum in Vandalitia, ad Bætim fluvium 2. leucis infra Hiſpalim, teſte Roderico Caro.

CAURENSIS URBS, *la Nueva Caures*, urbs recens Aſiæ, in Inſulis Philippinis, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Manilano. Paret Regi Hiſpaniæ; eſtque in ora orientali inſulæ Cebu. Dicitur aliter & ſæpius Nomen Jeſu, & Zubua.

CAURIA, urbs Hiſpaniæ Luſitanicæ, Plinio, quæ & Caurium Ptolemæo, nunc *Coria*, urbs Extremaduræ provinciæ regni Legionis, Epiſcopalis alias ſub Archiepiſcopo Emeritenſi, nunc ſub Compoſtellano, ſita eſt in planitie, juxta fluvium Alagonem, qui 7. inde leucis cadit in Tagum, eſtque ſatis parva & male culta verſus montes, 5. leucis diſtans à confinio Portugalliæ in ortum, uti 16. à Guardia Placentiam verſus 12. eſtque fere media inter Mirobrigam ad Septentrionem & Alcantaram ad Meridiem, hinc populi Caurenſes Plinio.

CAURIPANÆ REGNUM, *le Royaume de Cauripana*, regnum Indiæ in Celebis inſula, in Oceano Indico, cum urbe cognomine in ora littorali.

CAUROS, inſula maris Ægei Plinio, quæ Andros vulgato nomine dicitur.

CAURZIMA, *Caurzim*, oppidum Bohemiæ ſatis amplum, vix 2. milliaribus Germanicis ab Albi fluvio, & medium inter Pragam ad occaſum & Czaſlaviam, in ortum, à Cluverio creditur Caſurgis antiquorum.

CAUSENNIS, oppidum Coritanorum in Britannia magna, teſte Antonino, nunc jacet exciſum in Anglia, & in Comitatu Lincolnienſi, ex quo tractus *Keſteuen* dicitur, teſte Camdeno, eſtque una ex tribus partibus Comitatus Lincolnienſis.

CAUTI, populi Britanniæ ſecundæ Lhuydo, qui & melius Cantæ dicti, ubi nunc pars orientalis provinciarum Roſſiæ, & Armanothiæ in Scotia, verſus promontorium *Tarbart*, inter Moraviam ad Meridiem & Sutherlandiam ad Septentrionem, teſte Timotheo Ponte.

CAVUM, urbs Tauricæ Cherſoneſi, quæ plurimis eſt *Caffa*, urbs ampla & emporium in Tartaria minori, & in ora Ponti Euxini, forſan ex nominis alluſione.

CAVYLA, urbs parva Thraciæ, Sexto Rufo, & Cedreno. Vide Cabyla.

CAXAMALCA, *Caxamalca*, tractus parvus Americæ meridionalis, in Perua, ubi Atabaliba Peruæ Rex ultimus ab Hiſpanis profligatus & captus fuit & poſtea ab ipſis anno 1533. crudeliſſime occiſus. Eſt intra montes, prope amnem Vagnam, 30. leucis Hiſpanicis diſtans à littore maris Pacifici, in ortum.

CAYANA, *la Cayeno*, inſula Americæ meridio-

nalis, in Guaiana regione, ad oſtia Cayani, & Wiæ fluviorum, circuitus 18. leucarum, centum circiter à fluvio Amazonum in Septentrionem. Ibi arx S. Ludovici cum aliquot Francorum colonis, capta fuerat à Belgis, ſed poſtea fortiter recepta fuit à Francis anno 1676. ipſiſque etiamnum ſubeſt.

CAYANOS, *la Cayene*, fluvius Americæ meridionalis in Guayana regione, qui auctus aliquot aliis minoribus, in mare Boreale ſe exonerat, juxta & ad occaſum Cayanæ inſulæ ab eo dictæ.

CAYCI, populi Germaniæ, Claodiano, qui teſte Tacito, erant verſus Occanum, & inter Friſios, Saxones, & Bructeros, & in majores minoreſque dividebantur, melius dicuntur ab aliis Cauchi. Vide ibi.

CAYCUS, fluvius. Vide Caicus.

CAYPUMUS, *le Caypumo*, fluvius Indiæ intra Gangem, in mediterraneis, qui aliter Peguus fluvius dicitur. Vide ibi.

CAYSTRUS, fluvios Aſiæ minoris Melæ, Plinio, & Ptolemæo, Cayſter Straboni, nunc *Caraſou* dictus, id eſt Aqua Nigra, & *Minderſcare*, id eſt Meander Niger, fontes habet in Phrygia magna, deinde per Lydiam fluens non longe a Sardibus, & rigatis Philadelphia & aliis urbibus, per Ioniam regionem in ſinum Ionium & Mare Ægeum ſe exonerat, ioter Colophonem & Epheſum, & juxta ipſum urbs erat ejuſdem nominis, teſte Xenophonte cum aliis.

CAZANUM, *Cazan*, regnum Moſcoviæ. Vide Caſanum.

CAZALLA, *Cazalla*, oppidulum Hiſpaniæ in Vandalitia provincia, intra montes Marianos, dicitur etiam *Caçalla*, & 14. leucis diſtat ab Hiſpali in ortum æſtivum Toletum verſus.

CAZIACUM, *Chezy*, vicus Galliæ, cum Abbatia in Campania, prope Matronam fluvium, 2. leucis infra Caſtrum Theodorici in Meridiem.

CEA, fluvius Hiſpaniæ, per regnum Legionenſe fluens, ad oppidum ſancti Facundi. Vide Cæa.

CEA, inſula maris Ægei Plinio, Cia Ptolemæo, Ceos Ciceroni, & Straboni, Græcis Hydruſſa, nunc *Zea*, inter Cyclades, prope Atticam regionem, & Helenam inſulam, alias circuitus 60. mill. paſſ. teſte Plinio, nunc vix 40. cum ejus pars à mari abſorpta ſit, 20. mill. paſſ. diſtat ab Euboea inſula in Meridiem, uti 35. ab Andro, oppidum habens ſatis amplum, cum caſtro diruto ſub dominio Turcarum, & in ea per dimidium annum commoratur Epiſcopus Thermiæ inſulæ, hinc Ceus nomen gentis.

CEADA, fovea circa Spartum urbem Laconicæ, in quam capitis damnati præcipitabantur, teſte Pauſania.

CEBA, oppidum Liguriæ in Gallia Ciſalpina Plinio, hodie *Ceva*, oppidum principatus Pedemontii in Italia, ad Tanarum fluvium, cum arce in ipſo limite Ducatus Montisferrati, verſus Apenninum montem, & tractum Langharum, *le Langhe* dictum, olim proprios habuit marchiones, unde tractus adjacens dicitur marchionatus Cebæ, ſive Cevanus, nunc Duci Sabaudiæ paret, 7. milliaribus diſtans à Monte Regali in ortum Savonam verſus 16. & 18. ab Alba in Meridiem, hinc Cebanos nomen gentis, *Cevaſco* vulgo.

CEBENNA, mons Galliæ, in Occitania, qui ab aliis dicitur Gebenna. Vide ibi.

CEBESSUS, urbs Cappadociæ in Aſia minori, inter Mazacam & Tharſum.

CEBRINA, & Cebrena, ac Cebrenia, tractus parvus Troadis Straboni, per quem Cebrenus fluvius decurrit. Hinc Cebrenia oppidum quod Scepſi proximum erat; & Cebrenus nomen gentis.

CEBUS, & Zebus, *Cebu* & *Zebu*, ſive aliter *los Pintados*, id eſt depicti, ioſula Aſiæ, & una ex Philippinis in Occano Indico, parva ſed tamen probe culta, urbem habet Nomen Jeſu, ſeu novam Caurenſem dictam, ſubeſtque etiamnum dominio Hiſpanorum, & in ea occiſus fuit, die 27. Aprilis 1521. Ferdinandus Magellanus celeberrimus ille Argonauta qui primus eam luſtravit, cum rediret ex freto Magellanico ab eo detecto.

CECHIANA, *Chechiang*, provincia regni Sinarum, ſatis ampla, prope littus maris & ſinum Nanchini, ex adverſo regni Coreæ. Vide Chequianenſii.

CECIA, oppidum Norici, nunc *Zeiſſelmur*, in Auſtria, ex veteri inſcriptione. Vide Cetium.

CECILIA MELLINUM, urbs Hiſpaniæ in Luſitania Ptolemæo, nunc *Medelino*, oppidum Extremaduræ, quod Metallinum, & caſtra Vicelliana dicitur, teſte Ortelio. Vide ibi.

CECILIANA, oppidum Hiſpaoiæ in Luſitania, teſte Antonino, nunc excisum jacet, & ejus ruinæ ſunt in Extremadura Portugallica, inter amnes *Agualua* & *Agua de Moura*, qui ibi cadunt in fluvium *Zadaon*, vix 2. leucis à vico Marteca in occaſum, teſte Vaſconcello.

CECINNA, flovius Hetruriæ, Plinio, Cecina Melæ, nunc etiam *il Cecina* fluvius, oritur in agro Senenſi, inter Senas ad ortum & Volaterras ad occaſum, deinde in occaſum fluens, auctus aliquot fluviis, in mare Tyrrhenum ſe exonerat, 18. milliaribus à Liburno in ortum hybernum, prope Vada Volaterrana; ab eo Vallis amoena & fertilliſſima nomen habet in territorio Piſano, *il Valle di Cecina* vulgo.

CECINUM, oppidum magnæ Græciæ, Plinio, Cæcinum Melæ, quod Carcinum & Cocinthum dictum fuit, nunc teſte Cluverio, eſt *Stilo* caſtrum Calabriæ ulterioris, ad amnem cognominem etiam *il Cacino* dictum, 5. milliaribus a Cocintho promontorio, & ab ora maris Ionii diſtaos in occaſum Miletum verſus 18.

CECROPIA, arx erat Athenis, Plinio teſte.

CECROPUS, mons Atticæ, Athenis proximus, Seneca teſte, à Cecrope dictus, unde Cecropidæ Athenienſes appellati ſunt.

CEDAR, quæ Camela creditur Joſepho, oppidum fuit Palæſtinæ, in dimidia Tribu Manaſſe trans Jordanem, in monte 10. mill. paſſ. à Capharnao in ortum, nunc excisum eſt, teſte Adrichomio.

CEDAR, perſæpe pro Arabia ſumebatur antiquitus. Arabia enim Petræa Hebræis Cedar dicta fuit.

CEDRINUS, fluvius Sardiniæ inſulæ, qui Cedrix Ptolemæo, nunc *el Rio de Oliena* dictus, teſte Franciſco de Vico.

CEDRON, urbecula fuit Tribus Juda, quæ & Gador dicta, ad Orientem ſita, quam tempore Ezechiæ regis occopaverat Tribus Simeon, teſte Lubino, nunc exciſa jacet.

CEDRON, torrens Palæſtinæ, in Judæa, inter Hieroſolymam & montem Oliveti: ubi notandum Cedron eſſe caſum obliquum, non rectum, id eſt torrens Cedrorum, uti apud D. Joannem Evangeliſtam, in mare Mortuum cadit.

CEDROPOLIS, & Cedreæ, oppidum fuit Cariæ Stephano, hinc Populi Cedropolitæ eidem dicuntur.

CEFALODIUM, ſic dicitur à poſterioribus *Ceſalu*, urbs Siciliæ. Vide Cephaledis.

CELA, quæ & Cila, oppidum fuit Palæſtinæ, ad quod Michæas Propheta ſepultus fuit.

CELADON, fluvius Arcadiæ, in Peloponneſo, qui, teſte Strabone, in Alpheum influit, quid ſit, non conſtat; forſan tamen Ladon fluvius Peloponneſi, in Arcadia, in agro Clitoriorum exiſtens, ait Pauſanias, & in Alpheum cadens. Ejus aqua cæteris Græciæ aquis præcellit.

CELADONA, urbs Locridis, teſte Stephano ex Dionyſio.

CELADUSSA, parva inſula maris Ægei, Delo proxima. Vide Rhene.

CELADUSSÆ, inſula maris Adriatici, Plinio, quæ Celaduſe Melæ, nunc *Laguſta* dicta, teſte Hermolao Barbaro, prope Corcyram nigram, à Raguſæis *Laſtre* dicta, ab aliis *Imertipitia*, & 50. mill. paſſ. a Raguſio diſtans in occaſum.

CELÆNÆ, urbs Phrygiæ magnæ, in monte cognomine Straboni, quæ Celenæ Ovidio, ad Marſyam fluvium, & proxima Apamiæ urbi, eam confundunt alii cum Apamia & Ciboto, quas unam eandemque urbem faciunt,

CELENA, ſeu Gelenna, oppidum Campaniæ, Batulo proximum, cujus meminit Virgilius 7. Æneidos, hinc Celenæus, Statio.

CELAMA, oppidum Mauritaniæ Cæſarienſis, Ptolemæo, in Tingitanæ confinio, nunc, teſte Marmolio, eſt *Ned Roma* oppidum, prope Magnum promontorium, alii tamen illud Calama vocant, & in mediterraneis ponunt, ad radices montium, 70. milliaribus ab ora maris Mediterranei in Meridiem, verſus Maluam fluvium.

CELANDUS, fluvius Hiſpaniæ Tarraconenſis Melæ, in Bracaris, nunc teſte Cluſio, is eſt qui *el Cavado* dicitur, Cadavus, à recentioribus Cavadus, oritur in confinio Portugalliæ, & deinde per provinciam inter Durium & Minium fluens, verſus Bracaram labitur, Barcelumque alluit, & poſtea in Oceanum Atlanticum cadit, inter Nebim fluvium ad Boream & Avum ad Meridiem.

CELDALES, ſive etiam Zeldales, *los Celdales*, populi Novæ Hiſpaniæ in Chiapa provincia, unde dicta Celdala lingua in illis partibus uſitata, teſte Antonio de Legione.

CELEBIS, *les Celebes*, inſula ampla Aſiæ, in Archipelago Molucarum, Aromatum copia dives, inter Borneum, Mindanam, & Gilolum inſulas. Ibi urbes præcipuæ Celebis, quæ in ora occidentali inſulæ, Bantachaia, & Macaſſaria ad Meridiem: onde perſæpe ab Europæis *Macaſſar* dicitur. Vide ibi. Extenditur autem inſula ad 200. leucas in longitudinem, & ad 100. circiter in latitudinem. Sunt in ea ſex regna, nempe *Macaſſar* præcipuum, *Cion*, *Sanguin*, *Cauripana*, *Getigan*, & *Supar*; & aliquando etiam ſub nomine Molucarum comprehenditur.

CELEBUM ARCHIPELAGUS, *el Archipelago de les Celebes* Luſitanis, pars Oceani Indici verſus Celebis inſulam, & ad occaſum Molucarum inſularum, teſte Emanuele de Faria, & cenſetur pars Archipelagi Molucarum.

CELEBUM PROMONTORIUM, *la Punta dos Calebes*, eſt in Celebi inſula Aſiæ, & in ejus parte occidentali, verſus Mindanam inſulam extenſum.

CELEIA, *Cilley*, urbs Germaniæ in Stiria. Vide Celia.

CELEMANTIA, oppidum Quadorum in Germania, Ptolemæo, nunc eſt vicus *Kalmintz* dictus, in Auſtria, haud procul à Teyæ fluvii fontibus, 30. mill. paſſ. ſupra Znaimum urbem in occaſum, in confinio Moraviæ, teſte Cluverio.

CELENOERIS, orbs Ciliciæ Tacito, Colenderis Ptolemæo, in Latinis Codicibus, nunc *Palapoli* Nigro, & ut didici ex nautis qui illas oras luſtrarunt, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Seleucienſi, cum portu tantiſper capaci in ora maris Cilicii, ad Sarpedonem promontorium.

CELENE, Ovidio. Vide Celænæ.

CELETRUM, oppidum fuit Macedoniæ intra lacum, in peninſula Oreſtidis tractus, teſte Livio.

CELEUSUM, oppidum Vindeliciæ, Antonino, ad confluentes Abuſini fluvii in Danubium, nunc *Neuſtat*, oppidum Bavariæ ſuperioris, medium ferme inter Ingolſtadium ad occaſum, & Ratiſbonam ad ortum, Cluverio & aliis teſtibus.

CELIA, urbs Norici Antonino, & Ptolemæo, Celeia Plinio, in Pannoniæ confinio, nunc *Cilley*, urbs Germaniæ in Stiriæ Ducatu, ad Saanam fluvium qui paulo infra in Savum cadit, Comitatus Cilleienſis caput exiſtit ſub Auſtriacis, habens duas arces ſatis munitas, & in ea multæ ſeſe exhibent antiquitates Romanæ, vix 5. mill. paſſ. diſtat à confinio Carniolæ in Septentrionem, & 10. milliaribus Germanicis a Labaco in ortum.

CELIA, Apuliæ Peucetiæ oppidum Straboni, & Ptolemæo, *Ceglia* adhuc vulgo vocatur, 5. milliaribus ſupra Barium in Meridiem & in mediterraneis, per quod etiam via militaris ducit, teſte Luca Holſtenio; eſtque tantum vicus tenuis in agro Bariano, prope Balſanum caſtrum, & 2. milliaribus ab Aquaviva.

CELIDNUS, fluvius Macedoniæ, Plinio, & ejus limes ab Auſtro verſus Elymiotas populos, nunc *Salnich* dicitur, in Albania regione, & in mare Adriaticum ſe exonerat in ſeptentrionali parte ſinus Oenei.

CELINA, oppidum Carnorum in Italia Plinio, in monte, cujus populi Celinenſes, nunc exciſum jacet, & in ejus ruinis ineſt vicus Maniacus *Maniago*, in provincia Foro-Julii, in ditione Reipublicæ Venetæ, prope oppidulum Montis Regalis, ad fluvium *Celine* etiam dictum, 8. milliaribus ab Aviano in Septentrionem.

CELIOBRIGA CELERINORUM, oppidum Callaicorum Bracariorum in Hiſpania Tarraconenſi, Ptolemæo, nunc interpretantur Barcellum *Barcellos*, oppidulum Portugalliæ, Ducatus titulo inſignitum, in provincia Interamnenſi, ad fluvium Cavadum, qui paulo infra in Oceanum Atlanticum ſe exonerat, 6. leucis à Portu in Septentrionem.

CELIOMONS, oppidum Rhætiæ Antonino, nunc eſt *Kelmuntz* oppidulum Germaniæ in Suevia. Vide Cæliomons.

CELIUM, oppidum Italiæ in Meſſapia, Straboni, ſive Cælium Plinio, in Apuliæ Peucetiæ confinio, nunc *Ceglie* ſeu *Ceglio*, caſtrum Regni Neapolitani in provincia Hydruntina, ad radices Apennini, fere inter Brundiſium ad Orientem & Tarentum ad Occidentem, 18. milliaribus utrimque diſtans, & 6. ab Hoſtunio in Meridiem Uriam verſus 10.

CELIUM, ſeu Coelium, oppidum Luſitaniæ Antonino, nunc Varrerio teſte, *Ceice*, & Vaſconcello *Ceiça*, vicus Portugalliæ in Extremadura provincia. Vide Cœlium.

CELLA, *Zell*, urbs Germaniæ, in Ducatu Luneburgico, Ducum ſedes, qui inde nomen habent. Sita eſt ad Alleram fluvium. cum arce eleganti & munita, 6. milliaribus Germanicis diſtans à Brunſwico, & 7. ab Hildesheimo in Septentrionem, 5. autem à Neoſtadio in ortum.

CELLA, *Zell*, cognomento in *Hammerſpach*, urbecula Germaniæ, in Suevia, ad amnem Nagoltum, in Mortnavia tractu; eſtque Imperialis ſeu libera, uno milliari Germanico cum dimidio diſtans à Pforzemo in Meridiem, & 5. à Stugardia in occaſum, ſed ſub clientela Auſtriacorum.

CELLA MARIÆ, *Marien-Zell*, Cœnobium Germaniæ in Stiria provincia, non procul à finibus Auſtriæ inferioris ſitum, incredibili pene Peregrinorum concurſu quotidie frequentatum.

CELLAMEA, *Zalamea*, oppidulum Hiſpaniæ in Extremadura. Vide Zalamea.

CELLA RATOLFI, *Zell*, oppidum Germaniæ, in Suevia, ad lacum cognominem, 3. milliaribus Germanicis à Conſtantia, & in ditione Epiſcopi Conſtantienſis, ſub clientela Auſtriacorum.

CELLA S. CANICI, *Kilkenni*, urbs culta Hiberniæ, in Lagenia provincia, & in Comitatu Kilken-

nienſi ab eo dicto, ad Neorum fluvium. Vide Kilkennium.

CELLA S. EUSICII, *Celles*, cognomento *en Berry*, oppidum Galliæ in Bituricenſi provincia, cum Abbatia inſigni, ad Carum fluvium, in ipſo limite Bleſenſis agri, eſtque fere medium inter Bituricum ad ortum & Turones ad occaſum.

CELLA S. JODOCI, *S. Joſſe*, pagus Galliæ cum cœnobio in Picardia provincia, & in Pontico Comitatu, prope Quentiam fluvium & Stapulas oppidulum, 2. leucis à Monſtrolio in occaſum, & una tantum ab ora Oceani Britannici, de eo in vita S. Jodoci.

CELLA S. MAXENTII, *S. Maixant*, oppidum Galliæ in Pictavenſi provincia, cujus fit mentio in actis mediæ ætatis, dicitur ſæpius Fanum S. Maxentii. Vide ibi.

CELLENSIS LACUS, *das Zellerſée* Germanis, *le Lac de Zell* Gallis, alias Venetus. Per ipſum Rhenus fluvius decurrit à Conſtantia Baſileam verſus; eſtque in Suevia & in confinio Helvetiæ, diciturque etiam lacus inferior.

CALNIUS, fluvius Britanniæ majoris Ptolemæo, nunc *Killian* dictus, in Roſſia Comitatu ſeu provincia Scotiæ ſeptentrionalis, & verſus oram Oceani Germanici, teſte Camdeno.

CALSA, oppidum Illergetum in Hiſpania Tarraconenſi, Straboni, & Ptolemæo, quod Colonia Julia Celſa inſcribitur, nunc *Xelſa* vicus Aragoniæ regni ad Iberum fluvium, teſte Morali, una leuca à Vililla diſtans, & 9. infra Cæſar-Auguſtam Octogeſam verſus.

CELSINIACUS, *Sauſſilanges*, oppidulum Galliæ in Alverniæ provincia, & in Limania tractu, cum cœnobio celebri, vix 2. leucis ab Elavere fluvio diſtans in ortum, & 7. à Claromonte in Meridiem Anicium verſus: dicitur etiam Celſiniæ, & Celſinianæ in actis mediæ ætatis.

CELSITA, oppidum fuit Hiſpaniæ in Bætica, & in Hiſpalenſi conventu, ejus rudera ſunt circa *Penaflor*, prope Bætim fluvium, inter Cordubam ad ortum & Hiſpalim ad occaſum, teſte Roderico Caro.

CELSONA, *Solſona* incolis, *Solſone* Gallis, urbs Hiſpaniæ in Catalonia provincia, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Tarraconenſi, ſedet ad fluvium *Cardoner* dictum, ad radices montium, antea munita à Gallis, ſed male culta eſt, 10. leucis diſtat à Vico in occaſum, & 8. à Minoriſſa in Boream Urgellam verſus totidem, vixque 3. leucis diſtat à Cardona in Septentrionem.

CELTÆ, populi, antiquiſſimis temporibus per totam Europam ſparſi, ut probant Ortelius in Europa antiqua, & Philippus Cluverius libro primo Germaniæ antiquæ, unde ab his Europa aliquando etiam Celtica dicta fuit, poſtea in Gallia tantum reſtricti fuere.

CALTÆ, populi fuere Galliæ, Cæſari, Plinio, Straboni & aliis, a quibus ejus major pars Gallia Celtica dicta, quæ olim ampliſſimis definiebatur terminis, teſte Brietio. Nam præter Lugdunenſem, & populos intra Ligerim & Garumnam fluvios, Maſſiliam uſque atque Narbonem extendebatur, ut vult Strabo: poſtea tamen anguſtioribus reſtricta fuit limitibus. tempore Auguſti, & ſæpe Lugdunenſis dicta fuit. Vide Gallia.

CALTI, Hiſpaniæ Bæticæ populi circa Bætim fluvium, teſte Strabone.

CELTIBERI, populi Hiſpaniæ Tarraconenſis, Cæſari, Plinio, & aliis, ſic dicti quaſi Celto-Iberi a Gallis, qui cum diu certaſſent cum indigenis, de hoc nomine convenêrunt, ut annuere videtur Lucanus libro 4. erantque ex præcipuis illarum partium, ſub quibus comprehenſi Lobetani, & Pelendones, inter Vaſcones ad Septentrionem, Cantabros & Carpetanos ad occaſum, Edetanos ad Meridiem, & Illergetes ad ortum; ubi, nunc pars occidentalis Regni Caſtellæ novæ, & maxima pars Aragoniæ, eorum urbes præcipuæ fuere Attacum, Bilbilis, Cæſar-Auguſta, Lobetum, & Numantia.

CELTICA, olim pro Europa ſumebatur ab antiquis, ut pluribus probant Abrahamus Ortelius in ſuo parergo, & Cluverius in Germania antiqua.

CELTICA GALLIA, pars ampla Galliæ. Vide Gallia Celtica.

CELTICI, populi Hiſpaniæ in Luſitania, Ptolemæo, qui Celti dicti à Strabone, ubi nunc pars ampla Trans-Taganæ provinciæ in Portugallia, horum pars olim etiam ſub Bætica cenſebatur.

CELTICI, populi fuere Hiſpaniæ Tarraconenſis, teſte Plinio, qui horum alteros Nerias, alteros Præſamarcos cognominat, hos etiam novit Pomponius Mela, circa Celticum promontorium incolentes, ſicque erant ſub Callaicis Lucenſibus comprehenſi, ut etiam exiſtimat Ortelius.

CELTICUM, promontorium Hiſpaniæ Tarraconenſis, Plinio, quod & Artabrum dicitur, & Nerium, nunc *el Cabo de Finiſterra*, in Gallæcia. Vide Artabrum promontorium.

CELTO LIGURIA, ſic dicta fuit aliquando ea Galliæ Narbonenſis pars, quæ ab aliis, & melius Provincia vocatur, teſte Ammiano. Vide Provincia.

CELTOS, ſive Celtros, ſtagum Mœſiæ inferioris Lycophroni, ad Euxinum mare, circa oſtia Iſtri fluvii, teſte Ortelio.

CELTZENE, urbs Aſiæ, in Armenia, dicta etiam Keltzene, olim Epiſcopalis, poſtea vero Archiepiſcopalis ſub Patriarcha Conſtantinopolitano, teſte Miræo.

CALURCA, poſtea mons Roſarum, *Monros* incolis, *Monroſſe* Gallis, oppidum Scotiæ Borealis, in Anguſia provincia, & in ora littorali maris Germanici, ubi olim forſan Horeſtæ populi, diſtat 7. milliaribus Scoticis à Brechinio in ortum, & 20. ab Aberdonia in Meridiem. Vide mons Roſarum.

CELYDNUS, fluvius Macedoniæ, Ptolemæo, in ora occidua, nunc quibuſdam eſt *Salnich*, ultra Amantiam, juxta Epiri confinia fluens.

CEMA, mons Italiæ, Plinio, aliter Cemenus dictus, male Acema quibuſdam, *il monte Camelione*, Alpium maritimarum pars in Comitatu Niceenſi, ab ortu in occaſum extenſus, inter Vicariatus Barcinonis, & S. Stephani, ſive inter limites Marchionatum Salutiarum & Provinciam, & eo oriuntur Varus fluvius, & Stura, à Nicea 35. mill. paſſ. in Septentrionem. De eo pluribus Holſtenius in notis ad Italiam antiquam Cluverii.

CEMANDRI, populi fuere Illyrici, teſte Jornande, verſus Savum fluvium extenſi, quorum oppidum Martena dicitur, quanquam ab aliis protendantur etiam verſus Dravum fluvium.

CEMENELEUM, urbs Vediantiorum in Gallia Narbonenſi, Ptolemæo, Cemelion Plinio, Cemeleum Antonino, Cemelanenſium civitas aliis, Gemela in libris Notitiæ, & Cemelia etiam aliis, olim Epiſcopalis ſub Ebrodunenſi Archiepiſcopo, nunc funditus exciſa, ejus ruinæ viſuntur in Comitatu Niceenſi ad Paulonem amnem, dictæ *Cimella*, 3. milliaribus à Nicea urbe, & ab ora maris Mediterranei in Septentrionem, ubi antiquæ urbis cadaver in tumulo, inde territorium adjacens dicitur, *il piano di Cimies*, cum Eccleſia *noſtra Donna de Cimies* vocata, ut pluribus ſcribit Auguſtinus Juſtinianus in deſcriptione oræ Liguſticæ.

CEMMENIUS TRACTUS, *le païs des Sevennes*, provincia Galliæ in Occitania, ſub qua cenſentur communiter Gabalicus ager, *le Givaudan*, Vivarienſis provincia ſuperior, *le haut Vivarais*, & partes ſuperiores Diœceſeon Nemauſenſis & Ucetienſis in Occitania inferiori, ſicque dicitur quod intra montes Cemmenos extendatur, regio eſt probe culta & fertilis, in qua oppida & caſtra quamplurima, & aliquot oppida alias ſa-

tis munita, ejus incolæ Cemmenii, *les Sevegnols* dicuntur.

Cemmenus, mons Galliæ Straboni, Cemmeni montes Ptolemæo, Cebenna Plinio, & Auſonio, Gebennici Melæ, Cebennæ & Gebennæ aliis, mons Galliæ oblongus, ſeu verius montes, *les Sevennes* dicti, & *les montagnes des Sevennes*, Galliam Narbonenſem olim ab Aquitania ſeparantes, inter Rhutenos, Gabalos, Helvios, & Velaunos, per 30. leucas circiter in longum protenſi, initium habent verſus fontes Ligeris fluvii in Vivarienſi provincia ſuperiori, & protenduntur uſque ad Rhutenenſem provinciam ſuperiorem, & ad confinia Occitaniæ inferioris, Lutevam verſus, ſuntque probe culti cum plurimis locis, ab his tractus adjacens dicitur Cemmenius tractus.

Campsi, populi Hiſpaniæ Tarraconenſis Dionyſio, ubi fuerint non bene conſtat. Credunt tamen aliqui fuiſſe in eo tractu Aragoniæ regni, ubi Venaſca urbecula, ad amnem Eſſeram, ad radices Pyrenæorum montium, in limite Galliæ, 15. leucis a Jacca in ortum, & totidem ab Oſca,

Cenadium, urbs Hungariæ, *Chanad*. Vide Canadium.

Cenæum, promontorium Eubœæ inſulæ, cum oppido cognomine Straboni, & Ptolemæo, nunc *il Capo Litar* vulgo dicitur, Sophiano teſte, eſtque in ora occidentali inſulæ maxime porrectum, prope Maliacum ſinum, & contra Opuntem urbem Bœotiæ, & Locros Epicnemidios, Cæneum dicitur a Plinio, ubi Fanum erat Jovis, ex quo Jupiter Cæneus dictus.

Cenchreæ, pagus & navale Corinthiorum, Plinio, Ptolemæo, Straboni, in ora ſinus Saronici, *Cenchreai*, ad Iſthmum, contra Lechæum, alterum navale, in ora ſinus Corinthiaci, à quo 12. ſtadiis abeſt in ortum, à Corinthio 70. teſte Strabone, & in eo ineſt tantum turris ad portum.

Cenchrius, fluvius Aſiæ minoris Tacito, per Ioniam ad Epheſum fluens, haud procul a Cayſtro.

Cendavia, palus Palæſtinæ, in Galilææ & Samariæ confinio, ad montis Carmeli radices, unde Belus fluvius effluit, Plinio teſte.

Cenfaum, ſeu Genebum, *Gennep*, oppidum Germaniæ, ad Moſam fluvium, in Ducatu Clivenſi, cum caſtro munito antea. Eſt in confinio Gueldriæ, medium ferè inter Weſaliam ad ortum, & Boſcum Ducis ad occaſum. Vide Genepum.

Canestum, urbs Corſicæ inſulæ Ptolemæo, olim Epiſcopalis, quæ nunc quibuſdam eſt *S. Lucia*, vicus prope Rhotanum fluvium, ubi etiamnum multa ſuperſunt rudera, & aliquot antiquitatis monumenta, inter Aleriam ad ortum & Curiam ad occaſum, ſed Caſtaldo teſte cum aliis, eſt ipſa urbs Curia, *Corte*, Saxo undique prærupto impoſita, prope Crenum lacum, in meditullio inſulæ

Cenata, urbs Italiæ in Marchia Tarviſina, quæ Ceneda Agathiæ, vulgo etiam *Ceneda*, & olim Acedum dicta, Epiſcopalis eſt ſub Patriarcha Aquileienſi, ad montium radices, prope fontes amnis Mottegani, ſub dominio ejus Epiſcopi, media eſt inter Anaſſum fluvium ad occaſum & Liquentiam ad ortum, 10. milliaribus utrinque diſtans, & 13. à Belluno in Meridiem, verſus Opitergium, cui in Epiſcopatu ſucceſſit, totidem, & Tarviſium 15. parva eſt ſed ſatis culta, & ejus Epiſcopus Serravalli oppido proximo ad 2. millia paſſuum commoratur.

Cani-magni, Britanniæ majoris populi, Cæſari, Ab aliis Simini & Iceni dicti fuere, inter Trinobantes, Catieuchlanos, & mare Germanicum extenſi, ubi poſtea orientalis Anglia, & nunc Suffolcia, Norfolcia, & Cantabrigienſis Comitatus, ut exiſtimat Camdenus. Vide Iceni.

Cenina, urbs fuit Latii, proxima Romæ, teſte Feſto libro 3. cujus hodie nullum exſtat veſtigium. Populi Ceninenſes. Scribitur etiam Cænina.

Canion, Britanniæ majoris fluvius parvus, Ptolemæo, nunc interpretatur *Vale*, in ora meridionali Cornubiæ, ubi in mare ſe exonerat, prope S. Mauditi oppidum, teſte Ortelio.

Cenisius Mons, qui aliter mons Cinereus quibuſdam, *le Mont Cenis* Gallis, *il Monte Ceniſio* Italis, Mons eſt Galliæ, & pars Alpium Cottiarum in Sabaudia, & in Maorianenſi Comitatu, in ipſo limite Pedemontii, ſub quo ejus parva portio ad ortum cenſetur, eſt inter Lanciburgum & Novaliciam, ubi ordinarius tranſitus è Gallia in Italiam, vix 2. leucis diſtans à confinio Delphinatus, & dividitur in magnum qui ad Septentrionem *le grand mont Cenis*, qui magis excelſus, & in parvum qui ad Meridiem, in cujus ſummo etiam lacus ineſt, ut ego pluries vidi, cum illas partes luſtrarem.

Cenomanensis Provincia, *le Maine*, provincia Galliæ ampla & fertilis, in qua alias Cenomani populi, ab ortu in occaſum extenſa, terminatur à Septentrione Normannia, ab occaſu Britannia minore, ab ortu Pertico provincia, & Vindocinenſi agro, & à Meridie Andegavenſi provincia, & partim etiam Turonenſi, dividitur in ſuperiorem *le haut Maine*, & inferiorem *le bas Maine*, & ejus præcipua urbs eſt Cenomanum *le Mans*, ſed de aliis urbibus, vide infra, hinc Cenomani populi, *les Manceaux* vulgo.

Cenomanensis Provinciæ Urbes.

Bellomontium, *Beaumont*.
Caſtrum ad Lædum, *Chaſteau du Loir*.
Cenomanum, provinciæ caput, *le Mans*.
Feritas Bernardi, *la Ferté Beſnard*.
Lavallium, *Laval*.
Meduana, *Mayenne*.
Sabolium, *Sablé*.

Cenomani, populi Galliæ Celticæ Cæſari, Plinio, & Ptolemæo, qui & Aulerci Cenomani etiam dicti, inter Seſſuos ad Septentrionem, Carnutes ad ortum, Rhedones ad occaſum, & Andegavos Turoneſque ad Meridiem extenſi, ubi nunc Cenomanenſis provincia Galliæ, *le Maine*, eorum autem primaria erat Vindinum ſeu Cenomani.

Canomani, ſeu Cenomanum, & Vindunum, urbs Galliæ Celticæ, nunc *le Mans*, urbs Galliæ Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Turonenſi, ad Sartam fluvium, quæ ſæpius dicitur à recentioribus Cenomanum. Vide ibi.

Cenomani, populi fuere Galliæ Ciſalpinæ, Straboni, & Plinio, & in Tranſpadana, ſic dicti à Cenomanis Gallis, eorum termini erant à Septentrione Euganei populi, ab Oriente Veneti, ab Occidente Inſubres, & à Meridie Padus fluvius, inhabitabantque ubi nunc pars Longobardiæ, in qua agri Brixianus, Cremonenſis, & Veronenſis, ſub Venetorum dominio, & pars Ducatus Mantuani cis Padum, teſte Cluverio, eorum vero præcipuæ urbes erant Brixia, Cremona, Mantua, & Verona.

Cenomanum, *le Mans*, urbs Galliæ, ampla & culta, alias Vindinum dicta, Cenomanenſis provinciæ caput, ad Sartam fluvium, ubi recipit Huiſnam, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Turonenſi, 10. leucis diſtat ab Alenconio in Meridiem verſus Turones 6. & 30. à Rhedonibus, verſus Carnutum totidem.

Cenophrurium. Vide Cænophrurium.

Canta, oppidum Mauritaniæ Tingitanæ mediterraneum, Ptolemæo, nunc *Benibuhalul* dictum, teſte Marmolio, inter Molochath ad Boream & Bocanum Hemerum, ſive ut nunc vocant Marochium ad Meridiem.

CENTALE, *Centale*, oppidulum Italiæ, in Pedemontio, recens munitum, ad amnem Maleam, & in Marchionatu Salutiarum, eſtque ferè medium inter Cuneum ad Meridiem, & Savilianum ad Septentrionem.

CENTAUROPOLIS, urbs fuit Theſſaliæ, ad Tempe, in monte Oſſa, cujus meminit Procopius.

CENTENARIA, locus Epiſcopalis Numidiæ, in Notitia Africæ Victoris.

CENTRITES, fluvius Aſiæ, inter Mediam & Armeniam fluens, Diodoro, ac Carduchos populos ab Armeniis ſeparans.

CENTRONES, populi fuere Galliæ Belgicæ Cæſari, & Plinio, ſub Morinis comprehenſi, qui à variis varie indigitantur, Becanus putat oppidum Centronum eſſe Corteriacum urbem Flandriæ, Ortelius eos deſcribit in Brabantia, ſed Sanſon credit Centrones fuiſſe in ea parte Flandriæ Comitatus ad ortum, ubi nunc Diœceſis Gandavenſis *le Dioceſe de Gand*, ad Scaldim & Liſam, & Caſtellania Gandavenſis cum Vaſiæ parte meridionali, & dominio Teneræmundæ.

CENTRONES, populi Galliæ Narbonenſis, Cæſari, Straboni, & Antonino, fuere juxta Alpes Graias, inter Allobroges & Salaſſos, quorum regio Tarantaſia *la Tarantaiſe* vulgo nominatur in Sabaudiæ Ducatu, teſtibus Marliano, & Vigenereo, cum aliis, & eorum primaria, Forum Claudii *Mouſtiers* cognomento *en Tarantaiſe*. urbs ad Iſaram fluvium.

CENTULA, nunc S. Richarius *S. Riquier*, vicus Galliæ cum cœnobio in Picardia provincia, & in Pontivo Comitatu ad amnem *Cardon*, 2. leucis ab Abbavilla urbe diſtans in ortum Dulendium verſus, cujus fit mentio in vita S. Richarii, cujus natalibus & domicilio inclaruit.

CENTUM, *Cento*, oppidum Italiæ, ſat cultum, & alias munitum, in Ducatu Ferrarienſi, in confinio agri Bononienſis & ditionis Mutinenſis, 18. milliaribus diſtat a Bononia Mirandulam verſus, prope Rhenum amnem, ſub dominio Summi Pontificis.

CENTUMCELLÆ, urbs Hetruriæ, teſtibus Plinio, Antonino, & Paterculo *Civitavecchia* hodie, in ora littorali maris Tyrrheni, & olim Epiſcopalis, à Saracenis exciſa, & poſtea a Leone III. Pontifice Maximo in colle vicino ad 6 mil. paſſ. reſtaurata & *Cincelle* dicta, ubi nunc tota in ruinis jacet, civibus ad veterem civitatem Centumcellas reverſis: atque inde haud dubie Centumcellenſi portui Civitatis veteris nomen inditum. Rem totam accurate narrat Anaſtaſius Bibliothecarius in vita Leonis Papæ III. nunc oppidum eſt provinciæ Patrimonii in ditione Eccleſiæ, & Tuſcaniæ Diœceſe, recens munitum a Summis Pontificibus, & præſertim ab Urbano VIII. cum portu utcumque capaci & caſtro antiquo, ſedet in planitie & a paucis inhabitatur propter aeris gravitatem, 40. mill. paſſ. diſtans ab urbe Roma in occaſum, uti 6. a Fano S. Marinellæ, & 9. a Cornueto in Meridiem.

CENTUMCOLLES, caſtrum Tranſſylvaniæ principatus, vulgo etiam *Zashalon* dictum, inter Cibinium & Coronam urbes ad 9. milliaria Hungarica diſſidens.

CENTUM COLLES, *Zashalon* incolis, *Hundertbubel* Germanis, oppidulum Hungariæ inferioris, intra colles a quibus nomen accepit, inter Budam & Albam Regalem ad 4. milliaria Hungarica diſtans, teſte Joanne Sambuco.

CENTUM FONTES, oppidum Celtiberorum in Hiſpania Tarraconenſi, Luithprando, nunc *Ciſuentes* vicus Caſtellæ novæ in Alcarria tractu, teſte Gregorio de *Argaiz*, verſus Fontes Tajunæ fluvii.

CENTURINUM, oppidum Corſicæ Ptolemæo, nunc *Centuri*, caſtrum Corſicæ inſulæ, in ejus ora Boreali prope Sacrum promontorium, ei adjacet ab occaſu inſula Centurina parva admodum, & diſtat 20. milliaribus a Baſtia in Septentrionem, uti 18. ab arce S. Florentii.

CENTURIPÆ, urbs Siciliæ Ptolemæo, & Ciceroni, Centuripa Straboni, *Centorbi* vulgo, olim ampla, à Frederico II. Imperatore exciſa, ſicque nunc tantum caſtrum in valle Demonæ, prope Adranum fluvium ad montis Ætnæ radices, 8. milliaribus a Paterno in occaſum, inter Catanam ad ortum, & Troinopolim ad occaſum 22. mill. paſſ. utrimque diſtans, populi Centuripini, Plinio.

CEOS, inſula maris Ægei, una Cycladum Ciceroni, quæ Cea Plinio, & Cia Ptolemæo, hodie etiam *Zea* dicta. Vide Cea.

CEPEROSTUM, *Ceperoux*, mons Americæ meridionalis in Guiana regione, & in Caiana inſula in colle, ad oſtia fluvii Cayani in mare Boreale, ubi arx Ludovica *le fort Louys*, ſeu etiam *le fort Ceperoux*, ſub dominio Francorum. Vide arx Ludovica & Cayana.

CEPHALAS, promontorium Africæ Straboni, & Plutarcho, Cephalæ Ptolemæo, ultra Trierorum promontorium Calumacumam villam verſus, nunc teſte Fazello, eſt *il Capo Meſurata*, in ora regni Tripolitani, ad initium occidentale Syrtis magnæ, 160. mill. paſſ. à Tripoli in ortum.

CEPHALŒDIS, urbs Siciliæ, Ciceroni, Cephalœdis Plinio, & Ptolemæo, Cephalœdium Straboni, Cephalodium in libris Conciliorum nunc *Cefalu*, urbs Siciliæ inſulæ in ejus ora Boreali & in valle Nemorenſi, in modum promontorii in mare Thyrrenum excurrens, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Meſſanenſi, & ſatis culta, quanquam parvi ſit circuitus, cum caſtro & portu capaci, 32. milliaribus diſtat a Panormo in ortum Meſſanam verſus 84. & Pactas 50. populi Cephalœditani Ciceroni, aliis Cephalœdienſes.

CEPHALŒDIS SINUS, *il Golfo di Cefalu*, ſinus parvus maris Tyrrheni, in ora ſeptentrionali Siciliæ inſulæ, prope Cephalœdim urbem.

CEPHALENIA, inſula Ptolemæo, & Plinio, quæ Cephallenia Straboni, & Stephano, *la Ceſalonia* vulgo Italis, *la Ceſalogne* Gallis, *Kiafalania* Turcis, inſula eſt Græciæ in mari Ionio, inter Leucadem inſulam ad Boream 12. milliaribus, & Zacynthum ad Auſtrum 20. diſtans, dicta fuit etiam alias Samos Melæna, Teleboa, atque Tapſus, & Epiſcopali dignitate inſignitur ſub Archiepiſcopo Corcyrenſi, ſed Epiſcopatui Zacynthi perpetuo unitur, in hac inſula incolæ Græcos ritus ſervant, ejus circuitus eſt 90. milliarium, & dividitur in 19. partes, pertinentias dictas, ſub dominio Reipublicæ Venetæ ab aliquot ſæculis, vix 24. mill. paſſ. diſtans ab ora littorali Peloponneſi in occaſum, eſtque prope Echinadas inſulas, & ab ipſa pendet Ithaca inſula in viciniis, teſte Thoma Porcaccio, olim quatuor habuit urbes, nunc tantum villas & pagos cum caſtro in colle Cephalenia dicto, *Ceſalonia*, a quo ad 6 milliaria ineſt portus *Argoſtoli* dictus, & peramplus in ora auſtrali inſulæ, in qua vix 50. Catholici inveniuntur, à copia Cephalorum piſcium nomen habere traditur, hinc populi Cephalenes & Cephalenii.

CEPHALONNESUS, inſula parva & oblonga ſinus Carcinites, Plinio, & Ptolemæo, ubi Ponto Euxino jungitur, in Hyllæa regione, prope Tamiracam portum, & ex adverſo Tauricæ Cherſoneſi, ab ea 50. milliaribus circiter diſtantis in occaſum, & nunc *Rubea* dicitur, ut exiſtimat Pinetus.

CEPHIRA, ſeu Caphara, & Caphera, oppidum olim Judææ, Hieroſolymis proximum Joſepho, nunc exciſum.

CEPHISIA, tractus Atticæ, per quem Cephiſus labitur, & in quo oppidulum ejuſdem nominis, teſte Plinio, nunc etiam vicus *Giſiſſia* dictus.

CEPHISIS, lacus eſt juxta mare Atlanticum,

quem Mauri Electorum vocant, teſte Plinio.

Cephissus, fluvius Græciæ, Straboni & aliis, nunc *Ceſiſſo*. Oritur in Doride, prope Lilæam urbem; dein auctus Mela fluvio, Elatæam Phocidis urbem rigat, poſtea per Cherroneam in Bœotiam labitur, & cadit in Copaidem lacum, qui ab eo Cephiſſides dictus fuit aliquando, mox per cuniculum excurrens, in Euripum ſe exonerat prope Larimam oppidum; eſtque inundationibus admodum obnoxius.

Cephissus, amnis Atticæ Straboni, juxta Athenas fluit ad occaſum, deinde in ſinum Saronicum ſe exonerat prope Pyræum portum.

Cephissus, fluvius Argiæ regionis in Peloponneſo modicus, Pauſania teſte.

Cepiana, Celticorum urbs in Hiſpania Luſitanica, Ptolemæo, nunc eſt *Cezimbra*, oppidum Portugalliæ, in ora Oceani Atlantici, & in provincia Extremaduræ Portugallicæ, inter Barbarium promontorium ad occaſum & Cætobrigam ad ortum, teſte Brietio, quamquam alii credant eſſe *Pinhel*, Pinelum oppidum ejuſdem regni in Trans-montana provincia, verſus Durium fluvium, & confinia regni Legionis, longe à priori diſſitum, forſan ex nominis alluſione tantum.

Cepe, ſeu Cepoe, & Cepi Mileſiorum, oppidum Sarmatiæ Aſiaticæ, teſte Plinio, juxta Corocondamem lacum ſeu paludem, in regno Boſphorano, & in Eione inſula, inter Phanagoriam & Tyrambim, vix 10. mill. paſſibus diſtans à Boſphoro Cimmerio in ortum, teſte Sanſone, & à quibuſdam dicitur etiamnum *Copa*, ſed ex conjectura tantum.

Cepusiensis Comitatus, provincia parva regni Hungariæ & ſeptentrionalis, *Cepuſz* dicta, verſus montem Carpatum & confinia Poloniæ, cujus pars major ſubeſt etiam dominio Poloniæ à tribus ſeculis. Ibi oppidum præcipuum *Leutſch*, in ditione Imperatoris, uti Regis Hungariæ, cum parte auſtrali Comitatus.

Cepionis monumentum, oppidulum Hiſpaniæ in Bætica, ad oſtium Bætis, Straboni, nunc *Chipiona*, teſte Luca Holſtenio. Vide Cæpionis turris.

Cerамea. oppidum Pooti in Aſia minori, Cedreno, nunc *Kerume* dictum à Turcis, teſte Leunclavio..

Ceramicus sinus, *il Golfo di S. Pietro* hodie, pars maris Ægei, in ora Cariæ & Doridis regionum Aſiæ minoris, juxta Ceramum, à qua dictus fuit, Gnidum, & Halicarnaſſum.

Ceramum, *l'Iſle Ceram*, inſula ampla & oblonga maris Indici, in Archipelago Molocarum, in Aſia, inter Gilolum, Molucas, Bandam, & Amboinam inſulas, bene culta, & Aromatum productu dives, & in ejus ora ſeptentrionali ſunt aliquot arces Belgarum.

Ceramus, urbs Cariæ in Aſia minori, Plinio, & Ptolemæo, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Stauropolitano, ſedet inter Gnidum ad occaſum & Halicarnaſſum ad ortum in ora maris Ægei, cujus pars adjacens dicitur ab ea ſinus Ceramicus, & nunc diruta jacet.

Cerasus, urbs Cappadociæ in Ponto Polemoniaco, in ora littorali Ponti Euxini, Straboni, Plinio, & Arriano, olim Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Neocæſarienſi, poſtea Metropolis effecta, & nunc *Chiriſſonda* dicta vulgo à nautis & aliis, hinc ceraſa primum in Italiam delata, teſte Athenæo, 25. mill. paſſ. diſtat à Pharnacea in occaſum, uti 65. à Trapezunte Hermonaſſam verſus 36. & Polemonium 70. circiter, nuncque in vicum redacta eſt, ſub dominio Turcarum, in Amaſia regione, teſte Caſtaldo, dicitur etiam *Emid* à Turcis, teſte Leunclavio, & *Omidie* Nigro.

Ceratæ, oppidum Umbriæ in Italia, Straboni, Ceretum Plinio, *Cerreto* vulgo, caſtrum Umbriæ ad Neram fluvium, ad radices Apennini montis, & in confinio Marchiæ Anconitanæ, ſub dominio Summi Pontificis, 15. milliaribus à Nurſia diſtans in occaſum Spoletum verſus 12.

Ceratæ, vel Cereatæ, Cernetum quibuſdam, oppidum Latii in colle, nunc eſt *Cerreto*, caſtrum Campaniæ Romanæ, in ditione Eccleſiæ, & in confinio Aprutii Ulterius, inter Sublacum & lacum Fucinum, teſtibus Ortelio, & Cluverio.

Ceratus, fluvius Cretæ inſulæ, Straboni, & Heſychio, nunc *il Cartero* dictus, parvus admodum, juxta Gnoſſum urbem exciſam labitur, quæ etiam de nomine fluvii dicta eſt; & deinde in mare Creticum ſe exonerat, in parte ſeptentrionali inſulæ, prope Matium, teſte Boſchino.

Ceraunia, urbs Cypri inſulæ Ptolemæo, Ceronia Polybio, Cirynia Plinio, & aliis, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Nicoſienſi, nunc oppidulum *Cerines* dictum, in ejus ora Boreali Ciliciæ obverſa, cum portu peramplo, inter Carpaſiam ad ortum & Lapithum ad occaſum.

Ceraunii montes, in Chaonia tractu, Epiri Melæ, qui Acroceraunii ſeu Acroceraunia juga, & Ceraunia, ſic dicta quod ſæpe fulmine percellantur, montes ſunt nunc in Albania regione, qui a Chimera oppido dicuntur *i Monti della Chimera*, ſunt valde excelſi, & ab ortu hyberno ad occaſum æſtivum protenduntur, verſus Oeneum ſinum & Aulonem, vixque 50. mill. paſſ. diſtant a Corcyra inſula in Septentrionem, dicuntur melius Acroceraunia juga. Vide ibi.

Ceraunii, montes Albaniæ in Aſia, montis Caucaſi pars, quorum meminit Ptolemæus, extenduntur que ad oram littoralem maris Caſpii.

Cerbalus, fluvius Italiæ in Apulia, Plinio, hodie teſtibus Nigro & Cluverio, eſt *il Cervaro*, fluvius regni Neapolitani in provincia Capitanata, oritur ex Apennino monte, & prope Bovinum urbem labitur, deinde in Candelarum fluvium ſe exonerat, prope Sipontum.

Cercaphus, mons Ioniæ, Colophoni imminens, Lycophrone teſte.

Cerceticus, ſinus maris Euxini, in Sarmatia Aſiatica, ubi Tazus urbs, vulgo *il Golfo di Suſaco* de urbis nomine, teſte Moletio, dictus à Cercetis populis à Ptolemæo ibi memoratis.

Cercetii, montes Theſſaliæ, teſte Plinio.

Cercetti, populi Sarmatiæ Aſiaticæ, in ora Ponti Euxini, à Dionyſio Afro memorati, qui Cercetæ Plinio, & Ptolemæo, nunc Circaſſi dicti, ut exiſtimant recentiores. Vide Circaſſi.

Cercetius, mons Sami inſulæ, in Mari Ægeo, juxta Ampelum montem & promontorium, teſte Plinio.

Cercina, inſula Africæ Ptolemæo, & Plinio, Cercinna Hirtio, & Melæ, *Chercara* nunc Italis, teſte Fazello, & *Cercare* Gallis, inſula eſt parva maris Mediterranei, in ora Africæ propriæ & regni Tunetani, prope Syrtim minorem. Ei adjacet ad Meridiem alia inſula parva, *Gamelara* dicta, quæ forſan alias Cercinna minor ſeu Cercinetis. Diſtat ab Adrumeto in ortum 25. milliaribus, à Tacapis 100. circiter in Septentrionem, 90. à Lopaduſa, & 50. à Lottophagite ſeu Meninge inſula in Septentrionem; eſtque parvi circuitus, & ægrè à paucis habitata.

Cercinites, lacus Macedoniæ, in Thraciæ confinio, ad quem Cercinium oppidum fuit, teſte Livio.

Cercine, mons Thraciæ, verſus Macedoniam, qui Sintbos & Pæones populos conjungit, in Dantheletica provincia.

Cercopes, populi inſulæ Pithecuſæ, teſte Ovidio.

Cercopia, urbs Aſiæ, in Phrygia majori Ptolemæo, verſus Lydiam, juxta Cryam amnem, quo paulo ioſra

lo ioſra

lo infra cadit in Hermum. Hunc *Arcobia* dicitur à Caſtaldo. Prope Eucarpiam ſedet, ſed paulo remotior à Lyſiade.

CARCUM, *Kerti*, urbs parva Tartariæ minoris ſeu Precopenſis, quæ etiam *Chierche* dicitur, ad fauces Boſphori Cimmerii ubi in Pontum Euxinum cadit, & paucis nunc conſtat incolis, 100. fere milliaribus à Theodoſia in ortum æſtivum diſtans.

CERCYRÆI, populi Dionyſio Afro (qui Corcyræi Latinis dicuntur) a Cercyra inſula, (quæ & Corcyra), Vide ibi.

CARE, *Ceri*, oppidum Hetruriæ. Vide Cære.

CERAOANUM, *Cerane*, caſtrum Ducatus Mediolanenſis in agro Novarienſi, inter Tercatum & Viglebanum, cujus fit mentio in actis mediæ ætatis, teſte Ferrario.

CERAMISSI, ſeu Cremiſſi, *les Czeremiſſes*, populi Moſcoviæ orientalis, diſcreti in cis Volganos & trans Volganos, Brietio & aliis teſtibus, hique dicuntur *Nagornoy*, hoc eſt, montuoſi. Extenduntur ad montes Riphæos, habitantque in ſylvis, inter Novogardiam inferiorem & Caſanum.

CERENTIA, *Cerenza*, urbecula Calabriæ citerioris in regno Neapolitano. Vide Geruntia.

CERASSUS, oppidum Jaccetanorum in Hiſpania Tarraconenſi Ptolemæo, à multis creditur fuiſſe ubi poſtea Celſona urbs, *Solſona*, in Catalonia principatu, Brietio teſte.

CERETANUM, oppidum Siciliæ inſulæ mediterraneum, Ciceroni, nunc eſt *Ceretana*, caſtrum in Valle Netina, in colle ſitum ad radices montis Hiblæ, prope oppidulum Montem Rubeum dictum, & 25. milliaribus diſtans à Leontinis in Meridiem Camaranam verſus, ad fontes Motychani fluvii.

CARETAPA, urbs Epiſcopalis Aſiæ minoris in Phrygia Pacatiana, cujus meminit Concilium Epheſinum, & aliquando etiam dicta fuit Cæſarea Ceretapa, teſte Hierocle.

CERETICA, *Cardigan*, oppidum Angliæ in Wallia meridionali, Comitatus cognominis caput, olim Tuerobius dictum, teſte Brietio, ſitum eſt limite Pembrochiæ Comitatus, & ad Tivium fluvium, qui 2. mill. paſſ. infra in mare Hibernicum cadit, 14. milliaribus diſtans à Mariduno in occaſum æſtivum, & 17. à Menevia in ortum etiam æſtivum.

CERATICA, provincia ſeu Comitatus Walliæ meridionalis in Regno Angliæ, nunc *Cardiganshire* dicta ab Anglis; *le Comté de Cardigan* Gallis, ubi alias Dimetæ populi pro parte inhabitarunt, teſte Camdeno, terminatur ab occaſu mari Hibernico, ab arctos Mervinia Comitatu, ab ortu Montgomerienſi & Brechinia provinciis, & à Meridie Maridunenſi & Pembrochienſi Comitatibus, oppidum habens primarium cognomine, fuitque olim pars Dehenbartiæ regionis, teſte Lhuydo.

CARETUM, *Ceret*, oppidulum ſatis amoenum Galliæ in Comitatu Ruſcinonenſi, haud procul à Teco fluvio, & in confinio Hiſpaniæ & Cataloniæ, ad radices montium Pyrenæorum, & 16. mill. paſſ. à Perpiniano diſtans in Meridiem, ubi habitum colloquium anno 1660. inter delegatos Regum Franciæ & Hiſpaniæ, ad figendos regnorum limites in ea Pyrenæorum montium parte.

CEREVIA, urbs Galliæ Ciſalpinæ in Æmilia, cujus fit mentio in veteri inſcriptione. quæ & Phycole dicta, ſæpius Cervia, etiam *Cervia* vulgo, urbs Italiæ in Romandiola, ubi magna ſalis copia coquitur, propterea ægre habitata & parva. Vide Cervia.

CERILLÆ, oppidum Brutiorum in Italia, Straboni, nunc teſte Barrio, eſt *Cirella* caſtrum Calabriæ citerioris, in ora maris Tyrrheni, prope Laum ſinum, è regione inſulæ parvæ cognominis, 8. milliaribus diſtans à Scalea in Meridiem, 3. ab Adamaote, & 30. à Thuriis in occaſum, nuncque paucis conſtat incolis, ſub Hiſpanis.

CERINTHUS, oppidum Eubœæ inſulæ, ſitum in littore maris Ægei, non longè ab oſtius Budori fluvii, Appiano teſte. Euſtachius putat & dictum Ellopiam, & ad Telethrium montem collocatur à Strabone. Nunc in vicum redactum eſt, & à Moletio *Ellopia* dicitur.

CERISOLÆ, *Ceresole* incolis, *Ceriſoles* Gallis, vicus Italiæ, in colle in Pedemontio, & in Comitatu Aſtenſi, celebris victoria Gallorum ſub Duce Anguiano, contra Hiſpanos, quorum exercitum delevit magna clade anno 1544. ſub Henrico II. Rege. 5. milliaribus diſtat ab Alba, & 4. à Claraſcô, Carmaniolam verſus.

CERNE, inſula Oceani Atlantici Plinio, & Ptolemæo, quæ ab eo etiam ſæpe Cerne Atlantica dicitur, & Ombrio, nunc recentioribus eſt *la Madera* inſula, 200. milliaribus à Fortunatis inſulis diſtans in Septentrionem, ſub dominio Regis Portugalliæ, prope Portum ſancti inſulam. Vide Madera.

CARNE, inſula Africæ Ptolemæo in ora occidentali Libyæ interioris, nunc, teſte Rhamuſio, creditur *Arguin*, inſula parva in ora Nigritarum regionis, contra Nigritis fluminis oſtia, cum caſtro à Luſitanis alias extructo, & hodie ſub Belgis unitis, ſed à Francis diruto anno 1678.

CARNE ÆTHIOPICA, inſula Africæ, ad ortum, & in Oceano Æthiopico Plinio, quæ Menuthias dicta à Ptolemæo, hodie *Madagaſcar* dicta, ab incolis *Madecaſe*, & à Luſitanis *la Iſla de S. Lorenzo*, ſeu S. Laurentii inſula, quia ab ipſis detecta anno 1504. die S. Laurentio ſacra, à Gallis verò *l'Iſle de Madagaſcar*, & *l'Iſle Dauphine*, perſæpe ab Europæis luſtrata, & alicubi à Francis inhabitata, verſus partem meridionalem, in Carcanoſſia provincia, ubi Arx Delphina fortalitium. Inſula eſt Africæ ampliſſima & cultiſſima, & eam accuratè deſcripſit Stephanus Flacurtius à paucis annis. Vide Delphina inſula, & Madagaſcaria.

CERNATUM, oppidum fuit Latii, teſte Plinio, quod & Ceratæ, *Cerreto* nunc, caſtrum tenue ditionia Eccleſiæ, verſus Anienem fluvium, hinc populi Cernetani, Plinio. Vide Ceratæ.

CAROSNAS, populi Britanniæ magnæ, Ptolemæo, inter Creones & Caledonios, ubi nunc *Aſſin ſhire*, tractus Roſſiæ provinciæ, in ora occidentali Scotiæ, teſte Camdeno.

CERRATANI, populi Hiſpaniæ Tarraconenſis, Straboni, & Plinio, Ceretani Silio, ad Pyrenæorum montium radices extenſi, inter Galliam Narbonenſem ad Septentrionem & ortum, Caſtellanos ad Meridiem, & Jacetanos ad occaſum, quorum regio Cerretania dicitur, *la Cerdaña* vulgo incolis.

CARRETANIA, *la Cerdaña* incolis, *la Cerdagne* Gallis, provincia eſt Hiſpaniæ, Cataloniæ aonexa & ſatis parva, in qua olim Cerretani populi, terminatur a Septentrione Gallia ſeu Occitania, ab ortu Comitatu Ruſcinonenſi à quo ſeparatur montibus Pyrenæis, à Meridie vero & occaſu Catalonia veteri, in duas fere partes ſcinditur Sicori fluvio, & pars ejus orientalis, nunc ſubeſt Regi Francorum ab anno 1660. in ea ſunt oppida præcipua Jugum Cerretanorum *Puigcerda*, Urgela *la Cen de Urgel* urbs, & Julia Labyca *Llivia* dicta.

CERRETANORUM JUGUM, *Puigcerda*, oppidum Cataloniæ, Comitatus Cerretaniæ caput, ad Sicorim fluvium & ad radices montium, ſub Hiſpanis, dicitur etiam Podicerta à recentioribus quibuſdam, eratque antea munitum, ſed anno 1678. captum fuit à Gallis & poſtea ejus munitiones dirutæ fuerunt.

C[illegible]ANUM, oppidum Hiſpaniæ Tarracoonenſ-

ſis, nunc vicus eſt *la Torre de Cerdaña*, in valle Carolina in Catalonia, & in Comitatu Cerretaniæ, intra montes Pyrenæos, & 2. leucis diſtans a jugo Cerretanorum in Septentrionem, ſub dominio Gallorum ab anno 1660. ſicque nunc ſub Gallia cenſetur.

CERRITUM, *Cerrito*, oppidum regni Neapolitani in provincia Terræ Laboris, in limite provinciæ Principatus Ulterioris, in quo tranſlata ſedes Epiſcopi Teleſini ab anno 1612. ſedet ad radices montium, 4. milliaribus diſtans à Teleſiæ ruderibus in Septentrionem, & 25. a Capua in ortum æſtivum Vulturariam verſus, & 18. à Benevento in occaſum æſtivum.

CERSUNOM, urbs Corſicæ inſulæ, Ptolemæo, in ejus ora Boreali, quæ teſte Cluverio, fuit ubi poſtea Nebbium, *Nebbio*, urbs Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Genuenſi, quæ hodie diruta jacet. Ex ejus ruinis excitatum Fanum S. Florentii, a quo diſtat uno milliari in Meridiem, 10. à Marianæ ruinis, & 22. à Sacro promontorio pariter in Auſtrum.

CERTIACUM, urbs Helvetiorum exciſa, quibuſdam eſt *Reckingen* vicus in Badenſi præfectura, aliis autem eſt *Zurzach*, vicus peramplus ad Rhenum fluvium, 5. mill. paſſ. à Foro Tiberii ſeu *Kaiſerſtul* diſtans.

CARUARIA, *Cervera*, caſtrum Hiſpaniæ in Catalonia, ad radices Pyrenæorum montium, & in ipſo confinio Galliæ, & Comitatos Ruſcinonenſis, in ora maris Mediterranei, inter Caucoliberim ad Septentrionem 2. leucis & Rhodam ad Meridiem 3. leucis diſtans.

CERUARIA, oppidulum Galliæ Narbonenſis, Melæ, nunc locus Corbaria dictus, in Occitania inferiori, verſus Alectum, teſte Joanne Poldo. Vide Corbaria.

CERVARIA, *Cervera*, oppidum munitum Hiſpaniæ in Catalonia, & io planitie Urgellenſi, cum caſtro juxta amnem cognominem, 10. leucis diſtans ab Ilerda in ortum, Barcinonem verſus, & totidem a Tarracone in Septentrionem, prope Tarregam.

CERVARIA, oppidum fuit Oretanorum, in Hiſpania Tarraconenſi Ptolemæo, nunc *Cervera*, caſtrum Caſtellæ novæ, inter montes, teſte Moletio, in eo tracto qui vulgò *la Sierra* dicitur, verſus fontes Anæ fluvii, 6. leucis à Concha in occaſum hybernum.

CERVIA, urbs alias Galliæ Ciſalpinæ in Æmilia, nunc *Cervia*, urbs Italiæ in Romandiola provincia, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Ravennate, & ſalinis ſuis celebris, in planitie in ora maris Adriatici, ſed ægre habitata, propter aeris inclementiam, ita ut vix habeat 400. incolas, ſubeſtque dominio Summi Pontificis, 12. milliaribus diſtans a Ravenna in ortum Ariminium verſus 15. eſtque inter oſtia Sapis & Rubiconis fluminum, dicta fuit etiam antiquitus Phicocle, ſeu Ficocle, & Ficode. Vide ibi, hinc Cervienſis nomen gentis, *Cervieſe* vulgo.

CERVINI, populi & oppidum Corſicæ inſulæ mediterraneum, circa medium illius, licèt alibi à Ptolemæo locentur.

CÆRVISIÆ COCTORIS PORTUS, *Brouvershaven*, oppidum Belgii uniti, in Zelandiæ Comitatu, dicitur aliter Brovershavia. Vide ibi.

CERVISIÆ COCTORIS TRANSITOS, *le paſſage du Braſſeur* Gallis, *het Browers paſſage* Belgis, pars Oceani Magellanici ad Auſtrum freti Maerei, ſic dicta ab Henrico *Browers* Belga, qui illas oras luſtravit anno 1641.

CERVIX AFRICÆ, vulgo *le Cap de bonne Eſperance*, Caput bonæ Spei, in Africæ parte meridionali, & in Cafreria regione, promontorium in Auſtrum maximè extenſum. Vide Caput bonæ Spei.

CESATA, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis in Celtiberis Antonino, Cæſada Ptolemæo, nunc teſte Varrerio, eſt *Ita*, oppidulum Caſtellæ novæ, prope fluvium *Henares* in colle, medium inter Guadalajaram ad Meridiem & Secontiam ad Septentrionem, 8. leucis utrimque diſtans, & 5. leucis a Guadalajara.

CESCUS, urbs erat Ciliciæ, Suida teſte, in Pamphyliæ confinio, cui aliis attribuitur: juxta quam fluvius Anus decurrit.

CESELETH, vicus Palæſtinæ, in Galilæa, ad montem Thabor, *Caſalun* poſtea dictus.

CESANA, urbs Galliæ Togatæ in Æmilia, etiam *Ceſena* vulgo, ad Sapim fluvium, inter Forum Livii 10. & Ariminum in ortum 20. mill. paſſ. Vide Cæſæna, variè enim ſcribitur.

CESIUS MONS, *das Kalenberg* nunc, mons Germaniæ, in Auſtria provincia, longiſſimus, & à Danubio uſque ad Savum fluvium excurrens per varias flexiones. Aliis eſt Cetius mons. Vide ibi.

CASPITELLUM, *Soſpello*, oppidum Liguriæ in Comitatu Niceenſi, ſub dominio Ducis Sabaudiæ, vide Soſpitellum.

CASSARIA, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, Hauberto Hiſpalenſi, nunc *Villa de Cerezo*, vicus Hiſpaniæ in Caſtella veteri, & in Borobia provincia.

CESSERO, oppidum Galliæ Narbonenſis, Plinio & Ptolemæo, Cæſiro Antonino, nunc Varrerio, & aliis eſt *S. Tubery*, oppidulum Galliæ in Occitania inferiori, ſic dictum à S. Tiberio ibidem paſſo cum ſociis, teſtibus Uſuardo, & Adone, ſedet ad Arauraim fluvium, unde etiam Araura ſæpe dicta fuit, eſtque inter Agatham ad Meridiem, & Piſcenas ad Boream, vix 2. leucis utrimque diſtans, ideo in via inter Nemauſum ad ortum, & Narbonem atque Toloſam ad occaſum, 3. leucis à Bliterris in ortum Montem Peſſulum verſus 8.

CASTIUS PONS, unus ex urbis Romæ pontibus, qui, teſte Marliano cum aliis, *il Ponte di S. Bartolomeo* nominatur, in inſula Lycaonia, quam Tiberis in duo diviſus efficit.

CESTRIA, *Cheſter* incolis, *Cheſtre* Gallis, urbs Angliæ regni, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Eboracenſi, Comitatus Ceſtrienſis ab ea dicti caput, in ipſo limite Valliæ principatus, & ad Deæ æſtuarium, qui ibi portum præbet commodum, unde frequens tranſitus in Hiberniam, & inde dicta fuit olim Deva, 142. milliaribus Anglicis diſtans à Londino in occaſum æſtivum, & 57. ab Arvonia in ortum, eſtque ſatis culta, & dicta fuit Cunegeceſtria in media ætate, teſte Harpsfeldio.

CESTRIA, oppidum Epiri, in Theſprotia tractu, Plinio, prope Thianim fluvium, quod a Stephano Cammania vocatur, ſedet ad radices Acroceraunii montis, & nunc, teſte Pinero, eſt *Sopoto*, oppidulum cum arce diruta in colle, populi Ceſtrini Plinio.

CESTRIENSIS COMITATUS, *The Cheſſe-shire* incolis, *le Comté de Cheſtre* Gallis, provincia eſt culta Angliæ in ora maris Hibernici, à quo partim terminatur ad occaſum, & partim Wallia Boreali, à Septentrione Lancaſtria provincia, ab ortu Darbienſi, & à Meridie Staffordia & Salopia provinciis, ejus unica urbs eſt Ceſtria, & in eo tractu erant olim Cornavii populi ex parte, ut exiſtimat Camdenus.

CESTRUS, ſeu Ceſtrius, fluvius Aſiæ minoris Straboni, oritur in Piſidia provincia, ex monte Tauro, verſus confinia Iſauriæ, deinde in Meridiem tendens, per Pamphyliam labitur, ubi rigata Perga, paulo infra in mare Pamphylium & ſinum Attalicum ſe exonerat, prope Magydim oppidum, & 12. mill. paſſ. ab Attalia in ortum Syllium verſus, ſed de ejus recenti nomine non conſtat.

CATARIA, oppidum Siciliæ inſulæ, Ptolemæo, nunc vicus tantum *Scopello* dictus, in provincia ſeu

Valle Mazaræ, teſte Fazello, in ejus ora ſeptentrionali ubi ad occaſum vergit, 4. milliaribus diſtans a Segeſtanorum emporio in Occidentem, uti 30. a Panormo in occaſum hybernum Drepanum verſus 15. hinc Citarini populi dicti à Cicerone.

CETARIA DOMITIANA, villa gentis Domitiæ in Hetruria cum vivario, in itinerario Antonini, cujus veſtigia maxima apparent nunc ad emiſſarium lacus Orbetellenſis in Thuſcia, & in Senenſi agro maritimo, & hoc nomine totum illum agrum ſeu ſtagnum comprehendi exiſtimat Lucas Holſtenius.

CETIUM, oppidum Norici, in confinio Pannoniæ, Antonino teſte, Cecia in veteri inſcriptione, nunc *Czeiſlmaur*, pagus Auſtriæ inferioris in Germania, ad Danubium fluvium ubi recipit *Aatzeſpach* amnem, teſte Lazio, & eo incipit Cetius mons, vix 2. milliaribus Germanicis diſtat à Neoburgo in occaſum, uti 4. à Vienna Chrembſiam verſus 5.

CETIUS MONS, ſeu Ceſius, terminus Norici ad ortum, unde Pannonia incipit, Livio & Ptolemæo, nunc mons Germaniæ, *das Kalenberg* vulgo dictus, incipit in Auſtria inferiori ad Danubium, tribus milliaribus a Vienna in occaſum, & per Stiriam & Carinthiam in Meridiem tendens, per varias flexiones, uſque ad Dravum fluvium extenditur, teſte Cluverio, cum Lazio, & Bertio, ſecundum provincias diverſa alia ſortitur nomina, nam alibi *Schneberg*, alibi *Dewsberg*, alibi *Herizberg* vocatur.

CETIUS, fluvius Myſiæ, in Aſia minori, ex Pindaſo monte profluens, ac juxta Pergamum urbem decurrens, ex urbe nomen habens, teſte Plinio.

CETOBRICA, urbs Hiſpaniæ in Luſitania, Plinio, & Antonino, Cetobrix Ptolemæo, nunc teſtibus Andrea Reſendio, & Vaſconcello, eſt *Setuval* incolis, *S. Ubes* Belgis, urbs munita Portugalliæ cum arce valida, & portu admodum frequenti, in Extremadura provincia, ad oſtia Calipodis fluvii, vulgo *Zadaon* dicti, ibique ſunt Salinæ candidi ſalis magni proventus, in ora Oceani Atlantici, diſtat 6. leucis ab Olyſippone in Meridiem, & totidem a Barbario promontorio in ortum Eboram verſus 16.

CETRUS, fluvius Sardiniæ inſulæ in ejus parte orientali, nunc *Flumen Doſa* dictus, teſte Franciſco de Vico.

CETAVACA REGNUM, *le Royaume de Ceytavaca*, regnum Indiæ in Taprobana inſula, & in mediterraneis, cum urbe primaria cognomine. 45. mill. paſſ. diſtans à Colombo in ortum, quæ ab aliis quibuſdam Tanavaca dicitur.

CETUSA, oppidum Vaſconum in Hiſpania Tarraconenſi, Straboni, nunc *San-ſol*, caſtrum Hiſpaniæ in regno Navarræ, & in majoratu ſive tractu Stellæ, ad amnem Aquilarum, vix 3. leucis à Lucronio in ortum, uti 2. à Viana Stellam verſus 4. Gregorio de *Argaiz* teſte.

CEVANUM, ſive *Ceba*, *Ceva*, oppidum Italiæ, in Pedemontio, cum caſtro & regiuncula cognomine, ad Tanarum fluvium, verſus Apenninum montem & Ducatum Montisferrati. Vide Ceba.

CEVANUS MARCHIONATUS, *il Marcheſato di Ceva*, tractus parvus Italiæ in Pedemontio, in ipſo limite Montisferrati, inter Apenninum & Montem Regalem, alias ſub proprio Marchione, Poſtea Duci Mediolanenſi parens, ejus oppidulum præcipuum Ceba ſeu etiam Cevanum dicitur, eſtque in Langarum tractu, & pars Comitatus Aſtenſis, ideoque Duci Sabaudiæ ſubeſt ab anno 1531. & dicitur etiam Cebæ Marchionatus.

CEYLANUM, *Ceylan* Gallis, *Ceylaon* Luſitanis, *Ceylon* Belgis, inſula perampla Aſiæ, in India citeriori, quæ antiquorum Taprobana creditur. Ab Indis *Tenariſin* dicitur, id eſt, terra delitiarum, & ab Arabibus *Zeylan Dive*, ſeu Ceylanum inſula Vix 60. leucis diſtat à promontorio Comorini in ortum. Circuitus eſt 250. leucarum circiter, continetque novem regna, nempe Candeæ, quod eſt præcipuum in meditullio, Columbi, Jaulæ, Batecalonn, Cetavacæ, & Jafanapatam, cum aliis tribus. Sed Columbum arx & aliquot aliæ in littore ſubſunt dominio Belgarum a paucis annis. Vide Taprobana.

CHABERIS, urbs Indiæ intra Gangem, Ptolemæo, in ora occidua, nunc *Calapate* dicta, teſte Caſtaldo, ſed tantum ex conjectura.

CHABLASIUM, *le Chablais* incolis, *il Chiables* Italis, provincia Ducatus Sabaudiæ, ſic dicta in actis mediæ ætatis, & in diplomatibus Ducum Sabaudiæ, ab ortu in occaſum extenſa, inter Lacum Lemanum ad Septentrionem, & Fociniacum tractum ad Meridiem, dicitur ab aliis Caballicus ager. Vide ibi.

CHABORAS, fluvius & mons Aſiæ, Ptolemæo, qui Chobar apud Ezechielem Prophetam, nunc fluvius *Giulap* dicitur, teſte Caſtaldo, quamquam aliis ſit *Chobor*, oritur ex Monte Maſio, in confinio Armeniæ majoris, & per Meſopotamiam labitur, ubi auctus aliquot fluviis, & in Auſtrum tendens, in Euphratem ſe exonerat infra Chaboram urbem quam alluit, quæ ipſa etiam *Giulap* nominatur ab incolis, è regione Arabiæ deſertæ, 40. milliaribus infra Nicephorium, & 20. infra Taplacum in ortum Aphadanam verſus.

CHABRIUS, fluvius Macedoniæ Ptolemæo, nunc vulgo *Cilabro* dictus, Moletio, & *Chabria* Brietio, oritur in Biſaltia tractu, deinde rigatis Amphaxiti & Paraxia regiunculis, & auctus aliquot fluviis, in ſinum Thermaicum ſe exonerat, ex adverſo Pydnæ.

CHACA, *Chaco*, regio eſt Americæ meridionalis, in Paraguaia, perampla & admodum extenſa in mediterraneis, ſeu verius media pars Paraguaiæ ad occaſum, inter Argenteum fluvium, Peruam, & Tucumanam regiones, ſub qua multi populi vix nomine noti, ſed nulla colonia Europæorum quod ſciam.

CHADENI, qui & Cadeni, populi Scandiæ, Ptolemæo, erant forſan ubi nunc præfectura Vardhuſia in parte ſeptentrionali Norvegiæ, prope promontorium Boreale, ut exiſtimat Ortelius.

CHADISIA, oppidum Aſiæ minoris in Paphlagonia, Plinio, & Stephano, Chadiſta quibuſdam, Phadiſana Arriano, & in finibus Leuco Syrorum, in confinio Cappadociæ, ſedet in ora Ponti Euxini & ſinus Amaſeni, inter Amaſum ad occaſum, & oſtia Iridis fluvii ad ortum, 50. milliaribus à Themyſcira in occaſum, Petro a Vico teſte, nuncque etiam *Phadiſa* dicitur, ut Mercator exiſtimat.

CHÆRONEA, ſeu Cheronea, urbs Græciæ in Bœtia regione, Pauſaniæ, Ptolemæo, & Stephano, ad Cephiſſum fluvium, ubi Græci victi à Philippo Rege Macedoniæ, & Mithridates Rex à Sylla ſuperatus, patria fuit Plutarchi, qui inde Chæronæus dicitur, hoc tempore jacet terræ motu everſa, ita ut vix ejus ſuperſint rudera, 12. milliaribus diſtabat à Coronea & a lacu Copaide in occaſum.

CHALASTRA, urbs Macedoniæ in Bottiæa regiuncula, Plinio, & Stephano, prope ſinum Thermaicum ad occaſum, uti etiam 20. milliaribus a Theſſalonica, & 100. circiter a Philippis, ſed quid ſit in præſentia non conſtat, quamquam ſint qui illam *Cavalla* indigitent.

CHALCEDON, urbs Aſiæ minoris in Bithynia, Plinio, Straboni, & Ptolemæo, Chalcedonia Livio, Archiepiſcopalis ſub Patriarcha Conſtantinopolitano, & perantiqua, anno poſt Romam 148 condita, nunc vicus Turcis *Calcitin* dictus, *Calcedona* exteris, ſedet in ora Propontidis, ad fauces Boſphori Thracii, ex adverſo Byzantii, milliario diſtans, Boſphoro intercedente, quæ teſte Plinio, urbs Cæcorum dicta fuit, ex

reſponſo oraculi, quod tam vicina Byzantio conſtructa fuerit, & et di Petrus Gillius Chalcedonem ſere deſtructam fuiſſe lapſu temporis, nunc eſſe vicum & ex ejus ruinis creviſſe *Scutaret* urbem in viciniis, quæ olim Chryſopolis dicta, ut ipſe exiſtimat ab ea Chalcedonius nomen gentis, ſedet juxta amnem Chalcedonem, unde nomen urbi, in qua celebratum Concilium Generale IV. anno 451. ſub S. Leone primo Summo Pontifice.

Chalcia, inſula parva maris Ægei, & Rhodii, in ora Aſiæ minoris, Plinio, & Straboni, nunc *Charci* dicta, teſte Nigro, abundans & fertilis, à Rhodo & Telo 10. mill. paſſ. diſtans in occaſum, 17. a Niſyto, & 30. à Carpatho, hinc Chalcæus nomen gentis.

Chalcidica, provincia Macedoniæ, verſus Septentrionem & Athon montem Straboni, nunc *Jambol* dicta, teſte Caſtaldo, cum Leunclavio, unde à quibuſdam recentibus, Jambolenſis ager dicitur.

Chalcinicus, mons Siciliæ inſulæ, Polybio, vulgo *S. Riti* ſeu *S. Rici*, teſte Fazello.

Chalcis, urbs Græciæ, Euboeæ inſulæ primaria, Straboni, Plinio, & Pauſaniæ, vulgo *Egripos* Turcis & Græcis incolis dicta, *Negropontos* vero exteris, *Negrepont* Gallis, & *Negroponte* Italis, teſte Leunclavio, olim Epiſcopalis fuit ſub Archiepiſcopo Athenienſi, poſtea metropolis effecta, eſtque probe culta & munita cum duplici caſtro, ad Euripum, ubi tanta eſt freti anguſtia, ut urbs continenti Achaiæ 50. paſſ. ponte partim ligneo conjungatur, portu gaudet capaci & valde tuto, ſuberatque antea Reipublicæ Venetæ, cui conceſſa fuerat ab ejus Duce Rabano Carcerio, ſed ei erepta fuit anno 1470. a Mahumete ſecundo Turcarum Domino, & Turcis ſubeſt cum tota inſula, quæ ab urbe primaria, nunc *l'Iſle de Negrepont* dicitur, diſtat ipſa ſexdecim milliaribus à Thebis in ortum, & 50. ab Athenis in Boream, Aulidi exciſæ proxima, Euripo tantum intercedente, hinc Chalcidicus nomen gentis.

Chalcis, urbs Græciæ in Ætolia provincia, Ptolemæo, prope fontes Eveni fluvii, verſus Athamaniam tractum, quæ etiam Hipochalcis dicta fuit olim, teſte Strabone, & 25. mill. paſſ. diſtat à Calydone urbe in Septentrionem Callidronum montem verſus, ad radices Coracis montis.

Chalcis, urbs Syriæ, Chalcidicæ regionis caput, Plinio, Straboni, & Ptolemæo, Epiſcopalis ſub Patriarcha Antiocheno, nunc *Chinſerin* dicto, teſte Leonardo Epiſcopo Sidonienſi, ſedet ad Belum fluvium, media inter Antiochiam ad occaſum æſtivum 35. mill. paſſ. & Calybonem ad ortum hybernum 35. ab Apamea in ortum æſtivum Berthoeam verſus.

Chalcitis, inſula Propontidis Plinio, cum urbe Epiſcopali ſub Archiepiſcopo Heracleenſi, contra Rhyndaci fluvii oſtia. Vide Demoneſus.

Chaldæa, regio Aſiæ, & pars Aſſyriæ late ſumptæ Plinio, & Straboni, verſus confluentes Tigridis & Euphratis, dicitur etiam perſæpe Babylonia, ab ejus urbe primaria, quamquam ſint qui credant Chaldæam fuiſſe partem auſtralem Babyloniæ regionis, verſus Arabiam deſertam, ejus termini erant ab ortu Suſiana, ad arctos Aſſyria propria, & ad occaſum & Meridiem Arabia deſerta, nuncque *Terach-Arabi* vulgo dicitur, & aliquibus etiam *Caldar*, ſubeſtque tota dominio Turcarum, cum antea Perſarum agnoſceret dominium, olim ejus urbes fuere Babylon ejus primaria, Creſiphon, Seleucia, & Utchoa, nunc vero in ea ſunt Bagdatum, Cuſa, & Vaſetum.

Chaldæi, populi Babyloniæ regionis Straboni, & Plinio, quorum regio Chaldæa.

Chaldaici lacus, ſtagna Chaldææ regionis, in qua Tigris fluvius effuſus rurſus egreditur, Plinio teſte, nunc *Alarch* dicuntur, teſte Pineto.

Chaldia, tractus Aſiæ minoris, cujus ſit mentio in actis mediæ ætatis, & hinc Thema quod Chaldia vocabatur, cujus meminit Conſtantinus Porphyrogenneta. Ejus metropolis erat Trapezus, & ibi ſunt Hellanicæ coloniæ, verſus oram Ponti Euxini, ulteriora vero ac mediterranea ſunt Armeniæ minoris primordia, ſcilicet Celtzene, Syſperites, & Goeſanum. Quod vero dicta ſit Chaldia, a Perſarum appellatione fluxit, & à patria Chaldæa, unde primam originem ducunt. Unde & Chaldæi cognominati ſunt.

Chaldone, promontorium Arabiæ, ad oſtium Euphratis fluvii, Plinio teſte.

Chaleos, oppidum Locrorum Ozolarum in Achaia regione, Ptolemæo, Chalæon Plinio, & Stephano, ad Sinum Corinthiacum, nunc etiam *Caleos* vulgo Græcis, *Aſpropiti* aliis, teſte Sophiano, inter Cyrrham ad ortum & Naupactum ad occaſum.

Chaligniacum, *Chaligny*, oppidulum Galliæ in Lotharingia, ad Moſellam fluvium, vix 3. leucis à Tullo diſtans in ortum Nanceium verſus.

Chalivbium, *Chalivoy*, vicus Galliæ, cum Abbatia in Biruticenſi provincia, ad amnem *la Veniſſe*, non longe à Ligeri fluvio, & 3. leucis a Sacro Cæſaris diſtans, in limite Nivernenſis provinciæ.

Chalusium, *Chalus*, caſtrum Galliæ in Lemovicenſi provincia, ubi obiit Ricardus I. Angliæ Rex anno 1199, teſte Mathæo Pariſienſi, ſitum eſt ad *Tardovere* fluviolum, in ipſo limite provinciæ Engoliſmenſis, 6. leucis à Lemovico in occaſum hybernum.

Chalusus, fluvius Germaniæ Ptolemæo, nunc teſtibus Althamero, Pirchaimero, Davide Chytræo, & Cluverio, eſt Dravenna fluvius, *la Trave* vulgo, qui in Wagriæ tractu Holſatiæ ortus, prope Segebergam & Oldeſloam labitur, & tandem rigata Lubeca urbe, & Saxoniam ab Holſatia ſeparans, paulo infra ad Travemundam ſeu Dravennæ oſtium, in ſinum Lubecenſem & mare Balticum ſe exonerat, & notandum eſt quod ad ejus oſtium ineſt tractus in Wagria etiamnum *Kluſerorth* dictus, teſtibus Chytræo, & Joanne Mejero, qui nuper illas partes accurate deſcripſit.

Chalybes, ſeu Calibes, populi fuere Aſiæ minoris, in Cappadocia regione, in Ponto, Xenophonti & Straboni, verſus confinia Armeniæ minoris, & inter ipſam ad Meridiem & Polemonium Trapezuntemque ad Septentrionem, verſus Moſynos populos.

Chalybon, ſeu Calybon, oppidum Syriæ Ptolemæo, quod & Calleeome, quibuſdam eſt *Nauria*, inter Marſiam fluvium & Euphratem, 30. milliaribus diſtat in occaſum a Berthœa, quæ nunc vulgo *Alep* dicitur, & 40. à Chalcide urbe.

Chalybs, fluvius Aſiæ minoris in Cappadocia, per LeucoSyros & Paphlagonas ex monte Tauro in Pontum Euxinum fluens.

Chalibs, fluvius Hiſpaniæ Tarraconenſis Juſtino, nunc *Cheyles* dictus, teſte Zurita, ſive etiam *Queiles*, oritur ex monte Caono in Aragonia, Turiaſonemque rigat, & tandem juxta Tudelam Ibero miſcetur, & in confinio Navarræ.

Chalybs, fluvius Hiſpaniæ Tarraconenſis in Callaicis, Juſtino, qui ferro temperando aptus eſt, nunc *Cabe* dictus, teſte Cluſio.

Chamavi, populi Germaniæ, Tacito & Ammiano, qui Camani Ptolemæo, Camaves Auſonio, & teſte Cluverio, inhabitarunt juxta Amiſium fluvium, inter Cauchos minores & Angrivarios, poſteaque Bructeros minores è ſedibus ſuis ejecerunt, erantque ubi forſan nunc pars Weſtphaliæ, nempe pars Diœceſis Monaſterienſis verſus Meridiem, cum parte Paderbornenſis etiam Diœceſis, & aliquot Comitatus in viciniis, quod etiam confirmatur à Chytræo & aliis.

Chambum, & Cambum *Camb*, oppidulum eſt Ger-

maniæ, in Norgoia ſive Palatinatu ſuperiori, ad amnem Reginum, & verſus confinia Bohemiæ. Sed cum adjacente regiuncula peculiarem Comitatum conſtituit, & hinc dicta fuit Cambenſis Marchia, diſtat 7. milliaribus Germanicis a Ratiſbona, fuitque alias ſub dominio Electoris Palatini; nunc autem ſubeſt Duci Bavariæ, pace Weſtphalica. Vide Camburg.

Chamiliacum, *Chambly*, oppidulum Galliæ in provincia Inſulæ Franciæ, & in Vulcaſſino tractu, prope Bellomontium, & una leuca ab Oeſia fluvio diſſitum.

Champleni lacus, *le Lac Champlain*, in Nova Francia, a Richelco fluvio effectus, & ſic dictus à Campleno Francorum Duce ſtrenuo illis partibus. Vide Lacus Camplenii.

Champlitum, *Champlite*, alias *Channitre*, oppidulum Galliæ in Comitatu Burgundiæ, & in limite Campaniæ, ad amnem *Salon*, 4. leucis a Græo in Septentrionem Lingones verſus ſex.

Chana, Galilææ urbs. Vide Cana, Chanan Juvenco libro 2.

Chanadienſis comitatus, *le Comté de Chanad*, provincia parva Hungariæ ſuperioris, quæ & Canadienſis dicitur à Canadio ejus urbe præcipua, terminatur ab ortu Tranſylvania, ab occaſu Tibiſco fluvio, quo dividitur à Bodroghienſi Comitatu, à Septentrione Orodienſi Comitatu, & à Meridie Temeſuenſi, & ſubeſt dominio Turcarum à ſæculo fere.

Chanadium, *Chanad*, urbs Hungariæ ſuperioris, ad Mariſum fluvium, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Colocienſi, quæ etiam Canadium dicitur. Vide ibi.

Chanaoos, urbs Sardiniæ inſulæ, quam Franciſcus de Vico interpretatur *Sarrabus*, oppidulum in provincia Calaritana, & in ejus ora littorali.

Changanaræ Regnum, *le Royaume de Changanar*, tractus peninſulæ Indiæ intra Gangem, in Malabaria regione, intra montes, cum oppido cognomine, in limite ditionis Maduræ, & 100. mill. paſſ. a Calecutio in ortum.

Changcheum, *Changcheu*, urbs Imperii Sinarum, in Fochienſi provincia, cujus tertium locum obtinet, ſedet juxta fluvium *Chang* dictum, qui eo ponte tranſitur pulcherrimo lapideo, teſte Martinio, & ab ea pendent decem urbes minores.

Changta, *Changte*, urbs Sinarum Imperii, in Honania provincia, cujus tertia cenſetur, eſtque in ejus parte Boreali, & ei ſubſunt ſeptem urbes minores, teſte Martinio.

Chanota, *Changte*, urbs Sinarum Imperii, in provincia Hugania, cujus undecimum locum obtinet, juxta fluvium *Iven* dictum, cum caſtro pulcherrimo, teſte Martino Martinio, & ab ea pendent 4. urbes minores.

Changxa, *Changxe*, urbs Imperii Sinarum in Huquania provincia, cujus octava urbs cenſetur, & ab ea pendent undecim minores, eſtque ad radices montium, prope fluvium *Siang*, teſte Martinio.

Chanoricum, *Chanonry*, urbs parva Scotiæ ſeptentrionalis, & ſedes Epiſcopi Roſſenſis, in Roſſia provincia, dicitur etiam Chanrea, eſtque juxta æſtuarium *Muray Firth*, in ora orientali Scotiæ, ex adverſo Moraviæ provinciæ, 4. milliaribus Scoticis diſtans ab Innernio in Septentrionem, & 9. a Cromartio in Meridiem.

Chantilliacum, *Chantilly*, caſtrum probe cultum Galliæ in provincia Inſulæ Franciæ, & in agro Sylvanectenſi, ad amnem *la Nonette*, ubi peramœnus ſeceſſus Principis Condæi, 10. leucis diſtat à Lutetia Pariſiorum in Septentrionem, & 2. a Sylvanecto in occaſum.

Chaochinga, *Caoching*, urbs Imperii Sinarum in Quantunia proviocia, cujus ſexta exiſtit, eſtque ampla & probe culta, à qua pendent undecim urbes minoris notæ, ut pluribus refert Martinius.

Chaocheum, *Chaocheu*, urbs Sinarum Imperii in Quantunia provincia, cujus quinta habetur, & ei ſubſunt decem urbes minores, teſte Martinio.

Chaones, populi Epiri, Plinio, & Straboni, quorum tractus Chaonia, olim Moloſſia, *la Canina* vulgò ſic à caſtro primario, in quo Præfectus moratur, incolis dicta, teſte Caſtaldo, in Macedoniæ confinio. Vide Elyma, hinc Chaonius nomen gentis, hæc provincia montnoſa eſt Epiri medium attingens.

Chaonia, provincia Epiri Straboni, nunc dicta *La Canina*, à caſtro cognomine intra montes. Extenditur ab Oneo ſinu Buthrotum uſque, verſus oram maris Ionii, ſubeſtque dominio Turcarum.

Chapala, *la Laguna di Chapala* Hiſpanis, lacus Americæ ſeptentrionalis in Nova Hiſpania, & in provincia novæ Gallæciæ, circuitus eſt 40. leucarum, prope Guadalaxaram urbem, & per eam labitur *Chicunahuatenco* fluvius.

Chaphar, vicus Palæſtinæ, ad Eleuteropolim, patria Zachariæ Prophetæ, teſte Sozomeno.

Charadrus, fluvius Phocidis, Pauſaniæ, Charadram urbem Lilææ proximam alluens, & in Cephiſum influens.

Charadrus, fluvius Ciliciæ, cum lacu cognomine, Plinio teſte.

Charadrus, oppidum fuit Aſiæ minoris, in Cilicia, Pauſania teſte, in ora littorali maris Cilicii, 20. milliaribus diſtans ab Antiochia ad Tragum in ortum, & 30. ab Anemurio promontorio, ex adverſo inſulæ Cypri.

Charax, dicta fuit Trallis urbs Aſiæ minoris in Caria, teſte Stephano. Vide Trallis.

Charax, oppidum Taoricæ Cherſoneſi, Ptolemæo, in ora auſtrali, inter frontem Arietis promontorium ad occaſum & Lagyram urbem ad ortum, nunc *Graconda* Nigro, *Cacagioni* vero Merentori, in Tartaria minori, ſed alii ipſam exciſam credunt.

Charax, urbs Suſianæ in Imperio Perſarum, Plinio, & Ptolemæo, quæ Philippo a Vico Pelleus vicus ſeu Vallum Praſines dicta fuit, erat inter Teredontem urbem ad occaſum & Moſci fluvii oſtia ad ortum, in ipſo limite Chaldææ, & ex adverſo Arabiæ deſertæ, nuncque *Camata* dicitur à quibuſdam, *Carmon* vero, teſte Pinero, ab ipſa regio adjacens Characene dicta fuit, & hinc Characeni populi.

Charcæ, *los Charcas*, regio Americæ meridionalis, & pars auſtralis regni Peruæ, verſus mare Pacificum & regnum Ciles, intra montes, ubi populi cognomines ſub dominio Hiſpanorum, teſte Herrera, & ejus præcipua urbs eſt Argentea ſive Plata, *la Plata* vulgò, cujus Archiepiſcopus perſæpe vocatur ab Hiſpanis Charcarum Archiepiſcopus, hinc etiam provincia dicitur *la provincia de los Charcas* vulgo.

Charchamis, aliis Charcamis & Charmande, erat oppidum Arabiæ deſertæ ex Bibliis, in confinio Chaldææ, prope montes Babylonios, multis milliaribus diſſitum ab Euphrate fluvio, nunc *Karkeſſa*, teſte Benjamino.

Charcarum præfectura, *la Governacion de los Charcas*, regio Americæ meridionalis, & una ex tribus partibus Peruæ regni.

Charcarum provincia, in Peruæ regno. Vide Charcæ.

Chardum, *Charde*, oppidulum Angliæ in Comitatu Somerſetenſi, in limite Dorcetiæ, 22. mill. paſſ. à Dorceſtria diſtans in occaſum æſtivum, & 8. à mari Britannico in Septentrionem.

Charento, ſeu & Catento, *Charenton*, burgus celeberrimus Galliæ, cum ponte lapideo ad Matronam fluvium, qui paulo infra in Sequanam ſe exonerat, 2. leucis ſupra Pariſios in ortum, in agro Pariſino, &

in provincia Inſulæ Franciæ.

CHARES, qui & Charus quibuſdam, *le Chier*, fluvius Galliæ, oritur in Barenſi Ducatu, deinde per partem meridionalem Luxemburgenſis Ducatus fluens, Montem medium Ivodiumque rigat, tandemque inter Moſomum & Sedanum Moſæ miſcetur.

CHARIATUM, *Cariati*, urbs parva Epiſcopalis Calabriæ citerioris, in regno Neapolitano, & in ora ſinus Tarentini. Dicitur & melius Cariatum. Vide ibi.

CHARIDEMUM, promontorium Hiſpaniæ Bæticæ, Ptolemæo, in confinio Tarraconenſis, nunc *el Cabo de Gates* dicitur ab Hiſpanis, ſic appellatum ab achate lapide qui ibi reperitur, eſtque in regno Granatæ, & in ora maris Mediterranei, teſte Floriano à Campo cum aliis omnibus, 5. leucis diſtans ab Almeria in ortum hybernum Vergim verſus.

CHARINI, ſeu & melius, Carini, populi Germaniæ, & pars Vandilorum. Horum meminere Plinius & Ptolemæus. Habitabant inter Rugios, Sidinos, & Gythones, ubi nunc forſan pars Borealis Marchiæ Brandeburgicæ; & majoris Poloniæ, ut Cluverius exiſtimat.

CHARINUM, ſive Carinum, *Carine*, urbs olim Epiſcopalis Siciliæ, nunc caſtrum Vallis Mazaræ in colle, 7. milliaribus diſtans à Panormo in occaſum hybernum Ægeſtam verſus, alias Hyccara dictum fuit, teſte Cluverio, nuncque principatus titulo inſignitur.

CHARIOPOLIS, urbs Peloponneſi in Laconia, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Spartano, Cedreno & Curopalati, *Cheropoli* nunc dicta, teſte Joanne Leunclavio, & in vicum redacta ſub Turcis.

CHARISPA, urbs Aſiæ, Bactrianæ regionis regia, Plinio & Straboni, Zariaſpa interpretibus, urbs in Imperio Perſarum. Vide Zariaſpa.

CHARISTUS, fluvius Colchorum in Aſia, Ptolemæo, Chariens Plinio, Charus Straboni, nunc vulgo *Tamaſa* dicitur ab incolis, ut ſcribit Niger, in Mengrelia regione, & in Pontum Euxinum ſe exonerat prope Phaſis oſtia & Æapolim oppidum.

CHARITAS, *la Charité*, oppidum Galliæ in Nivernenſi provincia, cum ponte lapideo ad Ligerim fluvium, & Prioratu ditiſſimo Ordinis Cluniacenſis, 6. leucis infra Nivernum in Septentrionem, & 9. à Biturico in ortum.

CHARITNI, populi Germaniæ Ptolemæo, quorum regio creditur Ducatus Wurtembergenſis, in qua Stutgardia urbs primaria, ac Tubinga, ad Nicrum Sueviæ fluvium. Vide Caritni.

CHARITUM MONS, id eſt, gratiarum, mons in Africa, ex quo Cinyphus fluvius oritur, teſte Herodoto.

CHARMÆ, *Charmes*, oppidulum Galliæ in Lotharingia, ad Moſellam fluvium, 6. leucis à Nanceio in Meridiem diſſitum, & 3. à Mirecurtio in ortum.

CHARNIA, *la Charnie*, tractus Galliæ in Cenomanenſi provincia, verſus Fanum S. Suſannæ, inter Meduanam fluvium ad occaſum & Sartam ad ortum, ſeu inter Cenomanum & Meduanam.

CHARONIA, locus Aſiæ peſtilens, ad Hierapolim urbem Phrygiæ magnæ, & Mæandrum fluvium Strabone teſte, Alter hujuſmodi apud Magneſiam urbem reperitur, qui Plutonia à Cicerone nominatur.

CHARPOTE, caſtrum Meſopotamiæ regionis, Cedreno, quod à Curopalate Carpete vocatur.

CHARTARICOS, *Chartaricon*, fluviolus Thraciæ, in Ceratinum ſinum influens, è regione Conſtantinopoleos, juxta Machlenæ ſive Cydari oſtium, quondam Barbyſes dictus, teſte Leunclavio.

CHARUS, fluvius Galliæ in Aquitania Venantio Fortunato, qui & Carus & Caris, *le Cher*, fluvius Galliæ, qui per Bituriges & Turones labitur, & in Ligerim ſe exonerat paulò infra Cæſarodunum. Vide Caris.

CHARIBDIS, locus maris Siculi Straboni & Plinio, nunc *il Capo di Faro* dictus, à Pharo hic extructa, teſte Fazello, eſtque ad fretum Siculum, ex adverſo Scyllæ ſcopuli inde 8. mill. paſſ. in Meridiem, prope Meſſanam, & Pelorum promontorium, ubi antiqui narrant vorticem fuiſſe navigia abſorbentem unde nota parœmia: Incidit in Scyllam cupiens vitare Charibdim: ſed revera nihil erat aliud quam Siculum fretum fluxum & refluxum patiens, ut ex Thucydide & Euſtathio rectè colligitur.

CHARIBDIS ALTERA, eſt in Syria, teſte Strabone, inter Emeſſam & Apameam, ubi Orontes fluvius à terra abſorptus poſt 40. ſtadia rurſus emergit.

CHASSUARII, populi fuere Germaniæ Tacito, & pars Iſtævonum. Cluverius & alii credunt eos habitaſſe inter Amaſium & Viſurgim fluvios, ubi nunc Diœceſes Monaſterienſis & Oſnabrugenſis ex parte, erantque clientes Cheruſcorum, & in eorum confinio, Chatuarii dicti à Strabone.

CHATA-SCYTHÆ, populi Scythiæ extra Imaum montem, Ptolemæo, prope Caſſiam regionem, qui ab aliis Chitæ & Gitæ dicti, extendebantur verſus Caucaſium montem, & confinia Indiæ propriæ, ubi pars occidentalis Regni Thibeti, ut exiſtimant recentiores.

CHATIGANUM, *Catigan*, urbs Aſiæ, in India extra Gangem, & in Imperio Magni Mogolis, in regno Arracami, ad Coſminum fluvium, & verſus ſinum Gangeticum.

CHATRACHARTA, urbs Bactrianæ in Aſia, Ptolemæo, ad Oxum fluvium, in limite Sogdianæ, quæ Characharta dicitur ab aliis, a Bactris in occaſum diſtans, nuncque *Chiarlachar* dicta, ut ſcribit Caſtaldus.

CHAVANCIACUM CASTRUM, *Chevancy le Chaſteau*, oppidulum Belgii in Ducatu Luxemburgico, ſub dominio Francorum, ſedet ad Carum fluvium, in ipſo limite Lotharingiæ, prope Montem medium, una leuca inde diſſitum ad ortum.

CHAUCI, populi Germaniæ, Straboni. Vide Cauchi & Cayci.

CHAUCI, populi alii fuere in Germania inferiori, teſte Plinio, inter Helium & Flevum ſinus, eos fuiſſe ubi nunc Goelandia tractus Hollandiæ exiſtimat Junius, quod tamen negat Cluverius, re diligenter excuſſa.

CHAUM, mons Peloponneſi, in Argia regione ex quo Eraſinus fluvius effluit, teſte Pauſania.

CHAURANA, urbs Scythiæ ulterioris ſive extra Imaum montem, Ptolemæo, verſus Indiam propriam, & prope lacum, nunc forſan *Berwan* dicta, ut conjicitur ex Abulpheda, hinc Chauranæi Scythæ populi in vicinis.

CHAXUMUM, *Acçum & Axum* etiam, urbs Africæ, in Æthiopia ſuperiori, ſeu Abyſſinia, in regno *Tigre*, verſus mare Erithræum, ex præcipuis totius regionis creditur Auxuma antiquorum. Vide ibi.

CHAZARIA, regio Europæ, Alaniæ & Utis finitima, unde dicti Chazari populi, quorum meminit Porphyrogenneta.

CHECUM, *Checho*, urbs Aſiæ, regni Tunquini caput, teſte Daniele Tavernerio, ad fluvium cognominem, dicitur ab aliis Kecium. Vide ibi.

CHELÆ, ſeu Chele, locus ad Byzantium, cujus meminit Dionyſius Byzantinus, nunc *Scalas* dictus, teſte Petro Gyllio.

CHELIDONIÆ, inſulæ parvæ, ſeu potius ſcopuli tres Aſiæ minoris, in mari Pamphylio, Straboni, Dioni, & Ptolemæo, in ora Lyciæ exterioris, & prope Chelidonium promontorium, verſus Crambuſam inſulam, nunc *le Correnti* dictæ, teſte Caſtaldo; & ut reſ-

ferunt nautæ, ſeu etiam *le Chelidonie*, & quæ in medio *Caſtel Roſſo* vocatur, teſte Nigro.

CHELIDONIUM PROMONTORIUM, Plinio, quod & Sacrum aliis, pars eſt Tauri montis in mare Pamphylium prominens, nunc *il Capo delle Chelidonie* Italis, & *le Cap Selidoni* Gallis, ut teſtantur nautæ.

CHELMA, *Chelm*, urbs regni Poloniæ in Ruſſia Rubra, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Leopolitano, caput eſt territorii cognominis, ſed parvi eſt circuitus, cum arce lignea, & ſedes Epiſcopalis tranſlata fuit Craſnoſtaviam inde 5. milliaribus Polonicis diſſitam, 10. autem milliaribus Polonicis diſtat Chelma à Lublino in ortum, & 24. à Premiſlia in Septentrionem, uti 12. à Belſa, & miſere vaſtata fuit à Moſcis & Tartaris hiſce ultimis temporibus.

CHELMENSIS TERRA, ſive territorium, *le Territoire de Chelm*, tractus Poloniæ regni, in Ruſſia rubra, inter Lithuaniam ad Septentrionem, Volhiniam ad ortum, Poloniam minorem ad occaſum, & Palatinatum Belzenſem ad Meridiem, dividitur in duo territoria Chelmenſe videlicet, & Craſnoſtavenſe, teſte Starovolſcio, & ſic dicitur a Chelma ejus urbe præcipua.

CHELMERUM, *Chelmford*, oppidulum Angliæ, olim Canovium dictum, in Eſſexia provincia. Vide Canovium.

CHELONATES, promontorium Elidis, Straboni, ſeu Chelonites Ptolemæo, & Pauſaniæ, in ora occidua Peloponneſi, nunc *il Capo Torneſe*, ſeu *Capo di Caſtel Torneſe* dictum, teſte Sophiano, contra Zacynthum inſulam, inde 15. milliaribus diſtans in ortum hybernum, & ei fere adjacet oppidulum Chelonates in ora littorali, nunc *el Caſtel Torneſe* dictum, teſte Sophiano, ab Europæis, & *Clemoutzi* à Turcis, 5. milliaribus diſſitum ab ora littorali.

CHELONATES SINUS, ſeu Chelonites Ptolemæo *il Golfo dell' Arcadia*, nunc pars eſt maris Ionii, in ora occidentali Peloponneſi, inter Chelonatem promontorium ad Septentrionem, & Ichtim ad Meridiem prope oram Elidis, dicitur etiam *il Golfo de Lorcadian* a quibuſdam.

CHXLYDONIUS, mons Arcadiæ, Cyllenio monti attiguus, teſte Pauſania.

CHEMNICIUM, *Kemnitz*, oppidum Germaniæ, in Miſnia, ad amnem cognominem, in tractu Montano, in ditione Electoris Saxoniæ, fuitque alias urbs Imperialis & libera; ſed à Friderico Miſniæ Marchione occupata fuit anno 1308. & ab eo tempore Miſniæ unita fuit. Arcem habet Auguſtoburgum dictam, 6. milliaribus Germanicis diſtat à Miſna in Meridiem, & 5. ab Altenburgo in ortum.

CHEMNIS, inſula Ægypti, cum luco & templo Apollinis ad Sebennytycum oſtium Nili, & Sebennytem urbem, teſtibus Herodoto, & Diodoro Siculo, eadem cum Pano.

CHEMOCHOA, *Chemochoa*, inſula parva Aſiæ in mari orientali, & una ex Latronum inſulis, vix ab Europæis luſtrata.

CHENOBOSCIA, oppidum Ægypti inferioris, Ptolemæo, quod Chenoboſcium Antonino, ad Nilum fluvium, & in ejus ripa ulteriori, 40. mill. paſſ. diſtans à Copto in Septentrionem.

CHEPETOVIUM, *Chepſtow*, oppidulum Angliæ, in Wallia, & in Comitatu Monumethenſi, prope oſtia Vagæ & æſtuarium Sabrinæ, 8. milliaribus Anglicis à Monumetia diſtans in Meridiem. Vide Strigulia.

CHEQUIA'NEHEIE PROVINCIA, *Chekiang*, una ex quindecim partibus Imperii Sinarum, inter alias decimum locum obtinens, terminatur ab ortu Oceano orientali ſeu Sinico, à Septentrione Nanchinenſi provincia, ab occaſu Quianſia, & à Meridie Focbienſi provincia, in ea ſunt undecim urbes primi ordinis, nempe Hancheum *Hangcheu*, quæ ejus præcipua exiſtit, Chiahinga *Chiahing*, Hucheum *Hucheu*, Niancheum *Niancheu*, Chinhoa *Chinhoa*, Chiucheum *Chiucheu*, Chicheum *Chicheu*, Xaohinga *Xaohing*, Ningpoa *Ningpo*, Taicheum *Taicheu*, & Vencheum *Vencheu*, ſub quibus ſunt 60. urbes minoris nominis, teſte Martino Martinio.

CHERÆUM, Ægypti oppidum, unde foſſa Nili Alexandriam uſque deducta fuit, teſte Procopio.

CHXREGUANA, *Chereguan*, inſula parva Aſiæ in Oceano Orientali, & una ex Latronum inſulis.

CHERIUM, *Chieri* incolis, *Quiers* Gallis, oppidum Italiæ, in Pedemontio, hiſce ultimis bellis notum, 3. milliaribus diſtat à Taurino in ortum; fuitque alias urbs potens, & ſui juris, nunc Duci Sabaudiæ ſubeſt, & olim Carrea dictum fuit, ut plurimi exiſtimant, hinc Cherienſis nomen gentis, *Chieriese* vulgo.

CHERRONESUS, ſeu Cherroneſus, oppidum fuit Illercaonum in Hiſpania Tarraconenſi, Straboni, nunc arx Peninſula, *Peniſcola* vulgo dicta, in regno Valentiæ, ſedet in colle prope Tenebrium promontorium, & in confinio Cataloniæ, in qua alias latibulum Petri à Luna dicti Benedicti XIII. probe munita eſt, & pro majori parte mari Mediterraneo cincta, Benicarlo oppido propinqua, diſtatque octo leucis à Dertuſa in Meridiem Valentiam verſus 18.

CHXRRONESUS, urbs Tauricæ Cherſoneſi, in ora occidentali, ad fauces ſinus Carcinitis, Straboni & Plinio, Cherſoneſus Ptolemæo, alias etiam Heraclea dicta, & Cherſo Procopio, olim Epiſcopalis, poſtea inter Metropoles habita & Clementis Papæ exilio & morte celebris, nunc *Topetorkan* dicitur à recentioribus, 50. mille paſſibus diſtans a promontorio, fronte Arietis dicto in Septentrionem Carcinem urbem verſus 70. & 120. à Taphris in Meridiem, prope Parthenium promontorium.

CHERRONITARUM PORTUS, ſeu Coslovia, *Coſlow*, urbs Tauricæ Cherſoneſus ſeu Tartiæ Precopenſis. Vide Coſtovia.

CHERSONESUS, ſic dicitur à Græcis, peninſula, à voce *Cherſos* Terra, & *Niſos* inſula, quaſi pene inſula, vulgo *Preſqu'iſle* Gallis, *Peniſola* Italis. Vide Peninſula.

CHERSONESUS, urbs Sardiniæ inſulæ, in ejus ora, nunc exciſa jacet, ubi caſtrum *Chirra* dictum, teſte Franciſco à Vico.

CHERSONESUS, urbs Cretæ inſulæ littoralis, Ptolemæo, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Candiæ, in ora ſeptentrionali, nunc teſte Marco Boſchino cum aliis, eſt *Spinalonga*, arx probe munita ſcopulo affixa, & tantiſper à continenti inſulæ ſeparata, cum portu capaci & ſecuro, etiamnum ſub dominio Venetorum in provincia ſeu territorio Candiæ, ſed ejus Epiſcopatus ſuppreſſus fuit, & Sitiæ unitus à multis annis, 155. mill. paſſ. diſtat à Candia, in ortum Sitiam verſus 30. Eſt & alia Cherſoneſus, Ptolemæo, in ora occidentali inſulæ Cretæ.

CHERSONESUS, peninſula eſt, & pars Thraciæ Ptolemæo, Cherroneſus Plinio, quæ & Thracica Cherſoneſus aliis, inter Helleſpontum ad ortum & Melanem ſinum ad occaſum, in mare Ægeum excurrens, & à Meridie in Septentrionem extenſa, ubi alias Cruſæi & Scæi populi, & urbes Seſtus, Elæus, Callipolis, Cardia, Ciſſa, & Chrythea, dicitur etiam à Suida Helleſpontiaca Cherſoneſus.

CHERSONESUS, promontorium Siciliæ Ptolemæo, cum portu in ora ortiva, inter Catanam & Syracuſas, ubi nunc urbs *Auguſta* circa Megaram, teſte Fazello.

CHEASONESUS, promontorium alterum Siciliæ, Apollonio, ad Mylen oppidum, *il Capo di Melazzo* hodie dictum.

CHERSONESUS AUREA, regio Aſiæ, in India,

Digitized by Google

extra Gangem Ptolemæo, in modum peninſulæ verſus Meridiem & inſulas Sindæ maxime extenſa; ubi nunc regnum Malacæ & pars meridionalis regni Siami, Vide Aurea Cherſoneſus.

CHERSONESUS CANTYRÆ, *Cantyr*, tractus Scotiæ meridionalis, & pars Argatheliæ provinciæ, ſic dicta eſt quaſi Caput Terræ, & in modum Cherſoneſi extenditur verſus mare Hibernicum ad Meridiem, & ad Septentrionem tenui Iſthmo mille paſſuum jungitur Knipdaliæ provinciæ. Vide Cantira.

CHERSONESUS CIMBRICA, nunc *le Jutland*, pars regni Daniæ. Vide Cimbrica Cherſoneſus.

CHERSOHESUS MAGNA, urbs Marmaricæ in Africa, Ptolemæo, nunc vicus tantum *Raſitin*, & *Raſaotin* dictus, cum promontorio cognomine in Regno Barcæ, teſte Marmolio, & in ora maris Libyci, vix quatridui itinere à Cyrene in ortum diſtans.

CHERSONESUS PARVA, urbs Ægypti maritima, Ptolemæo, Alexandriæ finitima, ab Alexandria in Occidentem recedens Marmaricam verſus, nunc jacens.

CHERSONBSUS SYRIÆ, cujus meminit Plutarchus in vita Demetrii, eſt Apamea Syriæ urbs, ad Orontem fluvium, teſtibus Strabone, & Stephano de urbibus, & ut pluribus probat P. Auguſtinus Lubin in notis ad Plutarchum.

CHERSONESUS TAURICA. Vide Taurica Cherſoneſus.

CHERTOBALDS, oppidum Pannoniæ ſuperioris, Ptolemæo, nunc *Charlburg*, vicus Auſtriæ inferioris ad Danubium fluvium, inter Viennam ad occaſum & Poſonium ad ortum, teſte Lazio.

CHERUSCI, populi Germaniæ, Straboni, & Tacito, Cheruſici Ptolemæo, Cherucæ Claudiano in nonnullis exemplaribus, verſus Viſurgim fluvium & Meliboccum montem extenſi, qui teſte Cluverio, inhabitabant forſan, ubi nunc Ducatus Brunſvicenſis & Luneburgenſis, Marchia antiqua Brandeburgica, Diœceſes Halberſtadienſis, Hildesheimenſis, & Magdeburgenſis ex parte, cum quadam parte Thuringiæ, horum meminit Claudianus de Bello Getico.

CHESINUS, fluvius Sarmatiæ Europææ, Ptolemæo, qui Cheſſinus & Cherſinus dictus ab aliis, inter Aorſios & Veltas populos fluens, nunc *Louvat* vocatur à Ruſſis, teſte Cluverio; eſtque fluvius Moſcoviæ, qui in lacum Ilmenum ſe exonerat verſus Novogrodam magnam, quanquam Ortelius crediderit eum in ſinum Finnicum ſe exonerare, prope Narvam urbem, & Narvam eſſe.

CHSSIUS, fluvius Sami inſulæ, ad Cheſium promontorium fluens, a Challimacho memoratus, teſte Plinio.

CHESOPECUS SINUS, *Cheſopeack bay* Anglis, *le Golfe de Cheſopeck* Gallis, pars maris Borealis per Virginiam regionem Americæ meridionalis extenſa ad 200. millia paſſuum, à Septentrione in Meridiem, & prope Mariæ Terram.

CHESTERFILDA, *Cheſtelfield*, id eſt campus Ceſtriæ, oppidulum tenue Angliæ in Derbienſi Comitatu, ad amnem *Crawle*, in limite Eboracenſis provinciæ, 20. mill. paſſ. diſtans à Darbia in Septentrionem Eboracum verſus.

CHESTOCHOVA, *Czenſtokow*, oppidulum Poloniæ majoris, ad Wartam. Vide Czenſtochova.

CHETIM, ſeu Cetim, cujus fit mentio in Daniele Propheta, Cethim aliis, terra quam quidam pro Macedonia interpretantur, alii autem exiſtimant Cethim ſeu Chetim eſſe Cyprum inſulam, teſtibus Zieglero & Marino Sanuto, Torcello, & ut pluribus & docte probat P. Auguſtinus *Lubin* Vir. Cl. in ſuis tabulis Geographiæ Sacræ.

CHETTÆA, oppidum Marmaricæ maritimum, Ptolemæo, nunc *Carto* dictum, ut Caſtaldus exiſtimat, inter Catabathmum & Paratonium.

CHIANSIA, *Quianſi*, una ex 15. provinciis regni Sinarum verſus Meridiem. Vide Quianſia.

CHIAMETLA, *Chiametla*, provincia Novæ Hiſpaniæ, quæ & *Acaponeta* dicitur, in Xaliſca regione, verſus oram maris Pacifici.

CHIAMÆUS LACUS, *le Lac de Chiamay* Gallis, & Luſitanis, *Cunabetée* indigenis, lacus peramplus Indiæ extra Gangem, in regno Chintaleuhorum, circuitus eſt 180. leucarum, in confinio Indiæ propriæ, & Turcheſtaniæ regionis, verſus regna Largaraium & Totaium, & ab eo exeunt fluvii Caorius, Coſminus, Caipoſmus, Ava, & Menanus.

CHIAPA, *la Chiapa*, provincia Americæ ſeptentrionalis in Nova Hiſpania, & in præfectura generali Guatimalæ, inter provincias Guaxaçam ad occaſum, Soconuſcum ad Meridiem, Veram pacem ad ortum, & Tabaſcum ad Septentrionem, ſicque tota extenditur in mediterraneis, & ejus præcipua urbs eſt Chiapa Indorum, in ea autem ſunt tres tractus Zocorum, Celtalorum, & Quelenorum.

CHIAPA INDORUM, *Chiapa de los Indos* Hiſpanis, *Chiapa des Indiens* Gallis, urbs Americæ in Nova Hiſpania, provinciæ cognominis caput, & Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Mexicano, in tractu feraci, & 100. leucis à Guaxaca in ortum, teſte Thoma *Gage* Anglo, ejus Epiſcopus fuerat Bartolomæus Caſaus ſcriptis celebris ſub Carolo V Imperatore, eſtque in valle perampla, juxta Tabaſcum fluvium, & Epiſcopalis facta fuit anno 1547. à Paulo III. Pontifice Maximo.

CHIAPA REGIA, *el Real Chiapa*, urbs parva Americæ in Nova Hiſpania, & in Chiapa provincia, in tractu feraci admodum, ſub Hiſpanis, 70. leucis ab urbe S. Jacobi de Guatimala in occaſum.

CHIAHINGA, *Chiahing*, urbs Imperii Sinarum in Chequianenſi provincia, cujus ſecunda exiſtit, in valle rigua admodum, & ab ea pendent quinque urbes minoris nominis, teſte Martinio.

CHICHEUM, *Chicheu*, urbs Imperii Sinarum in Chequianenſi provincia, cujus ſeptima exiſtit, ſedet intra montes juxta fluvium *Tung*, teſte Martinio, & ab ea pendent decem urbes minores.

CHICHEUM, *Chicheu*, urbs Imperii Sinarum in Nanchinenſi provincia, cujus decimum tertium locum obtinet, eſtque juxta fluvium *Kiang* intra montes, & ab ea pendent 5. aliæ urbes.

CHICHIMECI, *les Chichimecos*, populi Americæ in Nova Hiſpania, & in ejus parte ſeptentrionali, verſus Novam Biſcaiam.

CHICUIEHUM REGHUM, *le Royaume de Chicuien*, pars Japoniæ in Saicoca regione, & in ejus parte Boreali, è regione Niphoniæ, inter regna Bugeni ad ortum & Figeni ad occaſum, cum oppido primario cognomine.

CHICUNGUM REGNUM, *le Royaume de Chicungo*, ſeu de *Sickingo*, pars Japoniæ in Saicoca regione, teſte Cardino, inter regna Chicuienum ad Boream, Bugenum & Bungum ad ortum, & Figenum ad occaſum, à quo dividitur ſinu Nangazachio, oppidum habens primarium cognomine.

CHEDORUS, fluvius Macedoniæ, Herodoto. Vide Echedorus.

CHIEGANUM, *Chiegan*, urbs Imperii Sinarum in Quianſia provincia, cujus nona exiſtit, ſedet ad radices montium, teſte Martinio, prope Canum fluvium, & ab ea pendent 8. civitates minores.

CHIEMUM, *Chiemſee*, caſtrum eſt Germaniæ in Bavaria ſuperiori. Epiſcopali dignitate inſignitum, ſub Archiepiſcopo Saliſburgenſi, ſedet in inſula in medio lacus cognominis, & ejus Epiſcopatum inſtituit Eberhardus Saliſburgenſis Archiepiſcopus anno 1214. id circo

co Epiſcopatum confert Archiepiſcopus Salisburgenſis pro tempore, cum inſtitutus fuerit de menſa Archiepiſcoporum Salisburgenſium, qui ſibi reſervarunt jus in perpetuum illum eligendi, & etiam inveſtiendi, cum juramento fidelitatis, ideo hic Epiſcopus non eſt Imperii princeps, neque locum habet aut ſeſſionem in Comitiis, hoc autem caſtrum diſtat à Salisburgo 7. milliaribus Germanicis in occaſum, Monachium verſus 10. & 5. à Burchuſia in Meridiem, teſte Viguleo Hundio.

CHIEMUS, ſeu Chimus lacus, *Chiemzée*, lacus Germaniæ in Bavaria ſuperiori, prope confinia ditionis Salisburgenſis, cum caſtro in medio *Chiemſe* etiam dicto, ejus circuitus eſt circiter 20. paſſuum, & 6. milliaribus Germanicis diſtat à Salisburgo in occaſum.

CHIENCHANUM, *Chienchang* ſeu *Kienchang*, urbs Imperii Sinarum in Quanſia provincia, cujus ſexta exiſtit, ab ea pendent 4. urbes minores, eſtque intra duos lacus, teſte Martinio.

CHIENNINGA, *Chienning*, urbs Sinarum in Fochienſi provincia, cujus quartum locum obtinet, juxta fluvium *Min*, & ab ea pendent 6. civitates minores, teſte Martinio, eſtque emporium celebre, ſed malè habita fuit urbs à Tartaris & incenſa à paucis annis.

CHIEUCHIANUM, *Chieuchiang* ſeu *Kieukiano*, urbs Sinarum Imperii in Quianſia provincia, cujus quintum locum obtinet, & ab ea pendent quatuor aliæ civitates, teſte Martinio, & ſedet ad fluvium *Kiang*, ubi cadit in lacum *Poyang* dictum.

CHILAPA, *Chilapa*, provincia Novæ Hiſpaniæ, in præfectura Mexicana.

CHILAUM REGNUM, *le Royaume de Chilao*, regio Indiæ in Taprobana inſula, & in parte ejus occidentali, verſus Manarium Fretum, urbem habens primariam *Chilao* etiam dictam, in ora cum portu capaci, 30. mill. paſſ. à Colombo urbe in Septentrionem Manarum verſus, prope Chardivam inſulam.

CHILE, *el Cile*, regnum Americæ meridionalis. Vide Cile.

CHILMORA, *Kilmore*, urbecula Hiberniæ, in Ultonia provincia & Comitatu Cavanenſi, juxta fluvium Aquam nigram dictum; eſtque Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Armachano. Diſtat à Cavanio 8. milliaribus Anglicis in ortum, prope confinia Connatiæ. Vide Kilmora.

CHILOA, *Chiloe*, oppidum Americæ meridionalis, in regno Ciles, & in inſula maris Pacifici, à qua ſinus adjacens dicitur Archipelagus Chiluenſis, ſeu etiam Chiloenſis, *el Archipielago de Chiloë*, ſeu de *Ancud*, à multitudine inſularum, cum 50. & amplius in eo ſint, pro parte Hiſpanis parentes.

CHILONIUM, *Kiel* incolis, *Kil* Gallis, urbs Germaniæ, in Ducatu Holſatiæ, cujus Duci paret, & portu gaudet ſatis commodo in receſſu maris, ad oſtia fluvii Suentini ex Plœnenſi palude elabentis, cum emporio ſatis frequenti, & arce loco editiori impoſita, & Academia recenti ab anno 1665. Ibi Ducatus Holſatiæ Comitia celebrari ſolent ſingulis annis. Malè habita fuit à Suecis hiſce poſterioribus temporibus, eſtque media inter Lubeccum ad Meridiem, & Flensburgum ad Septentrionem, 4. milliaribus Germanicis à Rensburgo in ortum.

CHIMÆRA, urbs Epiri, Plinio, & Tacito, nunc *la Cimera*, vel *Chimera*, in Macedoniæ confinio, intra montes Ceraunios, qui propterea *Monti della Cimera* nominantur, ad oram littoralem cum portu munito, inter Aulonam ad Septentrionem & Corcyram ad Meridiem 30. mil. paſſ. Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Naupactenſi, ejus incolæ *li Cimariotti* dicuntur.

CHIMACUM, alias Vennæ Villa, *Chimay*, oppidum Belgii cum caſtro in Hannonia, Principatus titulo clarum, ad fluviolum Albam ſedet, verſus Arduennam ſylvam & confinia Campaniæ provinciæ, 4. leucis diſtans à Mariæburgo in occaſum Avennas verſus 5. & 4. à Rupe Regia verſus Malobodium 6. circiter.

CHIMÆRA, mons Lyciæ ignivomus, Straboni, & Plinio, cujus pars Cragus appellatur, nunc *il Monte di Gorante*, a Bellerophonte habitabilis redditus traditur, cum prius inhabitabilis eſſet, ob leones, ignis illius aqua accenditur, extinguitur terra, vel fœno, teſte Cteſia apud Plinium.

CHIMO, oppidum Ægypti, Ptolemæo, in ora maris Mediterranei, olim etiam Cynoſſema dictum, ut conjicit Ortelius, vulgo nunc, *la Torre de gli Arabi*, Turris Arabum, pagus aliquot milliaribus ab Alexandria recedens in occaſum, Theveto teſte.

CHIMUS, *Chiemzée*, lacus Germaniæ in Bavariæ Ducatu. Vide Chiemus.

CHINA, *la Chine*, regnum ampliſſimum Aſiæ. Vide Sinæ

CHINAPHAL, fluvius Mauritaniæ Cæſarienſis, Ptolemæo, nunc *Celef* & *Acafran* dictus, teſte Marmolio, prope Juliam Cæſaream fluens, aliquot leucis ab ea in occaſum diſtans, in regno Algerii.

CHINCHIANUM, *Chinchiang*, urbs Sinarum in Nanchinenſi provincia, cujus ſextum locum obtinet juxta fluvium *Kiang*, ut ſcribit Martinius, eſtque emporium celebre cum amplo ſuburbio, & ab ea pendent 2. aliæ urbes minores.

CHINCHIANUM, *Chinchian*, urbs Sinarum Imperii in Iunnania provincia, cujus quinta eſt, & ab ea pendent 4. aliæ urbes, teſte Martinio.

CHINGANUM, *Chingan*, urbs Imperii Sinarum in Quanſia provincia, cujus decimum locum obtinet, nuncque ſubeſt Regi Tunchini, teſte Martino Martinio.

CHINGTIENUM, *Chingtien*, urbs Imperii Sinarum in provincia Huquania, cujus decima quarta exiſtit, teſte Martinio, & ab ea pendent 6. minores urbes.

CHINGTUM, *Chingtung*, urbs Sinarum in provincia Iunnania, cujus ſeptimum locum obtinet, ſedet intra Montes.

CHINGTUM, *Chingtu*, urbs Imperii Sinarum in Suchuenſi provincia, cujus primaria & caput eſt, cum caſtro pulcherrimo in inſula à fluviis effecta, & ei ſubſunt 29. urbes minores, de ea pluribus Martinius.

CHINOYANUM, *Chingyang*, urbs Sinarum in Huquania provincia, cujus decima quinta exiſtit, in ejus parte Boreali, verſus Xenſiam provinciam, & ab ea pendent 6. aliæ urbes, teſte Martinio.

CHINHOA, *Chinhoa* ſeu *Kinhoa*, urbs Sinarum Imperii in provincia Cheqnanenſi, cujus quinta exiſtit, teſte Martinio, & ab ea pendent 7. urbes minores, ſed malè habita fuit à Tartaris hiſce poſterioribus annis, & ab iis incenſa.

CHINIACENSIS COMITATUS, *le Comté de Chiny*, tractus Belgii, alias Comites habens proprios, ſed anno 1372 Luxemburgenſi Ducatui unitus fuit, per obitum Margaretæ ultimæ Comitiſſæ Chiniacenſis & Loſſenſis; eſtque proprie pars occidentalis Luxemburgenſis Ducatus, ſub qua cenſentur Chiniacum tractus caput, Ivodium, Monsmedius, Aurea vallis, Marvilla ex parte, Herbemontium, Novum caſtrum, Virtonium, & Urcimontum, & ejus pars meridionalis nunc ſubeſt dominio Francorum Regis.

CHINIACUM, *Chiny*, oppidum Belgii, Comitatus cognominis caput, Luxemburgenſi Ducatui annexi ſedet ad fluvium *Semoy*, in confinio ditionis Gallicæ, inter Auream Vallem & Herbemontium, 4. leucis diſtans à Monte Medio in Septentrionem Novum caſtrum verſus, & 7. à Sedano in ortum.

CHINIVENUM, *Chiniven*, urbs Imperii Sinarum, in Queichea provincia, cujus quarta exiſtit & ab ea

pendet tantum unica urbs minoris notæ, ad radices montium, teſte Martinio.

CHINIVENUM, *Chiniven*, urbs Sinarum Imperii, in provincia Iunnania, & in ejus meditullio, in tractu montuoſo, & decima cenſetur inter alias urbes, ut Martinius narrat.

CHINONIUM, *Chinon*, urbs Galliæ lepida, in Turonenſi provincia, ad Vigennam fluvium. Vide Caino.

CHINTINUM, *Chinting*, urbs Imperii Sinarum, in Pechinenſi provincia, cujus quartum locum obtinet, eſtque verſus montes cum amplo territorio, in quo ſunt 31. urbes minores, ut ſcribit Martinius.

CHINTALEUHORUM REGNUM, *el Reyno de los Chintaleuhos*, regio Aſiæ in India extra Gangem, ſic dicta à Luſitanis verſus Lacum Chiamayum, teſte Emanuele Faria.

CHIOS, & Chius inſula, Straboni, & Plinio, *Scio* nunc, ſeu etiam *Chio*, à Turcis *Sakizadaſi* vocatur, id eſt inſula maſtices, inſula eſt Aſiæ in mari Ægeo & Icario, Ioniæ fere adjacens, ab Argeno promontorio, vix 12 mill. paſſ. recedens in occaſum, circuitus eſt 100 milliarium, diſtans 45. milliaribus a Samo inſula in Septentrionem Lesbum verſus totidem. Dividitur in duas partes, nempe in ſuperiorem ſeu Apanomeream, & inferiorem ſeu Catomeream. Tota ferè montuoſa eſt. Urbem habet cognominem in ora orientali inſulæ, ex adverſo Ioniæ, cum portu capaci & tuto, & arce munita. Suberat antea dominio Juſtinianorum Genuenſium ex dono Andronici Paleologi Imperatoris Conſtantinopolitani; ſed à Turcis occupata contra fidem anno 1565. ipſi etiamnum paret. Eam à pluribus deſcripſit Thomas Porcaccius, maſticem optimum inter inſulas gignit, vino etiam abundat. Urbs ipſa *Scio* dicta, alias erat Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Rhodienſi, poſtea metropolis effecta, Archiepiſcopatum habet Græci ritus, cum 200. Eccleſiis, & Epiſcopum Latinum cum 30. Eccleſiis hujus ritus, incolæ inſulæ ſunt fere omnes Chriſtiani, & in ea ſunt 60. caſtra ſeu vici, ex quibus præcipui numerantur Callimaca, Cardamila Cambia, Ananatus *Ananato*, Vichus *Vichi*, Spartonda, Coronia, Calandra, Fanum S. Helenæ, Meſta, Fitra, Elata, Armolia cum caſtro Apolieno, Pirgus *Pirgi*, Veſſa, Didima, Nevita, & alii, in ea mons Pellenæus, & Arviſium vino celebre & marmore, hinc Chius nomen gentis.

CHIOVIA. *Kiow* quanquam *Kiouf* pronuncient, urbs Poloniæ, in Ruſſia Rubra ad Boryſthenem fluvium, quæ olim forſan Amadoca. Pluries capta & recepta fuit hiſce ultimis temporibus. Nunc ſubeſt magno Duci Moſcoviæ. Vide Kiovia.

CHIPROVATIUM, *Chiprovaz*, oppidulum Bulgariæ regni, ſub dominio Turcarum, ubi nunc ſedes Archiepiſcopi Sardicenſis, verſus confinia Serviæ regionis.

CHIRIGUANI, *los Chiriguanaes*, populi Americæ meridionalis, in regno Peruæ, in montibus, inter provincias Charcarum & S. Crucis de monte.

CHITORIUM, *Chitor*, provincia Indiæ cis Gangem, in Imperio Magni Mogolis, in montanis, cum urbe primaria cognomine, quæ itinere quatridui diſtat ab Amedebato Agram verſus; fuitque alias regio titulo elata.

CHIUCHEUM, *Chieucheu*, urbs Sinarum Imperii in provincia Chequianenſi, cujus ſextum locum obtinet in ejus parte auſtrali, verſus confinia Fochienſis provinciæ, & ab ea pendent 4. aliæ urbes minores, teſte Martinio.

CHIUNCHEUM, *Chiuncheu*, urbs Sinarum Imperii in provincia Quantunia, cujus decima exiſtit, ſedet in Haynania inſula, cujus præcipua eſt, & ab ea pendent 12. urbes in eadem inſula, teſte Martinio.

CHLISSURA, *Cliſſa* Italis, *Kliſſ* Slavis, arx Dalmatiæ in monte, olim Andettium dicta, teſte Joanne Lucio viro docto, vocatur à recentioribus Cliſſa. Vide ibi.

CHLORUS, fluvius Syriæ, inter Alexandriam & Ægas oppida Ciliciæ, in ſinum Iſſicum influens, Plinio teſte.

CHMIALNICUM, *Chmielnick*, oppidum Poloniæ, in Podolia, in paludibus, ad Hypanim fluvium, *Beg.* 9. milliaribus Polonicis à Baro in Septentrionem, uti 14. à Braclavia diſtans.

CHOANA, urbs Mediæ, Ptolemæo, Chaona Diodoro, *Com* hodie, teſte Becano, ultra Tabreſium, in Perſarum regno.

CHOASPAS, fluvius Suſianæ Herodoto, & Plinio, qui & Eulæus dictus fuit, ſic ab aquarum dulcedine vocatus, ex quo Reges Perſarum bibere ſolebant, oritur in Media, deinde in Meridiem tendens, Suſam urbem Suſianæ caput & Aſſueri regiam rigat, hinc auctus aliis fluviis poſt longum decurſum in ſinum Perſicum ſe exonerat, 50. leucis Hiſpanicis à Balſera ſeu Teredone in ortum, nuncque *Caron* dicitur, teſte Thevenotio cum aliis, non autem *Tiritiri* ut ſcripſit Caſtaldus.

CHOASPE, etiam fluvius Indiæ, in Indum influens: cujus meminit Strabo.

CHOBAR, fluvius Meſopotamiæ, cujus fit mentio in Ezechiele.

CHOCHONACA, *Chochonaca*, provincia Novæ Hiſpaniæ, ubi uſus linguæ Chochonæ ab ea dictæ.

CHOCIMUM, *Chotzim*, oppidum Valachiæ, ad Tyram fluvium, in limite Poloniæ, dicitur aliter Chotimia. Vide ibi.

CHOERADES, ſcopuli ante Caphareum Eubœæ inſulæ promontorium.

CHOERADES, ſcopuli Hiſpaniæ Bæticæ, teſte Strabone, ad inſulam Gaditanum, vulgo *los Puercos* Hiſpanis, *la Roche de la Truye* Gallis, teſte Ortelio, prope Gades urbem.

CHOGENDA, urbs Mawaralnahræ ſeu Trans Oxianæ regionis, *Chojandah* ſatis ampla, in ripa Jaxarti fluvii ad occaſum, in planitie, & ejus territorium ſub Ferganenſi cenſetur, ab ea Jaxartes qui alias proprio nomine *Seibun* appellatur, fluvius Chogendæ denominari ſolet, teſte Gollio, in notis ad Alferganum.

CHOIROBACCHI, locus Thraciæ ad Melam fluvium, Nicetæ & Zonaræ, nunc *Chirobacchi* dictus, teſte Curopalate.

CHOJANDA, *Chojandah*, urbs magna Mawaralnahræ, cujus meminit Albufeda. Vide Chogenda.

CHOINICIA, *Conitz*, oppidulum Poloniæ in Pruſſia regia, & in Pomerellia tractu, quod ab aliis Conitia dicitur. Vide ibi.

CHOMA, urbs Lyciæ, Ptolemæo, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Myrenſi, in mediterraneis, nunc *Com* dicta, ut quidam credunt, hujus Epiſcopum nominat Concilium III. Epheſinum.

CHOMBÆUM REGNUM, *le Royaume de Chombais*, tractus peninſulæ Indiæ intra Gangem, in Malabaria regione, & in ora littorali inter Calecutum ad Meridiem & Cananorium ad Septentrionem, cum oppido parvo cognomine prope Mouricum.

CHONADENSIS COMITATUS, *le Comté de Chanad*, provincia eſt Hungariæ, ſub dominio Turcarum, quæ etiam Canadienſis dicitur. Vide ibi.

CHONÆ, urbs Phrygiæ magnæ, antea Coloſſæ Straboni & aliis, olim Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Sardicenſi, poſtea, teſte Niceta ejus cive, metropolis effecta, *Cona* etiam vulgò dicta, olim terræ motibus concuſſa, media inter Laodicæam & Hierapolim, 20. mil. paſſ. diſtans, & olim Palaſſæ dicta fuit. Vide Coloſſæ.

CHONES, populi fuere Italiæ in Lucania, Oenotrorum pars, quorum meminit Strabo, habitabantque

verſus Crimiſam promontorium, & oppidum, quod ab his Choma & Chonis dictum fuit Stephano, nunc caſtrum *lo Ziro*, in Calabria citeriori, teſte Cluverio, quanquam Barrius exiſtimet Choniam eſſe Bellocaſtrum urbem, quæ alias Petelia dicta fuit.

Chontali, *los Chontales*, populi Novæ Hiſpaniæ, in Tabaſca provincia, verſus fontes Guizaqualci fluvii, intra montes.

Chores, oppidum Atachoſiæ, à Semiramide conditum, ad flumen cognomine in Indum labentem, Plinio teſte. Vide Cophe; ſic enim in aliis editionibus ſcribitur.

Chorasana, *le Chorasan*, regio Perſiæ peramp|la, verſus Tartariam extenſa, inter Mawaralnahram, Sabliſtaniam, Carmaniam, & Tabriſtaniam, ubi olim regiones Aria, Bactrianæ ex parte, Margiana, & Paropamiſus, & ejus præcipua urbs eſt Heratum *Herat* in regionis meditullio, Choraſanæ nomen latiori ſignificatu ulteriores quoque plagas deſignat, quæ Mawaralnahræ ſeu Tranſoxanæ regionis ſunt & Turkeſtanæ, uti ab Alfergano & ſæpe à Perſis ſumitur, teſte Gollio in notis ad Alferganum.

Chorasmi, populi Aſiæ, ad utramque Oxi fluvii ripam incolentes, Ptolemæo, in Sogdianæ & Bactrianæ confinio, quorum regio Choraſmia hodie in tabulis recentibus, Chowarezmia, ex Abulfeda nominatur: Choraſiou Plinio, Choraſmuſini Straboni.

Chorilandia, dicitur in actis mediæ ætatis ea pars Livoniæ, quæ nunc Curlandia vocatur in regno Poloniæ. Vide Curlandia.

Choroane, regio parva Parthiæ, Ptolemæo, in Hyrcaniæ confinio, vulgo *Balassan*, teſte Nigro.

Chorsa, urbs Armeniæ majoris, teſte Ptolemæo, in Arſia regiuncula, verſus fontes Euphratis fluvii, nunc *Chars* dicitur ab Ortelio, eſtque Epiſcopalis, & probe munita in Armenia regione, ſub dominio Turcarum, quorum præfectus in ea commoratur, cum præſidio, & arce valida, dicitur etiam *Chiſeri* à quibuſdam, ſed quo authore neſcio, eſtque in confinio Georgiæ, quatridui itinere diſtans ab Erzerum in ortum Tabriſium verſus.

Chorsæ prefectura, *le Beglirbeglic de Chars*, provincia Armeniæ regionis, in Aſia, ſub dominio Turcarum, anno 1579. inſtituta cum antea Perſis pareret, ab ea pendent ſex ſangiacatus ſeu præfecturæ minores, nempe *Paſin*, *Erdchankiutchak*, *Gheran*, *Gingevan*, *Kughizmam*, & *Zaruſcan*, teſte Ricautio.

Chorseus, fluvius parvus Palæſtinæ, verſus Phoeniciis confinia; in mare Syrium ſe exonerat inter Carmelum montem & Ptolemaidem, qui Hebræis Ciſſon dictus, nunc *Mocata* recentioribus, quanquam ab Ortelio *Corſo* dicatur.

Chosro-Antiochia, ſic dicta fuit Antiochia urbs Syriæ à Choſroe Perſarum rege qui eam diripuit, & poſtea eamdem reparavit, teſte Procopio.

Chotemia, *Choczyn* oppidulum Valachiæ, ad Tyram fluvium, in ipſo limite Poloniæ, & Podoliæ provinciæ, ubi anno 1621. Oſmanus magnus Turcarum Dominus victus, & quammaxima clade affectus fuit ab Uladiſlao Principe & poſtea Rege Poloniæ, & ad illud iterum magna clade affecti fuere Turcæ anno 1674. a Polonis, à Duce Joanne Sobieſko Viro fortiſſimo, poſtea Rege Joanne III.

Chowarezmia, *le Chowarezme*, regio Aſiæ ad extremum Oxi fluvii decurſum; ubi olim Choraſmia regio, Ptolemæo, terminatur à Meridie Choraſana, ab ortu Mawaralnahra, a Septentrione vero & Occidente Turcheſtania; undique deſertis cingitur, & ejus præcipua urbs eſt *Corcang*, teſte Abulfeda. ab ea vero mare Caſpium dicitur aliquando lacus Chowarezmiæ ab incolis harum partium.

Chrembsa, *Chrembs*, urbecula Germaniæ, in Auſtria inferiori, ad Danubium. Vide Cremſa.

Chrimissa, Vide Crimiſa.

Christiania, *Chriſtiania*, urbs regni Norvegiæ, & caput Aggerhuſiæ præfecturæ, quæ aliter Anſloga, incolis *Opſlo*, Gallis *Anſloye*, & Belgis *Anſlou*, ſedet ad oſtium fluvii *Beden* in ſinum parvum Anſloganum ab ea dictum, & ſic nunc Chriſtiania ſæpius vocatur ab incolis, à Chriſtiano IV. Daniæ Rege, quod ab eo de novo exſtructa fuerit anno 1624. poſt maximum incendium, quo tota fere conflagraverat, diſtat 7. milliaribus Norvegicis à Tonsberga in Septentrionem, uti 24. à Bahuſio Nidroſiam verſus, & ei adjacet Aggerhuſium caſtrum.

Christiani munitio, *Chriſtian preis*, arx Germaniæ, in Jutia meridionali, erecta a Chriſtiano IV. Aſſidet maris Balthici æſtuario, quod ſe inter Sleſvicenſem Ducatum & Holſatiam ingerens, Chilonium urbem petit. Varie habita fuit à Suecis hiſce ultimis temporibus, & diſtat 2. milliaribus Germanicis à Chilonio.

Christianoburgum, *Chriſtiansbourg*, arx Africæ in ora aurea Guineæ, ſub dominio Danorum, ſedet prope Accaram parvum, 80. mill. paſſ. diſtans à Mina arce in ortum Ardram verſus 110. circiter.

Christianopolis, urbs Peloponneſi in Arcadia regione, olim Megalopolis dicta, teſte Curopalate, alias Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Corinthio, poſtea metropolis effecta. Vide Megalopolis.

Christianopolis, *Chriſtianopel*, oppidum regni Sueciæ munitum, in Blekingia provincia, a Chriſtiano IV. Rege Daniæ conditum, in limite Oſtro-Gothiæ, & in ora maris Baltici, cum portu ſat tuto. Subeſt dominio Suecorum ab anno 1658. & diſtat à Calmaria 4. milliaribus Suecicis, & 3. ab ora Oclandiæ inſulæ in occaſum.

Christianorum regio, *la Chreſtienté* Gallis, *la Chriſtianita* Italis, *la Chriſtiandad* Hiſpanis, *Al-Frank* Turcis, ſic dicitur perſæpe pars maxima & occidentalis Europæ regionis peramplæ a plurimis recentioribus, eo quod tota inhabitetur a Chriſtianis. Vide Europa.

Christianostadium, *Chriſtianſtad*, oppidum regni Sueciæ, in Blekingia provincia, intra paludes, & in limite Scaniæ, alias ſuberat Regi Daniæ, & exſtructum fuit à Chriſtiano IV. ejus Rege anno 1600. prope oſtium fluvii *Helles* in mare Balticum, à quo 2. milliaribus diſtat, & totidem ab Aahuſio in Septentrionem, eſtque medium inter Hafniam ad occaſum, & Chriſtianopolim ad ortum, captum fuerat à Danis anno 1676. ſed poſtea receptum a Suecis anno 1678.

Christianum mare, *la mer Chriſtiane* Gallis, *Chriſtian meer* Danis, pars maris Septentrionalis verſus Terras Arcticas, nuper a Danis luſtratum, & ſic dictum, ſed hoc nomen jam fere obſoletum eſt. Vide Mare Chriſtianum.

Christianum promontorium, *le Cap Chriſtian*, eſt in parte meridionali Groenlandiæ regionis, à Danis detectum, & ſic dictum in honorem Chriſtiani IV. Daniæ Regis.

Christina, *Chriſtine*, oppidulum fuit novum Americæ ſeptentrionalis, à Suecis extructum in honorem Chriſtinæ Reginæ; in ea regione quæ ab ipſis nova Suecia dicta fuit, ad oſtia fluvii Auſtrini, cum portu ſat capaci. Sed poſtea Suecis ereptum fuit à Belgis, qui inde etiam ejecti ſunt ab Anglis, quibus etiamnum paret cum toto tractu.

Christoburgum, *Chriſtburg*, oppidum Poloniæ, in Pruſſia regia, in colle, ad Sirgnium amnem, & prope Drauſium lacum, 3. milliaribus Polonicis diſſitum à Mariæburgo, & 4. ab Elbinga in Meridiem.

Christolium, *Creteil*, vicus Galliæ, prope

Matronam fluvium, in Bria provincia, vix 3. leucis à Lutetia Pariſiorum diſtans in ortum hybernum.

CHRISTOPOLIS, inſula Larii lacus in Inſubria, forte quæ nunc *l'Iſola Comacina* dicitur, a Monachis circa annum Chriſti 600. inhabitata, teſte Luca Holſtenio.

CHRISTOPOLIS, Aſiæ urbs Epiſcopalis, alias Dioshieron dicta, teſte Luca Holſtenio.

CHRISTOPOLIS, urbs Macedoniæ Gregorio Turonenſi, in Thraciæ confinio, Epiſcopalis olim ſub Archiepiſcopo Philippenſi, nunc metropolis quæ eadem putatur cum Amphipoli.

CHROBATÆ, populi Illyrici, Cedreno, nunc *Krabaten* Germanis, *les Croates & Cravates* Gallis, horum regio nunc, Latinis recentioribus dicitur Croaria, teſte Xilandro. Vide ibi.

CHROMIT, montes Peloponneſi, circa Arethyream, ex quibus Aſopus fluvius oritur, teſte Stephano.

CHRONIUM MARE, quod & Saturnium, pars Oceani Septentrionalis & Glacialis, a Rubea promontorio ad confinia Scythiæ magnæ, teſte Plinio, nuncque *Mirmanskou More* dicitur ab incolis harum partium lingua Ruſſica, & *la mer de Moſcovie* Gallis.

CHRONIUS OCEANUS, Vide Chronium mare.

CHRONUS, fluvius alias Venedorum in Sarmatia Europæa Ptolemæo, nunc in regno Poloniæ, *Niemen* dictus accolis, *Memel* Germanis, teſte Cromero, fontes habet in Lithuania prope Slucum oppidum, deinde in occaſum fluens, auctus fluviis Berezina, Zezara, Merecio, & Vilia, rigatiſque Grodna, Couno, aliiſque oppidis Lithuaniæ, per Samogitiam labitur, poſteaque per Pruſſiam Ducalem ſeu Brandeburgicam, ubi mutato nomine, & dictus Ruſoa *Ruſſ*, ab oppido cognomine prope ejus ſex oſtia, in Curonium ſinum, & demde cum ipſo in mare Balthicum ſe exonerat ad Memeliam arcem.

CHRUDIMA, *Chrudim*, oppidum Bohemiæ propriæ, ad Chrudimcam amnem. 4. milliaribus Germanicis diſtans à Czaſlavia in ortum, uno ab Albi fluvio, & 6. à confinio Moraviæ in occaſum.

CHRYSÆ FANUM, locus erat Siciliæ, in via inter Ennam & Aſſorum occurrens, teſte Cicerone.

CHRYSÆ SINUS, pars Oceani orientalis Plinio, quæ Mercatori, eſt *la mer de la Chine*, aliis vero eſt ſinus verſus Auream Cherſoneſum, forſan Perimulicus etiam dictus, ſed de eo difficile eſt ſtatuere, & Ptolemæo eſt magnus ſinus.

CHRYSAORUS, fluvius Lydiæ Maſtauram urbem alluens, teſte Stephano.

CHRYSAS, fluvius Siciliæ inſulæ, Ciceroni, & Diodoro, nunc *il Dittaino* dictus, teſte Aretio, ubi & Cluverio, per Aſſorinorum agros fluit, & poſtea in dextram Symethi fluvii ripam confluens, Vallem ſeu provinciam Nemorenſem a Netina ſeparat.

CHRYSAS, fluvius parvus Siciliæ Diodoro, nunc *Veria* dictus, Leandro, ex monte Albano ortus in mare Tyrrhenum ſe exonerat, prope Agathyrium promontorium in ora ſeptentrionali.

CHRYSE, inſula parva maris Ægei, quam quidam interpretantur *Santi Strati*, eſtque deſerta ſub Turcis, cum olim oppidulum habuerit, & 18. milliaribus diſtat a Lemno in Meridiem.

CHRYSE, oppidum fuit Aſiæ in Phrygia minori, in quo delubrum erat Sminthei, teſte Strabone, & proximum Cillæ & in intimo receſſu ſinus Adramiteni, cujus meminit Ovidius.

CHRYSE, regio ampla Aſiæ, cujus meminere Ptolemæus, & Stephanus, quæ à variis varie indigitatur, Mercator & Brietius interpretantur Japoniam, *le Japon* Gallis, *el Giapan* Luſitanis, inſulam peramplam in Oceano Sinico, ſed alii exiſtimant eſſe partem Aureæ Cherſoneſi. Vide Japonia.

CHRYSITES, Macedoniæ oppidum, Livio, quod aliis eſt Chryſitis, & a Ptolemæo Scydra dici videtur, nunc *Siderocapſa* dictum, teſte Bellonio, a Theſſalonica ad 40. millia paſſuum in ortum Athon montem verſus.

CHRYSIUS, fluvius alias Daciæ, Jornande teſte, nunc Hungariæ duplex, *Kerez* incolis, *Kraſſ* Germanis. Uterque fontes habet in Tranſylvania, unus prope Abrucbaniam ortus, dicitur *Fekierkerez* ſive Albus, Juliam rigat, teſte Lazio, & per lacum *Saread* labitur, & ſe exonerat in alium *Sebeskeres* dictum, ſive nigrum, qui oritur ex monte Kalota, in agro Claudiopolitano. Varadinum magnum rigat, recipitque aliquot amnes, cum ſupradicto *Fekierkerez* & Berethonio; quibus auctus, in Tibiſcum ſe exonerat ſupra Zongradium, in Comitatu Orodienſi, in ſuperiori Hungaria.

CHRYSIUS, fluvius Hiſpaniæ, pro parte Bæticam dividens à Tarraconenſi, nunc *il Guadalentin*, in ſinum Virgitanum ſe exonerat 7. leucis a Carthagine nova in occaſum, in regno Murciæ.

CHRYSOCERAS SINUS, pars eſt Boſphori Thracii, Plinio, aliis Cornu Bizantiotum, teſte Petro Gillio, extenditurque inter Conſtantinopolim & Galatam, in ora Thraciæ per decem milliaria, Barbyſem Cydarimque fluvios parvos recepit, & juxta ipſum inerat vicus Chryſoceramus dictus, quod in eo eſſet templum deauratis tegulis tectum.

CHRYSOPOLIS, oppidum Aſiæ minoris Suidæ, cum arce prope Chalcedonem, ad Boſphori fauces, & Dimalim promontorium contra Byzantium, ſic dictum quod in ea Perſæ tributa exigerent, ut ſcribit Stephanus, nunc *Scutari* dicta à Gallis, *Scutaretto* Italis, teſte Petro Gyllio, erevit ex ruinis Chalcedonis urbis adjacentis, ſicque Chalcedon nova dici poteſt.

CHRYSOPOLIS, urbs Galliæ Lugdunenſis, Sequanorum caput, quæ aliter Veſontio dicitur, *Bezançon*, urbs Galliæ Archiepiſcopalis in Comitatu Burgundiæ ad Dubim, teſte Chiffletio. Vide Veſontio.

CHRYSOPOLIS, urbs Macedoniæ, ad oſtium Strymonis fluvii excita, olim Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Philippenſi, Chriſtopoli propinqua, teſte Hacio.

CHRYSOPOLIS, urbs fuit Epiſcopalis Cœleſyriæ ſub Archiepiſcopo Boſtrenſi, ex libris Conciliorum.

CHRYSORRHOAS, fluvius Aſiæ minoris in Cappadocia, verſus Themiſcyram & oram Ponti Euxini, Plinio.

CHRYSORRHOAS, fluvius parvus Bithyniæ, teſte Plinio.

CHRYSORRHOAS, fluvius Syriæ Straboni, Ptolemæo, & Græcis, Parphar Hebræis, per Damaſcum & ejus agrum fluens, totus fere in rivos conſumitur, fontes habet in Libani pago *Canua* dicto, 5. paraſangis à Damaſco, deinde in pago *Hamara* dividitur in duos rivos, potior *Barada* incolis alter *Iezid* dictus pedem montis Caſionis lambens, potior poſtea ſcinditur ad pagum *Dummar* in tres partes, quorum maximus *Barada* dictus præterfluit Damaſcum, alter *Banas* eandem ſecat, & tertius *Tura* Boreales ejus campos & hortos percurrit, & per tubulos in omnes urbis partes aqua deducitur, pars reliqua effunditur, in lacum Prati qui in orientali urbis agro, ſicque ad mare non pervenit, teſte Jacobo Gollio, qui in illis partibus per plures annos eſt commoratus.

CHRYSUS, fluvius Hiſpaniæ per Bæticam fluens, teſte Sexto Avieno.

CHULMIA, Zachlumia, & Chelmum, regio ſeu provincia Serviæ, teſte Joanne Lucio, ſic dicta a monte Chlumo, quæ nunc *Herzegovina* dicitur, & Latine

Ducatus S. Sabæ, cujus partem maritimam olim incoluerunt Varalii, deinde cum proximis inſulis Narentanis, qui & Arentani, & Pagani Porphirogennetæ.

Chongkina, *Chung ing*, urbs Imperii Sinarum, in Suchuenſi provincia, cujus quinta exiſtit; ſedet in monte, prope fluvium *Kiang* dictum, teſte Martinio, cum territorio peramplo, in quo ſunt 19. civitates minores.

Chuquamia, *Huquam*, una ex 15. provinciis regni Sinarum, in mediterraneis ſita, inter Honaniam & Chiamſiam, provincias. Vide Huquania.

Chusistania, *le Chuſiſtan*, provincia regni Perſiæ, verſus Auſtrum, & juxta ſinum Perſicum extenſa, ubi alias Suſiana regio. Ejus urbs præcipua *Souſter*, alias Suſa dicta, ubi regia Aſſueri, ad Eulæum fluvium ſeu Choaſpem.

Chuzica Laura, cœnobium erat celebre in Palæſtina, inter Hieroſolymam & Hierichontem, Caliſto teſte.

Chyoa, fluvius Siciliæ, Ptolemæo, Chryſa Diodoro, nunc *il Roſmarino*, teſte Fazello; ex montibus Aereis oritur, & in mare Tyrrhenum cadit poſt brevem curſum, inter Aluntium & Calactam, in Valle Demonæ.

Chyda, ſeu Chydæ, urbs Lyciæ maritima in Aſia minori Ptolemæo, ad Glaucum ſinum, quæ Lydæ dicitur in Codice Græco, nunc *Giva* dicta, teſte Nicolao Sophiano.

Chylemath, fluvius Mauritaniæ Cæſarienſis, Ptolemæo, nunc *Mina* dictus Mauris, *el Rio de Cena* Hiſpanis, teſte Marmolio, & in mare Mediterraneum ſe exonerat prope Quizam & Portum magnum in regno Algerii.

Chyretiæ, urbs Macedoniæ mediterranea, Metropoli proxima, Ptolemæo, nunc *Malcoluri* dicta, teſte Sophiano.

Chyrrhus, urbs Syriæ, in Cireſtica regione, hodie *Quaris* quibuſdam, *Nadin* aliis. Vide Cyrrus.

Chytros, urbs Cypri inſulæ, Ptolemæo, quæ Chytri Plinio, olim Epiſcopalis, nunc etiam *Chitri*, pagus in mediterraneis verſus Famauguſtam, teſte Luſignano.

Cia, & Cea, *Zea*, inſula maris Ægei, circuitus 45. mill. paſſ. cum caſtro diruto & oppido. Vide Cea.

Cia, inſula parva maris Cretici, contra Matium urbem Cretæ, dicitur melius Dia. Vide ibi.

Ciabrus, fluvius Moeſiæ Ptolemæo, Ciambrus in codice Græco, Cebrus Antonino; & in libro Notitiæ, Ciur Herodoto, Superiorem Moeſiam ab inferiori dividens, oritur ex Hæmo monte, atque in Septentrionem tendens, in Iſtrum ſe exonerat prope Cebrum oppidum, nunc *Iſchar* dicitur, ut narrant plurimi, ſed Mercatori & aliis eſt *Morava*, fluvius Serviæ etiam in Iſtrum fluens.

Ciaca, Armeniæ minoris urbs in Melitena regione, teſte Ptolemæo.

Ciagisi, populi Daciæ, Ptolemæo, quorum veſtigium relicet in *Ciaus* arce Hungariæ, antiquum nomen redolente, ut exiſtimat Lazius.

C[illegible], *Cialis*, urbs Aſiæ in Tartaria magna, & in regno Thibeti, verſus montes, inter lacus Bervanum & Caramiam, ut ſcribunt recentiores.

Ciampa regnum, *le Royaume de Chiampaa*, regnum Aſiæ, in India ulteriori, inter Cocinſinam, regnum Cambogiæ, & mare Sinicum, ſub dominio regis Cocinſinæ.

Ciampella, *Pulo Ciampello*, inſula Indiæ extra Gangem in ora Cocinſinæ. Vide inſula Ciampella.

Ciamum, promontorium Cretæ inſulæ, in ejus ſeptentrionali ora, Ptolemæo, nunc *il Capo Spada* dictum, Sophiano teſte & aliis, in mare Ægeum maxime incurrit verſus Peloponneſum & Cytheram inſulam, eſtque in territorio ſeu tractu Cydoniæ, prope oppidulum Ciſamum *Caſtel Chiſſamo* dictum, & 25. mill. paſſ. a Cydonia in occaſum.

Ciana, torrentis nomen in Germania ſuperiori, in Rhenum influentis, verſus Moguntiam, teſte Trithemio in Francorum origine, *Zey* interpretatur Jacobus Scenckius.

Cianus sinus, pars Propontidis in ora Aſiæ minoris, prope Cium oppidum, nunc *il Golfo di Montagna* dictus ab Italis, & *il Golfo di Palmeur* etiam à Nautis.

Ciaulum, *Chaul*, urbs Indiæ intra Gangem, in regno Decani, in ditione tamen Regis Portugalliæ, quæ ab aliis Caulum dicitur. Vide ibi.

Cibalis, Pannoniæ inferioris urbs, Ptolemæo, & Zozimo, quæ Cibalæ Ammiano, Eutropio, & Paulo Diacono, olim Epiſcopalis & Bubalis vocata, unde regio adjacens Bubalia dicta, patria fuit Valentiniani Imperatoris, & quidam exiſtimant eam fuiſſe, ubi nunc *Walpon* urbs Schlavoniæ, ad amnem cognominem verſus Dravum, ſed teſte Lazio, eſt *Walma*, caſtrum ejuſdem regionis in Sirmienſi Comitatu, prope Almum montem, & ad Bacuntium fluvium, inter Dravum fluvium ad Boream & Savum ad Auſtrum, atque inter Murſam ad Septentrionem & Sirmium ad Meridiem.

Cibennica iuga, pars excelſior Cemmenii montis, Adoni, ſeu Gebennæ, *le haut des Sevennes*, verſus Gabalos & Vivarienſem tractum ſuperiorem, quamquam alii crediderint eſſe Montem Cenſium, inter Alpes Cottias, ſed prior interpretatio probabilior.

Ciberis, urbs Cherſoneſi Thraciæ, teſte Procopio.

Cibinium, quæ & Hermannopolis, vulgo *Seben* & *Zeben* incolis, *Hermanſtadt* Germanis, *Cibinio* Italis, urbs Regni Hungariæ, Tranſylvaniæ regionis primaria, ſedeſque principis, ampla eſt & elegans, atque probe munita, ſedet in planitie ad Cibinium fluvium parvum, qui paulo infra cadit in Alutham, ejus incolæ ſunt Saxones; & ab ea pendent Septem ſedes Saxonum, diſtat 15. milliaribus Germanicis à Claudiopoli in ortum, uti 8. ab Alba Julia, verſus confinia Moldaviæ, eſtque Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Colocenſi, quanquam hodie ſine Epiſcopo, hinc Cibinienſis nomen gentis.

Ciborus, oppidum Aſiæ minoris in Bithynia, in ora ſinus Nicomedienſis, ab Alexio Imperatore extructum, quod noſtri *Civitot* appellarunt, teſte Orderico Vitali.

Cibotus, urbs Aſiæ minoris in Phrygia, teſte Strabone. Vide Apamea.

Cibyra, & Cibura, urbs Aſiæ minoris in Phrygia magna, teſtibus Strabone, & Ptolemæo, in confinio Cariæ & Lyciæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Stauropolitano, intra montes, nunc *Burus* dicitur, teſte Leunclavio, eſtque prope fontes Xanthi, & Meandrum fluvium, media inter Alabandam ad occaſum & Antiochiam Piſidiæ ad ortum, & magna cognominatur ab authoribus antiquis. Populi Cibyrates Ciceroni.

Cibyra, urbecula Ciliciæ aſperæ, Plinio & Ptolemæo, quæ Cibyra minor etiam dicta fuit ad alterius differentiam, erat intra montes, in confinio Pamphyliæ, & verſus oſtia Melæ fluvii, vix 10. milliaribus diſtans ab ora maris Cilicii; ubi juga Cibyretica à Plinio memorata, eam interiiſſe ſcribit Thevetus.

Cicæ, inſulæ parvæ Callaicorum, Plinio, vulgo nunc *las Iſlas de Vayona*, inſulæ Gallæciæ in ora littorali, tres numero, ante Baionam oppidum, dicuntur & melius Deorum inſulæ. Vide ibi.

Ciceronis aquæ, Balneæ Campaniæ, Plinio prope Baias & lacum Avernum, nunc *i Bagni di Tritoli* in colle, ex adverſo Puteoli, ut ego vidi pluries. De his conſule antiquitates Puteolanas & Itinerarium Italiæ Scotti.

Ciceronis villa, locus Campaniæ, Suetonio, prope Puteolos & Baias, *Ciceroniano* nunc, ad lacum Avernum, à Puteolis 3. mill. paſſ. Baiis propior. Academia Plinio dictus.

Ciceronis castra, locus Galliæ Belgicæ, cujus fit mentio in commentariis Cæſaris, nunc teſtibus Becano, & Ortelio, eſt *Veltſick*, vicus parvus Flandriæ in Comitatu Aloſtano, 3. leucis à Gandavo diſtans in Meridiem, & una ab Aldenarda.

Cicestria, *Chicheſter*, urbs Angliæ in ejus parte meridionali, & in Suſſexiæ provincia, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Cantuarienſi, à Rege Ciſſa extructa & dicta, ſita eſt juxta amnem Lavantum, vix 4. milliaribus diſtans ab ora maris Britannici in Septentrionem, & totidem à confinio Hantoniæ provinciæ, Londinum verſus 50. ab inſula Vecti 20. in ortum, uti 25. ab Antona, & totidem à Vintonia in ortum hybernum.

Cicones, populi Thraciæ in Droſica provincia, Orpheo, & Plinio, inter Iſmarum montem, Hebrum fluvium, & Biſtonidem lacum incolentes, horum meminit Ovidius.

Ciconium, promontorium Aſiæ minoris in Bithynia, ad Boſphorum Thracium, alias Nantinachium dictum à Dionyſio Byzantino, nunc *Cornio*, teſte Petro Gyllio, & 6. milliaribus diſtans à Byzantio in ortum æſtivum.

Ciconum mons, cujus meminit Propertius, idem putatur Iſmaro. Vide ibi.

Ciculi, ſeu Siculi populi Tranſylvaniæ, vulgo *les Cicules*, in ſeptem ſedes ſeu tractus parvos diviſi, præcipuo verſus montem Carpathum & confinia Poloniæ. Parent autem Principi Tranſylvaniæ, & vocantur ſæpius Siculi. Vide ibi.

Ciculia, tractus Tranſylvaniæ principatus, in qua Ciculi populi in ſeptem ſedes diviſi, verſus ejus partem ſeptentrionalem & confinia Poloniæ regni. Dicitur ſæpius Siculia & Siculi. Vide ibi.

Cicus, mons Hiſpaniæ in Luſitania, nunc teſte Andrea Reſendio, eſt mons vulgo *Monchico*, & *Sierra de Monchico* dictus, inter Algarbiæ regnum, & provinciam Tranſtaganam, verſus oram Oceani Atlantici, aliquot milliaribus à Silvi in Septentrionem, à vico *Monchico* nomen habens.

Cicynethus, inſula parva maris Ægei in ora Euboeæ, Plinio, & Melæ, nunc *Pondico* dicta, teſte Sophiano, verſus fauces ſinus Pelaſgici, deſerta eſt, & ei adjacent aliquot ſcopuli.

Cidama, urbs Africæ in Tripolitana regione, verſus oram littoralem, teſte Procopio.

Cighata, *Ciguateo*, inſula Americæ ſeptentrionalis, & una ex Lucaiis, inter Guanimam ad ortum, & Lucaioneam ad occaſum; ejus circuitus eſt 25. leucarum, teſte Herrera, & in Arctos maxime tendit.

Cilbianum, urbs Aſiæ, Euſtathio, ad Cayſtrum fluvium in Lydia, quæ & Valentinianopolis in libris Conciliorum appellatur, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Epheſino. Populi Cilbiani Plinio, & Campus Cilbianus ad Tmolum montem.

Cile, *el Cile* Hiſpanis, *le Chili* Gallis, regio ampla Americæ meridionalis, ab Hiſpanis detecta anno 1535. & ipſis pro majori parte ſubdita, præſertim verſus oram littoralem, extenditur in longum à Septentrione in Meridiem per 400. leucas Gallicas, ſed ab ortu in occaſum valde reſtringitur, terminatur à Septentrione Peruæ regno, ab Occidente mari Pacifico, à Meridie Magellanica regione, & ab Oriente Tucumania regione, dividitur in tres præfecturas ſub quibus ſunt 13. tractus: prima dicitur Cilenſis *le quartier de Chili*, ſub qua ſunt tractus S. Jacobi de Cile, Quillotæ, & Serenæ in parte Boreali regionis: ſecunda eſt præfectura Imperialis, *le quartier de l'Imperial*, ſub qua cenſentur tractus Imperialis, Angoli, Conceptionis, Chillani, Chiloæ, Oſorni, Valdiviæ, & Urbs divitis, qui conficiunt partem meridionalem Giles; tertia vero præfectura dicta Cuyenſis, *le quartier de Cuyo*, ad ortum extenſa complectitur tantum tractus Mendozæ, & S. Joannis de confinio. Fanum S. Jacobi primaria eſt totius regionis, quam nuper accurate deſcripſit Alphonſus de Ovalle Societatis Jeſu, ſed Araucani illarum partium populi ſæpe cum Hiſpanis pugnarunt, hinc Cilenſes populi, *los Cileſes* Hiſpanis, *les Chilois* Gallis, qui a ſæculo & dimidio fortiter contra Hiſpanos pro libertate pugnant, & eos etiam ſæpe magnis cladibus afficiunt.

Cilis Urbes præcipuæ.

Civitas Conceptionis, *la Conception*.
Coquimba, *Coquimbo*.
Fanum S. Jacobi, *Santiago*; regionis primaria.
Fanum S. Joannis de confinio, *S. Juan de la Frontera*.
Imperialis, *Imperial*.
Urbs dives, *Villa rica*.
Valdivia, *Valdivia*.

Cilbiceni, Hiſpaniæ Bæticæ populi, Sexto Avieno, circa oſtia Bætis fluvii.

Cileni, populi Hiſpaniæ Tarraconenſis, Plinio, qui Cilini dicuntur à Ptolemæo, forte Callaicorum pars.

Ciligenæ, Pannoniæ inferioris urbs Antonino, nunc *Zepà* dicta, ut exiſtimat Simlerus.

Cilicia, regio Aſiæ minoris notiſſima, Straboni, Plinio, & Ptolemæo, à Cilice Rheæ filio nomen habens, ut quidam narrant, & ab ortu in occaſum extenſa, terminatur à Septentrione Galatia, Cappadocia, & partim Armenia minori, quibus ſeparatur Tauro monte; ab Occidente Pamphylia; ab Oriente Syria, & à Meridie mari Cilicio ab eadem dicto, dividitur in duas partes, nempe in Ciliciam Campeſtrem ſeu propriam, quæ major eſt & ad ortum, & in Ciliciam aſperam quæ ad occaſum, teſte Strabone, ejus urbes præcipuæ fuere Tarſus, Anazarbus, & Adana, hinc Cilicius nomen gentis; nunc tota ſubeſt dominio Turcarum à tribus fere ſæculis, diciturque Caramania propria, *la Caramanie* vulgo, eſtque montibus & rupibus altiſſimis, proindeque vallibus & clauſis variis impedita, ac pene impervia, ut habent paſſim Scriptores.

Ciliciæ Urbes adhuc extantes.

Adana, *Adena*.
Anazarba, quæ & Anazarbus, *Aczar*.
Anemurium, *Anemora*.
Antiochia ſuper Trago, vel Crago, *Antiochetta*.
Celenderis, *Palopoli*.
Corycus, *Churco*.
Iſſus, *Lajazzo*.
Philadelphia, *Filadelfia*.
Sebaſte, quæ & Auguſta, *Sebaſte*.
Seleucia aſpera, *Seleſchia*.
Selinus, *Iſlenos*.
Tarſus, *Terſis*.

Cilicia, tractus Troadis, in ejus parte meridionali, & verſus ſinum Adramyttenum, quæ duplex fuit nempe Cilicia Lyrneſia ad Meridiem & Cilicia Thebaica ad Septentrionem, hinc Cilices populi.

Ciliciæ Pylæ, ſeu portæ in Cilicia Straboni, quo ex altera parte impendent prærupti montes, ex altera magna præcipitia in mare Cilicium porriguntur. Vide Amanicæ portæ ſeu pylæ.

Cilicium mare, pars eſt maris Aſiatici Ciliciam alluens ad Meridiem, inter ipſam & Cyprum inſulam extenſum, terminatur ab ortu mari Syriaco, &

ab occaſu mari Pamphylio, nuncque *la Mer de Caramanie* dicitur ſeu etiam *le Golfe de Satalie* à quibuſdam.

CILIMBESII, populi Corſicæ inſulæ, Ptolemæo, qui Nebienſes à Leandro eſſe putantur.

CILLA, quæ & Cylla ſcribitur, urbs fuit Troadis, teſte Strabone, in regiuncula Cilicia Thebaica dicta, ad amnem Cilleum, Apollini Sacra, 5. milliaribus ab ora ſinus Adramytteni, & 12. ab Adramyttio in Septentrionem, atque 9. circiter à Thebe in occaſum, nunc exciſa jacet.

CILLEIA, *Cilley*, urbs Germaniæ, Comitatus cognominis caput, in Stiria ad Saanam fluvium qui paulo infra cadit in Savum, cum duplici arce ſub dominio Auſtriacorum, eſtque in confinio Carniolæ provinciæ, & 8. milliaribus Germanicis à Petavione diſſita in Meridiem, olim Celia dicta fuit. Vide ibi.

CILLEIENSIS COMITATUS, *das Graffschaft von Cilley* incolis, *le Comté de Cilley* Gallis, tractus Germaniæ in Circulo Auſtriaco, olim proprio parens Comiti, ſed à tribus ſæculis pars eſt ditionis Auſtriacæ, nempe à Friderico III. Imperatore, & unitus fuit Ducatui Stiriæ, cujus portio nunc exiſtit, extenditur verſus Savum fluvium, inter Stiriam, Carniolam, & Sclavoniam; urbem habens primariam cognominem Cilleiam ſeu Celiam dictam.

CILURNUM, oppidum Ottadinorum in Britannia majori, ex libro Notitiæ, nunc teſte Guillelmo Camdeno, eſt *Walwick* caſtrum Northumbriæ Comitatus, ad Murum Severi, aut prope Tinam ſeptentrionalem, aut ſaltem vicus proximus *Scilicester* in muro dictus, 12. mill. paſſ. à Novo caſtro in occaſum.

CIMARUS, mons & promontorium Cretæ inſulæ, Straboni, in ejus ora ſeptentrionali ubi in Occidentem tendit, contra Maleam promontorium Peloponneſi, videtur eſſe Ciamum promontorium, *il Capo Spada* de quo ſupra, teſte Sophiano. Vide Ciamum.

CIMBEBE, *les Cimbebas*, populi Africæ in Cafreria regione, & in ejus ora occidentali, quorum regnum dicitur ab aliis Matamanum regnum. Vide ibi.

CIMBRI, populi fuere Germaniæ, extremi ad Septentrionem, Plinio, & Tacito, quorum regio & peninſula Cimbrica Cherſoneſus à Ptolemæo appellatur, ubi nunc Jutia, horum olim magnum fuit nomen, ob majores ſuos qui in Galliam Narbonenſem penetrarunt, & quos tandem Caius Marius prope oſtia Rhodani devicit, & maxima clade affecit.

CIMBRIA PARVA, ſeu Fimeria; *Femeren*, inſula eſt Daniæ & Holſatiæ Ducatus in mari Baltico, vix 2. mill. paſſ. à continenti ſejuncta. Vide Fimeria.

CIMBRIANA, oppidum Moeſiæ inferioris Antonino, Cimbrianum libro Notitiæ, nunc *Brinbyda* dictum, teſte Lazio, quaſi Brionum pons.

CIMBRICA CHERSONESUS, peninſula perampla Germaniæ, Ptolemæo, à Septentrione in Meridiem extenſa, inter Cimbricum mare ad occaſum, & Suevicum mare, ſeu Codanum ſinum ad ortum, nunc pars eſt regni Daniæ, & Iutia dicitur, *le Iutland*; dividiturque in Iutiam Septentrionalem, *le Nort Iutland*, ſub qua quatuor Diœceſes, ſeu provinciæ parvæ Alburgenſis ſcilicet, Arhuſienſis, Wiburgenſis, & Ripenſis; in Iutiam Meridionalem, *le Sud Iutland*, ubi Ducatus Sleſvicenſis; & in Holſatiam, ſub qua Ditmarſia, Stormaria, Holſatia propria, & Vagria, terminatur à Meridie Saxonia inferiori, & freto *Middelfart Sund* dicto ſeparatur à Fionia inſula. Dicta fuit etiam alias Cartris, Plinio teſte.

CIMBRICUM MARE, Cimbricam Cherſoneſum alluit ad occaſum, eſtque proprie pars Oceani Germanici, *la mer de Dannemarck* dicitur à Gallis, *die West-zée* Belgis & Danis.

CIMBRORUM PROMONTORIUM, in Cimbrica Cherſoneſo Borealiſſimum, Plinio, nunc *Scagen* promontorium dictum, teſte Mercatore cum aliis, eſt prope caſtrum *Scaun*, in Diœceſi Alburgenſi in Jutia ſeptentrionali, & maxime in arctos tendit, 40. milliaribus Germanicis diſtans à Bergis urbe Norvegiæ in Meridiem, Alburgum verſus 12. & 9. à proximiori littore Norvegiæ in Occidentem, cum tanta ſit ſinus Codani latitudo prope fauces.

CIMELA, ſive Cimella, urbs Galliæ Narbonenſis, Uſuardo, exciſa, quæ alias etiam Cemeneleum Ptolemæo, Cemelion Plinio dicta, cujus ruinæ viſuntur in Comitatu Nicœenſi, vix 3. milliaribus à Nicæa & à mari Mediterraneo, nuncque etiam *Cimella* dicuntur. Vide Cemeneleum.

CIMINIUS, lacus Hetturiæ, Straboni, nunc *il Lago di Vico* dicitur à caſtro cognomine, teſtibus Leandro, & Fabricio, & ut pluries vidi, eſtque exiguus lacus provinciæ Patrimonii, in ditione Eccleſiæ, ad montis Cimini radices, inter Viterbium urbem & Roncilionem oppidum 5. milliaribus diſtans, dicitur etiam Elbii lacus ab Antonino.

CIMINUS, mons Hetruriæ, Livio, & Vibio Sequeſtri, uſque ad Faliſcos extenſus in ortum, nunc *la Montagna di Viterbo* dictus, in provincia Patrimonii, & in ditione Eccleſiæ, ad cujus radices in planitie Viterbium urbs ſita eſt. Ciminia ibi Sylva parva, ſive ſaltus Ciminius, Livio, olim uſque ad Umbros pertingens, nunc *il Boſco di Viterbo* dictus.

CIMITERIUM, dicta fuit Nola urbs Italiæ in Campania, ut conſtat ex actis mediæ ætatis, teſte Camillo Peregrino. Vide Nola.

CIMMERII, populi Aſiæ Straboni, circa Boſphorum, ab ipſis Cimmerium dictum, incolentes, in Taurica Cherſoneſo, quæ cum tractu adjacente ab ipſis aliquando Cimmeria dicta fuit, uti poſtea Scythia Europæa, ſeu parva Scythia, nunc autem Tartaria minor, ſeu Precopenſis; & populi Precopitæ, *les petits Tartares* vulgo dicti.

CIMMERII, populi etiam Aſiæ, circa Colchidem, in Scytharum regione. Plinius horum meminit cum Georgianis, juxta Caſpium mare. Horum regionem, ex Antonii Curchinii ſeu Haithonis Armeni deſcriptione, *Haveſſen* nominati credit Ortelius. Sed quid ſit hodie, ex illarum partium relationibus non conſtat, neque ego facile conjicere poſſum.

CIMMERII, populi Campaniæ in Italia Straboni, & Plinio, ad Baias & lacum Avernum, quorum oppidum Cimmerium fuit, ubi antrum Sibyllæ, nunc *la grotta della Sibilla*, à Baiis 1. à Puteolis 3. mill. paſſ.

CIMMERIUM MARE, pars Ponti Euxini verſus Tauricam Cherſoneſum, & Boſphorum Cimmerium, Plinio, & Ptolemæo.

CIMMERIUM, oppidum fuit Sarmatiæ Aſiaticæ, Plinio, & Ptolemæo, ad fauces Boſphori Cimmerii, & juxta Mæotidem paludem, in Sendica regione, 25. mil. paſſ. à Corocondama in Septentrionem, uti 12. à Panticapæo, nunc dirutum jacet ad promontorium cognomine.

CIMMERIUM, promontorium Sarmatiæ Aſiaticæ, in Sendica regione, teſte Plinio, in ora paludis Mæotidis, & ad fauces Boſphori Cimmerii, contra Tauricam Cherſoneſum, quod etiam Cerberium dictum fuit, & Achilleum, nunc Villanovano & Moletio, vulgo *le Cap de la Croix* Gallis, *il Capo della Croce* Italis, eſtque triplex, ex quibus quod ad Septentrionem tendit, dicitur *le Cap de la Croix*. id quod ad Occidentem ſpectat, *le Cap de S. Theodore*, & quod ad Meridiem vergit vulgo, *le Cap de Roſes* vocatur, ut didici à peritis nautis qui pluries illas partes luſtrarunt, 12. mil. paſſ. diſtat à Panticapæo in Septentrionem, & 4. à Parthenio in ortum.

CIMOLIS, oppidum Aſiæ minoris in Paphlago-

nia regione, Straboni, & Melæ, quod Cinolis eſt Arriano, nunc *Ginopoli* dicitur, teſte Caſtaldo, *Quinobi* Mercatori, eſtque urbecula parvi momenti, in ora Ponti Euxini, inter Carambim promontorium ad occaſum & Sinopen urbem ad ortum, & deficit in dies.

CIMOLUS, & Cimolos, inſula maris Ægei, Plinio, ſive Cimolis Ptolemæo, nunc *Cimolo* dicta, & *Kimolo* ab incolis, *l'Argentara* Italis, & *l'Argentiere* Gallis, proxima eſt Melo, cui fere adjacet ad Septentrionem, circuitus eſt 12. milliarium, cum paucis admodum incolis, & exiſtimant olim habuiſſe argenti fodinam, hinc Cimolus nomen gentis.

CINÆDOCOLPITARUM MONS, mons Arabiæ felicis Ptolemæo, ad ſinum Arabicum, ubi Cinædocolpitæ populi incolebant, nunc *la Porta di Ferro*, ut videtur Ortelio.

CINÆDOPOLIS, inſula Aſiæ minoris in ora Dorodis, teſte Plinio, & in ſino Ceramico, paulo a continente diſtans verſus Halicarnaſſum.

CINÆTIUM, promontorium Peloponneſi in Laconia regione, Dionyſio Halycarnaſſio, quod a Ptolemæo Onugnatos dicitur, id eſt Maxilla Aſini, nunc *Xili* dictum, teſte Nigro, ex adverſo Cytheræ inſulæ, & medium inter Maleam promontorium ad ortum & Cypariſſiam ad occaſum.

CINANUM, *Cinan*, urbs Imperii Sinarum in Xantonia provincia, cujus caput & primaria exiſtit, ampla eſt, elegans & probe culta, quanquam inter paludes, ut pluribus ſcribit Martinus Martinius, territorium habens valde extenſum, in quo ſunt 29. urbes minores.

CINEÆ, inſulæ duæ Callaicorum in Hiſpania Tarraconenſi, Livio. Vide Cicæ.

CINCHSUM, *Cincheu*, urbs Imperii Sinarum, in Quanſia provincia, cujus ſextum locum obtinet, ſedet in tractu montuoſo, teſte Martinio, & in ejus agro ſunt tres urbes minores.

CINOOMAGUS, oppidum Brigantiorum in Gallia Narbonenſi, Plinio, quod Scingomagus dicitur a Strabone, in Seguſiorum confinio, nunc teſte Scudo, eſt *Sezane*, vicus Delphinatus intra Alpes Cottias, 2. leucis à Brigantio in ortum, prope Matronam montem. Vide Scincomagus.

CINCUM, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis Plinio, in Carpetanis, nunc creditur *Chinchon*, caſtrum Caſtellæ novæ in tractu Algartia dicto, prope fluvium Tajunam, & 6. leucis à Compluto in Meridiem Concam verſus diſtans, & Comitatus antiqui titulo inſignitum, hinc populi Cincenſes Plinio.

CINXSIUS, *le Mont Cenis*, pars Alpium Cottiarum, inter Sabaudiam & Pedemontium, in via Seguſio Maurianam verſus, in ipſa Sabaudia, ſed in confinio Pedemontii. Vide Ceniſius mons.

CINOA, *la Cinca*, fluvius Hiſpaniæ, in regno Aragoniæ. Oritur ex Pyrenæis montibus, ſupra Bielſam, in confinio Galliæ. Deinde auctus Eſſera & aliis fluviis, rigat urbes Aioſam, Barbaſtrum, Montionem, & Fragam, & in Sicorim ſe exonerat, & cum ipſo paulo poſt in Iberum fluvium, ad Mequinentiam, in limite Cataloniæ, ejus meminit Lucanus libro 1.

CINGCHXOM, *Cingcheu*, urbs Imperii Sinarum in Xantonia provincia, cujus quarta cenſetur, ſedet ad radices montium, teſte Martinio, & in ejus agro ſunt 13. aliæ urbes minores.

CINGULUM, urbs Piceni, Cæſari, & Ciceroni, olim Epiſcopalis, *Cingoli* nunc, oppidulum Marchiæ Anconitanæ amplum in ditione Summi Pontificis, juxta Muſonem amnem, medium fere inter Æſim ad Septentrionem & Septempedam ad Meridiem, 9. milliaribus utrinque diſtans, & 12. ab Auximo in occaſum hybernum, habet ſub ſe tria caſtra muris circumdata, & 12. villas & ejus Epiſcopatus Auximano unitus fuit. Populi Cingulani Plinio.

CINIACUS COMITATUS, *le Comté de Chiny*, tractus Belgii Ducatui Luxemburgico annexus. Vide Chimacenſis.

CINIPHII POPULI, Tacito. Vide Cinyphii infra in Cinyphus.

CINIUM, oppidum Balearis majoris, Plinio, nunc *Cineu*, vicus Majoricæ inſulæ in Hiſpania, cum portu tantiſper capaci, 5. leucis a Majorica urbe diſtans in ortum, ut pluribus me docuit Joannes Paulus Ferragutius vir doctus, cui uti indigenæ fides magis adhibenda eſt.

CINNA, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis in Jaccetanis, Ptolemæo, nunc *Gintalup*, vicus Cataloniæ, teſte Ferrario.

CINNA, urbs Galatiæ in Aſia minori, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Ancyrano, cujus meminit Synodus VI. Conſtantinopolitana, ſedet prope Aſcanium lacum, in limite Phrygiæ, vix 60. mill. paſſ. à Sinnada in ortum, ſed longius ab Ancyra diſtans, nuncque in ruderibus jacens.

CINNIANA, oppidum Callaicorum Braccariorum in Hiſpania Tarraconenſi, Antonino, & Valerio Maximo, nunc exciſum jacet, & ejus ruinæ *Sitania* dictæ, ſunt in regno Portugalliæ & in provincia inter Minium & Durium, 6. leucis à Bracara Auguſta in ortum, teſte Emanuele Barboſa.

CINTERNÆ, oppidum Africæ, Ptolemæo, quod ab aliis Ciſterna dicitur, nunc teſte Marmolio, eſt *Gar*, tenuis vicus regni Tripolitani, in ora maris Mediterranei, prope promontorium Mezratam dictum & Syrtim majorem.

CINTHUS, mons Deli tantæ celſitudinis, teſte Plinio, ut mare Ægeum quoquò verſus contegat. Vide Cyntæos, ſic enim ſcribitur.

CINTRA, *Cintra*, vicus Hiſpaniæ in Portugallia, & in Extremadura provincia, cum caſtro ubi natus anno 1430. Alphonſus V. Rex Portugalliæ, qui ibidem obiit anno 1481. eſt ad oſtium Tagi fluvii in Oceanum Atlanticum.

CINTYLIA, *Chinchilla*, urbecula Hiſpaniæ, in regno Caſtellæ novæ ſitu munitiſſima, ut pote quæ in alto colle rupibuſque undique exciſis poſita ſit, vetuſto caſtello ſommo in rupe extructo, cujus foſſæ prægrandes ſolida in rupe exciſæ ſunt, & inſignis in caſtello turris quadrata, 5. leucis diſtat a Sucrone fluvio in Meridiem, verſus confinia regni Murciæ paulo plus.

CINYPHUS, fluvius Africæ in Libya interiori, Ptolemæo, & Straboni, Cinyps Plinio, & Melæ, nunc Macer dictus, *Macres*, teſte Ludovico Marmolio, oritur in Biledulgeridia regione ex Fezzeno deſerto, & deinde in Boream tendens, per Ezzabam regni Tripolitani provinciam labitur, & in mare Mediterraneum ſe exonerat prope Lebedam, & inter promontorium Mezratam ad ortum & Tripolim novam ad occaſum, Cinyps dicitur etiam à Poetis.

CINYRIA, oppidum Cypri inſulæ mediterraneum, Plinio, nunc eſt pagus *Gendinar* dictus, teſte Stephano Luſignano.

CIONIUM REGNUM, *le Royaume de Cion*, regio Indiæ in Celebis inſula ſeu Macaſſaria, inter Molucas & Borneum, in mari Indico, cum urbe primaria cognomine.

CIOS, & Cius, fluvius & oppidum Phrygiæ cum porto in ora littorali, Plinio, oppidum autem in ruinis jacet, eſtque prope Cianum ſinum ab eo dictum.

CIPORIA, *Cipurias*, tractus Mengreliæ in Georgia, cum oppido cognomine, ad Aſtelphum fluvium, teſte Archangelo Lamberto.

CIRCEI, & Circeii, urbs olim Volſcorum in Latio. Plinio, Circæum Ciceroni, Circeium Straboni, in ora littorali maris Tyrrheni in monte Circæo extructa, & à Tarquinio colonia effecta. Circes domus dicta

fuit

fuit à Mela, à Circe Octæ Regis filia & Medeæ ſorore, & hic Ulyſſem ab ea detentum ſociis in bruta converſis fabulantur, nunc diruta jacet, & ejus veſtigia hactenus ſub nomine *Citta vecchia*, ſuperſunt in loco, ubi antiquorum murorum reliquiæ in eodem monte, teſte Angelo Breventano, & ex ejus ruinis excitatum fuit caſtrum S. Felicis, *S. Felice* dictum. ad radices montis, 10. milliaribus à Terracina in occaſum Aſturam verſus.

Circæius, mons Italiæ in Latio, ſeu Circæum promontorium Straboni, & Ptolemæo, *il Monte Circello* vulgo, mons Campaniæ Romanæ, in ditione Pontificia, valde excelſus, in mare Tyrrhenum excurrens, à paludibus Pontinis undique eingitur verſus Boream, ita ut longe appareat in modum inſulæ, ut ego pluries vidi, olim in eo erat Circæi urbs, nunc tantum caſtrum *S. Felice*, cum quatuor turribus in ora littorali, propter vicinas paludes, & juxta ipſum Amaſenus fluvius, nunc *Levola* dictus, in mare Tyrrhenum cadit, ut pluribus notat Ortelius ex Angeli Breventani deſcriptione.

Circassi, *les Circaſſes*, populi Tartariæ, in Aſia, juxta mare Caſpium. Perſæpe in ſylvis degunt & prædas agunt. Eos pluribus deſcripſit Olearius in Itinere Perſico, uti & Herbertus: habitantque inter Caſpium mare & fluvios Rham & Tanaim ex parte. Proprios habent Principes, ſub dominio tamen Magni Ducis Moſcoviæ; & eorum urbs præcipua *Terki* dicitur, ibique alias erat Albania quibuſdam.

Circesium, oppidum Meſopotamiæ à Diocletiano conditum, & à Juſtiniano reſtauratum, in Orsboena tractu Eutropio, quod Circeium Capitolino dicitur, Circuſium Ammiano, & Conſtantina etiam quibuſdam, ſedet ad Euphratem fluvium, ubi recipit Chaboram, infra Tapſacum è regione Arabiæ deſertæ, & in eo ineſt tumulus Gordiani Imperatoris: à quibuſdam, nunc *Alchabar* dicitur, ſed teſte Gollio, nunc *Kirkiſia* vocatur ab Arabibus.

Circestria, *Circeſter* & *Cirenceſter*, oppidulum Angliæ, in Comitatu Gloceſtriæ, 10. milliaribus à Gloceſtria in ortum, juxta amnem Corinum, in limite Viltoniæ.

Circipani, populi Germaniæ, quorum meminit Helmodus, Tholenzius finitimum, & Winithorum pars, in media ætate, forſan verſus oſtia Panis fluvii, & in Pomerania cis Oderam, prope Griphiſualdiam, Wolgaſtium, & Sundam, teſte Reineccio.

Circi, urbis Romæ erant plurimi, teſte Publio Victore, cum aliis.

Circus Agonalis, erat in meditullio urbis Romæ, ubi nunc platea dicta *la Piazza Navona* incolis, *la Place Navone* Gallis, quæ oblonga eſt, & pulcherrimis ornata ædificiis, uti fonte & obeliſco Antonini Caracallæ ab Innocentio decimo, anno 1651.

Circus Flaminis, Romæ erat, Capitolio proximus, & ſic dictus quod eſſet in Campo Flaminio, in ea parte, ubi nunc Palatium Mathæorum & Monaſterium S. Catharinæ, vulgo *S. Catarina de Funari* dictum.

Circus Floræ, fuit Romæ prope Quirinalem in regione hortorum Salloſtii, & parvus admodum, ubi nunc platea Grimana, teſte Jacobo Lauro.

Circus Maximus, Romæ erat in valle, inter Palatinum & Aventinum colles, longus dimidii fere milliarii, cujus hodie non niſi parva ſuperſunt veſtigia.

Circus Neronis, erat ad radices montis Vaticani, olim extra urbem, nunc intra, ubi platea S. Petri, *la Piazza di S. Pietro* vulgo, ante Baſilicam S. Petri, in qua obeliſcus pulcherrimus, de his conſule Romam antiquam Famiani Nardini recens in lucem editam.

Circidus, fluvius Corſicæ inſulæ, Ptolemæo, in ejus parte occidentali, nunc *le Ripe* dictus, teſte Cluverio, oritur prope Cruzanum vicum, & in occaſum tendens, in mare Mediterraneum ſe exonerat juxta Sipeum, inter Calviam ad Septentrionem & Sagonæ rudera ad Meridiem, verſus Caſalum ſinum, 25. milliaribus ab Adiacio in Septentrionem.

Circonicensis Lacus, *das Czirknitzerzee* Germanis, *le Lac de Czirknitz* Gallis, Lacus Germaniæ in Carniola, olim Lugeum ſive Lugea palus. Vide ibi.

Circuli Germaniæ. Vide Germaniæ Circuli.

Cirellum, *Zirle*, caſtrum Germaniæ in Comitatu Tirolis, diſtat 2. milliaribus ab Oeniponte verſus Bavariam.

Cirigius, *el Ciriciij*, fluvius Americæ meridionalis in Braſilia, & in præfectura Seregippæ, quæ ab eo dicitur Cirigiæ præfectura.

Ciris, ſeu & melius Siris, fluvius Lucaniæ, in Italia, trans Apenninum montem, nunc teſte Cluverio, *il Sino* dicitur, in provincia Capitanata. Oritur ex Apennino monte, & paulo infra Turſiam urbem in ſinum Tarentinum ſe exonerat, diſtat autem 24. milliaribus in Septentrionem ab amne Caldana. Ad ejus oſtia fuit etiam antiquitus oppidum Siris dictum, ubi nunc turris S. Baſilii, *la Torre di San Baſilio* incolis. Vide Siris.

Cirisiacum, *Cereſy*, vicus Galliæ cum Abbatia in Normannia inferiori, & in Baiocenſi tractu, 5. leucis à Baioco in occaſum.

Cirrha, oppidum Phocidis in Græcia, Plinio, & Livio, Cyrrha Ptolemæo, ad Parnaſſi montis radices, & in ora ſinus Corinthiaci, qui ab ea aliquando dicitur ſinus Cirrhæus, eſtque prope Delphorum navale juxta amnem Pliſtum, illud aliqui eum Criſſa confundunt, ſed eas Strabo, & Plinius diſtingunt, nunc *Aſpropiti* dicitur, teſtibus Nardo & Zardo, & 28. milliaribus diſtat ab ora Peloponneſi in Septentrionem, Delphos verſus 8. hinc Cirrhæus nomen gentis & Apollinis cognominem.

Cirrhæatum, villa Italiæ in agro Arpinate, ubi Marcus Craſſus natus & educatus eſt, teſte Plutarcho.

Cirrhum. Vide Cyrrhus.

Cirtha, urbs Africæ, in Numidia regione Melæ, & Straboni, quæ Cæſari, Livio, & Plinio, Cirta Julia dicitur, regia quondam Maſſiniſſæ, & poſtea Archiepiſcopalis, nunc vulgo *Conſtantina* Europæis, *Cuſantina* Arabibus, eſtque totius regionis adjacentis caput in regno Algerii, cum alias habuerit principes proprios, ſedet ad Ampſagam fluvium, 60. milliaribus diſtans ab ora maris Mediterranei & 70. à Cullu in Meridiem, 160. autem à Carthagine in occaſum Algerium verſus 240.

Cirtisa, oppidum Pannoniæ inferioris, Antonino, quod Certiſſa dicitur à Ptolemæo, nunc teſte Brietio cum aliis, eſt *Czernick* caſtrum Sclavoniæ, ad amnem cognominem in colle, inter Gradiſchiam ad occaſum & Poſegam ad ortum, 7. milliaribus à Savo fluvio in Boream, quanquam alii credant eſſe vicum *Ezech*, inter Poſegam & Savum, ſub dominio Turcarum.

Cisia, & Ciſienſis ager, *le païs de Cize* ſeu *Cize*, tractus parvus Galliæ in Navarra inferiori, & in confinio Navarræ ſuperioris, prope Pyrenæos montes, & ejus præcipuum oppidum eſt Fanum S. Joannis Pedeportuenſis, *S. Jean de Port* vulgò.

Cisamus, urbs Cretæ inſulæ Ptolemæo, in ora Boreali, antea Epiſcopalis, nunc oppidulum *Caſtel Chiſſamo* dictum, prope Camaram amnem in territorio Cydoniæ, ſub dominio Turcarum, 15. milliaribus diſtans à Ciamo promontorio in Auſtrum Corycum verſus totidem, & 25. à Cydonia in occaſum, ad ſinum cognominem.

C ɪ ſ ſ ᴀ, fluvius Colchorum, Ptolemæo, qoi Pixytes etiam dictus, prope Xilinam oppidum fluens, nunc *Quiſo* dictus, cum oppido cognomine, 76. mill. paſſ. ab oſtiis Phaſi fluvii in Meridiem, teſte Archangelo Lamberto.

C ɪ ſ ſ ᴀ, inſula parva maris Adriatici, in ora Forijulii provinciæ, ante oſtia Timavi fluvii, teſte Plinio.

C ɪ ſ ſ ᴇ, oppidum Mauritaniæ Cæſarienſis Polybio, & Ptolemæo, nunc *Ciſti* dictum, teſte Moletio, prope Serbetis fluvii oſtia in regno Algerii, in ora littorali inter Ruſconiam ad occaſum & Ruſuçurum ad ortum.

Cɪſſᴜſ, oppidum Macedoniæ in confinio Thraciæ, nunc *Cis* dictum, teſte Leunclavio, verſus Amphipolim & Serras urbem.

C ɪ ſ ſ ᴜ ſ, oppidum Thraciæ, Heſychio, nunc *Keſſe* dictum, prope Tzurulum urbem, teſte Leunclavio.

C ɪ ſ ſ ᴜ ſ ᴀ fons Bœotiæ, inter Thebas & Haliartum, ubi Bacchum educatum fabulantur, teſte Plutarcho.

C ɪ ſ ᴛ ᴇ ʀ ɴ ᴀ, *Ciſterna*, oppidulum Italiæ in Campania Romana, ſub dominio Summi Pontificis, quod olim Tres Tabernæ dictum fuit, ut quidam exiſtimant.

C ɪ ſ ᴛ ᴇ ʀ ᴏ, *Siſteron*, urbs Galliæ in Provincia, quæ ſæpius dicitur Seguſteto & Segeſterorum urbs. Vide ibi.

C ɪ ſ ᴛ ᴇ ʀ ᴄ ɪ ᴏ ᴍ, ſeu etiam Ciſtertium, *Ciſteaux*, pagus Galliæ in Burgundiæ Ducatu, & in territorio Divionenſi, cum Abbaria regulari celeberrima, cujus Abbas eſt præpoſitus generalis totius Ordinis Ciſtercienſis, 5. leucis diſtat à Divione in Meridiem, Cabillonum verſus, totidem à Belna verſus Fanum S. Joannis de Ladona 2. circiter, & ab Hiſpanis *Ciſtel* dicitur.

C ɪ ᴛ ᴀ ʀ ɪ ᴀ, oppidum Siciliæ Ciceroni, in ora occidentali, inter Drepanum & Panormum, nunc excisum jacens. Vide Cetaria.

C ɪ ᴛ ᴀ ʀ ɪ ᴜ ſ, mons Macedoniæ Ptolemæo, qui Titarus dicitur, à Strabone, eſtque Bernico monti contiguus, nunc *Xerolibado*, teſte Sophiano.

C ɪ ᴛ ʜ Æ ʀ ᴏ ɴ, mons Græciæ clariſſimus in Bœotia Plinio, & Straboni, pars Parnaſſi, ut putat Servius, & Muſis Sacer, nunc etiam *Citherone* dictus, teſte Brietio, extenditur inter lacum Copaidem, & Thebas ad Boream, verſus confinia Atticæ, & Megaram ad Meridem, ex eo profluit Aſopus fluvius, & dicitur etiam *il monte di Thives* ab Italis.

C ɪ ᴛ ʜ ᴀ ʀ ɪ ſ ᴛ ᴇ ſ, promontorium Galliæ Narbonenſis in ora Provinciæ, Plinio, nunc *le Cap de l'Aigle* dictum, prope Civitatem, & vix 2. leucis à Citharistæ oppido in Meridiem diſtans, teſte Honorato *Bouche* in hiſtoria Provinciæ.

C ɪ ᴛ ʜ ᴀ ʀ ɪ ſ ᴛ ᴇ ſ, urbecula Galliæ Narbonenſis in Provincia, Plinio, Melæ, Ptolemæo, Citariſta Antonino, nunc pagus Provinciæ *Ceireſte* dictus, prope Aranom amnem, medius inter Maſſiliam ad occaſum & Telonem ad ortum, 18. mill. paſſ. utrimque diſtans, vix una leuca tantum ab ora maris Mediterranei, & ab urbecula Civitate dicta, *la Ciutat*, quæ Cithariſtes nova dici poteſt, & crevit ex ejus ruinis, teſte Honorato *Bouche*, & ut didici ab incolis illius tractus dum has partes luſtrarem.

C ɪ ᴛ ʜ ʀ ᴏ ɴ, urbs Macedoniæ Straboni, quæ poſtea Pydna dicta in Pieria tractu, olim Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Theſſalonicenſi, poſtea metropolis, in ora ſinus Thermaici, nunc etiam *Chitro* dicta, teſte Sophiano. Vide Pydna.

C ɪ ᴛ ʜ ʀ ᴜ ᴍ, oppidum Theſſaliæ, Teophraſto, Citron Strabooi, nunc vicus *Zettivar* dictus, Leunclavio, ſeu etiam *Zittiwar* aliis.

C ɪ ᴛ ɪ ᴜ ᴍ, urbs Cypri inſulæ Plutarcho. Citium Plinio, quæ Cetium ſcribitur à Strabone, alias Epiſcopalis, nunc pagus tantum *Chite* dictus, teſte Luſignano, in ora auſtrali inter Amathuntem ad occaſum & Thronos ad ortum.

C ɪ ᴛ ɪ ᴢ ᴜ ᴍ, quæ & Cecia, & Cizium, atque Citium, vulgo *Zeitz*, urbecula Germaniæ in Circulo Saxoniæ ſuperioris & in Miſnia provincia, oblonga eſt, ab Othone Imperatore ædificata, ſedeque Epiſcopali donata à Joanne XIII. Pontifice Maximo, ſub Archiepiſcopo Magdeburgenſi, quæ poſtea Naumburgum tranſlata fuit, dicta fuit etiam Mamilla, ut quidam tradunt, ſedet ad Elſteram fluvium, in ditione Epiſcopi Naumburgenſis, qui nunc eſt unus ex Ducibus Saxoniæ, quaſi media inter Naumburgum ad occaſum æſtivum & Altenburgum ad ortum hybernum, quatuor milliaribus Germanicis utrimque diſtans, & 5. à Lipſia in Meridiem.

C ɪ ᴛ ᴛ ᴀ ᴅ ᴇ ʟ ʟ ᴀ, *Cittadelli*, urbecula Hiſpaniæ, Minoricæ inſulæ præcipua. Vide Iamna.

C ɪ ᴛ ᴜ ᴏ ʀ ᴜ ᴍ I ɴ ſ ᴜ ʟ ᴀ, in Pannonia ſuperiori, Ptolemæo, vulgo *Chalokewz* dicta Hungaris, *Schut* Germanicis, inſula eſt Danubii perampla in Hungaria, inter Poſonium ad Boream, & Arrabonem ad Auſtrum. Gemina eſt, major probe culta, & præcipua, quæ verſus & Septentrionem & ortum vulgo, *l'Iſle de Schut* dicitur. Circuitus eſt 24. milliarium Germanicorum circiter, longa 10. milliaribus & lata 4. Ibi arx Komara permunita in Meridiem inſulæ, & Sumaria *Sumarein*, oppidum verſus Poſonium. Minor autem inſula eſt verſus Meridiem & occaſum, ubi Danubius recipit Arrabonem; eſtque oblonga ad 9. milliaria, lata autem vix 2. milliaribus, teſte Petro Duval, & dicitur aliter Schutia inſula. Vide ibi.

C ɪ ᴠ ᴀ ʀ ᴏ, urbs Allobrogum in Gallia Narbonenſi, cujos meminit Cicero, nunc teſte Roberto Cenali, & aliis eſt Camberiacum, *Chambery*, urbs Sabaudiæ Ducatus caput, & Senatus ſedes ſeu conventus juridicus regionis, ſita eſt ad amnem *Laiſe*, in planitie, inter Montem Melianum in Meridiem ad 3. leucas & lacum Burgetium in Septentrionem ad 2. leucas, 3. tantum diſtans à confinio Delphinatus, cum caſtro antiquo. Vide Camberiacum, ſunt tamen qui credant cum præſide *de Boiſsieu*, Civaronem fuiſſe, ubi nunc caſtrum *Civron* in Sabaudiæ Ducatu, verſus Iſaram fluvium, 3. leucis à Camberiaco & 7. à Gratianopoli, ubi etiam plurima inſunt antiquitatis veſtigia.

C ɪ ᴠ ᴇ ɴ ᴄ ʜ ᴇ ᴜ ᴍ, *Ciuncheu*, urbs Imperii Sinarum, in Fochienſi provincia, cujus ſecunda exiſtit, ampla eſt & probe culta cum ponte oblongo pulcherrimo; ut narrat Martinius, emporium eſt celebre, & ab ea pendent 9. urbes minores.

C ɪ ᴠ ɪ ᴛ ᴀ ſ, urbs fuit Italiæ in Apulia, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Beneventano, nunc in vicum redacta, ideoque ejus ſedes Epiſcopalis tranſlata fuit ad Fanum S. Severi anno 1580. à Gregorio XIII. Pontifice Maximo, teſte Ughello, locus etiamnum *Civitate* dicitur, in Capitanata provincia, prope Frentonem fluvium, vix 6. milliaribus à Fano S. Severi in occaſum æſtivum, & 5. à Draconaria, & à quibuſdam etiam vocata fuit Civitas Marſici veteris.

C ɪ ᴠ ɪ ᴛ ᴀ ſ, *la Ciotat*, urbecula Galliæ, in Provincia, cujus vina commendantur. Gaudet portu commodo & capaci in ora maris Mediterranei, unde multi nautæ periti; eſtque media inter Maſſiliam & Telonem. Vix uno milliari diſtat à Citariſte antiqua, nunc *Ceireſte*, & ex ruinis crevit, ad ſinum parvum *le Golfe de Lequée* dictum.

C ɪ ᴠ ɪ ᴛ ᴀ ſ A ɴ ɢ ᴇ ʟ ᴏ ʀ ᴜ ᴍ, *la Puebla de los Angeles*, urbs Americæ in Nova Hiſpania, & in Tlaſcala provincia, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Mexicano ab anno 1550. loco Tlaſcalæ, & ſub dominio Hiſpanorum dicitur ſæpius Angelopolis. Vide ibi.

C ɪ ᴠ ɪ ᴛ ᴀ ſ A ᴜ ſ ʀ ɪ Æ, quæ & Civitas Foro-Julienſis, urbecula Italiæ in Foro-Julio Ducatu. Vide Civitas Foro-Julienſis.

Civitas Castellana. Vide Feſcennium.

Civitas Castelli. Vide Tifernum.

Civitas Ducalis, *Civita Ducale*, urbs parva admodum regni Neapolitani in provincia Aprutii Ulterius, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Theatino, ſed ab ejus juriſditione immunis, ſita eſt in colle ad radices montis prope Velinum fluvium, in confinio ditionis Eccleſiæ, exſtructa fuit anno 1308. a Roberto Calabriæ Duce Caroli II. Regis Neapolitani filio, & Epiſcopali ſede inſignita anno 1502. ab Alexandro VI. Pontifice Maximo, cum antea eſſet in Diœceſi Reatina, 7. milliaribus diſtans a Reate in ortum Aquilam verſus 15.

Civitas Figlina, locus Latii extra portam Salariam Romæ, de quo fit mentio in actis S. Laurentii, ex quibus exiſtimat Cæſar Becillus fuiſſe ſuburbanum locum, inter viam Salariam & viam Nomentanam, ad portæ Salariæ dexteram abeuntium Roma, & forſan dicta fuit etiam Figulnenſis & Ficulnenſis, ſive à Ficnlneis ſive à Figulis.

Civitas Foro-Juliensis, *Cividad di Friuli*, urbs parva Italiæ in Ducatu Fori-Julii, ſub dominio Reipublicæ Venetæ, ad Natiſonem fluvium, quæ etiam Civitas Auſtriæ aliquando dicta fuit, & olim Forum Julii, teſte Cluverio, ſeptem milliaribus diſtans ab Utino in ortum. Vide Forum Julii.

Civitas Legionum, urbs Britanniæ magnæ ex Antonini Itinerario, quæ Legio II. Auguſta, & Iſca Silurum dicta fuit, nunc *Caër-Leon*, in Monumethenſi Comitatu ſeu provincia, teſte Camdeno. Vide Iſca Silurum.

Civitas Legionum, urbs Cornaviorum in Britannia magna, Antonino, quæ & Deva ſeu Ceſtria, Legio XX. victrix, *Cheſter* nunc, urbs Ceſtrienſis Comitatus, in ora maris Hibernici, cum portu celebri. Vide Deva & Ceſtria.

Civitas Nova, *Citta nova*, urbs fuit Italiæ in Marchia Tarviſina, & Epiſcopalis ſub Patriarcha Gradenſi, prope Heracleam urbem exciſam, nunc & ipſa exciſa, atque in viculum redacta, in confinio agri Tarviſini, ſub Venetis.

Civitas Nova, *Citta nuova*, urbecula Venetiæ in Iſtria, ex ruderibus Æmoniæ excitata, ſedet in ora littorali maris Adriatici, ſub dominio Reipublicæ Venetæ, eſtque Epiſcopalis ſub Patriarcha Aquileienſi, 3. milliaribus diſtat ab Æmoniæ ruderibus, & 25. à Tergeſte in Meridiem Parentium verſus 8. & a paucis piſcatoribus incolitur ob aëris intemperiem hyberno tempore, nam æſtate, eſt prorſus deſerta & deſolata, vix mille paſſibus diſtans ab ora maris Adriatici, & ab oſtio Nauporti fluvii cui inſidet.

Civitas Nova, ſeu Neoſtadium, *Newſtat*, oppidum Germaniæ in Palatinatu Rheni, quod etiam dicitur *Neuſtat am der Hartz*, ad aliorum differentiam, ſedet ad amnem *Spirbach*, in confinio ditionis Bipontinæ, eſtque caput præfecturæ ſive Balliviatus cognominis, ſub dominio Electoris Palatini, 4. milliaribus Germanicis diſtans à Spira in occaſum.

Civitas Nova. *Neuſtat*, urbs Germaniæ, in Auſtria, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Saliſburgenſi ab anno 1468. à Paulo II. Sedet ad amnem *Biſchaw*, 6. milliaribus Germanicis à Vienna in Meridiem, & 12. ab Arrabone diſſita in occaſum. Vide Neoſtadium, & Nova Civitas.

Civitas Nova, *Civita nova*, oppidum Italiæ, in Marchia Anconitana, in monte, non procul à mari Adriatico; Ducatus titulo inſignitum Cæſarinorum, in ditione Eccleſiæ, 6. milliaribus diſtat à Laureto Firmum verſus, à quo 9. milliaribus tantum abeſt.

Civitas Pacis, ſic dicta fuit Bagdadum, urbs ampla Aſiæ in Babylonia regione, ab Almanſore rege Sarracenorum. Vide Bagdadum.

Civitas Palmarum, *la Ciudad de las Palmas*, urbs Africæ, Canariæ inſulæ primaria, in Oceano Atlantico, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Hiſpalenſi, & ſatis culta, cum portu tuto & arce valida, dicitur ſæpius ab exteris Canaria urbs, ſed malè, ui ea ineſt Conventus juridicus harum inſularum, eſtque Epiſcopalis ab anno 1485.

Civitas Plebis, *Civita della Pieve*, urbecula Italiæ in Umbria, & in agro Peruſino, Epiſcopalis nemini ſuffraganea, ſub dominio Summi Pontificis, dicitur aliter Plebana civitas, & caſtrum Plebis, & à Clemente VIII. Pontifice Maximo Epiſcopali ſede inſignita fuit anno 1601. cum antea eſſet in Diœceſi Cluſina, ſed parva eſt, & paucis conſtat incolis, 5. milliaribus diſtans à Cluſio in ortum Peruſiam verſus 16. & 6. à lacu Traſimeno in Meridiem.

Civitas Regalis, *Civita Reale*, oppidum regni Neapolitani, in Aprutio ulteriori, prope fontes Velini fluvii, quatuor milliaribus à confinio ditionis Eccleſiæ, 15. autem ab Aquila urbe, ad radices Apennini montis.

Civitas Ragia, *Ciudad Reale*, alias *el Pozuelo* dicta, urbs Hiſpaniæ, in Caſtella nova, una leuca ab Ana fluvio, in tractu Campo Calatravæ dicto. Deficit in dies, diſtatque à Calatrava 3. leucis in Auſtrum.

Civitas Regia, *Ciudad Real de Chiapa*, urbs parva admodum Americæ ſeptentrionalis in nova Hiſpania, & in Chiapa provincia, ſub præfectura Guatimalæ, media ferme inter ſinum Mexicanum ad Septentrionem, & mare Pacificum ad Meridiem, 80. mill. paſſ. utrimque diſtans ſub dominio Hiſpanorum, 3. leucis a Chiapa, ſedet ad radices montis, & ſæpius dicitur Chiapa regia, aliaſque vocata fuit Fanum Sancti Chriſtophori de Planis, *S. Chriſtoual de los Llanos*, quod ſit in provincia Planorum dicta, & exſtructa fuit anno 1528. a Didaco *de Macariegos*. Vide Chiapa regia.

Civitas Regia, ſeu Guaira, *Ciudad Real*, oppidum Americæ meridionalis, quod aliter *Guaira* dictum, in Paraguaia regione, & Guaira provincia, cujus caput erat, ad fluvium Paranam extructum fuerat ab Hiſpanis, ſed poſtea ab incolis harum partium deſtructum fuit, colonis ipſius fuſis aut occiſis.

Civitas Regum, *los Reyes*, alio nomine *Lima*, urbs ampla Americæ meridionalis, caput Peruæ, Archiepiſcopalis facta anno 1547. à Paulo III. Pontifice Maximo. Condita autem fuit à Franciſco Pizarro anno 1535. in Limana Valle, vix uno milliari ab ora maris Pacifici, ubi portum habet capacem, *el Calao* dictum. In ea degit Prorex Peruæ nomine Rege Hiſpaniæ; diſtatque centum circiter leucis Hiſpanicis à Cuſco urbe in occaſum, Vide Lima.

Civitas Roderici, *Ciudad Rodrigo*, urbs Hiſpaniæ. Vide Rodericopolis.

Civitas S. Mariæ, ſic dicta fuit alias Luceria Saracenorum, urbs Apuliæ in Capitanata provincia, tempore Regum Neapolitanorum Andegavenſium. Vide Luceria.

Civitas Solis, *Citta di Sole*, oppidum Italiæ parvum, ſed munitum, in ea parte Romandiolæ quæ magno Duci Hetruriæ paret, ad amnem *Fagnone*, in ipſo limite Romandiolæ Pontificiæ, 4. milliaribus à Foro-Livio, & 8. à Britinorio in occaſum, 40. autem à Florentia verſus Septentrionem & Ravennam, à qua diſtat tantum 16. milliaribus.

Civitas Vetus, *Civitavecchia*, oppidum Italiæ, in ditione Eccleſiæ, 40. milliaribus à Roma, in ora maris Mediterranei. Vide Centumcellæ.

Civitas Vetus, *Citta vecchia*, ſeu *Medina* incolis, id eſt, Civitas, urbs Africæ, Melitæ inſulæ alias præcipua, & in meditullo inſulæ in colle, probe mu-

Digitized by Google

nita ab Equitibus Melitenſibus, & alias obſeſſa à Turcis irrito conatu.

CIVITATIS CASTELLI TERRITORIUM, *il Contado* ſeu *il Territorio di Citta di Caſtello*, dicitur aliter ager Tiferni Tiberini, eſtque tractus Italiæ in Umbria, in ditione Eccleſiæ, verſus Tiberim fluvium, inter Ducatum Urbinatem, Hetruriam, & agrum Peruſinum inſertus, ſicque dicitur ab ejus urbe primaria.

CIUM, oppidum Moëſiæ inferioris, teſte Antonino, ad Iſtrum fluvium, infra Duroſtorum, & 35. mil. paſſ. ab Axiopoli in ortum æſtivum.

CIUS, fluvius Moëſiæ, Herodoto, qui Ciabrus Ptolemæo, & Cebrus Antonino, Moëſiam ſuperiorem dividit ab inferiori, & in Iſtrum ſe exonerat, nunc *Iſcha* dictus, teſte Ortelio, *Morava* aliis. Vide Ciabrus.

CIUS, & Cium, oppidum & fluvius Phrygiæ, Plinio. Vide Cios.

CIUS, & Cium, urbs Bithyniæ in ora littorali, Straboni, nunc caſtrum *Chiaous* dictum, in itinerario Domini *de Breves* oratoris Galli.

CIZARA, Caſtellum erat Paphlagoniæ ad Amiſum urbem, Stiphanæ paludi impoſitum, teſte Strabone.

CLADEUS, fluvius Elidis in Peloponneſo, teſte Pauſania, qui Cladaus dicitur ab aliis, & in Alpheum labitur juxta Alten.

CLÆON, fons Phrygiæ, ad Celænas, ſaxa egerens, ut ſcribit Plinius libro 31.

CLAGENFURTUM, *Clagenfurt*, oppidum amplum & munitum Germaniæ in Carinthia inferiori, quod Beliandrum dictum fuit ab antiquis, ut credunt nonnulli, ſedet prope Verdanum lacum, 2. mill. paſſ. à Dravo fluvio in Septentrionem Fanum S. Viti verſus 6 & 17. à Villaco in ortum, eſtque ad Glanum amnem, in planitie perampla.

CLAMECIACUM, *Clamecy*, oppidum Galliæ, in Nivernenſi provincia, ad Icaunam fluvium, 9. leucis ab Altiſſiodoro in Meridiem, & totidem circiter a Charitate in ortum; Climiciacum etiam vocatur in actis mediæ ætatis, ibique reſidet Epiſcopus Bethleemenſis dictus, in ejus ſuburbio.

CLAMPETIA, oppidum Brutiorum, in magna Græcia regione Italiæ, Plinio, & Melæ, nunc dicitur *lo Citraro*, oppidulum Calabriæ Citerioris, in ora maris Tyrrheni, 10. milliaribus à Marcopoli in occaſum & totidem a Paula in Septentrionem, dicitur etiam ab aliis Lampetia, & malè à quibuſdam Dampetia.

CLANIS, fluvius parvus Vindelicorum Straboni, nunc *Glan* dictus, teſte Lazio, per Bavariæ Ducatum in Danubium decurrit.

CLANIS, *le Clain*, fluvius Galliæ, in Pictavenſi provincia, Pictavum rigat, & poſtea in Vigennam ſe exonerat paulò ſupra Caſtrum Heraldi. Dicitur etiam Clanius a quibuſdam.

CLANIS, Hetruriæ palus Stephano, Glanis Plinio, *la Chiana* vulgo, ſeu & communius *le Chiane*, palus Hetruriæ oblonga, & per aliquot milliaria à Septentrione in Meridiem extenſa, inter ditionem Eccleſiæ & Hetruriam; cujus pars meridionalis verſus Cluſium & Civitatem Plebis efficit amnem Clanim, *la Chiana*, qui in Peliam fluvium ſe exonerat paulò ſupra in Oropitum, in ditione Summi Pontificis. Pars autem ſeptentrionalis, quæ & major, inter montem Politianum & Aretium in Arnum fluvium labitur, in ditione magni Ducis Hetruriæ, hinc Aquæ Clanæ dictæ, ab ea tractus adjacens dicitur, *il Valle di Chiana*, Vallis Clanis, eſtque duplex, nempe ſuperior *il Valle di Chiana di ſopra* verſus Cluſium, & inferior, *il Valle di Chiana di ſotto* verſus Montem Politianum.

CLANIUS, fluvius Campaniæ in Italia, deinde Liris dictus, Straboni, & Plinio, nunc *l'Agno*, teſtibus Ambroſio Leone in hiſtoria Nolæ, & Cluverio, oritur ex Tiphate monte, hinc in occaſum fluens, inter Avellam & Nolam, in provincia Terræ Laboris, juxta Acerras labitur, & verſus Averſam, tandemque Linternam creans paludem in ora, in mare Tyrrhenum cadit, inter Cumæ rudera & Vulturni oſtia.

CLANUM, oppidum Galliæ Narbonenſis, teſte Antonino. Vide Glanum.

CLARA, *Clare*, olim *Kilmoni*, oppidulum Hiberniæ inſulæ, Comitatus cognominis caput, cum caſtro in Momonia provincia, in receſſu Sinei æſtuarii, & 18. milliaribus diſtat a Limerico in occaſum.

CLARA, *Clare*, vicus Angliæ in Suffolcia Comitatu, teſte Camdeno, ad Sturam fluvium, & in ipſo confinio Eſſexiæ Comitatus cum caſtro diruto, alias habuit dominos Duces Clarentiæ ab eo dictos, unde malè dicitur Clarentia quibuſdam indoctis, & 32. mille paſſibus diſtat ab ora Oceani Germanici in occaſum Cantabrigiam verſus 18.

CLARÆ COMITATUS, *The Countie of Clare*, tractus Hiberniæ inſulæ in Momonia provincia, alias Tuomonia dictus, teſte Waræo, terminatur à Septentrione Conacia provincia & Gallovidiæ Comitatu, ab occaſu Oceano, ab ortu Comitatu Tipperarienſi, & a Meridie Limericenſi, oppidum habens præcipuum Claram, unde nomen ei inditum.

CLARASCUM, *Cheraſco* incolis, *Queraſque* Gallis, oppidum amplum & munitum Italiæ in Comitatu Aſtenſi, ſub dominio Ducis Sabaudiæ ab anno 1531. ſedet in colle cum caſtro antiquo, eſtque probe cultum ad Tanarum fluvium, ubi recipit Sturam, & olim Careia & Careia Potentia dictum fuit, ut Ferrarius exiſtimat, fruſtra tentatum fuit ab Hiſpanis ultimo bello, eſtque celebre pace ibi confecta anno 1631. in qua portio ſatis ampla Montisferrati acceſſit Pedemontio, ſitum eſt in ipſo limite Montisferrati, eſtque medium fere inter Albam Pompeiam & Foſſanum, 8. milliaribus utrimque diſtans, 13. à Carmaniola verſus Meridiem, & 24. ab Auguſta Taurinorum in ortum.

CLARAVALLIS, *Clairvaux* incolis *Chiaravalle* Italis, monaſterium celeberrimum Galliæ Ordinis Ciſtercienſis, S. Bernardi pietate & ſepultura clarum, in Campania provincia, ad Albulam fluvium, 3. leucis à confinio Burgundiæ, medium inter Calvomontium ad ortum, & Barrum ad Sequanam in occaſum, 2. autem a Barro ad Albulam in Meridiem, in valle quæ antea vallis Abſinthii dicta fuerat.

CLARAVALLIS, *Clerval*, oppidulum Galliæ in Comitatu Burgundiæ, ad Dubium fluvium, 8. leucis à Veſontione in ortum æſtivum Montem Bellicardum verſus 5.

CLARENNA, oppidum Vindeliciæ Antonino, nunc interpretatur *Rain*, prope confluentes Lici in Danubium, in Ducatu Bavariæ, inter Donaverdam & Novoburgum, antea à Suecis malè habitum.

CLARENTIA, *Clarenza*, oppidum fuit Græciæ, in Peloponneſo, Ducatus titulo alias clarum, & poſtea regiunculæ caput, ad mare Ionium, olim dictum Cyllene. Vide ibi.

CLARIACUM, *Clery*, oppidulum eſt Galliæ, in provincia Aurelianenſi, & in Sicalonia tractu, inter Aurelianum ad ortum, & Balgentiacum ad occaſum, celebris æde beatæ Mariæ Virgini ſacra, miraculis clara, ubi ſepultus Ludovicus XI. Francorum Rex.

CLARIACUM, *Clerac*, urbs Galliæ, olim munita in Aquitania & Aginnenſi tractu, ad Oldam fluvium, qui paulò infra cadit in Garumnam, 4. leucis ab Aginno, & 3. à Neraco. Ibi Abbatia celebris Canonicis Eccleſiæ Lateranenſis aſſignata ab Henrico IV. Francorum Rege, dicitur etiam Clairacum à quibuſdam.

CLARINEA, poſtea Gandavum, *Gand*, urbs Belgii, Comitatus Flandriæ caput, ſic dicta ex veteri inſcriptione. Vide Gandavum.

Claritas Julia, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, Plinio, aliis Attubi. Vide ibi.

Claromons, *Chiaromonte*, oppidum Siciliæ ſat lautum & cultum, intra montes, in Valle Netina, olim Gulphis dictum, 15. milliaribus à Terra nova in ortum, & totidem à Camarana in Septentrionem.

Claromons, *Clermont* incolis, *Chiaromonte* Italis, urbs Galliæ, Alverniæ provinciæ primaria, & Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Bituricenſi, ſedet in colle molliter acclivi, in Alvernia inferiori, & in tractu Limania dicto perfertaci admodum eſtque ampla & probe culta ad amnem Trundonem, *Tiretaine*, qui oritur ex Dumo monte & poſtea in Elaverem ſe exonerat. Dicitur etiam Clarus mons, & Claromontium à quibuſdam, eſtque intra colles & Montem Dumum, *le puy de Dome* ad occaſum, & planitiem & Elaverem fluvium ad ortum, ſedes eſt Curiæ ſubſidiorum: & in ea celebratum fuit Concilium generale anno 1095. ab Urbano II. Pontifice Maximo, vix uno milliari diſtans à Monferrando, 2. leucis à Ricomago in Meridiem, uti 20. à Molinis Floriopolim verſus 20, à Lemovico 30. in ortum Lugdunum verſus 25. & ab Auriliaco 24. leucis, verſus Septentrionem, uti viginti ab Anicio, alias Comites habuit proprios, & antiquitus Arvernum & Arverna dicta fuit, ſeu Auguſtonemetum, ut pluribus probat Savaronus in ejus antiquitatibus. Sunt etiam qui ipſam fuiſſe Gergoviam credunt, ſeu potius ex ejus ruinis creviſſe, quod melius, cum ipſa Gergoviæ rudera etiamnum *Gergoie* dicta, una leuca diſtent à Claromonte, ſintque in monte prærupto, hinc Claromontenſes, *les Clermontois* vulgò.

Claromontium, *Clermont*, cognomento *en Beauvoiſis*, oppidum Galliæ in Inſula Franciæ, & in Bellovacenſi agro Comitatus titulo celebre, 5 leucis diſtat a Silvanecto in Septentrionem, 7. autem à Compendio, in occaſum Bellovacum verſus 5.

Claromontium Lutevense, *Clermont de Lodeve*, urbs parva Galliæ, in Occitania inferiori, cum caſtro ad amnem *Lergue*, inter Piſcenas & Lutevam.

Claromontium, *Clermont*, cognomento *en Argone*, urbecula Galliæ alias munita in Ducatu Barenſi, & Comitatus cognominis caput, in Argona tractu, cum arce diruta in colle, ad amnem *Ayr*, ſed nunc ejus mœnia ſunt disjecta, diſtat 6. leucis à Virduno in occaſum verſus Fanum S. Menehildis 3. & ejus Comitatus ſive tractus Franciæ regno annexus fuit hiſce ultimis temporibus.

Claros, inſula maris Ægei, Straboni, Clarus Plinio, nunc *Calamo* dicta, inter Coon & Leron proximas inſulas, à Coo 13. mill. paſſ. in occaſum, Delo 90. in ortum, ipſa circuitus 40. circiter cum caſtro cognomine in parte meridionali.

Claros, oppidum fuit Ioniæ, cum monte & luco Apollini ſacro, prope Colophonem urbem, teſte Æliano cum Pauſania.

Clarus Fons, *Shirburn*, ſeu *Sherborne*, ut pronunciant, vicus Angliæ in Comitatu Dorcetria, qui à quibuſdam dicitur etiam Schurburnum, alias ſede Epiſcopali inſignitus quæ anno 1075. ad Sarisburiam tranſlata fuit, ſedet ad amnem *Il*, in confinio Somerſetienſis provinciæ, 15. mill. paſſ. diſtat à Dorceſtria in Septentrionem Bathoniam verſus 30. circiter, teſte Speedo.

Clarus Mariscus, *Clermaretz*, Abbatia Galliæ in Comitatu Atteſiæ, & in confinio Flandriæ, vix media leuca ab Audomaropoli in ortum.

Classis, oppidum fuit Æmiliæ, teſtibus Æliano & Agathia, nunc lacus Romandiolæ *Claſſe* etiam dictus, vix 3. milliaribus à Ravenna in Auſtrum, ubi ſupereſt tantum cœnobium S. Apollinari dicatum, ad oſtia amnis Candiani in mare Adriaticum, teſte Hieronymo Rubeo.

Clastidium, oppidum Galliæ Ciſpadanæ in Liguria, Polybio, & Straboni, nunc *Chiaſtezo*, caſtrum Ducatus Mediolanenſis in agro Ticinenſi, 12. mill. paſſ. à Ticino in Meridiem diſtans, inter Placentiam ad ortum 24. & Dertonam ad occaſum 16. in via quæ Ticino Genuam ducit.

Claston, urbs Hiſpaniæ Bæticæ, ad Bætim fluvium, teſte Strabone, *Andujar* interpretatur Cluſius, ſed hæc eſt Illiturgi, forſan eſt Caſtulo antiquorum, ut etiam exiſtimat Caſaubonus & rectius.

Claterna, oppidum Æmiliæ in Italia Ciceroni, & Melæ, quod Cliterna Plinio, nunc eſt *Quaderna*, caſtrum tenue Romandiolæ in agro Bononienſi, cum fluviolo cognomine, inter Bononiam ad occaſum & Forum Cornelii ad ortum, in ditione Eccleſiæ, & ſub Gratiano Imperatore everſum traditur oppidum.

Claterna, oppidum Apuliæ Dauniæ in Italia, Melæ, quod ab aliis Cliternia dicitur, nunc teſtibus Nigro, & Cluverio, eſt *Campo Marino*, vicus Apuliæ in Capitanata provincia, & in confinio Aprutii citerioris, prope oſtia Tiferni fluvii, & vix 2. milliaribus ab ora maris Adriatici.

Clavarum, *Chiavari*, oppidum Italiæ in ora orientali Genuenſi, prope oſtia Entellæ fluvii, alias à Catalaunis everſum, & poſtea muris clauſum, 25. milliaribus à Genua in ortum, dicitur aliter Claverinum. Vide ibi.

Clavasium, *Chivaſo* incolis, *Chivas* Gallis, oppidum Italiæ ſat munitum, in Pedemontio & in Canapicio tractu, juxta Padum fluvium, ubi recipit Morgium, 10. milliaribus infra Taurinum Vercellas verſus, & 14 ab Eporedia in Meridiem, ſub dominio Ducis Sabaudiæ ab anno 1377.

Claudia, urbs Norici Plinio, nunc teſte Cluverio, eſt *Clauſen*, vicus Bavariæ, haud procul ab oppido *Marquarſtein*, & lacu *Chiemſee*, 6. milliaribus Germanicis à Salsburgo in occaſum, forſan idem quod Claudium oppidum Ptolemæo.

Claudia, & Claudiocaſtra ſeu Claudioceſtria, Britanniæ magnæ urbs, nunc *Glocester*, urbs Angliæ, Comitatus cognominis caput, ad Sabrinam fluvium, dicta fuit antea Clevum. Vide ibi & Gloceſtria.

Claudia Via, quæ à Milvio ponte inchoata, teſte Antonino, Flaminiæ jungebatur, cujus meminit Ovidius.

Claudiæ Aquæ, fontes duo ad urbem Romam, unus Cæruleus, alter Curtius, teſte Suetonio.

Claudiomagus, vicus Galliæ Celticæ in finibus Biturigum, ad Turonum confinia: de quo Fortunatus in via S. Martini, ſed quid ſit hodie non conſtat.

Claudiomerium, oppidum Callaicorum Lucenſium Ptolemæo, quibuſdam eſt *Cormes*, vicus Gallæciæ, teſte Moletio: aliis autem eſt *Muros*, oppidum illius provinciæ, ad oſtium Tamaræ fluvii, 6. leucis diſtans à Compoſtella in occaſum; & 8. à promontorio Finis terræ in Meridiem.

Claudiopolis, urbs Bithyniæ, Ptolemæo, quæ dicta fuit etiam Bithynium, nunc *Caſtomena*, teſte Caſtaldo, antea Archiepiſcopalis, ſub qua erant Heraclea Ponti, Tium, Pruſia, Flaviopolis, & Hadrianopoli, ſed illi Heraclea Metropolis effecta ſucceſſit, ſita eſt ad Elatam fluvium, 30. mille paſſibus diſtans ab ora Ponti Euxini, & paulo ampliùs ab Heraclea Ponti in Meridiem.

Claudiopolis, urbs fuit Aſiæ in Armenia minori, & in confinio Ciliciæ, teſte Pauſania, cum Ptolemæo, quæ & Iſaura dicta fuit ab Ammiano, Epiſcopo Seleucienſi, inter Comanam urbem & Cydnum fluvium.

Claudiopolis, *Coloswar* incolis, *Clauſenburg* Germanis, urbs Hungariæ in principatu Tranſylvaniæ, ampla eſt & celebris, cum arce vetuſta, & in ea omnes

Tranſſylvaniæ conventus & judicia provincialia à principe exercentur, ſita eſt ad amnem parvum Samoſium *Klein Samos* vulgo, & caput eſt Comitatus Colocenſis, 9. milliaribus Germanicis diſtans ab Alba Julia in Septentrionem Biſtriciam verſus totidem, & 15. à Varadino in ortum Megiam verſus, & olim forſan Patruiſſa dicta fuit.

Claudiopolis Nova, urbs Aſiæ minoris in Galatia, teſte Pauſania.

Claudio-Seleucia, una ex urbibus Seleuciæ nomine inſignitis, à Claudio Gothico inſtaurata, & adjuncto nomine cognominata, ſed quænam ſit incompertum eſt.

Claudivium, ſeu ut alii legunt Claudionum, urbs Norici, Ptolemæo, quæ etiam Claudia, nunc teſte Cluverio, eſt *Clauſen*, vicus Bavariæ prope Chimum lacum, ſed alii exiſtimant Claudiam ſeu Claudivium eſſe eandem urbem, cum Vettoniana, nuncque dici *Steyr*, caſtrum Auſtriæ ſuperioris, ad Aniſum fluvium ad radices montis, 5. milliaribus Germanicis à Lentio in ortum hybernum, 3. à Laureaci ruderibus & Danubio fluvio, & 2. tantum ab Aniſo fluvio, quod congruit deſcriptioni Alrhameri.

Claudius, mons Pannoniæ ſuperioris Plinio, nunc a Celeicenſibus in Stiria in ortum protenſus, variè ab incolis nominatus; in Stiria enim ad occaſum *Vogel* & *Rochi-Zerberg*, ac *Im Zagor*, ad ortum in Hungaria *Motay*, *Manoczle*, *Kſdarnocz*, & *Werencze*, nominatur, ut ſcribit Volfgangus Lazius.

Claudus, inſula maris Cretici Ptolemæo, contra Criumetopon promontorium Cretæ in Meridiem. Dicitur etiam Claudos, nunc autem *il Gozo*; eſtque parvi circuitus.

Clavena, oppidum Rhætorum, Antonino, Clavenna Paulo Diacono, vulgò *Chiavenna* Italis, *Cleven* Germanis, *Chiavenne* Gallis, caput eſt Comitatus cognominis, ſub dominio Griſonum, ſedet ad amnem Mairam, 5. mille paſſibus diſtans à lacu Chavennæ dicto in Boream, ad radices Alpium & Adulæ montis, 40. mil. paſſ. diſſitum à Como in Septentrionem Curiam verſus 30. & 15. tantum à Rheno fluvio.

Clavennæ Comitatus, *il Contado di Chiavenna* Italis, *das Graffschaft von Cleven* Germanis, *le Comté de Chiavenne* Gallis, tractus Rhætiæ parvus admodum, ſub dominio Rhætorum ſeu Griſonum ut vocant, eſtque inter Griſones, Vallem Tellinam, & Ducatum Mediolanenſem extenſus, oppidum habens primarium Clavennam, & dividitur in duas Juriſdictiones, nempe in Clavennenſem & Plurienſem.

Clavennæ Lacus, *il Lago di Chiavenna* Italis, *Clevenzee* Germanis, lacus Rhætorum parvus admodum in Comitatu Clavennæ, & limite Ducatus Mediolanenſis, ſic dicitur à Clavenna oppido, hinc 5. milliaribus diſtanti, & recepto Addua fluvio, paulo poſt ad arcem Fontanam in Larium lacum ſe exonerat.

Clavarinum, ſeu Clavarum, *Chiavari*, oppidum Italiæ ſatis cultum, in planitie in ora Genuenſi orientali, & parum à mari diſſitum, ad oſtia fluvii Anthelliæ, vulgò *Lavagna*, in planitie, antea dictum fuit Burgus longus, ut ego pluribus didici à Philippo Maria Bonino, cui ut indigenæ fides magis adhibenda eſt. Civem habuit Innocentium IV. Pontificem Maximum, 25. milliaribus diſtans à Genua, & 5. à Rapallo in ortum.

Cladsa, ſive etiam Coveliacum, *Clauſen*, caſtrum Germaniæ in Tirolis Comitatu, & in alta rupe exciſum ad Iſocum fluvium, ſub Auſtriacis, inter Bolſanum & Brixinonem, vix 3. milliaribus Germanicis diſtans à confinio Italiæ, & Ducatus Foro-Julienſis.

Clausentum, oppidum Belgarum in Britannia majori ex itinerario Antonini; nunc *Southampton* oppidulum Angliæ in Hantonia provincia, teſte Camdeno, ad oſtia Triſantonis fluvii, nunc *Teſt* dicti, cum portu celebri & capaciſſimo in ora maris Britannici, medium eſt inter Ventam Belgarum ad Septentrionem & Vectim inſulam ad Meridiem, & 20. milliaribus Anglicis diſtat à Ciceſtria in occaſum.

Claustrini, populi Daciæ Ripenſis, quorum meminit liber Notitiarum, qui ſint nunc non conſtat.

Clausulæ, *Sluys* incolis, *l'Eſcluſe* Gallis, urbs parva, ſed probe munita Belgii uniti, cum portu amplo in Comitatu Flandriæ, ſub dominio provinciarum unitarum ab anno 1604 ſedet intra paludes, vix una leuca ab ora Oceani Germanici, & tribus à Brugis in ortum æſtivum Mildeburgum verſus 4. eſtque in ipſo confinio ditionis Hiſpanæ.

Clausulæ Nigræ, *Swartsluys* incolis, *l'Eſcluſe noire* Gallis, urbecula munita Belgii uniti, in Tranſiſalania provincia, capta fuit à Gallis anno 1672. poſtea ab ipſis diruta & derelicta anno 1674. ſita eſt in Sallandia tractu, prope Vidrum fluvium, vix una leuca à ſinu Auſtrino, & ferè 2. à Zuvolia in Septentrionem.

Clazomenæ, urbs fuit Aſiæ minoris, Straboni, & Ptolemæo, Clazomenæ Plinio, in Ionia regione, & in ora maris Ægei & ſinus Smyrnæi, Erythris proxima, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Smyrnenſi, Gryna prius dicta, unde Apollo Grynæus appellatus, patria eſt Anaxagoræ, nuncque *Urla* dicitur, ſeu *Vourla*, ut didici à nautis, eſtque media inter Smyrnam ad ortum, & Chium ad occaſum.

Clazomenia, inſula Aſiæ minoris in mari Ægeo, & in ſinu Smyrnæo, nunc *l'Iſle d'Urla* dicta, in ora littorali, contra Clazomenas urbem Ioniæ, vocata fuit etiam Marathuſſa, & ad eam primum Clazomenii inhabitarunt.

Clementes, *i Clementi*, populi Albaniæ regionis, verſus Polatas, ſub dominio Turcarum.

Clene, fons Myſiæ in Aſia minori, ubi Rheæ Deæ ſacra fiebant, cujus meminit Orpheus.

Clenus, ſeu Clanis *le Clain*, fluvius Galliæ parvus, oritur ex montibus in confinio provinciæ Marchiæ, hinc per Pictavenſem provinciam labens, Pictavium urbem alluit, & poſtea in Vigennam cadit paulo ſupra caſtrum Heraldi, dicitur etiam Clitis à quibuſdam ſed impropriè. Vide Clanis.

Cleon, fons in Phrygia, ad Celænas, ſaxa egerens, teſte Plinio. Vide Clæon.

Cleonæ, oppidum Argiæ regionis in Peloponneſo, Straboni, & Pauſaniæ, Cleona Melæ, Cleone Plinio, nunc vicus *San Vaſili* dictus, teſte Nigro, medius ferè inter Corinthum ad Septentrionem, & Argos ad Meridiem, 15. mill. paſſ. utrimque diſtans.

Cleone, oppidum Macedoniæ, inter Athon montem & Pallenem, teſte Pomponio Mela.

Cleopatris, ſeu & meliùs, Arſinoë, oppidum Ægypti Straboni, in intimo receſſu ſinus Arabici ſeu maris Rubri, nunc *Suez*, teſte Petro Gyllio. Gaudet portu commodo, & diſtat 125. milliaribus à Peluſio in Meridiem. Sunt tamen qui credunt Arſinoen nunc *Azirut* dici, & diſtare 70. milliaribus a *Suez* in Meridiem.

Clepidava, oppidum Baſtarnarum, in Sarmatia Europæa Ptolemæo, nunc interpretatur Cluverius, *Kamieniec* urbem Podoliæ munitiſſimam, in edito ſaxo, in regno Poloniæ, ſed Turcis hodie ſubditam. Vide Camenecum.

Clepsydra, fons Ithomæ montis prope Meſſenem urbem Peloponneſi, urbi imminentis, teſte Pauſania.

Clesis, fluvius Cenomanorum in Gallia Tranſpadana apud Neotericos, Cluſius veteribus, *Chieſe*, nunc in Longobardia per agrum Brixienſem fluens. Vide Cluſius.

Cleta, oppidum Brutiorum, Lycophroni, nunc

teſte Gabriele Barrio, eſt *Petramala*, caſtrum Calabriæ citerioris in regno Neapolitano, prope ſinum Terinæum, & prope oſtia Sabbati amnis, inter Martoranum 7. & Amanteam, 5. mill. paſſ. circiter.

CLEVUM, urbs Dobunorum in Britannia majori, ex itinerario Antonini, poſtea dicta Clandia & Glovernia, nunc teſte Guillelino Camdeno, Gloceſtria *Gloceſter* incolis, quamquam *Glaſter* pronuncient, & *Caer Glovi* Britannis, urbs Angliæ, Ducatus titulo inſignita, & caput Gloceſtrienſis provinciæ, Epiſcopalis facta fuit ſub Archiepiſcopo Cantuarienſi, tempore Henrici VIII. Regis, ſedet ad Sabrinam fluvium, eſtque ſatis elegans & culta, 18. milliaribus diſtans à Vigornia in Auſtrum Bathoniam verſus 26. à Londino autem fere 81. milliaribus Anglicis in occaſum, quamquam non deſint qui exiſtiment Clevum fuiſſe ubi nunc vicus *Cleve* in eadem provincia, 7. milliaribus à Gloceſtria, quam credunt excitatam ex ejus ruinis.

CLIBANUS, mons Magnæ Græciæ in Brutiis, Plinio, & Apennini pars, verſus Lacinium promontorium extenſus, nunc, teſte Gabriele Barrio, eſt *il Monte Viſardo*, in Calabria Ulteriori, inter Siberenam urbem & Petiliam, verſus Neethum fluvium.

CLIBANUS, oppidum Iſauriæ in Aſia minori, Plinio teſte.

CLIDES, promontorium Cypri inſulæ maxime in ortum extenſum, Plinio & Ptolemæo teſtibus, verſus ſinum Iſſicum, nunc *il Capo di S. Andrea* dictum, teſte Porcaccio, & ei adjacent quatuor inſulæ parvæ ejuſdem nominis.

CLILIPENUS SINUS, Plinio, nunc *le Golfe de Livonie*, ſinus maris Baltici, inter provincias Livoniam & Curlandiam excurrens, ad Rigam; unde dicitur etiam hodie *le Golfe de Riga*, & recipit fluvium Duinam, Cluverio teſte.

CLIMAX, mons Pamphyliæ, teſte Strabone, ſeu forſan anguſtia montis Tauri, verſus Selgam urbem Piſidiæ, in confinio Pamphyliæ.

CLIMAX, mons Phoeniciæ, teſte Strabone, verſus Biblum urbem, 20. mill. paſſ. à Tripoli in Meridiem, nunc *il paſſo di Cane* dictus, teſte Nigro.

CLIPIACUM, *Clichy*, vicus Galliæ ad Sequanam fluvium, una leuca infra Pariſios, ubi alias Palatium Regum Franciæ primæ Stirpis, in agro Pariſienſi, & in eo obiit S. Audoenus anno 683.

CLISSA, quæ & Chliſſura, *Klis* incolis & Slavis, *Cliſſa* Italis & aliis, arx Dalmatiæ probe munita, in rupe prærupta, antea paruit Turcis, ſed anno 1648. capta fuit à Venetis, ipſiſque etiamnum ſubeſt, pace ad Candiam ſancita, cum tractu parvo adjacente, diſtat ſex milliaribus ab ora maris Adriatici, & a Spalato in Septentrionem, 4. vero à Salonæ ruderibus, & olim Andetrium dicta fuit, ut exiſtimat Joannes Lucius Tragurienſis vir clar: in hiſtoria Dalmatiæ.

CLISSONIUM, *Cliſſon*, oppidum Galliæ in Britannia minori & in Nannetenſi Comitatu, ad Separam fluvium, in limite Pictavenſis provinciæ, & vix 5. leucis à Nannetis in Auſtrum, hinc ortus Comes Stabuli Franciæ magni nominis.

CLITERNUM, oppidum Marſorum in Italia, Ptolemæo, prope Apenninum, quod Cliternia dicitur à Pomponio Mela, nunc teſtibus Molerio & Magino, eſt *Colano*, caſtrum Aprutii Ulterius ad lacum Fucinum, ſed alii Cliternum in ipſa lacus ripa interiiſſe ſcribunt, in finibus Æquicolarum, quod convenit poſitioni Ptolemæi, hinc populi Cliternini Plinio.

CLITIS, fluvius Galliæ Sidonio, qui Clenus Gregorio Turonenſi, Clanis aliis, *le Clain*, Pictavium rigans. Vide Clanis.

CLITOR, oppidum Peloponneſi in Arcadia, Straboni, & Ptolemæo, Cletor Xenophonti, Clitorium Plinio, Cletore Livio, nunc vicus *Gardichi* dictus, teſte Nigro, ei adjacet fluvius parvus Clitorius, cum fonte cognomine, cujus aqua pota vini guſtum aufert, teſte Plinio, eſtque inter ſinum Corinthiacum ad Septentrionem & Alpheum fluvium ad Meridiem, 30. mill. paſſ. utrimque diſtans.

CLITUMNUS, fluvius parvus Italiæ, in Umbria, Plinio, & Suetonio, *il Clitunno* etiamnum dictus, oritur ex loco dicto *le Vene*, in agro Spoletano ex tribus fontibus in clivo, infra vicum *Campello*, 2. milliaribus à Trebia in ortum Spoletum verſus, ut ego pluries vidi, deinde in Occidentem fluens juxta Trebiam & Montem Falconis, Mevaniam rigat, & in Tineam fluvium ſeu Topinum ſe exonerat.

CLIVENSIS DUCATUS, *das Hertzogthumb von Cleef* incolis, *le Duché de Cleves* Gallis, provincia Germaniæ in circulo Weſtphaliæ, ſub dominio Electoris Brandeburgici, cui obvenit ex hereditate Juliacenſi, à Rheno fluvio in duas partes dividitur, nempe in Cis-Rhenanam & Trans-Rhenanam, & terminatur à Septentrione & ab occaſu Ducatu Gueldriæ, ab ortu ditione Epiſcopi Monaſterienſis & Marchiæ Comitatu, & à Meridie Ducatu Montenſi & Electoratu Colonienſi, ejus præcipua urbs eſt Clivia, ſed aliæ urbes hujus provinciæ Orſoa, Emerica, Reeſia, & Veſalia quæ antea à Belgis unitis detinebantur, expugnatæ fuere à Gallis anno 1672. & poſtea anno ſequenti redditæ Electori Brandeburgico, cum tota provincia, quæ jure belli in eorum partes devenerat uti etiam anno 1679. extenditur vero à Septentrione in Meridiem ad 40. millia paſſuum, & ad Moſam Vahalimque protenditur, cum ad Moſam habeat Genepum oppidulum & aliqua loca prope Neomagum & etiam in Batavia tractu prope Arenacum, & ejus pars eſt Arx Schenchia, ubi Rhenus fluvius in duo brachia dividitur nempe in Rhenum & Vahalum, provincia eſt fertilis admodum & rigua, & ſub ipſa complectitur major pars antiqui Comitatus Teſterbantiæ, & ejus feudum eſt Comitatus Murſienſis intra ejus limites inſertus, primum Comites habuit proprios, deinde Duces ab anno 1417. quibus lapſu temporis obvenerunt etiam Ducatus Juliacenſis & Montenſis, & Comitatus Marchiæ, ſed Joannes Guillelmus eorum ultimus obiit anno 1609. Duſſeldorpio.

CLIVENSIS DUCATUS URBES.

Calcaria, *Calcar.*
Clivia, *Cleves.*
Duiſburgum, *Duiſbourg.*
Emmerica, *Emmerick.*
Reeſia, *Reez.*
Veſalia, *Weſel.*

CLIVIA, *Cleef* incolis, *Cleves* Gallis, urbs parva Germaniæ, Clivenſis Ducatus caput, in Weſtphaliæ Circulo, dicitur etiam Clivenſis arx, ex antiqua inſcriptione ibi reperta, in clivo à quo à Romanis condita fertur, pendet enim verſus Rhenum fluvium à quo vix 3. mill. paſſ. diſtat, uti à Schenchia arce in Meridiem, caſtrum habens ſatis cultum, eſtque fere media inter Noviomagum ad occaſum & Reeſium ad ortum.

CLIVUS SCAURI, locus Romæ, ubi hodie templum S. Gregorii.

CLIVUS CUCUMERIS, locus urbis Romæ.

CLOCHORA, ſeu Clogaria, *Clogher*, urbecula Hiberniæ in Ultonia provincia, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Armachano, ſedet in monte in Comitatu Tyronenſi juxta fluvium Launum, 20. milliaribus Anglicis ab Armacho diſtans in Occidentem, nunc in vicum redacta eſt, paucisque admodum conſtat incolis: nomen habet à lapide aureo, quo Ethniciſmi temporibus Dæmon reſponſa præſtigialia dare ſolebat, & ejus Epiſcopus aliquando ſedem habuit in Cluainenſi Eccleſia,

Cluanois, vulgo *Clunes* dicta, ad Lacum *Lough Ern*, teſte Varæo.

CLODIA FOSSA, urbs Venetiæ Plinio, ſeu Foſſa Clodia, Clugia recentioribus, *Chozza*, urbs parva Italiæ, Epiſcopalis ſub Patriarcha Veneto, ſedet in inſula parva maris Adriatici, prope Gallicas paludes, & in ora Ducatus Veneti, cujus pars exiſtit, portu gaudens ſecuro prope Brundulum inſulam, 25. milliaribus à Venetiis diſtans in Meridiem Loredum verſus, crevit ex ruinis Metamauci, fuitque celebris victoria Genuenſium anno 1380. quo eam expugnarunt., & nunc ſubeſt dominio Reipublicæ Venetæ.

CLODIANUS, fluvius Hiſpaniæ Citerioris, Melæ, & Ptolemæo, nunc *el Llobregat*, fluvius parvus Cataloniæ, qui oritur ex Pyrenæis montibus prope Juncariam oppidulum, in confinio Comitatus Ruſcinonis, & in mare Mediterraneum ſe exonerat verſus Empurias & Rhodam arcem.

CLONA, *Cloney*, urbecula Hiberniæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo, Caſſilienſi, nunc fere in vicum redacta, in Momonia provincia & in Comitatu Corcagienſi, 4. mill. paſſ. diſtans a littore maris Vergivii, 15. à Liſmora in Auſtrum, & totidem à Corcagia in ortum, eſtque in Mokelenſi tractu, olim *Cluain-vanian* dicta fuis, & ab Hibernis hiſtoricis Clainvania, teſte Waræo.

CLONFERTIA, *Clonfert*, urbecula Hiberniæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Tuamenſi. Sedet in Connacia provincia & Comitatu Gallivenſi, ad Sineum fluvium, qui pauló ſupra recipit Sukium fluvium. Diſtatque 28. milliaribus Anglicis a Galliva in ortum, & 9. ab Atlona in Meridiem, paucis admodum conſtans incolis, & ei unitus eſt Duacenſis Epiſcopatus.

CLONMACNOISA, ſive Clumna, *Cluan*, urbecula Hiberniæ inſulæ in Ultonia provincia, prius *Tipraie* dicta, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Armachano, prope Shenanum fluvium, ſed nunc Midenſi Epiſcopatui unita eſt ab anno 1568. teſte Waræo, in antiquitatibus Hiberniæ.

CLONMELLIUM, *Clonmell*, oppidum Hiberniæ in Momonia provincia, & in Comitatu Tiperarienſi, ad Suirium fluvium, paulo ſupra Caricium, & 12. milliaribus à Vaterfordia in occaſum, peſſime habitum fuit ultimo bello Hibernico.

CLOSTRA ROMANA, locus fuit Latii, Plinio, in ora maris Tyrrheni, ſic dictus quod Romani ibi clauſtra quædam oſtio Nymphei fluvii appoſuiſſent contra vim maris, ne oppleretur arena, quod poſtea contingit, ut pluribus notat Lucas Holſtenius.

CLOTA, fluvius Britanniæ magnæ Ptolemæo, Glota Tacito, nunc Cluda recentioribus, vulgo *Clyd*, ſeu *Cluyd*, fluvios Scotiæ meridionalis, teſte Hectore Boetho, oritur in confinio Annandiæ, in Cludeſdalia provincia, quam bifariam ſecat in arctos tendens, ibique Glaſcoviam rigat, deinde ad occaſum labens, inter Leviniam provinciam ad Septentrionem & Cumingamiam ad Meridiem, in mare Hibernicum ſe exonerat, & in Clotæ ſeu Glotæ æſtuarium ab eo dictum.

CLUANA, *Cluan*, urbecula Hiberniæ in Ultonia. Vide Clonmacnoiſa.

CLUDA, *Cluyd* & *Clyd*, fluvius Scotiæ meridionanalis. Vide Clota.

CLUDESDALIA, quæ aliis Glottiana, *Clysdail* incolis, *Cluydesdale* Gallis, provincia Scotiæ meridionalis, ad Glottam fluvium, cujus præcipua urbs Glaſcovia, dicitur melius Glottiana. Vide ibi.

CLUGSA, urbs Venetiæ littoralis. Vide Clodia Foſſa.

CLONDRRA, *Cluudert*, oppidulum Belgii munitum, in Brabantia; in ditione provinciarum unitarum. Vix una leuca diſtat à mari & à Guillelmoſtadio, & 2. tantum à Breda in occaſum, eſtque in Rugenillenſi inſula parva.

CLUNIA, urbs olim Arevacorum præcipua Plinio, & Livio, in Hiſpania Tarraconenſi, & conventus juridicus, nunc *Cruña*, pagus Caſtellæ veteris, prope Durium fluvium, qui à quibuſdam dicitur etiam *Cruña del Conde*, cum caſtro ſemiduruto, 2. leucis ab Aranda diſtans, teſtibus Cluſio, & Floriano, licet Ambroſius Morales exiſtimet eſſe *Caſtro* locum in viciniis, ubi nunc ædicula B. M. Virgini ſacra, ſed prior ſententia magis probatur.

CLUNIACUM, *Clugny*, pagus Galliæ in Burgundiæ Ducatu, & in agro Mariſconenſi, cum Abbatia percelebri, quæ caput eſt Ordinis Cluniacenſis ab ea dicti, ſedet ad fluvium parvum *Croſne* dictum, 4. leucis diſtans à Matiſcone in occaſum Carolias verſus 6. & 13. ab Auguſtoduno in Meridiem Lugdunum verſus totidem, in ea obiit Gelaſius II. Pontifex Maximus anno 1119. & in ejus locum electus Calixtus II.

CLUPEA, urbs Africæ propriæ maritima, Plinio, quæ Clypea Ptolemæo, olim Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Carthaginenſi, & à Siculis condita, verſus Hermæam promontorium, vulgo *Quipia*, teſte Marmolio, & *Aclibia* Arabibus, 60. mill. paſſ. à Tuneto diſtans in ortum æſtivum, cum portu in ora maris Africi, ſed parva eſt admodum, hic Scorpiones non vivunt, ſicuti nec in Galata inſula, teſte Plinio.

CLUSÆ, *Cluſe*, oppidum Sabaudiæ in Foſſiniaco tractu, ad Arvam fluvium, undique montibus ſeptum, 7. leucis ab Annecio in ortum diſtans.

CLUSINI FONTES, balnea Hetruriæ Horatio, nunc dicta *i Bagni di S. Caſciano* incolis, in territorio Cluſino Senenſis agri, ad radices montium, in confinio ditionis Pontificiæ, inter Aculam ad Meridiem & Cluſium ad Boream, 8. milliaribus utrinque diſtans, teſte Andrea Bacio.

CLUSIUM, urbs Hetruriæ antiquiſſima, Polybio, & Straboni, ex primis Toſcorum coloniis, Porſennæque Regis ſedes, nunc *Chiuſi* dicta, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Senenſi, ſedet in agro Senenſi in loco eminenti, prope Clanim paludem, ſub dominio Magni Ducis Hetruriæ, eſtque parvi circuitus, & ægre inhabitata ob aeris inſalubritatem, eſt in ipſo confinio ditionis Eccleſiæ, in regiuncula quæ *Valle di Chiana* dicitur Clani, 5. milliaribus diſtans à civitate Plebis, 20. à Peruſia in occaſum, & 10. à lacu Traſimeno, 13. autem à Pientia in ortum, hinc Cluſinus nomen gentis, *Chiuſino* vulgo.

CLUSIUM NOVUM, oppidum Hetruriæ Plinio, nunc *Chiuſi* caſtrum agri Florentini in Hetruria, prope fontes Tiberis fluvii, in territorio Aretino, & in colle, 4. milliaribus tantum ab Arno fluvio, ubi & Cluſinus ager, vulgo *il Caſentino*, verſus montem Alvernum, teſte Annio.

CLUSIUS, fluvius Cenomanorum in Gallia Tranſpadana, Polybio, Cleſis à recentioribus dictus, nunc *il Chieſe* vulgo, oritur in Comitatu Tirolis, deinde in Auſtrum fluens per Longobardiam, per Edrinum lacum & Brixianum agrum labitur, ubi rigatis aliquot locis parvi nominis, in Ollium fluvium cadit, juxta Canetum alias Bedriacum oppidum ditionis Mantuanæ.

CLYDESDALIA, *Cluydesdale*, ſive vallis ad Clydam, provincia Scotiæ meridionalis. Vide Glottiana.

CLYLIPENUS SINUS, ſeu Clilipenus Plinio, pars eſt maris Baltici, nunc *le Golfe de Riga*, ſeu *de Livonie* dictus in ora Livoniæ, teſte Cluverio. Vide Clilipenus.

CLYZOMENE, oppidum Bithyniæ in Aſia minori, ex libris Conciliorum, nunc *Teginr Zair* dictum, teſte Leunclavio.

CNACALOOS, mons Laconicæ, prope Gythium oppidum in ora, qui & Cnacadium, teſte Pauſania.

CNEMIS, oppidum Bœotiæ, in Græcia, cum monte

Digitized by Google

re cognomine, Plinio, quod Cnemides Melæ, & Ptolemæo, in ora, Opunti finitimum, *Eretia* hodie, ut nonnullis placet, hinc Locti Epicnemedii dicti.

CNIDUS, urbs Cariæ in Aſia minori, Straboni, & Plinio, quæ Gnidus Plinio, & Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Stauropolitano, in Doride tractu, in peninſula inter Ceramicum ſinum & mare Carpathium, olim ex primis regionis, & celebris propter duos portus, cujus nunc dirutæ multa monumenta etiamnum extant, nam & theatri ædificium, & templorum quadrati lapidis mœnia disjecta viduntur, teſte Coriolano Cippico, & ejus ruinæ *Gnido* etiam dicuntur, ei adjacet promontorium cognomine, quod maxime ad occaſum procurrit, contra Niſyrum inſulam ubi ora auſtralis incipit, nuncque *il Capo Crio* dicitur, teſte Sophiano, & à nautis Gallis *le Cap de Croix*, 70. milliaribus diſtans ab Halicarnaſſo in ortum.

CNOSOS, urbs Cretæ exciſa. Vide Gnoſſus. Unde Cnoſius nomen gentis Virgilio.

COAMA, & Cuama, *le Coame & Cuama*, fluvius Africæ meridionalis, in Zanguebaria regione, & in Oceanum Æthiopicum ſe exonerat prope Zofalam urbem, in Cafretia regione, teſte Joanne Leone. Vide Coama.

COANZA, *le Coanze*, fluvius Africæ in Guinea inferiori, & in regno Angolæ, egreditur è lacu Aquilunda in mediterraneis, deinde in occaſum fluens, receptis Lucala, aliiſque fluviis minoris nominis in Oceanum ſe exonerat, 15. leucis circiter à Fano S. Pauli de Loanda in Meridiem.

COATANUS MONS, *el Volcan de Coatan*, mons Americæ ignivomus, in Guatimala regione Novæ Hiſpaniæ, & in tractu Yzalcorum, teſte Herrera.

COATRÆ, ſeu Coactræ, populi Choatram montem inter Aſſyriam & Mediam incolentes.

COBIOMAGUM, locus Galliæ Narbonenſis, cujus meminit Cicero, nunc interpretatur *Cabaignac*, caſtrum Galliæ in Occitania ſuperiori, & in Lauraicenſi tractu, prope fontes amnis *Girou*, inter Toloſam & Carcaſſonem, 3. leucis diſtans à Pontiopoli in occaſum.

COBRALIA, *la Combraille*, tractus Galliæ in Alvernia inferiori, qui aliter Combralia dicitur. Vide ibi.

COBURGUM, *Coburg*, oppidulum Germaniæ, in Franconia; & in dominio Principum Gothæ ex familia Saxonica. 6. milliaribus Germanicis diſtat à Bamberga in Septentrionem, eratque alias pars Comitatus Hennebergenſis, dicitur etiam Cocabus à quibuſdam, & forſan olim Melocabus. Vide ibi.

COCANICUM, ſtagnum Siciliæ, in ora meridionali, ad oſtium Drilli fluvii, Plinio teſte, inter Camarinam & Heracleam, teſte Fazello, ſicque etiam hodie nominatur.

COCCYGIUS, mons Argiæ, in Peloponneſo, *Cocanico* vulgo, ad Inachum fluvium, qui & Dyceius, teſte Plutarcho.

COCCIUM, locus Brigantum in Britannia prima, ex itinerario Antonini, nunc Sacellum *Coc'ly* dictum, juxta Burium caſtrum Lancaſtrenſis provinciæ, vix 7. mill. paſſ. a Mancunio, teſte Camdeno.

COCCONAGORA, urbs Aureæ Cherſoneſi, in India extra Gangem, Ptolemæo, nunc forſan *Achem*, urbs inſulæ Sumatræ præcipua, in ejus ora ſeptentrionali, ut exiſtimant recentiores.

COCERMUTIUM, ſeu Coceræ oſtium, *Cokermouth*, oppidulum Angliæ, in Cumbria provincia, ad Coceram amnem, 5. milliaribus Anglicis ab ora maris Hibernici, & 223. à Londino in Septentrionem.

COCHIMA, *Cocheim*, oppidulum Germaniæ ad Moſellam fluvium, in ditione Electoris Trevirenſis, aliaſque urbs Imperialis & libera, dicitur etiam Cochoma à qoibuſdam, & ab Adolpho Naſſovio oppigneratum fuit anno 1240. Electori Trevirenſi, 4. milliaribus Germanicis diſtat à Confluentiis in occaſum hybernum Treviros verſus 6. & 4. etiam a Fano S. Goaris in occaſum, & vino ſuo celebratur, & aliquando vocatur *Cochom* ab incolis uti pronunciant.

COCHINUM, *Cochin* Gallis, *Cochim* Luſitanis, *Cochino* Italis, urbs Aſiæ in peninſula Indiæ intra Gangem, caput regni cognominis, & Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Goano, in ora littorali Malabariæ regionis, cum portu capaci & arce S Jacobi exſtructa anno 1503. in tractu admodum feraci & riguo, dicta fuit olim Colchi, ut multi exiſtimant; ſuberatque antea dominio Luſitanorum, a ſæculo & ultra, ſed recens capta fuit à Belgis unitis, ipſiſque etiamnum ſubeſt, duplex eſt nempe inferior, quæ *Cochin* proprie dicitur, eſtque urbs ipſa probe munita, ad oſtia fluvii *Mangati*, & ſuperior, *Cochin le haut*, Luſitanis *Cochim de Cima*, verius oppidulum, 2. leucis ab urbe diſtans ad ortum, 27. leucis à Coulano in Septentrionem Calecutum verſus 34. eique adjacet inſula *Vaipin* dicta in ora, & in hac urbe obiit die 24. Decembris 1524. Vaſcus de Gama Luſitanorum Prorex, & Comes Vidiguetæ qui primus Europæorum Indiam luſtravit.

COCHINUM REGNUM, *le Royaume de Cochin*, regnum parvum, ſed probe cultum Indiæ intra Gangem, in Malabaria regione, & in ora littorali Oceani Indici, inter Cranganorum regnum ad Septentrionem & Calecoulanum ad Meridiem, proprio parens Regi, eratque antea ſub clientela Luſitanorum, ejus primaria urbs Cochinum etiam dicitur, & nunc eſt ſub protectione Belgarum unitorum.

COCIACUM, *Coucy*, caſtrum Galliæ. Vide Codiciacum.

COCINCHINA, *la Cochinchine* Gallis, *Cachucyna* incolis illarum partium, & *Canchim-China* Luſitanis, regnum Aſiæ in Annamitica regione, & in intimo receſſu Indiæ intra Gangem, verſus Sinas, ubi alias Sindi populi ſecundum aliquos, una eſt ex tribus partibus Annamatici regni, proprio parens regi, terminatur à Septentrione Tunchino regno, ab occaſu Kemis populis, & deſertis Cocinchinæ, à Meridie regno Ciampa, ab ortu vero ſinu magno, nunc ſinu Haynano dicto, extenditur a Septentrione in Meridiem verſus oram, dividiturque in ſex provincias quorum nomina ſunt *Ciam*, *Quambin*, *Quamghia*, *Quinhin*, *Ranran*, *Thoanoa*, & ejus præcipuæ urbes ſunt *Quehoa* & *Baubom*, illas partes pluribus nuper deſcripſit Alexander de *Rhodes* Gallus, è ſocietate Jeſu, qui in his per multos annos commoratus eſt, hinc Cocinchina nomen gentis, *Cochinchinois* Gallis.

COCINCHINÆ SINUS à *Enſeada de Cauchin-China* Luſitanis, *le Golfe de la Cochinchine* Gallis, pars Oceani Orientalis ſive Indici verſus oram Cocinchinæ regni, ubi olim ſinus Magnus, ut exiſtimant plurimi recentiores, extenditurque ad occaſum æſtivum inter partem meridionalem regni Sinarum ad arctos, regnum Tunchinum ad occaſum, & regnum Cocinchinæ verſus Meridiem, & à quibuſdam vocatur ſinus Haynanus, quod aliquando protendatur uſque ad Haynanam inſulam Sinarum verſus ortum.

COCINTHUM, oppidum Brutiorum in magna Græcia Antonino, prope promontorium cognomine, nunc *Stillo* caſtrum Calabriæ ulterioris, dicitur melius Cecinum & Carcine. Vide ibi.

COCINTHUM, promontorium magnæ Græciæ Antonino, Siculum mare ab Ionio diſſeparans, teſte Plinio, nunc, *il Capo di Stillo* dicitur, teſtibus Barrio, & Cluverio, eſtque in ora orientali Calabriæ ulterioris, prope Stilum caſtrum à quo nomen recens, dictum fuit etiam Carcinum. Vide ibi, hinc Cocynthius nomen gentis.

COCONUCORUM TRACTUS, *les Coconucos*, provincia parva Americæ Meridionalis, in regno Popaiani, ad fontes fluvii Magdalenæ, ubi etiam mons ineſt ignivomus.

COCOSATES, populi fuere Galliæ in Aquitania, ubi nunc Vazatenſis tractus, *le Bazadois*, teſte Petro de Marca viro clar.

COCYTUS, fluvius Campaniæ in Italia exiguus, in Lucrinum lacum influens: qui à Poetis fluvius inferorum nominatur. De quo Virgilius libro 6. Æneidos.

COCYTHUS, fluvius Epiri. Hinc Cocythia ſacra, quæ Proſerpinæ fiebant.

CODANIA, urbs Daniæ regia, quæ melius dicitur Hafnia, *Copenhagen* vulgo. Vide Hafnia.

CODANONIA, inſula ſinus Codani, Melæ, creditur nunc Zelandia inſula, *Zeeland* incolis, regni Daniæ præcipua, inter Scaniam ad ortum, & Fioniam inſulam ad occaſum, ubi Hafnia totius Daniæ primaria, juxta Sundicum fretum. Vide Zelandia & Selandia.

CODANUS SINUS, Melæ, mare quod ex Oceano Germanico inter Scandinaviam & Cimbricam Cherſoneſum longè lateque terras ſubit, ad inſtar ingentis ſinus, rigatque etiam oram littoralem Borealem Germaniæ & Poloniæ, à quibuſdam etiam Goth Danus vocatur, forſan lepido commento. Dicitur aliter Suevicum mare, ſeu Balticum, hodie *Ooſtzée* Danis, Germanis & Belgis, *la mer Baltique* Gallis, *Warczkovie more* Ruſſis: cujus partes ſunt Botnicus ſinus, & Finnicus ſinus; quanquam ſint plurimi qui credant Codanum ſinum eſſe tantum illam partem maris quæ eſt inter Jutiam, Scaniam, & Norvegiam, qui nunc vocatur à nautis Danis & Germanis, *Schager rack*, à promontorio Jutiæ cognomine, & à Gallis & Belgis *le Cattegat*, quaſi felis foramen. Vide Balticum mare & ſinus Codanus.

CODURRA, urbs Indiæ intra Gangem, teſte Ptolemæo, verſus oram ſinus Gangetici, nunc forſan *Condur*, oppidum regni Biſnagaris, aliquot milliaribus diſtans ab ora, quanquam *Gandavari* ſit, Caſtaldo teſte, qui multoties divinare videtur.

CODICIACUM, *Coucy*, caſtrum Galliæ, cum oppidulo in provincia Inſulæ Franciæ, & in Sueſſionenſi agro, dicitur etiam Cociacum & alias dominos habuit magni nominis, eſtque fere medium inter Sueſſiones ad Meridiem, & Feram ad Septentrionem, prope Premonſtratum, & in limite Picardiæ.

CODROPOLIS, oppidum Carnorum in Gallia Tranſpadana, cujus meminit Appianus, nunc teſte Joanne Lucio, eſt caſtrum *Codroipo* dictum, in Foro Julii provincia, juxta amnem Stellam, 18. milliaribus diſtans à Palma in occaſum, & 12. ab Utino Venetias verſus, terminus fuit Imperii inter Auguſtum & Marcum Antonium.

COELE, anguſtiæ ſive fauces montium Theſſaliæ & Epiri, circa Pindum & Oeten, teſte Livio.

COELEMBA, urbs Gedroſiæ in Imperio Perſarum, & in Indiæ confinio, teſte Ptolemæo, quid ſit hodie non conſtat.

COELESYRIA, id eſt Cava Syria, pars eſt Syriæ, Straboni, Plinio, & aliis, inter Syriam propriam, Phœniciam, & Palæſtinam, quæ nunc ſimul cum Syria propria, *Souriſtan* dicitur ab indigenis, & *la Sourie* ab Europæis, ſub dominio Turcarum, quamquam Poſtellus dicat eam nunc proprio nomine dici *Boca*, ſeu *Bocalbalbec*, ſic ab urbe *Balbec*, quæ Heliopolis à veteribus dicta, ejus urbes præcipuæ fuere Damaſcus, Cæſarea Philippi, & Heliopolis, eratque inter montes Libanum & Antilibanum.

COELI METINA, *Medina celi*, oppidum Hiſpaniæ, in confinio Aragoniæ, quod ſæpius Metina cœli dicitur. Vide ibi.

COELIOBRIGA CELERINORUM, urbs Callaicorum Braccariorum in Hiſpania Tarraconenſi, Ptolemæo, nunc *Barcelos* oppidum Portugalliæ, Ducatus titulo inſignitum, medium inter Braccaram Auguſtam & Oceanum occidentalem. Vide Barcelum.

COELIOMONS, ſeu Cœlius mons, urbs Vindeliciæ Antonino, nunc vicus *Kelmuntz*, haud procul à fluvio Ilaro, & oppido *Munchrot*, in Sueviæ provincia Germaniæ, teſte Cluverio, tribus milliaribus Germanicis diſtat a Meminga in Septentrionem Ulmam verſus.

COELIOMONTANA PORTA, *la Porta di S. Giovanni*, una ex portis urbis Romæ, in monte Cœlio, teſte Marliano; unde Via Campana inchoabat.

COELIUS MONS, *il Monte di S. Giovanni Laterano* nunc, unus ex 7. urbis Romæ collibus, in quo Baſilica Lateranenſis extructa eſt. De quo Ovidius.

COELOS PORTUS, oppidum fuit Cherſoneſi Thraciæ, Plinio, quod Coela dictum fuit ab Ammiano, ubi poſtea Alopeconneſus, prope inſulam Alopeconneſum, in ora maris Ægei: juxta illud Lacedæmonii ab Athenienſibus mari ſuperati, inſigni clade affecti fuere, nunc exciſum jacet.

COELOSSA, mons Peloponneſi ad Phliuntem oppidum Straboni.

COEMETERIA URBIS ROMÆ, plura fuere: in quibus 1. Calepodii, via Aurelia, ad S. Pancratii templum. 2. Commodillæ, via Oſtienſi, ad Baſilicam S. Pauli. 3. Domitillæ, via Ardeatina, ad Eccleſiam ſanctæ Petronillæ. 4. Priſcillæ, in eadem via. 5. Balbinæ quoque in eadem met via. 6. Prætextati, in via Appia, ad S. Januarium. 7. Calliſti, extra portam Capenam, ad Baſilicam S. Sebaſtiani. 8. Cyriacæ, via Tiburtina, ad Baſilicam S. Laurentii extra muros. 9. Praxedis, via Salaria, ad ſacram ædem S. Sylveſtri. 10. Inter duas lauros, via Lavicana, ad ædem ſanctæ Balbinæ, cœmeterium ad Urſum pileatum dicebatur. 11. Ad Inſalatas quoque via Portuenſi, ad Eccleſiam S. Felicis, de his vide pluribus Romam ſactam Floraventia Martinelli, & Boſium qui fuſe & docte de iis ſcripſerunt.

COENICA, provincia Thraciæ cis Rhodopen, ſic dicta à Cœnis populis. Aliis eſt Cænica. Vide ibi.

COENOENUM, urbs Angilorum ſub Vindilis, in Germania, Ptolemæo, quæ etiam Laciburgium dicta fuit poſtea, ut credit Cluverius, nunc teſte Villanovano, eſt *Lawemburg*, oppidum Saxoniæ inferioris, & Ducatus cognominis caput ad Albim fluvium, 8. milliaribus Germanicis ab Hamburgo diſtans in ortum Suerinum verſus, ex conjectura tantum.

COEQUOSA, oppidum fuit Galliæ in Aquitania, ex itinerario Antonini, ubi poſtea Taſta ſeu Datii, & vulgo *Acqs*, urbs Aquitaniæ, teſte Sanſone, ad Aturum fluvium.

COGAMUS, fluvius Lydiæ, ad Timoli montis radices decurrens. De quo Plinius libro 5.

COGEDUS, fluvius Hiſpaniæ Tarraconenſis, cujus meminit Martialis libro primo, nunc *el Rio de Codes*, teſte Aria Montano, ſed Varretio eſt *Cogedo*, fluvius Aragoniæ, prope Bilbilim in Salonem influens.

COGIENSES, populi Italiæ, ſub Venetis, Plinio, quorum nunc oppidum videtur Concilianum, *Conegliano*, in Marchia Tarviſina, juxta amnem Muttecam, 6. milliaribus a Ceneta Tarviſium verſus, teſte Ferrario.

COGOLLUDUM, *Cogolludo*, oppidulum Hiſpaniæ in Caſtella nova, & in Alcarria tractu, in colle prope Henarem fluvium, & 2. leucis ab Hita in Septentrionem Seguntiam verſus, teſte Roderico Sylva.

COGURETUM, *Cogureto*, ſeu ut pronuntiant Genuenſes, *Cogureo*, vicus Italiæ, in ora occidentali Genuenſi, celebris patria Chriſtophori Columbi, ſeu Co-

Google

lomi, qui primus Europæorum Novum orbem ſeu Americam detexit anno 1492. Decem milliaribus diſtat à Savona in ortum Genuam verſus, & ſubeſt dominio Reipublicæ Genuenſis.

Coianca, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in finibus Aſturum, nunc pagus *Valentia* dictus, prope Ovetum urbem Aſturiæ in ejus territorio, teſte Mariana.

Cola, *Kola*, oppidum & portus Ruſſiæ magnæ, ad mare ſeptentrionale. Fluvium habet cognominem & lacum in Lappia Moſcovitica, inter Vuardhuſium & mare Album, teſte Wilhelmo Bernardo.

Cola, ſeu Colena, *Col-yland*, inſula parva & oblonga Scotiæ in mari Scotico, inter Æbudas, & prope Mulam inſulam, teſte Thimotheo Ponte.

Colaicum, promontorium Indiæ Plinio, quod varii varie interpretantur, Mercatori eſt *il Capo de Colle*, in ora ſinus Gangetici verſus Coromandeliam, Barrio & Garciæ ab Horto, eſt promontorium Comorinum in Malabarria, quod aliis eſt Commaria extrema, & plurimi credunt Colaicum promontorium ſeu Coli eſſe promontorium Sincapuræ verſus Malacam urbem Aureæ Cherſoneſus ad Meridiem, prope Sumatram inſulam, id que plurimis probant argumentis.

Colancorum, oppidum fuit Langobardorum Suevorum, ſub Vindilis, in Germania, cujus meminit Ptolemæus, & ſecundum recentiores erat forſan in eo tractu, ubi nunc Berolinum *Berlin*, ad Havelam fluvium, in media Marchia Brandeburgica, cujus ſuburbium etiamnum *Coln* dicitur, quamquam Villanovanus credat fuiſſe ubi nunc *Freien-Waldt* oppidum ejuſdem tractus ad Oderam, ſed id tantum ex conjectura.

Colania, oppidum Damnoniorum in Britannia majori, Ptolemæo, quod Bedæ Coldana urbs, & Coludi dicitur, nunc *Coldingham*, oppidulum Scotiæ meridionalis in Merchia provincia, inter Tinnæ & Tuedæ fluviorum oſtia in ora maris Germanici, teſte Camdeno.

Colapiani, populi Pannoniæ ſuperioris, teſte Plinio, in Liburniæ confinio, per quos Savus & Colapis fluvii fluunt, nunc *Krabaten* dicti à Germanis, teſte Nigro, *les Croates* Gallis, & eorum regio Croatia dicitur.

Colapis, fluvius Illyrici in Liburnia, Straboni Plinio, & aliis, nunc *Kulp* dictus, quo uſque extenduntur Alpes, oritur in Vindorum marchia tractu Carniolæ, deinde in ortum æſtivum fluens, Metulum rigat uti poſtea Caroloſtadium urbem Croatiæ regionis, in qua auctus aliquot aliis fluviis ad Craſtovitium in Savum cadit 5. mil. paſſ. ſupra Segeſticam inſulam, & Zagrabiam urbem, in ipſo limite Sclavoniæ, teſte Lazio.

Colarni, populi fuere Hiſpaniæ Tarraconenſis, teſte Plinio, prope Tagum fluvium, quorum oppidum Colarnum dicitur a Plinio, & nunc exciſum jacet verſus Extremaduram.

Colatio, locus fuit in Norico, ad Sanam fluvium, Antonino, prope Celeiam, nunc inter vicos *Altenburg*, & *Preſberg*, teſte Cluverio, & ſupra, in ſuperiori Carniola. Ejus vix ſuperſunt rudera.

Colberga, *Colberg*, oppidum Germaniæ, in Ducatu Pomeraniæ ulterioris, & in ora maris Baltici, cum arce munita, ſub dominio Electoris Brandeburgici, cum antea eſſet in ditione Epiſcopi Caminenſis, in Caſſubia regiuncula, ad oſtia fluvii Perſantii. Diſtat 6. milliaribus Germanicis a Coſlino in occaſum, & 3. à Treptavia in ortum. Captum fuit anno 1641. à Suecis poſt longam obſidionem, ſed poſtea conceſſum anno 1648. Electori Brandeburgico pace Weſtphalica; & propter ſalis cocturam paulo infra oppidum valde celebratur.

Colceſtria, *Colcheſter*, urbs Angliæ, in Eſſexia provincia, ad amnem *Colne*, 6. milliaribus Anglicis ab ora maris Germanici. Urbs eſt ſatis culta, nota clade ipſi illata hiſce ultimis temporibus, & natalitiis divæ Helenæ. Antea Colonia dicta fuit, & 43. milliaribus Anglicis diſtat a Londino in ortum æſtivum.

Colchi, urbs Indiæ intra Gangem Arriano, & Ptolemæo, videtur eſſe Cochinum, *Cochin*, urbs munita & caput regni cognominis, in ora Malabariæ, 34. leucis Hiſpanicis à Calecuto in Auſtrum, & 44. à promontorio Comorino in Septentrionem, antea ſub dominio Luſitanorum, nunc autem à paucis annis capta à Belgis unitis, ipſis etiamnum paret. Vide Cochinum.

Colchi, populi Aſiæ Straboni & Plinio, oram maris Euxini orientalem incolentes, quorum regio Colchis. Vide ibi.

Colchicus, ſinus Indiæ intra Gangem Ptolemæo, ſatis parvus, verſus oram littoralem prope urbem Colchi, ubi nunc pars maris Malabariæ.

*Colchis, urbs Armeniæ, Ptolemæo, proxima Thoſpiæ, vulgo *Calpurt* dicta, teſte Moletio.

Colchis, regio Aſiæ ad oram maris Euxini, Straboni, Plinio, & Ptolemæo, terminatur à Septentrione Sarmaria Aſiatica, ab ortu Iberia a qua ſeparatur Caucaſo monte, à Meridie Ponto & Armenia utraque, ab occaſu vero Ponto Euxino. Ejus urbes olim præcipuæ fuere Phaſis, & Dioſcurias, nunc dicitur *Od-ſci* ab incolis, & *la Mengrelie* ab Europæis, proprio principi parens, quamquam re ipſa Mengrelia pars ſit tantum Colchidis trans Phaſim fluvium, ideo ſub Colchide cenſeri etiam poſſunt regiones, ubi nunc *Guriel*, & *Immereti*, provinciæ, verſus Pontum Euxinum, quæ omnes ſub Georgia late ſumpta comprehenduntur, eratque alias ſub clientela Turcarum, nunc propriis ſubſunt principibus, teſte Archangelo Lamberto, qui plura nuper de his partibus ſcripſit, & incolæ pro maxima parte ſunt Chriſtiani, præſertim verſus oram littoralem, hinc Colchus & Colchiacus nomen gentis *Odiſciuri* vulgo. Vide Mengrelia.

Coldinga, *Koldinguen*, urbs Daniæ, in Iutia meridionali, cum arce *Arnſbourg* dicta, & portu in receſſu maris. Vix duobus milliaribus Germanicis diſtat à Fionia inſula, & 4. ab Haderſlebia. Eſt ibi vectigal regium propter equos & boves, qui maximo numero per pontem in Holſatiam & ad Albim aguntur, & in ea obiit Chriſtianus III. Rex Daniæ die prima Januarii 1559.

Colduli, populi Germaniæ, Straboni, quorum locus nunc *Holetal* dicitur, in Bohemia, ut credit Lazius.

Colentia, inſula maris Adriatici in ora Dalmatiæ, prope Tragurium, nunc forſan *Solta* dicta.

Coletiani, populi fuere Pannoniæ ſuperioris Ptolemæo, qui & aliis Coletani dicti, medii inter Vindobonam ad Septentrionem, & Pœtovionem ad Meridiem, ad pedes montium, & verſus fontes Arrabonis fluvii, ubi nunc confinia Auſtriæ & Stiriæ verſus Græcium.

Colias, promontorium Atticæ, apud Phaletum vicum, & navale, teſte Stephano.

Colicara, oppidum Galliæ Ciſalpinæ, Pauſaniæ, & Antonino, nunc vicus *Rocaglia* dictus, in Ducatu Mutinenſi, 13. mill. paſſ. à Mutina in Septentrionem, Mirandulam verſus 8. teſte Cluverio.

Colima, *Colima*, oppidum Americæ in Nova Hiſpania, & in provincia Mechoacania, tractus cognominis caput eſt, teſte Laetio, & à Mechoacano diſtat 45. leucis in occaſum, ſed vix decem à mari Pacifico.

Colippo, urbs Luſitaniæ Plinio, ad oram inter Olyſiponem ad Meridiem, & Conimbricam ad Septentrionem exciſa, locus nunc S. *Sebaſtian*, teſte Gaſparo Varrerio, nominatur prope Leiriam urbem Portugalliæ

quæ illi in Epiſcopatu ſucceſſit, (unde nova Colippo dici potuit) ab Olyſipone 13. leucis in Septentrionem, Vaſconcello teſte.

COLISANUM, *Goliſano* oppidum Siciliæ inſulæ, in Valle Demonæ, cum caſtro antiquo verſus Thermas, vix 10. milliaribus ab ora maris Tyrrheni, & 20. à Cephaledo in Meridiem.

COLLATINA, urbs Siciliæ à Decetio poſt reditum ab exilio extructa: cujus nullum hodie cernitur veſtigium, teſte Fazello.

COLLATIA, oppidum fuit Latii, ad Anienem fluvium, in ipſo Sabinorum confinio, prope Viam Tiburtinam, ab urbe Roma 40. ſtadiis diſtans in ortum, ubi Lucretia matrona a Tarquinii ſuperbi filio per vim ſtuprata legitur, teſtibus Plinio, & Livio, ſic dictum putatur, quod ad illud inſtaurandum pecuniæ vicinarum urbium conferrentur, jam in vicum redacta erat tempore Strabonis, & ejus nulla apparent veſtigia, erat forſan ubi nunc Caſale *Cervaro* dictum, aut paulo infra ubi *Marrana* rivus in Anienem primum cadit, hinc Collatina porta, quæ nunc *Pinciana* dicitur, & hinc Collatinus nomen gentis.

COLLENTUM, urbs Dalmatiæ Plinio, verſus oram maris Adriatici. Nunc *Varçevo* dicitur, eſtque caſtrum fere medium inter Jaderam ad occaſum, & Scardonam ad ortum, ſub dominio Venetorum, teſte Joaone Lucio.

COLLINA PORTA, quæ & Quirinalis & Salaria dicta eſt à Publio Victore, una ex Romæ portis: vulgò etiam *Salara*.

COLLIS, *Colle*, urbs Hetruriæ in agro Florentino, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Florentino, parva eſt in colle ſita, prope fontes Elſæ fluvii, & in confinio agri Senenſis, diſtat 25. mill. paſſ. a Sena in occaſum Volterram verſus paulo minus, & 4. à Poggio Bonitii in Meridiem, uti 25. à Florentia, ſub dominio magni Ducis Hetruriæ, dicitur etiam Collis Vallis Elſæ, & crevit ex ruinis Grachiani oppidi in vicinis.

COLLIS MARTII, *Colmars*, oppidum Galliæ in Provincia. Vide Colmartium.

COLLIS SCIPIONIS, *Colle Scipoli*, caſtrum Italiæ in ditione Eccleſiæ, & in Umbria, in limite Sabinæ provinciæ, vix 6. milliaribus diſtans à Narnio in ortum, verſus Velinum lacum.

COLLONSA, & Colyanſa quibuſdam, *Colonſa*, inſula maris Scotici, inter Æbudas, & prope Ylam inſulam.

COLLOPS MAGNUS, urbs Africæ, Ptolemæo, in Numidia regione, quæ eadem eſt cum Cullu. Vide ibi.

COLLOPS PARVUS, urbs parva Africæ Ptolemæo, in Numidia regione, & in ora littorali maris Mediterranei, alia paulo orientalior, & nunc *Larobo* dicta, teſte Moletio.

COLMA, *la Colme*, fluvius Belgii Francici, in Comitatu Flandriæ. Pars eſt Agnonis fluvii, & per Vinocibergam oppidum labitur, deinde in Oceanum Germanicum ſe exonerat.

COLMARIA, *Colmar*, urbs Germaniæ in Alſatia ſuperiori, cujus caput exiſtit, Columbaria dicitur etiam, & crevit ex ruinis Coloniæ Argentuariæ *Harbourg* dictis, ſita eſt ad Hellelum fluvium, eratque antea Imperialis & libera, nunc vero ſubeſt dominio Regis Galliæ, pace Weſtphalica cum ad præfecturam Haguenoenſem pertineat, vix 2. milliaribus Germanicis diſtat à Briſaco in occaſum, & paulo plus à Sceleſtadio in Meridiem Mulbuſium verſus 4. & antea permunita erat, ſed anno 1673. ejus munitiones disjectæ fuere, cum primum muris cincta fuerit circa annum 1240.

COLMARTIUM, ſive Collis Martii *Colmars*, oppidum Galliæ, in Provincia, ſatis munitum, ad Verdonem fluvium, verſus Alpes & confinia Comitatus Nicęenſis, fœdo conflagravit incendio anno 1672. & diſtat 6. leucis à Dinia in ortum & totidem a Sanitio in Septentrionem.

COLOBANA, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ in conventu Hiſpalenſi, quod nunc Rodericus Carus interpretatur *Tribuxena* caſtrum Vandalitiæ, prope oſtia Bætis fluvii, & una leuca ab Aſta diſſitum.

COLMENSIUM, *Colmenſee*, & *Culmſee*, oppidum Poloniæ in Pruſſia regia, & in Culmigeria tractu, quo translata fuit ſedes Epiſcopi Culmenſis, 9. mill. paſſ. diſtat a Thorunio in Boream Graudentium verſus 19. & 12. à Culmia in ortum hybernum.

COLOCIA, ſeu Colozia, urbs Pannoniæ inferioris, Coloſſæ Statuæ, ſeu ad Statias Coloſſas dicta Antonino, nunc *Colocz*, urbs Archiepiſcopalis Hungariæ inferioris, à qua pendent octo Epiſcopi, ſita eſt ad Danubium fluvium, & ad ejus ulteriorem ripam in Bachienſi Comitatu, infra Uriam inſulam, ſub dominio Turcarum, perpetuo unitus eſt Epiſcopatus Bachienſis, eſtque parva admodum, & deficit in dies, octo milliaribus Germanicis diſtans a Zigetho in ortum Segedinum verſus 15.

COLOE, Æthiopiæ palus, Ptolemæo, ex qua oritur Aſtapus fluvius, nunc *Barcena* dictus, ut exiſtimat Mercator.

COLOE, Æthiopiæ urbs, teſte Arriano in ſuo periplo, quæ nunc *Barva* dicitur à Ramuſio.

COLOMIA, *Colomey*, urbecula Poloniæ, in Ruſſia rubra & regiuncula Pocucia, ad fluvium *Prut*, verſus confinia Valachiæ, & 9. milliaribus Polonicis ab Halicia in Auſtrum, ad radices montium. Malè habita fuit à Coſaccis paucis abhinc annis, & fere in vicum redacta eſt, Salis copia tantum nota.

COLOMERIÆ, *Colomiers*, oppidum Galliæ, in Bria provincia, ad Morinum amnem, cum palatio Ducis Longovillani. 5. leucis diſtat à Meldis in Meridiem, Provinum verſus, & 13. à Pariſiis in ortum, dicitur etiam Columbaria in actis mediæ ætatis.

COLONE, oppidulum Peloponneſi in Meſſenia provincia Ptolemæo, nunc caſtrum *Griſo* dictum, teſtibus Nigro & Sophiano.

COLONE, ſcopulus Thraciæ Appollonio, ad Boſphorum Thracium, nunc *Crommion*, teſte Petro Gyllio.

COLONIA, *Cologna*, oppidulum Longobardiæ, in agro Paravino, & in confinio Veronenſis agri, ſub dominio Reipublicæ Venetæ, 15. mill. paſſ. diſtans a Vicentia in Meridiem Atheſim fluvium verſus 8.

COLONIA, oppidulum olim Hetruriæ, teſte Frontino, nunc *Colona*, caſtrum agri Senenſis, prope lacum Prilem, fere 10. mill. paſſ. a Roſſetto diſtans in occaſum.

COLONIA, *Coulogne*, oppidulum Galliæ in Aquitania regione, & in Virdunenſi tractu Vaſconiæ Toloſanæ, in limite Comitatus Armeniacenſis, 7. leucis à Toloſa diſtans in occaſum æſtivum Lactoram verſus.

COLONIA, urbs Cappadociæ, in Armeniæ minoris confinio, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Sebaſtienſi, ex libris Conciliorum, poſtea *Taxara* dicta, ut credit Nicetas, cum caſtro munito & præcipiti, hinc tractus adjacens dictus fuit Colonia, teſte Porphyrogenneta, verſus Armeniam minorem.

COLONIA, urbs fuit Trinobantum in Britannia prima, Antonino, quæ nunc *Colcheſter* dicitur, Camdeno teſte, ubi natam fuiſſe ſanctam Helenam Conſtantini matrem affirmant cives. Gaudet caſtro antiquo; eſtque ad amnem *Colne* dictum, in Eſſexia provincia Angliæ, 5. milliaribus tantùm à Suffolcia provincia. Vide Colceſtria.

COLONIA, urbs Allobrogum, in Gallia Narbonenſi, nunc *Coulonges*, vicus Galliæ, ad Rhodanum

Digitized by Google

fluvium, in Bengeſia provincia & Geſſia tractu, ad radices Jutaſſi montis, prope Clauſulas, è regione Sabaudiæ, & 5. leucis infra Genevam, quem credunt multi fuiſſe aliàs Coloniam Allobrogum.

Colonia Agrippina, urbs Germaniæ Plinio, & Tacito, Ubiorum caput, nunc *Coſn* incolis, *Cologne* Gallis, *Colonia* Italis, urbs eſt Germaniæ, Archiepiſcopalis & caput ditionis Electoris Colonienſis ab ea dicti, Imperialis tamen, ſeu libera, & ſui juris atque Hanzeatica, omniumque urbium Germanicarum maxima, cum Academia, ſita eſt ad Rhenum, & ejus Archiepiſcopus eſt unus ex octo Imperii Electoribus, ab Agrippina Neronis matre ſic dicta fuit, media fere eſt inter Mogontiaco ad Meridiem, & Neomagum ad Septentrionem, 18. milliaribus Germanicis utrimque diſtans, 16. à Trajectn ad Moſam in ortum, uti 6. à Juliaco, & 8. ab Aquiſgrano, à Treveris autem 16. in Boream, tractus adjacens dicitur Colonienſis ditio. Vide Agrippinenſis colonia, hinc Colonienſis nomen gentis, *Colniſche* vulgo, *Colonois* Gallis.

Colonia Allobrogum, urbs Galliæ Narbonenſis, quæ nunc à pluribus creditur Geneva *Geneve*, ad Lemanum lacum, quo ex eo effluit Rhodanus fluvius, ſed doctiores plurimi exiſtimant Coloniam Allobrogum fuiſſe, ubi hodie Colonia *Coulonges*, vicus ad Rhodanum fluvium, 5. leucis infra ad occaſum, & ex ejus ruinis creviſſe Genevam, quæ Colonia nova Allobrogum dici poteſt.

Colonia Archelais, urbs Cappadociæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Mociſſio, inter Parnaſum ad occaſum 62. & Saluna ad ortum 49. mill. paſſ. ex Antonini itinerario.

Colonia Cercena, urbs Africæ in Mauritania, nunc *Cercello* in regno Algerii, cum portu capaci & Aquæductu, quæ a quibuſdam creditur Julia Cæſarea, 60. mill. paſſ. diſtat ab Algerio in occaſum, teſte Sagredo.

Colonia Flavia. Vide Cæſarea Palæſtinæ.

Colonia Marcia, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, nunc *Marchena*, urbs Hiſpaniæ in Vandalitia, dicta fuit etiam Marcia.

Colonia Trajana, & Colonia Ulpia Trajana, oppidum Germaniæ inferioris Antonino, nunc, teſte Cluverio, vicus eſt Clivenſis Ducatus, *Kellen*, dictus, mille paſſibus diſtans ab oppido Clivio, Emmericum verſus, & uno milliari à Rheno fluvio, 10. milliaribus Germanicis infra *Keiſerswert* ſeu Cæſaris inſulam oppidum in Septentrionem.

Coloniæ Romanæ in Italia, Signo non exſtantibus præfixo.

Abella in Campania.
Abellinum in Hirpinis.
Acerræ in Campania.
Æſernia in Samnio.
Æſis in Piceno.
† Æſulum in Latio.
Alatrium in Latio.
Alba in Latio.
Alba Marſorum.
Alba Pompeia in Liguria.
Albingaunum Liguriæ.
Albintemelium Liguriæ.
Alſium in Hetruria.
Anagnia in Latio.
Ancona in Piceno.
† Antemnæ in Sabinis.
Antium in Latio.
Anxur, quæ & Terracina in Latio.
† Aquaviva in Samnio.
Aquileia in Carnis.
Aquinum in Latio.
Ardea in Latio.
Atetium in Hetruria.
Aricia in Latio.
Ariminum in Æmilia.
Aſculum in Piceno.
Aſta in Liguria.
† Atella in Campania.
Ateſte in Venetia.
Atina in Latio.
Aufidena in Samnio.
Auguſta Prætoria in Gallia Subalpina.
Auguſta Taurinorum in Gallia Subalpina.
Auximum in Piceno.
Beneventum in Samnio.
Bononia in Æmilia.
Bovianum in Samnio.
Bovillæ in Latio.
Brixellum in Gallia Togata.
Brixia in Cenomanis.
Brundiſium in Salentinis.
† Buxentum in Lucania.
† Cæniоa in Latio.
Calatia in Campania.
Cales in Campania.
† Cameriụm, in Latio.
† Capitulum in Latio.
Capua in Campania.
† Carſeoli in Latio.
Caſilinum in Campania.
Caſinum in Samnio.
Caſſentinum in Hetruria.
Caſtrum novum in Hetruria.
Circæi in Latio.
Compſa in Lucania.
Comum in Inſubria.
Concordia in Carnis.
Cortona in Hetruria.
Coſa in Lucania.
Coſſa in Hetruria.
Cremona in Cenomanis.
Croton in magna Græcia.
† Cruſtumerium in Sabinis.
† Cumæ in Campania.
Dertona in Liguria.
† Ecetra in Latio.
Eporedia in Gallia Subalpina.
† Fabrateria in Latio.
Faliſca in Hetruria.
Fanum Fortunæ in Umbria, quæ Colonia Faneſtris.
Ferentinum in Latio.
Ferentinum in Hetruria.
† Feſulæ in Hetruria.
† Fidenæ in Latio.
Fidentia in Æmilia.
Firmum in Piceno.
Florentia in Hetruria.
† Formiæ in Latio.
Forum Julium in Carnis.
Fregellæ in Latio.
† Fregenæ in Hetruria.
† Gabii in Latio.
† Graviſcæ in Hetruria.
Hadria in Piceno.
† Helvia Ricina in Piceno.
Hiſpella in Umbria.
† Hiſtonium in Frentanis.
Interamna in Latio.
† Lanuvium in Latio.
Lavicum vel Labici in Latio.
Lavinium in Latio.
Laus Pompeia in Inſubria.

Linteroum in Campania.
Luca in Hetruria.
Luceria in Apulia.
† Lucus Feroniæ in Hetruria.
† Lupia in Salentinis.
† Medullia in Latio.
† Minervium, in magna Gracia.
† Minturnæ in Latio novo.
Mutina in Gallia Togata.
Narnia in Umbria.
Neapolis in Campania.
Nepeta in Hetruria.
† Neptunia in magna Græcia.
Nola in Campania.
† Norba in Latio.
Nuceria Picentinorum.
Nuceria in Umbria.
Oſtia in Latio.
† Pæſtum, ſeu Poſidonia, in Lucania.
Parma in Æmilia.
Piſæ in Hetruria.
Piſaurum in Umbria.
Placentia in Gallia Togata.
Pola in Iſtria.
† Pompeii in Campania.
Pontia in Latio.
† Potentia in Piceno.
Præneſte in Latio.
Privernum in Latio.
Puteoli in Campania.
† Pyrgi in Hetruria.
Ravenna in Æmilia.
Regium Lepidi in Æmilia.
Rhegium Julium in Brutiis.
† Ruſellana in Tuſcia.
Sæpinum in Samnio.
Salernum in Picentibus.
† Salpis in Hetruria.
† Saticula in Samnio.
† Satricum in Latio.
† Saturnia in Hetruria.
Scyllacium in magna Græcia.
Sena in Hetruria.
Sena in Umbria, apud Senones.
Setia in Latio.
Signia in Latio.
† Sinueſſa in Campania.
† Sipontum in Apulia.
Sora in Latio.
Spoletium in Umbria.
Sueſſa in Campania.
† Sueſſula in Campania.
Sutrium in Hetruria.
Tarentum in magna Græcia.
† Tarquinii in Tuſcia.
Teanum Sidicinum in Campania.
† Teleſia in Samnio.
† Temeſa in Brutiis.
Tergeſte in Carnis.
Thurii in magna Græcia.
Tuder in Umbria.
† Veii in Tuſcia.
Velitræ in Latio.
Venafrum in Samnio.
Venuſia in Apulia.
Verona in Cenomanis.
Verulæ in Latio.
† Vibo Valentia in Brutiis.
† Vitellia, in Æquis Latii.
† Ulubræ in Latio.
Volaterræ in Tuſcia.
Vulturnum in Campania.

Coloniæ Romanæ extra Italiam.

Abyle poſtea Septa, Mauritaniæ Tingitanæ.
Acci, Hiſpaniæ Bæticæ.
Acuſio, Galliæ Narbonenſis.
Admedera & Ammædara, Africæ.
Adramyttium, Phrygiæ.
Adrumetum, Africæ.
Ælia Capitolina, quæ Hieroſolyma, Palæſtinæ.
Æmonia, Japodum.
Æquum, Dalmatiæ.
Agrippina Ubiorum, in Germania inferiori.
Ala Flaviana, Pannoniæ.
† Aleria, Corſicæ.
† Alexandria, quæ & Troas, Phrygiæ.
Ancyra, Galatiæ.
Antiochia, Piſidiæ.
Antiochia, Syriæ.
Antipolis, Galliæ Narbonenſis.
Apamea, Bithyniæ.
Aphrodiſium, in Africa, ad Hipponem.
Apollonia, Macedoniæ.
Apros, Thraciæ.
Apulum, Daciæ.
† Aquaviva, in Pannonia.
† Aquæ Regiæ, Africæ.
Aquæ Sextiæ, in Gallia Narbonenſi.
Arauſio, Galliæ Narbonenſis.
Archelais, Cappadociæ.
Arelate, Galliæ Narbonenſis.
Arſenaria, Mauritaniæ Cæſarienſis.
† Aſta Regia, Hiſpaniæ Bæticæ.
Aſtigi & Aſtigis, Hiſpaniæ Bæticæ.
Aſturica, Hiſpaniæ Tarraconenſis.
† Atubi, Hiſpaniæ Bæticæ.
Avenio, Galliæ Narbonenſis.
Aventicum, Galliæ Celticæ.
Auguſta Emerita, Hiſpaniæ Luſitanicæ.
† Auguſta Quintanorum, Vindeliciæ.
† Auguſta Rauracorum, Germaniæ ſuperioris.
Auguſta Tiberii, Vindeliciæ.
Auguſta Trevirorum, Galliæ Belgicæ.
Auguſta Vindelicorum, Vendeliciæ.
Aurelianum Norici, in Norico.
Babba, Mauritaniæ Cæſarienſis.
Banaſa, Mauritaniæ Tingitanæ.
Barcino, Hiſpaniæ Tarraconenſis.
Berytus, Phœniciæ.
Biteræ, Galliæ Narbonenſis.
Boſtra, Arabiæ petrææ.
Bracara, Hiſpaniæ Luſitanicæ.
† Bullis, Macedoniæ.
Buthrotum, Epiri.
Cabellio, Galliæ Narbonenſis.
Cabilonum, Galliæ Celticæ.
Cæſarauguſta, Hiſpaniæ Tarraconenſis.
† Cæſarea, quæ Turris Stratonis, Palæſtinæ.
Cæſarea Philippi, Palæſtinæ.
Camalodunum, Britanniæ.
† Capitulum, in Syria.
† Carnontum, Pannoniæ ſuperioris.
Cartenæ, Mauritaniæ Cæſarienſis.
† Cartago magna, Africæ.
Carthago nova, Hiſpaniæ Tarraconenſis.
Caſſandrea, Macedoniæ.
Catana, Siciliæ.
Celeia, Norici.
Celſa, Hiſpaniæ Tarraconenſis.
Cirtha, Africæ.
† Clunia, Hiſpaniæ Tarraconenſis.
Conſtantia, Rhætiæ.

Corduba, Hiſpaniæ Bæticæ.
Corinthus, Peloponneſi.
Culcua, Africæ.
Cullu, Africæ.
Curia, Rhætiæ.
Cyrene, Cyrenaicæ.
Damaſcus, Cœleſyriæ.
Devana, Britanniæ.
Develtus, Thraciæ.
† Dyma ſeu Dyme, Achaiæ in Peloponneſo.
Dyrrachium, Macedoniæ.
Eboracum, Britanniæ.
Emeſa & Emiſa, Syriæ.
Emporiæ, Hiſpaniæ Tarraconenſis.
Epidaurus, Dalmatiæ.
Equeſtris, Galliæ Celticæ.
Flaviopolis, Thraciæ.
Forum Julii, Galliæ Narbonenſis.
Germa, Galatiæ.
† Germanicia, Syriæ.
Gracchuris, Hiſpaniæ Tarraconenſis.
Gunugi, Mauritaniæ Cæſarienſis.
Heliopolis, Ægypti.
Heliopolis altera, Syriæ.
Hippon Regius, Africæ.
Hiſpalis, Hiſpaniæ Bæticæ.
Jadera, Liburniæ.
Icoſium, Mauritaniæ Cæſarienſis.
Igilgili, Mauritaniæ Cæſarienſis.
Illici, Hiſpaniæ Tarraconenſis.
Jol, & Julia Cæſarea, Mauritaniæ Cæſarienſis.
† Italica, Hiſpaniæ Bæticæ.
† Ituci, Hiſpaniæ Bæticæ.
Juliomum, Galliæ Belgicæ.
† Juliobrica Flavia, Hiſpaniæ Tarraconenſis.
Julium præſidium, Hiſpaniæ Luſitanicæ.
Laodicea, Syriæ.
† Lares, Africæ.
† Lauriacum, in Norico.
† Leptis magna, Africæ.
Lixos, Mauritaniæ Tingitanæ.
Londinium, Britanniæ.
Lugdunum, Aquitaniæ.
Lugdunum, Galliæ Celticæ.
Marcia, Hiſpaniæ Bæticæ.
† Mariana, Corſicæ.
Maritima, Galliæ Narbonenſis.
Maxula, Africæ.
Megara, Atticæ.
Melitene, Armeniæ minoris.
Metallinenſis, Hiſpaniæ Luſitanicæ.
† Miſenum, in Syria.
Murſia, Pannoniæ.
Narbo Martius, Galliæ Narbonenſis.
Narona, Illyrici.
Nemauſus, Galliæ Narbonenſis.
Neapolis, in Africa.
Nicopolis, Epiri.
Niſibis, Meſopotamiæ.
Norba Cæſarea, Hiſpaniæ Luſitanicæ.
† Oea, Africæ.
Olyſſipo, Hiſpaniæ Luſitanicæ.
Oppidum novum, Mauritaniæ Cæſarienſis.
Ovilabis, Norici.
Pacenſis, ſeu Pax Auguſta, Hiſpaniæ Luſitanicæ.
Palmyra, Syriæ.
Parium, Helleſponti.
Patræ, Achaiæ Peloponneſi.
Pella, Macedoniæ.
Petovio, ſeu Pœtovio, Pannoniæ.
† Pharos, Ægypti.
† Philippi, Macedoniæ.
Ptolemais, Phœniciæ.
Quiza, Mauritaniæ Cæſarienſis.
Ruſardir, & Ryſſaditum, Mauritaniæ Tingitanæ.
Ruſazus, Mauritaniæ Cæſarienſis.
† Ruſcino, Galliæ Narbonenſis.
Ruſconia, Mauritaniæ Cæſarienſis.
Ruſicada, Africæ.
Ruſuccoræ, Mauritaniæ Cæſarienſis.
Sabaria, Pannoniæ.
Sabrata, Africæ.
Salaria, Hiſpaniæ Tarraconenſis.
Saldæ, Mauritaniæ Cæſarienſis.
† Salona, Illyrici.
Scalabis, Hiſpaniæ Luſitanicæ.
† Sebaſte, quæ & Samaria, Palæſtinæ.
† Selinus, Ciliciæ.
† Sicca, in Numidia.
Sidon, Phœniciæ.
Siga, Mauritaniæ Cæſarienſis.
† Silda, Mauritaniæ Cæſarienſis.
† Simittu, Mauritaniæ Cæſarienſis.
Sinope, Paphlagoniæ.
† Sinis, Armeniæ minoris.
† Sirmium, Pannoniæ.
† Siſcia, Pannoniæ.
† Sitifi, Mauritaniæ Cæſarienſis.
† Sitrici Mauritaniæ Cæſarienſis.
† Solva, & Solvenſis colonia, Norici.
† Succubar, Mauritaniæ Cæſarienſis.
Syracuſæ, Siciliæ.
Tabraca, Africæ.
Tacape, Africæ.
Tarraco, Hiſpaniæ Tarraconenſis.
Tauromenium, Siciliæ.
Tebeſta, Africæ.
† Thenæ, Africæ.
† Thermæ, Siciliæ.
† Thyſdrus, Africæ.
Tingi, Mauritaniæ Tingitanæ.
Tipaſa, Mauritaniæ Cæſarienſis.
Toletum, Hiſpaniæ Tarraconenſis.
Toloſa, Galliæ Narbonenſis.
† Trajana colonia, Germaniæ inferioris.
† Tuburbis, Africæ.
† Tubunica, Africæ.
Tucci, Hiſpaniæ Bæticæ.
† Turris Libyſſonis, Sardiniæ.
† Tyndaris, Siciliæ.
† Tyrus, Phœniciæ.
Valentia, Galliæ Narbonenſis.
Valentia, Hiſpaniæ Tarraconenſis.
Vienna, Galliæ Narbonenſis.
Ulpia Trajana, in Dacia.
Volubilis, Mauritaniæ Tingitanæ.
Urſo, Hiſpaniæ Bæticæ.
Uſellis, Sardiniæ.
† Uthina, Africæ.
Utica, Africæ.
Zama, Africæ.
† Zarmiſegethuſa, Daciæ.
Zilis, Mauritaniæ Tingitanæ.

Colonia Brandeburgica, Coln, oppidum Germaniæ, in media Marchia Brandeburgica, ad Spreham fluvium, ex adverſo B[illegible] cujus veluti pars eſt, ſeu ſuburbium amplum ad M[illegible], cum palatio Electoris Brandeburgici.

Coloniacum, *Coligny*, caſtrum Galliæ in Breſſia provincia, & in ipſo [illegible] Burgundiæ Comitatus, 4 leucis diſtans a Burgo in Septentrionem, & 6. à Maſcone [illegible] versus ortum æſtivum, caput [illegible] Coloniaci ab eo dicti.

COLINIACUS TRACTUS, *le Coligny*, tractus Galliæ in Breſſia provincia, olim ſub dominio gentis Colineæ, poſtea Ducibus Sabaudiæ paruit, tandemque effectus eſt Gallici juris, cum tota provincia pace ad Lugdunum ſancita anno 1601. eſtque in parte Boreali Breſſiæ, inter Burgum, Idanum fluvium, & confinia Comitatus Burgundiæ.

COLONIENSIS DITIO, *das Ertzbisthumb zu Coln* ſeu *Colniſche* incolis, *l'Electorat de Cologne* Gallis, provincia Germaniæ in Weſtphaliæ Circulo, ſub dominio Archiepiſcopi & Electoris Colonienſis, juxta Rhenum extenſa, inter Ducatus Montenſem ad ortum, Juliacenſem ad occaſum & Meridiem, & Clivenſem ad Boream, dividitur in tres, nempe in ſuperiorem ditionem, *Ober Stifft* incolis, *le haut Electorat* Gallis, in qua *Bonn* Bonna ejus primaria, Andernacum *Andernac*, Brulla *Bruhl*, Legionacum *Lichnick*, & Leoca *Lintz*, & in inferiorem ditionem, *Nider Stifft* incolis, *le bas Electorat* Gallis, in qua Noveſium *Nuis*, Buruncum *Woringen*, Caſtra Hordeonis *Ordinghen*, & Rhenoberga *Rhinberg*; & in Orientalem tractum *Im West*, ſeu Comitatum Reclinchuſium, inter ditionem Monaſterienſem & Marchiam, in quo Dorſtena & Reclinchuſia, eidem etiam Electori Colonienſi ſubeſt Ducatus Weſtphaliæ; de quo infra ſuo loco.

COLONIOLA, *Cologna*, caſtrum Italiæ in agro Veronenſi, & in ipſo limite Patavini territorii, ſub dominio Reipublicæ Venetæ, ad amnem novum dictum, & 16. mill. paſſ. à Verona in Meridiem.

COLOPHON, urbs Ioniæ maritima in Aſia minori Ptolemæo, & Melæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Epheſino, inter Smyrnam ad Septentrionem, & Epheſum ad Meridiem 15. mill. paſſ. diſtans, nunc caſtrum tenue *Altobosco* dictum, Caſtaldo, & Alexandro Zardo, ſed eam funditus exciſam ſcribunt alii, quod veriſimile, hinc Colophonus nomen gentis.

COLOPS, oppidum Zeugitanæ provinciæ Africæ, Ptolemæo, quondam urbs regia, nunc *Giger* dicitur, ut quidam exiſtimant.

COLOSSÆ, urbs Phrygiæ magnæ in Aſia minori Straboni, in confinio Cariæ, olim Epiſcopalis ſub Sardibus, deinde metropolis effecta, poſtea Chonæ dicta, teſte Porphyrogenneta, hodie *Chonos* Græcis, ſedet ad Lycum fluvium, ubi is in Mæandrum influit, media inter Sardes ad occaſum æſtivum, & Cabyram ad ortum hybernum, 60. mill. paſſ. ab Apamæa diſſita in occaſum hybernum, & 21. à Laodicea, hinc Coloſſenſes ad quos S. Paulus Apoſtolus Epiſtolam ſcripſit, quanquam alii credunt fuiſſe Rhodios ſic appellatos à Coloſſo.

COLOUS, lacus Aſiæ minoris, à Sardibus 40. ſtadiis diſtans, teſte Strabone. Vide Gygæus.

COLRANENSIS COMITATUS, *the countie of Colraine* Anglis, tractus ſinu Hiberniæ in Ultonia, terminatur ab ortu Antrimenſi Comitatu, ab occaſu Dunghalenſi, & à Meridie Tironenſi, à Septentrione vero mari Deucaledonio, & eum caſtrum præcipuum Colranium etiam dicitur, [illegible] ejus oppidum primus notum eſt Deria, unde nunc tractus vocatur à recentioribus Deria & Londino-Derienſis Comitatus. Vide ibi.

COLRANUM, *Colraine*, caſtrum Hiberniæ, in Ultonia provincia, antea Comitatus caput, nunc in Londino-Derienſi Comitatu, ad fluvium [illegible], 24. milliaribus Anglicis ab Antrimo in Septentrionem, & 4. à [illegible] [illegible].

COLUBRARIA, [illegible] Tarraco[illegible] [illegible] Plin[illegible], [illegible] Coluloro[illegible] [illegible] Antonio Mondo cum aliis, eſt *M*[illegible] [illegible], *M*[illegible] Gallis, parva & [illegible] jacet inter Majoricam ſeu [illegible] & [illegible] Catalonia [illegible] leucis [illegible] ab o[illegible] fluvii in Meridiem [illegible]

& 17. ab oſtio Sucronis in ortum, nuncque in quinque aut ſex ſcopulos dividitur, ex quibus duo majores vocantur *la Grueſſa*, & *la Horadada* à piſcatoribus, reliqui vero ſunt anonymi, & ſub nomine ſcopulorum Colubrariæ cenſentur, teſte Gaſpare Eſcolano.

COLUMBA, *Colombs*, vicus Galliæ cum Abbatia in Belſia, prope Eburam fluvium, & vix una leuca à Novigento Regio in Septentrionem.

COLOMBA, *la Colombe*, vicus & Abbatia Galliæ in provincia Marchiæ, ad amnem *la Chauderet*, in limite Pictavenſis provinciæ, & tribus leucis ab Oblanco in Meridiem, teſte Roberto.

COLUGA, *Coluga*, urbs Moſcoviæ ſatis parva, in Rezania provincia, ad Ocam fluvium, ubi recipit Ugram, 16. mill. paſſ. diſtans a Vorotino in Septentrionem Moſcuam verſus [illegible] [illegible].

COLUMBARIA, ſic dicitur à Witichindo monacho, urbs Germaniæ, quæ aliis eſt Colmaria, *Colmar*, urbs Alſatiæ ſuperioris caput, ad Helleſſum fluvium, Imperialis antea & libera, nunc ſub dominio Regis Galliæ, pace Weſtphalica, anno 1648. quæ alias etiam Argentuaria dicta, ſeu potius crevit ex ruinis Argentuariæ ei adjacentis, 2. milliaribus Germanicis diſtat à Briſaco in occaſum, eſtque fere media inter Argentoratum ad Septentrionem & Baſileam ad Meridiem. Vide Argentuaria & Colmaria.

COLUMBARIA, *Colomiers*, oppidum Galliæ in Bria provincia ad Morinum fluvium, cujus fit mentio in actis mediæ ætatis, dicitur Colomerræ à recentioribus. Vide ibi.

COLUMBARIA, *Colubara*, inſula ampla regni Serviæ, à Savo fluvio effecta, & olim Metubaris dicta, teſte Antonio Veranciu Sibenzano. Vide Metubaris.

COLUMBARIUM, *Columbatz* [illegible] & Hungaris, *Gugerzinlic* Turcis, oppidum Serviæ regionis ad Iſtrum fluvium, inter Albam Græcam & Semendriam, ubi victus fuit à Turcis Sigiſmundus Imperator, teſte Ianclavio.

COLUMBARIUM, promontorium Sardiniæ inſulæ Ptolemæo, in ejus ora ſeptentrionali, nunc *il Capo Sardo* dictum, teſte Cluverio, ſive *il Capo Tavolara* à Nautis, quod ſit ante Hermæam inſulam & in provincia loci Aurei, vix 15. mill. paſſ. à Terra Nova in ortum æſtivum.

COLUMBUM, REGNUM, *le Royaume de Colombo*, regio Indiæ in Ceylano inſula ſeu Taprobana, & in ora occidentali, ex adverſo promontorii Comoriæ, inter regnum Citavacæ & Chilaum, urbem habens primariam cognominem.

COLUMBUM, *Colombo*, urbs Indiæ intra Gangem, cum arce probè munita, in inſula Ceylano, & regni cognominis caput, antea à Luſitanis extructa, nunc autem ſub dominio Belgarum unitorum à paucis annis. Sedet in parte occidentali inſulæ, 28. leucis à Candea urbe in occaſum hybernum, & 43. à Comoriæ promontorio in ortum.

COLUMELLA, quæ & Columna regia [illegible] gam oppidulum Bruttiorum Straboni, & Pl[illegible] [illegible] vicus Italiæ *la Catona*, in ora littorali Calabriæ [illegible] ris, ad fretum Siculum, inter Cæmdem [illegible] & oppidulum, ac Rhegium urbem 4. m[illegible] paſſ. [illegible] ſolvitur in Siciliam, teſte Barrio.

COLUMEN, oppidum olim Latii [illegible] Columna dictum, noſtro *la Colonna*, nunc [illegible] jacet in monte, prope Gabios urbem etiam dirutam, ab urbe Roma 9. milliaribus diſtans [illegible] [illegible]ſus, hinc Columna familia orta [illegible].

COLUMNA, *Columiers*, ſeu [illegible] *Colomiers*, vicus Galliæ in Belſia pro[illegible] Aurelianenſi, ubi S. Sigiſmund[illegible] conjuge & duobus li[illegible] & poſtea in puteum dejectus [illegible]

[illegible] io

Gregorio Turonenſi, diſtat 4. leucis ab Aureliis in occaſum, & 3. a Magduno in Septentrionem, puteus vero in quem dejectus fuerat, nunc *S. Simond* dicitur, & eo ineſt vicus una leuca diſtans a Columna in Septentrionem Patauum verſus paulò plus, teſte Valeſio.

COLUMNA, *Columna*, ſeu etiam *Kolumna*, urbs Moſcoviæ regionis, in Moſcovia provincia, muris culta & muris cincta, cum ponte ad Moſcuam fluvium, una leuca ſupra ejus confluentes in Occam, & 26. à Moſcua urbe in ortum, teſte Adamo Oleario qui illas partes nuper luſtravit.

COLUMNÆ HERCULIS, teſtibus Plinio, Strabone, & Mela, ſunt duo montes, unus Hiſpaniæ Bæticæ maxime in Auſtrum procurrens, Calpe dictus: alter Mauritaniæ Tingitanæ, qui Abyle & Abyla nominatur, inter quos eſt Fretum Gaditanum, dictum ab ipſis etiam Herculeum, mare Mediterraneum Oceano adnectens, cujus latitudo eſt quatuor leucarum Hiſpanicarum inter Calpem & Abylam, longitudo autem ab Oriente in Occidentem eſt 12. leucarum ſimilium ab Abyla ad Cotem promontorium. Hos montes Herculem tanquam metas itinerum, & orbis terminos inſtar columnarum poſuiſſe fabulantur antiqui, Hiſpani tamen plurimi credunt Columnas Herculis fuiſſe in Gaditana inſula, ubi etiam oſtendunt duas turres dictas, *las Torres de Ercole*, prope Gades.

COLUNTUM, ſeu Harlecum *Harlech*, oppidum Angliæ, in Valliæ Principatu & Mervinia provincia, ad æſtuarium majus *Thuvith Maur*, in ora maris Hibernici, teſte Brietio. Vide Harlecum.

COLZUMA, oppidum Ægypti, in intimo receſſu maris Rubri, nunc *Colzum*, ad radices montium, è regione Elanæ, & non aliud videtur eſſe quam Clyſma, cujus meminit Ptolemæus, Gollio teſte.

COMA, ſive Konmum, *Kom*, urbs Perſiæ in Iraca provincia. Vide Commum.

COMACINA, inſula lacus Comaceni, in Italia, Paulo Diacono, nunc etiam *l'Iſola Comacena*, inſula parva lacus Larii in Ducatu Mediolanenſi, prope Spurium & Stabium pagos, teſte Ferrario.

COMACLUM, ſeu etiam Comacula, urbs Galliæ Ciſalpinæ, cujus primum meminit Regino, nunc *Comachio*, urbs in Romandiola provincia Italiæ, & in Ducatu Ferrarienſi, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Ravennate, ſub dominio Summi Pontificis, parvi eſt circuitus propter cœli gravitatem, & quod ſit intra paludes, dictas *le Valli di Comachio* in planitie, ſicque à paucis inhabitatur, iiſque pro majori parte piſcatoribus, 3. milliaribus diſtans ab ora maris Adriatici in occaſum, & 20. à Ravenna in Septentrionem Volanam verſus 10. male habita fuit à Venetis, & anno 932. ab eis penè everſa, hinc Comaclenus nomen gentis, *Comachieſe* vulgò.

COMACLENUM STAGNUM, *le Valli di Comachio* incolis, *les Vallées de Comachio* Gallis, ſeu etiam *l'Eſtang de Comachio*, ſtagnum Italiæ in ditione Pontificia, & Ducatu Ferrarienſi, ſic dictum a Comaclo urbe adjacente ad ortum, extenditur inter ramos Padi Volanam & Primarium prope Peninſulam S. Georgii, & in plures partes Valles dictas dividitur, ejus autem circuitus eſt fere 50. mill. paſſ. & in mare Adriaticum ſe exonerat ad Portum *de Magnavacca* dictum, Salinisque ſuis commendatur.

COMAGENA, locus Norici, ex itinerario Antonini, nunc *Langenlaber*, vicus Germaniæ in Auſtria, ad confluentes amniculi *AnZeſpach* in Danubium fluvium, ut exiſtimat Cluverius.

COMAGENE, Syriæ regio, juxta Euphratem fluvium, Straboni, quæ inde Euphrateſia dicta fuit à Procopio, erat inter Meſopotamiam ad ortum, Armeniam minorem ad Septentrionem, & Ciliciam ad occaſum, ubi Auguſta Euphrateſia, urbs ejus præcipua. Regio nunc *Azar* dicitur, teſte Nigro, hinc Comagenus nomen gentis.

COMAGANUM, oppidum Pannoniæ ſuperioris, Antonino & in libro Notitiarum, nunc teſte Lazio, eſt *Haynburg*, oppidulum Germaniæ in Auſtria inferiori, ad Danubium fluvium, in ipſo limite Hungariæ, quod à recentioribus Hamburga dicitur, 6. milliaribus Germanicis diſtans à Vienna in ortum Poſonium verſus 3. ubi Comagenus mons, *Kaunberg* vulgo, pars Ceti, teſte eodem Lazio, & è regione Morava fluvius in Danubium labitur.

COMANA, Cappadocum dicta, urbs Armeniæ minoris in Cataonia tractu, Straboni, & Antonino, quam Sarus fluvius interfluit Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Melitenenſi, dicta fuit aliter Comana Cruſa, eſtque in anguſtiis Antitauri montis convallibus poſita, verſus confinia Ciliciæ, vix 45. mille paſſibus diſtans à Cappadociæ limite in ortum, & 8. à Cæſarea in ortum, nunc *Tabachaſa* dicta incolis, teſte Nigro, in hanc ferunt Iphigeniam ex Taurica adveniſſe & plurimoa ſecum adduxiſſe, ut Bellonæ Deæ miniſtrarent, hicque lubricam comam depoſuiſſe, ex qua re urbi nomen datum fuit.

COMANA, Pontica cognomine, urbs fuit Cappadociæ, Ptolemæo, & Appiano, à qua regio adjacens Commanena dicta, ad fluvium Irim, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Neocæſarienſi, 45. mille paſſibus diſtans à Neocæſarea in occaſum hybernum, & 70. à Sebaſtia in occaſum æſtivum, teſte Philippo à Vico.

COMANA, quæ & Nova Corduba, *Cormana* urbecula Americæ meridionalis, quæ etiam *Nueva Cordona* dicitur, in Terra firma & in Nova Vandalitia, verſus oram maris Borealis, ſub Hiſpanis, & paucis conſtans incolis.

COMANIA, *la Comanie*, Aſiæ regio, inter Georgiam & Tanaim fluvium, ubi etiam partim Circaſſi populi ſui penè juris, quidam tamen ſub clientela Turcarum, & alii ſub dominio Moſchorum.

COMANIA, regio cujus fit mentio in titulis Regum Hungariæ, nunc Joannes Sambucus interpretatur eam partem Valachiæ, quæ inhabitabatur à Comanis nigris, quæ eſt ſita à fluvio Alutha inter Alpes & Iſtrum jacens, verſus Tartariam parvam, quæ nunc inhabitatur à Valachis, & nuncupatur pars Tranſalpinæ & Moldaviæ.

COMARIA, *Komare & Komore*, oppidum munitiſſimum Hungariæ, in extrema parte inſulæ Danubianæ, *Schut*, cum arce triangulari, quæ alias Brigæcium dicta fuit ut credit Lazius, in Pannonia ſuperiori. Caput eſt Comitatus cognominis, 4. milliaribus Germanicis diſtat à Javarino in ortum, & 2. tantùm a Neuheſelio ſeu Novoſelio in Meridiem, & 5. ſupra Strigonium, primumque munitum fuit à Mathia Corvino Rege anno 1472. cum antea eſſet oppidum obſcurum.

COMARIA, & Comaria extrema, promontorium Indiæ intra Gangem, Ptolemæo, nunc teſte Barroſio, eſt *le Cap Comorin*, promontorium peninſulæ Indiæ cis Gangem in Malabaria regione, maxime in Meridiem extenſum, Maldivas inſulas reſpiciens, & Taprobanam, à qua tantum 40. leucis abeſt in occaſum, 45. à Cochino in Meridiem, & 160. circiter etiam in Meridiem à Cambaïa urbe.

COMARIENSIS COMITATUS, *le Comté de Komare*, provincia eſt Hungariæ ſuperioris ſub dominio Auſtriacorum, prope Danubium fluvium, inter Nitrienſem Comitatum ad Septentrionem, Barſenſem ad ortum, Strigonienſem ad Meridiem, & Javarinenſem ad occaſum; ſub quo pars eſt ampla Schutiæ inſulæ, & ejus præcipua urbs eſt Comaria.

COMATA GALLIA, ſic dicitur Gallia Celtica pro maxima parte Melæ, & Plinio. Vide Gallia.

COMBA, urbs Lyciæ in Aſia minori, Ptolemæo,

Epiſcopo Myrenſi, *Comba* adhuc dicta, ut quidam tradunt, & in vicum redacta, 20. mille paſſibus diſtat ab ora littorali Glauci ſinus, verſus confinia Cariæ, & 70. à Mira in occaſum, teſte Philippo à Vico.

COMBOS, urbs Ægypti ſuperioris ad Nilum, Juvenali, quæ Ombos Antonino, Ombri Ptolemæo dicitur, inter Syenem & Thmuim. Vide Ombos & Ombri.

COMBRALIA, *la Combraille*, tractus parvus Galliæ in provincia Alverniæ inferioris, in ipſo limite Marchiæ & Borbonenſis provinciæ, & in eo nulla urbs eſt alicujus momenti, ſed tantum oppidum Monſacutus dictum, & quinque præfecturæ parvæ admodum, nempe *Evahon*, *Chambon*, *l'Eſpar*, *Auzence* & *Sermeur*, & ſub ipſo ineſt etiam tractus Allodium, *le Franc-Aleu* vulgo ab ejus immunitate.

COMBRETONIUM, oppidum Icenorum in Britannia majori, ex Antonino, nunc vicus Angliæ, *Bretenham* dictus, in Suffolcia Comitatu, teſte Camdeno, 15. milliaribus Anglicis à Stomago diſtans in Meridiem, & 50. circiter a Londino in ortum æſtivum.

COMŒDIA, & Tragædia, villæ duæ erant Plinii, in Italia ad lacum Larium, in Inſubria ſic a comœdiis & tragœdiis, quæ ibi recitabantur dictæ, nunc ad Bellaſium pagum & promontorium, in Ducatu Mediolanenſi, quarum prior ad radices promontorii adhuc *Lenno* vulgo dicitur, altera non longè in monte diruta eſt.

COMENSIS AGER, *il Comaſco*, tractus Italiæ in Ducatu Mediolanenſi, verſus Larium lacum extenſus, inter Bergomenſem agrum, Rhætiam & quatuor præfecturas Italicas, ubi olim Inſubres ex parte, cujus caput eſt Comum.

COMENSIS LACUS, *il Lago di Como*, in Italia. Vide Larius.

COMERANUM, oppidum Galliæ in Vaſtinio, ex actis mediæ ætatis, nunc teſte Morino, eſt *Bois commun*, oppidum Galliæ in Vaſtinio agro, & in limite Aurelianenſis provinciæ, prope amnem *les Ondes* dictum, 6. leucis à Monte-Argio, in occaſum cum caſtro antiquo, & dicitur à recentioribus Boſcum Commune.

COMIDAVA, oppidum Daciæ Ptolemæo, nunc forte *Dees*, caſtrum Tranſylvaniæ, teſte Lazio.

COMINIUM, *Comines*, caſtrum Belgii in Comitatu Flandriæ, ad Legiam fluvium, medium fere inter Ipras ad Boream & Inſulas ad Meridiem, 2. leucis utrumque diſtans, cum caſtro alias munito, ſub dominio Francorum, hinc dictus Philippus Cominæus Vir. Clar. & hiſtoricus celebris.

COMINIUM, oppidum Caracenorum in Samnio, Livio, Aquiloniæ finitimum, exciſum. Locus ſeu vicus adhuc *Comino*, teſte Scipione Mazzella nominatur, inter Soram, Atinam, & lacum Fucinum, in Aprutio Ulteriori.

COMITATUS LIBER, *la Franche Comté*, provincia Galliæ, quæ aliter & ſæpius dicitur Burgundiæ Comitatus. Vide ibi.

COMMENDUM REGNUM, *le Royaume de Commendo*, tractus Africæ in ora aurea Guineæ, cum oppido cognomine, inter arcem S. Georgii de Mina ad ortum & promontorium trium aſpidum ad occaſum.

COMMERCIACUM, *Commercy*, urbecula Galliæ, in Barenſi Ducatu, ad Moſam fluvium, & antea tractus parvi adjacentis caput, vix 3. leucis ſupra Fanum D. Michaëlis, & 5. à Tullo in ortum.

COMMERCIUM, oppidulum Pannoniæ inferioris, nunc pagus Hungariæ *Labathian* dictus, vix uno milliari Germanico à Strigonio diſtans, ut ſcribit Lazius, ex veteri inſcriptione ibi reperta.

COMMOOA, *Cometaw*, oppidulum Bohemiæ regni, in circulo ſeu tractu Zatecienſi, verſus confinia Miſniæ, 12. milliaribus Germanicis à Praga diſtans in occaſum, uti 7. a Letomeritio, ad radices montium.

COMMONI, populi Galliæ Narbonenſis, in Provincia, juxta littus maris Mediterranei, olimque pars Salyorum Plinio, ubi urbes Maſſilia, Telo Martius, Olbia, & Forum Julii.

COMOPOLIS, urbs Aſiæ minoris, quæ & Metus dicta, in Phrygia Salutari, teſte Porphyrogenneta.

COMOTÆUM REGNUM, *le Royaume de Comotay*, regio Indiæ extra Gangem, ſub dominio regis Peguani antea, nunc autem ſub proprio Rege, in limite Imperii Magni Mogolis & Tipouræ regni, urbem habens primariam *Comotay* etiam dictam ad Caorſum fluvium.

COMPANDIUM, *Compiegne*, urbs Galliæ probe culta in provincia Inſulæ Franciæ, & in Sylvanectenſi Comitatu, ad Oeſiam fluvium, qui paulo ſupra recipit Axonam, & prope Cotiam Sylvam, cum caſtro ſplendido, ubi aliquando Regum ſeceſſus, diſtat 7. leucis à Sylvanecto, & 17. à Lutetia Pariſiorum in Septentrionem Noviodunum verſus 5. à Sueſſione vero & in occaſum Bellovacos verſus 12. & in ea obiere Clotarius I. Francorum Rex, & Ludovicus Balbus Rex Galliæ & Imperator, die 13. Aprilis 879. in ea Monaſterium inſigne extruxit Carolus Calvus Imperator, qui hanc urbem variis operibus exornavit, unde ab eo dicta fuit aliquando Carolopolis.

COMPITA, caſtrum Æmiliæ ex itinerario, nunc *S. Archangelo*, vel *Savignano*, caſtrum Italiæ, in Romandiola, medio itinere inter Ceſenam & Ariminum urbes occurrens.

COMPITUM, pagus Latii, in Hernicis Antonino, inter Pictas & Ferentinum, ubi viæ Latina & Lavicana coëunt. Caupona nunc *l'Hoſteria d'Anagni* vulgò, ſub Agnania, teſte Celſo Cittadino.

COMPLUTICA, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, Ptolemæo, in finibus Callaicorum, nunc vicus *Compludo* dictus, in Gallæcia, teſte Morali.

COMPLUTUM, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, inter Carpetanos ex veteri inſcriptione, nunc *Alcala*, oppidum præclarum in Caſtella nova, ad amnem *Henarez* dictum qui urbis muros præterfluit, cum olim trans flumen ſita eſſet, unde etiam aliquando vocatur *Alcala de Henarez*, alias florenti Gothorum imperio fuit Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Toletano, hodie eſt ſub dominio utili Archiepiſcoporum Toleti, ſedet in planitie, plateam habens porticibus undique ornatam, & Academiam à Franciſco Ximenio Ciſnerio præſule Toletano & Cardinali erectam anno 1517. tempore Regis Alphonſi ſapientis vocabatur Alcala S. Juſti, quia is Sanctus extra urbis pomærium martyrio affectus eſt, diſtat à Madrito 6. leucis, à Toleto 15. Segontiam & Cæſaraugustam verſus, de quo Prudentius, in ea obiit anno 1390. Joannes I. Caſtellæ Rex, & in ea natus eſt Ferdinandus I. Imperator anno 1503. hinc Complutenſis nomen gentis.

COMPOSTELLA, *Compoſtella* incolis, *Compoſtelle* Gallis, urbs Hiſpaniæ, Gallæciæ primaria, prope amnes Sarelam & *Sar*, Archiepiſcopalis facta à Calixto II. Papa anno 1124. loco Emeritæ Auguſtæ, quæ tunc Saracenorum jugo premebatur. In ea requieſcit corpus S. Jacobi Apoſtoli in Eccleſia percelebri, cujus campanilia extructa fuere ſumptibus Ludovici XI. Francorum Regis anno 1483. unde aliquando urbs ipſa vocatur *Santiago* ab Hiſpanis, ſita eſt in colle, & exſtructa fuit anno 835. ab Alphonſo Caſto Rege, ex ruinis Iriæ Flaviæ, caſtrum habens parvum & Academiam, & patria fuit Alphonſi I. Regis Caſtellæ & Legionis, 9. leucis diſtans à Corunia in Meridiem, & 13. à promontorio Finiſterræ in ortum, eſtque ad radices Petroſi montis.

COMPOSTELLA, *Compoſtella*, urbs recens Americæ ſeptentrionalis, in nova Hiſpania, & provincia Xaliſca, non longè à mari Auſtrino, & 100. circiter milliaribus ab urbe Guadalaxara in occaſum.

COMPSA. urbs Hirpinorum, in Italia Ptolemæo, quæ Conſa dicitur à Livio, nunc *Conza*, urbs parva Regni Neapolitani in provincia Principatus ulterioris, Archiepiſcopalis eſt, ad radices Apennini montis, prope fontes Aufidi fluvii, & in confinio Capitanatæ provinciæ & principatus Citerioris, ſedet in tumulo, ſed parvi eſt admodum circuitus, & vix 70. focularia, & 310. animas continet, ita ut fere in caſtrum redacta ſit, & ejus Archiepiſcopus commoratur in terra S. Mennæ, 18. milliaribus diſtat a Melphi in occaſum Neapolim verſus 56. & Salernum 28. a Benevento autem 25. in ortum hybernum, hinc populi Compſani Plinio.

COMPSATOS, fluvius parvus Thraciæ, ad Abderam urbem in lacum Biſtonidem influens, Herodoto teſte.

COMUM, colonia & urbs Inſubriæ in Gallia Ciſalpina, Straboni, & Plinio, à Pompeio Strabone magni parte reparata, & Novocomum dicta, nunc *Como* dicta incolis, *Come* Gallis, *Cum* Germanis, urbs eſt Italiæ in Ducatu Mediolanenſi, Epiſcopalis ſub Aquileienſi Patriarcha ad lacum Larium, 25. mill. paſſ. diſtans à Mediolano in Septentrionem Curiam verſus, & totidem à Bergomo in occaſum, ab ea tractus adjacens dicitur Comenſis, *il Comaſco*, Populi Comenſes Livio, à Gallis cum Mediolano, Bergomo, Brixia, Tridento, Verona, & Vicentia condita fuit, teſte Pomponio Trogo, & patria eſt Innocentii XI. Pontificis Maximi è gente Odeſcalca.

COMUM. & Commum [illegible], urbs ampla Perſiæ, in provincia *Hierach*, media ferme inter Haſpahanum & Caſbinum, in planitie.

CONACUM, *Cognac*, urbs parva Galliæ, in Aquitania & provincia Inguliſmenſi, ad Carentonum fluvium, Franciſci primi Regis natalibus clara anno 1493. à quibuſdam Campinacum dicta.

CONADA, *Coſne*, oppidum lepidum Galliæ in Nivernenſi provincia, ad Ligerim fluvium, 10. leucis infra Nivernum in Septentrionem, ut 5. infra Caritatem Brivodurum verſus, & Puſæenſem tractum.

CONADIUM, *Chanad*, urbs regni Hungariæ Epiſcopalis. Vide Canadium.

CONCA, urbs Vaccæorum in Hiſpania Tarraconenſi, poſtea Conca Camporum dicta, Hauberto Hiſpalenſi, nunc *Cuenca de Campos*, vicus Legionis regni in tractu Campenſi, verſus Villalonem & Villadam.

CONCANA, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis in Cantabris, nunc Fanum S. Julianæ, *Santillana*, Aſturiæ oppidum verſus oram littoralem Oceani Cantabrici, & ex primis regionis, unde etiam ejus pars orientalis vocatur Aſturia S. Julianæ, in qua ſunt Reynoſa, Aquilaria campi, & Liebana tractus, teſte Gregorio de *Argaiz*. Vide Fanum S. Julianæ.

CONCANGIUM, oppidum Britanniæ primæ, in libro Notitiarum, nunc *Haulton*, vicus Angliæ in Ceſtria provincia, & in confinio Lancaſtrenſis, 19. mill. paſſ. à Mancunio diſtans in occaſum hybernum Ceſtriam verſus 15. ut dignoſcitur ex diſtantiis, & ut pluribus probare nititur Guillelmus Camdenus.

CONCANI, populi Hiſpaniæ Tarraconenſis, Silio, ſub Cantabris comprehenſi, quorum oppidum Concana à Ptolemæo memoratum, nunc videtur Fanum S. Julianæ *Santillana*, oppidum Aſturiæ verſus oram littoralem, ut exiſtimat Gregorius de *Argaiz*.

CONCARNEUM, *Concarneau*, oppidum Galliæ cum arce, in Britannia minori, & in Cornubia tractu, 4. leucis diſtat à Coriſopito in ortum.

CONCARUM FLUVIUS, *el Rio de las Conchas*, fluvius Novæ Hiſpaniæ & in Nova Biſcaia, in mare Boreale ſe exonerat.

CONCEPTIO, ſeu Civitas Conceptionis, *la Conception*, urbs Americæ meridionalis in Regno Ciles, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Platenſi in ora maris Pacifici, cum portu capaci, ipſa totius Ciles ex primis; eſt probè munita, quanquam varias experta fuerit vices ab Araucanis & aliis populis Cilenſibus; patet Hiſpanis, & 80. leucis diſtat a Fano S. Jacobi.

CONCEPTIO, *la Conception*, urbs Americæ ſeptentrionalis in Nova Hiſpania, Veraguæ provinciæ caput, in Guatimalæ præfectura, ſedet in ora maris Borealis verſus Terram firmam regionem, & parva eſt ſub dominio Hiſpanorum.

CONCEPTIO, *la Conception*, oppidum Americæ meridionalis, in Paraguaia regione, ubi fluvius Urvaigus in Argenteum fluvium ſe exonerat, in ditione Hiſpanorum, nunc fere dirutum jacet.

CONCHA, urbs alias Hiſpaniæ Tarraconenſis ex libris Conciliorum, nunc regni Caſtellæ novæ urbs, *Cuenca* dicta incolis, *Concnque* Gallis, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Toletano, & caput Montani tractus, *la Sierra* dicti, ſita eſt intra montes in montis ſaxoſi acclivi, ad Sucronem fluvium, ubi recipit *Guecar* fluvium parvum, & à Gothis condita fuit ex ruinis Valeriæ urbis in viciniis, cui ſucceſſit, & pro qua etiam ſæpe ſumitur, ab Hiſpanis anno ſalutis 1177. victis Mauris, recuperata fuit, & 10. leucis diſtat a confinio Aragoniæ in occaſum 9. à Alarcone in Boream, & 25. à Toleto in ortum, dicitur etiam *Quenca* à quibuſdam ſed male, hinc Conchenſis nomen gentis.

CONCHA, *Cuenca*, oppidum Americæ in Peruæ regno, & in Quitenſi provincia, in mediterraneis, & probe cultum ſub Hiſpanis, 35. leucis à Quito in Meridiem Loxam verſus 20. circiter.

CONCHA, urbs fuit Italiæ, in Romandiola, [illegible] in ora maris Adriatici, ab aliquot ſeculis aquis obruta atque ſepulta, ita ut neque ejus appareant veſtigia, erat verſus Ariminum.

CONCHÆ MONTES, *la Sierra di Cuenca*, montes Caſtellæ novæ valde aſperi prope Concham urbem, quorum tractus ideo dicitur Montanus tractus.

CONCHÆ PONS, ad Contzium pagum, *Cons & Conſarbrik*, pons eſt lapideus cum vico adjacente ad Saravum fluvium in Germania & in ditione Trevirenſi, vix uno milliari Germanico ſupra Treviros in Meridiem, & prope confluentes Saravi in Moſellam, ut pluries vidi.

CONCHUS, *Conches*, oppidum Galliæ, in Normannia provincia. Quatuor leucis diſtat ab Ebroicis in occaſum, in tractu Uticenſi. Ejus ſuburbium ſæpe Caſtellionum etiamnum dicitur, ubi Abbatia celebris.

CONCIA, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, Straboni, nunc teſte Jacobo Vaſconcello, eſt Miranda *Miranda*, urbs Portugalliæ ad Durium fluvium, in ipſo limite regni Legionis, quamquam alii diſſentiant.

CONCORDIA, oppidum Germaniæ ſuperioris, Antonino, & Ammiano Marcellino, in Nemeribus, nunc Cluverio, eſt *Druſenhaim*, caſtrum Alſatiæ inferioris ad Rhenum ubi recipit Moternum, 2. milliaribus Germanicis ab Hagenoa in ortum; ſed alii exiſtimant Concordiam eſſe [illegible]*nburg*, urbem ejoſdem provinciæ ad Lutram fluvium, ſub dominio Regis Francorum, in confinio Palatinatus inferioris

CONCORDIA, *Concordia*, oppidulum Italiæ in Longobardia, Comitatus titulo inſignitum, ſub dominio Ducis Mirandulani, prope Gabellum fluvium 6. milliaribus diſtans à Mirandula in occaſum Guardiſtallam verſus 16. teſte Magino.

CONCORDIA, urbs fuit Venetiæ in Gallia Ciſalpina, Plinio, Melæ, & Ptolemæo, Epiſcopalis ſub

Patriarcha Aquileienſi, media inter Aquileiam ad ortum & Altimum ad occaſum ad 27. millia paſſuum, ab Hunnis cum prædictis urbibus everſa, nunc ejus ruinæ *Concordia* etiam dicuntur, & ejus hodie nihil reſtat præter Eccleſiam S. Stephani & pauca tuguria in Foro Julienſi provincia, ad Romatinum fluvium ſub Venetis, ejus vero Epiſcopus in Romatino portu *Porto gruaro*, oppido proximo commoratur.

CONCORDIÆ REGIO, *t'landt van Eendracht* Belgis, *le païs de Concorde* Gallis, pars terræ Auſtralis, in ultima parte Oceani Indici, recens detecta à Belgis unitis fortuito, dum in Moluccas tenderent anno 1618. & ab ipſis ſic dicta; oramque littoralem luſtrarunt, ſed in regionem ipſam non penetrarunt.

CONCORDIÆ SALTUS, *Concreſſaut*, oppidum Galliæ in Bituricenſi provincia, ad Soderam fluvium, 9. leucis à Biturico in Septentrionem Giennum verſus 5. & 4. à Ligeri fluvio in occaſum, dicitur etiam Concurcallum in actis mediæ ætatis.

CONCORDIÆ TEMPLUM, in urbe Roma à Livia exſtructum in ſuo porticu tradit Suetonius.

CONDÆUM PROMONTORIUM, *le Cap de Condé*, eſt in Guiana regione Americæ meridionalis. Vide promontorium Condæum.

CONDÆUM, ſeu Condate, *Condé* cognomento *ſur Noireau*, oppidum Galliæ in Normannia inferiori, & in Baiocenſi tractu, ſic dictum quod ſitum ſit ad Norallum amnem, ad differentiam aliorum, eſtque inter Falæſam ad ortum, & Viriam ad occaſum.

CONUAPOLIS, *Condapoli*, urbs Aſiæ, in India intra Gangem & in regno Golcondæ, cum arce permunita, in ſummo monte. 20. leucis circiter diſtat ab urbe Golconda in ortum, & 60. à ſinu Bengalæ in occaſum.

CONDAUTSCONE, ſive Condatiſcenſe cœnobium, in Gallia, & in Comitatu Burgundiæ, quod nunc Fanum S. Claudii dicitur. Vide ibi.

CONDATS, oppidum Galliæ Belgicæ, Antonino, nunc *Condé*, oppidum munitum Belgii Francici in Hanoniæ Comitatu, & in Brachbanto tractu cum caſtro ad Scaldim fluvium ubi Hanium recipit, 2. leucis à Valencenis in Septentrionem Tornacum verſus 4. captum fuit anno 1676. à Ludovico Magno Francorum rege, & ipſi etiamnum ſubeſt pace ad Noviomagum facta, & principatus titulo inſignitur.

CONUATE, urbs Rhedonum in Gallia Celtica, Ptolemæo, hodie vulgo *Rennes*, Britanniæ minoris primaria. Vide Rhedones.

CONDATA, oppidum Cornaviorum, in Britannia majori Antonino, nunc *Congleton*, caſtrum Ceſtriæ Comitatus in Anglia, ad amnem Danum, in limite Comitatus Staffordienſis, teſte Camdeno, diſtans 20. milliaribus Anglicis à Caſtria urbe in ortum, & 16. à Stafordia in Septentrionem.

CONDATA, *Cande*, vicus Galliæ ad Vigennæ fluvii confluentes in Ligerim, in Turonia provincia, ubi S. Martinus Epiſcopus deceſſit, teſte Gregorio Turonenſi, dicitur ab aliis Candacenſis vicus. Vide ibi.

CONDATAS, portus Aquitaniæ, ad Duranium fluvium Auſonio, ad Liburniam oppidum, Portus adhuc nomen durat.

CONDATUM, *Condé*, oppidum Belgii Francici, in Hannonia, ad Scaldim fluvium, unde dicti Principes Borbonii. Vide Condate.

CONDARCUM, oppidum Brigantum in Britannia magna, ex libro Notitiarum, nunc eſt *Cheſter upon the Street*, id eſt urbecula ad viam publicam, caſtrum Angliæ Borealis in agro Dunelmenſi, ad Vedram fluvium, teſte Camdeno, eſtque medium inter Dunelmum ad Meridiem, & Novum caſtrum ad Septentrionem, 6. milliaribus Anglicis diſtans ab ora littorali in occaſum, & à Vallo.

CONUINIANI PONS, in Romandiola, tertio ab urbe Ravenna milliario, Jornandi, prope Claſſem ineſt, teſte Rubeo, ad fluvium *Candiano* dictum, qui forſan olim Candinianus, & Candidius Caſſiodoro, qui infra Claſſem in Mare Adriaticum cadit 3. mill. paſſ. à Ravenna in Meridiem.

CONDIVINCUM, urbs Galliæ Celticæ, Nannetarum præcipua, Ptolemæo, hodie *Nantes*, urbs Galliæ in Britannia minori, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Turonenſi, ampla & emporium celebre, cum caſtro ad Ligerim fluvium verſus ejus oſtia. Vide Nannetæ.

CONDOMENSIS AGER, *le Condomois*, tractus Galliæ in Vaſconia inferiori provincia, dicitur etiam Condomeſium, eſtque ab ortu in occaſum eatenſus, inter Armeniacenſem Comitatum ad Meridiem, & Vazatenſem agrum ad Septentrionem, ejus urbes ſunt Condomum tractus primaria, & Gavaretum.

CONDOMUM, ſeu etiam Condomus quibuſdam, *Condom*, urbs parva Galliæ in Aquitania, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Burdigalenſi, caput eſt Condomenſis agri ab ea dicti, ſedetque juxta fluvium Baiſam, 2. leucis diſtans à Neraco, uti 4. à Garumna fluvio in Meridiem Auſcios verſus 6. & 4. à Lactura in occaſum.

CONDORA, *la Condore*, provincia Moſcoviæ, in Orientem extenſa verſus Petzoram & Tartariam deſertam. Ibi nullæ urbes alicujus momenti, & regio tota ſylvis obſita, teſte Iſaaco Maſſa.

CONDRIACUM, ſive etiam Condrievium, *Condrieu*, oppidum lepidum Galliæ, ad radices collis in provincia Lugdunenſi, ad Rhodanum fluvium, & è regione Delphinatus, cum caſtro vetuſto admodum in colle, duabus leucis infra Viennam, uti 7. infra Lugdunum in Meridiem verſus Valentiam, male dicitur *Coindrieu* à quibuſdam, eſtque vino ſuo celebre.

CONDRUSI, populi Galliæ Belgicæ, circa Moſam incolentes Cæſari, quorum tractus, *le pays de Condrotz* dicitur in Leodienſi nomen ditione antiquum redolens, & urbs Huum vel Hoium, *Huy*, & *Hoey*, inter Leodium, Baſtoniam, & Namurcum 6. leucis diſtans, teſte Petro Divæo.

CONDRUSIUM, & Condruſienſis tractus, *le Condrotz*, tractus Germaniæ in Leodienſi ditione, qui Conduſtrum etiam dicitur, ejus caput eſt Huum, & extenditur verſus Moſam fluvium, inter Leodium ad ortum & Namurcenſem Comitatum ad occaſum.

CONUUSTRUM, & Conduſtrium, *le Condrotz*, tractus Germaniæ in Leodienſi ditione, ubi olim Condruſi populi verſus Moſam, dicitur etiam Condruſium. Vide ibi.

CONA, inſula Sarmatiæ ſeu Mœſiæ, ad oſtia Iſtri, Cujus meminit Lucanus.

CONADRATIUM, *Connaray*, oppidulum Galliæ in Cenomanenſi provincia, ad Huiſnam fluvium, 5. leucis diſtans à Cenomano in ortum verſus Firmitatem Bernardi.

CONEGLIANUM, *Conegliano*, oppidum Italiæ in Marchia Tarviſina, ad fluvium Mutecam, ſub dominio Reipublicæ Venetæ, 4. mill. paſſ. diſtans à Ceneta in Meridiem Tarviſium verſus 11.

CONARTA, *Coner*, urbecula Hiberniæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Armachano, in Ultonia provincia, & Comitatu Dunenſi, ad lacum *Cone*, nunc in vicum redacta, dicitur etiam Conettum, & ejus Epiſcopatus perpetuo unitus fuit Dunenſi.

CONFOEDERATORUM TERRA, vernacule *Eydgnoſchaft*, ſic dicitur ſæpe ab incolis & Germanis, Helvetia regio Europæ, quod omnes pagi ſint inter ſe confœderati, & cum ſociis, & tamen Reſpublicas particulares conſtituant, vocatur melius Helvetia. Vide ibi.

CONFOEDERATUM BELGIUM, pars media Belgii, in qua ſeptem provinciæ cenſentur maxime in Septentrionem porrectæ, & Rempublicam conſtituunt,

dicitur aliter Belgium unitum, & provinciæ unitæ Belgii. Vide ibi.

Confluentes, *Confoulens*, oppidulum Galliæ in Marchia provincia, ad Vigennam fluvium, in limite Pictavenſi, decem leucis a Lemovico in occaſum æſtivum Pictavium verſus 16.

Confluentes, cognomento S. Honorinæ, *Conflans S. Honorine* oppidulum Galliæ in provincia Inſulæ Franciæ, ad Sequanam fluvium ubi recipit Oeſiam, medium inter Piſſiacum ad Meridiem, & Pontem Oeſiæ ſeu Pontiſaram ad Septentrionem una leuca cum dimidia, & 6. à Pariſiis in occaſum æſtivum.

Confluentes, oppidum Helvetiorum, ex libro Notitiarum, nunc eſt *Coblentz*, vicus Helvetiæ ad Rhenum fluvium ubi Arolam fluvium recipit, in ipſo limite Sueviæ & urbium Sylveſtrium, paulo ſupra Valdhutum, & 5. milliaribus Germanicis infra Scaphuſium in occaſum Baſileam verſus fere 7.

Confluentes, *Conflans*, vicus Galliæ in provincia Inſulæ Franciæ, & in agro Pariſino, ad confluentes Matronæ in Sequanam, unde nomen ei inditum, prope & infra Carentonium, & una tantum leuca ſupra Pariſios in ortum, ubi peramœnus ſeceſſus Archiepiſcopi Pariſienſis.

Confluentes, Germaniæ ſuperioris urbs Antonino, nunc *Coblentz*, urbs Germaniæ, alias Imperialis & libera, ſed ab Imperio exempta anno 1312. ab Henrico VII. Imperatore, nunc ſubeſt dominio Electoris Trevirenſis, in intimo receſſu Hunnorum tractus, cum olim eſſet in Meinfeldienſi pago ad confluentes Moſellæ in Rhenum fluvium, unde ei nomen inditum fuit, gaudet ponte lapideo ad Moſellam fluvium, & altero recenti ligneo ad Rhenum, probe munita fuit hiſce ultimis temporibus a Carolo Gaſparo à Petra Electore Trevirenſi, & primum muris cincta fuit anno 1250. ab Arnulpho Electore Trevirenſi, eſtque media inter Bodobrigam ad Auſtrum & Antenacum in Septentrionem, vix 3. milliaribus Germanicis utrimque diſtans, 10. à Colonia Agrippina in Meridiem, & 13. à Treviris verſus Arctos, & è regione Hermanſteinæ arcis, a qua ſeparatur tantum Rheno fluvio.

Confluentes, *le Conflent*, tractus Comitatus Ruſcinonenſis, juxta montes Pyrenæos & Ceretaniam, alias Hiſpaniæ pars, nunc Galliæ accenſitus, ubi oppidum præcipuum Villafranca, ad amnem Tethim, 10. leucis a Perpiniano in occaſum, & ſubeſt Regi Francorum pace ad Pyrenæos ſancita.

Congavata, oppidum Britanniæ magnæ, in finibus Brigantum, ex libro Notitiarum, nunc *the Roſe Caſtle*, vicus Angliæ Borealis in Cumbria provincia, ad Caudam fluvium parvum, 5. milliaribus à Carleolo in Meridiem, cum caſtro Epiſcopi Carleolenſis, ut Camdenus exiſtimat.

Congedus, fluvius Hiſpaniæ. Vide Cogedus. Varie enim ſcribitur.

Congela, *Kongell*, oppidulum Norvegiæ in Bahuſia præfectura, ad Trolhettam fluvium, 5. mill. paſſ. ſupra ejus oſtium in ortum Bahuſium verſus totidem, & 12. à Gottemburgo in Septentrionem, ſub Suecis, pace ad Roſchildam ſancita.

Congelatum mare, *La mer Glaciale*, pars eſt Oceani Septentrionalis. Vide Mare Congelatum.

Congium, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis in Vacceis, Ptolemæo, nunc *Cabecon* caſtrum Regni Legionenſis, ad Piſoracam fluvium, 2. leucis a Pintia in Septentrionem, ut exiſtimat Villanovanus.

Congum regnum, *le Royaume de Congo*, ſive *le Congo*, regio Africæ in Æthiopia inferiori, ubi exiſtimant olim fuiſſe Æthiopes Heſperios, extenditur verſus occaſum & Oceanum Æthiopicum, & à Luſitanis comprehenditur ſub Guinea inferiori, aliaſque peramplum fuit, cum ſub ipſo eſſent regna Congi, Angolæ, Matambæ, Cundæ, & Lullæ, provinciæ Abundorum, & regnum Loanghum fiduciario jure: quæ omnia etiamnum comprehenduntur in quamplurimis tabulis ſub regno Congi, ſed revera continet tantum Congum regnum proprie dictum, cum alia omnia ab ipſo defecerint a centum & quinquaginta annis.

Congum regnum proprium, ſive ſtricte ſumptum, *le Royaume de Congo*, regio eſt Africæ, ſatis anguſtis reſtricta limitibus, ſed fertilis & valde culta, præſertim in mediterraneis, ejus termini ſunt ad Occidentem Oceanus Æthiopicus, ad Meridiem regna Angolæ & Benguelæ; ad Septentrionem regnum Loanghum, quod verſus Oceanum extenditur, & regnum Micocum quod eſt in mediterraneis, verſus Zairum fluvium; ad Orientem vero terminatur regnis Cangelæ, & Matambæ, nuncque multo magis extenditur ab ortu in occaſum quam a Septentrione in Meridiem, irrigatur plurimis fluviis, ex quibus præcipui ſunt Zairus, *le Zaire*, aliis longe major, *Lelunda*, *Ambriſi*, *Loze*, *Onzo*, *Lembra*, *Dande*, & *Benga*, dividiturque hoc regnum in ſex provincias, ſunt autem hæ, Comitatus Sogni, *le Comté de Sogno*: Ducatus Bambæ, *le Duché de Bamba*: quæ duæ extenduntur verſus oram Oceani, aliæ vero ſunt in mediterraneis, nempe Marchionatus Pembæ, *le Marquiſat de Pemba*: quæ provincia cœteris major, Ducatus Sundi, *le Duché de Sundi*, verſus Zairum fluvium; Marchionatus Pangi, *le Marquiſat de Pango*, etiam verſus Zairum: & Ducatus Batiæ, *le Duchè de Batta*, ſunt etiam aliquot tractus minoris notæ, ut *Chiova*, *Matari*, *Neuſſu*, *Eſſivo*, & *Mucatu*, ſed perſæpe ſub aliis provinciis cenſentur, & totius regni primaria urbs eſt Fanum S. Salvatoris *S. Salvador*, ubi commoratur Rex Chriſtianus, uti & Epiſcopus totius Regni, cujus incolæ pro majori parte ſunt Chriſtiani, & Congenſes dicuntur, vulgo *los Congeſes* Luſitanis, ſed à paucis annis peſſime habiti ſunt tum ex ingenti peſtilentia, tum etiam propter plurima bella, præſertim cum Luſitanis qui in illis partibus degunt, in Civitate S. Pauli de Loanda, & in aliquot locis regnorum Angolæ & Benguelæ, & Regnum ex electivo in Succeſſivum mutatum fuit à moderno Rege Garcia dicto, ut didici pluribus ex ſcriptis Jacinthi à Vetralla Capucini præfecti miſſionum, qui in hoc regno per aliquot annos eſt commoratus, & ex aliis relationibus.

Conia, *Cogni*, urbs Aſiæ minoris in Caramania, olim Iconium dicta in Cilicia, teſte Leunclavio cum aliis. Vide Iconium.

Conimbrica, oppidum Luſitanorum in Hiſpania, Antonino, ab Alanis deſtructum, nunc vicus Portugalliæ, *Condexa la vieja* dictus, in provincia inter Durium & Tagum, & ex ejus ruinis, & 2. ab ea leucis, crevit Conimbrica nova, alias Æminium, *Combra* vulgo, urbs ampla etiam Portugalliæ, in rupe ad Mundam fluvium qui illam bifariam ſecat, 32. leucis diſtans ab Olyſippone in Septentrionem, 6. ab ora Oceani Atlantici, & 8. à Mundæ oſtio, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Bracarenſi, habens Academiam anno 1290. a Dionyſio Rege inſtitutam, Olyſipponem, poſtea tranſlatam, & tandem anno 1550. a Joanne III. iterum Conimbricam reductam, patria fuit Regum Portugalliæ Sancti I. Alphonſi II. Sancti II. Alphonſi III. Alphonſi IV. Petri, & Ferdinandi, & in ea obiete Alphonſus Henricus primus Portugalliæ Rex anno 1185. uti etiam ejus duo ſucceſſores Sanctius primus anno 1212. & Alphonſus II. anno 1223. teſte Roderico Mendeſio Sylva.

Conitia, ſeu Choinitia, *Choinicke* Polonis, *Konitz* Germanis, oppidum Poloniæ in Pruſſia Regia ad amnem *Bro*, prope deſertum *Waldow* dictum, & in confinio Pomeraniæ Brandeburgicæ, octo milliaribus Poloniceis diſtans à Culmia in occaſum.

Connacia, *Connaugiy* incolis, *Connaugt* Anglis,

Google

la Connacie Gallis, una ex quatuor partibus Hiberniæ, ad occaſum inſulæ extenſa, ubi olim Aoteri & Nagnatæ populi, teſte Camdeno, terminatur à Septentrione Ultonia, ab Oriente Lagenia, & à Meridie Momonia, ad Occidentem habens Oceanum Occidentalem, ejus partes ſeu Comitatus ſunt quinque nempe Gallivenſis *le Comte de Galloway*, Letrimenſis *le Comté de Letrim*, Mayenſis *le Comté de Mayo*, Roſcomenſis *le Comté de Roſcomen*; & Slegenſis *le Comté de Slego*, ejus vero præcipua urbs eſt Galliva ſeu Galvia regionis caput.

Connacum, *Cognac*, oppidum Galliæ, in Aquitania & Ingoliſmenſi agro, ad Carentonium fluvium, hiſce temporibus celebre propter obſidionem & natalitia Franciſci primi Francorum Regis. Dicitur aliter Conacum & Campinacum. Vide ibi.

Conopeium, oppidum Sarmatiæ Aſiaticæ, ad Paludem Mæotidem, teſte Stephano.

Conopeium, palus Paphlagoniæ in Aſia minori, juxta Halis fluvii oſtium, teſte Arriano.

Conopon, ſive & Diabaſis, inſula parva Mœſiæ inferioris, ad oſtium Iſtri Pſeudoſtomum, ad Peucen inſulam, teſte Plinio.

Conovium, oppidom fuit Ordovicum in Britannia magna Antonino, quod nunc proſtratum jacet, teſte Camdeno, & inter ejus rudera eſt tenuis viculus, *Caerbean* dictus, ideſt urbs antiqua, ad Conovium fluvium, 4. milliaribus Anglicis ab ora maris Hibernici, in Arvonia Comitatu Angliæ. Ex ejus ruinis crevit oppidum in vicinis, 4. milliaribus infra dictum *Aber Conwey*, id eſt, Conovii oſtium, quia ad oſtium Conovii fluvii ſedet, in ora ejuſdem Arvoniæ provinciæ ſeu Comitatus Valliæ, 8. milliaribus à Bangorio in ortum, & 16. ab Aſapholi in occaſum.

Conquestus, *le Conquet*, portus Galliæ, in Britannia minore & in intimo ejus receſſu, cum urbecula ſat culta, prope Fanum S. Matthæi, in Finibus terræ dictum, 5. leucis à Breſto in occaſum.

Consa, urbs Hirpinorum Livio, dicitur ab aliis Compſa. Vide ibi.

Consaburum, oppidum Oretanorum in Hiſpania Tarraconenſi, Antonino, quod aliis eſt Conſaburus & Conſabrum, nunc teſte Morali, eſt *Conſuegra*, oppidulum Caſtellæ novæ, intra montes in *Mancha* tractu, eſtque caput Priotatus Caſtellæ ordinis S. Joannis Hieroſolymitani, ſeu Equitum Melitenſium, ſub quo ſunt tredecim municipia, diſtat 7. leucis ab Ana fluvio in Septentrionem Toletum verſus 10. & 4. à Xiguela amne, cum duplici caſtro, populi Conſaburenſes Plinio.

Consediæ, ſive Coſedia, urbs Galliæ Lugdunenſis, Antonino, quam nunc interpretatur Brietius Conſtantiam *Coutances*, urbem Galliæ in Normannia provincia. Vide Conſtantia caſtra.

Consentia, urbs Brutiorum in Italia, Ptolemæo, Straboni, Plinio, & aliis: nunc *Coſenza* dicta omnibus, Calabriæ primaria eſt in Calabria citeriori, & ex præcipuis Regni Neapolitani, etiam Conſentia quibuſdam; eſtque Archiepiſcopalis in planitie ſita, cum caſtro munito in colle, in quo obiit Iſabella Aragonia Franciæ regina Philippi Audacis uxor anno 1270. eſtque juxta Crathim fluvium, ubi recipit Baſentum, & in ea obiit Alaricus Vuiſigothorum Rex. 12. milliaribus diſtat ab ora maris Tyrrheni in ortum Ionium verſus 40. & 30. circiter à Roſſano verſus Meridiem, ſed peſſime habita fuit terræ motu anni 1638.

Consevanum, *Conſeyvan*, urbs eſt Indiæ extra Gangem in Regno Siami, provinciæ cognominis caput, cum portu in ora Oceani Indici.

Consilinum, caſtrum Brutiorum in magna Græcia, ex libro Notitiarum, nunc teſte Cluverio, eſt caſtrum *Arvicito* in Calabria ulteriori, inter Cauloniam & Cocinthum promontorium, in ora maris Ionii, vel ſaltem vicus *la Motta* in vicinis, quanqoam Lucas Holſtenius credat eſſe Caſſanum *Caſſano*, urbem Epiſcopalem in Calabria citeriori.

Consorani, populi Galliæ in Aquitania, Plinio, inter Convenas ad occaſum, Volcas Tectoſages ad ortum, & Septentrionem, & Hiſpaniam Tarraconenſem ad Meridiem, à qua ſeparabantur Pyrenæis montibus, horum tractus ounc Conſoranenſis ager dicitur, vulgo *le Conſerans*, eſtque in Vaſconia ſuperiori, in limite Occitaniæ quæ ei adjacet ad ortum, cum Comitatu Fuxienſi, uti Convenarum Comitatus ad occaſum, & Septentrionem, & a Meridie à Catalonia dividitur montibus Pyrenæis, extenditur autem à Septentrione in Meridiem juxta Salatum fluvium, & ejus præcipua urbs eſt Fanum S. Licerii, olim Conſorani.

Consorani, urbs Galliæ in Aquitania Plinio, quæ & Calagorgis dicta fuit, Conſoranorum præcipua, vocatur à recentioribus Fanum S. Licerii, *S. Licer*, eſtque Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Auſcienſi, ſed parva ad Salatum fluvium, vix 3. leucis à Garumna fluvio diſtans in Meridiem, uti 12. à Toloſa, & ab Auſciis, 5. vero à Fano S. Bertrandi in ortum Apamias verſus 8.

Constantia, *Conſtantz* incolis, *Conſtance* Gallis, *Conſtanza* Italis, urbs Germaniæ in Sueviæ Circulo, in ipſo Helvetiæ confinio, quæ à quibuſdam creditur Ganodurum antiquorum, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Moguntino, & probe munita ad lacum Conſtantienſem ſeu Acronium, ubi Rhenus ab eo effluit verſus Venetum lacum, eratque alias Imperialis ſive libera & ſui juris, ſed ab anno 1558. ſubeſt dominio domus Auſtriacæ. Obſeſſa fuit a Suecis anno 1634. irrito conatu. 15. milliaribus Germanicis diſtat ab Ulma in Meridiem, 18. à Baſilea in ortum, uti etiam 7. à Scaphuſia; aliaſque ſuberat dominio Epiſcopi. In ea celebratum fuit Conſtantienſe Concilium Occumenicum XVI. anno 1414. & quatuor ſequentibus pro pace Eccleſiæ reddenda.

Constantia, urbs fuit Cœleſyriæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Boſtrenſi, ex libris Conciliorum.

Constantia castra, urbs Galliæ Celticæ, Ammiano, quæ & Coſediæ, nunc *Coutances* incolis, *Conſtanza* Italis, urbs eſt Normanniæ inferioris in Gallia, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Rothumagenſi, in Conſtantienſi tractu ab ea dicto, ſedet juxta amnem Bardum, vix 2. leucis diſtans ab ora maris Britannici in ortum, Cadomum verſus 20. & decem ab Abrincis in Septentrionem, uti 12. à Monte S. Michaëlis, 20. à Macloviopoli, & 5. à Granvilla Caroburgum verſus 14. & alias etiam Auguſta dicta fuit, teſte Polydoro Virgilio, hinc Conſtantienſis nomen gentis, *Coutançois* vulgo.

Constantia, urbs Thraciæ regionis, in Rhodope provincia, & ad radices montium, teſte Niceta.

Constantiensis ager, *le Coutantin*, tractus Galliæ, in Normannia inferiori, ubi alias Unelli populi, & ejus pars extenditur ad Boream fere in modum peninſulæ, ex adverſo Angliæ, terminatur ab Occidente & Septentrione mari Britannico, ab Oriente Baiocenſi tractu, uti à Meridie Abrincenſi, & ejus præcipua urbs eſt Conſtantia, aliæ ſunt Carentanum, Caroburgus, Fanum S. Laudi, Magnavilla, & Valoniæ, ejus partes erant alias inſulæ Cæſarea & Gerneſeia ſed ab aliquot ſæculis ſubſunt Regi Angliæ, & nunc ſub Hamptonia provincia cenſentur, cui annexæ fuere ab Henrico VIII. Rege, hinc Conſtantienſes populi, *les Coutantins* vulgo dicti.

Constantiensis Episcopatus, *Biſthumb von Conſtantz*, tractus parvus Germaniæ in Suevia, ſub dominio Epiſcopi Conſtantienſis, verſus confi-

nia Helvetiæ & lacum Conſtantienſem, ubi Merſoburgum, Epiſcopi cella, & aliquot caſtra in ora lacus & Rheni fluvii,

CONSTANTIENSIS LACUS, *das Conſtantzer Zée*, & *Bodenzée* Germanis, *le Lac de Conſtance* Gallis, *il Lago di Conſtanza* Italis, lacus Germaniæ maximus inter Sueviam & Helvetiam extenſus, à Conſtantia urbe, quam rigat, nomen trahens. Per eum labitur Rhenus fluvius. Longitudinis eſt 40. mill. paſſ. Dictus fuit antea Brigantinus, Podamicus, & Venetus, ut exiſtimat Cluverius, quanquam alii omnes exiſtiment dictum fuiſſe Acronium ab antiquis, & rigat urbes Lindavium, Uberlingam, Buchorniam, Brigantium, & Merſoburgum. Vide Brigantinus & Acronius.

CONSTANTINA, *Conſtantina*, oppidulum Hiſpaniæ, in Vandalitia intra montes Marianos, 12. leucis ab Hiſpali verſus Calatravam in ortum æſtivum, & totidem a Corduba in occaſum, cum caſtro in colle, & olim Laconimurgi dictum fuit, ut exiſtimat Rodericus Carus in antiquitatibus Hiſpalenſibus.

CONSTANTINA, urbs Africæ, olim Cirta dicta, in Numidia, nunc vero in Barbaria regione, vulgo *Conſtantine* Gallis, *Conſtantina* Italis, & *Cuſantina* Arabibus, eſtque regni adjacentis caput, alias ſub proprio Rege, nunc in regno Algeriano, teſte Marmolio, ſedet ad Ampſagam fluvium in mediterraneis, eratque olim Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Carthaginenſi, 60. milliaribus diſtans ab ora maris Mediterranei in Meridiem, uti 70. à Cullu, & 100. circiter à Bugia in ortum Carthaginem verſus 260. ab ea dicti ſunt montes Conſtantinæ in illo tractu.

CONSTANTINA, urbs Meſopotamiæ, Epiſcopalis, cujus meminit Procopius, bidui itinere ab Arzamenis diſſita.

CONSTANTINÆ MONS, *la Sierra de Conſtantina*, tractus Hiſpaniæ, & una ex quatuor partibus territorii Hiſpalenſis in Vandalitia inferiori, ſic dicitur ab oppidulo cognomine, & in eo tractu ſunt Conſtantina, Gazalla, *Alanit, el Pedroſo*, *la Puebla de los Infantes*, & alia loca, eſtque pars orientalis hujus agri verſus territorium Cordubenſe.

CONSTANTINÆ REGNUM, *le Royaume de Conſtantine*, regio eſt Africæ in Barbaria, alias pars Numidiæ, & ſub dominio proprii Regis, nunc pars tantum regni Algerii, inter Bugiæ provinciam ad occaſum, Biledulgeridiam ad Meridiem, & regnum Tunetanum ad ortum; ad Septentrionem vero terminatur mari Africo, & ejus præcipua urbs eſt Conſtantina.

CONSTANTINOPOLIS, *Stamboul* Turcis, *Conſtantinople* Gallis, & Hiſpanis, *Conſtantinopoli* Italis, *Conſtantinopel* Germanis, *Conſtantinopole* Polonis, & *Iſthamboulis* Georgis, urbs Romaniæ caput, & Turcici Imperii præcipua atque ſedes regia, à Conſtantino Magno Imperatore ſic dicta, & Nova Roma, Imperiique ſedes conſtituta, Patriarchali etiam dignitate inſignis, olim Byzantium vocata fuit, & Thraciæ regionis caput erat, ſed cum a Severo Imperatore direpta fuiſſet, à Conſtantino Magno reſtaurata, ampliata, & abſoluta fuit, mirabili murorum artificio, & ſumptuoſiſſimorum ædificiorum ſtructura, anno 362. ab Imperio Auguſti, & Conſtantinus eam in omni ornatu ſimilem æqualemque Romæ efficere ſtudens, in hanc magnitudinem perduxit, ut Sozomenus tradat hominum multitudine, & divitiis majorem Conſtantinopolim fuiſſe quam Romam, ſuo tempore, ita fuit ſedes Romanorum Imperatorum, à quibus multum aucta fuit, mox Græcorum, poſt Imperii diviſionem, poſtremo poſt captam ipſam urbem à Mahumete ſecondo, Turcarum Imperatores eam ſibi regiam conſtituerunt: unde nunc opulentiſſima, frequentiſſima, & numeroſiſſima eſt, ita ut ſit omnium Europæarum urbium maxima, poſt Lutetiam Pariſiorum, ipſa ſitu & aſpectu pulcherrima, eſt figuræ triangularis, fere in modum peninſulæ, & ex tribus partibus alluitur mari: a Septentrione ſinu Cornu nuncupato, quem in Europam inſinuat Boſphorus, & qui ſic portum efficit ampliſſimum & tutiſſimum: ab Oriente cingitur Boſphori Thracii extremis faucibus: à Meridie Propontide; ab Occidente vero terra Thracia, Amplitudo urbis 14. millia paſſium complectitur, & utriuſque ſexus 500. hominum millia in ea fere numerantur, ſeptem colles includit, & olim in quatuordecim regiones diviſa fuit, ſed hodie ejus viæ anguſtæ ſunt & inæquales, ubi ædibus depreſſis nihil ſplendoris antiqui retinent, exceptis Palatio Regio, aliquot Purpuratorum domibus, Templis, Thermis, & Xenodochiis, quæ magnifice extructa viſuntur, ſuntque ſequentia: Palatium Regium, vulgo *le Serrail* dictum, in ora Boſphori Thracii, ubi olim proprie Byzantium, & ſic vocatum à voce Turcica *Sarai*, quod Palatium ſignificat: Thermæ publicæ 120. circiter, quarum 50. magnæ: Xenodochia publica centum: Templa vero nunc Moſcheæ dicta, marmorea omnia, plumbo tecta, & columnis ſplendentibuſque marmoribus exornata ultra trecenta, ex his maxime conſpicua ſunt illa Solimanni, Amuratis, Muhammedis, & Achmetis; ſed præcipua urbis Eccleſia S. Sophiæ dicata, id eſt ſapientiæ divinæ, primum a Conſtantino Magno conſtructa fuit, ſed cum incendio conſumpta eſſet anno 530. paulo poſt novam, & longe ampliorem Eccleſiam S. Sophiæ, eam quam nunc videmus extruxit Juſtinianus Imperator, & integram abſolvit intra ſexennium, teſtibus Teophane, & Cedreno, & ut pluribus probat Vir clar. Carolus *du Freſne du Cange* Franciæ Quæſtor; & hæc Eccleſia nunc etiam pulcherrima & ſoperbiſſima à Turciſm Moſcheam verſa eſt, urbs ipſa habet aliquot ſuburbia, quorum præcipua Galata, & Pera, quaſi ultra æſtuarium, ubi commorantur fere omnes Latini Franci dicti, trans portum, & ei obverſa eſt à parte Aſiæ minoris *Scutaret*, olim Chryſopolis, ſive Chalcedon nova, à qua miliario tantum diſtat in occaſum Boſphoro intercedente, uti 18. milliaribus tantum à Ponto Euxino in Meridiem. Conſtantinopoli habita ſunt quatuor Concilia generalia. Primum nempe ſub Damaſo Papa primo anno 381. Secundum ſub Vigilio Papa anno 553. Tertium ſub Agathone Papa anno 680. Quartum ſub Hadriano II. Papa anno 869. Hæc urbs capta fuit à Francis anno 1204. ſed poſtea recepta à Græcis anno 1254. & tandem anno 1453. die martis 27. Maii, expugnata fuit à Turcis, quibus etiamnum ſubeſt, & eam accurate deſcripſit Bellonius, uti etiam erudite libris quatuor Petrus Gyllius Gallus, qui anno 1555. Romæ obiit, hinc Conſtantinopolitanus nomen gentis, *Stamboulu* Græcis, *Conſtantinopolitain* Gallis; & *Conſtantinopolitano* Italis.

CONSTANTINOPOLITANUM MARE, *Stamboul deghiz*, ſic vocatur perſæpe à Turcis Propontis, quod ſit prope Conſtantinopolim urbem. Vide Propontis.

CONSTANTINOVIA, *Conſtantinow*, oppidulum Poloniæ, in Volhinia provincia, ad fluvium Sluczum, verſus Podoliam, 5. milliaribus Polonicis à Zaſlavia in Auſtrum. Male habitum fuit à Coſaccis hiſce ultimis temporibus.

CONSUANETES, populi fuere Vindeliciæ Plinio, qui a Ptolemæo Conſuantæ dicuntur, erantque verſus Iſaram fluvium, ubi nunc pars Bavariæ ſuperioris in Germania, inter Oenipontem & Vaſſerburgum, teſte Simlero.

CONSUARANI, populi Galliæ. Vide Conſorani.

CONSUEGRA, *Conſuegra*, oppidum Hiſpaniæ in Caſtella nova, in planitie ad radices collis, cum caſtro ubi ſedes magni prioratus Caſtellæ, 10. leucis a Toleto

in ortum hybernum, verſus fontes Anæ fluvii, in tractu *la Mancha* dicto, juriſdictionem habens ſatis extenſam. Dicitur ab aliis Conſaburum. Vide ibi.

CONTAGIUM, *Gonthey* indigenis, *Gondes* Germanis, *Gondi* Italis, Caſtrum Helvetiæ in Valeſia inferiori, ad Rhodanum fluvium, alias ſub dominio Ducis Sabaudiæ & in Caballico tractu.

CONTESTANI, populi fuere Hiſpaniæ Tarraconenſis, inter Baſtitanos, Edetanoſque, & ſinum Illicitanum extenſi, in ora orientali, quorum regio Contestania dicitur à Plinio, ubi nunc maxima pars regni Valentiæ, à Turia fluvio ad Meridiem, & portio minuta regni Murciæ, eorum urbes fuere Alona, Cartagonova, Dianium, Illicis, Setabis, & Valentia, verſus oram maris Mediterranei, & credunt Cluſius & Beutherus eorum veſtigium manere in oppidulo *Concentayna* dicto, in regno Valentino, quod 8. leucis diſtat ab Alona in Septentrionem Valentiam verſus 11.

CONTIACUM, *Conty*, burgus Galliæ, in Picardia & Ambianenſi agro, Principatus titulo clarus, hinc Condæorum Principum ſtirps dicta. 4. leucis diſtat ab Ambiano in Meridiem.

CONTINUSA, Vide Corynuſa. Sic enim ſcribitur.

CONTRAGINNUM, locus Galliæ Belgicæ in Veromanduis, inter Sueſſiones & Auguſtam Veromanduorum, ex itinerario Antonini, quod quidam interpretantur *Condran* vicum Galliæ, in provincia Inſulæ Franciæ, ad Oeſiam fluvium, prope Calniacum, forſan ex nominis alluſione, aliis vero eſt ipſum Calniacum, in limite Picardiæ.

CONTRIBUTA JULIA, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, Ptolemæo, quod Julia Contributa Antonino, nunc exciſum jacens, & ejus rudera viſuntur *S. Bartolome del Villar* dicta, inter vicos *Fuente de Cantos & Calçadilla* dictos in Extremadura provincia, inter Hiſpalim ad Meridiem & Auguſtam Emeritam ad Septentrionem à qua undecim leucis diſtant, teſte Roderico Caro.

CONVENÆ, populi fuere Galliæ in Aquitania Straboni, & Plinio, ad radices Pyrenæorum, & verſus fontes Garumnæ fluvii, ſub quibus comprehenſi fuere etiam Bigerrones, & Conſorani, teſte Brietio, eorum autem regio nunc *le Comté de Cominge* dicta, continet tantum Convenas ſtricte ſumptos, ſeu Comitatum Convenenſem in Vaſconia provincia, & eorum caput eſt Convenæ, quæ Lugdunum Convenarum, ſeu Fanum S. Bertrandi.

CONVENÆ, ſeu Lugdunum Convenarum urbs Galliæ, in Aquitania, ad Garumnam fluvium, teſte Antonino, & ad radices montium Pyrenæorum, Convenarum caput, deſtructa fuit a Francis, ſub Rege Guntchramno anno 584. ſed S. Bertrandus ipſam tantiſper reſtauravit anno 1100. unde ſucceſſu temporis nomen recens ei inditum fuit Fanum S. Bertrandi, *S. Bertrand*, teſte Petro de Marca, eſtque Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Auxitano, diſtans 16. milliaribus ab Aquis Convenarum. Vide Lugdunum Convenarum.

CONVENENSIS COMITATUS, *le Comté de Cominge*, ſive *le Cominge*, provincia parva Galliæ, ubi alias Convenæ, inter Conſoranos ad ortum, & Bigerrones ad occaſum, Cataloniam ad Meridiem, & Vaſconiam Toloſanam ad Septentrionem, eſtque pars Vaſconiæ ſuperioris, quæ alias ſuberat proprio Comiti antequam Sceptro Francico unita eſſet, & ejus pars auſtralis nempe Arania vallis ab Hiſpanis uſurpata fuit, provinciæ caput eſt Lugdunum Convenarum, *S. Bertrand* vulgo, & conceſſa fuit Carolo VII. Francorum Regi anno 1461. à Margarita ejus ultima Comitiſſa, hinc Convenæ populi, *les Comingeois* dicti.

CONVENNOS, inſula Britanniæ magnæ, Ptolemæo, Cantio adjacens *Sheppey* nunc, vel *Shepey*, ad Thamiſis fluminis oſtia, teſte Camdeno Vide Counos.

CONVERSANUM, *Converſano*, urbs Italiæ, in regno Neapolitano & provincia Bariana intra montes, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Barenſi. Gaudet titulo Comitatus Gentis Aquavivæ, 5. milliaribus diſtans ab ora maris Adriatici, & 14. à Bario in ortum Monopolim verſus, à qua diſtat tantum 8. milliaribus; eſtque parvi circuitus, & dicitur etiam Cuperſanum a quibuſdam.

CONVENTRIA, *Coventre*, urbs parva Angliæ in Comitatu Warvicenſi, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Cantuarienſi, cui ſedes Epiſcopalis Lichfeldiæ juncta fuit, 8. mill. paſſ. diſtat à Warvico in Boream Darbiam verſus 27. eſtque fere media inter Lichfeldiam ad occaſum æſtivum, & Northantoniam ad ortum hybernum, 44. milliaribus a Cantabrigia, & 48. a Londino.

CONZUCUM REGNUM, *le Royaume de Conzuque*, pars Japoniæ in Quantoa regione Niphoniæ inſulæ, inter Nivatam regnum ad Septentrionem, & Iendum ad Meridiem, oppidum habens cognomine in mediterraneis, teſte Brietio.

COOS, inſula maris Ægei ſeu potius Carpathii Ciceroni, Cos Straboni, *Lango* vulgo, ſeu *l'Iſola longa* à Chriſtianis dicta, *Stinco* a Græcis, & *Stanchio* à nautis, & à Turcis quod nomen prævalet, vix 20. milliaribus diſtat in occaſum ab ora littorali Aſiæ minoris & Cariæ, in longum protenditur, habens in circuitu 70. mill. paſſ. cum urbe & caſtro munito *Lango* ad ortum, diſtat 100. mil. paſſ. a Rhodo in Septentrionem, & 80. a Samo in Meridiem, 70. ab Halicarnaſſo, paulo minus à Myndo, Cnido autem propior ad 30. milliaria, urbem habens Epiſcopalem ſub Archiepiſcopo Rhodienſi, & patria fuit Apellis pictoris percelebris & Hippocratis medici, paruitque alias Equitibus Rhodiis ſeu S. Joannis Hieroſolymitani, ſed a Turcis expugnata initio ſuperioris ſæculi, ipſis etiamnum ſubeſt. Unde Cous nomen gentis.

COPÆ, oppidum Bœotiæ in Græcia Straboni, & Pauſaniæ, ad lacum cognominem, ubi ex eo effluit Cephiſus, Coroneæ proximum, inter Cheronæam ad occaſum & Plateas ad ortum, nunc *Stivo* dictum, teſte Sophiano, ſed alii interpretantur *Topoglia* vicum in eodem tractu, quod rectius videtur.

COPAIS, lacus Bœotiæ in Græcia Straboni, & Pauſaniæ, à Copis oppido nomen habens, olim etiam ab aliis urbibus circumſtantibus aliter dictus, nam ab Aliarto Aliartus, à Leuconia Leuconis nominatus fuit, nunc dicitur *il lago di Stivo* à quibuſdam, ſed eſt *le Lac de Livadia* recentioribus, ab urbe cognomine in vicinis, unde etiam à Græcis accolis harum partium *Limni tis Livadias* vocatur, eſtque potius ſtagnum, ſive palus.

COPHANTIS, mons Bactrianæ ſemper ardens: de quo Plinius libro 2.

COPANUM, *Kopan*, oppidum regni Hungariæ, ſub dominio Turcarum, ſedet in colle in Albenſi Comitatu, 8. milliaribus Germanicis diſtans à Caniſia in ortum, & vix 3. a Volcea palude in Meridiem, in Hungaria inferiori.

COPHES, fluvius Indiæ citerioris, in Indum fluvium influens Straboni, Coas Ptolemæo, qui potius in Arachoſia quam in India locatur ab aliis.

COPHTI, *les Cophtes*, populi Chriſtiani in Ægypto, unde & ſic dicti putantur, vocabulo à Græcis ſumpto, Syrii eos vulgo Ægophtos nuncupant, & cenſet Andreas Maſius eos ab Ægypto nomen iſtud trahere, quod in ea regione quamplurimi commorentur, & reperiuntur quoque non pauci inter Abyſſinos, & Gabriel Patriarcha Alexandrinus nationis Cophtorum, Legatos miſit Romam ad Clementem VIII. Pontificem Maximum anno 1595. quorum fidei profeſſionem Baronius Cardinalis publicavit tomo ſexto annalium.

COPIÆ, oppidum fuit magnæ Græciæ, in ora ſinus Tarentini, prope Thurios Stephano, nunc vicus *Cupo* dictus, in Calabria Citeriori, teſte Ligorio.

COPIAPUM, *Copiapo*, oppidum Americæ meridionalis, ad oſtia fluvii cognominis, in Cilenſi regno & juxta confinia Peruæ, cum portu utcumque capaci, & monte ignivomo, ſub dominio Hiſpanorum.

COPRANITZA, *Capronczа*, oppidum Hungariæ in Sclavonia, cum arce munita, ſub dominio Auſtriacorum, vix duobus milliaribus Germanicis à Savo fluvio diſtat, & 5. à Caniſia in Meridiem.

COPTOS, urbs & emporium Ægypti in Thebayde ad Nilum Straboni, & Ptolemæo, quo merces ex India per ſinum Arabicum advectæ terra deferebantur *Cana* nunc, teſte Rhamuſio, à Thebis 44. mill. paſſ. in Boream Babylonem verſus, a Berenice urbe ad ſinum Arabicum 158. in occaſum Alexandriam verſus ſupra 300.

COPULETUM, *Chupuleti*, oppidum Georgiæ regionis in Aſia, cujus meminit Maggius Panormitanus, hinc Copuletenſis nomen gentis *Chupuleteli* vulgo.

COQUEDA, *Coket Iſland* indigenis, *l'Iſle de Cocquet* Gallis, inſula parva Angliæ, in ora littorali provinciæ Northumbriæ, oppoſita fluviolo Coquedo, *Coket*, qui aliquot auctus rivulis, ibi ex adverſo in mare Germanicum ſe exonerat juxta *Warworth* oppidulum, teſte Speedo.

COQOIMBA, *Coquimbo*, provincia Americæ Meridionalis, in regno Ciles, & in ejus parte ſeptentrionali, cujus caput Serena oppidum, ſub Hiſpanis.

COQUIBOCUM CAPUT, *el Cabo de Coquiboco*, promontôrium Terræ firmæ in America meridionali, & in præfectura fluvii Facis, in ora maris Borealis.

CORA, *la Cure*, vicus Galliæ cum Abbatia in Burgundiæ Ducatu, ad Coram fluvium, & in Morundia tractu, duabus leucis ſupra Vezeliacum & totidem ab Avallonia.

CORA, ſive etiam Chora, *la Cure*, fluvius Galliæ, oritur in Burgundiæ Ducatu, hinc per Nivernenſem provinciam fluens infra Vezeliacum labitur, & tandem paulo ſupra Crevantium Icaunæ miſcetur in Altiſſiodorenſi agro, ut ego pluries vidi.

CORA, oppidum Volſcorum in Latio perantiquum, teſtibus Strabone, & Livio, ante urbem Romam à Dardanis conditum, nunc *Cori* etiam dicitur, eſtque oppidulum Campaniæ Romanæ, ad radices collis, & in ditione Eccleſiæ, ſub dominio utili populi Romani, 6. milliaribus diſtans à Velitris in ortum, Anagniam verſus 9. Populi Corani Plinio.

CORACA, Arabiæ Petrææ oppidum, teſte Ptolemæo.

CORACESIUM, oppidum Ciliciæ aſperæ Straboni, Coracenſium Ptolemæo, in Aſia minori, nunc *Scandeloro* dictum, teſte Nigro, in ora maris Cilicii, inter Olbiam ad occaſum 80. & Anemurium ad ortum ſupra 100. mill. paſſ. diſtans, juxta Coraceſium montem.

CORACESIOS, mons Ciliciæ aſperæ, pars Tauri dicitur. Plinio.

CORACII, urbs Græciæ, à Juſtiniano Imperatore reſtaurata, teſte Procopio.

CORACIUM, mons Ioniæ Straboni, Colophoni imminens, nunc ab ipſa urbe nominatus.

CORACONASUS, locus Arcadiæ, ubi Ladon fluvius in Alpheum excipitur, teſte Pauſania.

CORALTOS, fluvius Phrygiæ magnæ. Vide Sangarius.

CORALLI, populi Sarmatiæ Europææ, in ora Ponti, horum meminere, Flaccus, Strabo, & Appianus, erantque ob frigus pellibus tecti, & inſignes immanitate.

CORAS, mons ad Tybur urbem, de Coræ fratris Tyburti nomine dictus, Vibio Sequeſtri teſte.

CORAS, *le Lac de Coras*, lacus Aſiæ, in Tartaria vera, verſus partem ejus ſeptentrionalem, in regione *Mongul* dicta. Recipit Tartarum fluvium; eſtque valdo extenſus, ut tradunt nonnulli recentiores.

CORASIÆ, inſulæ parvæ maris Ægei, Plinio, quæ Coraſſiæ Straboni, nunc *Cruſſie* vulgo dictæ, teſte Nigro, inter Icariam & Pathmon inſulas proximas, & ab Icaria parum diſſitæ in occaſum, ſed incolis vacuæ.

CORASIUS, mons Syriæ, Antiochiæ urbi magnæ imminens, ex Xiphilino.

CORAX, fluvius Colchidis, Arriano, hodie *Coddars* dictus in Mengrelia regione, in mare Nigrum ſe exonerat, teſte Archangelo Lamberto.

CORAX, mons Ætoliæ in Græcia, Livio, inter Naupactum & Callipolim exiſtens, nunc *Coraxas* etiam dictus, ut quibuſdam placet.

CORAX, mons Sarmatiæ, in Aſia, Straboni, cum fluvio ejuſdem nominis in finibus Colchorum: ubi montes Coraxici, qui Caucaſi pars ſunt, & Heniochii etiam à Plinio appellantur.

CORAX, urbs Sardiniæ inſulæ, in ejus ora occidentali Ptolemæo, nunc Algara, *Algieri* Italis, *el Alguer* Hiſpanis, urbs parva admodum ſed culta in loco peramœno ſita, teſte Cluverio, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Turritano, in provincia ſive promontorio loci Aurei, cum portu peramplo olim Caracodes ſive Carcacodes dicto, teſte Cluverio. Vide Algara.

CORAXI, populi Colchidis, circa Coraxem montem incolentes, quorum urbs Dioſcurias, teſtibus Plinio & Mela.

CORBACHIUM, *Corbach*, oppidulum Germaniæ, in Haſſia, caput Comitatus Valdeccii, erat olim urbs Imperialis & libera, ſed anno 1396. à Comite Valdeccii occupata, ipſi etiam ſubeſt, eſtque inter Paderbornam & Marpurgum, 6. milliaribus Germanicis à Caſſula in occaſum, & ferè 3. à Valdecco.

CORBARIA VALLIS, locus Galliæ Narbonenſis, ubi Carolus Magnus Saracenos magna clade affecit, teſte Aimoino, nunc etiam *Corbiere* dicitur, eſtque in Occitania, prope montes Pyrenæos & fontes Bytſæ fluvii, inter Diœceſes Aletenſem & Narbonenſem.

CORBAVIA, *Corbaw*, tractus Croatiæ in ejus parte meridionali, verſus Morlachiam, & pro majori parte ſub dominio Turcarum.

CORBEIA, *Corbie*, urbecula Galliæ, in Picardia provincia, parva, & antea munita, ad Somonam fluvium, in Sanguiterſa tractu, 4. leucis diſtat ab Ambiano in ortum, & 8. à Perona in occaſum. Capta fuerat ab Hiſpanis anno 1637. ſed paulo poſt fortiter recepta à Gallis, cœnobium habet celebre à S. Bathilde Clodovei II. Francorum Regis uxore fundatum anno 660, & aurea Corbeia dicitur in quibuſdam titulis mediæ ætatis.

CORBEIA, *Corwey* indigenis, *Corbie* Gallis, oppidulum Germaniæ in Weſtphaliæ circulo, ad Viſurgim fluvium, cum Abbatia celebri à Ludovico Pio Imperatore & Rege Galliæ fundata anno 815. nomen ſuum debet aureæ Corbeiæ Gallicæ Cœnobio, ex quo in novam Corbeiam Saxonicam ad Viſurgim Lodovicus Pius religioſorum hominum coloniam deduxit, eratque primum in Sylva Sollingenſi, & deinde ad Viſurgim tranſlata, eſt in ipſo limite ditionis Epiſcopi Paderbornenſis, juriſdictionem habens in Huxariam oppidum & in aliquot pagos adjacentes, 8. milliaribus Germanicis diſtat à Paderborna in ortum, & totidem à Caſſula in Septentrionem, eratque olim Imperialis & libera urbs, nunc ab Imperio exempta proprio Abbati ſubeſt.

CORBILO, ſeu, & aliquando, Corbilum, urbs

fuit Galliæ Lugdunenſis , ad Ligerim fluvium , Strabone teſte , quæ à multis creditur Condivincum , nunc *Nantes* , in Britannia minori ; ſed non bene conſtat.

Corbiniacum, *Corbigny* , oppidulum Galliæ in Campania provincia , quod Corbiniacum S. Marculfi cognominatur , *Corbigny S. Marcou* , 4. leucis à Lauduno in ortum æſtivum Remos verſus , & 3. à Letitia in Meridiem.

Corbiniacum, *Corbigny*, oppidum Galliæ in Niverneoſi provincia , 12. leucis à Nivernis in ortum æſtivum , prope Icaunam fluvium Aballonium verſus 7. ubi Abbatia celebris S. Leonardi.

Corbinum , *il Corbino* , vicus Albaniæ , verſus Croiam & in tractu cognomine , intra montes ſub dominio Turcarum , ubi nunc ſedes eſt Archiepiſcopi Dyrrachini

Corbio, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis in Sueſſetanis Livio , quod puto extinctum eſſe.

Corbio, oppidum fuit Æquorum popolorum , in Latio , ſupra Algidum , teſte Livio , 15. milliaribus à Roma in ortum ; & dirutum fuit à M. Horatio Pulvillo , ideo nec ejus apparent veſtigia.

Corbolium, *Corbeil* , oppidum Galliæ in provincia Inſulæ Franciæ , duplex eſt nempe Corbolium vetus , *le Viel Corbeil* , in Bria provincia , & Corbolium novum , *Corbeil le neuf* , quod majus ex adverſo in Hurepeſio agro , & ſimul junguntur ponte lapideo ad Sequanam fluvium , dicitur Corvolium , & caſtrum Corvolium in actis mediæ ætatis , & olim Joſedum vocatum fuit, 7. leucis diſtans à Pariſiis in Meridiem Melodunum verſus 3. & Fontem Bellaqueum 7. hinc Corbolienſes , *les Corbeillards* vulgò.

Corauло, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ : quod aliquibus eſt *Carpio*, in Vandalitia, inter Cordubam 5. & Illiturgim 7. leucis diſſitum.

Corbulonis Fossa, in Batavia , nunc interpretantur eam , quæ à Lugduno Batavorum Delphos defertur , atque inde ad vicum *Sluys* , Moſæ jungitur in Hollandia , & vulgò *de Fliet* dicitur , Cluverio & aliis teſtibus.

Corcagia, *Korcach* indigenis , & *Corck* Anglis , urbs Hiberniæ in Momonia provincia , & Comitatus cognominis caput , Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Caſſilienſi , cui Clonenſis Epiſcopatos ab anno 1430. perpetuo unitus eſt, uti Epiſcopatus Roſſenſis ab anno 1618. ſedet ad Saverenum fluvium, cum portu capaci & commodo , quanquam aliquor milliaribus diſtet à mari , eſtque parva ſed munita , 18. milliaribus diſtat à Roſſia in Septentrionem, uti 10. à Kinſalia Caſſiliam verſus 40. & malè habita fuit ab Aoglis paucis abhinc. annis.

Corcagiensis Comitatus, *The Countie of Corck* Anglis, *le Comté de Corck* Gallis, tractus eſt Hiberniæ in Momonia provinciæ , & in ejus parte auſtrali , inter Comitatum Kerrienſem ad occaſum , Tiperarienſem ad Boream, & Vaterfordienſem ad ortum , à Meridie autem terminatur Oceano Hibernico, ejus urbes ſunt Corcagia tractus caput , Kinſalia , & Iogalia , & ſub ipſo cenſetur Deſinonia tractus.

Corcanota major cognominata, *Corcang*, urbs Aſiæ in Chowarezmia regione , cujus præcipua exiſtit , ad ripam Oxi fluvii , ampla & perculta, qoæ ab Arabibus *Al Jorjaniah* cognominatur , teſte Abulfeda.

Corcangia Minor Dicta , *Corcang* , urbs Aſiæ in Chowarezmia regione , in occidentali latere Oxi fluvii , & 10 milliaribus diſtans a Corcangia majori , ut ſcribit Abulfeda.

Corcinium, ſeu Civitas nova , *Korcin*, urbecula Poloniæ minoris , in Palatinatu Sandomirienſi , ad Viſtulam fluvium , 38. mill. paſſ. à Cracovia in ortum.

Corcoras, fluvius Japodum , Straboni ; ubi Latobici populi , nunc creditur *Gurck* , fluvius Carniolæ in Germania. Oritur ſupra Lugeam paludem in Carniola ſicca aliquot milliaribus à Nauporto. Prætorium & Rudolphiverdam rigat , & deinde in Savum fluvium labitur ad Noviodunum oppidum, ubi Carniolam à Croatia ſeparat.

Corcyra, inſula notiſſima maris Ionii, Plinio, & Straboni , quæ & Pheacia poëtis , hodie *Corfu* Italis, *l'Iſle de Corfou* Gallis , Epiro ferè adjacens , vix 4. milliaribus diſtans ab ejus ora à parte Boreali , extenditur à Septentrione in Meridiem ad 55. milliaria, Porcaccio teſte , ejus vero circuitus eſt 120. mill. paſſ. eſtque inter Acroceraunios montes ad Boream , & Leucadem inſulam ad Auſtrum 150. mill. paſſ. inde diſtans , & 85. circiter à Japygio promontorio Italiæ in ortum hybernum. Dividitur vero in quatuor partes , Balias dictas , & ſubeſt dominio Reipublicæ Venetæ ab anno 1386 die 9. Junii , quo Corcyrenſes illi dominium inſulæ obtulerunt ; & ei omnino conceſſa fuit anno 1401. die 6. Auguſti a Ladiſlao Rege Neapolitano , qui illam poſſederat pro 30. mill. ducatibus , teſte Paulo Mauroceno libro 17. urbem habet primariam cognominem, & caſtrum S. Angeli in ejus parte auſtrali , ſed ejus incolæ fere omnes ſunt Schiſmatici & Græci ritus , Corcyræi & Corcyrenſes dicti , *i Corfiotti* vulgò.

Corcyra, *Corfu*, urbs Corcyræ inſulæ primaria Plinio , in mari Ionio , & in ejus ora Epiro obverſa, Archiepiſcopalis eſt , & permunita in parva Cherſoneſo , cum portu commodo , armamentario inſtructiſſimo , & duplici arce firmiſſima in monte , ad cujus radices exiſtit cum valido præſidio , ſub dominio Reipublicæ Venetæ, & fruſtra obſeſſa fuit à Turcis anno 1537. parva eſt ſed probe culta , hanc urbem ſcribunt Coloniam factam, à Corinthiis anno 50. ab urbe condita, & vix 16. mill. paſſ. diſtat ab ora Epiri in occaſum, meminit illius Lucanus , dicta fuit etiam Corypho , quod in excelſæ rupis cognominis cacumine exſtructa ſit , teſte Guillelmo Apulienſi.

Corcyra Melæna, id eſt nigra , inſula maris Adriatici , Plinio , Dalmatiæ adjacens , nunc *Curzola* dicta ab incolis , teſte Sophiano , Slave *Karkar*, teſte Joanne Lucio , & à Gallis *la Courzola* vocatur , ſubeſt dominio Reipublicæ Venetæ , & longa eſt 25. mill. paſſ. prope Oeneum promontorium Dalmatiæ , a qoo ſeparatur freto ſive ſinu parvo , *le Golfe de Sainte Croix* dicto , 5. mill. paſſ. illic tantum lato , & diſtat 12. mill. paſſ. à Pharia inſula in Meridiem , orbeculam habens Epiſcopalem cognominem ſub Archiepiſcopo Raguſino in ora orientali , inſula ſuberat alias dominio Reipublicæ Raguſinæ , & in ea ſunt etiam quinque vici ſeu caſtra.

Corduana Turris , *la Tour de Cordouan* , pharus Galliæ pulcherrima in Aquitania , in Antro inſulula, ad Gerundæ æſtuarium, ubi in Oceanum ſe exonerat , una leuca à Medullano tractu, primum exſtructa fuit à quodam Corduba Architecto , unde ei nomen inditum , eſtque inter tranſitum Arenoſum & tranſitum Aſinorum , in ſcopulo parvo undique mari cincto , & hic noctu ignis accenſus Gerundam intrantibus egredientibuſque allucet , & navigantium dirigit curſum , ſicque navigationi & commercio percommoda eſt. Ea primum reſtaurata fuerat ab Henricq II Rege Francorum , opera Ludovici de *Foix* Pariſini Architecti, uti poſtea ab Henrico IV Rege , ſed cum ventorum vi, & temporum injuria , ruinam minitaretur , eſſetque ſemidiruta : Ludovicus Magnus Francorum Rex eam à fundamentis maximis impenſis , & magnificentiſſime reædificari fecit, anno 1665. & cenſus etiam annuos attribuit ad ejus reſtaurationem inpoſterum ut conſtat ex hac inſcriptione marmorea ad eam poſita.

LUDOVICO XIV.

Galliæ Navarræque Regi Chriſtianiſſimo
Triumphatori, pacis aſſertori, ſemper Auguſto,
Ob inſtauratam arduo labore Turrim Corduanam
Redditamque navigantibus ſecuritatem.
Ætern. ponit monument.

PROVINCIA AQUITANICA.

an. ſal. CIƆ. IƆCLXV.

Regium ærarium adminiſt. Jo. BAP. COLBERTO
CLAUDIO PELLOT.
Per Aquitaniam miſſo Dominico
opus curante.

CORDUBA, Colonia cognomento Patricia, urbs Hiſpaniæ Bæticæ clariſſima, Cæſari, & Plinio, Senecæ & Lucani patria, nunc *Cordoba* Hiſpanis, quanquam *Cordoua* pronuncient, *Cordoue* Gallis, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Hiſpalenſi, ad Bætim fluvium, in Vandalitia regione, anno 1236. ab Hiſpanis recuperata, ejectis Mauris, cum antea eſſet perampla, & caput regni cognominis, ubi Miramolinorum ſedes regia, urbs eſt etiamnum magna in planitie, ad montium Marianorum radices, muris antiquis undique cincta, & ejus Eccleſia major, olim Maurorum Fanum, ideam refert antiqui Templi Salomonis, Palatium Regium habet ſed antiquum, eſtque media inter Granatam ad ortum & Hiſpalim ad occaſum, 20. leucis utrimque diſtans, 42. à Freto Herculeo in Septentrionem, & 8. ab Aſtigi in Orientem, ejus meminit Silius. Sunt etiam qui credant patriam eſſe Avicennæ & Averrois medicorum, hinc Cordubenſes *los Cordoanos* vulgò, & *Cordoueſes* etiam.

CORDUBA NOVA, ſeu Comana, *la nueva Cordoua, ò Comana*, urbs Americæ meridionalis in provincia Terræ firmæ. Vide Comana.

CORDUBA, mons alias Luſitaniæ, qui *Corvan* vulgo nunc, in regno Portugalliæ, & agro Portuenſi, dicitur, teſte Andrea Reſendio.

CORDUENA, regio Aſiæ, verſus Tigrim fluvium, una ex quatuor regionibus Trans Tigritanis à Galerio acquiſitis Imperio Romano, teſte Ammiano Marcellino. Vide Corduenni.

CORDUENNI, quondam Carduchi dicti, populi Aſiæ, Adiabenis connexi, ut ſcribit Plinius, & Stephanus etiam, Carchudi Ptolemæi ſunt, & Diodorus habet Carduchos montes inter Mediam & Armeniam, ſed qui ſint nunc non conſtat, hinc forſan Corduena regia una ex quatuor Transtigritanis Perſis data à Joviano Imperatore, ejus meminit Ammianus Marcellinus.

CORDULÆ, portus & oppidum Colchidis in Heniochis, Plinio, Corduli Ptolemæo, Cordule aliis, in ora Ponti Euxini, & ad Pritanis fluvii oſtia: nunc *S. Foca* dicitur, ut Laonicus & quidam exiſtimant, 10. milliaribus diſtat ab Athenarum promontorio in ortum, uti 60. à Trapezunte verſus Apſari fluvii oſtia 30. circiter, teſte Sanſone ex Arriano.

COREA, regio ampla Aſiæ, quæ *Tiocencoub* incolis, & aliquando etiam *Caoli* dicta, *Corea* vulgo Luſitanis, *le Corey* Gallis & Batavis, extenditur à Septentrione in Meridiem, in modum peninſulæ per 150. leucas, cum ejus latitudo ab ortu in occaſum, vix ſit 70. leucarum. fere undique Oceano Orientali, ſeu Sinico cingitur, in modum peninſulæ, ſed ad Septentrionem anguſto iſthmo conjungitur Leaotumo provinciæ Sinarum, vix diſtat 25. leucis à Japonia in occaſum æſtivum, & verſus Occidentem terminatur ſinu Nanquinenſi, dividitur in octo provincias, ex quibus præcipuæ ſunt Sengada, Tiongſianda & Tillada, Regique proprio ſubeſt ſub Clientela Tartarorum, cum Quelpartia inſula, Regni caput eſt Siorum *Sior*, aliæ urbes præcipuæ ſunt Chentium *Chentio*, Conſium *Conſio*, Diuſiangum *Diuſiang*, Jehamum *Jeham*, & Mogganum *Moggan*, eſtque regio fertilis admodum.

CORELA, *Corela*, oppidum Moſcoviæ ſeptentrionalis in Duina provincia, & ad fluvium etiam Duinam. 30. milliaribus Germanicis ſupra Archangelopolim.

CORESSUS, mons Ioniæ excelſus Diodoro, nunc *Corideres*, teſte Joanne Leunclavio, cum oppido cognomine, prope Epheſum urbem, ab ea 5. mill. paſſ. in ortum diſtans.

CORETUS SINUS, pars Mæotidis paludis, Ptolemæo, prope Zenonis Cherſoneſum, in Taurica regione, & Bugem lacum, in Sarmatia Europæa.

CORFINIUM, urbs olim Pelignorum, in Italia Cæſari, Straboni, Senecæ, & alias Epiſcopalis, nunc teſte Cluverio, eſt *Pentina* vicus Aprutii citerioris in regno Neapolitano, inter Sulmonem à qua diſtat 7. mill. paſſ. in Septentrionem, & Populium oppidum, quod crevit ex ejus ruinis 3. in eo viſuntur antiquæ urbis ruinæ & agri circumjecti appellantur *i Campi di S. Pelino* ab Eccleſia ſub invocatione hujus ſancti, & 3. mill. diſtat ab Aterno fluvio, & à confinio Aprutii Ulterioris, populi Corfinienſes Plinio, ejus meminit Lucanus.

CORILEO, *Coriglione*, oppidulum Siciliæ in valle Mazaræ, olim Schera dictum, teſte Cluverio, ſedet in monte, 25. mill. paſſ. à Panormo diſtans in Meridiem.

CORINOTUR, urbs Indiæ intra Gangem, in ora littorali Ptolemæo, ſed quæ ſit hodie non conſtat, quanquam Gaſtaldus eam *Caribider* interpretetur.

CORINIUM, oppidum Illyrici Plinio, & Ptolemæo, nunc *Cori*, Slavis *Karin*, oppidulum Dalmatiæ, in monte ſitum in ditione Turcica, teſte Joanne Livio viro doctiſſimo, 4. milliaribus à Novigrado diſtans in ortum, uti 20. milliaribus à Jadera & 6. à Nadino Obrovacium verſus.

CORINIUM, urbs Dobunorum in Britannia magna Ptolemæo, nunc *Cirenceſter*, Gloceſtrienſis Comitatus oppidulum in Anglia, ut Camdenus exiſtimat, dictum fuit Durocornovium, Antonino, id eſt, Cornovium aqua, exactè ad 15. à Gloceſtria lapidem in ortum diſtans, mœnium ruinæ peramplum fuiſſe declarant, quæ duo utique milliaria in ambitu collegerunt, ſed hodie ægrè inhabitatur. Alluiturque fluvio Corino, vulgò *Churne*, & 22. milliaribus diſtat ab Oxonio in occaſum. Dicitur aliter Cireceſtria. Vide ibi.

CORINTHIA, tractus Peloponneſi in ejus parte Boreali, Straboni, inter Sicyoniam ad occaſum, & Argiam ad Meridiem, & ortum, ad Septentrionem vero Iſthmo ſeparatur ab Achaia, & partim etiam ſinu Corinthiaco, ubi nunc pars orientalis Ducatus Clarentiæ, ſub Turcis, ejus unica urbs Corinthus, de qua infra.

CORINTHIACUS SINUS, nunc *le Golfe de Lepante* Gallis, *il Golfo di Lepanto* Italis, dictus fuit etiam Criſſæus & Halcyonius à veteribus, inter Achaiam ad Septentrionem & Peloponneſum ad Meridiem extenſus ab Oriente in Occidentem, per 80. millia paſſuum nempe à Corintho urbe ad promontoria Rhium & Antirhium, ad os illius, ubi mari Ionio jungitur.

CORINTHUS, urbs Peloponneſi notiſſima, Corinthiæ tractus caput, Polybio, & Straboni, Archiepiſcopalis, & præclara olim Reſpublica, ab Alete luctatore condita anno orbis 3066. ut narrant, vulgo *Coranto* nunc, Turcis *Gereme*, teſte Leunclavio, ſita eſt in medio Iſthmi Corinthiaci ab ea dicti, habebatque Acra Corinthum arcem in ſcopulo ei incumbente, & navalia duo, nempe Lechæum ad ſinum Co-

rinthiacum, & Cenchreas, ad ſinum Saronicum, 40. ſtadiis a Lecheo; & Ephyre olim dicta fuit à fonte, paruit antea Venetis ex conceſſione Deſpotarum, ſed eis erepta fuit a Mahumete ſecundo Turcarum domino, anno 1458. ipſiſque Turcis etiamnum ſubeſt cum toto tractu, ſed ſine muris jacet, parva admodum, & à paucis inhabitata cum arce in colle prærupto, diſtat autem 80. milliaribus a Patris in ortum, Athenas verſus 50. & à Lacædemone 85. in Septentrionem, uti 25. ab Argis, hinc populi Corinthii Ciceroni, & Corinthiacus nomen gentis, meminit Corinthi Ovidius, appellans eam bimarem, quod ſit inter duo maria, Ionium ad occaſum, & Ægeum ad ortum.

Coriola, oppidum erat Volſcorum Halicarnaſſeo, Coriolla Stephano, & Corioli Livio, ex præcipuis in Latio, & in confinio Latii antiqui, inter Lanuvium & Velitras, Aſturamque fluvium, cujus hodie nullum extat veſtigium, hinc populi Coriolani, Plinio, & hinc dictus Marcus Coriolanus.

Coriolanum, oppidum magnæ Græciæ, Stephano, nunc *Curigliano*, oppidum regni Neapolitani in Calabria Citeriori, vix 5. milliaribus diſtans ab ora ſinus Tarentini, juxta amnem cognominem, 8. milliaribus à Thurii ruderibus in Meridiem, & 6. à Roſciano in occaſum.

Coriovallum, oppidolum Eburonum, in Germania inferiori, ex itinerario Antonini, nunc teſte Simlero, eſt *Valckenburg* oppidum Brabantiæ in tractu Ultra-Moſano, quod a Gallis *Fauquemont* dicitur, in limite Ducatus Limburgenſis, ſub dominio Belgarum, ſed à Gallis captum fuerat anno 1672. caſtrum habuit utcumque munitum, nunc disjectum, ad fluvium *la Geule*, 2. leucis diſtans a Trajecto ad Moſam, in ortum Juliacum verſus & Aquiſgranum 4.

Corisopitum, *Quimper*, urbs Galliæ, olim Curioſolitæ dicta, in Cornubia tractu Britanniæ minoris, ſeu in Britannia inferiori, unde urbs ipſa *Cornouaille* aliquando ſed improprie vocatur, atque etiam *Quimper-Corentin* exteris à S. Corentino illius Epiſcopo, cum ipſa Epiſcopalis ſit ſub Archiepiſcopo Turonenſi, ſedet ad Oderam amnem, 3. leucis ab Oceano, in Septentrionem Brivatem ſeu Breſſum verſus 10. à Venetis 23. in occaſum, uti 40. à Rhedonibus.

Coritani, populi fuere Britanniæ magnæ Ptolemæo, inter Brigantes ad Septentrionem, Cornavios ad occaſum, Catieuchlanos & Icenos ad Meridiem, & Oceanum Germanicum ad ortum, qui longiſſimè per mediterraneam inſulæ partem diffuſi, habitabant in illis provinciis, ubi nunc Northantonia, Liceſtria, Rutlandia, Lincolnia, Nottinghamia, & Darbia provinciæ Angliæ, teſte Camdeno. Horum præcipua Lindum.

Coritus, mons Hetruriæ, pars Cimini montis, apud Catonem, ſed eum fictitium credit Cluverius, idque pluribus probat contra Annium libro 2. & capite 3. Italiæ antiquæ.

Corytus, mons Umbriæ, teſte Dionyſio Halicarnaſſeo, nunc eſt *il Monte Corvo*, prope Caſſiam oppidum Umbriæ, in Aprutii confinio, ut exiſtimat Leander Albertus.

Coritus, urbs Vide Cortona, & Corytus.

Coriundi, populi Hiberniæ, Ptolemæo, forſan ubi nunc pars Comitatus Caterlogenſis, & agri Kilkennienſis pars non minima, atque etiam ubi tractus Oſſiriæ ſuperioris & Ormondia, in Lagenia provincia, ut exiſtimat Camdenus, ſed credit Waræus eos fuiſſe in viciniis at magis ad occaſum, ubi hodie Comitatus Corcagienſis, Tipperarienſis, & Limericenſis in Momonia, ubi etiam Vodii inhabitabant.

Corleontinum, *Carlentini*, urbs Siciliæ inſulæ; dicitur melius Carleontinom Vide ibi.

Corlinum, *Corlin*, oppidulum Germaniæ, in Pomerania ulteriori, cum arce, aliàs ſub dominio Epiſcopi Caminenſis, nunc autem ſubeſt Electori Brandeburgico, ab anno 1648. pace Weſtphalica. Sita eſt ab amnem Perſantam, 3. milliaribus diſtans à Coſlino in occaſum, & pauló minus à Colberga in Meridiem.

Cormendinum, *Kerment*, oppidulum Hungariæ Ciſdanubianæ ſive inferioris, ad fluvium Arrabonem *Rabb*, ubi recipit Bincam, vix 2. milliaribus Germanicis à confinio Stiriæ diſſitum in ortum, uti à Fano S. Gotardi, & juxta illud Turcæ grandi clade affecti fuere à Gallis anno 1664.

Cormentinum, *Cormentin*, Arx Africæ in ora aurea Guineæ, ſub dominio Belgarum unitorum, vix 50. mill. paſſibus diſtans ab arce S. Georgii de Mina in ortum.

Cormeriacum, *Cormery*, oppidulum Galliæ, cum Abbatia in Turonia provincia, ad Ingerem fluvium, 4. leucis à Cæſaroduno Turonum in ortum hybernum Lochias verſus.

Cormiciacum, *Cormicy*, oppidum Galliæ in Campania provincia, & in Remenſi tractu, in ipſo limite Picardiæ, ſub dominio utili Archiepiſcopi Remenſis, vix una leuca ab Axona fluvio, a Remis vero 4. in occaſum æſtivum Laudunum verſus.

Cornaburgum, *Kornenburg*, oppidum Germaniæ in Auſtria inferiori, ad Danubium fluvium, 2. milliaribus Germanicis ſupra Viennam in occaſum, alias captum fuit, & munitum à Torſtenſonio Suecorum duce percelebri anno 1645.

Cornabui, ſeu & Cornabii, populi fuere Britanniæ ſecundæ Ptolemæo, in parte ſeptentrionaliori regionis, verſus Tarvedrum promontorium & Orcades inſulas, ubi nunc pars Borealis Comitatuum Stratnaverniæ & Cathaneſiæ, in Scotiæ regno, teſte Camdeno.

Cornaeum, oppidum Pannoniæ inferioris, Ptolemæo, & Antonino, nunc teſte Simlero, eſt *Zalha*, caſtrum Hungariæ inferioris in Valkonenſi Comitatu, ad Danubium fluvium, ubi recipit Vulpanum, paulo infra confluentes Dravi etiam in Danubium, inter Teutoburgium ad Septentrionem, & Bononiam ad Meridiem, 5. milliaribus Germanicis ab Eſechio in ortum, ſub dominio Turcarum, ſed Lazius credit eſſe caſtrum *Keroſca*, 10. mill. paſſ. infra in Meridiem, & Antonius Verancius Sibenzanus interpretatur *Karon* caſtrum Hungariæ inferioris ad Danubium fluvium, è regione confluentium Tibiſci in Comitatu Sirmienſi, paulo infra Petro Varadinum, quod forſan rectius.

Cornavii, populi fuere Britanniæ majoris, teſte Ptolemæo, inter Brigantes ad Septentrionem, Coritanos ad ortum, Dobunos ad Meridiem, & Ordovices ad occaſum. Habitabant fere, ubi nunc Comitatus Warvicenſis, Vigornienſis, Staffordienſis, Salopienſis, & Ceſtrienſis, in meditullio regni Angliæ, ut Camdenus exiſtimat.

Cornelia, ſic dicitur ex veteri inſcriptione Wimpina, *Wimpfen*, urbecula Germaniæ Imperialis & libera in Sueviæ circulo, ad Nicrum fluvium, teſtibus Munſtero, & Bruſchio, 7. mill. paſſ. diſtans ab Helptuna in Septentrionem, & 7. milliaribus Germanicis ab Halla in occaſum Heidelbergam verſus 5. Vide Wimpina.

Cornelia, urbs Æmiliæ, nunc *Imola*. Vide Forum Cornelii.

Cornelianus, mons Italiæ in Pedemontio, inter ditionem Genuenſem, & Comitatum Niceenſem, poſtea Tendanus mons dictus, nunc *le col de Tende*. Vide Tendanus mons.

Cornetum, *Corneto*, urbs Italiæ. Vide Cornuetum.

Corniculum, oppidum fuit Latii, cujus meminit Halicarnaſſeus, nunc omnino dirutum jacet

verſus Tybur urbem, nunc *il Monte Gennaro* dictum, teſte Luca Holſtenio.

CORNU, urbs Sardiniæ inſulæ, nunc exciſa, & ejus ruinæ ſunt inter caſtra *Selignes* & *Montefero* dicta, teſte Franciſco à Vico.

CORNU BIZANTIORUM, ſinus parvus maris, ſeu potius pars Boſphori Thracii, Straboni & Plinio, inter Conſtantinopolim & Galatam ſe extendens in Thracia, ubi regium navale Turcarum à parte Galatæ. Dicitur aliter Chryſoceras ſinus Plinio, & in eum ſe exonerant Barbyſes & Cydaris fluvioli, teſte Petro Gillio. Vide Chryſoceras.

CORNUBIA, *The Cornwal* Anglis, *la province de Cornouaille* Gallis, provincia Angliæ occidentalis, in occaſum maximè extenſa, inter Oceanum Britannicum & Oceanum Virginium, verſus Antivæſtæum promontorium, ubi alias major pars Damnoniorum populorum, habetque ad ortum Devoniam provinciam. Ibi tantùm aliquot oppida parvi momenti, Paſtovia *Padſtow*, Bodmania *Bodman*. Fanum S. Stephani *Launſton*, Uxella *Leſtuthiell*, & Voluba portus *Falmouth* dictus.

CORNUBIA, *la Cornouaille*, provincia parva Galliæ in Britannia minori, ſive pars inferior Britanniæ minoris ut vocant, ubi olim Curioſolitæ populi; & nunc Coriſopitenſis Diœceſis ſive Cornubienſis, terminatur ab occaſu & Meridie Oceano, à Septentrione Diœceſibus Leonenſi, & Trecorenſi, ab ortu vero Venetenſi, & ejus præcipua urbs eſt Coriſopitum.

CORNUETUM, *Corneto* indigenis, *Cornete* Gallis, urbs Hetruriæ Epiſcopalis nemini ſuffraganea, in ditione Eccleſiæ, & in provincia Patrimonii S. Petri, ad Martam fluvium, in ipſo limite Ducatus Caſtrenſis, prope Graviſcas & Tarquiniam urbes exciſas in viciniis quibus ſucceſſit, ſedet in colle 4. milliaribus ab ora maris Tyrrheni in Septentrionem, & ejus Epiſcopatus perpetuo Montis Phyſconis Epiſcopatui unitus fuit, ſed parva eſt, & ægre habitata ob auſtros ſpirantes & inſalubres, diſtat 20. milliaribus à Monte Phyſconis, & 22. à Viterbio in Meridiem, a Roma vero 46. hunc Cornuetani populi, *li Cornetani* vulgò.

COROCONDAME, oppidum Sarmatiæ Aſiaticæ, Straboni, & Ptolemæo, quod & Corocondama Pomponio, ad fauces Boſphori Cimmerii, ubi in Pontum Euxinum ſe exonerat, & quo lacus adjacens ſeu palus Corocondamus ab eo dictus in Euxinum effluit, prope Hermonaſſam, nunc *Coletmacorca* dicitur à Moletio, ſed alius eſt *Taman*, 7. mill. paſſ. diſtans à Phanagoria in Meridiem, & 30. à Sindiaco portu in Occidentem Theodoſiam verſus 80. circiter.

CORODAMUM, promontorium Arabiæ fœlicis, Ptolemæo, nunc *Raz Algate* dicitur, eſtque ad ortum valde extenſum, 125. diſtans ab Armuzia inſula in ortum hybernum & 150. à Syagrio promontorio in ortum æſtivum, in Oceanum Indicum excurrens.

COROMANDELIA, *le Coromandel*, regio Indiæ in peninſula intra Gangem, juxta oram ſinus Gangetici extenſa à Septentrione in Meridiem, ſub dominio partim Regis Golcondæ, & partim regis Narſingæ, cui adjacet ad occaſum, habens ad Septentrionem regnum Golcondæ, & ad Meridiem oram Piſcariæ, & ſub ea cenſentur Coromandelia propria, & Tamulum regnum, cum aliquot aliis ditionibus minoris notæ; ejus præcipuæ urbes ſunt Negapatanum *Negapatan*, & Palecata *Palecate*, Maſulepatanum *Maſulepatan*, & Maliapura ſeu Fanum S. Thomæ *S. Thome*, quæ Gallis ſuberat, ſunt etiam in ora littorali arces aliquot Europæorum, uti Crangebaria ſub Danis, Gueldria ſub Belgis & aliæ.

COROMANIS, urbs Arabiæ fœlicis, Ptolomæo, Coromane Stephano, ad ſinum Perſicum in intimo ejus receſſu ad occaſum, nunc *Carmon* dicta, ſive *Corman*, teſte Moletio.

CORONA, urbs Hungariæ in Tranſſylvania, quæ Braſſovia etiam dicitur & Stephanopolis, Græca voce, *Cronſtat* Germanis, *Braſſaw* incolis, & *Corona* Italis, ſedet in confinio Valachiæ ad radices montium, prope Burciam amnem, qui paulò poſt cadit in Alutham, unde tractus adjacens Burcia dicitur, *Burczland* vulgo, probe munita eſt pro ratione locorum, tria habens ſuburbia quorum unum Bulgari, aliud Hungari, tertium Saxones inhabitant, 15. milliaribus Germanicis diſtat à Cibinio in ortum, uti 28. à Claudiopoli; & forſan olim Prætoria Auguſta dicta fuit.

CORONA, *la Coruña*, capaciſſimus portus Hiſpaniæ, in Gallæcia provincia. Vide Caronium.

CORONA, *la Couronne*, Abbatia Galliæ in Engoliſmenſi provincia, vix una leuca ab Engoliſma in ortum.

CORONÆBURGUM, *Cronenborg* incolis, *Cronenbourg* Gallis, arx permunita Daniæ regni, in Zelandia inſula, juxta Helſingoram urbem, cum palatio ſuperbiſſimo; in anguſtiis Ore-Sundici freti, ex adverſo Helſinburgi Scaniæ. Exſtructa fuit à Frederico II. anno 1577. & illic penditur Regi Daniæ vectigal in ſingulos malos, capta fuit à Carolo Guſtavo Rege Sueciæ anno 1659. ſed poſtea Danis reddita, & locus olim Oreckraaga dictus fuit, teſte Pontano.

CORONE, urbs Peloponneſi in Meſſenia, Straboni, & Plinio, olim colonia Thebanorum, in ora ſinus Meſſeniaci, anteaque Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Patracenſi, nunc metropolis, & *Coron* dicta a recentioribus, in provincia *Belvedere*; & quondam Pedaſum vocata, ſita eſt ſub Thematia monte, in ora ſinus Meſſeniaci, & egregie munita cum portu capaci & ſecuro, alias paruit Venetæ Reipublicæ ex conceſſione Deſpotarum Moreæ, ſed capta fuit à Bajazete ſecundo, ex quo tempore Turcarum dominio ſubeſt, inter Merhonem ad occaſum hybernum 12. mill. paſſ. & Meſſenem ad ortum æſtivum.

CORONEA, urbs parva Græciæ in Bœotia regione, Plinio, & Straboni, nunc *Corone* dicta, teſte Pineto; loco edito ſita, prope lacum Copaidem, ubi Cephiſſum fluvium recipit, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Athenienſi, ſed parva admodum & in vicum redacta ſub dominio Turcarum, inter Cherroneas ad occaſum, & Copas ad ortum, 20. milliaribus à Theſpiis in ora Septentrionem, Orthomenum verſus 10. hic talpæ non vivunt, teſte Plinio, & juxta ipſam Ageſilaus vicit Thebanos & Athenienſes.

CORONIA, *Landskron*, urbs Sueciæ regni, parva ſed probe munita cum arce in Scania provincia, & in ora littorali freti Ore-Sundici dicti, è regione Huenæ inſulæ, cum portu capaci, antea ſuberat Regi Daniæ, ſed ab anno 1658. effecta eſt Suecici juris, pace ad Roſchildiam ſancita, 18. mill. paſſ. diſtans ab Hafnia in ortum æſtivum, & paulo plus à Malmoa in Septentrionem, & condita fuit ab Erico Pomerano Rege Daniæ anno 1413. cum antea eſſet caſtrum Sebia, *Sundre Sœby* dictum, teſte Huitfeldio, & ad ipſam Chriſtianus V. Daniæ Rex victus & maxima clade effectus fuit à Carolo X. Rege Sueciæ, die 24. Julii anno 1677. capta fuerat à Danis anno 1676. ſed poſtea Suecis reddita fuit anno 1679. mediante potenti patrocinio Ludovici Magni Francorum Regis, & pace ad Fontem Bellaqueum ſancita.

CORONOPOLIS, *Braſſaw*, urbs Tranſſylvaniæ, quæ ſæpius Corona dicitur. Vide ibi.

CORONUS, mons Aſiæ, pars Tauri, inter Mediam ad occaſum & Parthiam ad ortum ſitus, Ptolemæo, nunc *Baſaraci* dictus, teſte Caſtaldo, ex conjectura.

COROPA, *Coropa*; provincia Americæ meridionalis, in Guaiana regione, inter lacum Parymæum & fluvium Amazonum, prope fluvium Coropatubam, in mediterraneis, ſed nulla ineſt Colonia Europæorum

Pp iij

qui raro in illas partes penetrarunt.

Coropassus, urbs fuit Lycaoniæ, in Aſia minori, inter Philomelium Phrygiæ ad occaſum 840. & Mazacam ad ortum 800. ſtadiis, teſte Strabone.

Corozain, oppidum Palæſtinæ, in ora lacus Geneſaræ ad ortum, prope Capharnaum, à Cedar 12. mill. paſſ. à Scythopoli verò 25. in Boream, ægrè inhabitatum.

Corregium, *Corregio* incolis, *Corrège* Gallis, oppidum Italiæ ſat amplum & cultum, in Longobardia, cum arce munita. Aliàs habuit Principes proprios è gente cognomine, ſed nunc ſubeſt dominio Ducis Mutinæ ab anno 1635. cum ejus parva ditione inſerta agro Regienſi, 10. milliaribus diſtat à Regio Carpum verſus, & 13. à Mutina in occaſum, dicitur etiam Corrigium.

Corseæ, ſive Corſiæ, inſulæ parvæ maris Ægei, Ioniæ adjacentes, Straboni, contra Samum inſulam, quas etiam Plinius Corſeas vocat, à Coraſſiis diverſas.

Corsica, inſula Italiæ, Straboni, & Plinio, nunc *la Corſica* indigenis; *la Corſe* Gallis, *la Corſega* Hiſpanis, quæ Cyrnus olim dicta fuit à Ptolemæo, & Strabone, terminatur à Septentrione & Occidente mari Liguſtico, ab Oriente mari Tyrrheno, à Meridie vero ſeparatur à Sardinia Freto Taphros dicto; vulgo *le bocche di Bonifacio*, lato 8. mill. paſſibus, extenditur à Septentrione in Meridiem ad 110. millia paſſuum, ejus vero latitudo ab ortu in occaſum eſt 50. & ejus ambitus eſt 280. milliarium, diſtat autem à Genua 100. milliaribus in Auſtrum, 60. à Liburno in occaſum hybernum, & 65. à Plumbino in occaſum. Diviſa fuit alias hæc inſula in duas partes, nempe in Septentrionalem partem Marianam dictam, & in Meridionalem Caſineam vocatam, teſte Salvatore Vitali, nunc autem partitur inſula in quatuor partes quorum nomina ſunt; pars Ciſmontana quæ ad Septentrionem, *di qua da monti*; latus interius, *il lato di dentro* ad ortum; pars Ultramontana quæ ad Meridiem, *di là da monti*; & latus exterius, *il lato di fuori* ad occaſum, ſed hæc quatuor ſæpius reducuntur ab incolis ad duas partes, Ciſmontanam nempe, ſub qua cenſentur quadraginta quinque tractus parvi Plebaniæ dicti; *le Pieve* vulgo, in quibus ſunt Baſtia, Aleria, Balagna, Calvium, Curia, & promontorium Sacrum cum eorum territoriis ſeu juriſdictionibus; & Ultramontanam ſub qua comprehenduntur viginti ſive & unus tractus parvi ſive Plebaniæ, ſub quibus ſunt Adiacium, Bonifacium, Portus vetus, & Sarna, & eorum agri ſeu juriſdictiones: urbes in ea quondam claræ fuerunt Mariana, & Aleria nunc exciſæ, hodie vero Baſtia primaria eſt totius inſulæ, quæ ſubeſt dominio Reipublicæ Genuenſis ab anno 1144. quo primum ei libera ceſſit, ejectis inde Saracenis, quanquam poſtea pluries tentata à Piſanis fuerit, ut etiam à Regibus Aragoniæ annis 1320. & 1453. tota montuoſa eſt, & parum culta, ejus populi Corſi dicti, *li Corſi* vulgo Italis, *les Corſes* Gallis, & *los Corços* Hiſpanis.

Corsicæ Urbes Præcipuæ.

Adjacium, *l'Ajazzo*.
Baſtia, *la Baſtia*, inſulæ præcipua.
Bonifacium, *Bonifacio*.
Calvium, *Calvi*.
Curia, *Corte*.

Corsinianum, urbs Thuſciæ in Senenſi territorio, dicta Pientia *Pienza* vulgò, à Pio II. Pontifice Maximo, quod illic natus eſſet Patre exulante, & ab ipſo etiam anno 1462. ſede Epiſcopali inſignita ſub Archiepiſcopo Senenſi, ſed ab ejus juriſdictione immunis, parva eſt in colle, 9. milliaribus ab Ilcino diſtans in ortum, & 3. à Monte Politiano, 22. autem à Senis; & dicitur à quibuſdam etiam Corinianum, ſed malè, ſubeſtque dominio Magni Ducis Hetruriæ.

Corsoa, *Korſoe*, oppidulum Daniæ, in ora occidentali Zeelandiæ inſulæ, quo primùm appulit cum claſſe Rex Sueciæ Carolus Guſtavus anno 1658. Sedet juxta fretum Balticum, vulgo *de Belt* dictum, ex adverſo Fioniæ inſulæ & Neoburgi urbis, gaudetque arce munita.

Corstopitum, oppidulum Ottadinorum in Britannia prima, ex itinerario Antonini, nunc teſte Camdeno, videtur *Corbridge*, vicus Angliæ in Northumbria provincia, ad Tinam fluvium, 14. mille paſſibus ſupra Novum caſtrum in occaſum Hexamum verſus, & Carleolum, 20. vero à Dunelmo in occaſum æſtivum.

Cortacha, urbs Indiæ ulterioris, ſive extra Gangem, Ptolemæo, ad ſinum magnum, nunc *Tarthao* dicta, teſte Mercatore, ſed alii credunt eſſe verſus *Dingphoan* urbem regni Cocinſinæ, ex conjectura.

Corteniacum, *Courtenay*, urbecula Galliæ, in provincia Inſulæ Franciæ, & in Vaſtinio tractu, inter Senones & Montargium in colle, hinc dicti Principes noti in hiſtoriis Galliæ, ex quibus etiam Imperatores Conſtantinopolitani extitere, dicitur melius Curtiniacum. Vide ibi.

Corterate, *Coutras*, oppidulum Galliæ in Aquitania & Petrocorienſi provincia, ad confluentes Drunæ in Ellam, cujus fit mentio in actis mediæ ætatis, dicitur aliter Cutracum. Vide ibi.

Cortersalis Ora, *la coſte de Cortereal*, pars Americæ ſeptentrionalis, quæ aliter *la Terre de Labrador* dicitur. Vocatur etiam Nova Britannia; extenditurque ad Septentrionem, inter Novam Franciam & Fretum Hudſonium, in ora littorali maris Borealis. Vide Eſtotilandia & Terra Laboratoris.

Corteriacum, urbs Flandriæ. Vide Cortracum.

Corticata, oppidulum Hiſpaniæ Bæticæ Ptolemæo, nunc interpretantur *Cortegana*, caſtrum Vandaliciæ, intra Marianos montes, in confinio Extremaduræ provinciæ, verſus fontes fluvii *Odier*, 6. leucis diſtans in confinio Portugalliæ in ortum Zafram verſus, atque inter Hiſpalim, & Pacem Auguſtam cum caſtro, teſte Roderico Caro.

Cortina, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, quod Cortininia Vario, & Cotina Straboni, nunc exciſum jacet, & ruinæ etiam *Cortina* dictæ, ſunt in Vandalitia, ad fluvium *Herumbar*, ad radices montium Marianorum, in loco *Toſcana* dicto, vix dimidia leuca à vico *Bailen* verſus Bætim, & 2. leucis ab Iliturgi in ortum, teſte Martino Ximena.

Cortiza, urbs Ruſſiæ magnæ ſeu Moſcoviæ, teſte Iſaaco Maſſa.

Corton, urbs Theſſaliæ, à Cranone 100. ſtadiis diſtans, teſte Stephano.

Cortona, urbs Hetruriæ antiquiſſima & colonia, Livio, & Ptolemæo, ex primis Tuſcorum, nunc *Cortona* etiam indigenis, *Cortone* Gallis, in monte excelſo constructa, & ſatis parva in agro Florentino, ſub dominio Magni Ducis Hetruriæ, in confinio ditionis Eccleſiæ & Umbriæ, ei Epiſcopum dedit Joannes XXII. ſub Archiepiſcopo Florentino, anno 1325. cum antea pars eſſet Diœceſis Aretinæ, & ejus Epiſcopus nunc a ſede Apoſtolica tantum pendet in ſpiritualibus, ab antiquioribus Græcis Croto dicta fuit, Cyrtonium Polybio, utrum autem dicta fuerit Corytus, aut Coritum, non conſtat, vide de his pluribus Cluverium libro 2. Italiæ antiquæ, 4. milliaribus diſtat à lacu Traſimeno in Septentrionem Aretium verſus 14. & 8. a Clana palude in ortum Peruſiam verſus 22. Patria eſt Petri Berretini Cortonenſis ab ea dicti pictoris celebris. Populi

Cortonenſes Plinio, *li Cortoneſi* vulgo.

Cortracum, *Cortryck* indigenis, *Courtray* Gallis, urbs Belgii munita in Comitatu Flandriæ, ad Legiam fluvium, cum arce valida, territorium habens ſeu Caſtellaniam ſatis amplam & verſus Gandavum extenſam, ipſa capta fuit à Gallis anno 1646. & iterum ab ipſis expugnata anno 1667. remanſerat Francici juris pace ad Aquiſgranum ſancita, ſed pace ad Noviomagum facta, de novo rediit ad Hiſpanos anno 1679. diſtat 4. leucis ab Inſulis, & 5. à Tornaco in Septentrionem Brugas verſus, & 5. ab Ipris in ortum Aldenardam verſus tendens.

Corula, urbs Indiæ intra Gangem, Ptolemæo, nunc *Coloran* ſeu *Coleran*, teſte Caſtaldo, ſed ex conjectura tantum, ut ipſe ſolet perſæpe.

Corum, *Coro*, urbs Americæ meridionalis, primaria provinciæ Venetiolæ, ſedet prope oram littoralem Oceani Borealis, fuitque aliàs miſerè devaſtata, nunc autem utcumque reparata, ſubeſt dominio Hiſpanorum, eratque antea ſedes Epiſcopi Venetiolæ ſub Archiepiſcopo S. Dominici, ſed ab anno 1637. ejus ſedes Venetiolam translata fuit, propter incurſiones Piratarum.

Cory, inſula maris Indici in ſinu Argarico, Ptolemæo, quæ nunc *Nicouar* dicta, ut exiſtimat Mercator.

Cory, promontorium Indiæ citerioris auſtraliſſimum, Ptolemæo, quod Colaicum etiam Plinio dicitur, & Calligicum Ptolemæo. Vide Colaicum.

Corybantes, populi Acarnaniæ in Epiro, verſus Acheloum fluvium, hinc Corybantius nomen gentis Virgilio.

Corybantes, qui & Curetes, populi Cretæ inſulæ. Idam montem incolentes, teſte Strabone, Iovem educaſſe traduntur.

Corycium Antrum, Straboni, Corycius ſpecus Melæ, horrendum promontorium Ciliciæ; juxta quod Corycus urbs.

Corvcus, mons & promontorium Cretæ inſulæ, Plinio, & Ptolemæo, in ejus parte occidentali, nunc quibuſdam *la Punta di Coraca*, cum caſtro cognomine ei adjacente, & portu in territorio Cydoniæ, ſed Nigro, & Pineto teſtibus, eſt *Garabuſa*, mons ejuſdem tractus cum arce munita & portu in ſcopulo prope oram occidentalem, ubi tendit ad Arctos, juxta promontorium *il Capo Buſo* dictum, ubi & alia inſula ſeu ſcopulus adjacens, dictus *Garabuſa Salvatico*, ſub dominio Venetorum, dicuntur ambo Corycæ inſulæ, vixque duobus milliaribus diſtant ab ora littorali, 14. à Ciſamo in occaſum æſtivum, & 37. à Cydonia in occaſum, quod veriſimilius eſt, & forſan *Capo Buſo* olim Corycus promontorium dictum fuit, ut dignoſcitur ex ſitu locorum.

Corycus, urbs Ciliciæ in Aſia minori, Straboni, quæ à quibuſdam Corycium dicitur, nunc *Carachiſar* Turcis, teſte Leunclavio, *Churco* & *Churc* nautis, teſtibus Nigro, Ramuſio, & Caſtaldo, in Caramania regione, cum portu capaci & arce munita, in ora maris Cilicii, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Seleucienſi, prope montem & promontorium cognomine, 25. milliaribus diſtans à Pompeiopoli in occaſum, uti 60. à Tarſo, & 46. ab ora proximiori Cypri inſulæ in Septentrionem, ſub dominio Turcarum.

Coryeus, mons Ioniæ in Aſia minori, verſus Teon urbem, Livio teſte.

Coryne, oppidulum Peloponneſi in Elide provincia, Ptolemæo, nunc *Antilodum* dictum, teſte Nigro.

Coryphasium, promontorium Peloponneſi in Meſſenia regione, Pauſaniæ nunc *il Capo Zunchi* dicitur, teſte Nigro, eſtque prope Pylum Meſſenicum è regione Sphateriæ inſulæ, in ora ſinus Cypariſſii, medium inter Electam fluvium & Methonem, ibi etiam oppidum fuit cognomine, cujus meminit Plinius.

Coryphassum, urbs Argiæ regionis Peloponneſi, teſte Plinio, qui eam alias Inachiam appellatam ait.

Coryphe, mons Ioniæ, circa Smyrnam urbem in Aſia minori, teſte Pauſania.

Coryphe, mons Syriæ Pauſaniæ, qui à Polybio Coryphæus appellatur, inter Antiochiam & Berrhœam occurrens.

Corvtus, urbs Virgilio. Vide Cortona, de ea Silius libro 2.

Cos, inſula Aſiæ minoris in mari Ægeo ſeu potius Carpathio Straboni, & Plinio, Coos Ciceroni, *Lango* vulgò Chriſtianis Latinis, & *Stanchio* Turcis & incolis, vix diſtat 20. milliaribus ab ora Cariæ in occaſum, paruit alias Equitibus Rhodiis, ſed à Turcis occupata ipſis etiamnum ſubeſt, urbem habet cognominem *Lango* dictam, Epiſcopalem ſub Archiepiſcopo Rhodienſi, & patria fuit Apellis pictoris, hinc locus nomen gentis. Vide Coos, Ovidio libro 3. de arte amandi.

Si Venerem Cous nunquam pinxiſſet Apelles,
Illa ſub æquoreis merſa lateret aquis.

Cosa, urbs & colonia Lucaniæ in magna Græcia, Cæſari, & Livio, nunc teſte Gabriele Barrio, eſt *Caſſano*, urbs regni Neapolitani in Calabria Citeriori, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Conſentino, quæ Coſanum etiam dicitur, & à recentioribus Caſſanum, ſita eſt in regione aſpera, in dominio utili Principis Biſiniani, 6. milliaribus ab ora ſinûs Tarentini. Vide Caſſanum, ſed Philippus Cluverius in ſua Italia antiqua credit nullam fuiſſe urbem Coſam in illo tractu, & ſic ſcriptam eſſe errore librariorum pro Compſa urbe, idque pluribus probare nititur.

Cosa, urbs Hetruriæ, Antonino, quæ Coſſa Straboni, & Plinio, Coſſæ Ptolemæo, Coſæ vero Virgilio. Vide Coſſa.

Cosaci, *Coſacks* Polonis, *les Coſaques* Gallis, *li Coſachi* Italis, populi Poloniæ regni, ſic dicti quaſi *Coſa* id eſt capra, propter eorum agilitatem, primum extitiſſe dicuntur ex inſulis Boriſthenis fluvii, cum verſus ejus ſaltus & oſtia inhabitarent, unde etiam Zaporoſienſes dicti fuere vulgo, *za Porowis*, Turcis terribiles ſub nomine Ruſſorum, propter frequentes ipſorum incurſiones per mare Nigrum ſeu Pontum Euxinum, primum privilegiis donati, & in unum corpus redacti ſunt à Rege Poloniæ Stephano Battorio, qui eis etiam conceſſit Palatinatus Braclavienſem, & Kiovienſem in Ruſſia rubra ad inhabitandum, ut ſic eos ſervarent contra incurſiones Turcarum & Tartarorum, quod & fecerunt, Capitaneum generalem ſeu Ducem habent proprium, & ritus Græcos ſervant, & eorum provinciæ dicuntur alio nomine Ucrania, id eſt regio limitanea. Noti ſunt hiſce ultimis temporibus ob frequentes ipſorum rebelliones contra Poloniæ Reges, præſertim Kmielniſchio Duce, nuncque partim degunt ſub Clientela Turcarum, & partim etiam ſub Magni Ducis Moſcoviæ Patrocinio, & principem habent proprium ipſummet Kmielniſchium Principem Ucraniæ dictum, ſub Clientela Turcarum à paucis annis.

Cosamba, urbs Indiæ intra Gangem, teſte Ptolemæo, quid ſit nunc non conſtat, quanquam Caſtaldus crediderit eſſe *Chatigan* urbem Regni Aracani, quæ trans Gangem ſita eſt.

Cosas, fluvius Hernicorum, Straboni, in Lario, ad Fruſinonem decurrens, & in Lirim prolabens, *Coſa* adhuc nominatur, teſte Celſo Cittadino.

Cosedia, Vide Couſedie.

Cosanum, urbs magnæ Græciæ, nunc *Caſſano*, Epiſcopalis in regno Neapolitano & in Calabria. Vide Coſa.

Cosetani, populi Hiſpaniæ Tarraconenſis, Ptolemæo, in ora maris Balearici, inter Illercaones,

Lacetanos, & Leætanos extenſi, quorum tractus Coſetania dicitur à Plinio, ubi nunc pars meridionalis Catalooiæ novæ, & tractus *lo Campo de Tarragona* dictus, horum Metropolis Tarraco.

Coſfaldia, *Coesfeldt*, urbs Germaniæ parva, ſed munita, in Weſtphalia & in ditione Epiſcopi Monaſteriensis, ad fontes Borchelii fluvii; ubi ſæpe commoratur Epiſcopus Monaſterienſis. Diſtat à Monaſterio 6. milliaribus Germanicis, & totidem à confinio Belgii uniti & Ducatus Gueldriæ in ortum.

Coshania, *Coshaniyah*, urbs Aſiæ in Mawaralnahra regione, & in meditullio vallis ſive tractus *Al-Sogd*, ampla & probe culta in parte Boreali hujus vallis, teſte Abulfeda.

Coſilinum, oppidum Magnæ Græciæ. Vide Conſilinum.

Coſla, *Koſel*, oppidulum Bohemiæ regni in Sileſia ſuperiori, ad Oderam fluvium, in Oppelienſi Ducato cum arce, & Ducatus olim titulo inſignitum fuit, teſte Henelio.

Coſliacum, *Coſliaco* incolis, *Kartſchon* Germanis, oppidulum Italiæ in Iſtria provincia, ſub dominio tamen Auſtriacorum, ad lacum parvum cognominem qui Arſiam fluvium effundit. Duobus milliaribus Italicis à Petina diſſitum in Septentrionem, & octo à Fano S. Viti in occaſum ori ab ora maris Adriatici.

Coſlinum, *Coſlin*, oppidum Germaniæ, in Ducatu Pomeraniæ ulterioris, & in Caſſubia tractu, in ditione Electoris Brandeborgici pace Weſtphalica, & antea ſub dominio Epiſcopi Caminenſis, qui inibi ſedem habebat. 2. milliaribus Germanicis diſtat à mari Baltico ſive Orientali, & 4. à Belgardia in ortum.

Coſlovia, *Coſelow*, oppidum Tartariæ minoris ſeu Precopenſis, intra Tauricam Cherſoneſum, dictus etiam *Ginſleve*, eſtque juxta Carcinitem ſinum, ubi olim Cherronitarum portus, ut exiſtimant recentiores.

Coſmopolis, ſic vocatur ſæpiſſime, ſed male in omnibus fere tabulis recentioribus Portus Ferrarius, *Porto Ferraio*, oppidum munitum Italiæ in Ilva inſula maris Tyrrbeni, prope oram Thuſciæ, ubi Porcaccius & Maginus, aliique poſt eos ſuam finxere Coſmopolim, cum revera nulla ſit urbs hujus nominis in Ilva inſula, ut ego pluties inſpexi cum illas partes luſtrarem annis 1653. 1655. & 1657. Vide Argous portus, & Portus Ferrarius.

Coſobus campus, in Pannonia inferiori, qui & Caſſovius, & Campus Merulæ dictus, nunc *Caſſowopolie* vocatur ab indigenis & Slavis, *Amelsfeldt* vero Germanis, eſtque planities latiſſima in Hungaria inferiori, prope Savum fluvium, teſte Laonico Chalcocondyla.

Coſſa, urbs Hetruriæ, in ſublimi colle, Strabone, Pomponio, & Livio teſtibus poſtea exciſa, dicta fuit etiam Coſa Antonino, & Coſſæ Ptolemæo, eratque prope oram maris Tyrrheni ubi ejus apparent rudera vix mill. paſſ. in Meridiem ab Anſedonia urbe vicina, quæ creverat ex ejus ruinis, & à Carolo Magno Imperatore & Rege Galliæ everſa, nunc diruta jacet, & in vicum redacta eſt in agro Senenſi, ſub dominio Magni Ducis Hetruriæ, in Maritimo tractu, 6. milliaribus diſtat ab Orbitello in ortum, & tribus à Portu Herculis, 70. à Roma in occaſum, in confinio ditionis Summi Pontificis.

Coſſinitos, fluvius Thraciæ, per agrum Abderitanum in ſtagnum Biſtonium influens, teſte Æliano.

Coſſium, ſeu & Coſſio, urbs Galliæ Aquitanicæ Ptolemæo, & Auſonio, Vaſatum primaria: unde recenti vocabulo dicitur Vaſatum, ſeu Vaſatium, *Bazas*, urbs Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Auſcenſi, in Vaſconia. Sedet juxta amnem *Lavaſane*, 3. leucis à Garumna fluvio in Meridiem, & 12. à Neraco in occaſum. Ab ea regio adjacens dicitur *le Bazadois*, Vaſatenſis tractus, in Vaſconia provincia. Vide Vazates & Vaſates.

Coſſyra, inſula Africæ Ptolemæo, Coſſura Melæ, & Flacco & Coſura Straboni, Plinio, una ex Pelagiis in mari Africo, nunc *Cauſera* incolis & Mauris etiam, *la Pantalarea* dicta Hiſpanis, teſte Thoma Fazello, & *la Pantalarie* Gallis, inter Africam & Siciliam, circuitus eſt 30. mil. paſſ. circiter, vicum habens & portum ſatis tutum cum arce, pendetque in præſenti à Sicilia inſula, ideoque ſubeſt Regi Hiſpaniæ, ſub dominio utili familiæ de *Requeſens*, & titulo Principatus nobilitatur à paucis annis, cum alias fuerit ſub dominio Regis Tunetani, eſtque verſus Hermæam promontorium Africæ propriæ, à quo diſtat 50. milliaribus in ortum Melitam verſus 85. & 60. à Sicilia in Meridiem, & 50. à Clupea in ortum.

Coſtrus, inſula Siciliæ, juxta oſtium Selinontis fluvii Stephano, ubi nunc tres parvæ inſulæ conſpiciuntur, *le Tre Fontane* dictæ, in ora auſtrali 8. milliaribus à Mazara in ortum.

Cotæ Reonum, *le Royaume de Cota*, provincia Malabariæ in peninſula Indiæ intra Gangem, & in confinio Canaræ regionis, verſus Cananotæ regnum, oppidum habens primarium cognomine mill. paſſ. ab ora littorali & à Cananora in ortum.

Cotæna, oppidum Armeniæ minoris, in confinio Cappadociæ, teſte Ptolemæo, *Cotena* adhuc vulgo, ex tabulis recentibus, ſed in vicum redactum eſt, ut narrant quidam recentiores.

Cotatis, *Cotaris*, urbs parva Aſiæ in Georgia regione, Imeretiæ Principatus caput, ad Phaſim fluvium cum caſtro munito in rupe ad radices montium, ubi alias regum Georgiæ ſedes, teſte Archangelo Lamberto, qui in his partibus per aliquot annos eſt commoratus.

Cotbuſium, *Cotbus*, oppidulum Germaniæ, in Luſatia inferiori provincia, ad Suevum ſeu Sprebam fluvium, ſub dominio Electoris Brandeburgici ab anno 1455. Dicitur aliter *Cotwitz*, eſtque ferè medium inter Dreſdam & Francofurtum ad Oderam.

Cotes, promontorium Africæ in Mauritania Tingitana, Plinio, quod Cottes dicitur à Ptolemæo, nunc *el Cabo Eſparto* Hiſpanis, teſte Marmolio, *le Cap Spartel* Gallis, in regno Fezzano, in ora Oceani Atlantici, & juxta Fretum Herculeum ubi ejus major eſt latitudo, ſicque Hiſpaniæ obverſum eſt, & 5. leucis à Tingi diſſitum in occaſum.

Cothon, ſive Cathon, ut alii legunt, inſula parva ſinus Laconici, ad Cytheram inſulam, teſte Stephano.

Cotia ſylva, *la foreſt de Cuiſe*, ſylva Galliæ in provincia Inſulæ Franciæ, partim in Sylvanectenſi tractu, & partim in Sueſſionenſi, verſus Axonam fluvium ubi influit in Oeſiam, & prope Compendium urbem, ita ut etiam dicatur à quibuſdam recentioribus *la foreſt de Compiegne*, de ea pluribus Lubinus ex ſcriptus Gregorii Turonenſis, eſtque ſatis ampla.

Cotiæ Alpes, Vide Cottiæ.

Cotiliæ lacus, apud Feſtum. Vide Cutiliæ.

Cotochium Caput, *el Cabo de Cotoche*, promontorium Americæ ſeptentrionalis in Yucatania provincia Novæ Hiſpaniæ, ad mare ſeptentrionale dictum.

Cotoneum, *Codogno*, oppidum Italiæ in Ducatu Mediolanenſi, amplum, licet ſine mœnibus, eſt in agro Laudenſi, & in ipſo limite agri Placentini, gaudet titulo Comitatus Trivultiorum, eſtque inter Laudem Pompeiam ad Boream & Placentiam ad Meridiem.

Cottiæ Alpes, ſeu Alpes Cottiæ, montes ſunt excelſi, & pars Alpium inter Galliam & Italiam,

quorum

Digitized by Google

quorum meminero Dion Caſſius, Eutropius, Ammianus, & Suetonius, Cottianæ dicuntur a Tacito, Delphinatum à Pedemontio ſeparant. Horum præcipui montes ſunt Ceniſius *le mont Cenis*, Genebra *le mont Genevre*, & Veſulus *le mont Viſo*, extenduntutque à Meridie ab Alpibus maritimis ad Alpes Graias, quæ eis inſident ad Septentrionem. Vide Alpes.

Cottiæ, pagus Inſubriæ in Italia, cujus fit mentio in itinerario Antonini, nunc *Cozzo*, vicus Ducatus Mediolanenſis, in agro Ticinenſi, qui Cutiæ etiam dicitur a quibuſdam, vix 2. milliaribus diſtans à Seſſite fluvio & à confinio Montisferrati, uti à Candia, à Ticino vero 28. mill. paſſ. in occaſum, Caſalenſem urbem verſus inde vix 10. mill. paſſ. teſte Philippo Ferrario.

Cottiara, urbs Indiæ intra Gangem, Ptolemæo, nunc forſan *Travancor*, urbs peninſulæ Indiæ citerioris in ora Malabariæ regionis, quæ 28. leucis Hiſpanicis diſtat in Meridiem à Cochino urbe, & longius a Calecuto, Commariam promontorium verſus 10. leucis, quanquam Caſtaldus credat Cottiaram eſſe *Cochin*, quæ ab aliis Colchi dicitur.

Cotuantii, populi Rhætiæ, Straboni, quorum tractus nunc *Kotting*, teſte Lazio, nominatur; licet alibi eos *Kotchaw* dici etiam putet.

Cotyæum, urbs Aſiæ minoris in Phrygia magna, Plinio, & Ptolemæo, Archiepiſcopalis, & regionis primaria, nunc *Cutaige* ſeu *Chiutaie* indigenis, *Cute* Turcis, teſte Leunclavio, ex primis regiminis, & ſedes præfecti Turcarum in Natolia; diſtat 65. milliaribus à Pruſa in ortum hybernum, uti paulo plus ab Adramytio in ortum æſtivum, 60. vero à Pergamo in Septentrionem.

Cotylum, ſeu Cotylus, mons Phrygiæ minoris parvus, teſte Strabone, ab Idæ montis jugo 120. ſtadiis diſtans; ex quo Granicus, Æſapus, & Scamander effluunt, à Scepſi 15. mill. paſſ. diſtans.

Cotynusa, vel Cotinuſa inſula. Vide Gades.

Cotyora, urbs Paphlagoniæ in Aſia minori Xenophonti, quæ Cytorum aliis, & Cotyorum Plinio, nunc *le Caſtelle*, teſte Nigro, ſedet in ora maris Euxini, in Bithyniæ confinio, inter Amaſtrim urbem ad occaſum & Carambim promontorium ad ortum, ab eo 25. mill. paſſ. diſtans, ibi mons Cytorus. Vide Cytorum.

Covalia, *Kile*, provincia Scotiæ meridionalis, juxta Glottæ æſtuarium, a quo terminatur ad occaſum, uti Cuningamia provincia ad Septentrionem, Cludeſdalia ad ortum, & Nithia & Carricta provinciis ad Meridiem, ejus præcipua urbs eſt Aera cum portu commodo, teſte Thimoteo Ponte, ſed aliæ ejus urbes ſunt parvi momenti.

Coubela, *Coubels*, arx Aſiæ, in India orientali, & in inſula Amboina, una ex Molucis, in ditione Belgarum, & ab ipſis recens excitata.

Coucum Regnum, *le Royaume de Couco*, regio parva Africæ, in Barbaria regione, cum urbe cognomine, intra montes, & in mediterraneis, 60. circiter milliaribus ab ora maris Africi, & inter regna Algerii & Bugiæ.

Coveliacæ, locus Vindeliciæ, Antonino, nunc vulgò *Kochel*, in Bavaria ſuperiori, non longè ab Iſaro fluvio, Cluverio teſte, 8. milliaribus Germanicis diſtat à Monachio in Meridiem, & 6. à Schonga in ortum.

Covantria, *Conventry* & *Conventre*, urbs Angliæ, in Comitatu Warvicenſi, 6. milliaribus Anglicis à Warvico in Septentrionem. Dicitur melius Conventria. Vide ibi.

Covinum, *Couvin*, oppidulum ditionis Leodienſis, intra Moſam & Sabim fluvios, in limite Hannoniæ, cujus pars olim fuit, teſte Cheſnæo, ſed à Balduino Comite venditum fuit Epiſcopo Leodienſi anno 1090. eſtque in ſylva Fainia dicta, tribus leucis à Chimaco diſtans in ortum verſus Moſam fluvium totidem.

Coulanum, *Coulan*, urbs peninſulæ Indiæ intra Gangem, in Malabaria regione, & in ora Oceani Indici, quæ forſan olim Elancorum dicta fuit, ut quidam exiſtimant, caput eſt regni cognominis, cui unitum eſt etiam Travancorum regnum in viciniis, arcem habens & portum ſatis tutum prope fluvium Aibicham, eſtque emporium celebre, 18. leucis Hiſpanicis diſtans à Cocino in Meridiem Comorinum promontorium verſus 24. circiter.

Coulanum Regnum, *le Royaume de Coulan*, provincia Malabariæ in peninſula Indiæ intra Gangem, & in ora littorali Oceani Indici, à quo terminatur ad occaſum, uti à Malleis populis ad ortum, Calecoulano regno ad Septentrionem, & ad Meridiem Travancorio regno, quod ei unitum eſt, urbem habet primariam cognominem, eſtque in regione admodum rigua verſus oram præſertim, ubi extenditur ad 20. leucas Hiſpanicas, teſte Faria.

Couna, *Kowno*, urbs regni Poloniæ in Lithuaniæ Ducatu. Vide Couuna.

Counos, inſula Trinobantum in Britannia majori, Ptolemæo, ſeu Convenos, ut vult Camdenus, nunc teſte eodem, eſt *Canvic*, inſula Angliæ in Eſſexia provincia, ad Tameſis æſtuarium, & in ejus ora Boreali ex adverſo Tolapis inſulæ, 9. mill. paſſ. à Roffa in Septentrionem, & 30. infra Londinum in ortum.

Covordia, *Cœvorden* incolis, *Covorde* Gallis, oppidum permunitum Belgii uniti in Tranſiſalania provincia, & Drentiæ tractus caput, prope paludes, in limite Germaniæ & ditionis Monaſterienſis, quod alias varias expertum eſt vices, & anno 1672. captum fuit ab Epiſcopo Monaſterienſi, ſed receptum poſtea, 13. leucis diſtans à Groninga in Meridiem Oldeſaliam verſus 12. & totidem à Zuvolia in ortum.

Couuna, *Kowno*, urbs parva Poloniæ, in Lithuaniæ Ducatu, ad fluvium Chronum, ubi recipit Viliam, in confinio Samogitiæ, & in Palatinatu Trocenſi, 8 milliaribus Polonicis diſtans à Troca, & 13. à Vilna in occaſum.

Crabra, ſeu Aqua Crabra in Latio, fluviolus territorii Romani Ciceroni, & Frontino, nunc *la Marrana* dictus. Oritur in Campania Romana ex agro Tuſculano paulò ſupra Criptam Ferratam, & poſtea in duo brachia partitur. Pars major in Anienem ſe exonerat, vix 2. milliaribus à Roma: pars minor per urbem Romam labitur, & ibi in Tiberim ſe exonerat.

Cracovia, *Krakow* indigenis, *Krakaw* & *Cracau* Germania, *Cracovie* Gallis, *Cracovia* Italis & Hiſpanis, urbs regni Poloniæ caput, in Polonia minori, ampla eſt & Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Gneſnenſi, ad Viſtulam fluvium cum arce munita in rupe & magnis ſuburbiis, 9. milliaribus Polonicis diſtans à confinio Sileſiæ in ortum Sandomiriam verſus 23. à limite Hungariæ ſuperioris 11. in Septentrionem Varſaviam verſus 40. ab Uratiſlavia vero 35. in ortum hybernum, 30. vero ab Olomutio, 40. à Vienna, & 50. à Buda circiter, habet adjuncta ſibi duo oppidula à Meridie Cazimiriam, & à Septentrione Clepardiam, Academiam habens anno 1401. erectam ab Uladiſlao Rege, & ejus Epiſcopus eſt Dux Sevrienſis, teſte Starovolſcio.

Cracoviensis Palatinatus, ſive præfectura, incolis *Wojewodztwo Krakowkie*, Gallis *le Palatinat de Cracovie*, tractus Poloniæ, & una ex tribus partibus Poloniæ minoris ſive ſuperioris, inter Sileſiam ad occaſum, Hungariam ad Meridiem, & Palatinatus Sandomirienſem ad ortum, & Siradienſem in Septentrionem, ſic dicitur, à Cracovia ejus urbe præcipua totiusque regni primaria, & dividitur in quatuor partes Cracovienſem, Lelovienſem, Biecenſem, & Sandecen-

ſem, complectiturque tres Ducatus Oſuecimenſem, Zatorienſem, & Severienſem qui partes erant Sileſiæ, & Scepuſienſem Comitatum qui pars eſt Hungariæ ubi Luboulia.

Cragus, mons Lyciæ, ſive petra præceps ad mare Melæ, & Stephano, in ora, & unde Taurus mons initium ſumit, cui mons oppoſitus Anticragus nominatur, ad Limyrum fluvium & Andriacam urbem, *il Monte di Gorante* nunc inter alia nomina dictus, ei ſubjacet Pinara, olim maxima urbs Vide Chimæra & Taurus.

Crailowa, ſeu Craiowa, *Craslow*, urbs Moldaviæ verſus Bulgariam.

Craina, *l'Ukraine*, ideſt finitima regio, lingua Slava, provincia regni Poloniæ, quæ ſæpius Ucrania dicitur. Vide ibi.

Crambusa, inſula parva Pamphyliæ in Aſia minori, Ptolemæo, prope oram littoralem inter Olbiam & Sacrum promontorium, nunc etiam *Grambuſia* dicta, teſte Caſtaldo.

Cranganora, *Cranganor*, urbs peninſulæ Indiæ intra Gangem, regni cognominis caput in Malabaria regione, cum portu tuto ad fluvium Aicottam, qui 2. leucis infra in Oceanum Indicum ſe exonerat, in ea perſæpe commoratur Epiſcopus Angamalæ, aliaſque ſuberat Luſitaniæ Regi, ſed à paucis annis capta fuit à Belgis, & nunc paret Regi Calecuti, 7. leucis diſtans à Cochino in Boream Calecutum verſus 25. & 5. leucis ab ipſa in Septentrionem ineſt etiam oppidulum *Cranganor de cima* dictum à Luſitanis.

Cranganoræ regnum, *le Royaume de Cranganor*, tractus peninſulæ Indiæ intra Gangem in Malabaria regione, inter Calecutium regnum ad Septentrionem, & Cochinum ad Meridiem, verſus oram littoralem maris Indici, urbem habens primariam cognominem, nunc ſub dominio Regis Calecuti, cui conceſſum fuit à Belgis, cum Luſitanos inde ejecerunt hiſce ultimis temporibus.

Cranon, urbs Theſſaliæ in Campis Pharſalicis Plinio, & Stephano, Crannon Livio, à Cratone 100. ſtadiis diſtans, nunc *Ceris* dicta, teſte Bellonio.

Cranquebaria, *Kranquebar*, oppidulum Indiæ in peninſula intra Gangem, & in ora ſinus Gangetici, cum portu ſatis tuto & arce recens excitata à Danis, quibus ſubeſt in Coromandelia regione verſus ejus oram meridionalem & Negapatanum urbem.

Crapula, *la Crapola*, fluvius parvus regni Neapolitani, in Apulia & in agro Bariano prope Barulum, cujus nulla mentio fit in tabulis recentibus.

Crasnostavia, *Kranoſtaw*, oppidulum Poloniæ munitum, in Ruſſia rubra, ad amnem Veprum *Wiepra*, ubi ſtagnum efficit. Eo tranſlata eſt ſedes Epiſcopalis Chelmenſis. Diſtat à Chelma 5. milliaribus Polonicis, & totidem à Lublino.

Crassum, promontorium Sardiniæ inſulæ Ptolemæo, in ejus ora occidentali, nunc inter Arboream & vicum *Maller* dictum, è regione Pabilonis vici, prope Portum Seutum, teſte Franciſco à Vico.

Crastus, oppidum fuit Italiæ in magna Græcia, prope Sibarim urbem, in ora Maris Ionii, teſte Stephano, & patria Epicarmi, ſed ejus hodie nullum extat veſtigium.

Crateis, fluvius parvus Brutiorum in magna Græcia, Plinio, in Scyllam exiens verſus Scyllæum oppidum, ejus meminit Virgilius in Ciri, & dicitur in aliis exemplaribus Crathæis. Vide ibi.

Crater. ſinus Campaniæ Straboni, & pars maris Tyrrheni, inter promontoria Miſenum & Minervæ concluſus, ſeu inter inſulas Ænariam & Capreas, qui & ſinus Neapolitanus nominatur, in cujus intimo receſſu Neapolis eſt, à qua nomen recens ei inditum eſt, *il Golfo di Napoli* Italis, *le Golfe de Naples* Gallis. Vide ſinus Neapolitanus.

Crathæis, fluvius parvus Brutiorum in [illegible] Antonino, & Plinio, nunc *il Salano* dicitur in [illegible] Ulteriori, teſte Holſtenio, & in fretum Siculum [illegible]nerat prope Scylleum, vix 3. milliaribus ab eo in Septentrionem, quod etiam a Cluverio confirmatur.

Crathus, ſeu Cratis, fluvius Brutiorum [illegible] magna Græcia, Straboni, & Plinio, *il Grati* etiamnum dictus, teſte Cluverio, fluvius eſt Calabriæ citerioris in regno Neapolitano, oritur ex Apennino monte, hinc in [illegible]tentrionem tendens, Buſ[illegible]ntum recipit prope Conſentiam, deinde auctus Cochyle fluvio prope B[illegible]s, Turbido, & aliis minoribus, tandem ad Thurios in ſinum Tarentinum labitur.

Crathus, fluvius Peloponneſi Pauſaniæ, qui & Crathis dictus, oritur in Arcadia ex monte [illegible] nomine, deinde per Achaiam fluens, juxta Ægas oppidum in ſinum Corinthiacum influit.

Cratia, urbs Bithyniæ. Vide [illegible]

Craton, mons Siciliæ, qui & N[illegible] Vide ibi.

Cratumnum, & Credonium, C[illegible] quanquam *Cran* pronunciandum, urbecula Galliæ [illegible] provincia Andegavenſi, in limite Britanniæ mino[ris]. Vide Credonium.

Graugsæ, inſulæ duæ parvæ, ſeu verius ſcopuli Peloponneſi, in ora orientali, ad Spiræum promontorium, & ad Epidaurum urbem Argiæ regionis, teſte Plinio.

Credo, *le Grand Credo*, mons Galliæ in Beugeſia provincia, à Septentrione in Meridiem extenſus, & pars Juræ montis, inter confinia Burgundiæ Comitatus & Rhodanum fluvium, 5. leucis à Geneva in occaſum.

Creoonensis ager, *le Craonnois* [sed le] *Cramnois* pronunciant, tractus parvus Galliæ in provincia Andegavenſi, verſus Credonium oppidum, à quo nomen accepit, extenditurque inter confinia Britanniæ minoris ad occaſum & Meduanam fluvium ad ortum.

Credonium, *Craon*, urbecula Galliæ in provincia Andegavenſi, & in Credonenſi agro ad Oldam fluvium, in limite Britanniæ minoris & Cenomanenſis provinciæ, prælio ſuo celebris eſt, & 10. leucis diſtat ab Andegavo in Septentrionem.

Credonium, *Creil*, oppidum Galliæ in provincia Inſulæ Franciæ, ad Oeſiam fluvium, quod C[r]eolium ab aliis dicitur. Vide ibi.

Creichgovia, & Creichgovienſis pagus, *le Creichgow*, tractus Germaniæ in Suevia, à fluvio *Creich* dictus inter Rhenum fluvium & Nicrum extenditur ſeu inter Spiram urbem, & Helbrunnam, ubi Comitatus [illegible] oppidum *Bretheim* ſub Electore Palatino atque Bruchſalia & Udenhemum nunc Philippoburgum in ditione Epiſcopi Spirenſis, dicitur etiam *Creichgew*, teſte Marquardo Frehero, & ejus pars Septentrionalis ſubeſt etiam Electori Palatino ab anno [1]470.

Crema, *Crema* incolis etiam, *Creme* Gallis, urbs Italiæ in Longobardia, Epiſcopalis recens ſub Archiepiſcopo Bononienſi, ſubeſt dominio Reipublicæ Venetæ, cum olim fuerit in Ducatu Mediolanenſi eſtque permunita ad Serium fluvium & agri Cremenſis ab ea dicti caput, Laudi Pompeiæ finitima, inde 9 mill. paſſ. diſtans in ortum æſtivum, Brixiam verſus 24. [illegible] Placentia 20. in Septentrionem Bergamum verſus 14. olim forum Diuguntorum dicta fuit, teſte Cluverio, & Epiſcopali dignitate primum [illegible] ſignita anno 15[illegible].

Creme, urbs fuit Ponti. Unde apud Stephanum nomen gentis Cremeſius.

Cremenecum, *Kremieniec*, urbs parva Poloniæ, in Volhinia, in colle, territorii cognominis caput ad amnem Ikuam, 8. milliaribus Polonicis à Luceoria in Meridiem, verſus Ruſſiam rubram propriam. Male habita fuit à Tartaris hiſce temporibus.

Cremensis ager, *il Cremaſco* incolis, *le Cremaſque* Gallis, tractus Italiæ in Longobardia, ſub dominio Reipublicæ Venetæ; quanquam alias fuerit pars Ducatus Mediolanenſis, à quo undique cingitur, nempe ab agris Cremonenſi, Laudenſi, & Mediolanenſi, ſic dicitur ab ejus unica urbe Crema, eſtque ſatis reſtrictus ſed fertilis & valde riguus, hinc Cremenſes populi, *li Cremaſchi* vulgo.

Cremera, amnis Thuſciæ, cum caſtro cognomine in finibus Veientum Livio, & Dionyſio Halicarnaſſeo, Fabiorum cæde & nulla alia rememorabilis, oritur ex lacu ad Bacanas in provincia Patrimonii, & *Bacano* dicitur, deinde in ortum fluens infra Inſulam & Montem Tieverum in Tiberim ſe exonerat, 5. milliaribus ſupra Romam, prope Caſale *la Valcha* dictum, ex adverſo Caſtri Jubilæi, unde etiam à plurimis *la Valcha* dicitur, ſed improprie ut pluribus me docuit Dominus Paulus Jordanus Urſinus Bracciani Dux illius tractus Dominus, cui ideo major fides debetur.

Cremiacum, *Cremieu*, oppidum Galliæ in Delphinatu, & in agro Viennenſi, prope Rhodanum fluvium, dicitur etiam Crimiacum in actis mediæ ætatis, & 5. leucis diſtat à Lugduno in ortum.

Cremona, oppidum Carnorum, nunc *Carmons* oppidulum Foro Julienſis provinciæ in Comitatu Goritiæ, in colle prope Natiſonem fluvium, inter Goritiam & Palmam.

Cremona, Colonia & urbs Cenomanorum in Gallia Ciſalpina Ptolemæo & aliis, nunc etiam *Cremona* dicta indigeois, *Cremone* Gallis, urbs Italiæ in Ducatu Mediolanenſi, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Mediolanenſi, ad Padum fluvium, in ipſo limite ditionis Parmenſis, ampla eſt & culta cum caſtro munito, anno urbis Romæ 445. ædificata fuit, & poſtea Colonia Romana effecta fuit, pluries everſa & reſtaurata, media eſt inter Mantuam ad ortum & Ticinum ad occaſum 40. mill. paſſ. utrumque diſtans, à Mediolano 50. etiam in ortum, uti 15. à Placentia, & 28. à Brixia in Meridiem, & ſubeſt dominio Regis Hiſpaniæ.

Cremone, oppidum Illyrici cujus meminit Procopius, nunc *Grona* vicus prope Salonas urbem exciſam, teſte Lazio.

Cremonensis ager, *il Cremoneſe*, provincia Italiæ in Ducatu Mediolanenſi, ſic dicta à Cremona ejus urbe unica, terminatur à Septentrione agro Brixiano, ab ortu Ducatu Mantuano, a Meridie ditione Parmenſi, & ab occaſu agro Laudenſi, uti & Cremenſi, ſubeſtque dominio Hiſpanorum, hinc Cremonenſes populi *li Cremoneſi* ſibi, *les Cremonois* Gallis.

Crempa, *Crempen*, urbecula munita Germaniæ, in Holſatiæ Ducatu & Stormaria provincia, prope Storam fluvium, vix uno milliari Germanico diſſitum ab Albi fluvio, & paulo amplius à Glueſtadio, ſub dominio Regis Daniæ.

Cremsa, & Cremeſia ſeu Cremiſium, *Krems*, oppidum Germaniæ in Auſtria inferiori, ad Danubium fluvium, 2. milliaribus Germanicis infra Medelicum oppidum in ortum Viennam verſus 10.

Cremyon, oppidum Peloponneſi, in agro Corinthiaco, teſte Ovidio. Vide Cromuyon.

Creolium, *Creil*, oppidum Galliæ in provincia Inſulæ Franciæ, & in Sylvanectenſi Comitatu, cum ponte ad Oeſiam fluvium, vix 2. leucis à Sylvanecto in Boream Claromontium verſus tribus leucis diſtans, in limite Bellovacenſis agri, dicitur etiam Credonium in quibuſdam actis.

Creonium, oppidum fuit Macedoniæ ad Lychnidum lacum, teſte Polybio.

Crepacorium, *Crecavore*, oppidulum Italiæ ſat munitum, in Vercellenſi agro, & ſub dominio Principis Maſſerani, cum arce, 13. milliaribus à Bugella in ortum.

Crepiacum, *Creſpy*, oppidum Galliæ, Valeſiæ tractus primarium, in provincia Inſulæ Franciæ, 13. leucis diſtat à Pariſiis in ortum æſtivum, 7. à Meldis in Septentrionem, & 5. à Compendio in Meridiem, dicitur etiam Criſpeium in quibuſdam actis mediæ ætatis.

Crepicordium, *Crevecœur*, oppidulum fuit Galliæ cum caſtro in Cameraceſio tractu, alias Vinciacum dictum, celebre victoria Caroli Martelli anno 717. nunc vicus tantum, 2. leucis diſtans à Cameraco & 4. à Quintinopoli, teſte Joanne Fabro, ſedet in monte *Revellon* alias Belgimoos dicto; & ejus pons lapideus vocatus alias dictus fuit pons Julius.

Crepicordium, *Crevecœur*, arx fuit probe munita Belgii uniti in Hollandia provincia, & in ipſo limite Brabantiæ, ad Moſam fluvium ubi recipit Dieſam, una leuca diſtans à Buſcoduco in Septentrionem, capta fuit à Gallis anno 1672. & ab ipſis poſtea diruta & ſolo æquata anno 1674.

Crepsa, inſula Illyrici in mari Adriatico Ptolemæo, Crexa Plinio, Crixa aliis, *Cherſo*, una Abſyrtidum in ſinu Flanatico Liburniæ adjacens, & Abſoro ponte juncta, cum ejus pars alias fuerit, oppidum habet cognomine in ejus ora occidentali cum portu 12. mill. paſſ. à Fano S. Viti in Meridiem & totidem à Flanona in ortum, ſub dominio Reipublicæ Venetæ.

Cresa, oppidum Cariæ in Aſia minori, & in ora maris Rhodii Ptolemæo, Creſſa Plinio, nunc *Porto Malfetan* dictum, teſte Sophiano, contra Rhodum inſulam inde 20. mill. paſſ. in Meridiem recedentem & inter Loryman urbem ad occaſum & Phuſcum ad ortum.

Crescentinum, *Creſcentino*, oppidulum Italiæ; in Pedemontio, & in Vercellenſi agro aliaſque munitum, prope Padum fluvium, & è regione Verrucæ, 20. milliaribus ioſra Taurinum in ortum, in limite Montisferrati.

Cressiacum, *Creſſy ſur Serre*, oppidulum Galliæ in Picardia, & in Teoraſcia tractu, ad Serram amnem, 3 leucis à Lauduno in Septentrionem & totidem à Fara in ortum.

Cressiacum, *Creſſy*, oppidum Galliæ, in Bria provincia, ad Morinum amnem. Vix 3. leucis diſtat à Meldis in Meridiem, & 4. à Latiniaco, in ortum.

Cressiacum, ſeu Creſciacum, *Creſſy*, oppidulum tenue Galliæ in Pontivo tractu Picardiæ provinciæ, ad amnem *Maye*, in confinio Artefiæ, & medio itinere inter Abbavillam ad Meridiem & Heſdinum ad Septentrionem, 4. leucis utrumque diſtans, juxta Sylvam Creſſiacam ab eo dictam, ibi acriter dimicatum inter Gallos & Anglos cum magna clade anno 1346. ſub Philippo Valeſio Rege, & eo obiit Joannes Rex Bohemiæ fortiter ſe gerens pro Gallis.

Cressæa, regio parva Macedoniæ eſt, teſte Herodoto, ſinui Thermaico & Pallenæ proxima.

Crestidium, & Creſtum, *le Creſt*, urbs Galliæ, ad amnem cognominem, in Delphinatu & agro Valentino, 5. leucis diſtat à Valentia, & totidem à Montilio Audomari, 6. autem a Dia in occaſum. Dicitur alter Criſta Arnaldi.

Creta, inſula Europæ perampla in mari Mediterraneo, inter Creticum mare ab ea dictum ad Septentrionem & Libycum mare ad Meridiem, Straboni, Plinio, & Ptolemæo, multis olim nominibus appellata, teſte Solino: Aeria, Curetis, Macaros, & Mazaroneſos, ab aëris temperie, uti Hecatompolis à centum urbibus, nunc Candia dicitur vulgo *la Candia* Italis, *la Candie* Gallis, & *Criti* Græcis, extenditur ab ortu in occaſum ad 250. mill. paſſ ejus vero major latitudo à Septentrione in Meridiem eſt 60. milliarium, minor autem aliquando ad 15. & etiam ad 10. prope Hierapetram, & ejus circuitus eſt milliarium 540. circiter. Ejus urbes ol.m

claræ fuerunt Gnoſſus, & Gortyna, inde Cydon, Lyctos, Lycaſtos, Phæſtos, & Dictynna, urbes 12. habuit Epiſcopales ex quibus manent Matium nunc Candia inſulæ primaria, Cydon, Rhitymna, & Cyteum, ſed incolæ fere omnes ſunt Græci ritus, paruit olim hæc inſula Imperatoribus Conſtantinopolitanis, ex quibus Balduinus Flandriæ Comes eam dedit Marchioni Montisferrati, ab iſto vendita fuit Venetis magno auri pretio anno 1194. ſed ab anno 1645. bello tentata à Turcis, tandem ipſis tota ceſſit anno 1669. Venetis ægre tria fortalitia littoralia ſervantibus, nempe Sudam, Garabuſam, & Spinam longam, dividitur autem in quatuor provincias ſeu territoria, quæ ſunt Territorium Candiæ, *le territoire de Candie*, ſic dictum ab urbe primaria quæ in ipſo continetur, ubi 5. oppida & 465. vici ſive caſalia; Territorium Cydoniæ, *le territoire de la Canée*, in quo Cydonia urbs, 3. oppida munita & 244. vici ſeu caſalia; Territorium Rhitymni, *le territoire de Retimo*, in quo Rhitymnium urbs, Milopotamos oppidum, & 265. vici aut caſalia; & Territorium Cytæi, *le territoire de Setia*, quod montuoſum admodum, in quo Cytæum urbs, Hierapetra urbecula, & 74. vici ſeu Caſalia, ſicque vocantur, à quatuor urbibus inſulæ, cujus primaria eſt Candia vulgo, *Candia* dicta, caret Cervis, Apris & Erinaceis, teſte Plinio, diſtatque à Sicilia inſula 570. mill. paſſ. in ortum Cyprum verſus 360. à Malea promontorio Peloponneſi 60. in ortum hybernum, & 140. ab ora proximiori Cyrenes in Septentrionem, eſtque tota valde montuoſa in mediterraneis, ſed præſertim in ejus parte orientali, ubi etiam magis reſtringitur, hinc Cretæus & Cretenſis nomen gentis & Creticus, populi Cretes apud Poëtas. Hanc inſulam nuper exactiſſime deſcripſit tabulis Geographicis Marcus Boſchinus Venetus, Cretenſes populi hodie li *Candiotti* Italis, *les Candiots* Gallis, qui male audiebant apud antiquos.

Cretæ præfectura, *le Beglirbelie de Candie*, omnem complectitur Cretam inſulam ab anno 1669. quo ſubeſt dominio Turcarum, & ab eo pendent quatuor Sangiacatus ſeu præfecturæ minores inter quas ſpartitur inſula.

Cretæ insulæ urbes.

Candia, *Candia*.
Cydonia, *la Canea*.
Cytæum, *Setia*.
Rhitymnum, *Retimo*.

Creticum mare, *la mer de Candie*, pars eſt maris Mediterranei, inter Cretam inſulam ad Meridiem, & Cyclades inſulas ad Septentrionem, eſtque proprie pars auſtralis maris Ægei verſus Cretam.

Crevantium, *Crevant*, oppidum Galliæ lepidum, in Burgundiæ Ducatu & Antiſſiodorenſi tractu, ad radices collis, cum ponte lapideo ad Icaunam fluvium, 4. leucis ſupra Antiſſiodorum in Meridiem, ibi acriter pugnatum fuit inter Gallos & Anglos anno 1423. dicitur etiam Crevennum in actis mediæ ætatis.

Creusa, oppidum Bœotiæ Livio, & Ptolemæo, quod Creuſis eſt Stephano, ſedet in ora littorali ſinus Corinthiaci, in confinio Megaridis, inter Bulim ad occaſum & Ægirusam ad ortum, ſic dictum a Creuſa filia Creontis Regis Corinthiorum; nunc vulgo *Livadia* dictum, teſte Nigro, 20. milliaribus diſtat à Theſpiis in Meridiem, & 30. circiter, a Megara in occaſum.

Crexa, Plinio. Vide Crepſa.

Criaateni, populi Slavi Ruſſis vicini, ut colligitur ex Conſtantino de adminiſtratione Imperii, forſan iidem qui & Cribitzæ dicti.

Crimæa, quæ Tartaria minor dicitur, regio Europæ, vulgo *la petite Tartarie*, ſic nominatur ab urbe *Krim*, in Taurica Cherſoneſo. Aliter dicitur *la Tartarie du Crim*, ſeu & *Crimski* ab accolis; continetque totum Tauricam Cherſoneſum. Ibi urbes præcipuæ Theodoſia, Cherſoneſus, Precopia, & Baciaſaraium. Dicitur ab aliis regio Tartariæ Precopenſis, ſive Precopitarum, eſtque partim ſub dominio Turcarum verſus Meridiem, partimque ipſis tributaria. Vide Tartaria minor.

Crimæa, quæ aliis forſan Cimmerium, *Krimenda*, ſeu etiam *Solat*, urbs Tartariæ minoris, quæ ab ea perſæpe dicitur Crimæa, parva eſt admodum, & fere in vicum redacta, 25. milliaribus diſtans à Theodoſia in ortum.

Crimisa, oppidum alias magnæ Græciæ Straboni, nunc, Cluverio teſte, vicus *lo Ziro* dictus, in ora Calabriæ citerioris, 45. milliaribus diſtat a Thuriis, 10. à Cariathi in Meridiem, & 6. à Strongylo in Septentrionem. Ei adjacet ad duo milliaria promontorium Crimiſſi dictum, *il Capo dell' Alice*, in ſinum Tarentinum excurrens, 4. milliaribus à Iapygio promontorio in occaſum; eſtque etiam in illo tractu Crimiſus amnis, *il Fiumica*, qui in ſinum ſupradictum ſe exonerat aliquot milliaribus à Crimiſſa. Inde Crimiſſæus nomen gentis.

Crimisus, fluvius Siciliæ, in parte occidentali inſulæ, Servio, Diodoro, & aliis, qui à quibuſdam etiam Crimiſus dicitur, nunc eſt *il Belici deſtro*, ut pluribus probat Philippus Cluverius, oritur 25. milliaribus circiter à Panormo in Meridiem in Valle Mazaræ, deinde aliquot auctus fluviis minoribus in mare Africum ſe exonerat in ora littorali inſulæ inter Mazaram & Saccam, & ad eum Græci Timoleonte Duce, inſignem de Carthaginenſibus victoriam reportarunt, Criniſi meminit Virgilius.

Crissa, oppidum Brutiorum, in magna Græcia Lycophroni, nunc teſte Barrio, eſt *la Rocca d'Angitola*, oppidulum Calabriæ ulterioris in regno Neapolitano, verſus Terinæum ſinum, & inter Hipponium 5. & Laconiam tribus mill. paſſ. diſtans.

Crissa, vel Criſa, oppidum Phocidis, Straboni, & Ptolemæo, ad ſinum Corinthiacum, qui ex eo ibi Criſſæus nominatur, inter Cirrham & Anticirrham oppida propinqua, à Thermopylis ad ſinum Oetæum 62. mill. paſſ. in Meridiem recedens, & nunc *Claveos* dicitur à quibuſdam.

Crissæus sinus, pars eſt ſinus Corinthiaci, in ejus ora ſeptentrionali, & verſus Phocidem, nuncque, *il Golfo di Salona*, vocatur à recentioribus.

Crissus, *Kerez*, fluvius regni Hungariæ in Tranſylvaniæ Principatu, duplex eſt nempe Criſſus proprie dictus, qui & aliquando *Sebes Kerez* dictus, ſive albus verſus Septentrionem magis currens, Varadinum rigat; & Criſſus minor qui *Fekierkerez* vulgo dictus ſive niger, oritur verſus Abrucbanyam, & in occaſum tendens, rigata Julia per Sarcadum lacum labitur, & paulo infra Criſſo fluvio altero miſcetur, & aliquot milliaribus poſtea cum ipſo in Tibiſcum ſe exonerat. Vide Chryſius.

Crista, *la Creſte*, vicus Galliæ cum Abbatia in Campania provincia, & in Baſſiniaco tractu, ad fluviolum *Regnon*, 3. leucis à Calvomonte in ortum.

Crista Arnaldi, *le Creſt*, urbs Galliæ in Delphinatu. Vide Creſtidium.

Crithea, oppidum Cherſoneſi Thraciæ, in mediterraneis Ptolemæo, verſus Madyton urbem, à Cardia 18. mil. paſſ. diſtans in Meridiem, *Critia* etiam vulgo, teſte Nigro.

Criumetopon, ſeu Arietis frons, promontorium Cretæ inſulæ, in ora auſtrali ubi occidentalis deſinit, Melæ, & Ptolemæo, nunc *il Capo Crio* dicitur, teſte Marco Boſchino, eſtque in territorio Cydoniæ 50. milliaribus diſtans à Ciamo promontorio in Meridiem ...

33. à Ciſamo, & 45. à Cydonia in occaſum hybernum, ei adjacet vicus *S. Jani di Capo Crio* dictus, onde forſan à Nigro *il Capo di S. Jani* dicitur.

Criumetopon, id eſt frons Arietis, promontorium Tauricæ Cherſoneſi in Pontum Euxinum excurrens ad Meridiem, teſte Arriano, nunc *Im Kermen* dicitur, in Tartaria minori, & centum fere milliaribus diſtat à Theodoſia in occaſum, ori 120. Carcine urbe in Meridiem, Carambum promontorium Paphlagoniæ verſus.

Crsus, fluvius Achaiæ Peloponneſiacæ, ex montibus ſupra Pellenem oriens, & ſeſe in ſinum Corinthiacum apud Ægyras exonerans, teſte Pauſania.

Crixia, oppidulum Galliæ Ciſalpinæ, in Liguria, ex itinerario Antonini, nunc teſte Simlero, eſt pagus Italiæ *Coſſeria* dictus, in Ducatu Montisferrati, prope Apenninum montem & fontes Bormidæ minoris fluvii, in confinio ditionis Genuenſis, 2. milliaribus à Milleſimo, & 10. à Savona Septentrionis Aquas Statiellas verſus 20. quanquam Cluverius credat eſſe *il Cairo* caſtrum ejuſdem tractus, 2. milliaribus à priori in Septentrionem.

Croatia propria, *das Croatien & Crabaten* Germanis, *la Croatie & la Croacie* Gallis, *la Croacia* Italis, regio Europæ, & pars magni regni Hungariæ, ubi olim Liburnia, dividitur in Auſtriacam quæ ſubeſt dominio Imperatoris, cujus caput eſt Caroloſtadium, & in Turcicam cujus præcipua eſt Vihitza, & ejus populi Croatæ dicti *Crabatiſche* Germanis, & *les Croates* ſive, *les Cravates* Gallis.

Croatiæ regnum, ſeu Croatia, regio Europæ, alias extendebatur à flumine Dravo uſque ad mare Dalmaticum, dividebaturque in tres partes. Prima Croatia Savia ſive Interamnenſis dicta, inter flumina Dravum, Savum, & Danubium, aliquando etiam [illegible] dicta, ut Nicætas ſcribit Francorium, id eſt Francorum regio, nunc Sclavonia; Secunda inter fluvios Savum & Boſnam, & inter montes Bebium & Albium, quæ Croatiæ nomen retinet; Tertia maritima, intra montes prædictos & mare Hadriaticum, quæ nunc in Dalmatia includitur, teſte Joanne Lucio Tragurienſi. Croatia autem propria terminatur à Septentrione Sclavonia, ab Oriente Boſniæ regno, a Meridie Dalmatia & mari Adriatico, ab Occidente vero Carniola Germaniæ provincia, & ſub ipſa cenſentur Corbavia, & Morlachia tractus ad Meridiem, ejus caput erat antiquitus Fanum S. Viti, poſtea Vihitza primaria effecta eſt, uti etiam nunc eſt ſub Turcis, qui à ſæculo & dimidio obtinent majorem partem regionis quæ ad ortum & Meridiem extenditur, cum Auſtriaci habeant tantum minorem portionem ad occaſum.

Croatiæ urbes.

Caroloſtadium, *Carloſtat*, ſub Auſtriacis.
Caſtanovitium, *Caſtanowitze*, ſub Turcis.
Senia, *Zeng*, & *Segna*, ſub Auſtriacis.
Siſcia, *Siſſaken*, ſub Auſtriacis.
Wihitza, *Wihitſch*, ſub Turcis.

Croca, pro Cracovia à Poëtis Polonis uſurpatur.

Croceus fluvius, *Hoang* incolis, *la riviere Jaune* Gallis, fluvius Imperii Sinarum, qui illud ſecat verſus Septentrionem, oritur ex confinio regni Thibeti, deinde per Xenſiam provinciam fluens, & illam à Xanſia ſeparans per Honaniam & Xantoniam provincias labitur in ortum tendens, & tandem in Nanchinenſi in Gangum ſinum ſive Nanchinenſem ſe exonerat, teſte Martinio.

Crociatonon, ſeu Crociatonum & Cruciatonum, oppidum fuit Unellorum in Gallia Celtica Ptolemæo, nunc forſan *Carentan*, oppidum Normanniæ inferioris, in Conſtantienſi territorio, ut Sanſoni & Brictio placet. Diſtat à Baiocis 11. leucis in occaſum. Vide Carentonium.

Crociliacum, *le Croiſil*, oppidulum Galliæ, in Britannia ſuperiori, cum portu capaci & tuto, prope Guerandam urbem & oſtia Ligeris fluvii, 6. leucis à Venetis in Meridiem.

Croco-Calana, oppidum Coritanorum in Britannia prima, ex itinerario Antonini, nunc eſt *Ancaſter* vicus Angliæ in Comitatu Lincolnienſi, teſte Gulielmo Camdeno, alibi etiam Crotolana legitur, & 4. milliaribus diſtat à Lincolnia in Meridiem.

Crocodilopolis, ſeu Crocodilorum urbs, Ægypti ſuperioris ſive Thebaidis urbs, ad Nilum Straboni, & Ptolemæo, inter Lycopolim & Ptolemaidem Hermii.

Crocodilopolis, oppidum fuit Phœnicis in Palæſtinæ confinio, verſus Carmelum promontorium Plinio, cujus nulla remanent veſtigia.

Crocodilorum insula, *el Caiman*, ſeu *la Iſla de Caiman* Hiſpanis, *l'Iſle des Lezards* Gallis, inſula eſt oblonga Americæ ſeptentrionalis in ſinu Mexicano, verſus Auſtrum Cubæ inſulæ à qua diſtat 40. leucis & piſcatione teſtudinum celebratur, dicitur etiam major ſeu *el Caiman grande*, ad diſtinctionem alterius in eo tractu, quæ minor vocatur ab Hiſpanis, vulgo *el Caiman pequeño*, ſubeſtque dominio Anglorum a paucis annis.

Crocodilus, mons eſt promontorium Ciliciæ, Plinio, nunc *Caiba* dicitur ab incolis, teſte Nigro.

Crocuos, oppidum Phrygiæ ſalutaris in Aſia minori, nunc *Egregios* dictum, teſte Leunclavio.

Croia, urbs Albaniæ caput, quæ Crua à Calcocondylo, vulgo *Croia* Italis, *Croie* Gallis, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Dyrrachino, juxta Liſanam fluvium, olim Antigonia dicta, ſive Eribœa, ut alii malunt, eratque alias permunita, cum ad ipſam Georgius Caſtriotus dictus Scanderbegus Turcarum potentiam pluries retudit, ſed poſt ejus obitum à Turcis capta, ipſis etiamnum ſubeſt cum toto tractu, arcem habens munitam in colle, & vix 25. milliaribus diſtat ab ora maris Adriatici in ortum, & 35. à Dyrrachio.

Cromartium, *Cromarty*, oppidum Scotiæ ſeptentrionalis, in Roſſia provincia, cum portu commodo & ſinu cognomine. Diſtat 6. milliaribus à Chanorico, & 8. à Dunroduno.

Cromena, *Cromaw & Crumaw*, oppidulum Bohemiæ, Ducatus titulo inſignitum, ad Multam fluvium, duobus milliaribus Germanicis ſupra Budoveciun in Meridiem, verſus confinia Auſtriæ ſuperioris totidem, cum arce culta Eggenbergiæ gentis.

Crommyum, promontorium Cypri inſulæ, Straboni, & Ptolemæo, Crommyon Stephano, nunc *il Capo Cormachiti* dictum, teſte Mercatore, eſt in ora ſeptentrionali inter Ceraunam ad ortum & Solos ad occaſum, 64. milliaribus ab Anemurio promontorio Ciliciæ in Meridiem, & 45. à proximiori littore ejuſdem regionis.

Cromna, oppidum fuit Peloponneſi in Arcadia verſus Megalopolim urbem, teſte Stephano, quod Cromnum dicitur alus.

Cromna, urbecula fuit Aſiæ minoris, in Bithynia & in confinio Paphlagoniæ, vix 10. milliaribus à Cytoro in occaſum Seſamum verſus, teſte Philippo a Vico.

Cromnyon, & Crommyon, locus erat Atticæ, ſive ager illius Pauſaniæ, qui Cromyon Ovidio.

Cronium, mons Peloponneſi Ptolemæo, prius Cturos Plutarcho, cum urbe cognomine in Elide, nunc *Grevenos*, teſte Nigro.

Cronium Mare, ſeu Chronium, quod & Sarmaticum, pars Oceani ſeptentrionalis, inter Rubeam promontorium & Scythiam veram, & fluvium Patopamiſum, ex Plinii mente; eſt enim pars maris Concreti ſeu Glacialis, ſupra Aſiam, quam alluit ad Septentrionem, nunc autem Petzoricum mare, *de Petzorze*, ſeu Tranquillum, *Niaren more* vulgo dicitur.

Cronus, fluvius Sarmatiæ Europææ, nunc *le Niemen*, fluvius Poloniæ, in Lithuaniæ Ducatu. Vide Chronius fluvius.

Crosa, *la Creuſe*, fluvius Galliæ, oritur in Marchia ſuperiori provincia, deinde in occaſum æſtivum fluens per Bituricenſem provinciam, & rigatis Argentono, & Oblinco, hinc Turoniam à Pictavia ſeparat, & recepto Vartempa, infra Hagam Turonicam Vigennæ miſcetur prope portum Pilæ.

Crosna, *Croſno*, urbecula Poloniæ in Ruſſia Rubra, & in Caſtellana Premislienſi, juxta fluvios Iaſioldam & Vislocam, verſus Carpathos montes, in confinio Poloniæ majoris. Ab aliis *Croſne* dicitur.

Crosna, *Croſſen* incolis, *Croſſne* Gallis, urbs Bohemiæ regni, in Sileſia provincia, Ducatus cognominis caput, in ditione Electoris Brandeburgici a multis annis, eum ipſi oppignerata fuerit una cum Zulichio, Sommerfelda & Bobetſberga, nec poſtea conſtituto tempore liberata, juxta Oderam fluvium ſedet, ubi recipit Boberum, 5. milliaribus Germanicis ſupra Francofurtum in Meridiem, & totidem infra Saganum in Septentrionem, 3. autem à Guba. Arcem habet elegantem & forum peramplum.

Crosnensis Ducatus, *das Hertzogthumb von Croſſen* incolis, *le Duché de Croſſne* Gallis, tractus eſt Bohemiæ in Sileſia inferiori, fuerat alias pars Ducatus Glogaviæ, & Ioachimus ſecundus Elector Brandeburgicus primus fuit qui ſe dixerit Ducem Croſnenſem ſub Ferdinando primo Imperatore.

Crotalus, fluvius magnæ Græciæ, Plinio, qui & Corax, nunc *il Corace* dictus incolis, teſte Barrio, oritur ex Apennino monte in Calabria ulteriori, deinde in Meridiem fluens, verſus Catacium in Scyllacium ſinum ſe exonerat, 4. milliaribus à Scyllatio in Septentrionem.

Croton, urbs Brutiorum in magna Græcia, Straboni, & Plinio, Croto Ciceroni, Crotona recentioribus, in ora maris Ionii, olim fuit perampla, Livio teſte, circuitus nempe 12. milliarium, flumine media eluebatur, & arce munita erat, quæ cum Locrenſibus, Rheginis, Tarentinis, & Thuriis maxime effulſit, & à Miſcello, anno urbis conditæ 80. ædificata dicitur, hinc nobiles Athletæ & pugiles inter quos excelluit Milo Crotoniates inde dictus, nunc vulgo *Cotrone* dicitur, eſtque in Calabria Ulteriori provincia regni Neapolitani, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Rhegienſi, ſed ſatis parva & malè culta, cum arce à Carolo V. Imperatore excitata ad tutelam oræ littoralis, ad oſtia Æſatis fluvii, diſtat 6. milliaribus à Lacinio promontorio in Septentrionem, verſus confinia Calabriæ citerioris, & Neeti fluvii oſtia 7. à Strongilo autem 12. in Meridiem, hinc populi Crotoniatæ.

Cruciatonum, oppidum Galliæ Celticæ, Antonino, creditur, nunc *Carentan* in Normannia. Vide Crociatonon.

Crudatum, *Cruas*, caſtrum Galliæ, cum Abbatia in Vivarienſi provincia ad Rhodanum fluvium, 3. leucis ſupra Vivarium in Septentrionem.

Cruciburgum, quod & Creutberga, *Creutzburg*, oppidulum Bohemiæ regni in Sileſia provincia, & in Ducatu Bregenſi, ad fontes Brincii fluvioli, teſte Henelio.

Crucinacum, quod & Stauroneſus quibuſdam, *Creutznack*, ſeu ut pronunciant *Creitznack*, oppidum Germaniæ in Palatinatu Rheni, & in Hunnorum tractu, ad Navam fluvium, cum caſtro ſatis munito, *Kauſanberg* dicto, in colle imminenti, ſic dicitur quaſi Crux Navæ, ut didici ab incolis cum illuc degerem, eſtque pars Comitatus Sponheimenſis inferioris, ideo ſubeſt pro majori parte dominio Electoris Palatini, qui ejus quatuor partes obtinet ex quinque, Marchioni vero Badenſi quinta pars tantum ſubeſt, ſedet in tractu feraci, 2. milliaribus Germanicis a Bingio in Meridiem, & quatuor à Moguntia in occaſum, & in eo etiam commorabatur alias Princeps Simmerenſis è gente Palatina, qui duas obtinebat partes ex quinque in ejus dominio dum viveret.

Cruces Promontorium, *el Cabo de Cruz*, in Florida regione Americæ ſeptentrionalis, prope Sinum S. Spiritus.

Cruces Promontorium, *el Cabo de Cruz*, promontorium Americæ, in parte meridionali Cubæ inſulæ in ſinu Mexicano.

Crucum Promontorium, *el Cabo de Cruzes* indigenis, *le Cap de Creuz* Gallis, promontorium Hiſpaniæ in Catalonia, olim Aphrodiſium dictum. Vide ibi.

Crumerum, oppidum Pannoniæ ſuperioris, Antonino, cui Legio prima adjutrix, nunc teſte Simlero, videtur locus in Cituorum inſula Danubii in Hungaria, quibuſdam eſt *Sumarein*, aliis vero eſt *Comara* in parte meridionali inſulæ, quæ à multis tamen creditur Brigæcio.

Crumlavia, *Krumlow*, oppidulum Bohemiæ in Moravia provincia, ad Iglaviam fluvium, 2. milliaribus Germanicis à Znoimo diſtans in Septentrionem Brinam verſus totidem.

Crunt, oppidum Peloponneſi in Meſſenia, Straboni, Crunos Pauſaniæ, cum fluvio cognomine verſus Pylum.

Crunos, urbs Mœſiæ inferioris in Thraciæ confinio, & in ora Ponti Euxini, ſic dicta ab aquis ſalientibus, teſte Plinio, poſtea Dionyſiopolis. Vide ibi.

Crusa, inſula parva Cariæ, Plinio, in ſinu Ceramico, adjacens Pharmacuſæ, & Lypſo vicina, à Minya & Co 25. mill. paſſ. in Septentrionem diſtans, nunc etiam *Cruſia* dicta.

Cruscevatium, *Cruſcevaz*, urbs Serviæ ſatis culta, ad fluvium *Murava Vlaſcka* dictum.

Crusina, *Creuſen*, caſtrum Germaniæ in Franconia, & in tractu Culembachio, in ipſo limite Palatinatus ſuperioris, 5. milliaribus Germanicis ab Egra in occaſum diſtans.

Crustumeria, & Cruſtumerium, oppidum Sabinorum Plinio, prope Tiberim fluvium, ubi recipit Alliam, nunc vicus *Marcigliano vecchio* dictus, in Sabina, teſte Cluverio, 9. milliaribus diſſitus à Roma in Septentrionem Eretum verſus, à quo vix 4. milliaribus diſtat, hinc populi Cruſtumeri Virgilio, Cruſtumerini Halicarnaſſeo.

Crustuminum, oppidum Thuſciæ, cujus meminit Feſtus Pompeius, quid ſit nunc non conſtat, neque id ſcire potuit Cluverius ipſe.

Crustumius, fluvius parvus Italiæ in Umbria, Plinio, & Vibio Sequeſtri, qui Cruſtunus & Cruſtumenius dictus, nunc *la Conca* vulgo, Cluverio & aliis, fontes habet ex Apennino monte in Ducatu Urbinate prope Leopolim, & poſtea aliquot auctus rivis per Romandiolam labitur, ibique in mare Adriaticum ſe exonerat, 6. milliaribus ab Arimino in ortum Piſaurum verſus, hinc Vibius Sequeſter credit oppidum fuiſſe Cruſtumenium dictum ad ejus oſtia, quod quidam *Conca* credunt aquis abſortum, ſed de his fides apud ipſos eſt.

Crusvicia, *Kruſvick*, oppidulum Poloniæ regni in Cujavia tractu, & in Breſtenſi Palatinatu, in ora ſeptentrionali lacus Gopli, cum caſtro latericio in

inſula hujus laci, in qua olim Regem Popielum, divina ultione permittente, mures devorarunt, quod plurimos conſanguineos ſuos veneno in convivio ſuſtuliſſet, teſte Starovolſcio.

CRUX S. LEUFRIDI, *la Croix S. Leufroy*, vicus Galliæ cum Abbatia celebri, in Normannia ad Eburam fluvium, dicitur etiam Madriacenſe cœnobium, & 2. leucis diſtat ab Ebroico in ortum æſtivum Vernonium verſus 3.

CRYON, fluvius Aſiæ propriæ, per Lydiam in Hermum influens, Plinio.

CRYPTA AUREA, oppidum magnæ Græciæ, *Grottaria* vicus.

CRYPTA NEAPOLITANA, Straboni, nunc *la Grotta di Napoli*, ſpecus ſub monte Pauſilypo, prope Neapolim urbem, per quod Puteolos via compendioſa init, mill. paſſ. longa, lata, altáque 12. paſſ. ad cujus initium Virgilii ſepulchrum marmoreum cernitur, ut etiam pluries vidi.

CRYPTA FERRATA, *Grotta Ferratta*, cœnobium perceelebre Italiæ, in ditione Eccleſiæ & Campania Romana, 15. milliaribus à Roma, prope Tuſculum. Antea villa Luculli dicta fuit; eſtque juxta aquam Crabram.

CTEMENÆ, Macedoniæ oppidum in Eſtiotide tractu, Ptolemæo, & Apollonio, nunc *Griſano* dictum, teſte Sophiano. Ctemenarum incolas Homerus Dolopes vocat, ut refert Stephanus, quare & dicta Dolopia.

CTENOS, ſeu Ctenus, portus Tauricæ Cherſoneſi in ejus parte occidentali, & in ora ſinus Carcinitis, prope Cherroneſum, ubi olim Salinæ fuerunt, teſte Strabone, olim dictus fuit etiam Eupatorium, nuncque *Zebbana* dicitur, ut quidam ſcribunt 40. mill. paſſibus diſtans à promontorio Criumetopon in Septentrionem, Dandacam verſus 25.

CTESIPHON, pagus fuit Aſſyriæ ampliſſimus, in Tigridis altera ripa, Plinio, & Ptolemæo, a Parthis in odium Seleuciæ extructus, ab ea 30. mill. paſſ. tantùm diſtans, & à Parthis Regibus habitatus, teſte Plinio, poſtea urbs Epiſcopalis.

CUAMA, *Cuama* indigenis & Luſitanis, *le Coame* Gallis, fluvius Africæ ex præcipuis Zanguebariæ regionis, qui à Luſitanis vocatur etiam fluvius bonorum ſignorum, *el rio de las bueñas Señales*, eſtque unus ex quatuor ramis præcipuis fluvii Zambezi, qui in Oceanum Æthiopicum ſe exonerat, 25. leucis Hiſpanicis ab oſtio Quilimani fluvii ſive rami in Meridiem, & 115. à Mozambico in occaſum hybernum; & 70. leucis ſupra ejus oſtia ineſt arx S. Martialis de Sena, cum colonia Luſitanorum, teſte Emanuele à Faria cum Sanuto & aliis, deeo vide pluribus in voce Zambezus, ſed notandum quod malè ſeparatur in tabulis recentibus à fluvio bonorum ſignorum & à Zambezo fluvio.

CUBA, *la Cuba* Hiſpanis, *la Couve* Gallis, inſula Americæ ſeptentrionalis, in longum valde extenſa, in ſinu Mexicano, & ex præcipuis totius Americæ, ad Meridiem Floridæ, & ſub dominio Hiſpanorum à 170. annis circiter. Eſt in mari Boreali; habetque ad ortum Hiſpaniolam inſulam, a qua 18. leucis diſtat, & ad Meridiem Jamaicam, à qua 19. leucis diſtat. Illius urbes primariæ ſunt Fanum S. Jacobi in parte meridionali, & Havana ſeu Fanum S. Chriſtophori, cum portu capaciſſimo, in parte ſeptentrionali inſulæ, è regione Floridæ, cum quatuor aliis coloniis Hiſpanorum. Ejus longitudo eſt 220. leucarum Hiſpanicarum ab ortu in occaſum; latitudo autem vix 35. leucarum, ubi magis lata, & 12. ubi magis reſtringitur, alias Ferdinanda dicta fuit a Chriſtophoro Columbo, qui primus eam detexit; eſtque montibus ut plurimum aſpera, & nunc malè culta, dividitur in plures partes ſeu tractus quorum nomina ſunt *Bayamo*, *Camagueya*, *Cueyba*, *Macaman*, *Mayzi*, *Ubima*, & *Xagua*, teſte Joanne Laëtio, ſubeſtque dominio Hiſpanorum ab anno 1510. quo primum devicta fuit à Didaco *Velaſquez*, ſed ejus primaria urbs Fanum S. Jacobi de Cuba dicta, nunc in vicum redacta eſt, ideo ejus præcipua cenſetur Fanum S. Chriſtophori de Havana, à qua urbe omnis inſula perſæpe vocatur etiam Havana, ut pluries didici ab illarum partium incolis, & 18. leucis tantum diſtat ab Hiſpaniola inſula in occaſum.

CUBÆ, *Caub*, oppidulum Germaniæ in Palatinatu Rheni, cum caſtro *Gutenfels* in colle, ſedet ad montis radices ad Rhenum fluvium, & ei objacet in medio Rheni caſtrum ſcopulo affixum, Palatium, *Pfaltz* vulgo dictum, eſt in ipſo limite ditionis Moguntinæ, & Trevirenſis & Comitatus Cattimeliboci inferioris, paulo infra Bacharacum, Veſaliam ſuperiorem verſus, & 3. milliaribus Germanicis à Bodobriga in Meridiem.

CUBI, populi Galliæ Aquitanicæ, Plinio, qui ab aliis Bituriges Cubi dicuntur. Vide ibi.

CUBITUS, *Ellebogen*, urbs Germaniæ, nunc Bohemiæ annexa, quæ a Bohemis Locta dicitur vulgo, *Loket*, ſedet ad Egram fluvium, in confinio Miſniæ, & 15. mill. paſſ. ab Egra oppido in ortum Litomeritium verſus, eratque alias pars Franconiæ.

CUBUS CANOPI, vicus fuit prope Conſtantinopolim de quo Dionyſius Byzantinus, & è regione trans Chryſoceram ſinum, juxta amnem Ciſon, qui poſtea dictus fuit S. Laurentii Fanum, nunc autem Agios Paraſceve Græcis, ut colligitur ex indagationibus Petri Gillii.

CUCCI, oppidum Scordiſcorum in Savia regione Pannoniæ inferioris, Antonino, ſeu Cuccium, Cuccæ, in libro Notitiarum, nunc caſtrum *Keroska* ſeu *Kuroſca* dictum, in Hungaria inferiori, & in Sirmienſi Comitatu, inter Cornacum ad Septentrionem, & Bononiam ad Meridiem, ſub dominio Turcarum.

CUCINUM ſeu Eucinum, urbs Sardiniæ inſulæ, nunc caſtrum *Coquinas* dictum, in provincia Loci aurei & in ora littorali maris Sardoi Corſicæ obverſa, vix 9. milliaribus à Caſtro Aragonenſi in ortum æſtivum, teſte Franciſco a Vico.

CUCULLI, & Cucullæ, oppidum Norici Antonino, ad fluvium Iovavum, & 14. mill. paſſ. ſupra oppidum Iovavum in Meridiem; nunc vicus Germaniæ *Kuchel* dictus, in ditione Saliſburgenſi, inter Gollingam & Hellelum oppidula, teſte Cluverio.

CUCULUM, oppidum Marſorum in Samnio, Straboni, nunc *Scurcola*, caſtrum Aprutii Ulterioris in regno Neapolitano, inter Albam Marſorum ad ortum & Taleaquitium ad occaſum.

CUCUSSUS, urbs Armeniæ minoris, Euſtathio, quæ Cocuſum Antonino, Cocuſſa S. Athanaſio, & Cuſum dicta ab Ammiano, olim Epiſcopalis & D. Joannis Chryſoſtomi exilio clara, in Ciliciæ & Cappadociæ confinio, in via inter Cæſaream & Anazarbum.

CUDA, *Coa*, fluvius Hiſpaniæ in regno Portugallico, per agrum Ægitanum, ſive Guardienſem, in Durium fluvium ad Almendram pagum influens, ex veteri inſcriptione, hinc populi Cudani.

CUFA, *Cufa*, urbs Aſiæ, in Chaldæa regione, ſeu *Terach*, ad Euphratem fluvium ſita, antea ſub dominio Perſarum, nunc autem paret Turcis. Eſt in confinio Arabiæ deſertæ, 60. milliaribus à Bagdato in occaſum; fuitque alias ampla, & aliquando etiam Califarum ſedes, diciturque etiam Iraca Arabum, teſte Gollio.

CUFSTENIUM, *Kauffſtein*, oppidum munitum Germaniæ in Comitatu Tirolis, cum arce in rupe & ponte ad Oenum fluvium, in limite Bavariæ, cujus pars olim fuit.

CUJAVIA, *la Cujavie*, provincia eſt regni Poloniæ & pars Poloniæ majoris, à qua terminatur pro majori parte, à Septentrione autem Pruſſia regia, parva eſt

& complectitur Palatinatus Breſtienſem, & Inunlocenſem, ſeu Junuladiſlavienſem, ejus vero præcipuæ urbes ſunt Breſtia & Uladiſlavia.

Cuicana Ditio, *Het Kuycklandt* incolis, *le pais de Cuck* Gallis, tractus parvus Belgii in Brabantiæ Ducatu, juxta Moſam fluvium; cujus caput Gravia, in confinio Gueldriæ, dicitur etiam Cuyckenſis tractus, & anno 1323. vendita fuit Gravia cum toto tractu, Joanni III. Brabantiæ Duci ab Ottone Cuicani tractus Domino, nunc autem pars eſt Boſcoducenſis Tetrarchiæ, ſub dominio provinciarum Belgii uniti.

Cuisia Sylva, *la foreſt de Cuiſe*, prope Compendium urbem in provincia Inſulæ Franciæ. Vide Cotia Sylva.

Cularo, urbs Galliæ Adoni, quæ Cularona in libro Notitiarum, nunc multis eſt Gratianopolis *Grenoble*, urbs Delphinatus primaria, ad Iſaram fluvium. Vide Gratianopolis.

Cularonenses, populi Galliæ Narbonenſis, inter Allobroges, qui Gratianopolitani putantur, ex veteri inſcriptione marmorea Gratianopoli reperta, teſte Belleforeſtio. Vide Cularo.

Culcua Colonia, oppidum Africæ mediterraneum in Numidia, teſte Ptolemæo, nunc *Cuçutina* dictum, ut tradit Marmolius.

Culembachium, *Culembach*, oppidulum Germaniæ, in Franconia, ad Mœnum fluvium, qui pauló ſuprà oritur. Arcem habet *Blaſſenburg* dictam, & territorium ſatis amplum Marchionis è familia Brandeburgica, diſtat 6. milliaribus Germanicis a Bamberga in ortum, & paulo minus a Coburgo.

Culembachius Tractus, *le Marquiſat de Culembach*, tractus Germaniæ in Franconia, & pars ſuperior Burgraviatus Norimbergenſis, inter ditionem Bambergenſem ad occaſum, Miſniam ad Septentrionem, Bohemiam & Palatinatum ſuperiorem ad ortum, & ditionem Norimbergenſem ad Meridiem, ſub dominio Marchionis è gente Brandeburgica, & ejus præcipua loca ſunt Culembachium & Barutum, ubi commoratur Marchio.

Culemburgum, *Culembourg*, oppidum Belgii uniti, cum arce, in Ducatu Gueldriæ, ad ſiniſtram Leccæ ripam, ſub dominio utili ſui Comitis; & in tres partes diviſum eſt, in ditione tamen Belgii uniti. Una leuca tantum à Bura diſtat, captum fuit a Gallis anno 1672. & poſtea ejus munitiones dirutæ fuere anno 1674.

Culiacana, *le Culiacan*, provincia Americæ in Nova Hiſpania, & in præfectura generali Guadalaxaræ, inter novum regnum Mexicanum ad Septentrionem, novam Biſcaiam ad ortum, & mare Purpureum ad Meridiem, & occaſum; & in ea eſt oppidum Culiacanum cum 2. aut tribus locis ſub Hiſpanorum dominio.

Culiacanum, *Culiacan*, oppidum Americæ ſeptentrionalis, in provincia cognomine, in Nova Hiſpania, verſus mare Auſtrinum & novum regnum Mexicanum, ſub dominio Hiſpanorum.

Cullu, ſeu Cullus, quæ & Collops magnus, urbs Africæ in Numidia regione, Ptolemæo, in ora littorali maris Mediterranei, olim Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Carthaginenſi, & ex præcipuis Numidiæ & purpura celebris, in confinio Mauritaniæ Sitiſenſis ad oſtia fluvii cognominis, nunc *Colle* dicitur nautis, *Col* Marmolio, & *Col* Nigro, eſtque in regno Bugiæ cum portu capaci, 40. milliaribus diſtans ab oſtio fluvii Ampſagæ in ortum, uti 60. ab Igilgili oppido Hipponem verſus 75. in confinio regni Conſtantinæ, & ab ea ſinus parvus adjacens dicitur, *le Golfe de Colle*, qui pars eſt ſinus Numidici.

Culmia, & Culmenſis Palatinatus ſive præfectura, *Chelminskie Wojewodztwo* indigenis, *Cholmiſchland* Germanis, *le Palatinat de Culme* Gallis; tractus Poloniæ regni in Pruſſia Regia, inter Viſtulam, Poloniam Majorem, & Pruſſiam Ducalem, ubi olim una ex 12. partibus Pruſſiæ; in quibus diviſa fuerat regio à Vetedotio Principe, ſic dicitur a Culma orbe, & ejus præcipua urbs eſt Thorunium, vocatur etiam Culmigeria, & ſub ipſa cenſetur Michalovienſe territorium, teſte Starovolſcio.

Culma, *Chelmno* incolis, *Culm* Germanis, urbs parva Poloniæ in Pruſſia Regia, Culmigeriæ tractus caput, in monte ad Viſtulam fluvium, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Gneſnenſi; cum olim eſſet ſub Archiepiſcopo Rigenſi, ut quidam ſcribunt, & ei unitus eſt Epiſcopatus Pomeſanienſis, erecta fuit urbs à Crucigeris anno 1223. ſed malè habita fuit hiſce poſterioribus temporibus, & fere habitatoribus deſtituta, ideo ſedes Epiſcopalis tranſlata fuit ad Colmenſium oppidum, 3. milliaribus Germanicis hinc diſtàns ad ortum, 4. milliaribus ſimilibus diſtat urbs a Torunia in Septentrionem Gedanum verſus 15. circiter.

Culmigeria, tractus Poloniæ regni in Pruſſia Regia. Vide Culmia.

Culphus Venetus, dicitur prolatione Latino-Græca pro ſinu Veneto in actis mediæ ætatis, teſte Joanne Lucio. Vide ſinus Venetus.

Cululis, urbs Africæ in Bizacena regione, teſte Procopio.

Cumacatum, urbs Arabiæ fœlicis, prope Syagrum promontorium, Ptolemæo. Vide Metacum.

Cumæ, urbs Aſiæ minoris in Æolide, Ptolemæo, & Stephano, Cyme Tacito, Melæ, & Plinio, & in ora Boreali ſinus Smyrnæi, à Pelope una cum Magneſia anno mundi 3150. condita, teſte Iſidoro, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Epheſino, inter Myrinam & Phocæam urbes finitimas, nunc *Foia nova* dicitur, teſte Nigro, cum aliis, portu gaudens capaci; cum arce ſub dominio Turcarum, 36. milliaribus diſtans à Smyrna in Boream Pergamum verſus 26. & in ejus portu Turcarum claſſis peſſime habita fuit à Venetis Duce Jacobo Riva anno 1650.

Cumæ, colonia & urbs celebris Italiæ in Campania, Straboni, Plinio, & Ptolemæo, ab Eubœenſibus condita, in ora littorali maris Tyrrheni, à Saracenis funditus exciſa anno 1207. nunc ejus ruderà *Cuma diſtrutta* dicuntur, in colle, ubi plurima viſuntur antiquitatis monumenta, inter Linternum & Miſenum urbes exciſas, & ejus Epiſcopatus Neapolitano Archiepiſcopatui unitus fuit. Non longè Cumanum villa a Cicerone commemorata, & antrum Sibyllæ Cumanæ, quæ Cumæa à Virgilio dicitur, hinc Cumanus nomen gentis & Cumæus.

Cumania, regio cujus titulum gerebant Reges Hungariæ.

Cumanus Sinus, pars eſt admodum parva maris Tyrrheni, in ora Campaniæ, contra Cumarum ruderà, & ſub Puteolano comprehenditur.

Cumaria, *Cumberland* incolis, *le Comté de Cumberland* Gallis, provincia eſt ſeu Comitatus Angliæ, verſus confinia Scotiæ, à qua terminatur à Septentrione; ab Oriente Northumbria & Weſtmaria, à Meridie Lancaſtria, ab Occidente vero mari Hibernico, ejus primaria urbs eſt Carleolum, unde etiam alias dicta fuit *Caerleyſchire*, id eſt Comitatus Carleoli, pars eſt Angliæ Borealis, erantque alias in hac provincia pars Brigantum, teſte Camdeno, ſic nunc dicitur quaſi terra impedita, quia hic curvis, aſperis, & acuminatis montibus, & illic torrentibus, ſtagnis, & paludibus cœnoſis totius tractus ejus facies veram labyrinthi imaginem præ ſe fert, & ejus quædam pars *Copeland* vocatur.

Cumbriæ Sinus, *The Cumberlandts Bay*, ſinus Terræ Arcticæ ab Anglis detectus & dictus, extenditur

ditur à Septentrione in Meridiem excurrens ad 150. milliaria in Jacobi inſulam, & prope Fretum Daviſium in mare Boreale ſe exonerat, & in ejus intimo receſſu ſunt inſulæ Cumbriæ dictæ.

Cumerum, ſeu & Cymerium quibuſdam, promontorium eſt & mons Piceni, ſupra Anconam in mare Adriaticum excurrens, Plinio, nunc *il monte S. Ciriaco* dictum, ut ego didici ab incolis, dum illam urbem luſtrarem, non autem *il monte Guaſco*, ut quidam malè crediderunt. Arcem habet ſatis munitam à Pio V. Pontifice Maximo exſtructam.

Cumillomagum, ſive, ut alii legunt, Camillomagum oppidum Inſubriæ, Antonino, nunc *Gigognola* caſtrum Italiæ in Ducatu Mediolanenſi, & in agro Ticinenſi, prope Blandinonam & Sellam oppidula, 12. milliaribus à Papia diſtans, teſte Ferrario.

Cuminum, *Comino*, inſula parva maris Siculi, inter Melitam & Gaulum inſulas, ſub dominio Equitum Melitenſium, ubi arx excitata à Vignacurtio Gallo magno Magiſtro.

Cunaxa, locus Aſſyriæ, ubi inter Artaxerxem Regem & Cyrum ejus fratrem dimicatum eſt, à Babylone 500. ſtadiis diſtans, teſte Plutarcho.

Cuncanum Regnum, *le Royaume de Cuncan*, tractus Indiæ intra Gangem, in Decano regno, cujus tertia pars cenſetur, verſus montes & Canaram regionem.

Cuncianum, urbs Sardiniæ inſulæ in mediterraneis, ad Thyrſum fluvium, nunc *Gociano* oppidum cum caſtro in provincia Loci aurei, teſte Franciſco de Vico, eſtque caput Comitatus magni nominis.

Cunetio, fluvius Britanniæ magnæ, cujus meminit Antoninus, nunc *Kennet*, fluvius parvus Angliæ qui ortus prope vicum *Kennet*, in Viltonia provincia, deinde in ortum fluens per Bercheriam provinciam, ibi in Tameſim labitur ad Reddingum oppidum.

Cunetio, urbs Belgarum in Britannia majori, ex itinerario Antonini, nunc teſte Camdeno, eſt *Marleborow*, ſeu etiam *Marlingesborow* quibuſdam, quanquam *Merlibaraw* pronuncient, oppidulum Angliæ in Viltonia provincia, in colle declivi ad fluvium cognominem *Kennet* vulgo, 27. mill. paſſ. à Bathonia in ortum, & 24. à Sariſberia, teſte Speedo, quanquam ſint qui credant eſſe vicum *Kennet*, hinc 5. milliaribus diſtans, teſte Lhuydio, quod etiam probabile.

Cuneum, promontorium Hiſpaniæ in parte meridionali Luſitaniæ, Plinio, nunc *il Cabo di S. Maria* dicitur, teſte Cluſio, in Algarbiæ regno, prope Farum urbem, & in ſinum Gaditanum excurrit.

Cuneum, *Cunio* incolis, *Coni* Gallis, urbs Italiæ probè munita in colle, in Pedemontio, cum arce, ad confluentias Geſæ in Sturam fluvium. Fortiter capta fuit à Gallis anno 1641. Duce Harcurtio, & ſubeſt dominio Ducis Sabaudiæ, 11. milliaribus diſtat à Foſſano in Meridiem, totidem à Salutiis, & exſtructa fuit anno 1150. hinc Cunianus nomen gentis, *Cunieſe* vulgo.

Cuneus Ager, pars Luſitaniæ meridionalis, Straboni, & Plinio, ab ortu in occaſum extenſa, ab oſtiis Anæ fluvii ad Sacrum promontorium, ubi nunc Algarbiæ regnum, *l'Argarve*, pars parva Hiſpaniæ ſub dominio Regis Portugalliæ, inter provinciam Trans-Taganam ad Septentrionem, Anam fluvium ad ortum, ſinum Gaditanum ad Meridiem, & Oceanum Atlanticum ad occaſum, cujus urbes ſunt Sylvis, Farus, Lagium & Tavira. Vide Algarbia.

Cunochanum, *Cungchang*, urbs Imperii Sinarum, in Xenſia provincia, cujus quintum locum obtinet, juxta fluvium *Guei* dictum, & in ejus territorio cenſentur 16. urbes minores, teſte Martinio.

Cuni, vel Cunei populi Hiſpaniæ Bæticæ Appiano, quorum urbs Cuniſtorgis Straboni, qui à Plinio, Celtici Mirobrigenſes dicuntur, Celtici Bætici Ptolemæo, circa Nieblam oppidum, teſte Morali.

Cunicularia, inſula Sardiniæ in ejus ora orientali, Plinio, verſus mare Tyrrhenum, nunc *l'Iſola del Pollo* Italis, *Iſola de Pulla* incolis, prope Cuniculariun promontorium, in parte meridionali ſinus Calaritani, parva eſt admodum, teſte Cluverio.

Cuniculariæ, inſulæ duæ Sardiniæ, inter illam & Corſicam, Plinio, nunc *le Sanguenare* dictæ, teſte Pineto, ex quibus ſcribit Dalechampius unam *de Bizze*, id eſt Serpens, alteram *Speragia* vocari.

Cunicularium Promontorium, corrupte Cunium, in parte orientali Sardiniæ Plinio, nunc teſte Cluverio, eſt *il Capo Pollo* Italis, & *Cabo de Pulla* incolis, 16. mill. paſſ. à Calari in Meridiem juxta ſinum Calaritanum, prope Noræ urbis rudera, teſte Franciſco de Vico.

Cuninghamia, *Cuningham*, provincia Scotiæ meridionalis, verſus occaſum extenſa, inter Leviniam ad Septentrionem, Cludesdaliam ad ortum, & Coqualiam provincias ad Meridiem, ab occaſu vero terminatur Glottæ æſtuario, & ejus præcipua oppida ſunt *Reinfrew*, & Irvinum, teſte Timotheo Ponte.

Cunion Charion, promontorium Sardiniæ, Ptolemæo, vulgo *il Capo del Pollo*, & *Capo Pollo*. Vide Cunicularium ſuprà.

Cunistorgis. Vide Cuni.

Cuperium, locus Thraciæ, prope Byzantium, Nicetæ, nunc *Cupri* ſeu *Tzupri* dictus, teſte Leunclavio.

Cupersanum, *Converſano*, urbs eſt parva agri Bariani, in regno Neapolitano, dorſo montis affixa, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Barenſi, 9. milliaribus à Monopoli in occaſum, 5. ab ora maris Adriatici, ſub dominio utili gentis Aquavivæ, dicitur etiam ſæpius Converſanum. Vide ibi.

Cupperberga, ſeu Cuprimons, *Kupferberg*, quaſi æris mons, oppidulum Bohemiæ regni in Sileſia, ad Boberum fluvium in Ducatu Javorienſi, æraria tectura notum, in valle quæ a Scoriis nomen retinuit, *der Schlackengrundt* vulgo.

Cupra Maritima, oppidum Italiæ in Piceno, Ptolemæo, & Antonino, nunc teſte Leandro, eſt *le Grotte* caſtrum Marchiæ Anconitanæ, in ora maris Adriatici, ad oſtia fluvii Tolini, & 12. milliaribus à Portu Firmano in ortum hybernum, verſus oſtia Truenti 5. ut conſtat etiam ex inſcriptione antiqua ibi reperta, quæ refertur à Cluverio.

Cupra Montana, oppidum Italiæ in Piceno, Ptolemæo, nunc teſte Ligorio, eſt Ripa Tranſonis, *Ripa Tranſone*, urbs recens Marchiæ Anconitanæ, in colle, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Firmano, 8. milliaribus à Cupra maritima in Occidentem, Montaltum verſus 8. & 9. à Firmo in Meridiem.

Cuprimontium, *Koperſberg*, oppidum Sueciæ, jure municipii donatum, Cupri fodinas habens præſtantiſſimas & magnæ utilitatis. Situm eſt non longè à lacu, in Geſtricia provincia, 50. mill. paſſibus a Gevalia urbe in occaſum, & paulo amplius à mari Baltico.

Cuodeni, populi Galliæ in Aquitania, ad montium Pyrenæorum radices, Ptolemæo, qui ab aliis dicuntur Convenæ, ubi nunc *le pais de Comminges*, verſus fontes Garumnæ fluvii. Vide Convenæ.

Curassoa, *Curaçoa* Hiſpanis, *Curaſſaw* Belgis, inſula Americæ meridionalis, in ora littorali Venetiolæ, alias in ditione Hiſpanorum. Sed capta fuit anno 1634. à Belgis unitis, qui ea etiamnum potiuntur, eſtque ab ipſis culta.

Curbelium, oppidum Germaniæ, poſtea Saræburgum dictum, *Sarbourg*, ad Saravum fluvium, in ditione Trevirenſi. Vide Saræburgum.

Curcilio, *Courcillon*, caſtrum Galliæ in Turo-

nia, ad Lonum fluviolum, unde dictum fuit Curtis ad Leonum in media ætate, ſitum eſt prope vicum *Diſſay*, in limite Cenomanenſis provinciæ, & una tantum leuca à Ledo fluvio diſtat.

Curcum, oppidum Liburniæ, Ptolemæo, nunc *Cruch*, caſtrum Croatiæ maritimæ in Morlachia tractu, teſte Nigro, vix 6. mill. paſſ. ab ora ſinus Liburnici & 20. à Jadera in Septentrionem Vihitzam verſus.

Curdi, *les Curdes*, populi Aſiæ, quorum regio ab his nunc Curdiſtania dicitur *le Curdiſtan* vulgo, id eſt regio Curdorum, eſtque ampla admodum, ſub dominio Turcarum pro maxima parte, & in confinio Regni Perſarum, eratque olim pars Aſſyriæ, verſus Mediam, & pars ampla Armeniæ majoris.

Curdistania, & Curdia, *le Curdiſtan*, regio Aſiæ. Vide Curdi.

Cures, urbs olim Sabinorum, Strabooi, & Livio, à Medio Fidio condita & Numæ Pompilii patria, cujus Populi Curenſes dicti à Plinio, poſtea in pagum redacta, quid ſit nunc, magna inter autores difficultas, Leander credit eſſe vicum *Torre* dictum, in Sabina prope Hymellam, Cluverius exiſtimat eſſe caſtrum *Veſcovio* ad Hymellam amnem, ubi alias Epiſcopatus Sabinenſis, unde ei nomen inditum, ſed Lucas Holſtenius probat Cures eſſe nunc Curenſe caſttum, *Correſe*, in Sabina provincia, prope Monaſterium Farfenſe ad fluvium Curenſem, *Correſe* etiam dictum, cujus fit mentio in antiquis donationibus Monaſterii Farfenſis, & S. Anthimi Eccleſia cum Monaſterio, nunc in Curenſi territorio veſtigia maxima cum nomine ſervat, Bedæ & Adonis Martyrologia diſtinctius locum ſignant via Salaria, milliario 22. quod intervallum exacte congruit, & inde irrefragabiliter evincitur *Correſe*, veteres fuiſſe Cures, etiam ex nominis alluſione.

Curetes, populi Cretæ, dicti fuere Iovis educatores, Straboni. Vide Corybantes. Cureti dicti fuere à Dionyſio Halicarnaſſeo, unde Curetis terra.

Curia, *Chur* incolis, *Coire* Gallis, *Coira* Italis, urbs eſt Rhætiæ primaria, ad radices duorum montium paulo minus ſemihora à Rheno fluvio diſſita, ad amnem *Pleſur* dictum, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Moguntino, ibi alias fuere arces *Marſoil* & *Iſnburg*, fuitque antea urbs Imperialis ſeu libera, nunc ab Imperio exempta, ab anno 1498. Rhætis ſubeſt, eſtque in fœdere domus Dei, 7. milliaribus Germanicis diſtans à Clavenna in Septentrionem, & 11. ab Altorfio in ortum, 13. milliaribus Italicis à Majenfeldo remota, itinere decem horarum à Feldkirchia, & 16. à Brigantio in Meridiem.

Curia, oppidum Ottadinorum, in Britannia majori, Ptolemæo, nunc eſt *Corbridge*, caſtrum Northumbriæ provinciæ Angliæ, ad Tinam fluvium, in confinio Diœceſis Dunelmenſis, aliquot milliaribus ſupra Novum caſtrum in occaſum, teſte Camdeno.

Curia, *la Curlande*, provincia Poloniæ, & pars meridionalis Livoniæ, ſub proprio Duce, dicitur ſæpius ſed corrupte Curlandia. Vide ibi.

Curia, *Curow*, urbs fuit Curlandiæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Rigenſi, in Livonia regione, nunc vicus tantum, qui ab aliis *Curen* dicitur, prope oſtia fluvii *Muza* in ſinum Riganum, & 20. mill. paſſ. à Riga in occaſum hybernum Goldingam verſus, in limite Semigalliæ, ſub Duce Curlandiæ.

Curia, urbs Epiſcopalis Epiri novi, teſte Mombritio.

Curia, *Corte*, urbs Italiæ, in meditullio Corſicæ inſulæ, ſatis culta, & cum arce ſaxo impoſita, prope Golum fluvium, ubi perſæpe commoratur Epiſcopus Alerienſis, 18. milliaribus ab Aleriæ ruinis in occaſum, & 25. à Calvio in ortum diſtat, hinc Curienſes populi, *i Cortinchi* vulgo.

Cursa Dei, *la Cour Dieu*, Abbatia Galliæ in Aurelianenſi provincia, 3. leucis ab Aurelia in ortum.

Curia Major, *Cormaieur*, locus Sabaudiæ in valle ſive Ducatu Auguſtano, cujus fit mentio in actis mediæ ætatis, eſtque ad radices Alpium in ipſo limite Tarantaſiæ provinciæ.

Curia Picta, *Corbetta*, pagus agri Mediolanenſis, in Italia, teſte Alciato, a Mediolano 12. mill. paſſ. Novariam verſus, Abiato proximus, ex veteri inſcriptione.

Curianum, promontorium Galliæ in Aquitania, Ptolemæo, nunc teſtibus Brietio & Bertio, eſt *la teſte de Buch*, in illa parte Aquitaniæ, quæ nunc Guienna propria dicitur, in ora Oceani Aquitanici, 51. leucis ab æſtuario Gerundæ in Meridiem, & 12. a Burdegala in occaſum: quanquam multi ſint qui credant eſſe *la pointe d'Arcaſſon*, ad oſtium portus Arcaſſonii, 4. leucis à Buzio in occaſum, in ora Oceani.

Curias, promontorium Cypri inſulæ Plinio, in ejus ora auſtrali maxime extenſum in mare Ægyptium, Italis *il Capo delle Gatte* dicitur, Gallis *le Cap des Chattes*, teſtibus Porcaccio, & Luſignano, cum aliis, ſicque dictus fuit à multitudine felium, quæ nutriebantur in monaſterio adjacente S. Nicolai de Acrotiri contra ſerpentes, à quibus tamen poſtea deletum fuit.

Curicta, inſula maris Adriatici in intimo receſſu Flanatici ſinus, nunc *Vegia* dicta, paucis tantum milliaribus diſtans ab ora littorali Liburniæ, inter ipſam ad ortum, & Septentrionem, Abſyrtides inſulas ad occaſum, & Arbam ad Meridiem, teſte Hermolao cum aliis, ejus circuitus eſt 55. milliarium circiter, & ejus caput eſt Curictum urbs, *Vegia* in parte occidentali inſulæ, alia loca ſunt *Velca*, *Beſcha*, & *Verbenico*, ſubeſt dominio Reipublicæ Venetæ ab aliquot ſæculis, & 5. milliaribus tantum diſtat à Senia urbe in occaſum, & dicitur etiam *Vegla* à Germanis.

Curictum, urbs Illyrici, quæ & Curicum Ptolemæo, nunc Vegia, vulgo *Vegia*, urbs Curictæ inſulæ caput, *Veglia* Germanis, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Jaderenſi, in ora occidentali inſulæ in ſinu Flanatico, contra Abſorum inſulam, ab ea 4. milliaribus Germanicis in ortum diſtans Seniam verſus totidem, gaudetque arce munita, & portu ſub Venetis.

Currentium Caput, *el Cabo dos Corientes*, promontorium eſt Americæ meridionalis, in provincia Terræ-firmæ, ad mare Auſtrinum.

Curigæ Regnum, *le Royaume de Curiga*, tractus parvus peninſulæ Indiæ intra Gangem, in Malabaria regione, ſub clientela regis Calecuti, cum oppido cognomine, 30. mill. paſſ. à Cochino in Boream, & 20, ab ora Oceani Indici, dicitur etiam *Curigat* à quibuſdam.

Curiga, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, Plinio. Vide Uculeimacum.

Curiosolitæ, populi Galliæ Celticæ in Britannia minori, Cæſari, & in ejus intimo receſſu verſus occaſum, quorum termini erant ad Septentrionem Oſiſmii, ad ortum Veneti, ad Meridiem vero & occaſum Oceanus Aquitanicus, eorum caput erat Curioſolitæ urbs, quæ & Coriſopitom, tractus vero nunc Cornubia dicitur, *la Cornouaille*, eſtque pars ampla Britanniæ inferioris. Vide Cornubia.

Curiosolitæ, urbs Galliæ Celticæ in Britannia minori Cæſari, quæ aliter Coriſopitum dictum, nunc *Quimper* vulgo, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Turonenſi, & caput Britanniæ inferioris atque Cornubiæ tractus, ad Oderam fluvium parvum. Vide Coriſopitum.

Curium, urbs Cypri inſulæ, Ptolemæo, in ora meridionali, quæ Curias Plinio, nunc *Piſcopia* dicta, eſtque caſale amplum, teſtibus Luſignano, Nigro, & Porcaccio, Epiſcopali dignitate inſignitum apud Græcos,

inter Paphum & Amathuntem, verſus Curiam promontorium a quo 16. mill. paſſ. diſtat in Septentrionem, & ad ipſam Lycus amnis in mare Ægyptium cadit.

Curlandia, quæ & Curia, *Kureland* incolis, *Coerlant* Belgis, *la Courlande* Gallis, provincia Poloniæ, & Livoniæ pars meridionalis, quæ nunc ab ea avulſa proprio Duci paret è gente Ketlera, in feudum tamen regni Poloniæ, ſimul cum Semigallia quæ eidem ſubeſt, & a qua terminatur ab ortu, uti Samogitia à Meridie, mari Baltico ab occaſu, & ſinu Rigenſi a Septentrione, & ejus præcipua oppida ſunt Goldinga, Vinda, & Liba, ſuberat olim tota dominio Equitum Teutonicorum, ſed Sigiſmundus Auguſtus Rex Poloniæ compulit Gothardum Ketlerum magnum Magiſtrum abdicare ſe Magiſtratu anno 1561. & eum poſtea creavit Ducem Curlandiæ & Semigalliæ; unde moderni Duces, hinc Curlandius & Curius nomen gentis, *Courlandois* Gallis.

Curlandiæ lacus ſive Sinus, *du Curiſch Haff*, lacus Poloniæ, in Pruſſia Ducali, in longum protentus, ad 45 mill. paſſ. juxta mare Balticum, ubi ſe exonerat, prope Memelium arcem, recipitque Ruſnam & alios minores fluvios.

Curnonium, ſeu Curnovium, oppidum Vaſconum in Hiſpania Tarraconenſi Ptolemæo, quod Carnuntum forſan in libris Notitiarum, nunc eſt *Carnobio*, caſtrum Navarræ in confinio Aragoniæ, ut ſcribit Moralis, ſed Brietio teſte, eſt Stella *Eſtella*, urbs parva regni Navarræ ad Egam fluvium, 5. leucis ab Ibero fluvio diſtans & a confinio Caſtellæ.

Curretia, vel Curtezia, *la Courreze*, fluvius Galliæ in Lemovicenſi provincia. Oritur decimo milliari ab urbe Tutelenſi, & irrigato ſtatim oppidulo Curretia; dein Tutelam prælabens, Brivam quoque præterfluit, quæ ab hoc Briva Curretia dicitur à Gregorio Turonenſi. Demum ſe in Veſeram fluvium exonerat.

Cursolium, *Curſol*, oppidulum Galliæ, in Vivarienſi provincia, cum caſtro nunc disjecto, juxta Rhodanum fluvium, vix una leuca infra Valentiam. Dicitur ab aliis Cruſſolium, quod forſan rectius.

Cursula, oppidum Sabinorum in Italia, prope montem Coretum, Halycarnaſſeo, nunc teſte Leandro, eſt *Caſcia* oppidulum ditionis Eccleſiæ in Umbria, ad amnem *Corno* dictum, 10. mill. paſſ. à Reate in Septentrionem Nurſiam verſus 7. diſtans, quanquam Cluverius credat eſſe *Civita di Caſcia*, oppidulum à ſuperiori 2. milliaribus diſtans in ortum in via Reate, Nurſiam verſus, & 5. a confinio Regni Neapolitani.

Curta, oppidum Pannoniæ inferioris Ptolemæo, & Antonino, nunc teſte Lazio, eſt *Curta*, pagus Hungariæ ad Danubium fluvium, inter Comariam & Strigonium urbes, quanquam Appianus & Althamerus Budam interpretentur urbem Hungariæ regiam.

Curtiniacum, *Courtenay*, oppidulum Galliæ in provincia Inſulæ Franciæ & in Vaſtinio tractu, inter Montargium ad occaſum & Senones ad ortum, unde dicti Principes noti in hiſtoriis Galliæ, vocatur etiam à quibuſdam Corteniacum, & ſedet juxta *Clairy* amnem, cum caſtro antiquo in colle.

Curtipetra, *Cropiere*, urbs parva Galliæ, in Alvernia inferiori ad Doram fluvium, 6. leucis diſtans à Claromonte in ortum Lugdunum verſus, & vix 2. a Thierio in Meridiem.

Curubis, urbs Africæ propriæ, Plinio, Antonino, & Divo Auguſtino, olim Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Carthaginenſi, in ora littorali maris Africi, quæ tendit ad ortum, inter Hermæam promontorium ad Septentrionem & Adrumetum ad Meridiem, Curobis dicitur à Ptolemæo, nunc *Calibia* Marmolio, & *la Calipie* nautis Gallis, gaudetque portu utcumque capaci in ora regni Tunetani, hinc populi Curubitani & Epiſcopatus Curubitanus.

Curubis. Vide Curobis.

Cusa, fluvius Mauritaniæ Tingitanæ, Ptolemæo; in Oceanum Atlanticum ſe exonerans, quid ſit nunc non conſtat, quanquam *Umarabea* dicatur a Marmolio, ſeu *Omirabi* qui aliis eſt Aſama, forſan *Tenſiſt* vulgo.

Cusa, *Kus*, urbs Ægypti, totius Saidæ id eſt Thebaidos caput, in ſuprema ejus parte ſita, & in orientali ripa Nili fluvii, quinque dierum itinere à Syene, ubi multa antiquitatis veſtigia, caſtrum habet & portum ad mare Rubrum, *Coſeir* dictum, quo per deſertum quarto pervenitur die, teſte Gollio, & olim forſan Dioſpolis dicta fuit.

Cuscum, *Cuſco* Hiſpanis, urbs ampla Americæ meridionalis in Regno Peruæ, cujus primaria erat ante Hiſpanorum adventum, & Regum ſedes in arce munita in monte *Sacſahuama*, nunc diruta, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Limano, in præfectura generali Peruæ, ſub dominio Regis Hiſpaniæ, inter fluvios Ancayum & Apuriman prope colles, dividitur in ſuperiorem *Hanan-Cuſco* vulgo dictam, & in inferiorem *Hurin-Cuſco*, ſed nunc multum deficit, & male habita fuit à terræ motu hiſce poſterioribus annis, 120. leucis Hiſpanicis diſtans à Lima ſeu urbe Regum in ortum, teſte Herrera.

Cusentini, populi Italiæ, circa Conſentiam orbem Calabriæ citerioris inhabitantes.

Cusi, urbs Pannoniæ inferioris ex Antonino, nunc *Cudelaſſ* pagus Hungariæ inferioris, ad Danubium fluvium in Comitatu Sirmienſi, inter Bononiam & Acumincum, ut opinatur Simlerus.

Cussetum, *Cuſſet*, oppidum Galliæ in Alvernia inferiori provincia, ad Jolam fluviolum qui paulo infra in Elaverem cadit, ſitum eſt intra fines Borbonenſis provinciæ, vix dimidia leuca à Vichiaco oppido in ortum, & 10. à Claromonte verſus arctos.

Custodiæ Domus, *Wardhus*, arx parva Norvegiæ in inſula parva in ejus ora Boreali, & in Oceano ſeptentrionali, dicitur ſæpe Vardhuſium, Vide ibi.

Custrinum, *Cuſtrin*, oppidum Germaniæ permunitum, in nova Marchia Brandeburgica, cum arce intra paludes, ad Oderam fluvium ubi recipit Wartam. Vix 4. milliaribus Germanicis diſtat à Francofurto in Septentrionem, & paulo plus à Lanſperga in occaſum.

Cusus, fluvius Daciæ, Tacito, qui Chryſius Jornandi, teſte Rhenano, qui dubitat num ſit melius Cruſſus ſcribendum apud Tacitum, nunc *Kerez* dictus, teſte Lazio, cum aliis, eſtque fluvius Tranſylvaniæ qui fontes habet ſupra Claudiopolim, rigatque Varadinum, deinde auctus aliquot fluminibus in Tibiſcum labitur ad Czongradum oppidum, ſupra Segedinum. Vide Chryſius.

Cutiliæ, & Cutilia, lacus parvus Sabinorum in agro Reatino Plinio, Cotilia Feſto, Cutiliæ aquæ aliis, nunc *il Lago di Contigliano* dictus, in Umbria, 6. mill. paſſ. à Reate diſtans in occaſum hybernum juxta caſtrum cognomine, accuratiſſime eum deſcribit Halycarnaſſeus libro primo, & in hoc lacu Macrobios inſulam eſſe ſcribit, quæ ſylvoſa innatat, teſte etiam Varrone cum Plinio, libro ſecundo, ſed de his fides apud ipſos.

Cutilium, & Cutuliæ, oppidum Sabinorum in Italia Livio, nunc Caſtrum *Contigliano* dictum in Umbria, quod Cotilia à Feſto dicitur, 6. milliaribus à Reate diſtans in occaſum hybernum, prope Cutilias aquas.

Cutna, & Cutnæ mons, *Cuttemberg* Germanis, *Hora* Bohemis, urbecula Bohemiæ regni in Czaſla-

vienſi circulo, vix 4. mill. paſſ. à Czaſlavia, & totidem ab Albi fluvio, 10. autem a Caurzima in ortum, uti 30. à Praga Chrudimam verſus.

CUTRACUM, *Contras*, oppidulum Galliæ, in Aquitania & Petrocoricenſi agro, ad confluentes Ellæ & Dromæ fluviorum, prælio ſuo memorabile inter Gallos anno 1587. Diſtat 4. leucis à Liburnia in Septentrionem, & 9. à Burdegala in ortum æſtivum, dicitur etiam Corterate in actis mediæ ætatis.

CUYA, *el Cuyo*, provincia Americæ meridionalis, in regno Ciles, cujus pars orientalis exiſtit, extenditur in longum à Septentrione in Meridiem, prope Andes montes, à quibus ſeparatur ad occaſum a Cile propria, ad ortum vero terminatur Tucomania regione Paraguaiæ, teſte Herrera, & à quibuſdam dicitur etiam *Chuquito*, ejus autem oppida ſunt Mendoza, & Fanum S. Joannis de confinio, ſub Hiſpanis.

CYAMON, promontorium Cretæ Ptolemæo, interpretantur nunc *il Capo Spada*, maximè in Septentrionem porrectum, verſus Peloponneſum. Vide Ciamum promontorium.

CYANE, fons agri Syracuſani, Plinio, qui Cyanes Silio, in Sicilia, ad urbem Syracuſas, *Piſina Cirini* vulgo, teſte Fazello.

CYANE, Lyciæ oppidum in Aſia minori, teſte Plinio.

CYANEÆ, quæ & Symplegades, inſulæ duæ Thraciæ Straboni, ſeu verius ſcopuli ad os Boſphori Thracii prope Pontum Euxinum, quæ Planctæ ab Herodoto, & Sindromades a Theocrito, nunc *le Pavonare* dictæ à nautis, ſuntque prope Panium promontorium & montes *Potamo*, dicunturque Cyaneæ Europææ, quod eis ſint obverſi ſcopuli aliquot ad tria milliaria dicti Cyaneæ Aſiaticæ, prope Ancyræum promontorium in littore Bithyniæ verſus montes Argivos etiam ad os Boſphori Thracii.

CYANEUS, fluvius Colchorum ex magnis amnibus hujus regionis, Ptolemæo, Cyanos Plinio, ex montibus Colchicis in Pontum Euxinum ſe exonerat, nuncque *Cianis* dicitur, teſte Archangelo Lamberto.

CYBELE, urbs Phrygiæ magnæ ad Celænas, Claudiano, & Cybala Apollodoro, ubi Cybele Dea colebatur.

CYBIRA, oppidum Lycaoniæ provinciæ, in Aſia minori.

CYBIRA, urbs Phrygiæ magnæ, teſte Cicerone. Vide Cibyra.

CYBISTRA, quæ etiam Cibiſtra quibuſdam, urbs Armeniæ minoris Straboni, & Ptolemæo, verſus confinia Cappadociæ & Ciliciæ, poſtea Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Tyanæo, prope Tauri montis radices, nunc *Arminacha* dicta, ut quibuſdam placet, 40. milliaribus diſtans à Tyana in ortum æſtivum, & 30. à Cæſarea Mazaca in ortum hybernum.

CYCLADES, inſulæ ſunt maris Ægei in Europa, verſus Meridiem, auctoribus omnibus celebratiſſimæ, ſic dictæ quia in circulum diſpoſitæ ſunt, & hæ quidem ſunt omnes illæ quæ ſunt verſus Delum, numero circiter 50. ut tradit Iſidorus, licet aliqui duodecim tantum ponant, nunc vulgo cum aliis maris Ægei communi nomine dicuntur, *les Iſles de l'Archipel* à Gallis, *l'Iſole del Archipelago* ab Italis, extenduntorque præcipue inter Caphareum promontorium Euboeæ inſulæ ad Boream, & Cretam inſulam ad Meridiem, olim hominibus vacuæ erant, ſed in eas primum cultores miſit Minos, teſte Diodoro, & tempore libertatis Græcorum, magnopere floruerunt, ſed poſtea à Romanis, Saracenis, Turcis, & pyratis innumeris divexatæ continuo fuerunt, atque hodie omnes Turcis parent, excepta Teno, quæ Venetis ſubeſt, eorum vero incolæ fere omnes ſunt Græci, & ritos etiam Græci & partim Latini.

CYCLADES INSULÆ PRÆCIPUÆ.

Amurgus, *Morgo*.
Andros, *Andro*.
Cia, *Zea*.
Delos, *Sdile*.
Micone, *Micone*.
Naxus, *Naxia*.
Oliaros, *Quiniminio*.
Paros, *Paris*.
Seriphus, *Serphene*.
Siphnus, *Siphano*.
Tenos, *Tine*.

CYCLAMINUS SINUS, ſinus Boſphori Thracii, teſte Dionyſio Byzantino, in ora Bithyniæ, nunc *le Golfe de Soltanie* dictus, teſte Petro Gyllio, parvus eſt admodum, & 9. mill. paſſ. diſtat à Conſtantinopoli in ortum æſtivum.

CYCLOBOROS, amnis ſive torrens Atticæ, ob amfractus crebros ſtrepitans, teſte Stephano.

CYCLOPES, populi primi Siciliæ inſulæ habitatores fuere, teſte Diodoro.

CYCLOPUM SCOPULI, Plinio, nunc *li Faraglioni* vulgo, ſcopuli tres parvi admodum in ora orientali Siciliæ inſulæ & Vallis ſeu provinciæ Demonæ, 12. milliaribus à Catana in ortum æſtivum, teſte Fazello.

CYCONES, populi Thraciæ Plinio, ad Hebri fluvii oſtia incoleotes, Odryſiis finitimi: quorum urbs Maronia.

CYDARAS, fluvius Taprobanæ inſulæ, teſte Plinio.

CYDARUS, fluvius parvus Thraciæ, cujus meminit Dionyſius Byzantinus, dicitur etiam Cydaris, hodie *Machlena*, teſte Petro Gyllio, & ſimul cum Barbyſſo fluvio in ſinum Chryſoceram ſe exoocrat paulo ſupra Conſtantinopolim.

CYDNUS, fluvius Ciliciæ Tarſum urbem præterfluens, Straboni, & Plinio, in quo lavit Alexander Magnus, teſte Curtio, nunc *Caraſu* dictus, teſte Leunclavio, quod habeat aquas nigras, ejus meminit Tibullus.

CYDONEA, inſula parva maris Ægei ante Leſbum, teſte Plinio libro 2.

CYDONIA, urbs Cretæ inſulæ Straboni, Cydon Plinio, antiquiſſimis temporibus dicta Apollonia, nunc *la Canea* Græcis & Italis, *la Canée* Gallis, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Candiæ, urbs eſt quadrata & ex quatuor præcipuis inſulæ, probe munita cum portu capaci, in ora, & in tractu ſeu territorio Cydoniæ ab ea dicto, in parte occidentali inſulæ, alias ſuberat dominio Venetorum ab aliquot ſæculis, ſed à Turcis obſeſſa & capta anno 1645. ipſis etiamnum ſubeſt cum tota inſula, 28. mille paſſibus diſtat a Ciamo promontorio in ortum Rhitymnum verſus 40. & Candiam ſeu Matium 90. circiter teſte Boſchino, hinc Cydonius nomen gentis.

CYDONIÆ TERRITORIUM, ſeu Caneæ ager ſecundum recentiores, *il territorio della Canea*, una eſt ex quatuor partibus Cretæ inſulæ maxime in occaſum extenſa, ab ortu terminatur territorio Rhitymni, ab aliis autem partibus mari Cretico & mari Libyco alluitur, ejus primaria & unica urbs eſt Cydonia, & ſubeſt dominio Turcarum, exceptis *Suda* & *Garabuſa* arcibus in ora, quæ etiamnum parent Venetis.

CYGNEA, *Zwickau*, Zuickavia recentioribus, urbs Germaniæ in Miſnia provincia Saxoniæ ſuperioris, & in tractu Advocatorum terra dicto, ad Muldam fluvium parvum, & ad radices montium Sudetorum, ubi Carolus Magnus Imperator caſtra habuit contra Slavos, reſtaurata fuit ab Henrico Aucupe, & urbs fuit Impe-

xialis & libera, ſed occupata fuit à Friderico Marchione Miſniæ anno 1308. & ab eo tempore unita eſt Miſniæ, & ſubeſt dominio Electoris Saxoniæ, 4. milliaribus Germanicis diſtans ab Altenburgo in Meridiem, uti 10. à Lipſia Loctam verſus 8. & 4. à Plavia in ortum æſtivum.

Cygnum, oppidum Colchidis interius, intra montes & verſus Phaſim fluvium, teſte Plinio.

Cylarabis, gymnaſium erat Lacedæmoniorum, à Lacedæmone vix 300. paſſ. diſtans, teſte Pauſania.

Cylistarnus, fluvius magnæ Græciæ Lycophroni, nunc Barrio teſte, eſt *il Racanello* fluvius Calabriæ citerioris in Regno Neapolitano, qui prope Coſanum fluens in ſinum Tarentinum ſe exonerat verſus Thurios.

Cyllene, urbs Elidis tractus, & Elidis urbis navale, Plinio, in parte occidentali Peloponneſi, & in ora maris Ionii, in colle cum portu antea capaci, unde ſinus nomen habet apud Plinium, celebratur à Mela ob genitum ibi Mercurium, quem tamen alii tribuunt Cyllenio monti Arcadiæ, nunc Clarentia, vulgo *Chiarenza* dicitur, teſte Sophiano, cum aliis, ſed jam fere deſerta jacet à paucis inhabitata, muris etiam fere disjectis, & ejus portus arenis oppletus eſt, prope Araxum promontorium, hinc dictus fuit tractus Peloponneſi, Ducatus Clarentiæ, cum olim Principes habuerit proprios, quanquam Niger & Brietius exiſtiment Cyllenem nunc *Antravida* dici.

Cyllene, mons excelſus Arcadiæ Straboni, ubi Mercurium natum tradunt aliqui. Hinc Cyllenius nomen gentis.

Cyme, Vide Cumæ.

Cyminus, mons Thuſciæ Virgilio, nunc *la Montagna di Viterbo*, prope Viterbum urbem ditionis Eccleſiæ. Vide Ciminus, variè enim ſcribitur

Cynara, inſula maris Ægei, Plinio, inter Sporades, nunc *Zenara* dicta, teſte Nigro, & parva admodum. Unde Cynareus nomen gentis Statio.

Cyniphes, fluvius Scythiæ Europææ, qui in Euxinum mare labitur, teſte Ovidio.

Cynips, fluvius Africæ, Plinio. Vide Cinyphus.

Cynocephali, populi Indiæ, in montibus degentes, teſte Aulo Gellio.

Cynopolis, & Cynoſpolis, ideſt, urbs canum, urbs Ægypti, ad Nilum fluvium, teſte Ptolemæo, inter Oxyrinchon & Hermopolim, non permanens.

Cynosarges, apud Stephanum, locus erat Atticæ, ſed apud Suidam, erat gymnaſium, in quo ad Athenas extra portam nothi & ſpurii exercebantur. Reliqua duo gymnaſia erant Lycæum, & Academia intra urbem.

Cynossema, promontorium Cherſoneſi Thraciæ Straboni, & Plinio, ad Seſtum, oppoſitum Abydo urbi Aſiaticæ, ubi Hecubæ ſepulchrum monſtrabatur.

Cynosura, promontorium Achaiæ in ora Atticæ Ptolemæo, Doriſcum Plinio, ad Aſopi fluvii oſtium in Euripum, nunc *il Capo Sidro* ex tabulis, teſte Ferrario.

Cynthos, mons Deli inſulæ, Straboni, in illius umbilico, in quo Diana & Apollo nati feruntur. Inde Cynthius nomen gentis.

Cynthianum, caſtrum Latii, nunc *Genzano* caſtrum Campaniæ Romanæ, prope lacum Nemorenſem in ditione Eccleſiæ, dicitur melius Gentianum. Vide ibi.

Cyntilia, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis. Vide Cintylia.

Cynus, urbs Græciæ in Locride Straboni, & Locrorum Opuntiorum navale cum promontorio cognomine, juxta Euripum, inter Cnemides ad occaſum & Atalantam inſulam ad ortum, ſcribitur & Cynos, qoo nomine fluvius etiam apud Plinium, & illic habitavit Deucalion ut exiſtimant.

Cyparissi, Meſſeniæ regionis maritima urbs in Peloponneſo Ptolemæo, quæ Cypariſſia Straboni, Cypariſſos Homero, Cypariſſæ aliis, nunc *l'Arcadia* dicta, teſte Sophiano, ſedet ad oſtia fluvii Cypariſſeidis, inter oſtia Electræ & Nedæ fluviorum, juxta ſinum Cypariſſium ab ea dictum, 35. milliaribus à Meſſena diſtat in occaſum.

Cyparissium, promontorium Meſſeniæ in Peloponeſo, Ptolemæo, non longe ab urbe Cypariſſia, nunc *il Capo Conello* dicitur a Sophiano, & *il Capo di S. Elia* Nigro, eſtque parvum admodum.

Cyparissius Sinus, *il Golfo di Zonchio* Italis, ſeu etiam *il Golfo dell' Arcadia*, ſinus eſt parvus in ora Meſſeniæ, & Elidis, inter Coryphaſium & Ichtum promontoria, eſtque pars maris Ionii.

Cyphanta, oppidum Peloponneſi in Laconia cis Eurotam, Plinio, quod Cyphantæ Ptolemæo, hodie *Eriches* dicitur, teſte Nigro, 6. ſtadiis diſtans a Zarace & 28. milliaribos à Sparta in ortum, tantiſper ab ora & à Cyphanta portu diſſitum.

Cyphanta, portus Peloponneſi in Laconia cis Eurotam fluvium, & in ora ſinus Argolici, Plinio, & Pauſaniæ, nunc *Stilo* dicitur, Sophiano teſte, quanquam *il Porto delle Botte* a Nigro dicatur.

Cyprium Mare, *la mer de Cypre*, ſeu etiam *la Mer de Levant* Gallis, *il Mar di Cypro* Italis, pars eſt maris Mediterranei verſus Cyprum inſulam quam alluit, & inter Ciliciam & Syriam extenſa, ideoque ad ortum idem Syrio, ad Septentrionem Cilicin.

Cypri Præfectura, *le Beglierbeglic de Cipre*, regio eſt Aſiæ complectens Cyprum inſulam, ſub dominio Turcarum, cujus præfectus generalis Nicoſiæ commoratur, & ſub ipſo ſunt ſeptem Sangiacatus ſeu præfecturæ minores, teſte Ricautio cum aliis.

Cyprus, inſula notiſſima Aſiæ, in mari Mediterraneo, Veneri quondam ſacra, Straboni, & aliis, multis olim nominibus appellata, teſte Plinio, Acamantis, Amathuſa, Aſpelia, Ceraſtis, Colinia, Cryptos, & Macaria; extenditur ab ortu in occaſum inter mare Cilicium ad Septentrionem, Syriacum ad ortum, Ægyptiacum ad Meridiem, & Pamphylium ad occaſum, ejus longitudo eſt 220. mill. paſſ. inter Acamantem promontorium occidentale & Clides promontorium orientale, latitudo vero eſt 60. milliarium, & ejus circuitus 540. milliarium, dicta fuit etiam Chitim & terra Citim, ut Ziegletus ſcribit, & Chetima à Joſepho, nunc vulgo *Cypre & l'Iſle de Cypre* Gallis, & Hiſpanis, *Cipro* Italis, *Cypern* Germanis, *Kubros* Turcis, *Kubrus* Arabibus, 75. milliaribus diſtat ab ora Syriæ in occaſum, & vix 50. ab ora Ciliciæ & Anemurio promontorio. Diviſa fuit olim in quatuor partes, nempe in Salaminam ad ortum, Paphiam ad occaſum, Lapithiam ad Boream, & Amathuſiam ad Auſtrum. Inſula poſt diviſum Imperium Romanum Græcis paruit, quamquam bis capta fuerit ab Arabibus, ſed recuperata ſemper fuit, donec poſt captam à Saladino Hieroſolymam, Richardus Angliæ Rex exercitum in Terram Sanctam ducens, tempeſtate ad inſulam dejiceretur; & inſulani non admitterent, ob acceptam ab Iſaaco Commeno Cypri Duce injuriam, anno 1180 inſulam vi & armis occupavit, is poſt captam Ptolemaidem Cypri regnum Templariis vendidit, & ob eorum vitia retractum Guidoni Luſignano Gallo Regi Hieroſolymorum conceſſit, huic reges ſucceſſerunt continua ſerie uſque dum in Genuenſium clientelam pervenit, & tandem ex hujus Guidonis familia per affinitatem contractam e...

Catharina Cornelia Marci Cornelii patricii Veneti filia, in Reipublicæ Venetæ poteſtatem venit anno 1472. ſicque paruit Venetis uſque ad annum 1570. quo Turca Selimus II. ipſos bello aggreſſus Cyprum eis eripuit anno ſequenti, Duce Cara Muſtapha Veziro, & ab illo tempore ſubeſt dominio Turcarum, dividitur nunc hæc inſula in undecim partes ſeu tractus, quorum nomina ſunt *di Baſſo*. *Audimo*, *Limiſſo*, *Maſoto*, *Saline*, *Meſarea*, qui ad Meridiem extenduntur, & *Cruſoco*, *Pendaia*, *Cerines*, *Carpaſſo*, & *del Viſcontado*, qui ſunt verſus Septentrionem, ejus olim urbes claræ fuere Amathus, Salamis, & Paphos, nunc totius inſulæ caput eſt Nicoſia olim Leucoſia, *Nicoſie*, aliæ ſunt Famaguſta, Ceraunia, & Paphos, reliquæ ſunt parvi momenti, hæc inſula habet duas urbes metropoles ſive Archiepiſcopales ſecundum alios, unam Græcorum, quæ olim Salamis, poſtea Conſtantia dicta eſt: cui Epiſcopi Suffragabantur 14. Leucoſia, Citium, Tremithus ſive Trimithus, Tamaſſus, Paphos, Amathus, Carpaſium, Ceraunia ſeu Cyrenea, Solea ſive Soloe, Arſinoe, Neapolis Nemeſi, Curias ſive Curæum, Cythera, Lapithus: Alteram Latinorum, quæ Leucoſia ſive Nicoſia nominatur, cui ſuffragantur Hamacoſtos, Paphos, & Neapolis, Epiſcopatus Latini. Quanquam, exceptis Leucoſia, Hamacoſto, Ceraunia, & Carpaſio, omnes pagi ſpeciem præ ſe ferant, de Cypro vide pluribus Porcaccium & Maginum, hinc Cyprius nomen gentis *Cypriot* Gallis, *Cipriotto* Italis, *Cypriota* Hiſpanis.

Cypri Urbes.

Ceraunia, *Cerines*.
Famaguſta & Hamacoſtos, *Famagoſta*.
Leucoſia, *Nicoſia*, regni caput.
Paphos, *Baffo*.

Cypsalla, urbs Thraciæ mediterranea Plinio, & Melæ, Cypſala Antonino, Cypſelos Straboni, in illa regione quæ antea Sapacia, & poſtea Europa dicta fuit, juxta Melam fluvium, olim Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Trajanopolitano, poſtea Metropolis, inter Trajanopolim ad occaſum, 29. mill. paſſ. & Druſiparam ad ortum æſtivum 26. diſtans, nunc vulgo *Ipſala* dicta, teſte Joanne Leunclavio, 14. milliaribus ſupra Apros in Septentrionem verſus montes. Vide Cypſelidæ populi.

Cyptasia, oppidum Paphlagoniæ in Galatia regione, Ptolemæo, in ora littorali Ponti Euxini & prope oſtia Zaliſci fluvii, nunc *Caroſa* dicitur à Caſtaldo, & Moletio, *Caroſi* a Nautis, & 20. milliaribus diſtat à Sinope in ortum hybernum.

Cyra, mons Cyrenaicæ in Africa, Cyrenæ urbi imminens, Trogo Pompeio teſte, unde urbi nomen videtur derivatum, nunc *il Monte di Cairoan* dicitur à Caſtaldo, & ab aliis.

Cyrenaica, regio Africæ in Libya propria, Ptolemæo, Mari Mediterraneo ſeu Africo expoſita, & ab eo terminata ad Septentrionem, ab ortu Marmarica, ab occaſu Tripolitana regione. & à Meridie Garamantibus, ubi nunc pars occidentalis regni Barcæ in Barbaria, *le Royaume de Barca*, in ea eſt Pentapolis provincia quinque urbibus conſtans, quæ nunc *Meſlriata* dicitur quibuſdam, & *la Coſte de Drocea* nautis, in ejus parte ſeptentrionali, ubi Cyrene alias totius tractus primaria, ſed Barcæ regionis præcipua nunc exiſtit, ſubeſtque tota regio dominio Turcarum, hic baſiliſcus ſerpens generatur, de quo plura Solinus.

Cyrenaicæ Urbes.

Berenice, *Bernicho*.
Cyrene, *Cairoan*.
Ptolemais, quæ & Barce, *Barca*, regionis caput.
Teuchira, quæ & Arſinoe, *Trochara*.

Cyrene, urbs Cyrenaicæ regionis primaria, Straboni, & Plinio, uti & Pentapolis tractus, poſtea Archiepiſcopalis facta, nunc *Cairoan* vulgo, teſte Poſtello, ſedet in monte, 32. mille paſſibus ab ora littorali maris Mediterranei diſtans, nunc in regno Barcæ ſub dominio Turcarum, eſtque ſatis parva & deficit in dies: condita fuit, ut quidam tradunt, à Batto Rege anno mundi 3563. urbis vero Romæ 143. & à Cyrene Penei filia nominata, ſedet ad Doerum fluvium, 25. leucis Gallicis à Barce in Septentrionem Phycuntem promontorium verſus 30. diſtans, & 125. ab Ammonis templo in occaſum, licet Plinio ſint 400. mill. paſſ.

Cyris, fluvius magnæ Græciæ in Lucania, nunc *Sino* dicitur in Capitanata provincia, teſte Cluverio. Vide Ciris & Siris.

Cyrnos, inſula Japygiæ, teſte Stephano, hinc Cyrnius nomen gentis.

Cyrnos, inſula parva maris Ægei, inter Sporades, à Gyaro 70. mill. paſſ. diſtans in Meridiem, teſte Plinio, nunc *Sirna* dicta, ex tabulis Geographicis recentibus.

Cyrnus, inſula maris Liguſtici, Polybio nunc Corſica; unde Cyrnæus nomen gentis. Vide Corſica.

Cyropolis, urbs ampla & præclara Mediæ Atropatenæ, verſus Mare Caſpium, teſte Ptolemæo, nunc Theveto, eſt Sumachia, *Scamachie* vulgo, urbs regni Perſarum verſus Portas ferreas ſeu Caucaſias.

Cyrphis, mons Græciæ in Phocide, prope Parnaſſum, nunc *Stiva* dictum exiſtimant a vico cognomine.

Cyrræi, populi Æthiopiæ, juxta Nilum incolentes, quorum meminit Claudianus loquens de Nilo in Epigrammate.

Cyrrha, urbs Phocidis. Ptolemæo. Unde Cyrrhæi campi. Vide Cirrha.

Cyrrhestica, provincia Syriæ Cavæ Ptolemæo, ſic dicta à Cyrrho ejus urbe primaria, extenditur verſus Marſyam fluvium, nuncque *Kinſarina* ſeu ut vicini efferunt *Kinneſrin*, teſte Golio in notis ad Alferganum.

Cyrrhus, ſeu etiam Cyrrhos, urbs Syriæ in Cyrrheſtica provincia Ptolemæo, & Stephano, dicitur etiam Cyrus, à Cyro Rege conditore nomen habens: fuit primum Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Hierapolitano, poſtea etiam metropolis ſub Patriarcha Antiocheno, ſedet juxta Marſyam fluvium, nuncque *Quars* dicitur, ſeu *Carin* ut quidam tradunt 45. milliaribus diſtans a Zeugma in occaſum hybernum, & totidem ab Euphrate fluvio in occaſum, 25. autem infra Berrœam ſeu Aleppum in Septentrionem.

Cyrus, fluvius Aſiæ in Iberia regione, Plinio, & Straboni, Cyrrhus Ptolemæo, poſtea Cyrnus, *Cur* nunc dictus, teſte Nigro, *Chiur* aliis, oritur in confinio Armeniæ majoris ex Moſchicis montibus, & in ortum tendens per Iberiam labitur, ubi recipit Iberum & Aragum fluvios, deinde etiam per Albaniam, ubi auctus Alazonio fluvio in mare Caſpium ſe exonerat pluribus oſtiis, teſte Appiano, in confinio Mediæ Atropatenæ, & 50. milliaribus ab Albana urbe in Meridiem.

Cyrus, urbs Syriæ. Vide Cyrrhus.

Cyrus, fluvius Perſidis Straboni, qui dictus etiam Bagradas ſeu Agradatus, nunc *Tiſindon*, Mercatore teſte, alluit urbes Zirgiam, Larium, & Darabegertum, ſeu Paſagardam antiquorum; & poſt longum curſum in mare Perſicum & in ſinum Armuzianum ſe exonerat, 20. circiter leucis Hiſpanicis ab Armuzio in ortum.

Cyssum, ſeu Ciſſa, oppidum Lacetanorum, in Hiſpania Tarraconenſi Livio, nunc, ut multi exiſti-

mant, eſt *Camaraſa*, oppidum Cataloniæ, ad Secorim fluvium, 2. leucis Hiſpanicis ſupra Bergusiam, & 6. ſupra Ilerdam in ortum, Celſonam verſus.

CYTA, & Ciaia, urbs fuit Colchidis, & patria Medææ, teſte Stephano, hinc populi Cytæi vel Cytei, quorum meminit Valerius Flaccus.

CYTÆI SINUS, *il Golfo di Setia*, ſinus eſt maris Cretici in ora orientali Cretæ inſulæ, prope Citæum, eſtque parvus admodum.

CYTEI TERRITORIUM, *le territoire de Setia*, una ex quatuor partibus Cretæ inſulæ maxime in ortum extenſa. Vide Sitiæ territorium.

CYTÆUM, urbs Cretæ inſulæ in ejus ora ſeptentrionali Ptolemæo, & Stephano, nunc Bellonio & aliis, eſt *Setia* Italis, *Sitia* Græcis, urbs Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Candienſi, parva ſed munita, in modum peninſulæ pro majori parte mari Cretico cincta, cum portu tuto & ſinu parvo cognomine, caput eſt agri ſeu territorii cognominis, ſuberatque antea dominio Reipublicæ Venetæ, ſed à Turcis capta ante aliquot annos ipſis etiamnum ſubeſt, cum regione adjacente; eſtque una ex quatuor urbibus inſulæ, diſtat 80. mill. paſſ. à Matio ſeu Candia in ortum Samnonium promontorium verſus 30. circiter, teſte Boſchino.

CYTEORUM, urbs Galatiæ. Vide Cytorum, vel Cytorus.

CYTERIUM, oppidum Brutiorum in magna Græcia, Stephano, nunc eſt *Cirifano* caſtrum Calabriæ citerioris in agro Conſentino, ab ipſa Conſentia 4. mill. paſſibus diſtans, ad montes Apennini radices, teſte Bario.

CYTHERA, inſula Græciæ in mari Ægeo & in ora Peloponneſi, ultra ſinum Laconicum, Ptolemæo, olim Porphyris dicta, ut Plinio placet, & Porphyruſa ab Ariſtotele, & Scothera ab aliis, nunc *Cerigo* incolis, *Cerigues* Gallis, prima eſt inſula maris Ægei verſus occaſum, vix 8. milliaribus diſtans à Malea promontorio Peloponneſi in Meridiem, ſub dominio Venetorum ab eo tempore quo conceſſa eis fuit à Deſpotibus Peloponneſi, cujus pars eſt hæc inſula quæ valde montuoſa exiſtit, caſtrum habens munitum in monte, Epiſcopali dignitate inſignitum ſub Græcis, ejus circuitus eſt 60. milliarium circiter, teſte Thoma Porcaccio, portum habens Delphinum dictum in parte meridionali, & 15. milliaribus diſtat ab Ægialia inſula, ab ora vero proximiori Cretæ inſulæ 45. in occaſum æſtivum.

CYTHERA, oppidum Cypri inſulæ, Heſiodo, nunc pagus *Conucha* dictus, teſte Stephano Luſignano.

CYTHERA, etiam numero plurali urbs Cypri Epiſcopalis Græcorum ſub Archiepiſcopo Conſtantiæ, ex libris Conciliorum, inter illam & Cyreneam, inde 10. hinc 6. leucis, in ora Boreali, nunc pagus, *Cithira* vulgo dictus.

CYTHNUS, inſula maris Ægei Plinio, & Tacito, nunc *Gaura* dicta vulgo, teſte Sophiano, verſus oram Atticæ, & inter Ciam & Delum inſulas, prius Ophiuſa, & Dryopis dicta, teſte Stephano, tota montuoſa eſt & raros habet incolas, ſub dominio Turcarum.

CYTORUM, urbs & mons Galatiæ Plinio, Cotyora Xenophonti, Cyteorum Ptolemæo, in ora Paphlagoniæ, ad mare Euxinum. Mons 43. mill. paſſ. teſte Solino, extenditur. *Caſtelle*, urbs hodie, teſte Nigro, nominatur, inter Amaſtrim ad occaſum & Carambim promontorium ad ortum, à Tio urbe 63. mill. paſſ. Vide Cotyora. Inde Cytonacus nomen gentis.

CYZICUS, urbs Myſiæ in Aſia minori, Ciceroni, & Plinio, Archiepiſcopalis ad Propontidem, verſus Æſapi fluvii oſtium, urbs antiqua anno orbis conditi 2953. poſt Romam vero 70. ædificata, cum Mileto, nunc *Spiga* dicta, teſte Cotrado, & *Spinga* à nautis, cum promontorio adjacente *il Capo Spinga*, ſeu etiam *il Capo Spingola* dicto à nautis, quanquam Leunclavius crediderit nunc *Palormo* dici, ubi olim Panormus portus & quo ejus rudera conſpiciuntur, 18 mill. paſſ. diſtat à Zelia in ortum, & 6. tantum milliaribus à Proconneſo in Meridiem.

CZASLAVIA, *Czaſlaw*, urbs Bohemiæ ſatis parva, ad amnem Crudimcam, in qua ſepultus fuit Joannes Ziſca Huſſitarum Dux. 3. milliaribus Germanicis diſtat à Cautzima in ortum, & 4. à Chrudima in occaſum.

CZENSTOCHOVA, *Czenſtochow*, oppidulum Poloniæ minoris, ad Wattam fluvium, in colle, ſatis munitum, cum monaſterio, & fortiter propugnatum contra Suecos hiſce ultimis temporibus. Eſt in ipſo confinio Sileſiæ, & medium ferè inter Cracoviam ad Meridiem & Siradiam ad Septentrionem.

CZEREMISSI LOGOVI, *les Czeremiſſes Logowoy*, populi Moſcoviæ Orientalis, qui Trans Volgam fluvium inhabitant, dicuntur *Logowoy*, hoc eſt fœnoſi, quoniam pratis abundant & armentis verſus planitiem, ſub dominio magni Ducis Moſcoviæ.

CZEREMISSI NAGORNI, *les Czeremiſſes Nagornoi*, populi Moſcoviæ Orientalis, qui Cis Volgani dicti, quia Cis Volgam fluvium degunt in ſylvis, & extenduntur etiam ad montes, unde *Nagornoy* dicuntur hoc eſt Montuoſi, ſuntque ſub clientela Moſchorum.

CZERINUM, *Czehrin*, oppidum munitum Poloniæ, in Ucrania ſeu Kiovienſi Palatinatu, ad amnem Taſminum, vix 2. milliaribus Polonicis à Boryſthene fluvio diſtans, & 7. à Czyrcaſſia in Meridiem. Malè habitum fuit à Tartaris paucis abhinc annis.

CZERNICHOVIA, *Czernikow*, urbs Poloniæ munita, ſed parva, antea in Lithuania, nunc ſub dominio Moſchorum, ad Deſznam fluvium, vix 2. milliaribus Polonicis à limite Kiovienſis Palatinatus, & 5. à Boryſthene fluvio; & ab ea tractus adjacens dicitur etiam ſæpe Ducatus Czernichovienſis.

CZERNICHOVIENSIS DUCATUS, *le Duché de Czernikow*, provincia Ruſſiæ Nigræ, teſte Starovolſcio, antea ſub magno Duce Moſcoviæ, poſtea ei adempta ab Uladiſlao IV. Rege Poloniæ, & regno adjuncta donec rediit ad Moſchum, cui etiamnum ſubeſt ab aliquot annis, ſic dicitur à Czernichovia ejus urbe præcipua, & ſub ipſa continetur etiam territorium Novogrodienſe, *le territoire de Novogrodeck*, ubi Novogrodia urbs.

CZERNOBELA, *Czernobel*, oppidum Poloniæ, in Ucrania ſeu Kiovienſi Palatinatu, ad amnem Uſzam, qui pauló infra cadit in Pripenium, 18. milliaribus Polonicis à Czernichovia in occaſum, 12. à Rzeczica in Meridiem, & 2. à Boryſthene fluvio.

CZERSCHIA, *Czerſko*, oppidum Poloniæ, ad Viſtulam fluvium Palatinatus caput, in Mazovia provincia, 10. milliaribus Polonicis ſupra Warſaviam in Meridiem. Hinc aliquando Mazovia dicitur etiam Palatinatus Czerſchienſis à quibuſdam.

CZEVUM, *Tſcozow*, oppidum Poloniæ in Pruſſia, quod ab aliis dicitur Derſavia, & Dirchovia. Vide ibi.

CZIIKUM, *Cziik*, oppidum Hungariæ in Tranſſylvania regione, & in Ciculia tractu, ad radices Carpathi montis, & prope montem cognominem ubi fontes fluvii *Kikelleun*, eſtque una ex 7. ſedibus Ciculorum.

CZYRCASSIA, *Czyrkaſſi*, urbs munita Poloniæ, ad Boryſthenem fluvium, in Ucrania ſeu Palatinatu Kiovienſi. Varias experta eſt vices hiſce ultimis temporibus, tam a Moſcovitis quam a Coſaccis & Tartaris. Diſtat 7. milliaribus Polonicis à Czerino in Septentrionem, & 18. a Bialaceria in ortum, nuncque paret Principi Ucraniæ à paucis annis.

Digitized by Google

D

DAÆ, populi Aſiæ in Scythia Ptolemæo, qui Dahæ, Plinio, & aliis, Dai Herodoto, ad Caſpium mare, & Maſſagetis finitimi, de quibus Lucanus & Virgilius meminere.

DABRONA, ſeu & Daurona, fluvius Hiberniæ Ptolemæo, alias *Avenmore* dictus, id eſt fluvius magnus, nunc *Broodwater* in Momonia. Oritur in confinio Deſmoniæ tractus, & per Corcagienſem Comitatum fluens, Liſmoriam rigat, & deinde in mare Vergivium ſe exonerat juxta Yoghaliam urbem, teſte Moletio, & credit tamen Camdenus Dabronam nunc eſſe *Savaren* Saurenum fluvium, & Corcagiam urbem alluere, quæ à quibuſdam Dabrona etiam dicitur.

DABULUM, *Dabul*, urbs munita Aſiæ, in India citeriori, in regno Decani, ad oſtia fluvii *Halevache*, & in confinio regni Guzaratæ. Gaudet portu capaci, in ora Oceani Indici; eſtque media inter Damanum ad Septentrionem, & Goam ad Meridiem, ſub dominio Regis Decani.

DABUSIIA, *Dabuſijah*, urbs Aſiæ in Mawaralnahra regione, & ad Auſtrum vallis ſeu tractus *Alſogd*, in via quæ ducit ad Chorasſanam provinciam, teſte Abulfeda.

DACA, *Daca*, urbs Indiæ in regno Bengalæ, & in Imperio Magni Mogolis, ad oſtia Gangis fluvii, prope confinia regni Arracani, eſt ex præcipuis regni Bengalæ.

DACÆ, populi Europæ, quorum regio Dacia. Vide Daci, qui & Davi. Hinc enim Davi genus ſervorum erant.

DACHINABADES, Indiæ regio intra Gangem, quæ poſt Indi fluminis oſtia maxime in Auſtrum vergit, Arriano teſte, in Periplo maris Rubri.

DACHSPURGUM, *Dachsburg* incolis, *Dabo* Gallis, Caſtrum Germaniæ in Alſatia inferiori, in rupe intra Vogeſum montem, ſitu munitum, in limite Lotharingiæ, & ſub dominio proprii Comitis *de Linange* dicti, vix 2. milliaribus Germanicis diſtans à Taberna Alſatiæ in occaſum hybernum.

DACI, qui & Dacæ, populi fuere Daciæ regionis, qui nunc Tranſſylvani, Moldavi, & Valachi dicuntur, hinc Daciens & Dacus nomen gentis Statio, dicti fuere etiam Getæ à Græcis, teſte Plinio.

DACIA, Europæ regio ingens, quæ teſte Ptolemæo, terminatur à Septentrione Sarmatia Europæa, ab Occidente Jazigibus Metanaſtis juxta Tibiſcum fluvium, à Meridie Iſtro fluvio, quo ſeparatur a Mœſia, & ab Oriente Ponto Euxino, ſic ab ortu in occaſum extenditur, & antiquitus ultra Iſtrum fuit tota, eam Trajanus Imperator ſubegit, & in provinciam redegit, Aurelianus autem habitatores ejus partim cis Iſtrum tranſtulit, & inter Mœſias collocavit, hæcque Dacia cis Iſtriana dicta dividebatur in Daciam Ripenſem, & Daciam Mediterraneam, ut in Notitia utriuſque Imperii videre eſt, & niſi hæc diſtinctio adhibeatur, ſumma ſæpe ambiguitas ſequitur, & notandum eſt quod Dacia late ſumpta complectebatur etiam aliquando Jazyges Metanaſtas, & Mœſias ſuperiorem & inferiorem, teſte Brietio.

DACIA ALPESTRIS, pars eſt Daciæ propriæ verſus Meridiem & occaſum, teſte Lazio, inter Mariſum fluvium ad Septentrionem, Tibiſcum ad occaſum, Iſtrum ad Meridiem, & Alutam fluvios ad ortum, ubi nunc Hungaria Tranſalpina, vulgo *Hava Salfewlde*, in qua *Haczak* vallis, & Campus *Marons*, cum Comitatu Temeſuenſi, *le Comté de Temeſwar* ſub dominio Turcarum.

DACIA MEDITERRANEA, pars eſt Daciæ Cis-Iſtrianæ Eutropio, in Mœſia ſuperiori, & in ejus parte meridionali verſus Prævalitanam regionem & Dalmatiam, ubi nunc pars meridionalis Serviæ regni, & urbes Neſſus & Scupi.

DACIA PROPRIA, extenſa erat inter Sarmatiam Europæam & Iſtrum ſeu Danubium, ubi nunc Principatus Tranſſylvaniæ, Valachia, & Moldavia, Alutha fluvio Tranſſylvaniam à reliquis ſeparante, ejus autem præcipua fuit Zarmiſogetuſa.

DACIA RIPENSIS, pars eſt Daciæ cis Iſtrianæ, teſte Eutropio, cum Jornande, & aliis, in parte inferiori ſeu ſeptentrionali Mœſiæ ſuperioris, verſus Iſtrum fluvium extenſa ab ortu in occaſum, inter Ratiariam & Viminacium, ubi nunc pars meridionalis Regni Serviæ, è regione Moldaviæ.

DACIÆ PROPRIÆ URBES CLARIORES.

Aemonia.
Alba Julia.
Marcodava.
Nentidava.
Patroviſſa.
Tiriſcum, ſeu Tatos.
Zarmiſogetuſa.
Zeugma.
Zurobara.

DACIA, ſæpe pro Daniæ regno ſumitur in Scriptoribus Latinis meridionalibus & junioribus, præſertim Italis, ut teſtantur Marius Niger Venetus & Saoutus, inde Dacicum mare etiam dicitur pro Danico ab aliis, uti à Matthæo Pariſienſi, & à Chalcondyla Græco etiam, ſed ipſimet Daniæ Reges perſæpe Daciæ regni mentionem fecere in ſuis diplomatibus, ut videre eſt in hiſtoria rerum Danicarum Joannis Iſacii Pontani, & ut certius iſtud probetur ineſt hic Pariſiis Collegium Dacorum pro natione Danorum in Univerſitate ſtudiorum, ut vocant, & in vico S. Genovefæ.

DACOUCA, *Dakouka*, oppidum Aſſyriæ, verſus Arbelam urbem collapſam, & fluvium Zabum, teſte Gollio.

DACTONIUM, oppidum Callaicorum Lucenſium, in Hiſpania Tarraconenſi Ptolemæo, forſan nunc *Monforte de Lemos*, oppidum Gallæciæ, ad fluvium *Cabe*, Ortelio & Brietio teſtibus. 10. leucis diſtans à confinio Aſturiarum in occaſum, totidem à limite Portugalliæ in Septentrionem, & 16. à Ripavia in Meridiem, quanquam *Ribadeo* ſit Coquo.

DADA, urbs Piſidiæ in Aſia minori, Ptolemæo, quæ Adada interpretibus Latinis, & Adadata Straboni, olim Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Antiocheno, & Antiochiæ finitima. Vide Adada.

DADASTANA, oppidum erat Aſiæ, in Bithyniæ Galatiæque confinio, ab Ancyra 90. mill. paſſ. in occaſum diſtans, Joviniani Imperatoris morte memorabilis, totidem ferè a Nicæa recedens in ortum, teſte Antonino, ad Sangarium fluvium.

DADDALA, Vide Dædala, numero plurali.

DADURRA, urbs Aſiæ minoris in Paphlagonia, cujus meminit Porphyrogenneta.

DÆDALA, oppidum & mons Lyciæ in Aſia minori, & in ora maris Lycii, Livio, & Plinio, nunc excidum jacet, nomen a Dædalo ibi ſepulto habens, ejus rudera nunc *Urlie* dicuntur a quibuſdam, inter Telmeſſum & Criam, eiſque adjacet Dædalum promontorium, hinc Dædalus nomen gentis.

DÆDALI,

Digitized by Google

DÆOALI, montes Indiæ citerioris, ſupra Niſam urbem, Oroſio ad Indum fluvium, *Any* nunc, teſte Boccatio.

DAFAR, *Dafar*, urbs Arabiæ fœlicis, in ora oraris Arabici, cum portu commodo in vicino vico *Mirbat* dicto, & crevit ex ruinis antiquæ urbis Dafar vocatæ, quæ ab ea 24. leucis diſtabat prope Sanaam urbem, quæ forſan eadem erat cum ipſa, ubi ſedem regiam habebant Hamjaritæ Arabum antiquiſſimi, Homeritæ Ptolemæo, ut pluribus probat Golius in notis ad Alferganum.

DAFILA, *Dafila*, provincia Æthiopiæ ſuperioris ſeu Abiſſinæ, teſte Mercatore.

DAGHESTANIA, *le Daghestan*, provincia Aſiæ, in ora littorali maris Caſpii, ubi olim pars Albaniæ regionis, inter Aſtracanum regnum ad Septentrionem, & Scirvaniam provinciam Perſiæ ad Meridiem, & à Tartaris inhabitatur, ut pluribus notat Adam Olearius qui illas oras luſtravit, ejus primarium oppidum *Tarku* vocatur a recentioribus propriis vero paret Principibus, & extenditur ad 30. milliaria Germanica.

DAGHOA, *Daghoe*, inſula Livoniæ, in mari Baltico, prope Oſiliam, cui adjacet ad Septentrionem, ad fauces ſinus Rigenſis, ubi caſtra *Paden & Dageroort*, in ejus parte meridionali, ſub dominio Regis Sueciæ.

DAGOBERTI SAXUM, *Dachſtein*, oppidum Germaniæ in Alſatia. olim *Dagoberſtein*, & poſtea etiam *Dagenſtein* dictum à fundatore Rege Francorum, ſubeſt dominio Epiſcopi Argentoratenſis in Alſatia inferiori, cum caſtro ad fluvium *la Breuſch*, vix 2. milliaribus Germanicis diſtans à Rheno fluvio, & ab Argentorato in occaſum.

DALBVA, urbs fuit Gothiæ in Scania, ubi Sueno Eſthritius Rex Daniæ Epiſcopatum inſtituerat anno 1065 ſed nunc exciſa jacet, teſte Suaningio.

DALDIA, & Daldis, urbs Aſiæ minoris in Mæonia, & in confinio Lydiæ, Myſiæ, & Phrygiæ, ſed Artemidorus qui ſe ex ea urbe oriundum profitetur, eam in Lydia collocat.

DALEBURGUM, *Daleborg*, oppidulum Sueciæ, in Weſtrogothia regione, & in Dalia provincia, juxta Wenerum lacum, in ora occidentali lacus, 11. milliaribus Germanicis diſtat à Bahuſio in ortum æſtivum.

DALECARLIA, *Dalarne* incolis, *Dalecarle* Gallis, provincia ampla regni Sueciæ, in Suecia propria, & verſus montem Sevonem extenſa, & Norvegiæ regnum, à quo terminatur ab occaſu & à Septentrione, uti Helſingia & Geſtricia ab ortu, & Vermelandia à Meridie, dividitur in tres partes ſeu valles dictas Oſterdaliam ſeu vallem orientalem, Veſterdaliam, id eſt Vallem occidentalem & Sundaliam ſive vallem meridionalem, ſed in ea provincia nulla ſunt oppida alicujus nominis, hinc Dalecarli populi, *les Dalecarles* Gallis.

DALEMUM, *Dalem*, oppidum antea munitum Belgii, cum caſtro antiquo, in Limburgenſi Ducatu ſive Transmoſano tractu Brabantiæ, ad Bervinam amnem, ſub dominio Belgarum, 2. leucis diſtat à Leodio in ortum æſtivum, 3. à Falcomonte in Meridiem, & totidem ab Aquiſgrano, captum fuit à Gallis anno 1672. poſteaque ejus munitiones ſolo æquatæ fuere, & alias Comites habuit proprios.

DALIA, *Daal* incolis, *la Dalie* Gallis, provincia Sueciæ in Weſtrogothia regione, inter Bahuſiam præfecturam ad occaſum, & Vermelandiam provinciam ad ortum, & Wenerum lacum quo à Weſtrogothia propria dividitur, extenditur à Septentrione in Meridiem, & ejus loca præcipua ſunt Daleborgum, & Bretta, alias contermina fuit Norvegiæ Regni, nunc ejus limites ſunt remotiores, cum Bahuſiana præfectura pars ſit Sueciæ ab anno 1658. hinc Dali populi, *les Dales* vulgo.

DALISANDUS, urbs fuit Ciliciæ, Ptolemæo, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Seleucienſi, Claudiopoli finitima.

DALMANA, oppidum Illyrici mediterraneum, in Dalmatia, Caſſiodoro. Vide Delminium

DALMANIO, *l'Aumignon*, Galliæ amnis in Picardia & in Veromanduenſi tractu, Auguſtæ Veromanduorum rudera rigat, & in Somonam ſe exonerat paulo ſupra Peronam.

DALMATIA, regio Europæ, Illyrici proprii pars major ad ortum, Græcis, Straboni, & Plinio, ſic dicta fuit à Delmio, vel Dalmatia à Delminio civitate Illyrica, cum enim regnante Gentio Illyriorum Rege, Dalmitani ſe in libertatem vindicaſſent, vigintique oppida in ditione ſua haberent, ei regioni Dalmatiæ nomen impoſuerunt. Deinde aliis ſexaginta ſibi aſcitis, cùm ad mare perveniſſent Dalmatæ, Traguriſque & Eperinis infeſti evaſiſſent, id occaſionem præbuit primi belli Dalmatici. Et tunc Dalmatia in provinciam redacta fuit à Romanis. Sed poſtea Dalmatæ Liburnis ab Occidente agrum ademerunt, Romanis verò Illyricum proprium; ita ut à Titio fluvio uſque ad Drilonem fines ſuos protulerint; & Liburnia etiam in Dalmatia incluſa fuit. Poſtea dilatata fuit poſt Imperii declinationem ab Iſtria Dyrrachium uſque, poſterioribus autem temporibus à parte orientali reſtricta ad flumen Bolianam, teſte Joanne Lucio viro doctiſſimo, ſicque ejus termini erant à Septentrione Pannonia Savia, ab Oriente Mœſia ſuperior, ab Occidente Iſtria, a Meridie vero mare Adriaticum ſeu Illyricum & Macedonia. Alias diviſa fuit in Mediterraneam & in Maritimam, & ſola inter Illyrici occidentalis provincias antiquum nomen retinuit Dalmatia, donec à Slavis fere tota occupata in Sclavoniam ſive Croatiam, Serviam, & ipſam Dalmatiam diſtincta fuit, nunc vulgo incolis *la Dalmatia*, Germanis *die Dalmatien*, Turcis *Boſnaeli*, Polonis *Slowienska*, Gallis *la Dalmatie*, & Italis *la Schiavonia*, cum ab ipſis Sclavoniæ nomen cum Dalmatia confundatur, ſed ejus termini multum differunt ab antiquis: cum complectetur tantum Dalmatiam maritimam, ſeu regionem juxta mare Adriaticum extenſam ab ortu hyberno in occaſum æſtivum, nempe à Boliana fluvio ad Seniæ territorium uſque in Morlachia, ſicque ad Boream terminatur à Croatia & Boſnia, ab ortu vero Servia, ſub ipſa comprehenditur Croatia maritima, olim diviſa in plures Zupanias ſeu Comitatus, nunc in Dalmatia maritima, & pro majori parte ſubeſt dominio Turcarum: ſed ora littoralis cum inſulis paret Reipublicæ Venetæ, uti etiam parva portio Reipublicæ Raguſinæ ſubeſt, ejus urbes olim claræ fuere Scardona, Salona, & Narona, nunc Epidaurus ſeu Raguſium, Jadera, & Sebenicum, hinc populi Dalmatæ Livio, & mare Dalmaticum Tacito, hinc Dalmaticus & Dalmatius nomen gentis, uti Statio & Dalmatæ populi, *li Dalmati* vulgo.

DALMATIÆ MARITIMÆ ZUPANIÆ SEU COMITATUS FUERE.

Gongecha, poſtea in Diœceſi Signienſi.
Litza, Slave *Lika*.
Cribaſa, Slave *Karbava*.
Nona, Latine Ænona, Slave *Nin*.
Sidraga, poſtea in Diœceſi Scardonenſi.
Brebera, Slave *Bribir*.
Tnena, Latine Tininium, Slave *Knin*.
Chlebiana, Slave *Hliuno*.
Tzentzena, Slave *Cetina*.
Paratalaſia, Latine Maritima, Slave *Primorye*.

Digitized by Google

DALMATIÆ URBES.

Ænona, *Nona.*
Catara, *Cataro.*
Jadera, *Zara.*
Narona, *Narenta.*
Raguſium, *Raguſe.*
Sebenicum, *Sebenico.*
Spalatum, *Spalato.*
Tragurium, *Trau.*

DALMATICUM MARE, *il Mare di Dalmatia*, pars eſt maris Adriatici ſeu ſinus Veneti Dalmatiam alluentis, & olim mare Adriaticum dictum fuit Dalmaticum poſt declinationem Imperii Romani.

DALMATICNS SINUS, ſic dicitur pars maris Adriatici, inter oram Morlachiæ & inſulas Crixani & Curictam, teſte Ortelio, nunc *il Carnero*, vocatur ſæpius Flanaticus. Vide ibi.

DALMINIUM, urbs Dalmatiæ. Vide Delminium, uti ſcribitur.

DAMANUM, *Daman* Gallis, *Damaon* Luſitanis, ntbs munita Aſiæ, in India citeriori, & in regno Guzaratæ, in ora littorali ſinus Cambaiæ, juxta fluvium *Umbarſain*, 14. leucis Gallicis circiter diſtans à Surata, in occaſum, & 25. à Baſaimo in Septentrionem, in ditione Luſitanorum, cum portu commodo, & arce valida, fruſtra tentata fuit ab Indis hiſce ultimis temporibus.

DAMASCI PRÆFECTURA, *le Beglierbeglic de Scham* ſeu *de Damas*, regio ampla, & pars ditionis Turcicæ in Aſia, ſub qua comprehenditur Syriæ maxima pars verſus Auſtrum, cum Terra ſancta, & annexis provinciis, ſicque dicitur quod præfectus Turcicus Damaſci ſedem habeat, & ab eo pendent decem Sangiacatus ſeu præfecturæ minores, ex quibus aliquot ſunt hereditariæ & verius Principatus.

DAMASCUS, urbs Syriæ primaria, & ex antiquioribus Aſiæ, in Cœleſyria regione, Straboni, Ptolemæo, & aliis, Archiepiſcopali dignitate inſignita, ſub Patriarcha Antiocheno, ad Chryſorrhoam fluvium intermeantem, nunc *Scham* dicta ab incolis, & Turcis, *Damas* Gallis, *Damaſco* Italis, eam ab Eleazer famulo Abrahami conditam, & nomine filii nuncupatam tradunt, ſedet in planitie montibus undique circumdata, inter quos prope ab ea Trachonis forſan Straboni, in eo celebris extat Spelunca Sanguinis, ubi Abelum fratris invidia peremptum vetus eſt opinio, Romanis hanc urbem eripuerunt Mahumetani anno Higræ 14. poſt ſex menſium obſidionem, & ab eo tempore magnificis ædibus amplificata, inter quæ à Valide extructum fuit templum, inter quatuor illarum partium miracula habitum à quibuſdam, & Sinagoga Omniadum dictum, ſplendorem illum per aliquot ſæcula Damaſcus retinuit, donec Helao Mangonis Regis Tartarorum frater eam diripuit, & magnam partem diruit, uti 155. annis poſt Tamerlanus, deinde à Sultanis Ægypti reparata, nunc ſubeſt dominio Turcarum à 150. circiter annis, ſub Selimo primo Turcarum domino, ſed à paucis inhabitatur incolis, quanquam in ea ſedem habeat Turcarum præfectus generalis illius regionis, media eſt inter Hietoſolymam ad Meridiem, & Antiochiam ad Septentrionem, 140. mill. paſſ. ab Aleppo vero 240. in Meridiem, & 60. à Beryto in ortum, & in ea commoratur Patriarcha Antiochenus. Hinc Damaſcenus nomen gentis, & Damaſcene regio.

DAMASENUS AGER, in Cypro inſula, cujus meminit Ovidius.

DAMASIA, arx Lycatiorum in Vindelicia, Straboni, fuit ad Lycum fluvium, teſte Cluverio, ubi poſtea Auguſta Vindelicorum, *Ausburg* vulgo, urbs ampla Germaniæ, & Imperialis ſive libera in Sueviæ circulo. Vide Auguſta Vindelicorum.

DAMBEA REGNUM, *le Royaume de Dambea*, regnum Africæ in Abyſſinia, juxta lacum cognominem, verſus fontes Nili fluvii & Agaos populos, teſte Hieronymo Lobo Luſitano, extenditur ad 25. leucas in longitudine, & 25. in latitudine.

DAMBEÆ LACUS, *le Lac de Dambea* Gallis, *la Alagoa de Dambea* Luſitanis, *Bar-Dambea* incolis, id eſt mare Dambeæ, lacus Africæ in Abyſſinia regione Æthiopiæ, valde extenſus & celebris, ſic dictus, quod in regno Dambeæ ſitus ſit: undequaque montibus cinctus; ex quibus innumeri rivi & amnes labuntur. Ex his lacus iſte Dambeæ formatur; eſtque longitudinis 25. leucarum Gallicarum, & latitudinis 15. & inſulas 21. continet, quarum præcipua appellatur *Dek*, quæ juſtæ eſt magnitudinis. Septem quoque ſunt aliæ, Religioſorum cœnobiis olim exornatæ; & per eum labitur Nilus fluvius, qui fontes habet in viciniis, teſte Hieronymo Lobo in hiſtoria Æthiopiæ.

DAMEGANA, *Damegan*, urbs Perſiæ, Comiſenes tractus caput in Taberiſtana provincia, ſedet in planitie admodum rigua, montibus undique cincta, & bidui itinere diſtat ab urbe Beſtam, teſte Gollio, in notis ad Alferganum.

DAMFRONS, *Domfront*, oppidum Galliæ in Cenomanenſi provincia ſuperiori, in ipſo limite Normanniæ inferioris, & 6. leucis à Meduana in Septentrionem, dicitur etiam Dounifrons in actis mediæ ætatis.

DAMIATA, *Damieta* Italis, *Damiete* Gallis, *Dimjat* incolis & Arabibus, urbs Ægypti inferioris, Archiepiſcopalis, ad oſtium rami orientalioris Nili fluvii, qui ſeſqui leuca inferius mari Mediterraneo commiſcetur, alias Thamiatis dicta, ex adverſo Peluſii, ex cujus ruinis crevit, toto Oriente clara fuit, & capta à Græcis, iterumque vi expugnata anno 1219. ab Almerico Rege Hieroſolymitano, & 30. annis poſtea à S. Ludovico Rege Francorum, ut pluribus ſcribit Golius in notis ad Alferganum.

DAMNA, urbs Sericæ regionis Ptolemæo, interpretatur nunc *Monſtanab*, in Kaimachitarum regione Tartariæ magnæ, ex conjectura.

DAMNIA, regio Arabiæ, Plinio.

DAMNII, populi Britanniæ ſecundæ, Ptolemæo, fuere, ubi nunc forſan Sterlinga *Sterling*, Menteithia *Menteith*, & Glotiana *Cluydesdale* provinciæ Scotiæ meridionalis, teſte Guillelmo Camdeno, Cnraſtque inter Caledonios ad Septentrionem, & Selgovas ad Meridiem.

DAMNONII, populi fuere Britanniæ magnæ, Ptolemæo, in occaſum vergentes, habitabantque in ea parte, ubi nunc Comitatus Devonia quaſi Damnonia, vulgo *Devonſhire* ſeu *Denſhire*, & Cornubia, quæ nunc *Cornwall*, Gallis *la Cornualle*, provinciæ Angliæ regni in ejus parte occidentali, teſte Camdeno cum aliis, dicti fuere etiam Dunmonii à quibuſdam, diverſæ enim lectiones ſunt, terminabantur ah ortu Belgis & Durotrigibus, à Septentrione mari Verginio, & ab occaſu & Meridie mari Britannico, eorum vero urbes fuere Iſca, Voluba, & Uxella.

DAMNONIUM, promontorium Damnoniorum, in Britannia prima. quod & Ocrinum, Ptolemæo, nunc *the Lezard point* dicitur ab Anglis, *le Cap de Lezard* à Gallis, eſtque promontorium Angliæ in Cornubiæ provinciæ parte occidentali, & in Auſtrum excurrens, cujus pars quæ in Orientem tendit *The Manacles Point* dicitur ab incolis, teſte Camdeno, diſtat 14. mill. paſſ. à Monte & Caſtro Divi Michaëlis in Meridiem, & 22. à Bolerio promontorio in ortum hybernum.

DAMNUM REMIGII, ſeu Dam Remigium, *Dam Remy*, & *Domremy la Pucelle*, vicus parvus Galliæ in Barenſi Ducatu, ad Moſam fluvium, duabus leucis

parvis infra Novum caſtrum, Valculerium verſus totidem, ubi nata Joanna *d'Arc*, puella Aurelianenſis dicta, in hiſtoriis Galliæ percelebris ſub Carolo VII. Rege.

DAMOCRANIAS, oppidum Thraciæ, verſus Selybriam, teſte Cantacuzeno.

DAMPETIA, oppidum Brutiorum in Italia, Livio, creditur à Cluverio, & aliis, idem quod Clampetia, nunc *lo Citraro*, oppidum Calabriæ citerioris, ſicque ſcribitur à quibuſdam errore librariorum pro Clampetia. Vide ibi.

DAMVILLERIUM, *Damvilliers*, oppidum Belgii & Ducatus Luxemburgici, inſertum Lotharingiæ, in colle, 5. leucis à Virduno in arctos Monmedium verſus 4. leucis diſtans. Captum fuit à Francis anno 1637. & poſtea ipſis remanſit, pace ad Pyrenæos confecta, ejus munitiones disjectæ fuerunt anno 1673.

DAMUM, *Dam*, oppidulum permunitum Belgii, in Comitatu Flandriæ, recens exſtructum ad tutelam Brugarum. Una leuca à Brugis diſtat Clauſulas verſus, & in confinio ditionis Belgarum unitorum, ſub poteſtate Hiſpanorum.

DAMUM, *Dam*, oppidulum Belgii in Groningenſi dominio, in ditione provinciarum Belgii uniti, vix una leuca à Delfzilia arce diſtans in occaſum Groningam verſus tria.

DAMUM, *Dam*, oppidulum munitum Germaniæ, in Pomeraniæ Ducatu, ad Oderam fluvium, è regione Stetini, à quo uno milliari Germanico diſtat in ortum; ſubeſtque dominio Regis Sueciæ.

DAMUTUM REGNUM, *el Reyno do Damut* Luſitanis, regio Africæ in Æthiopia ſuperiori, inter regna Bizamum, & Naream, & Gafates populos, alias ſuberat dominio Regis Abyſſinorum, nunc autem ab ejus imperio avulſa eſt per Galas populos, teſte Hieronymo Lobo Luſitano.

DAN, quæ & Laiſa, urbs Palæſtinæ in Tribu Nephtali, quæ Græcis Paneas & Dioſpolis, demum Cæſarea Philippi in Novo Teſtamento, Neronias etiam dicta, ad fontes Jordanis fluvii, in finibus Cœleſyriæ, & ad montis Libani radices; Epiſcopalis demum ſub Archiepiſcopo Tyrenſi in Galilæa, nunc exciſa, ejus rudera hodie *Belinà* ſeu *Belenas* dicta, & ante ejus portam confluunt fluvioli Jor & Dan, qui ſic fluvium Jordanem efficiunt, & 35. milliaribus diſtat ab ora maris Mediterranei & à Tyro in ortum.

DAN, una fuit ex duodecim Tribubus Judææ, in ora littorali maris Mediterranei, à quo terminàbatur ad occaſum, uti ad Septentrionem Tribu Ephraim, ad ortum Tribu Juda, & ad Meridiem Tribu Simeon, extendebatur ab Auſtro in Boream, ubi deinde pars Judææ propriæ, & ejus præcipua urbs erat Joppe in ora littorali.

DANAI, apud Poëtas pro Græcis, poſtea Argivi dicti. Virgilius eorum meminit.

DANAPRIS, fluvius Sarmatiæ Europææ, Conſtantino Porphyrogennetæ, qui olim Boryſthenes, & nunc *Dnieper* dictus. Vide Boryſthenes.

DANCALUM REGNUM, *le Royaume de Dancali*, regio Africæ, in Æthiopia ſuperiori, in ora maris Rubri, è regione Arabiæ, & verſus fretum *Babel mandel* dictum.

DANDARII, populi Aſiæ, Mæotarum pars, & juxta paludem Mæotidem, teſte Arriano.

DANNEBERGA, *Danneberg*, oppidum Germaniæ, in Ducatu Luneburgico, Comitatus cognominis caput, ad Tetzam amnem, 4. mille paſſibus ab Albi fluvio, uti à Domitio in occaſum. Arcem habet munitam, diſtatque 5. milliaribus Germanicis ab Ultza in ortum, & 7. à Luneburgo in ortum hybernum.

DANNEBERGENSIS COMITATUS, *das Grafſchaft von Danneberg* incolis, *le Comté de Danneberg* Gallis, tractus Germaniæ in Saxonia inferiori, in Ducatu Luneburgico, ſub dominio Ducis Cellenſis, extenditur ab ortu in occaſum juxta Albim fluvium, inter Megalopolitanum Ducatum ad Boream, & veterem Marchiam Brandeburgicam ad Auſtrum, & Luneburgicum Ducatum ad occaſum, oppidum habens primarium cognomine, olim habuit Comites proprios, ſed Nicolaus ejus ultimus Comes hunc Comitatum vendidit anno 1303. Ottoni Duci Brunſvicenſi, cujus poſteris nunc ſubeſt, eratque hiſce ultimis temporibus ſub dominio Ducis a Guelpherbito, ſed ab eo conceſſus fuit anno 1671. Duci Cellenſi, cui etiamnum ſubeſt.

DANEON, portus ſinus Arabici, verſus Arſinoen & Heroum urbem, ex quo Seſoſtris Rex Ægypti alveum ad Nilum uſque navigabilem perducere tentavit, teſte Plinio.

DANOELLUM, ſive Dangeolium, *Dangeau*, oppidulum Galliæ in Belſia provincia, cum caſtro ad amnem *la Donzaine*, tribus leucis à Caſtelloduno in Septentrionem, & 2. à Bonavalle in occaſum, diciturque etiam Danjolium in aliquot titulis mediæ ætatis.

DANGUTUM, *Dangu*, oppidulum Galliæ in Normannia, ad Eptam fluvium, in Vulcaſſino Normannicô, paulo infra Giſorium, & 14. leucis à Pariſiis in occaſum æſtivum.

DANI, populi Germaniæ ad Septentrionem, in Cimbrica Cherſoneſo, & in propinquis inſulis maris Suevi incolentes, quorum primus meminit Jornandes, iidem vocantur Northmanni ab Eginharto, & ejus ſæculi ſcriptoribus, olim fuere valde extenſi, utpote qui Angliam & Scotiam pluries devaſtarunt, & etiam ipſis potiti ſunt per plurimos annos, nunc anguſtioribus limitibus reſtricti ſunt, & eorum regio Daniæ regnum dicitur, ipſi vero ſe *Danske* vocant, *Deenen* Germanis, *les Danois* Gallis, *Dunski* Polonis, *Dane* Anglis, *i Daneſi* Italis, Danos Dacos dictos video ſæpenumero à Latinis junioribus, ut ſupra monui in voce Dacia.

DANIA, *Danemarck* indigenis & Gallis, *die Dennemarck* Germanis & Belgis, *Denmark* Anglis, *la Dania* & *la Danimarca* etiam Italis & Hiſpanis, & *Dunska* Polonis, regnum eſt Europæ perantiquum, ſed nimis reſtrictum, & verſus Septentrionem extenſum, in Cherſoneſo Cimbrica, & in inſulis ſinus Codani & maris Orientalis, aliquando pars fuit regni Gothorum, nunc autem regnum ſeparatum facit, dividiturque hodie in duas partes, nempe in Jutiam ſive continentem, & in inſulas: ex quibus Jutia quæ ad occaſum, & olim Cherſoneſus Cimbrica dicta, vulgo *Jutland*, in duas etiam partes diſtincta eſt, nempe in Jutiam Septentrionalem, *Nort-Jutlandt*, in qua Diœceſes ſive agri Alburgenſis, Arhuſienſis, Ripenſis, & Wiburgenſis; & in Jutiam Meridionalem *Suder Jutlandt*, ſeu Ducatum Sleſvicenſem, cujus pars tantum agnoſcit Regem Daniæ, nempe pars Borealis, uti ager Flenſburgenſis & aliquot alia loca. Inſulæ autem regni Daniæ inter ſinum Codanum & mare Orientale extenſæ, & quæ alteram partem regni conſtituunt ad ortum, ſunt Selandia *Seelandt*, cæteris major: Fionia *Fuynen*: Lalandia *Lalandt*: Falſtria *Falſter*: Langelandia ſive inſula longa, *Langelandt*: Boringia *Bornholm*; & minores aliquot, uti Mona *Mone*: Fimbria *Femeren*: Alſa *Alſen*: Artoa *Arroe*: Anholta *Anont*: Leſſoa *Leſſoe*: Samſoa *Samſoe*: Taſinga *Taaſing*, & aliæ parvi momenti. Totius autem regni caput eſt Haphnia, vulgo *Koppenhagen*, in Selandia inſula ad Ore-Sundicum Fretum, dividitur autem perſæpe Dania ab indigenis, in 147. præfecturas minores ſive Hartias tractus parvos admodum, *Herret* Danis dictos, & ſub principium hujus ſæculi diviſa erat in 184. tractus *Herret* vocatos, cum Regi Daniæ parerent etiam tres aliæ provinciæ nempe Scania, Hallandia, & Blekingia, quæ tertiam regni partem conſtituebant, una cum inſulis Gotlandia & Oſilia, ſed anno 1645. pace ad Bromsbroam ſancita, Oſi-

lia, & Gotlandia inſulæ conceſſæ fuere Suecis à Rege Chriſtiano IV. in perpetuum, uti Hallandia provincia ad annos triginta, & tandem anno 1658. pace ad Roſchildiam facta, Hallandia in perpetuum unita fuit Sueciæ regno, una cum Scania & Blekingia, quod poſtea confirmatum fuit tractatu pacis Haphniæ inito anno 1660. Dania autem fertilis eſt admodum & rigua, ſed anno 1537. Lutheri dogma recepit & hucuſque retinet, & onno 1660. hoc regnum factum eſt hereditarium à Friderico III. Rege, cum antea eſſet tantum electivum. Daniæ Regi ſubſunt etiam Norvegiæ regnum ab anno 1387. una cum Iſtandia inſula, & Schetlandiæ inſulis in Oceano ſeptentrionali, uti etiam media pars Ducatus Holſatiæ in Germania, & in confinio Daniæ, atque Comitatus Oldenburgicus & Delmenhorſtenſis, qui ei nuper obvenerunt ex hereditate ultimi Comitis Oldenburgici.

Daniæ Urbes Præcipuæ.

Alburgum Jutiæ, *Alborch.*
Arhuſia Jutiæ, *Arhuſen.*
Coldinga Jutiæ, *Koldingen.*
Flensburgum Jutiæ, *Flensborg.*
Haderſlebia Jutiæ, *Haderſleben.*
Haphnia Selandiæ, regni caput, *Koppenhagen.*
Nicopia Falſtriæ, *Nykoping.*
Ottonium Fioniæ, *Odenſée.*
Ripa Jutiæ, *Ripen.*
Roſchildia Selandiæ, *Roſkildt.*
Wiburgum Jutiæ, *Wiborg.*

Dania Nova, *das niew Danemarck*, regio Americæ ſeptentrionalis recens detecta, à Munckio Dano, verſus terras Arcticas. Vide Nova Dania.

Danica Sylva, *Daniſche Woldt*, Sylva Daniæ in Jutia meridionali ſeu Ducatu Sleſvicenſi, in ipſo limite Holſatiæ, inter Eckelenfordiam & Chilonium extenſa in tractu cognomine, ſub dominio Regis Daniæ, teſte Joanne Mejero.

Danica Sylva, *The Dean foreſt* indigenis, *la foreſt de Dene* Gallis, Sylva Angliæ in Comitatu ſeu provincia Gloceſtrenſi, cujus partem occidentalem ſeu Trans-Sabrinam occupat, ad Vagam fluvium uſque, ſic dicitur a caſtro cognomine adjacente, & alii cum Giraldo Cambrenſi Danubiæ Sylvam vocant, ante aliquot annos male habita & vaſtata fuit, deficitque in dies.

Danicum Fretum, ſic perſæpe vocatur fretum Oreſundicum, *Oreſund*, quod ſit intra Daniam inſertum, & inter alia freta illius regni præcipuum, & quod etiam maximum emolumentum afferat Regi Daniæ, ob vectigal impoſitum in ſingulos malos.

Danorum Insula, *Deenſche Eylandt*, inſula parva Oceani ſeptentrionalis, in ora regionis Montium Acutorum in Terra Arctica, ſic dicta quod a Danis detecta fuerit hiſce ultimis temporibus, ſed deſerta manet.

Dantiscum, *Dantzk*, & *Dantzich*, urbs & emporium Pruſſiæ celeberrimum in Poloniæ regno, ad oſtia Viſtulæ. Vide Gedanum.

Danubii Insula, *Donawert*, urbs Germaniæ in Suevia ad Danubium fluvium. Vide Donavertia.

Danubius, fluvius Germaniæ notiſſimus, & maximus totius Europæ Straboni, Plinio, & aliis, & olim Germaniæ limes ad Meridiem, inter ipſam Vindeliciam & Noricum fluens, nunc *die Donaw* dictus Germanis, *le Danube* Gallis, *il Danubio* Italis & Hiſpanis, *Dunay* Polonis, & *Tuna* Turcis, oritur in Suevia provincia prope Eſchingiacum vicum, *Doneſchingen*, in Principatu Forſtembergico & in Barienſi tractu, ad radices montis Abnobæ, verſus ſylvam Nigram, deinde in ortum tendens rigat oppida Dutlingam, Fridingam, Ehingam, & Ulmam urbem Sueviæ primariam, ubi primum lintrium capax eſt, & ad dexteram recipit Ileram fluvium *Iler*, uti poſtea Guntiam *Guntz*, & Mindelam *Mindel* paulo ſupra Dilingam, atque Bernicum *Wernitz* ad lævam, juxta Donavertiam: hinc relicta Suevia, per Bavariæ Ducatum labitur, ubi primum Lycus fluvius *Lech*, in eum ſe exonerat ad Lichoſtoma *Lechmund* dictum, inde rigatis Neoburgo, & Ingolſtadio, & auctus fluviis Almono ſeu Alemanno *Altmul* juxta vicum *Kelhaim*, Nabo *Nab*, & Regno *Regen* ad Ratisbonam, aliiſque parvi nominis, Straubingam rigat, & ad dexteram recipit Iſaram *Iſer*, fluvium rapidum ad caſtrum *Deckendorff* dictum, uti etiam Oenum *Inn* fluvium magnum ad Patavium. Eo relicta Bavaria per Auſtriam labitur, eamque biſariam ſecans, & rigata Lentio urbe, auctus fluviis Trauna *Traun*, Aniſo *Ens*, aliiſque minoribus, juxta Viennam urbem Auſtriæ primariam fluit, deinde recepto ad lævam Morava *Moraw* fluvio, in Hungariam tendit ad Poſonium, ubi in ortum hybernum fluens, & Schutiam inſulam majorem & minorem efficiens in tria bracchia ſcinditur, quorum dextrum auctus Leitha *la Leitha*, Arrabonem recipit *Raab* ad Javarinum, ſiniſtrum vero auctus Vago *le Vag*, & Nitria *le Neitrach*, iterum in unum rediit cum duobus aliis ad Comariam, & hinc verſus Meridiem tendens, Granum fluvium *le Gran* recipit ad Strigonium, deinde Vicegradiam, Vacciam, Budam Hungariæ regiam, & Colociam rigans recipit Sarvitium, uti Dravum fluvium *Trab*, atque Tibiſcum *la Teiſſa*, hinc relicta Hungaria, & auctus Savo *Saw*, qui juxta Albam Græcam ipſi miſcetur, & in ortum tendens Danubii nomen relinquit, & jam Iſter dictus Serviam ab Hungaria dividens, fluvium Moravam Serviæ *le Morave* recipit, & Alutam *Alt*, tandem Bulgariam quam in duas partes ſecat rigans, & inter ipſam & Moldaviam fluens, receptis Ciabro *Iſchar*, Ogoſa, Jantra, Loiño albo, *Lombianco*, *Jaloniſa*, Geraſto, *Seret*, aliiſque minoris nominis, demum verſus Beſſarabiam & Budziacenſem tractum in quatuor ramos diviſus ad *Smaillo* oppidum, paulo poſt ad duo reducitur inter Kiliam veterem & Kiliam novam, ibique in Pontum Euxinum ſeu mare Nigrum ſe exonerat duplici oſtio, quorum minus eſt ad Meridiem juxta Savorcam portum, eique adjacet inſula parva *Grania* dicta, oſtium vero majus ad Septentrionem prope Lycoſtomum urbem, & ante inſulas Serpentum latis eſt latum, & per illud onerariæ naves aſcendere poſſunt ultra centum milliaria Italica, ut certo reſcivi à nautis qui illas partes plures luſtrarunt, olim per ſex oſtia in Pontum Euxinum ſe exonerabat, quorum nomina ſunt Thiagola, Boream, Falſum, Pulchrum, Narecium, & Sacrum, uti ab antiquis dicta fuere, ſed ex his quatuor ſenſim oblimata ſunt, aut arena oppleta, de fonte Danubii vide pluribus infra in voce Eſchingiacus vicus; & notandum quod hic fluvius infra Taurinum ſemper in ortum tendit, & aliquando etiam verſus ortum æſtivum, non autem verſus ortum hybernum & Meridiem, ut male notatur in plurimis tabulis recentioribus, & de his habeo teſtes Wolfgangum Lazium, Joannem Sambucum, & Antonium Verancium Sibenſaoum cum aliis plurimis.

Danuibus, in nummo Trajani legitur pro Danubius.

Danum, oppidum Brigantium in Britannia majori ex itinerario Antonini, nunc teſte Camdeno, eſt *Doncaſter* oppidulum Angliæ in Eboracenſi provincia, quod Scoti *Doncaſtel* vocant, ad Danum fluvium, in limite Lincolniæ provinciæ, diſtat 19. milliaribus Anglicis ab Eboraco in Meridiem, & 22, à Lindo in oc-

Digitized by Google

caſum æſtivum, paucisque conſtat incolis.

DANUS, *l'Ain* fluvius Galliæ in Breſſia. Vide Idanus.

DANUS, *Dun*, fluvius parvus Angliæ in Eboracenſi provincia, Danum oppidum rigat, & poſtea in Humbrum æſtuarium ſe exonerat, teſte Speedo.

DAONA, urbs Indiæ extra Gangem Ptolemæo, Daonarum populorum caput, nunc forſan *Keccio*, urbs regni Tunchini, ut conjicere licet ex poſitione, hinc Daonæ populi, qui Daones Stephano, creduntur fuiſſe ubi nunc Tunchinum regnum, *le Royaume de Tunquin*, in Annamitica regione, juxta ſinum magnum, inter Sinarum Imperium & Cocinſinam, ſecundum recentiores.

DAORIZI, populi Illyrici, in Dalmatia, inter Ceraunios & Vardiæos, teſte Plinio.

DAOULASIUM, *Doulas*, vicus Galliæ cum Abbatia in Britannia minori, verſus ſinum parvum Brivatenſem, 3. leucis à Brivate in ortum in tractu Coriſopitenſi.

DAPHNE, ſuburbium erat amœnum valde, cupreſſis conſitum, Antiochiæ magnæ, in Syria Straboni, ad Orontem fluvium ab urbe 40. ſtadiis diſtans; licet Livius ſcribat 40. apud quem Daphnes ſcribitur.

DAPHNE, nemus delitioſum Syriæ juxta Orontem fluvium prope Antiochiam urbem, in quo templum Apollini & Dianæ ſacrum, eum accurate deſcripſit ex Authoribus tum Latinis, tum Græcis Abraham Ortelius in ſuo parergo Geographico, ab eo dictum fuit Daphne ſuburbium Antiochiæ; imo urbs ipſa, Romanorum in Oriente præcipua, inde etiam Epidaphne olim dicta fuit.

DAPHNE, oppidum Ægypti inferioris, ad ramum Nili fluvii, 16. mill. paſſ. diſtans à Peluſio in Meridiem, ex Antonini itinerario in quo Daphnus legitur.

DAPHNE, tractus Theſſaliæ juxta Peneum fluvium, ubi Daphne Nympha à Phœbo adamata, ejus meminit Ovidius libro primo Metamorphoſeon.

DAPHNUSA, inſula parva maris Ægei, inter Samum & Leſbum ſita, quæ & Thaluſa Plinio.

DARA, Carmaniæ fluvius in Perſia, Ptolemæo teſte qui à Plinio, Daras dicitur, nuncque *Drut* dici creditur à quibuſdam.

DARA, urbs Epiſcopalis Meſopotamiæ, in limite Perſiæ, ab Anaſtaſio Imperatore ex vico urbs facta, & Anaſtaſiopolis etiam dicta, vix 2. milliaribus à Corde fluvio, & Niſibi Ammudioque vicina, teſte Procopio, & à Juſtiniano reſtaurata.

DARA, ſeu Daradus fluvius Libyæ interioris Plinio, & Ptolemæo, nunc *Senega* dicitur Joanni Barroſio; eſtque pars fluvii Nigri magis in Septentrionem extenſa, in Oceanum Atlanticum ſe exonerat 60. milliaribus ab Heſperio promontorio in Septentrionem. Hinc regio adjacens inter fluvium Gambeam & ipſum dicitur regnum Senegæ, *le Royaume de Senega*, ubi populi *les Jalofes* dicti, in Nigritia regione Africæ.

DARAANA, *Daraan*, urbs Aſiæ in Chowarezmia regione, & verſus ejus confinia, teſte Abulfeda.

DARABES, populi Bactrianæ provinciæ, Straboni, Gangaridis finitimi: quorum urbs Darapſa. Eorum meminit Valerius Flaccus.

DARADI, populi Libyæ interioris, Ptolemæo, circa Darat fluvium incolentes, qui Daratitæ à Plinio nominantur.

DARADUS, apud Ptolemæum eſt fluvius, idem qui à Plinio Darat nominatur.

DARANISSA, oppidum Armeniæ majoris, Ptolemæo, verſus Euphratem fluvium, Daraniſſenſis magnæ Armeniorum regionis meminit ſexta Synodus Conſtantinopolitana in Conciliorum opere, erat verſus confinia Armeniæ majoris, & eam Analibam dici in itinerario Antonini Auguſti ſcribit Ortelius.

DARANTASIA, tractus Sabaudiæ. Vide Tarantaſia.

DARAPSA, Antonino. Vide Drepſa.

DARBIA, *Darby*, oppidum Angliæ, Comitatus Darbiæ caput, ad fluvium Derventionem, 10. milliaribus Anglicis à Nottingamia in occaſum, 17. à Liceſtria in Septentrionem, 22. autem a Staffordia in ortum, eſtque ſatis parvum.

DARBIA, *The Darbyshire* incolis, *le Comté de Derby* Gallis, provincia Angliæ in ejus meditullio, ubi alias, Coritani populi ex parte ſtabant, teſte Camdeno, terminatur à Septentrione Eboracenſi provincia, ab Oriente Nottinghamia, ab Occidente Ceſtria & Staffordia, à Meridie vero Liceſtria, oppidum habens primarium Darbiam etiam dictum.

DARDÆ, populi Indiæ intra Gangem, Ptolemæo, & Plinio, Derdæ dicuntur à Strabone, qui ait gentem eſſe magnam, & habitare in montibus verſus Orientem expoſitis, apud quam aurifodinæ ſunt, circa Indi fluminis partes ſuperiores, & Dardanes ſeu Dardanenſes ſunt Dionyſio Afro.

DARDANELLÆ, *les Dardanelles* Gallis, *li Dardanelli & li Caſtelli* Italis, arces ſunt Turcarum, juxta Helleſpontum, olim Seſtos & Abydos dictæ, nunc etiam *les Chaſteaux*, mille paſſibus à ſe invicem diſcretæ, & à Turcis excitatæ ſub Mahumete II. ipſorum Imperatore, in quibus tormenta inuſitatæ magnitudinis, mare abſtergentia, ideo quæcunque naves invitis cuſtodibus illac non tranſeunt, in Cherſoneſo Thraciæ. Ex his una ubi Seſtos eſt in Europa, & Abydos eſt in Aſia, in Myſia minori, habentque validum Turcarum, ibi præſidium.

DARDANELLÆ ALIÆ, *les Dardanelles de Lepante*, ſunt arces duæ probè munitæ, ad fauces ſinus Corinthiaci, prope Patras urbem Poloponneſi, ſic dictæ à ſitu, quia ſunt ex utraque parte freti, uti Dardanellæ Helleſponti; ſubſuntque dominio Turcarum, dicuntur aliter *les Chaſteaux de Lepante* ab urbe in viciniis, & ſunt ubi alias promontoria Rhium *Rio*, & Anti-Rhium *Molicreo* nunc dicta.

DARDANI, populi Mœſie ſuperioris, Plinio, qui Dardanii Straboni, horum regio nunc Dardania dicitur. Vide ibi, hinc Dardanus & Dardanius nomen gentis.

DARDANIA, regio fuit Mœſiæ ſuperioris, quæ poſtea Dacia mediterranea, verſus confinia Illyrici & Macedoniæ, ubi nunc Regni Serviæ pars auſtralis, & tractus Erzegovina ſeu Ducatus S. Sabæ, ejus urbes præcipuæ fuere Arribantium, Neſſus, & Scupia, & hinc Dardani populi dicti in illis partibus.

DARDANIA, inſula maris Ægei, quæ poſtea Samothracia dicta fuit, teſte Plinio, ex Callimacho.

DARDANIA, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis in Autrigonibus, Hauberto Hiſpalenſi, nunc *Orduña*, oppidum Hiſpaniæ in Biſcaia provincia & in territorio Ayalæ, prope montem Dardanium, nunc *la Peña de Orduña* dictum, Gregorio de *Argaiz* teſte.

DARDANA VETUS, oppidum fuit Dardaniæ in Myſia inferiori, prope fontes Simoëntis, 17. mill. paſſ. ab ora Helleſponti in ortum, & 15. ab Ilio in ortum æſtivum, nunc in ruderibus jacens.

DARDANIA, tractus Aſiæ minoris, in Troiano regno ad Septentrionem Troadis, poſtea in Myſia minori, inter Helleſpontum & fontes Granici fluvii, ubi alias Dardania vetus, oppidum ad fontes Simoëntis, teſte Mela.

DARDANUS, oppidum Dardaniæ in Troiano regno Plutarcho, poſtea in Myſia inferiori, & in ora littorali Helleſponti, ubi mari Ægeo miſcetur, prope Dardanium promontorium, & medium inter Abydum ad Boream & Rhæteum ad Meridem 8. milliaribus utrimque diſtans, teſte Strabone, & 16. à Troia in Septentrionem, hinc forſan dictæ fuerunt arces duæ Dar-

danellæ in vicinis ad fauces Helleſponti ad accendas claſſes a Propontide, ſed id tantum ex conjectura.

DARETIS, regio Mediæ, in Aſſyriæ confinio Ptolemæo, ubi Daritæ populi Herodoto, nunc forſan *Adirbegian* dicta, teſte Jacobo Caſtaldo.

DARGOMANES, fluvius Bactrianæ, Ptolemæo. Vide Dorgumanes.

DARHA, *Darha*, provincia Africæ, in regione Biledulgeridia dicta, cum urbe primaria cognomine, & fluvio etiam Darha dicto, inter Segeloieſſam regionem & regnum Maroci, ſub dominio Regis Tafiletæ, teſte Marmolio.

DARIA, poſtea Anaſtaſia, & Anaſtaſiopolis, urbs Epiſcopalis Meſopotamiæ, Procopio, ſic ab Anaſtaſio Imperatore nominata, proxima Niſibi, ab ea 15. mill. paſſ. diſtans, ab Amida 60. in ortum, quæ Daras ab Ammiano Marcellino nominatur.

DARIA, & Daras, vicus Syriæ ſeu Cœleſyriæ, prope Damaſcum, unde 5. mill. paſſ. Gregorio Turonenſi, *Taures* nunc, teſte Joanne Lydo, dictus.

DARIENE, *Darien*, urbs fuit Americæ meridionalis, in regione Terræ firmæ, juxta ſinum Urabæ & mare Boreale, alias munita ab Hiſpanis. Nunc autem derelicta jacet.

DARIENUS, *el Rio Darien*, fluvius Americæ meridionalis in regione Terræ firmæ, dicitur aliter fluvius S. Joannis, ſive Darienus fluvius magnus, *el Rio grande de Darien*, ſive *S. Juan*, & in ſinum Urabæ ſe exonerat.

DARINI, ſive Darnii, populi fuere Hiberniæ Ptolemæo, verſus Boream extenſi, inter Robogdios & Voluntios, in ora maris Hibernici, forſan ubi hodie Comitatus Dunenſis in Ultonia provincia, ut exiſtimat Camdenus, ſed Waræus eos ſtatuit, ubi nunc Comitatus Antrimenſis, Tironenſis, & Deria in eadem provincia.

DARIORIGUM, urbs Galliæ Celticæ in Britannia minori, Ptolemæo, quæ aliis Darioritum, ſeu Veneti, nunc *Vannes*, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Turonenſi in ora Oceani Aquitanici, 10. leucis diſtat ab oſtio Ligeris fluvii in occaſum æſtivum, 24. à Nannetibus in occaſum, Coriſopitum verſus 20. & tandem à Rhedonibus in occaſum hybernum, dicitur etiam Venetia Cæſari. Vide Veneti.

DARMSTADENSIS LANDGRAVIATUS, *Landgrafſchaft von Darmſtadt* Germanis, *le Landgraviat de Darmſtad* Gallis, tractus Germaniæ ſub dominio Principis Landgravii Haſſo Darmſtadienſis, partim eſt in Franconia, ubi Comitatus ſuperior Cattimeliboci ſeu Geravia, vulgo *Gerawerland*, verſus confluentes Mœni fluvii in Rhenum, inter Moguntiam, Francofurtum, Oppenheimum, & Stradam Montanam, ubi Darmſtadium; & partim etiam eſt in Haſſia ſuperiori, ſeu verſus Lanum fluvium, ubi Giſſa & Butzbachium, cum tractu adjacente, & eidem Landgravio ſubeſt etiam Braubachium oppidulum inferioris Comitatus Cattimeliboci ad Rhenum, paulo infra Bodobrigam, Confluentes verſus.

DARMSTADIUM, ſeu Darmoſtadium, *Darmſtad*, oppidum Germaniæ in Franconia regione, & in Geravia tractu, ad amnem *Darmſtad* etiam dictum, caſtrum habet ſatis cultum, ubi ſedes Principis qui inde dicitur Lantgravius Haſſo Darmſtadienſis, 2. milliaribus Germanicis diſtans à Rheno fluvio in ortum, & 3. à Francofurto ad Mœnum in Meridiem.

DARNIS. Vide Zephyrium.

DAROCA, *Daroca*, oppidum Hiſpaniæ in Aragoniæ regno, intra duos montes ſitum in fundo, ad Xilocam fluvium, alias Avernia dictum fuit in hiſtoriis mediæ ætatis, teſte Hauberto Hiſpalenſi, & in eo ſunt ſacra corporalia, diſtat 5. leucis à Bilbili in Meridiem, & 12. a Cæſar-Auguſta in occaſum, & ei adjacet mons, *el puerto de Daroca* dictus, hinc Darocenſis nomen gentis.

DARVERNUM, urbs Britanniæ majoris in Cantio, Ptolemæo, quæ ab aliis Durovernum dicitur, nunc teſtibus Camdeno, Lambardo, & Speedo, eſt Cantuaria, *Canterbury*, urbs Angliæ Archiepiſcopalis, in Cantio provincia, ad Stouram amnem, in planitie cum Eccleſia pulcherrima, 6. milliaribus ab ora littorali diſtans in Meridiem, & 15. à Dubri portu in occaſum æſtivum Londinum verſus. Vide Durovernum.

DARUS, fluvius Pannoniæ ſuperioris, ab aliis dicitur & melius Dravus. Vide ibi.

DASCUZA, & Daſcuta, urbs Armeniæ majoris, in Cappadociæ confinio, à Simyra ab ortu Euphratis 12. mill. paſſ. diſtante, 75. teſte Plinio.

DASCUSA, ſeu & Daſcuta, urbs Armeniæ minoris, in confinio majoris, ad Euphratem fluvium, Antonino, media inter Zimaram ad Boream, & Melitenem ad Meridiem, quæ nunc *Arſingan* dicitur, ſub Turcis, Petro Gyllio & aliis teſtibus. Sed quæ ſit Daſcuſa altera, urbs Armeniæ majoris, difficile eſt dictu.

DASCYLIUM, urbs Bithyniæ maritima, Straboni, & Ptolemæo, Daſcylos Plinio, ad Propontidem, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Apameno, & juxta lacum Daſcylicum, hodie *Diaſchilo* etiam dicitur à Nigro, ſeu & melius *Diaſcoli*, ut ſcribunt nautæ, eſtque ſatis culta ſub Turcis, in promontorio cognomine, & ante inſulam Papæ ſeu Berbicum, inter Pruſam ad ortum, & Cyzicum ad occaſum, prope Apameam.

DASEM, ubi alii legunt Reſem ſeu Reſen, urbs Babyloniæ inter Ninivem & Chale, nunc *Gebiagan*, teſte Benjamino Tudelenſi.

DASSARETÆ, populi Macedoniæ Plinio, & Melæ, qui Daſſaritæ Stephano, Deſſareni Ptolemæo, & Daſſarenſes dicuntur à Livio, habitabantque circa lacum Lichnidum, & Drilonum fluenta, intra Scardi montis juga, in confinio Illyrici, ut Livius ſcribit, & eorum urbes erant Lychnidus & Antipatris.

DASSARITES, lacus Macedoniæ, qui aliter Lychnidus lacus dicitur, inquit Nicephorus Calliſtus, qui dicit Drilonem fluvium, ſeu Drinum inde evolvi, nunc à recentioribus *il Lago dell'Ochrida* dicitur. Vide Lychnidus, eſt enim nomen lacus & urbis.

DATA, *Thata & Dotes*, arx Hungariæ inferioris. Vide Dotis.

DATALARIA, & Patalaria, inſula maris Africi Reginoni, inter Siciliam & Africam, nunc *la Pantalarea*, quæ aliis eſt Coſſyra, & aliis Paconia. Vide ibi, & Pantalaria.

DATHUS, ſive Datus, ut apud Suidam legitur, urbs fuit Thraciæ, juxta Strymonem fluvium, Thaſſiorum colonia ditiſſima ob venas auri.

DATII, populi Galliæ in Aquitania, Ptolemæo, fuere verſus oram Oceani Aquitanici a quo rigabantur ad occaſum, eorum vero limites erant ad Septentrionem Bituriges Vibiſci, ad ortum Eluſates, & ad Meridiem Benearni, & Lapurdenſes, dicti fuere etiam Tarbelli & Aquitani antiquiſſimis temporibus, teſte Petro de Marca, erantque ubi nunc Diœceſis Aquenſis in Vaſconia, eorum vero primaria Datii etiam dicta fuit, ſeu Taſta.

DATII, urbs Galliæ in Aquitania, quæ Taſta etiam dicta fuit, ſeu Aquæ Tarbellicæ, nunc *Dax*, ſedet ad Athurum fluvium in Vaſconia proprie dicta, eſtque Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Auſcenſi, 24. leucis Vaſconicis diſtans ab Auſciis in occaſum, Baionam verſus 10. circiter. Vide Aquæ Tarbellicæ.

DATRIATA, tractus Hiberniæ in Ultonia provincia, teſte Waræo, & ejus etiam pars eſt Routa territorium Comitatus Antrimenſis.

DATTARUM REGIO, pars ampla Africæ ab ortu in occaſum extenſa, vulgo *Beled-el gerid* incolis, *le*

Biledulgerid Europæis, & ſic à Dattis dicta. Vide Biledulgeridia.

DAVENTRIA, *Deventer* incolis, *Deventre* Gallis, urbs Belgii uniti, Tranſiſalaniæ provinciæ caput, ad Iſalam fluvium, Epiſcopalis effecta ſub Archiepiſcopo Ultrajectino anno 1559. à Paulo IV. & probe munita, in confinio Ducatus Gueldriæ, ſubeſt dominio provinciarum unitarum cum tota provincia ab anno 1591. & capta fuit à Gallis anno 1672. ſed poſtea ab eis derelicta 1674. vix 2. leucis diſtans à Zutphania in Septentrionem Zuvolam verſus 4. & 10. ab Ultrajecto in ortum, eratque alias Imperialis & libera.

DAVISIUM FRETUM, *le deſtroit de Davis*, fretum Terræ Arcticæ. Vide fretum Daviſium.

DAULIA, urbs Macedoniæ mediterranea Ptolemæo, Scampi finitima, ab ea in Meridiem parum diſtans, nunc *Eladaſagni*, teſte Moletio.

DAULIS, urbecula Phocidis in Achaia Ptolemæo, Daulia etiam & Daulium Straboni, & Livio, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Athenienſi, in excelſo tumulo ſita, 15. mill. paſſ. à Delphis diſtans in Septentrionem Elatæam verſus, *Daulia* etiamnum dicta, & in vicum redacta, ut quidam credunt, hinc Daulius nomen gentis.

DAUNIA, ſive Apulia Daunia, provincia Italiæ Straboni & aliis, cujus limites fuere ab Occidente Frento fluvius, quo dividebatur a Frentanis; & Apenninus mons ab Hirpinis; à Meridie Aufidus fluvius quo ſeparabatur à Peucetiis; a Septentrione vero mari Adriatico ſive ſupero alluebatur, ſicque erat ubi hodie Capitanata *la Capitanata*, provincia regni Neapolitani, quæ etiam perſæpe dicitur ab incolis *la Pugliapiana* & à Gallis *la plaine de la Pouille* cum ſit pars Apuliæ recentis fertilis admodum & rigua. Vide Apulia Daunia.

DAURONA, fluvius Hiberniæ inſulæ Ptolemæo, hodie *Aven-more* dictus, ideſt fluvius magnus, qui Oceanum prope Yoghallam urbem Momoniæ ingreditur, teſte Waræo.

DAUTONA, oppidum Pannoniæ Saviæ Antonino, quod Andantonium à Ptolemæo dici autumat Lazius, unde Andiantes populi dicti, erat ubi nunc *Chaſina* oppidulum Croatiæ in Sclavonia, ad amnem cognominem, verſus Colapis confluentes in Savum fluvium, à quo diſtat 10. mill. paſſ. in Septentrionem, uti 15. a Siſcia, teſte Mercatore.

DEA, urbs Galliæ Narbonenſis in Vocontiis, unde Dea Vocontiorum dicta fuit ab Antonino, & Dea Auguſta, Dia in libris Conciliorum, nunc *Die*, urbs Delphinatus, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Vienneni, cujus Epiſcopatus Valentino unitus fuit anno 1275. à Gregorio IX. Pontifice Maximo, ſedet ad radices montium, ad Dromam amnem, eſtque caput Dienſis agri, 10. leucis diſtans a Gratianopoli in Meridiem, & vix 9. a Valentia in ortum Vapincum verſus 11.

DEA, fluvius Britanniæ magnæ. Vide Deva.

DEABOLIS, oppidum Macedoniæ verſus Albaniam, Nicephoro Calliſto, & Cantacuzeno, nunc *Diavoli* dictum, haud procul à Lychnido lacu, teſte Carolo *du Freſne* viro clariſſimo.

DEBA, urbs Syriæ in Comagena, Ptolemæo teſte.

DEBÆ, populi Arabiæ, proximi Sabæis, ex genere Nomadum; per quos labitur flumen auri ſtrigilem deferens, auctore Strabone.

DEBOMA, Eordetarum oppidum in Macedonia, Ptolemæo, Scampis & Dauliæ finitimum, *Dardaſſi* nunc dictum, ut exiſtimat Moletius.

DEBORUS, urbs Macedoniæ mediterranea, Ptolemæo, in Pæonia provincia, à Sophiano *Dibrii* indigetatur, 60. mill. paſſ. diſtans à Croia in ortum, hinc populi Doberienſes dicti a Plinio.

DEBRECINUM, *Debrecyn*, oppidum regni Hungariæ ſub dominio Turcarum, in Bihotienſi Comitatu, & in confinio ditionis Auſtriacæ & Tranſſylvaniæ.

DEBRIS, oppidum Garamantum Plinio, in Libya, quod Bediron Ptolemæo.

DECANUM REGNUM, *le Royaume de Decan*, regnum Aſiæ ſatis amplum, in India intra Gangem, terminatur ad occaſum Oceano Indico, ad Septentrionem regno Guzaratæ, ad ortum regno Golcondæ, & ad Meridiem regno Biſnagaræ, & ejus Rex dicitur *l'Idalcan* à Luſitanis & aliis Europæis, ſed corrupte cum a ſuis *Adilcan* vocetur. Regni primaria nunc regia ſedes eſt Viſapora *Viſapor*: dividitur autem hoc regnum in tres partes nempe in Decanum proprium, quod extenditur verſus oram littoralem ad Septentrionem, in Cuncanum *Cancan*, quod eſt juxta oram Maris Indici ad Meridiem, Canaramque, regionem, & in Balaguatam regionem *Balaguate*, quæ ad ortum extenditur verſus Regnum Golcondæ, ſed hujus major pars nunc ſubeſt dominio Magni Mogolis.

DECAPOLIS, regio Palæſtinæ, & Galilææ pars verſus Jordanem fluvium, à Libano monte & Sidone ad mare Galilææ extenſa, a decem ſuis præcipuis civitatibus ſic denominata; hæ autem erant Cæſarea Philippi, Aior, Cedes-Nephtali, Sepher, Corozain, Capharnaum, Bethſaida, Iotapata, Tiberias, & Bethſan quæ Scythopolis, hac tempeſtate fere jacentes.

DECAPOLIS, tractus Aſiæ minoris, & Ciliciæ Iſauriæque pars in mediterraneis, ſic dictus à decem urbibus ex quibus conſtabat, quarum nomina ſunt Germanicopolis, Titiopolis, Dometiopolis, Zenopolis, Neapolis, Claudiopolis, Irenopolis, Diocæſarea, Lauzadus, & Dalilandus, teſte Conſtantino Porphyrogenneta.

DECAPOLIS, etiam Italiæ provincia fuit, circa annum Chriſti 700. cujus caput & metropolis Ravenna, ut aiunt litteræ Gregorii II. Papæ, & antea Pentapolis dicebatur, teſte Luca Holſtenio.

DECASTIDIUM, locus Brutiorum in Italia, ex itinerario Antonini, ſeu etiam Decaſtadium, nunc teſte Cluverio, eſt *Caſtitio*, locus Calabriæ ulterioris, 8. milliaribus à Zephyrio promontorio in occaſum, Rhegium verſus, quanquam Barrius credat eſſe *S. Anna* caſtrum ejuſdem provinciæ, 20. mill. paſſ. à Rhegio in Septentrionem Hipponum verſus.

DECEATES, & Deceites, populi fuere Galliæ Narbonenſis in Provincia Straboni, Deciates Plinio, & Melæ, qui Dariatii dicti a quibuſdam, erant verſus oram maris Mediterranei, à quo ad Meridiem rigabantur, eorum vero termini erant ad ortum Nerufii, ad occaſum Oxibii, & ad Boream Sutri, erantque ubi nunc Diœceſis Graſſenſis, *ceux de Grace & d'Antibes* in parte orientali Provinciæ, & eorum primaria urbs Antipolis, teſte Brietio.

DECEMPAGI, oppidum Mediomatricum in Gallia Belgica, ex itinerario Antonini, nunc *Dieuſe*, oppidum Lotharingiæ Ducatus ad Selnam fluvium, ubi exit è lacu Lindrenſi, parvum eſt & male habitum fuit bello Lotharingico, diſtat 2. leucis à Marſalio in ortum, uti 7. à Nanceio verſus Tabernas Alſaticas 9. & à Froardo & aliis plurimis etiam Duodeciacum dicitur.

DECENSIUM CIVITAS, urbs Viennenſis provinciæ, in Gallia Narbonenſi, nunc *Die* Cœnali. Decia etiam dicitur.

DECENTIANUM, *Dezenzano*, oppidulum Italiæ in agro Brixiano, & ad Benacum lacum, in limite Ducatus Mantuani, ſub dominio Reipublicæ Venetæ 9. milliaribus à Piſcaria in occaſum Brixiam verſus 18. eſtque valde lepidum & cultum in planitie.

DECETIA, oppidum Vadicaſſium in Gallia Celtica, ex itinerario Antonini, nunc *Decize*, urbs parva provinciæ Nivernenſis, ad Ligerim fluvium, à quo

pro majori parte cingitur, gaudet ponte lapideo, & 7. leucis diſtat à Molino urbe in Septentrionem, 8. autem à Nivernis in ortum hybernum, & ad ipſam *l'Airon* amnis in Ligerim ſe exonerat.

Decimum, locus Latii ſic dictus, Antonino quod 10. mill. paſſ. ab urbe Roma diſtet via Lavicana, qua Roma Beneventum itur: qui locus adhuc *Decimo* dicitur, ſed in eo ſunt tantum rudera.

Daconus, fluvius Colchorum, qui ex Caucaſo monte emanans, in Phaſidem fluvium majorem excipitur, teſte Agathia.

Decumani, populi Galliæ Narbonenſis, in quibus Narbo Martius, Plinio, & Pomponio authoribus, erantque forſan ubi nunc Diœceſis Narbonenſis in Occitania inferiori.

Decumates Agri, in Germania Tacito, fuere ubi hodie Wirtenbergenſis Ducatus eſt in Suevia, teſte Villichio, loci vero proprium non cenſet Lipſius, ſed agros qui decumas ſolvunt, quod veriſimile.

Deansia, ſeu Dienſis ager, *le Diois*, tractus Galliæ in provincia Delphinatus. Vide Dienſis ager.

Deghinum Regnum, *le Royaume de Deghim*, in Nubia regione. Vide Dequinum regnum.

Dainsa, *Deinſe* incolis, *Dinſe* Gallis, oppidulum Belgii, in Flandriæ Comitatu, ad Legiam fluvium. Vide Donſa.

Deira, pars fuit Regni Northumbriæ in Anglia, & quæ ab Humbra incipiens ad Teſam fluvium extendebatur, teſte Ricardo Priore Auguſtaldienſi, eratque ubi nunc Eboracenſis, Lancaſtrienſis, & Veſtmaria provinciæ, hinc Deiri populi.

Dalas fluvius Babyloniæ, qui Apameam urbem una cum Trigride circumfluit, teſte Stephano.

Delbrugta, *Delbrugk*, caſtrum Germaniæ in Weſtphalia, & in ditione Epiſcopi Paderbornenſis, ubi ultima veterum Bructerorum ſedes, verſus fontes Amaſis fluvii, & 2. milliaribus Germanicis à Paderborna diſtans in occaſum Monaſterium verſus, ejus fit mentio in monumentis Paderbornenſibus.

Daleos, urbs Thraciæ in Urbana regione, ex libris Conciliorum, quæ Delta dicta fuerat à Xenophonte, Epiſcopalis olim ſub Archiepiſcopo Heraclienſi, nunc *Dercon* dicta, teſte Petro Gyllio, ſedet in ora Ponti Euxini, juxta lacum Delcon & fluvium cognominem, 30. milliaribus diſtans à Byzantio in occaſum æſtivum.

Dalemontium, *Delſperg* & *Telſperg* Germanis, *Delement* Gallis, oppidum Germaniæ in Saltzgovia tractu, & in ditione Epiſcopi Baſileenſis, intra montes ad amnem Birſam, 18. mill. paſſ. à Baſilea in Meridiem Solodurum verſus 12.

Dalflandia, *le Delflandt*, tractus Belgii uniti in Hollandia provincia, dicitur Delpholandia. Vide ibi.

Dalfzilium, *Delfzijl*, arx Belgii uniti, cum portu ad Amiſiæ fluvii oſtium, in dominio Groningenſi, quæ Provinciarum fœderatarum una. Dicitur & Delfzilia. Vide Arx Delfzilia.

Delgovitia, oppidum Britanniæ magnæ Antonino, nunc *Godmanham*, pagus Angliæ in provincia Eboracenſi, verſus Abum æſtuarium, & 20. mill. paſſ. ab Eboraco in ortum, prope *Wighton* caſtrum, teſte Camdeno.

Delicium, *Delitſch*, oppidulum Germaniæ in Miſnia provincia, ſub dominio Electoris Saxoniæ, in Oſiria tractu, teſte Zeilero.

Delitolt, horti amœni, prope Neapolim urbem Campaniæ, ubi Palæpolis erat Pontano, nunc *il Poggio Reale*, teſte Fabricio.

Delium, oppidulum fuit Græciæ in Bœotia, Livio, & Plutarcho, in ora littorali juxta Euripum, medium inter Chalcidem ad Septentrionem & Tanagram ad Meridiem, verſus oſtia Aſopi fluvii, ubi Athenienſes a Thebanis victi, nunc in ruinis jacet.

Dellium Regnum, *le Royaume de Delly*, regio ſeu pars Indiæ propriæ, in Imperio Magni Mogolis, ſatis ampla inter Jenuparam regionem ad Boream, Bandum ad occaſum, Bacaram ad ortum, & Agram regnum ad Meridiem, cenſetur totius Imperii prima præfectura, ſub qua ſunt 16. præfecturæ minores & 230. oppidula aut loca, teſte Bernerio, ejus autem præcipua urbs Dellium nunc *Jehan-abad* dicitur.

Dellsum, *Delly*, urbs ampla Indiæ propriæ ſeu intra Gangem, in Imperio Magni Mogolis, regni cognominis caput, ad amnem Geminum *Gemna*, 100. milliaribus circiter ab Agra in Septentrionem Lahorium verſus, diruta fere fuit lapſu temporis, & ejus loco anno 1625. Magnus Mogolum Imperator *Chah-Jehan* urbem amplam extruxit ipſi contiguam, quam *Chah Jehan-abad* dixit, & per ſyncopen, *Iehan-abad*, id eſt colonia *Chah Iehan*, ut eſſet totius Imperii ſedes regia, ſicque nunc in Indiis non amplius *Delli* dicitur, ſed tantum *Ichan-abad*, teſte vir. clar. Bernerio, qui pluries illas partes luſtravit.

Dalmata, & Delmatia, apud Ovidium in epiſtola ad Liviam, pro Dalmata forſan.

Dalmanhorstenata Comstatus, *das Graffchaft von Delmenhorſt* incolis, *le Comté de Delmenhorſt* Gallis, tractus Germaniæ in Weſtphaliæ circulo, inter Comitatum Oldenburgenſem cui unitus eſt, Ducatum Bremenſem & Diœceſim Monaſterienſem, ſub dominio Regis Daniæ ex ſucceſſione Comitis Oldenburgenſis, parvi eſt circuitus, & oppidum tantum haber primarium cognomine.

Delmenhorstium, *Delmenhorſt*, oppidulum Germaniæ, Comitatus cognominis caput, in ditione Comitis Oldenburgenſis antea, nunc autem ſubeſt Regi Daniæ ab obitu ultimi Comitis Oldenburgenſis. Sedet ad Delmam amnem, qui paulo infra cadit in Viſurgim, 3. milliaribus Germanicis à Brema in occaſum, & 4. ab Oldenburgo in ortum, & ejus arx condita fuit anno 1247. ab Othone Comite Oldenburgico.

Delmintum, Dalmatiæ urbs Straboni, & Ptolemæo, quæ Dalminium à quibuſdam dicitur, & Delminum Euſtathio, eſtque in mediterraneis, & in Vardæis, ad Drinum fluvium, nunc *Dannie* vocatur à Nigro, ſed teſte Joanne Lucio Tragurienſi viro doctiſſimo, eſt *Dumna*, oppidulum Serviæ regionis, 30. mill. paſſ. à Taoruno in Meridiem Naronam verſus, eſtque nunc magnæ urbis tenue veſtigium.

Dalos, inſula maris Ægei notiſſima, ac prima inter Cyclades Straboni, & aliis omnibus, Apollinis natalitio & oraculo olim frequens, ubi emporium & ærarium Græcorum, multis olim nominibus appellata Aſteria, Ortygia, Midia, & Cynthon, teſte Plinio, ſic à manifeſtatione dicta, quod in diluvio Ogygis tempore, prima inter alias ab aquis emerſerit, ut quidam narrant, nunc vocatur *Sdilous* ſive etiam *Sdiles* à Græcis, & *Sdiles* corrupte ab Italis & aliis, *Sdili* vero plurali numero à Græcis, quod duplex videatur ob Rheniam ei fere conjunctam ad occaſum, quæ major exiſtit, circuitus 10. milliarium, dicta nunc *la grande Sdile*, cum minor ad ortum, quæ & Delos propria, circuitus ſit 6. milliarium, in qua olim nec defunctos ſepelire nec canem alere fas erat, teſte Thucydide, in ea urbs fuit Delos dicta, poſtea Novæ Athenæ Hadrianæ, eratque inſula probe culta cum Gymnaſio, unde etiamnum vocatur à nautis Gallis *les Eſcoles*, hodie autem urbs diruta jacet, & inſula utraque deſerta à duobus ſæculis, nihil habens celebre præter antiquum nomen, & plurima rudera, ex quibus exſtant templi & amphitheatri veſtigia marmorea, columnarum quoque maximus numerus, & coloſſus ſemidirutus, teſte Coriolano Cippico cum aliis, 5. milliaribus diſtat à My-

cono

cono in occaſum, 12. à Teno in Meridiem, & 40. ab Eubœa in ortum hybernum, hinc olim Delius & Deliacus nomen gentis.

Delphi, urbs Phocidis in Achaia, Straboni & Plinio, ad radices Parnaſſi montis, olim perampla, ſine muris ſed præcipitiis undique vallata cum caſtro in cacumine montis, nunc *Caſtri* dicta, teſte Sophiano cum aliis, in vicum redacta ſub Turcis, 7. milliaribus diſtat ab ora ſinus Corinthiaci in Septentrionem, & 16. a lacu Copaide in occaſum, alias fuit Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Athenienſi, & prioribus ſæculis clariſſima propter Apollinis Pithii templum, & oraculum a Gallis direptum Duce Brenno, hinc non longe diſtat Caſtalius fons, & hinc Delphicus nomen gentis, ut Delphica Sibylla de qua Chryſippus.

Delphi, *Delft*, urbs Belgii uniti in Comitatu Hollandiæ, & in Delpholandia tractu ab ea dicto, vocatur etiam Delfium à quibuſdam, eſtque ex præcipuis Hollandiæ & culta, in ea eſt monumentum Guillelmi Naſſavii Arauſiorum Principis ibi interfecti, qui provincias unitas in libertatem vindicavit auxilio Francorum, vix una leuca diſtat hac urbs ab Haga-Comitis Roterodamum verſus tribus, & totidem fere a Lugduno Batavorum in Meridiem.

Delphicum Templum, locus Galliæ Narbonenſis Straboni, ubi nunc *les Saintes Maries*, oppidulum Provinciæ ad oſtia Rhodani; ut aliquibus videtur.

Delphina insula, *l'Iſle Dauphine*, inſula maxima Africæ, in Oceano Orientali ſeu Indico, quæ aliter & ſæpius Madagaſcaria inſula dicitur. Vide ibi.

Delphinatus, *le Dauphiné* Gallis, *il Delfinato* Italis, *el Delphinad* Hiſpanis, & *das Delphinat* Germanis, provincia ampla Regni Franciæ, ubi alias pars Galliæ Narbonenſis, terminatur ab ortu Pedemontio, à Septentrione Ducatu Sabaudiæ & Breſſia, à qua ſeparatur Rhodano fluvio, ab Occidente Logdunenſi provincia, & Vivarienſi, à quibus dividitur etiam Rhodano fluvio, & à Meridie Provincia: dividitur in ſuperiorem verſus ortum, & in inferiorem ad occaſum, & alias Principes habuit proprios Delphinos dictos: ſed ejus ultimus Princeps Humbertus II. hanc provinciam Philippo Valeſio Regi Franciæ ceſſit anno 1343. die 23. Aprilis, donatione in caſtro Vincennarum prope Pariſios acta, ea lege ut in poſterum primogenitus Regis Chriſtianiſſimi filius nomen Delphini inde geſtaret, quod & ſervatum eſt. Ejus partes ſunt Principatus Brigantinus *le Briançonnois*, & Comitatus Dienſis *le Diois*, Ebrodunenſis *l'Ambrunois*, Gratianopolitana vallis *le Graiſivaudan*, & tractus Valentinenſis *le Valentinois*, Vapincenſis *le Gapençois*, & Viennenſis *le Viennois*; totius autem provinciæ primaria urbs eſt Gratianopolis ad Iſaram fluvium; erantque olim in hac regione populi Allobroges pro majori parte, Caturiges, Segalauni, Trieaſtini, & Vocontii, hinc Delphinates populi *les Dauphinois* vulgo dicti, *gli Delfineſi* Italis, ſive etiam *gli Delfinenghi* aliquando.

Delphinatus urbes præcipuæ.

Creſtidium, *le Creſt*.
Dia, *Die*.
Ebrodunum, *Ambrun*.
Fanum S. Pauli, *S. Paul*.
Gratianopolis, *Grenoble*.
Montilium Ademari, *Montelimart*.
Romani, *Romans*.
Valentia, *Valence*.
Vapincum, *Gap*.
Vienna, *Vienne*.

Delphinatus Alverniæ, *le Dauphiné d'Auvergne*, tractus Galliæ in Alvernia inferiori, cujus caput eſt *Vodable* caſtrum, inſtitutus fuit anno 1185. à Delphino filio Guillelmi V. eſtque prope Elaverem fluvium & Iſſoirium urbem.

Delphini Portus, locus Italiæ in ora Liguſtica Plinio, & Antonino, nunc eſt *Portofino* Italis, *Porto Fin* incolis & Gallis, pagus Liguriæ in ejus ora orientali, cum portu tuto & arce ſatis munita, in rupe adjacente, ſub dominio Reipublicæ Genuenſis, ut ego plurics vidi, ei adjacet promontorium dictum *il Capo di Portofino*, & 4. milliaribus diſtat à Rapallo in occaſum Genuam verſus 15.

Delpholandia, ſeu Delphorum tractus, *Delfsland*, regiuncula Belgii in Hollandiæ Comitatu, quæ aliter Moſelandia dicitur, eſtque pars Hollandiæ ſeptentrionalis verſus Delphos urbem hujus tractus præcipuam & Moſæ oſtium.

Delphorum Portus, *Delfshaven*, oppidulum tenue Belgii uniti in Hollandiæ Comitatu, prope & infra Roterodamum ad Moſam fluvium, è regione Iſſelmundæ inſulæ.

Delphorum Portus, *Delfts-behaven*, portus amplus Gronelandiæ in ejus parte occidentali, verſus fretum Daviſium, à Belgis unitis ſic dictus.

Delta, Ægypti inferioris pars Plinio & aliis, inter brachia Nili fluvii extrema, hoc eſt Canopicum ad occaſum verſus Alexandriam, & Peluſiacum ad ortum verſus Damiatum, & mare Mediterraneum ad Septentrionem contenta, incipitque verſus Meridiem à Nili ſciſſione verſus Cairum, ſic ab elemento Græco Δ cujus figuram ſitu exprimit ab antiquis dicta, regio eſt maximæ fertilitatis, olim 19. Nomis & quamplurimis oppidis & villis conſtans, teſte Plinio, quanquam ejus latitudo ſit tantum 140. mill. paſſ. ab ortu in occaſum, & multo minor à Septentrione in Meridiem, & ibi nunc pars regionis *Errif* dictæ ab incolis. Vide Ægyptus.

Delta, inſula Indiæ intra Gangem, inter oſtia Indi fluvii contenta, teſte Arriano in Periplo, & Patala ab incolis dicta, ut refert Ptolemæus, ſed quid ſit nunc non conſtat.

Delta, oppidum Deltæ regionis in Ægypto, teſte Ptolemæo, quod nunc forte *Menati* dicitur, ut colligit Ortelius ex tabula quadam Chorographica Ægypti.

Delta, urbs Thraciæ, teſte Xenophonte. Vide Delcos.

Delus, inſula maris Ægei Ciceroni, quæ aliis Delos dicitur. Vide ibi.

Delus Minor, ſic vocatur à Feſto Puteolana urbs Campaniæ, ob templum ad ſimilitudinem Deliaci ibi extructum.

Demetæ, populi Britanniæ majoris Ptolemæo, qui & Dimetæ etiam dicti fuere, unde regio Demetia dicta, cingebantur ab occaſu & Meridie mari Hibernico, horum vero termini erant ad Septentrionem Ordovices, & ad ortum Silures, eorum præcipua urbs erat Maridunum, & teſte Guillelmo Camdeno, erant ubi nunc pars occidentalis Walliæ Principatus in Anglia, volgo *Dyfed* Britannis nomine parum mutato, & *West Wales* Anglis, in qua ſunt Comitatus ſeu provinciæ Ceretica, Maridunenſis, & Penbrochienſis.

Demetrias, urbs Theſſaliæ maritima in Magneſia regiuncula Livio, & Stephano, Epiſcopalis olim ſub Archiepiſcopo Lariſſæo, poſtea metropolis, juxta ſinum Pelaſgicum, & aliquandiu regia Macedonum & navale, nunc etiam *Dimitriada* dicta, teſte Sophiano, Pagaſis proxima, 25. mill. paſſ. diſtans à Thebis Phthiotidis in ortum æſtivum, & 90. à Thebis Bœotiæ in Septentrionem Theſſalonicam verſus 100. circiter.

Demetrium, ſeu Demetrius, portus Samothraciæ inſulæ, ad promontorium ejuſdem, teſte Livio.

Demitriovia, *Demitrioff*, urbs Moſcoviæ, in Uſtiuga provincia ad Duinam fluvium, à Magno Duce Ruſſorum Demetrio condita & dicta.

Demminum, *Demmin*, oppidulum munitum Germaniæ in Pomerania citeriori, ad Panim fluvium, & in Ducatu Stetinenſi, in limite Ducatus Megalopolitani, ſub dominio Regis Sueciæ, 6. milliaribus Germanicis diſtans à Sundis in Meridiem, captum fuit ab Electore Brandeburgico anno 1676. & poſtea Suecis redditum anno 1679. mediante potenti patrocinio Regis Francorum, & pace inita ad Fanum S. Germani prope Pariſios.

Demona Vallis, *il Valle di Demona*, pars Siciliæ, & una ex tribus ejus provinciis ſic dicta, quæ aliter Vallis Nemorenſis, in Septentrionem & ortum maxime tendens verſus Calabriam; ubi urbes Meſſana, Catana, Cephalædа, Pactæ, & Tauromenium, cum monte Ætna. Vide Nemorenſis vallis.

Demonesus, inſula parva Propontidis, in ora Bithyniæ, Plinio, verſus Nicomediam urbem, Chalcitis dicta à Stephano, nunc etiam *Chalci*, teſte Petro Gyllio, cum urbe parva olim Epiſcopali ſub Archiepiſcopo Heracleenſi, quamquam ſint qui Domoneſon à Chalcite diverſam faciunt.

Demonicus, urbs Theſſaliæ, quæ & Domocus, olim Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Lariſſæo, poſtea Metropolis, teſte Curopalate, nuncque *Domochi* dicta, ut quidam volunt.

Denbiga, *Denbigh*, oppidum Angliæ in Vallia ſeptentrionali, ad amnem Cludam & ad radices rupis, paucis nunc conſtans incolis, à quo tractus adjacens Denbighenſis Comitatus vocatur; vix 10. milliaribus Anglicis diſtat ab ora maris Hibernici in Meridiem, uti 5. tantum à Fano S. Aſaphi, & 15. a Ceſtria in occaſum.

Denbighensis Comitatus, *The Denbighshire* incolis, *le Comté de Denbigh* Gallis, provincia Angliæ in Vallia Boreali, ubi alias Ordovices populi ex parte, teſte Camdeno, terminatur à Septentrione mari Verginio, ab Oriente Flintenſi & Ceſtrienſi Comitatibus, uti à Meridie Salopienſi & Montgomerienſi, & ab Occidente Mervinia & Arvonia, in longum protenditur verſus Boream & ejus unicum oppidum eſt Denbiga.

Dendra, regio parva Serviæ, quæ Neſo fluvio adjacet, teſte Cinnamo.

Dendros, inſula parva Peloponneſi, in ſinu Saronico, ad Spiræum promontorium, teſte Plinio.

Deobriga, oppidum Vettonum in Hiſpania Luſitanica, teſte Ptolemæo, ſed quid ſit hodie non conſtat.

Deobriga, municipium Autrigonum, in Hiſpania Tarraconenſi Ptolemæo, nunc forſan *Miranda de Ebro*, oppidum Caſtellæ veteris, ad Iberum fluvium, in confinio Biſcaiæ, 12. leucis a Pompeiopoli in occaſum, quanquam Ambroſius Moralis credat eſſe vicum *Puente d'Orbego* dictum in Aſturiis, longe hinc diſtantem, & aliis eſt *Vivar del Cid*.

Deobrigula, oppidum Murbogiorum in Hiſpania Tarraconenſi, teſte Ptolemæo, nunc forſan *Villorado* oppidum Ruconiæ tractus Caſtellæ veteris, ſeu in ejus viciniis.

Deodati Fanum, *S. Diey*, oppidum Galliæ in Lotharingia, ad Murtam fluvium, & ad radices Vogeſi montis, prope confinia Alſatiæ ſuperioris, 7. fere leucis à Schleſtadio in occaſum Nanceium verſus, in Vogeſo tractu, ubi Monaſterium Vallis Galileæ.

Deodatum, oppidum Pannoniæ ſuperioris in limite inferioris, ex veteri inſcriptione, nunc *Thata* Hungaris, *Dotes* Germanis, oppidum Hungariæ regni in Comitatu Komarienſi, inter Javarinum ad occaſum & Strigonium ad ortum, ſubeſt dominio Imperatoris tanquam regis Hungariæ, & Theodata etiam dicitur ab aliis.

Deorum Currus, mons Libyæ in [illegible] Nigritarum regione, in ora maris Atlantici, [illegible] Melæ, nunc eſt promontorium Palmarum, *el Cabo de las Palmas* Luſitanis, in ora occidentali Guineæ [illegible] Africa, ut exiſtimant recentiores, quanquam [illegible] & Floriano, ſit *la Sierra Liona* in eadem [illegible].

Deorum Insulæ, in Hiſpania Tarraconenſi, Ptolemæo, nunc *las Iſlas de Vayona* di[illegible] *les Iſles de Bayonne* ô Gallis, ſuntq[illegible] ni Occidentalis in ora Gallæciæ regni, [illegible] Morali, & Ortelio, ante B[a]ionam urbem [illegible] & leucis ab oſtio Minii fluvii in Septentrionem, [illegible] dictæ fuere ab aliis.

Deorum Portus, oppidum Mauritaniæ Cæſarienſis, Straboni, & Ptolemæo, Portus D[eor]um Antonino, nunc *Mazzagran* dictum, & Arabice *Bereyia*, oppidum regni Algerii in Teleſino tractu, prope oſtia fluvii Selef, & 40. mill. paſſ. à Quiza in ortum, teſte Marmolio.

Deppa, & Depa *Dieppe*, urbs Galliæ probe munita, in Normannia provincia, cum portu capaci in ora littorali maris Britannici, ad Arci fluvii oſtia, in Caletenſi tractu, eſtque emporium celebre, cum arce valida in colle, 12. leucis diſtans a Rothomago in Septentrionem, & 18. à Portu Gratiæ in ortum, hinc Deppenſis nomen gentis, *Dieppois* vulgo.

Dequinum Regnum, *le Royaume de Deghim*, regio Africæ in Nubia, prope Tacazum fluvium, & verſus confinia Abaſſiniæ, inhabitaturque à populis *Baullons* dictis, teſte Baltazaro *Tellez* Luſitano.

Darangæ, populi ex Plinio libro 6. pro Drangæ. Vide ibi.

Derae, urbs Aſiæ minoris in Lycaonia regione, Ptolemæo, quæ Derbia dicta fuit à Stephano, alias Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Antiochiæ Piſidiæ, in Cappadociæ & Piſidiæ confinio, nunc *Dervaſe* dicta, teſte Leunclavio, eſtque verſus montes 40. mill. paſſ. diſtans ab Iconio in Auſtrum, & 30. ab Iſaora in ortum, uti 80. ab Antiochia Piſidiæ, eam tamen jacere Andreas Thevetus teſtatur.

Derbentium, *Derbent*, urbs regni Perſiæ, ſic dicitur à voce Perſica quæ quidem portam vinculi ſeu Strictam ſonans, idem notat quod Græcis anguſtum per montes tranſitum; ſita eſt in Schiruania provincia & in ora maris Caſpii, in ipſo limite ditionis Tartarorum Daghestaniæ, centum fere mill. paſſ. a Seamachia in Septentrionem, cum arce in colle adjacenti, ampla eſt ſed male culta, & hic eſt tranſitus ordinarius è Perſia in Moſcoviam, eamque pluribus deſcripſit Adam Olearius qui illas partes nuper luſtravit.

Derbiccas, populi Aſiæ, ad fauces maris Caſpii, ut Strabo ſcribit, ad Oxum fluvium, teſte Plinio, incolentes.

Derbices, populi Libyæ interioris, à Ptolemæo memorati.

Dercé Fons. Vide Dircenna.

Dercos, urbs Thraciæ, Epiſcopalis olim ſub Archiepiſcopo Heraclienſi, nunc *Dercon*. Vide Delcos.

Dere, urbs & emporium Æthiopiæ in Trogloditica regione, Ptolemæo, Dire Straboni, ad fauces ſinus Arabici, in promontorio cognomine, quid ſit hodie non conſtat, cum nulla ſit urbs in his faucibus, promontorium autem *el Cabo Caliſſin* dicitur ab Ortelio, *el Cabo Roſbel* vero à Nautis Luſitanis, Arianus in ſuo Periplo videtur hunc locum Avalitem nuncupare.

Deremistæ, populi Illyrici mediterranei, Plinio, quorum urbs *Drivaſto* putatur, à Scodra 7. mill. paſſ. diſtans in Auſtrum, teſte Hermolao.

Dergus, *Logh Derg*, Lacus Hiberniæ in Momonia provincia, ſupra Limericum. & à Shenano fluvio effectus, qui male *Dirgh* dicitur in tabulis, eſtque ſatis extenſus.

Dergus, *Logh Derg*, id eſt lacus ruber, lacus parvus Hiberniæ in Ultonia provincia, & in Fermanagenſi Comitatu, in cujus inſulula *Regles* dicta ineſt antrum dictum S. Patricii purgatorium, de quo mira narrant indigenæ.

Deria, *Dery*, urbs Hiberniæ inſulæ in Ultonia provincia, & in agro ſive Comitatu Deria, quæ & Londino-Deria dicitur, *London-Dery* vulgo, à colonia nimirum Londino deducta ſæculo elapſo, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Armachano, in inſula *Inis-Owen*, ejus Epiſcopus primum ſedem habuit Ardsrathæ ad Dergum fluvium, deinde ſedes Epiſcopalis Magheram translata fuit, unde Epiſcopi dicti ſunt Rathlurienſes, tandem conſtituta ſedes Deriæ anno 1164. & ei ſedes Rathlurienſis conjuncta fuit, teſte Waræo.

Deria, *Dery*, ſive etiam *Londondery*, Comitatus ſive tractus Hiberniæ inſulæ in Ultonia provincia, qui alias *Dairecalgaic* dictus fuit, nunc autem Deria vocatur ab urbe ejus primaria, eſtque inter Oceanum ad Septentrionem, & Dungalenſem Comitatum ad occaſum, Antrimenſem Comitatum ad ortum, & Tironenſem ad Meridiem, ubi ab aliis ponuntur Colranenſis & Tironenſis Comitatus ſuperior.

Dermuta, & Derræ oſtium, *Dertmouth*, oppidulum Angliæ, cum portu capaci in Devonia provincia, quem caſtra duo defendunt, ad oſtia fluvii Derræ, *Dert* in mare Britannicum, 28. mill. paſſ. ab Exonia in Meridiem.

Derpatensis Palatinatus, ſive præfectura, *Wojewodztwo Derpskie* Polonis, tractus Livoniæ in Eſtonia provincia, ſic dictus à Derpato ejus urbe præcipua dum Polonis ſuberat, ſed ex quo Suecis ſubeſt Palatinatus extinctus fuit, & nunc vocatur Derpatenſis circulus.

Derpatum, ſeu Torpatum, *Derpt* incolis, *Juryowgorod* Moſchis, urbs Livoniæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Rigenſi, ad fluvium Becerum, *Embeck*, cum arce munita, in regiuncula Oldenpoa dicta, inter lacus Werczerum & Peibum, verſus Moſcoviam. Paret Suecis multis abhinc annis; eſtque munita, cum Academia anno 1632. inſtituta à Guſtavo Adolpho Rege.

Derra, urbs Macedoniæ in Paraxia tractu Plinio. Derris Ptolemæo, ad ſinum Toronaicum, Toronæ vicina, ab ea aliquot milliaribus in ortum diſtans, nunc forſan *Deterra* ex tabulis recentibus.

Derrhis, promontorium Marmaricæ Ptolemæo, in ora inter Alexandriam ad ortum & Parætonium ad occaſum, nunc *Deroas* dicta in regno Barcæ, teſte Marmolio.

Derssavia, ſeu Czevum, *Dirſchow*, oppidulum Poloniæ in Pruſſia Regia, ad Viſtulam fluvium. Vide Dirchovia.

Derris, urbs Macedoniæ, inter Axium & Peneum flumina, in ora, teſte Mela.

Derrium, *Derry* & *Londondery*, urbs Hiberniæ in Ultonia, dicitur etiam Derræ & Deria, & reſtaurata fuit à civibus Londinenſibus ſæculo elapſo. Vide Deria.

Dertona, Colonia & urbs Liguriæ in Gallia Ciſalpina Plinio, Dertou Straboni, nunc *Tortona* incolis, *Tortone* Gallis, urbs Italiæ in Ducatu Mediolanenſi, ad Iriam fluvium non longe decurrentem, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Mediolanenſi, à Friderico Ænobarbo Imperatore everſa, a Mediolanenſibus reſtaurata fuit, ſed nunquam ad priſtinam rediit magnitudinem, capta fuit à Gallis anno 1642. ſed poſtea recepta ab Hiſpanis anno ſequenti ipſis etiam ſubeſt, arcem habens in colle ſatis munitam anno 1554. extructam. eſtque caput agri Dertonenſis ab ea dicti, vix 8. milliaribus diſtans à confinio ditionis Genuenſis in Septentrionem Padum fluvium verſus totidem, & 10. ab Alexandria in ortum Ticinum verſus 25. & Placentiam 45. dicitur etiam Terdona a quibuſdam.

Dertonensis Ager, *il Tortoneſe* incolis, *le Tortonois* Gallis, tractus Italiæ in Ducatu Mediolanenſi, ab Apennino monte ad Padum fluvium extenſus, terminatur ab ortu Ticinenſi agro, à Septentrione Lumellina parte agri Ticinenſis mediante Pado, ab occaſu Alexandrino agro, & partim etiam ditione Genuenſi, à qua etiam terminatur ad Meridiem, ſubeſt dominio Hiſpanorum, & ſic dicitur à Dertona ejus primaria urbe, hinc Dertonenſes, *li Tortoneſi* vulgo.

Dertosa, urbs Illercaonium in Hiſpania Tarraconenſi, Ptolemæo, Dertoſſa Straboni, Detruſa Plinio, nunc *Tortoſa* incolis, *Tortoſe* Gallis, urbs Cataloniæ Principatus, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Tarraconenſi, ſatis munita ad Iberum fluvium, qui 3. leucis Hiſpanicis infra in mare Balearicum ſe exonerat. Vi capta fuit à Gallis anno 1649. ſed poſtea recepta ab Hiſpanis, caſtrum habens ſatis firmum in colle cum ponte ad Iberum fluvium, ſed deficit in dies, eſtque ſatis parva, 4. leucis diſtans à confinio Regni Valentiæ in ortum Tarraconem verſus 13. & 14. ab Ilerda in Meridiem. Populi Dertuſani Plinio.

Derventio, fluvius Britanniæ majoris, ex itinerario Antonini, nunc *Darwent*, fluvius Angliæ in parte orientali Eboracenſis provinciæ, in fluvium Urum effluit, & cum ipſo poſtea in Abum æſtuarium cadit, teſte Camdeno.

Derventio, oppidum Brigantum in tractu Pariſiorum, in Britannia majori Antonino, nunc interpretantur vicum *Auldby* dictum, id eſt antiqua habitatio in Anglia, in parte orientali provinciæ Eboracenſis, ad fluvium etiam Derventionem, 7. mill. paſſ. diſtans ab Eboraco in ortum hybernum Hullum verſus, teſte Camdeno, & duobus milliaribus infra, nempe ad locum *Stanfordbridge* dictum, Haraldus Angliæ Rex Haraldum Norwegum qui 200. navibus Angliam infeſtabat magna Danorum ſtrage interfecit, & hoc prælium vix novem dies ante Guillelmi Normanni adventum confectum eſt.

Dervum, *Montirandel*, ſive & *Montierainé*, caſtrum Galliæ cum Abbatia in Campania provincia, & in Partenſi tractu, ad fluviolum *la Voire*, 7. leucis à Victoriaco Francico in Meridiem.

Desensanum, *Deſenzano*, oppidulum Italiæ, in dominio Veneto, & in agro Brixiano, in ora lacus Benaci, valde lepidum, dicitur melius Decentianum. Vide ibi.

Deserta, *la Deſierta*, inſula parva Aſiæ in Oceano Orientali, & una ex Latronum inſulis, incolis vacua reperta ab his qui illam detexerunt, unde ei nomen inditum fuit.

Deserta, *la Iſla Deſierta*, inſula Africæ in Oceano Atlantico, verſus Maderam inſulam, a qua ſeptem leucis tantum diſtat, eſtque parva & deſerta, unde nomen ei inditum fuit.

Deserta Boiorum, tractus Norici Straboni, olim per Noricum Pannoniam ſuperiorem uſque protenſus, nunc *Wiener-waldt* dictus, ſive ſylva Viennenſis in Auſtria inferiori, teſte Lazio, eſtque duplex, dictus nempe *Ober Wienerwaldt* id eſt tractus ſuperior, qui ad occaſum, & *Unter Wienerwaldt* id eſt tractus inferior, qui ad ortum verſus Hungariam.

Desertum, *le Deſert*, regio Aſiæ & pars maxima Arabiæ d[illegible] ad occaſum, in via inter Alepum & Bagdadum & Balſoram, duplex eſt nempe magnum & parvum & de eo plura ſcribunt multi recentes qui nu[illegible] illuſtrarunt [illegible] Petrus a Valle, Thevenotius, & Tavernerius [illegible].

Desertum, *Zaara* incolis, *le deſert*, ou *le Zaara* Gallis, regio perampla Africæ ab ortu in occaſum extenſa, & ſic dicta quod maxima parte deſerta

ta & inculta jaceat, vocatur ſæpius Zaara. Vide ibi.

Desertum Lop, *le Deſert de Lop*, regio Aſiæ in Tartaria magna, quæ ab indigenis *Xamo* dicitur, oblonga & ab ortu æſtivo in occaſum hybernum extenſa, verſus confinia Sinarum regionis, ſed deſerta & omnino ſterilis.

Desiderata, *la Deſirade* Francis, *la Deſeada* Hiſpanis, inſula Americæ ſeptentrionalis, & una ex Antillis. Sic dicta fuit à Chriſtophoro Columbo, qui primus eam detexit, cum iterum in Americam tenderet. Subeſt Francis, diſtatque 10. leucis ab inſula Guadalupia in Orientem. Eſt parva, ſed fertilis & probè culta, cum aliquot coloniis Francorum.

Desideratum Caput, *el Cabo Deſſeado*, promontorium Americæ meridionalis in terra Ignium, ad fauces freti Magellanici, verſus mare Pacificum.

Desideratum Caput, *el Cabo Deſſeado*, promontorium Aſiæ in parte meridionali Terræ Nigrorum, in Mari Indico.

Desideriopolis, *S. Dizier*, urbs Galliæ in Campania provincia, ad Matronam fluvium. Vide Fanum S. Deſiderii.

Dasitiates, populi fuere Illyrici, in Dalmatia, teſte Plinio.

Desmonia, *the Deſmond*, tractus Hiberniæ, in Momonia provincia in Meridiem maximè excurrens. Alluitur Oceano ab Occidente & a Meridie, ad ortum habet Corcagienſem Comitatum, cujus pars eſt & ad Septentrionem Kerrienſem Comitatum. Ibi forſan alias Iverni populi, ſed nullum habet oppidum alicujus nominis.

Daspopatus, *il Deſpotato*, provincia Græciæ, olim Ætolia dicta, ſub dominio Turcarum, ſic dicta à Deſpotis, quâ voce Principes ejus appellabantur ante duo ſæcula, teſte Leunclavio. Vide Ætolia.

Dessavia, *Deſſaw*, oppidum munitum Germaniæ, in Saxonia ſuperiori, Principatus Anhaltini caput, ad Albim fluvium, ubi recipit Multam, medium inter Vittebergam ad ortum, & Magdeburgum ad Septentrionem, 4. milliaribus Germanicis a Bernaburgo in ortum. Arcem habet nobilem, in qua ſedes unius ex Principibus Anhaltinis.

Deva, fluvius Britanniæ majoris Ptolemæo, nunc *Dee* dictus, fluvius Angliæ, oritur in Wallia ſeptentrionali, & in Mervinia Comitatu, deinde per Denbighenſem Comitatum fluens in Boream, paulo poſt ad Ceſtriam urbem, quæ ex eo Devana nominatur, in æſtuarium *Dee* dictum excipitur, & cum ipſo in mare Hibernicum cadit, & *Dyfy* Britannice dicitur, teſte Lhuydo.

Deva, fluvius Vardulorum in Hiſpania Tarraconenſi, Melæ nunc *Deva* dictus, teſte Garibaio, oritur ex montibus Seguræ, & in Boream fluens per Ipuzcoam provinciam, in Oceanum Cantabricum ſe exonerat ad Devam oppidulum *Deva*, quod portu gaudet ſatis tuto in dicta provincia, prope Motricum, 6. leucis à Fano S. Sebaſtiani in occaſum Bilbaum verſus, & 3. a Placentia in Septentrionem.

Deva, *la Dee*, fluvius Scotiæ meridionalis, in provincia Gallovidia. In mare Hibernicum labitur 16. milliaribus Anglicis a Monæda inſula in Septentrionem, totidem à Carbantorigo in occaſum, & 12. à Leucopibia in ortum.

Deva, quæ & Legio XX. victrix, urbs Cornaviorum in Britannia majori Antonino, Devana Ptolemæo, & urbs Legionum, nunc Ceſtria dicta, vulgo *Cheſter*, urbs Angliæ, Comitatus cognominis caput, quæ etiam *Weſt Cheſter* dicitur [illegible], & alias à Saxonibus *Legeceſter*, & Britannis *Caer-Legion*, & *Caer-Leon ar Dufyr Dwy* teſte Camdeno, emporium eſt celebre, & urbs Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Eboracenſi, ex præcipuis regni, figuræ quadratæ, caſtrum habens munitum, cum portu capaci ad oſtia Devæ fluvii ubi æſtuarium efficit, in limite Walliæ Borealis, & 16. mill. paſſ. ab ora maris Hibernici in ortum. Vide Ceſtria.

Devana, urbs Vernicomum populorum in Britannia majori Ptolemæo, quæ melius Denana, teſte Camdeno, id eſt Denæ oſtium, nunc creditur *Aberdeen* incolis, *Aberdon* Gallis, urbs Scotiæ regni in Marria provincia, ad oſtia fluvii Denæ ſeu Deæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Andreapolitano, & Academia celebris. Vide Aberdonia.

Devana, ſeu Deuana, vel ex antiqua inſcriptione, Divana legio xx. Victrix, colonia & urbs Britanniæ majoris in Cornaviis Ptolemæo, quam Guillelmus Camdenus cum Deva (quæ Ceſtria eſt) confundit. Vide Deva.

Devanum Regnum, *le Royaume de Devano*, tractus Japoniæ in Ochia regione Niphoniæ, & in ejus parte Boreali, inter Aquitam regnum ad Septentrionem, & Nivatani regnum ad Meridiem, oppidum habens primarium cognomine, teſte Cardino.

Deucaledonius Oceanus, Ptolemæo, ſeu ut in codice Græco legitur, Duecaledonius, & mare Deucaledonium vel Caledonium, ab Anglis & Scotis etiamnum dicitur *The Deucalidon Sea*, à Gallis *la Mer d'Eſcoſſe*, & etiam *l'Ocean Caledonien*, eſtque pars ampla Oceani ſeptentrionalis, partem Borealem Hiberniæ, ac occidentalem & ſeptentrionalem Scotiæ circumrigans, ad Iſlandiam uſque percurrens.

Develton Stagnum, palus Thraciæ prope Develtum urbem, Plinio, nunc *la Stagnara* dicitur ab Italis, teſte Nigro, ſed de ejus nomine proprio altum inter recentiores ſilentium.

Develtus, urbs Thraciæ Ptolemæo, Develton Plinio, Deſeltum Antonino, Dibaltum Ammiano, in Selletica tractu ad Panyſum fluvium, nunc etiam *Develto* Græcis, teſte Sophiano, & *Zagoria* ſeu *Zagora* Bulgaris, teſte Curopalate, olim Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Hadrianopolitano, poſtea etiam Archiepiſcopalis effecta, 24. mill. paſſ. diſtat ab Anchialo, & ab ora Ponti Euxini in occaſum, à Bergolis [illegible] in Septentrionem, ut 80. fere ab Hadrianopoli.

Devia, ſive Dewia, fluvius Britanniæ [illegible], nunc *Bladnoch*, in Scotia meridionali, ad Candidam Caſam ſive Leucopibiam urbem in mare Hibernicum cadens, teſte Ferrario.

Devonia, *the Devonshire*, & per eliſionem vulgo *Donſhire* incolis, *le Comté de Devon* Gallis, provincia Angliæ regni, verſus Meridiem & occaſum extenſa, unde etiam pars cenſetur Angliæ occidentalis, & in ea erant olim Damnonii populi ex parte, teſte Camdeno, terminatur ab ortu Dorſetia & Somerſetia provinciis, ab occaſu Cornubia, à Septentrione mari Hibernico, & à Meridie mari Britannico, & ejus præcipua urbs eſt Exonia.

Devona, urbs Germaniæ Ptolemæo, nunc teſte Petro Appiano, eſt *Neumarckt*, oppidum Palatinatus ſuperioris in Nortgoia provincia, in limite Franconiæ, 7. milliaribus Germanicis diſtans à Ratiſbona in occaſum æſtivum Norimbergam verſus 5. ſub dominio Ducis Bavariæ.

Deuriopum, tractus & oppidum fuit Macedoniæ, in Pæonia, ad Erigonem fluvium, Livio, Deuriopus Straboni, & Duriopos Stephano.

Devus, *Dyfi* vel *Dovy*, fluvius Angliæ, in Wallia, cujus oſtia ad Aberdyſum vel Aberdovum oppidum, Merviniæ Comitatus.

Dia, inſula maris Cretici Straboni, & Ptolemæo, nunc *la Standia* Sophiano, & aliis, parva eſt admodum ante Matium urbem ſeu Candiam, ab ea 10. mill. paſſ. diſtans in Boream cum duplici portu & caſtro diruto in colle, ſed deſerta manet.

DIA, oppidum fuit Theſſaliæ mediterraneum, teſte Stephano, cujus populi Dienſes à Plinio dicuntur.

DIA, urbs Galliæ Narbonenſis, Epiſcopalis, cujus fit mentio in libris Conciliorum, nunc *Die*, in Delphinatu. Vide Dea.

DIABATE, inſula Sardiniæ, in ora occidentali Ptolemæo, prope Hermæum promontorium, parva admodum, nunc *Felnga* dicitur, Cluverio & aliis teſtibus, 20. milliaribus diſtans à Tilio in Meridiem, uti 25. à Gorditano promontorio, & 28. ab Herculis inſula, & Diabete dicta fuit a Stephano.

DIABLINTES, ſeu Diablintres Cæſari, populi fuere Galliæ Celticæ, qui & Aulerci Diablintes dicti, quorum tractus ſeu provincia nunc *le Perche* vocatur, inter Belſiam ad ortum & Cenomanenſem provinciam. Eorum caput Noviodunum, vulgò *Nogent le Retrou.* Sunt tamen qui credant Diablintes ſeu Diablintres fuiſſe in Britannia minori, prope Dolam urbem, *Dol*, ubi aliquot agri *les Diablintes* dicti, & familiæ *les Diables*; quidquid ſcribat Marlianus eos fuiſſe juxta Fanum S. Pauli urbem Britanniæ minoris.

DIACHERSIS, oppidum Cyrenaicæ regionis, Ptolemæo, in ora littorali maris Mediterranei, ad Septentrionem, prope Berenicem urbem & Boreum promontorium, nunc *Carcora* dicta, ut exiſtimat Marmolius.

DIACOPENA, & Demoliſena, vel Pimoliſena, regiuncula Cappadociæ, Straboni, inter Halym & Irim flumina.

DIAGON, fluvius parvus Peloponneſi, qui Piſæam regionem ab Arcadia dividens, & in Meridiem decurrens, Alpheo excipitur, teſte Pauſania.

DIANAPOLIS, urbs Moëſiæ inferioris, cujus meminit Cantacuzenus.

DIANÆ FANUM, oppidum Bithyniæ, Ptolemæo, in Aſia minori, quod poſtea Chryſopolis, nunc *Scutari*, è regione Conſtantinopoleos, ex altera parte Boſphori Thracii, Chalcedoni proximum ab ea paululum recedens in Boream, teſte Sophiano.

DIANÆ FONS, in Sicilia, Solino teſte, nunc *Favara* dicitur à Cluverio, prope vicum *Santa Croce* in valle Netina, amnem cognominem efficit, qui 4. milliaribus infra in mare Africum ſe exonerat ad Buccam promontorium, prope Camarinam, quanquam *il Paradiſo* ſit Fazello.

DIANÆ ORACULUM, urbs Arabiæ fœlicis, Ptolemæo, inter Didymos montes ad occaſum, & Corodamum promontorium ad ortum, in ora maris Erythræi, nunc forſan *Curiale*, ut exiſtimat Moletius.

DIANÆ PORTUS, in Corſica inſula Ptolemæo, nunc *lo Stagno di Diana* dicitur ab incolis, *l'eſtang de Diane* Gallis, eſtque verius ſtagnum in ora orientali inſulæ, ubi in mare Tyrrhenum ſe exonerat, prope Aleriæ urbis rudera, teſtibus Moletio & Cluverio, aëris gravioris, & ejus oſtium nunc arena oppletum eſt, ideoque caret portu in præſentia, 22. mill. paſſ. diſtans à Curia in ortum, & intus late ſatis diffunditur.

DIANUM, inſula Italiæ in ora Thuſciæ, Plinio, nunc *Gianuti* dicta, teſte Nigro, inſula eſt territorii Senenſis in mari Tyrrheno, ſub dominio magni Ducis Hetruriæ, parva eſt & ſatis montuoſa, ſed ob piratas fere deſerta, caſtrum habens tantum in colle, contra Coſanum littus & montem Argentarium, a quo 8. milliaribus tantum diſtat in Meridiem, uti 10. ab Ægilio inſula in ortum.

DIANIUM, ſeu Diana, *Diano*, caſtrum Liguriæ in ejus ora occidentali, ſub dominio Reipublicæ Genuenſis, prope Uneliam, & 28. mill. paſſ. ab Albintemelio in ortum Albingaunum verſus 9.

DIANIUM, ſeu Dianum, *Diano*, caſtrum Montisferratenſis Ducatus, in Albenſi tractu, 2. milliaribus ab Alba Pompeia recedens in Meridiem, in monte ſitum & vino abundans, alias ſub dominio Ducis Mantuæ, nunc vero Duci Sabaudiæ parens, ab anno 1630. pace ad Claraſcum ſancita.

DIANIUM, oppidum Conteſtanorum in Hiſpania Tarraconenſi, Plinio, & Ptolemæo, Artemiſium dictum à Strabone, olim Dianæ Fano celebris à quo Dianium vocatum fuit, teſte Nonnio, nunc *Denia*, oppidulum regni Valentiæ in ora maris Mediterranei & ſinus Sucronenſis, in colle ſitum cum portu cognomine, alias fuit Epiſcopalis urbs ſub Archiepiſcopo Toletano, ſed dignitate illa Maurorum tempore ſpoliata; & antiquiſſima traditur, à Phocenſibus condita, nunc oppidum eſt ſub utili dominio Ducis Gandiæ è gente Borgia, eſtque medium inter oſtia Sucronis fluvii ad Septentrionem, & Artemiſium promontorium ad Meridiem 4. leucis inde diſtans uti a Gandia, 9. ab Alone in ortum æſtivum, & 8. à Sætabi in ortum.

DIANIUM, & Dianum, oppidulum Lucaniæ, nunc *Diano*, caſtrum regni Neapolitani in Principatu Citeriori, prope Silarum fluvium, à Salerno 36. mill. paſſ. in ortum hybernum, uti 20. à Caputaqueo Padulam verſus 8. & 13. à Policaſtro in Boream, & ibi perſæpe commoratur Epiſcopus Caputaquenſis.

DIANIUM, promontorium Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Conteſtanis, quod Ferraria & Artemiſium dicitur, Straboni, & Plinio, nunc *el Cabo Martin*, & ejus pars media *la Punta del Emperador*, eſt in regno Valentiæ, 4. leucis à Dianio oppido à quo nomen ſortitur, in mare Mediterraneum excurrit inter ſinus Sucronenſem ad Septentrionem, & Illicitanum ad Meridiem, contra Ebuſum inſulam à qua 12. leucis diſtat in occaſum Alonas verſus 9. circiter.

DIANÆ PROMONTORIUM, in Illyrico, nunc *il Capo di S. Georgio*, ſive *il Capo di Spalato* dictum in Dalmatia, & in ora ſinus Veneti, 10. mill. paſſ. à Bua inſula diſtans in ortum.

DIARBECHIA, *le Diarbeck*, ſeu *Diar-Becbir*, regio Aſiæ, ſic dicta quaſi regio *Becr* ducis, inter Euphratem fluvium ad occaſum & Tigrim ad ortum comprehenſa, ubi alias Meſopotamia, aliquando etiam dicta *Al Gieſira*, id eſt inſula, ab Orientis Geographis, dividitur autem in quatuor partes, quorum nomina ſunt *Diar-Becr* propria, quæ regio eſt à Tigris occidentali latere protenſa per montes Niſibis, terminos planitiei non excedens, & ejus caput eſt Amida *Caramit*: *Diar-Modzar*, regio quæ fere in planitie eſt poſita, circa occiduas partes Euphratis, cujus præcipua Racca *Rakka*: tertia regio *Diar-Rabea*, quæ medio loco inter urbes *Moſul*, *Chabour*, & *Raſolin*, cujus primaria eſt Niſibis *Niſibin*: & quarta *Diar-Algiezira* complectitur quicquid Meſopotamiæ reliquum eſt extra trium dictarum limites; & ejus caput eſt Ninive nova, *Moſul* ſeu *Mauſil*, teſte Gollio in notis ad Alferganum, & omnis regio nunc ſubeſt dominio Turcarum à ſeculo & ultra. Vide Meſopotamia.

DIARRHOEA, portus Cyrenaicæ regionis, Ptolemæo, verſus Syrtim magnam & Africæ propriæ confinia, inter Drepanum & Boreum promontoria, nunc *Zanara*, teſte Marmolio.

DIAS, urbs Lyciæ in Aſia minori, teſte Stephano.

DIAULIA, urbs Phocidis mediterranea, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Athenienſi, cujus fit mentio in libris Conciliorum, & Delphis finitima ab eis in ortum recedens, vocatur à Ptolemæo Daulis. Vide ibi.

DIAULITÆ, populi Galliæ Celticæ, in Britannia minore Ptolemæo. Vide Diablintres.

DICÆA, urbs Campaniæ Stephano, quæ Dicæarchia Plinio, & Dicarchia Silio. Vide Puteoli.

DICÆA, oppidum Thraciæ, ad Biſtonidem lacum.

& aliud apud Thermæum ſinum in Macedonia, teſte Plinio.

Dictamnum, oppidum Cretæ inſulæ, Ptolemæo, quod Dictynna dicitur à Strabone, nunc eſt vicus *Dictamo*, in ora ſeptentrionali inſulæ, teſte Pineto, in territorio Cydoniæ, inter Cydoniam ad ortum, & Ciſamum ad occaſum.

Dicte, mons Cretæ inſulæ Straboni, & Ptolemæo, qui Dicteus Plinio. *Laſſiti* nunc dicitur, & *il Monte di Setia*, teſte Bellonio, eſtque in parte orientali Cretæ inſulæ, & pro maxima parte in territorio Cytæi in longum extenſus, inter Gnoſſi rudera ad occaſum & Samonium promontorium ad ortum, ſub dominio Turcarum, dividiturque in duo brachia quorum alterum procurrit ad Samonium promontorium, aliud vero in Septentrionem. Illic Jovem nutritum ferunt qui propterea Dictæus cognominatus.

Dictum, oppidum Ordovicum in Britannia magna, ex libro Notitiarum, fuit *Diganwey*, oppidum Walliæ ſeptentrionalis in Comitatu Denbighenſi, & in ora maris Hibernici ad oſtia Conovu, quod ante aliquot ſæcula fulminis ictu deflagravit, & vix ejus cernuntur rudera, teſte Speedo.

Dictynna, oppidum Cretæ Straboni, unde mons Dictyonæus. Vide Dictamnum.

Didaci Roderici insula, *la Iſla de Diego Roiz* Luſitanis, *l'Iſle de Digarois* Gallis, inſula Africæ, in mari Æthiopico, verſus Mauritiam inſulam, & ad ortum Madagaſcariæ, à Didaco Roderico Loſitano, qui primus eam detexit, nomen ſortita, ab aliis dicitur Jacobi Roderici inſula.

Didattium, ſeu Ditattium, urbs Sequanorum in Gallia Celtica, cujus meminit Ptolemæus, ſed quid ſit hodie non conſtat, quamquam varii variè interpretentur. ſunt qui Dolam urbem Comitatos Burgundiæ ad Dubim fluvium credant, teſte Ortelio.

Didancanna, oppidum Bithyniæ mediterraneum, Ptolemæo, nunc *Candria*, teſte Leunclavio.

Didyma, inſula maris Ægei, inter Cyclades, Stephano, quæ Didymæ Ovidio, Scyro, Andro, Oliaroque vicina, ſed parva admodum.

Didyme, inſula Siciliæ, una Æoliarum, Ptolemæo, & Antonino, Latine Gemella à forma ſic dicta Straboni, hodie *le Salme*, teſte Fazello, circuitus eſt 12. mill. paſſ. vini & aluminis ferax, ejus meminit Ovidius, & juxta ipſam Belgæ uniti magna clade affecti fuere à Gallis anno 1676. & diſtat 8. milliaribus à Lipara in ortum æſtivum.

Didyme, oppidum erat inſulæ Gaditanæ, ab urbe 10. ſtadiis diſtans, teſte Strabone.

Didymoteichos, urbs Thraciæ, olim Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Trajanopolitano, poſtea etiam metropolis, ſedet in monte ad Hebrum fluvium qui illam ambit, uti legitur in Niceta, nunc *Dimotuc* dicta, teſte Leunclavio, hic natus Bajaſethes Turcarum Imperator, eoque ſeceſſit Imperio depoſito.

Didymus, mons Phrygiæ Ptolemæo. Vide Dindymus.

Diemeni Regio, *het landt van Diemens* Belgis, *le païs de Dime* Gallis, pars terræ Auſtralis detecta ab Abele Taſmano Belga die 24. Novembris anno 1642. & ab ipſo ſic dicta in honorem Antonii Diemeni præfecti Societatis Indiæ Orientalis pro Belgis unitis, unde dicitur etiam Antonii Diemenii regio, ſed an ſit inſula aut continens nondum conſtat, cum tantum oram ejus ſeptentrionalem luſtrarint, & in ea eſt ſinus Friderici Henrici dictus.

Diensis Comitatus, *le Diois*, tractus Galliæ in Delphinatu, ſic dictus a Dia ejus urbe primaria, extenditur inter Gratianopolitanam vallem ad Septentrionem, Vapincenſem tractum ad ortum, & Meridiem, & Valentinenſem agrum ad occaſum, ibique erant olim Vocontii populi, alias Principes habuit proprios e Pictavenſi familia, ſed anno 1391. venditus fuit Carolo VI. Regi a Ludovico Pictavenſi ejus ultimo Comite, ſicque Galliæ perpetuo unitus fuit, hinc Dienſes populi, *les Diois* vulgo.

Diepholta, *Diepholt*, oppidum eſt Germaniæ, in Weſtphaliæ circulo, ditionis adjacentis ſeu Diepholtenſis Comitatus caput, ſub dominio Ducis Brunſvicenſis, ad Huntium amnem, cùm exit ex Dummera lacu; eſtque medium inter Bremam & Oſnabrugum ad Meridiem, malè habitum fuit ad Septentrionem bello Germanico tricennali, ſed nunc in dies reſtauratur.

Diepholtensis Comitatus, *das Graffchaft von Diepholt* incolis, *le Comté de Diphol* Gallis, tractus eſt Germaniæ in Weſtphalia, aliàs ſub proprio Comite, nunc ſub dominio Ducis Brunſvico Cellenſis, ex quo obiit anno 1585. Fridericus Diepholtenſis Comes ultimus, extenditur inter Epiſcopatum Monaſterienſem ad occaſum, & Comitatum Hoienſem ad ortum, oppidum habens primarium cognomine.

Dierrlemeni, populi Slavi verſus Ruſſiam & Boryſthenem fluvium extenſi, quorum meminit Conſtantinus de adminiſtratione Imperii.

Dierna, oppidum Daciæ, Ptolemæo, nunc *Torda* dicitur ab incolis, *Torrenburga* Germanis, teſte Lazio, eſtque oppidum Tranſylvaniæ ad amnem *Aranyos*, tribus milliaribus Germanicis diſtans a Claudiopoli in ortum, & 6. ab Alba Julia in Septentrionem.

Diessenhovia, ſeu Diſſenhovia, *Dieſſenhofen*, oppidum Helvetiæ, cum ponte ad Rhenum fluvium in Turgoia tractu, uno milliari Germanico infra Stenium in occaſum Schafhuſiam verſus idem, & vix duobus à Duellio in Meridiem.

Diesta, & Diſtemum, *Dieſt* incolis, *Diſt* Gallis, oppidum Belgii alias munitum in Brabantiæ Ducatu, ad Demeram fluvium, ſub dominio ut Principis Auraici, in ditione tamen Hiſpanorum, in confinio ditionis Leodienſis, 2. leucis diſtat ab Ariſcoto in ortum, uti quatuor à Lovanio.

Diethmellum, & Thietmellum ſeu Dethmoldia, *Dethmold* & *Diethmold*, oppidulum Germaniæ in Weſtphalia, cum caſtro in quo commorantur Comes Luppiæ in tractu Lemgovienſi, & olim Teutoburgium fuit dictum, juxta quod contigit clades Variana Romanis illata. Vide Teutoburgium.

Dietia, *Dietz*, oppidulum Germaniæ in Wetteravia tractu Circuli Rhenani, ad Loganum fluvium caput eſt Comitatus cognominis cum caſtro, ſub dominio Comitis Naſſovio Dillenburgici, 4 milliaribus Germanicis diſtans à Confluentis in ortum.

Digentia, fluvius parvus Sabinorum, Horatio, nunc *il Rio del Sole*, fluvius in agro Reatino oriens, ac in Tiberim fluens per Fabarim & Fanum Vacunæ.

Dila, ſeu Dilis, portus Deſuviatum in Gallia Narbonenſi, Antonino, nunc teſte Honorato *Bouche le Port de Verdon* in Provincia, & in ora maris Mediterranei, 5. leucis diſtans à Maſſilia in occaſum Martiginam verſus.

Dillinga, *Dilinghen*, oppidulum Germaniæ in Suevia provincia, ad Danubium fluvium cum Academia, in ditione Epiſcopi Auguſtani, cujus ſedes eſt vix 4. milliaribus Germanicis ſupra Donavertam in occaſum Ulmam verſus, & 3. à Burgavia in Septentrionem Parvum eſt & malè cultum, eſtque caput Dillingenſis Comitatus, qui Epiſcopatui Auguſtano perpetuo unitus fuit ab Hartmanno ejus ultimo Comite & Epiſcopo Auguſtano anno 1260.

Dillenburgensis Comitatus *dat Graffschaft von Dillenburg* incolis, *le Comté de Dillenbourg* Gallis, tractus Germaniæ in Circulo Rhenano, & in Weſtervaldia, ſub dominio proprii Principis è gen-

te Naſſavia, cui ſubſunt etiam Comitatus Dietienſis & Vianæ terminatur hic tractus ab ortu Haſſia ſuperiori, à Septentrione Weſtphaliæ Ducatu, ab occaſu Sigenenſi Comitatu, uti à Meridie Solmenſi, & ejus præcipua oppidula ſunt Dillenburgum & Herborna ubi Academia.

DILLENBURGUM, *Dillenburg*, oppidulum Germaniæ, in Weſtervaldia provincia, ad Dillam fluvium, cum caſtro munito, in colle, unde Comites Dillenburgici dicti, 5. milliaribus Germanicis diſtans à Marpurgo in occaſum, atque 4. a Vetzlaria in Septentrionem.

DIMASSUS, mons Myconi inſulæ maris Ægei Plinio.

DIMOLA, *Dimel*, fluvius Germaniæ, limes Haſſiæ & Weſtphaliæ, Eresburgum & Varburgum rigat, magnamque Diœceſis Paderbornenſis partem perlabitur, & in Viſurgim haud procul Heriſtallo ſe effundit.

DINANTIUM, *Dinant*, oppidum Galliæ, in Britannia minori, alias munitum, ad Rinctum fluvium, 5. leucis à Maclovio poli in Meridiem diſtat.

DINANTUM, & Dinandium, ſive Dionantum *Dinant*, oppidum Belgii, in ditione Leodienſi, & tractu *Condrotz*, ad Moſam fluvium, cum ponte lapideo ſed di jecto, pluries captum & dirutum, nunc autem reparatum, cum caſtro in monte adjacente, in confinio Namurcenſis Comitatus, 12. leucis a Leodio, 5. à Carolomontio in Septentrionem, 5. etiam ferè à Namurco in Meridiem, captum fuit a Gallis anno 1675. & ipſis etiam ſubeſt.

DINARETUM, promontorium Cypri inſulæ maxime orientale, Plinio, Clides etiam Ptolemæo dictum, & Carpaſium aliis, ſeu potius ejus pars ad Meridiem verſa, nunc *il Capo di S. Andrea* dicitur, teſte Luſignano, inter hoc & Acamantem ad occaſum Cypri longitudo continetur.

DINCKELSPIERA, *Dinckelſpuhl*, urbs Germaniæ in Suevia, & in Viragrundio tractu, ad Vernitium amnem, Imperialis eſt & libera ſed parva, in limite Franconiæ, dicitur etiam Zeapolis, & Donckelſpula, vix 4. milliaribus diſtans à Nordlinga in Septentrionem.

DINORYME, urbs Macedoniæ, teſte Stephano.

DINDYMA, mons Troadis ſive Myſiæ in Aſia minori, Straboni, qui Dindymus Plinio, & aliis, Cyzico, urbi imminens, nunc *il Monte di Spinga* dictus a nautis & aliis.

DINDYMA, vel Didyma, mons Theſſaliæ, in quo Magnetes populi habitarunt, ad Magneſiam promontorium, teſte Strabone.

DINDYMUS, mons Phrygiæ magnæ in Aſia minori Herodoto, & Arriano, qui Dindyma numero plurali, ex eo Sangrius, Hermus, & Gallus fluvii profluunt, dicitur Adoreus à Livio, & Cybelus a Diodoro, quia in eo Cybele Dea Dindymene dicta colebatur.

DINGLIA, *Dingle*, urbecula Hiberniæ in Momonia provincia, & Comitatu Kerryenſi, cum portu; unde & ſinus adjacens Dingliæ, *the Bay of Dingle*, in quem cadit Mangus fluvius, 7. milliaribus diſtat a Corcagia in occaſum, & 25. ab Ardato in Meridiem.

DINGOLVINGA, *Dingelfing*, oppidulum Germaniæ in Bavaria inferiori, ad Iſaram fluvium, 4. milliaribus Germanicis infra Landshutum in ortum, & totidem a Straubinga in Meridiem.

DINIA, urbs Sontiorum in Gallia Narbonenſi, Plinio, & Ptolemæo, nunc *Digne* urbs Provinciæ ſitus culta, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Ebrodunenſi, ad amnem *Bleone* dictum, ad radices montium & in ſuperiori Provincia, 7. leucis diſtat ò Seguſterone in ortum hybernum, [illegible] in confinio Delphinatus [illegible] Sanctium verſus 3. & [illegible] Regio in Septentrionem [illegible] ab Ebrod[illegible]

DINOGETIA, urbs Myſiæ inferioris ſeu Scythiæ inferioris, Ptolemæo, [illegible] aliis, & Dinogultia Antonino, nunc teſte Nigro eſt *Drimaga* oppidulum Bulgariæ ad Iſtrum fluvium, 90. mill. paſſ. ab oſtiis Iſtri in occaſum Zuzidavam verſus 25. ſub dominio Turcarum.

DINSLACUM, *Dinſlaken*, oppidulum tenoe Germaniæ in Ducatu Clivenſi, prope Rhenum fluvium, vix uno milliari Germanico ab Orſoa in ortum, & ferè 3. à Veſalia in ortum hybernum.

DIOCÆSAREA, urbs Aſiæ minoris in Cappadocia mediterranea, verſus Lycaoniam Plinio, & Ptolemæo, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Cæſarienſi, 50. milliaribus diſtans ab Iconio in ortum æſtivum, & 65. à Cæſarea in occaſum, nunc *Tiſaria* dicta, ut quidam credunt.

DIOCÆSAREA, urbs Ciliciæ Aſperæ Ptolemæo, in Aſia minori, inter Aphrodiſiam & Philadelphiam, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Seleucienſi, 20. milliaribus diſtans ab ora maris Mediterranei in Septentrionem, & 10. à Seleucia in occaſum, teſte Philippo à Vico.

DIOCÆSAREA, urbs Aſiæ minoris, quæ & Ceretapa, in Phrygia Combuſta, 20. milliaribus ab Apamea in Septentrionem.

DIOCLEA, urbs Illyrici, in Dalmatia, Ptolemæo. Vide Doclea.

DIOCLETIANOPOLIS, urbs fuit Macedoniæ mediterranea Antonino, inter Edeſſam & Theſſalonicam, ferè in medio, ad 30. mill. paſſ. diſtans utrinque.

DIOCLETIANOPOLIS, quæ & Balcane, urbs Palæſtinæ, Epiſcopalis ſub Patriarcha Hieroſolymitano, inter Hieroſolymam ad Boream & Hebron ad Auſtrum, cujus fit mentio in libris Conciliorum, nunc in ruinis jacet.

DIOCLIA, vel Docela, urbs Phrygiæ magnæ, Ptolemæo, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Laodiceno, proxima Midaio, & Amorio.

DIODORI INSULA, in Æthiopia, juxta fretum ſinus Arabici, Arriano in Periplo, & intra ſinum Arabicum, nunc quibuſdam eſt *Babelmandel*, teſte Rhamuſio, ſed Belleforeſtio eſt *la Iſla de Primeira*, ejus etiam meminere Plinius, & Ptolemæus, eſtque media inter Æthiopiam & Arabiam.

DIOMEDÆA INSULA, major Diomedæarum, [illegible]ano, *S. Maria de Tremiti*, à Gargano monte 15. [illegible] paſſ. Vide Tremitus.

DIOMEDEÆ, inſulæ quatuor maris Adriatici, Straboni & Ptolemæo, Apuliæ adjacentes ante Garganum montem, nunc *l'Iſole di Tremiti* dictæ, pendent à regno Neapolitano, ſuntque in ora Capitanatæ provinciæ, tres ſunt præcipuæ nempe prima quæ Tremitus Tacito, *Santa Maria di Tremiti*, [illegible]e dicta à tribus montibus, in qua arx probe munita in rupe, cum cœnobio inſigni Canonicorum regularium Lateranenſium qui his inſulis potiuntur, & ejus pars ad occaſum dicitur *Santo Nicola*, ſecunda eſt *San Domino*, oblonga cum aliquot villis, tertia *la Caprara*, incolis caret, quarta additur quæ dicitur *il Cretaccio*, ſeu potius eſt ſcopulus parvus, inter Tremitum, & *San Domino*, ſunt etiam Scopuli duo, *Vecchia* dictus, id eſt vetula, & Adamas *il Diamante* vulgo, de his pluribus Ortelius & Hieronymus Maria Teutonicus, & in has relegatus fuit Paulus Diaconus a Carolo Magno.

DIOMEDIS TEMPLUM, pagus Carnorum in Italia Straboni, ad ortum Timavi fluminis, ab Aquileia 7. mill. paſſ. in ortum Tergeſte verſus, nunc *S. Giovanni*, teſte Cluverio.

DIOMEDIS PROMONTORIUM, vel Syris, locus Illyrici, prope promontorium peninſulæ Hyllidis, nunc *Planca*, Italis *Piança*, Slave *Plocca*, teſte Joanne Lucio Traguzienſi Vir. Clar. harum partium perito,

Dion, promontorium Cretæ inſulæ in ora Boreali Plinio, & Ptolemæo, nunc la *Punta della Fraſchia* Pigneto, ſed alius eſt *il Capo Saſſoſo*, maxime in Septentrionem excurrit inter Matium ad ortum a qua diſtat 16. mill. paſſ. & Rithymnam ad occaſum, & 5. milliaribus tantum à promontorio *la Punta della Fraſchia* dicto, in occaſum æſtivum, oppidum habuit olim cognomine, nunc dirutum.

Dionantum, *Dinant*, oppidum Belgii in ditione Leodienſi, ſub Gallis. Vide Dinantum.

Dionysa, inſula Græciæ, Ætoliæ adjacens, teſte Plinio.

Dionysia, inſula Aſiæ minoris, in ora Lyciæ, Plinio. Vide Caretha.

Dionysiades, inſulæ tres Cretæ, Diodoro Sicolo, inter Carpathum inſulam ad ortum & Cretam ad occaſum, ſatis parvi circuitus, nunc vulgo dicuntur *Dioniſſades*, *Cazuori*, & *Paxumadschea*, ſub dominio Turcarum, ſed ſere deſertæ jacent propter frequentes piratarum excurſiones, teſte Marco Boſchino, & vix diſtant 30. mill. paſſibus à Samonio promontorio in Septentrionem.

Dionysias, inſula maris Ægæi, Plinio. Vide Donyſa.

Dionysii Columnæ, locus Aſiæ, ad Emodum montem, ubi terminus fuit peregrinationis Bacchi Euſtathio.

Dionysiopolis, urbs Indiæ citerioris, Ptolemæo, quæ & Nagara, & Nyſa Juſtino, ad Indum fluvium, inter illum & Cophen, Arriano teſte.

Dionysiopolis, *S. Denys*, urbs parva Galliæ prope Pariſios, in provincia Inſulæ Franciæ. Vide Fanum S. Dionyſii.

Dionysiopolis, urbs Mœſiæ inferioris, Ptolemæo, & Antonino, Epiſcopalis & antea Crunos dicta, teſte Plinio, nunc quibuſdam *Varna* dicitur, Gallis *Varne*, urbs Bulgariæ regni ad Zyram fluvium, *Varne*, qui paucis milliaribus infra in Pontum Euxinum labitur, celebris eſt infelici pugna Hungarorum, ubi cæſus Ludovicus Hungariæ Rex a Turcis anno 1444. paucis leucis diſtat à confinio Thraciæ in Septentrionem, uti 180. milliaribus à Byzantio, & 25. à Meſembria urbe Thraciæ extrema, ſed Dionyſiopolim Niger interpretatur *Chaliacra* in ora littorali Bulgariæ.

Diopolis, urbs Armeniæ minoris, ſic à Pompeio Magno nominata, cum prius Cabira diceretur, eadem poſtea Auguſta appellata fuit, teſte Strabone, an eadem ſit Diopolis, & Dioſpolis judicent doctiores.

Dioscoridis Insula, in Africa, Ptolemæo, nunc *Zocotora* Luſitanis, teſte Joanne Barroſio, *Socotare* Gallis, inſula Africæ in mari Azanio, ubi deſinit Æthiopicum, 100. circiter milliaribus diſtans a promontorio Aromatum in ortum, extenditur in longum ad 80 milliaria, ſed ejus latitudo eſt tantum 26. millia paſſuum, ejus locus præcipuus *Tamarete* vocatur, & ſubeſt dominio proprii Principis, ei autem adjacet altera inſula minor, *Abbadal Curia*, dicta ab incolis, ſed parvi eſt circuitus & nullius momenti.

Dioscoros, inſula parva magnæ Græciæ, Plinio, nunc *Dioſcuri* dicta, in ora Calabriæ Ulterioris, cum Calypſo, ante Lacinium promontorium, unde 10. mill. paſſ. diſtans. Unde Lacinium promontorium Dioſcoriadis a Diodoro Sicolo nominatur.

Dioscurias, urbs Colchidis maritima, Arriano, quæ & Sebaſtopolis Ptolemæo, ab aurigis Caſtoris & Pollucis condita, deque illorum nomine dicta, teſte Iſidoro, lib. 15. olim admodum clara cum plurimas colonias diverſæ linguæ emitteret, clara etiam ſub Romanis, & poſtea etiam Epiſcopalis, hodie *S. [illegible]* dicta, ad oſtia Coraxi fluvii in Mengrelia regione, & in [illegible] [illegible] populorum, ad intimum receſſum Ponti Euxini, inter Phaſianum mare & Caucaſum, & 90. mille paſſibus à Phaſide urbe in Septentrionem, nunc paucis admodum conſtat incolis.

Diospolis, oppidum Bithyniæ in ora littorali Ponti Euxini, Ptolemæo, juxta ſinum Mari[illegible] & prope Heracleam Pon[illegible] milliaribus [illegible] oſtiis Sangarii fluvii in ortum æſtivum [illegible] dicitur, teſte Nigro.

Diospolis, urbs Ægypti ſuperioris, in [illegible] de magna, ad Nilum fluvium, Ptolemæo [illegible] dum & Tentyram ad Meridiem 30. mill. [illegible] modum.

Diospolis, urbs Palæſtinæ, quæ alias Lydda urbs Tribus Ephraim, & Lidda, Epiſcopalis [illegible] triarchæ Hieroſolymitano, fuitque una ex undecim Toparchiis Judææ, eamque etiam Trigidam appellatam fuiſſe narrat S. Hieronymus, nunc S. Georgius vicus, & ei vicinam urbem *Rama* conſtruxerunt Arabes poſt tempora Mahumeti, teſte Sanuto, diſtat 10. milliaribus a Joppe in ortum Hieroſolymam verſus 30. circiter.

Dionysopolis, fons in Andro inſula, in templo Liberi patris, qui nonis Januarii ſemper ſaporem vini redolebat, ſi Plinio creditur.

Dipotamum, caſtrum Aſiæ minoris in Phrygia, Cedreno, nunc *Meſanalla*, & Turcice *Dipnanos* dictum teſte Leunclavio.

Dipson, fluvius Ciliciæ, ex Tauro monte in Ciliciam fluens, de quo Lucanus.

Dirce, fons & fluvius Bœotiæ, Pauſaniæ [illegible] bas alluens, ac in Iſmenium fluvium influens [illegible] Dircæus nomen genitis.

Dircenna, fons Hiſpaniæ gelidiſſimus, [illegible] bilim urbem, in Salonem fluvium labens, teſte [illegible] tiali.

Dirchovia, & Czevum, *Tſczow* incolis, *Dirſ[illegible]* Germanis, oppidulum Poloniæ, in Pruſſia [illegible] ad fluvium Viſtulam 3. mill. urbibus Polonicis a Mariæburgo in occaſum, & 6. a Gedano in Meridiem [illegible] que alias munitum, ſed nunc disjectæ ſunt ejus munitiones. Quibuſdam eſt Dirſavia, & Derſavia.

Disparcum, ſive & Diſporum, urbs Tencterorum in Germania inferiori, ad Rhenum fluvium, cujus meminere Ado & Gregorius Turonenſis, & in qua Francorum Regia ſedes ſub Clodione, nunc teſtibus Rhenano, Althamero, & Ortelio, eſt *Duiſborg*, urbs Ducatus Clivenſis in Weſtphalia, prope Ducatum Montenſem, & ad confluentes Ruræ in Rhenum. Vide Duiſburgum.

Distercius, mons Hiſpaniæ Tarraconenſis tractu Autrigonum, & pars Idubedæ montis, Hau[illegible]to Hiſpalenſi, & aliis, ubi nunc *la Sierra de Tanguas*, *la Sierra de Balbanera*, in Caſtella veteri, verſus Rumaniam provinciam.

Distemium, *Dieſt* incolis, *Diſt* Gallis, [illegible] dulum Be[illegible] Hiſpanici in Brabantiæ Ducatu, in [illegible] te Leodienſis ditionis, dicitur [illegible] nis D[illegible]. V[illegible] de [illegible]

Dithmarsia, *Dithmarſen* incolis [illegible] Gallis, provincia parva Germaniæ in Holſatia [illegible] & in ejus parte occidentali [illegible] e rigua & culta pars ſeptentrionalis Holſatiæ [illegible] bus parere & [illegible] dionalis Regi Daniæ, term[illegible] a Septentrione [illegible] cenſi Ducatu, ab Oriente H[illegible] propria, à [illegible] Albis fluvii æſtuario à B[illegible] tu diſcernitur ab Occidente mari Germanico [illegible] natur, ejus præcipua oppida ſunt He[illegible], & Mel[illegible] ſubeſtque dominio Regis [illegible] Ducis Hol[illegible] anno [illegible] um antea ſui ju[illegible]

Diva fluvius Britanniæ ulterioris, Ptolemæo, qui Dea al[illegible] nunc *Dee* dictus, [illegible] ora Boreali, per Mo[illegible] [illegible] in o[illegible] & m[illegible] eriniam cum ad Aberdonam [illegible] u[illegible] et fluvius D[illegible] quo [illegible] ber don[illegible].

Diva, *la Dive*, fluvius parvus Galliæ in Normannia provincia, & in Algia tractu, in Septentrionem tendens, Lexovienſem agrum à Baiocenſi ſeparat, & in mare Britannicum ſe exonerat 4. leucis à Cadomo in ortum.

Divanduæ, *Divandurow*, inſulæ parvæ Indiæ in Archipelago Maldivarum, quinque numero. Vide inſulæ Divanduræ.

Divana, legio xx. victrix. Vide Devana.

Divionensis Tractos, *le Dijonnois*, pars Ducatus Burgundiæ circa Divionem, quæ etiam dicitur Burgundia ptoptia à quibuſdam, extenditur inter Comitatum Busgundiæ ad ortum, Campaniam ad Septentrionem, Alexienſem & Auguſtodunenſem tractus ad occaſum, & Comitatum Cabillonenſem ad Meridiem, ſicque dicitur a Divione ejus primaria, ſed in ea ſunt etiam Auxona & Belna.

Divio, & Divionum, urbs Lingonum in Gallia Celtica Gregorio Turonenſi, nunc *Dijon* incolis, *Digione* Italis, urbs Galliæ, Burgundiæ Ducatus caput, & Parlamenti ſedes ad Oſcarum fluvium, ampla eſt & probe culta cum caſtro antiquo muniro, & circa annum ſalutis 220. condita traditur, 14. leucis diſtans à Lingonibus in Meridiem Lugdunum verſus 36. & 14. etiam ab Auguſtoduno in ortum æſtivum, à Dola autem 9. in occaſum, hinc Divionæi dicti, *les Dijonnois* vulgo.

Divisæ, *The Devises*, oppidulum Angliæ in Viltonia provincia, ad amnem cognominem, 15. mill. paſſ. diſtans à Bathonia in ortum, uti 22. a Briſtolio, à Sariſburia autem 20. in Septentrionem.

Divitanse Monimentum, pagus Germaniæ inferioris Ammiano, quod Tuitium Roberto Abbati loci, nunc *Duitz*, vicus amplus Germaniæ ad Rhenum fluvium, ex adverſo Coloniæ Agrippinæ, quaſi ejus ſuburbium in ditione Colonienſi, & in ipſo limite Montenſis Ducatus.

Dium, promontorium Cretæ inſulæ in ejus ora ſeptentrionali. Vide Dion.

Dium, urbs Macedoniæ in Pieria provincia Livio, & in ora ſinus Thermaici ubi recipit Milim fluviolum, inter oſtia Aliacmonis & Pharybi fluviorum, fuit alias probe munita, & nunc *Stadia* dicitur, teſte Nardo in ſuo Livio Italico, & 15. milliaribus diſtat à Pydua in Meridiem, ejus incolæ Dienſes dicti.

Dium, *Diu*, Luſitanis, *Dion* Gallis, urbs Aſiæ, parva ſed permunita & maritima, in colle, cum emporio, & arce in inſula parva regni Guzaratæ. 50. leucis diſtat a Surata in occaſum; eſtque ad fauces ſinus Cambaiæ, in ditione Luſitanorum ab anno 1535. vocatur ab indigenis *Dive*, id eſt inſula, & *Dive Newlaca* etiam, id eſt inſula novem computorum, teſte Texeira, fruſtra obſeſſa fuerat à Turcis ſæculo elapſo, & olim forſan Barace dicta fuit, ut quidam exiſtimant.

Divodurum, urbs Galliæ Belgicæ, Mediomatricum caput Taciro & Ptolemæo, quæ & Mediomatrices, nunc Metæ dicta à recentioribus, *Metz* vulgo, urbs Galliæ ad Moſellam fluvium ubi recipit Selnam, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Trevirenſi, intra fines Lotharingiæ comprehenſa, ſed ab ea tamen ſeparata, ampla eſt, dives & probe colta atque munita, cum arce valida, in Metenſi tracto ab ea dicto, olim Reges habuit proprios ſub prima ſtirpe Regum Franciæ, fuitque alias urbs Imperialis ſeu libera, ſed ab anno 1552. ſubeſt dominio Regis Franciæ, & nunc ſedes eſt Parlamenti illarum partium, 12. leucis diſtans à Viroduno in ortum, uti 72 a Lutetia Pariſiorum, 11. vero à Tullo in Septentrionem Theodonis villam verſus 5. & Trevitos 15. Vide Metæ.

Divona, Cadurcorum, urbs Galliæ in Aquitania Ptolemæo, quæ nunc *Caors*, teſte Petro de Marca, dicitur, eſtque Cadurcenſis provinciæ caput, & Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Albigenſi, ad Oldam fluvium. Vide Cadurcum.

Dsnr, fluvius Mauritaniæ Tingitanæ, Ptolemæo, qui Viot Plinio, in mare Atlanticum ſe exonerans ad Montem Solis urbem, hodie *Tecules* incolis, teſte Marmolio.

Dixmuda, *Dixmude*, oppidum munitum Belgii, in Comitatu Flandriæ & in tractu terræ Francæ, ad Iperlam fluvium, medium ferme inter Ipras & Oſtendam, ſub dominio Hiſpanorum, quanquam pluries captum a Francis hiſce ultimis temporibus, 3. leucis diſtat à Novoportu in Meridiem Ipras verſus, in ipſo limite ditionis Franciæ.

Doara, *Doaro*, provincia Æthiopiæ ſuperioris, alias ſub dominio Abyſſinorum, nunc autem in ditione Galarum, teſte Hieronymo Lobo.

Dobassa, *Dobaſſ*, provincia Æthiopiæ ſuperioris, ſeu Abiſſiniæ, inter regna Tigre, Barnagaſſiam, & Agameam, in mediterraneis, teſte Hieronymo Lobo Luſitano.

Doaecensis Comitatus, tractus Hungariæ ſuperioris, ad Tibiſcum fluvium, qui ab aliis Zabolcenſis dicitur. Vide ibi.

Doaeranum, *Doberem*, caſtrum Germaniæ in Ducatu Megalopolitano, duobus milliaribus à Roſtochio diſtans in occaſum, in quo obiit anno 1179. Primiſlaus Herulorum Rex ultimus, teſte Zellero.

Doaerus, urbs Macedoniæ Thucydidi, quæ Deboris dici videtur a Ptolemæo, intra montes verſus Lychnidum lacum & Illyrici confinia.

Dobrinum, & Dobricinum, *Dobrzin*, oppidum Poloniæ regni, Dobrinenſis terræ caput, in Maſovia, ſcopulo impoſitum, ad Viſtulam fluvium, & medium inter Ploſcum & Uladiſlaviam.

Doarinensis Terra, *le Territoire de Dobrzin*, tractus Poloniæ in Maſovia provincia, inter Pruſſiam, Viſtulam fluvium quo à Cujavia ſeparatus, & Palatinatum Plocenſem, ſub quo aliquando comprehenditur, dividitur in tria territoria Dobrinenſe, Ripinenſe, & Libnenſe, & ſic dicitur à Dobrino ejus oppido præcipuo, teſte Starovolſcio.

Doaritza, tractus Bulgariæ ad ortum, verſus Varnam & Pontum Euxinum, teſte Leunclavio, qui ab aliis Dobrucia dicitur. Vide ibi.

Dobrucenses Tartari, *les Tartares de Dobruce*, Tartari Europæi in ora Ponti Euxini, & in parte orientali Bulgariæ. Vide Tartari Dobrucenſes.

Dobrucia, *Dobruce*, & *Dobrugia*, provincia Bulgariæ verſus ortum, ubi olim pars Moeſiæ inferioris & Scythiæ, ſic vocata quod in ea inhabitent Dobrucenſes Tartari, ſub elientela Turcarum, dicitur etiam Dobritza à Leunclavio, hinc Dobrucenſes campi ad Prowadiam urbem uſque ſe extendentes, & hujus provinciæ caput eſt Siliſtria, ſub Turcis.

Doauni, populi Britanniæ majoris Ptolemæo, quorum termini erant ad ortum Catieuchlani, ad Septentrionem Cornavii, ad occaſum Silures, & ad Meridiem Belgæ & Attebates, erantque verſus Sabrinam fluvium & fontes Tameſis, ubi nunc Comitatus ſeu provinciæ Angliæ Glocestrienſis *Glocestershire*, & Oxonienſis *Oxfordshire* pro majori parte, & eorum urbes fuere Clevum & Corinium, teſte Camdeno, dicti fuere etiam Boduni à Dione, ut videtur.

Doccnmum, *Dockum*, oppidulum Belgii uniti in Friſia provincia, & in Oſtergoa tractu, 4. leucis à Leovardia diſtans in Septentrionem verſus oram maris Germanici.

Docimæum, urbecula Phrygiæ magnæ, Ptolemæo, quæ Docimia & Docimum in libris Conciliorum, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Amorienſi, prope fontes Hermii & Sangarii fluviorum, 35. mill. paſſ. diſtans à Synnada in occaſum æſtivum, & 24. ab Eucarpia in Septentrionem, claret marmore Docimæo

dicto, & nunc in pagum tedacta, *Docimi* etiam vocatur, ut quidam tradunt.

Docinava, orbs Daciæ Ptolemæo, nunc teſte Lazio, eſt *Rana*, caſtrum ſuperioris Hungariæ, verſus fontes Tibiſci fluvii & verſus Carpathos montes, ſed id tantum ex levi conjectura, ut notat Ortelius, aliis autem eſt *Zatmarbania*, oppidum Tranſſylvaniæ ad fluvium *Zeuſch* verſus montes, & in ipſo limite Hungariæ in Zatmarienſi Comitatu, vix 13. milliaribus Germanicis à Claudiopoli in Septentrionem Ranam verſus 5. circiter.

Doclea, urbs Illyrici Plinio, & Ptolemæo, quæ Dioclea Aurelio Victori; Diocletianos Cedreno dicta, patria Diocletiani Imperatoris, in ora Dalmatiæ, cujus populi Docleates, quam multi varie interpretantur, quibuſdam eſt *Cataro* ad ſinum Rhizonicum, ſed teſte Nigro, nunc deſtructa jacet, & ejus rudera hodie etiam *Doclea* dicta, viſuntur ad Morazam amnem qui paulo poſt cadit io Scodræ lacum, in tractu *Zenta* dicto, ex ejus ruinis excitatum fuit oppidulum *Medon* in monte vicino, ejus vero dignitas Archiepiſcopalis anno 990. Raguſium tranſlata fuit, ut didici a pluribus viris doctis illarum partium.

Dodone, urbs Græciæ in Epiro, & in Moloſſia regiuncula, Stephano, quæ Dodona etiam dicta, juxta fluvium Dodonem qui poſtea cadit in Acheloum, in confinio Theſſaliæ & Theſprotiæ tractus, ex quo Theſſalica cognominabatur, ſic a Dodooe fonte dicta, ubi ſylva & templum Jovis, & fons Jovis qui propterea Dodonæus cognominatus eſt, Epiſcopalis fuit poſtea, & 26. milliaribus diſtabat ab Ambraciæ confinio in ortum æſtivum, hoc tempore prorſus everſa, ut ne locus quidem indicari queat, hinc populi Dodonæi Plinio, & nomen gentis Dodonæus & Dodonæjus Poetis.

Doesburgum, ſeu Duſburgum, *Doſborck* incolis, *Douſbourg* Gallis, oppidum Belgii uniti in Gueldriæ Ducatu, & in Tetrarchia ſeu Comitatu Zutphanienſi, ad Iſalam fluvium, vix 3. leucis ab Arenaco diſtans in ortum, & totidem à Zutphania in Meridiem, captum fuit à Gallis anno 1672. & anno ſequenti ejus munitiones disjectæ fuere, dicitur aliter Druſiburgum & ſubeſt dominio Ordinum provinciarum unitarum Belgii.

Dola, urbs alias Rhedonum in Gallia Celtica, quæ Dolenſis urbs dicitur in libris Conciliorum, nunc *Dol*, urbs Britanniæ minoris, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Turonenſi. Neodunum veteribus dicta, teſte Roberto Cœnali, ſedet in loco paludoſo, eſtque parvi circuitus cum caſtro, duobus leucis tantum diſtans ab ora maris Britannici in Meridiem Rhedones verſus 12. à Macloviopoli vero quatuor in ortum.

Dola, *Dole* incolis, *Dola* Italis & Hiſpanis, urbs Galliæ probe munita, Comitatus Burgundiæ caput, & Senatus provinciæ antea ſedes cum Academia ad Dubim fluvium, & in confinio Ducatus Burgundiæ, antea ſuberat dominio Hiſpanorum, ſed capta fuit anno 1668. à Ludovico Magno Rege Francorum, & iterum ab ipſo expugnata anno 1674. ei etiam ſubeſt, diſtat 9. leucis à Divione in ortum Veſontionem verſus totidem, olim forſan Eruſini dicta fuit, ut quidam tradunt, & ab ea tractus adjacens vocatur Ballivlatus Dolenſis, *le Baillage de Dole* ab incolis, in quo pars media Burgundiæ Comitatus verſus Dubim fluvium, & perpetuo unita fuit regno Galliæ pace ad Noviomagum ſancita anoo 1678.

Dolicha, inſula eſt Maris Ionii, Strabone teſte, quæ ab aliis Dulichium dicta. Vide ibi.

Dolicha, urbs Syriæ in Comagene regione, Ptolemæo, & Antonino, Dolichena Stephano, ſedet ad Marſyam fluvium qui poſtea cadit in Euphratem, 20. mill. paſſ. diſtans à Zeugma in occaſum hybernum Antiochiam verſus 60. ex itinerario Antonini, & 30. à Germanicia in ortum, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Edeſſeno, & paucis nunc conſtat incolis, nomen antiquum ſervans, ut credit Ferrarius.

Doliche, oppiduoi Pelaſgiotarum præcipuum in Macedoniæ regno, Ptolemæo, verſus montes Cambunios, in Theſſaliæ confinio, prope Azorum & Pytheum, quæ tria oppida cum ſint proxima ad 10. milliaria Tripolim faciunt, teſte Livio, nunc *Techala* dicitur, teſte Mercatore, & paucis conſtat incolis.

Doliche, quæ etiam Macris, & Ichthyoeſſa, inſula eſt maris Ægei, Plinio, à Naxo 17. mill. paſſibus diſtans, nunc dicta *Nicaro*, ut quidam credunt.

Dolichiste, inſula parva Lyciæ, contra Chimæram moutem, teſte Plinio.

Doliolum, tumulus Romæ ex teſtis vaſorum confectus, nunc *il monte Teſtaccio* dictus, prope portam S. Pauli & Tiberim fluvium, ad radices montis Aventini, ut ipſe pluries vidi.

Dollartius Sinus, *het Dollaert*, Belgis, *le Dollart* Gallis, pars Oceani Germanici, inter dominium Groningæ & Friſiam orientalem extenſa, ad oſtia Amaſis fluvii, & prope Embdam urbem, ubi anno 1277. maris inundatione triginta tres pagi periere.

Doloncæ, populi Thraciæ. Plinio, circa Hebrum fluvium incolentes, qui Dolonci Stephano.

Dolopes. populi Theſſaliæ, in Epiri confinio, ſeu in Epiro, teſte Ptolemæo, quorum tractus Dolopia Straboni & Thucydidi. *Onoblacha* nunc, teſte Ortelio, inter Peneum ad ortum, & Acheloum ad Meridiem. Hinc Dolopeius, nomen gentis.

Doltabaoum, *Doltabad*, urbs peninſulæ Indiæ intra Gangem, in regno Decano & in Balaguata regione; dicitur melius *Daulet-Abad*, teſte Bernerio, eſtque ampla & munita quanquam in mediterraneis ſita, ſub dominio Magni Mogolis à plurimis annis, & 150. mill. paſſibus diſtat à Viſapora in ortum æſtivum.

Domazliza, *Domazlize* incolis, *Taus* Germanis, oppidulum Bohemiæ in circulo Pilſnenſi, ad amnem *Cadburz*, in confinio Bavariæ Ducatus & Norgoviæ, 5. milliaribus Germanicis à Pilſna in Meridiem Cambum verſus 4.

Dombæ, ſeu Dombarum tractus, *le pais de Dombes*, regiuncula Galliæ, pro majori parte a Breſſia provincia circumdata, ſed ab Occidente Arari fluvio à Bellojovienſi provincia ſeparatur, eſtque inter Matiſconem ad Septentrionem & Lugdunum ad Meridiem: parva eſt ſed fertilis, & Principatus titulo inſignita, & proprio Domino ſubeſt è domo Borbooia, ejus caput eſt Trevoltium *Trevoux*, 4. leucis ſupra Lugdunum in Septentrionem, & dono data fuit Ludovico ſecundo Borbonii Duci ab Eduardo de Bellojoco ejus ſtirpis Principe ultimo anno 1400. teſte Guicheoone, hinc Dombæ populi, *les Dombiſtes* vulgo.

Dometiopolis, ſen Domitiopolis, urbs Aſiæ minoris in Iſauria, Stephano, quæ & Titopolis dicta, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Seleucienſi, in Ciliciæ aſperæ confinio. Hujus meminit Conſtantinus Porphyrogenneta, nunc oppidulum tenue *Domezopoli* dictum, ut quidam credunt.

Dominæ, *Dueñas*, oppidulum Hiſpaniæ in regno Legionis, ad Piſoracam fluvium & in confinio Caſtellæ veteris, ad radices collis, parvum eſt & male cultum, ſex leucis diſtans à Valliſoleto in Septentrionem Palenciam verſus 3. ad radices collis ſedens, & olim Eldana dictum fuit, uti poſtea *Donans* in actis mediæ ætatis, unde forſan nomen recens ei inditum lapſu temporis.

Dominica, *la Dominique*, inſula Americæ ſeptentrionalis, & una ex Aotillis, ſub poteſtate Canibaruoi, ſic dicta, quia primum detecta fuit alias die Do-

minica ab Hiſpanis. Circuitus eſt 20. circiter leucarum; ſita eſt inter Guadalupiam ad Septentrionem, & Martinicam ad Meridiem, a qua vix diſtat 8. leucis; eſtque fertilis & rigua.

DOMINICOPOLIS, *S. Domingo de la Calzada*, urbs parva Hiſpaniæ in Ruconia provincia Caſtellæ veteris, quæ ſæpius Calceata dicitur. Vide ibi.

DOMINICOPOLIS, ſive S. Dominici civitas, *S. Domingo* incolis, *S. Domingue* Gallis, urbs Americæ ſeptentrionalis, in Hiſpaniola inſula, Archiepiſcopalis facta à Paulo III. anno 1547. Sedet in parte meridionali inſulæ; gauderque portu commodo, arce munita, Academia, & ſupremo tribunali *la Audiençia Real* dicto. Exſtructa fuit à Chriſtophoro Columbo anno 1494. ad oſtium fluvii *Ozama*; captaque fuit ab Anglis, Duce Franciſco Draco, anno 1586. ſed paulo poſt ab ipſis derelicta, ſubeſtque dominio Hiſpanorum, & ab ipſa Hiſpana ſive Hiſpaniola inſula dicitur perſæpe a Francis & Anglis, *l'Iſle S. Domingue* vulgo.

DOMITIANA VIA, in Italia & in Campania Statio, à via Appia ad Caſilinum incipiens, inter Vulturnum fluvium & Puteolos per Linternum 20 mille paſſibus extenſa, teſte Celſo Cittadino, & tempore Domitiani ſtrata fuit.

DOMITIUM; *Domitz*, oppidum munitum Germaniæ, in Ducatu Megalopolitano, ad Albim fluvium, ubi recipit Eldam amnem, & in ditione Ducis à Suvetino. Vix uno milliari Germanico diſtat à Danneberga, & 8. ſupra Lavemburgum in ortum.

DOMOENS, & Demonicus, urbs Theſſaliæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Lariſſæo, cujus fit mentio in libris Conciliorum, Loriniæ urbi & Pharſalo finitima eſt, nunc paucis conſtat incolis, & *Domochi* dicitur, teſte Ferrario.

DOMPNUM MARTINUM, *Dampmartin*, oppidulum Galliæ in provincia Inſulæ Franciæ, & in Francia propria, in tractu Goella dicto, in colle cum caſtro antiquo nunc fere diruto, 7. leucis diſtat à Lutetia Pariſiorum in Septentrionem Sueſſiones verſus, & 4. à Meldis in occaſum.

DOMUS, *Maiſons*, vicus Galliæ in provincia Inſulæ Franciæ, ad Sequanam fluvium, dicitur etiam Manſiones, haberque caſtrum ſplendidum recens excitatum Longoliæ gentis, prope Layam ſylvam, & 4. leucis à Pariſiis in occaſum æſtivum.

DOMUS FRONTONIS, *Domfront*, urbs Galliæ in Cenomanenſi provincia, quæ Domfrontium etiam dicitur a recentioribus. Vide ibi.

DONAVERDA, ſeu Danubii inſula, *Donawert*, urbs Germaniæ in Suevia, cum ponte ad Danubium fluvium ubi recipit Vernitium, in ipſo limite Bavariæ & Ducatus Neoburgenſis, Imperialis facta fuit & ſui juris anno 1420. ſub Sigiſmundo Imperatore, ſed anno 1607. libertatem amiſit, ſubeſtque nunc Duci Bavariæ, 7. milliaribus Germanicis diſtans ab Auguſta in Septentrionem, & totidem ab Ingolſtadio in occaſum.

DONCANONIUM, *Downcanon*, ſeu *Dunkanon*, caſtrum Hiberniæ, in Lagenia provincia & Comitatu Vexfordienſi, infra Sirii & Bytgi confluentes, via 6. milliaribus à Waterfordia in ortum.

DONCHERIACUM, *Donchery*, oppidum Galliæ alias munitum, in Campania provincia & Retelenſi tractu, ad Moſam fluvium, in confinio Ducatus Luxemburgici, una leuca à Sedano in ortum Macerias verſus 4.

DONCIACENSIS TRACTUS, *le Donziois*, regiuncula Galliæ in Nivernenſi provincia, ſic dicta à Donciaco oppido, eſtque verſus Ligerim fluvium, & in confinio Puſæenſis tractus.

DONCIACUM, *Donzy*, oppidum Galliæ in Nivernenſi provincia inferiori, ad amnem *Noayns*, Donciacenſis tractus caput, 9. leucis a Nivernis diſtans in Septentrionem, & 3. à Ligeri fluvio & à Conada oppido in ortum, dicitur etiam Donziacum.

DONGUM, *Dongo*, oppidum Aſiæ in Japonia regione, & in Xicoca inſula, in ora littorali Regni *Iyo*, ex adverſo Niphoniæ regionis, teſte Briecio.

DONGUM REGNUM, *le Royaume de Dongo*; regnum Africæ in Æthiopia exteriori, verſus regnum Angolæ, ſed via nomine notum eſt Europæis.

DONLUSA, *Dunluce*, caſtrum munitum Hiberniæ, in parte ſeptentrionali Ultoniæ provinciæ, & in Antrimenſi Comitatu, in rupe, ad oram littoralem, & foſſa à continente ſeparatum, ad oſtia amnis *Boyeſſ*, teſte Speedo.

DONSA, *Deinſe*, oppidulum Belgii in Comitatu Flandriæ ad Legiam fluvium, dicitur ab aliis Deinſa, eſtque in Corteriacenſi agro, ſub dominio Hiſpanorum, & diſtat 2. leucis à Gandavo in occaſum Cortracum verſus.

DONUM DEI, *Dundée*, urbs Scotiæ Borealis, in Anguſia provincia, ad Tavi æſtuarium. 8. milliaribus diſtat ab Andreapoli in Septentrionem, & 12. à Perthia in ortum; eſtque ſatis munita, olim Alectum dicta fuit, teſte Camdeno, & Taodunum etiam à quibuſdam.

DONYSA, inſula parva maris Ægei Virgilio, inter Icariam & Gyarum, quæ Donyſſa Melæ, Donuſa Tacito, marmore viridi abundans, neque ulla alia re memorabilis, *Donuſſa* etiam vulgo.

DORA, ſeu *Dor*, oppidum Palæſtinæ Ptolemæo, quod Dor Hebræis, Doros Stephano, olim in parte Tribus Manaſſe cis Jordanem, poſtea in Samaria regione, in ora littorali, ad montis Carmeli radices, tempore Chriſtianorum Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Cæſarienſi, 5. milliaribus à Cæſarea in Septentrionem, Ptolemaidem verſus 22. eam etiam *Aſſur* dictam & in vicum redactam tradit Sanutus libro 3.

DORCADES, inſulæ maris Atlantici, teſte Mela, quæ ab aliis Gorgones & Gorgades dictæ. Vide ibi.

DORCESTRIA, *Dorcheſter* incolis, *Dorcheſtre* Gallis, urbs Angliæ, olim Durnovaria dicta, Dorſetiæ provinciæ Angliæ occidentalis primaria, ad fluvium Varum *Frome*, 5. milliaribus tantum diſtans ab ora maris Britannici in Boream, Fontes verſus 33. ab Exonia vero 44. in ortum Vintoniam verſus 55 & Vectim inſulam 37. circiter, teſte Speedo.

DORCESTRIA, *Dorceſter*, urbs alias, nunc vicus Angliæ, in Oxoniæ Comitatu, 9. milliaribus ab Oxonio in Meridiem, & totidem a Readingo in Septentrionem, 2. milliaribus tantum ſupra Callevam Atrebatum, teſte Camdeno, olim Dorcia dicta fuit, & deinde Dorkeceſtria, fuitque alias Epiſcopi ſedes, quæ poſtea Lincolniam tranſlata, eſtque ad confluentiam Iſis & Taniæ fluviorum, qui ſimul uniti Tameſim conficiunt.

DORDINCUM, *Dourdan*, oppidum Galliæ in provincia Inſulæ Franciæ, in Hurepœſio tractu, cujus fit mentio in actis mediæ ætatis; & in quo obiit Hugo Magnus Francorum Dux pater Hugonis Regis anno 956. dicitur à recentioribus Durdanum. Vide ibi.

DORDRACUM, *Dort*, & quibuſdam etiam *Dordrecht*, urbs Belgii uniti, Hollandiæ Comitatus primaria, & inſula effecta aquarum inundatione anno 1421. Emporium eſt celebre in Hollandia meridionali, ad oſtia Moſæ, 7. leucis diſtans à Lugduno Batavorum in Meridiem Bredam verſus 5. & 3. à Roterodamo in ortum, ab ea inſulula ei adjacens dicitur *Den Dortſchen-Waert* ab incolis.

DOROOMANA, Parthiæ regionis urbs, Ptolemæo, *Deizer* hodie, & *Rezer* Perſis, ſi Theveto credimus.

DORDONIA, fluvius Galliæ in Aquitania Aimoino, *la Dordogne* vulgo. Vide Duranus.

DORAS, populi fuere Achaiæ in Græcia Straboni;

à Doro Hellenis filio dicti, quorum regio Doris dicta fuit, hinc Dorienſis & Doricus nomen gentis. Vide Doris.

DORES, populi etiam fuere Aſiæ minoris in Caria, quorum regio Doris dicitur in ora littorea, Plinio. Vide Doris.

DORIS, regio Achaiæ in Græcia & in mediterraneis Ptolemæo, ſatis aſpera & montibus interſciſſa, cujus termini erant ad Septentrionem Theſſalia, ad Orientem Locri Epicnemidii & Phocis, ad Meridiem Locri Ozolæ, & ad Occidentem Epirus, dicta fuit etiam Tetrapolis, teſte Brietio, à quatuor urbibus nempe Pindo, Erinæo, Cytinio & Boio, quibus adjectæ fuerunt Lilæa, & Sperchium, hinc forſan dicta fuit Doris pars Theſſaliæ ei adjacens per quam Sperchius flovius excurrit, teſtibus Livio, & Mela, nunc in eo tractu pars eſt ſuperior Livadiæ, ſub dominio Turcarum, teſtibus Nardo cum aliis.

DORGOMANES, fluvius Bactrianorum, Ptolemæo, qui Dargomanes in codice Græco legitur, & Orgomanes Marcellino, ex Paropamiſo monte profluens, Ochoque congrediens, nunc *Obengir* dictus, teſte Jacobo Caſtaldo.

DORION, oppidum fuit Magneſiæ, in Theſſalia, teſte Strabone, ad quod Thamyras citharœdus muſas ad certamen provocaſſe fertur.

DORIS, regio Aſiæ minoris in Caria, Straboni, & in ora littorali ad occaſum, in modum peninſulæ extenſa inter mare Ægeum & mare Rhodium, & ejus urbes præcipuæ fuere Halycarnaſſus, Ceramus, & Gnidus. Hinc Dorii & Dorienſes Herodoto, hujus incolas Lydi Caſtulos vocarunt.

DORISCUM, locus vel præfectura Thraciæ in ora, Plinio, Doriſcus campus aliis, ad Hebrum fluvium, inter Cypſellam urbem & oſtia, Serrio monti proximus, ubi Xerxes Rex Perſarum exercitum recenſuit.

DORISCUM, promontorium Græciæ in Attica regione, teſte Plinio, circa Sunium, à Piræo 37. mill. paſſ. diſtans.

DORTUS, fluvius Hiſpaniæ, Plinio. Vide Durius.

DORIUS, flovius Indiæ extra Gangem, Ptolemæo.

DORMANUM, *Dormans*, oppidulum Galliæ in Campania provincia, ad Matronam fluvium, 4. leucis ſupra Caſtrum Theodorici in ortum Sparnacum verſus ſex.

DORNOCUM, *Dornock*, orbs Scotiæ ſeptentrionalis ſeu Trans Taanæ in Sutherlandia provincia, cum portu capaci ad æſtuarium cognomine, dicitur melius Durnodunum. Vide ibi.

DOROSTORUS, urbs Mœſiæ inferioris, Ammiano teſte. Vide Duroſtolon.

DOROVERNUM. Vide Darvernum.

DORSETTA, *the Dorſethshire* incolis, *le Comté de Dorſet* Gallis, provincia ſeu Comitatus Angliæ regni in ejus parte occidentali, terminatur à Septentrione Somerſetia & Viltonia provinciis, ab Oriente Hantonia, & ab Occidente Devonia, à Meridie vero mari Britannico, ibi erant alias Durotriges populi, ut exiſtimat Camdenus, provinciæ vero caput eſt Dorceſtria.

DORSTA, *Dorſten* incolis, *Dorſte* Gallis, urbs Germaniæ, in Weſtphalia provincia, ad Luppiam fluvium in Reclinchuſia tractu & in ditione Archiepiſcopi Electoris Colonienſis, & ſatis munita, in confinio Diœceſis Monaſterienſis & Ducatus Clivenſis. 5. milliaribus Germanicis diſtat à Veſalia in ortum; plurieſque capta fuit tricennali bello ab Haſſis & Suecis.

DORYLEION, urbs Aſiæ minoris in Phrygia magna, Stephano, Doryleum Ptolemæo, Dorylæum Straboni, Dorylaum Plinio, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Synnadenſi, prope fontes Aſcanii fluvii, in confinio Bithyniæ, & inter Agrillium & Midaium, nunc *Tzaadurile* dicta, teſte Leunclavio, & paucis conſtans incolis.

DOTHAIM, oppidum fuit Palæſtinæ, antea in Tribu Zabulon, poſtea vicus Galilææ, 5. milliaribus à Bethulia diſtans in Septentrionem, uti 25. à Samaria, & 12. à mari Tiberiadis in occaſum.

DOTIS, *Thata* Hungaris, *Dotes* Germanis, oppidum olim Hungariæ nunc arx tantum è ruderibus inſtaurata, ſedet in Hungaria inferiori ſub dominio Auſtriacorum, dicitur melius Deodatum & Theodata. Vide Deodatum.

DOVÆUM, ſeu Duæum, *Doué*, oppidum Galliæ, in Andegavenſi provincia, trans Ligerim fluvium 4. leucis diſtans à Salmurio in Auſtrum, & 7. ab Andegavo in ortum hybernum, & 5. à Loduno prope amnem *Layon* dictum, in eo ſupereſt amphitheatrum integrum tempore Romanorum ſtructum, illic inveniuntur cryptæ admirandæ ſtructuræ & camerationes ſubterraneæ, & ad introitum puteus ſtupendæ profunditatis, theatrum autem illud tantummodo 1600. pedes in circuitu patet, ſed in eam formam conſtructum eſt, ut ultra 15000. hominum ſine ulla moleſtia mutua ſpectaculis vacare queant.

DOVARNENA, *Dovarnenes*, oppidum Galliæ munitum, in inferiori Britannia, in Cornubia tractu verſus occaſum, à quo ſinus adjacens dicitur *la Baye de Dovarnenes*; gaudetque portu capaci. 4. leucis à Coriſopito in occaſum æſtivum diſtans, verſus Gobæum promontorium, à quo 9. leucis diſtat in ortum hybernum.

DOVEONA, ſeu Deveona, urbs Galliæ Aquitanicæ in Cadurcis Ptolemæo, quæ & Divona Cadurcorum aliis, nunc *Caors*, urbs Galliæ Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Albigenſi, quæ etiam Diolindum dicta fuit ab Olindo fluvio ſeu Olda cui inſidet. Vide Cadurcum, Vinetus tamen negat Deveonam ſeu Doveonam eſſe Cadurcum, ſed potius pagum vicinum *Donvelle* dictum una leuca infra ad occaſum, unde poſtea creverit Cadurcum urbs vicina.

DOVORIA, ſic dicitur à ſcriptoribus mediæ ætatis Dubris *Douvres*, oppidum Angliæ in Cantio. Vide Dubris.

DRABUS, fluvius Norici, Straboni, qui ab aliis Dravus dicitur. Vide ibi.

DRACENUM, *Draguignan*, urbs Galliæ in Provincia, quæ à recentioribus Draguignanum dicitur, verſus montes, 5. leucis à Foro Julio in occaſum. Vide Draguignanum.

DRACHONUS, ſeu Drahonus, ut alii codices habent, amnis parvus Galliæ Belgicæ Auſonio, Dracon Antonino, nunc teſte Cluverio, eſt *Traen* amnis agri Trevirenſis, qui elapſis aliquot milliaribus in Moſellam fluvium ſe exonerat juxta caſtrum Noviomagum *Numagen*, 3. milliaribus Germanicis infra Trevitos, ejus meminit Auſonius.

DRACHONUS, fluvios Germaniæ in Auſtria, cum oppido cognomine, *Draun* vulgo, teſte Lazio.

DRACO, fluvius parvus Italiæ in Campania, ex Veſuvio monte ortus, Nuceriam urbem alluit, teſte Procopio, nunc *il Dragone* dictus in Sarnum cadit.

DRACON, fluvius Syriæ, qui ab aliis Orontes dictus, Antiochiam rigans, teſte Euſtathio. Vide Orontes.

DRACONARA, urbs fuit parva regni Neapolitani in provincia Capitanata, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Beneventano, nunc exciſa jacens, & tantum tenuis vicus *Dragonara* dictus, verſus montes in dicta provincia, 10. milliaribus à Leſina in Meridiem Vulturariam verſus 8. & 7. à Fano S. Severi in occaſum verſus Frentonem fluvium, ſed ejus Epiſcopatus ſuppreſſus fuit & Cathedralis Eccleſia ad ruralem Archipreſbytera-

tum redacta, unita eſt Epiſcopatui S. Severi, teſte Ughello.

Draconon, oppidum & mons Icariæ inſulæ Straboni. Sed Plinio eſt inſula maris Ægei, deſerta.

Dracontius, inſula parva Africæ in mari Mediterraneo, Ptolemæo, Dracunteus ſive Dracontus Stephano, nunc *la Galita* dicta, diſtans 25. milliaribus ab ora regni Tunetani in Septentrionem, & 30. à Thabraca inſula, ejus vero circuitus eſt 10. milliarium circiter.

Dracuina, oppidum Rhætiæ in Vindelicia, Ptolemæo, nunc interpretatur *Ebingen*, oppidulum Sueviæ in Germania, ad Danubium fluvium, ſeu vicos in ſuburbiis ex altera parte Danubii, eſtque parvi momenti in confinio Ducatus Virtembergenſis, 5. milliaribus Germanicis ſupra Ulmam in occaſum hybernum Buchoviam verſus totidem.

Dragamutina, Slavorum orbs in Germania, Aimoino, quam nunc Ortelius interpretatur *Travemund*, id eſt Travæ oſtium, Arx eſt Germaniæ in Holſatia & in Vagria tractu, ubi Trava fluvius in mare Balticum ſe exonerat, in confinio Ducatus Megalopolitani, duobus milliaribus Germanicis a Lubeca diſtans in ortum, & ibi fuit olim Treva oppidum a Ptolemæo memoratum, ut quidam exiſtimant.

Draouinianum, ſive etiam Dracenum, *Draguignan*, urbs Galliæ in Provincia, ſatis culta verſus montes, 5. leucis diſtans a Foro Julio in occaſum, 7. vero ab ora maris Mediterranei in Septentrionem, uti à Fano S. Torpetis.

Drama, urbs Thraciæ, in Macedoniæ confinio, ex libris Conciliorum, ſic vulgo, prius Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Philippenſi, poſtea & ipſa metropolis effecta, prope Philippos & Chriſtopolim, haud procul a Strymone fluvio, teſte Curopalate.

Dranga, populi Aſiæ Straboni, & Quinto Curtio, quorum regio Drangiana dicitur.

Drangiana, regio Aſiæ in Imperio Perſarum, & pars ampla Ariæ regionis ab ortu in occaſum extenſa, inter Ariam propriam & Arachoſiam ad Septentrionem, & Carmaniam Gedroſiamque ad Meridiem, in qua urbes olim claræ Prophtaſia & Ariaſpe, nunc vero *Sitſiſtan* dicitur, teſtibus Caſtaldo, & Mercatore, ſub dominio Regis Perſarum.

Drangubitæ, populi Slavi verſus Ruſſiam, quorum meminit Conſtantinus Porphyrogenneta de adminiſtratione Imperii.

Dravoburgum, *Draburg*, oppidum Germaniæ, in Carinthia inferiori, ad Dravum fluvium, in confinio Stiriæ, 10. milliaribus Germanicis à Labaco in Septentrionem.

Dradsenus, *Drauſen*, lacus Poloniæ, in Pruſſia regia, prope Elbingam urbem, & 5. milliaribus Polonicis à Mariæburgo in ortum, parvus, ſed oblongus. Sorgam amnem recipit, & poſtea in ſinum *Friſche Haff* ſe exonerat.

Dravus, fluvius Norici, & Pannoniæ Melæ, qui Draus Plinio, Drabus Straboni, Darus Ptolemæo, *die Draw* Germanis, *Trab* Hungaris, *le Drave* Gallis, *la Drava* Italis, fluvius eſt Germaniæ, qui fontes habet in Alpibus Carnicis in Comitatu Tirolis, juxta caſtrum *Innichen* dictum, & in confinio ditionis Saliſburgenſis, deinde auctus *Iſola* amne & aliis, in ortum fluit per Carinthiam, Geylam fluvium *Geyl* recipit ad Villacum, uti Olezam & alios minores poſtea, hinc rigatis Volcmarca, Lavanti oſtio, ubi recipit Lavantum, *Lavant*, & Draburgo, per Stiriam inferiorem labitur juxta Marcpurgum, & Poëtovionem, deinde infra Waraſdinum recepto Mura *Muer*, & Hungariam inferiorem à Sclavonia parte Croatiæ ſeparans, paulo infra Salam recipit, uti poſtea aliquot alios minores fluvios, & rigatis aliquot locis nullius nominis, ad Murſam ſeu Eſſechium ponte ſublicio ſtratur pulcherrimo & oblongo, tandemque paulo infra in Danubium ſe exonerat ad Teuroburgium, nunc *Erdwdy* dictum, de ea Venantius Fortunatus in vita S. Martini.

Drausi, ſeu Thraoſi, populi Thraciæ: quos Herodotus libro 5. filios primùm editos vehementer flere, morientes vero, cum gaudio ſepelire, refert.

Dreissenium, *Drieſen* & *Dreiſen*, oppidum munitum Germaniæ in nova Marchia Brandeburgica. Vide Drieſa.

Drentia, *the Drent* incolis, *la Drente* Gallis, tractus Belgii uniti, & una ex tribus partibus Tranſiſalanæ provinciæ, magis ad Septentrionem protenſa, & fere tota paludibus referta: terminatur à Septentrione Groningenſi dominio, ab ortu Diœceſi Monaſterienſi, ab occaſu Friſia, & à Meridie Salandia tractu, & ejus oppidum primarium eſt Covordia in limite Germaniæ, facta fuerat Francici juris anno 1672. ſed biennio poſt ab eis ſponte derelicta, rediit ad ordines provinciarum Belgii uniti quibus etiamnum ſubeſt.

Drepanæ, inſulæ duæ parvæ maris Ægei, prope Lebinthum inſulam, teſte Stephano.

Drepanum, promontorium Africæ Ptolemæo, in Cyrenaica regione, in Africæ propriæ confinio ad Syrtim Magnam, & prope Automalam oppidum, nunc *la Punta di Sabia*, teſte Marmolio.

Drepanum, promontorium Cretæ inſulæ Ptolemæo, in ejus ora Boreali, inter Amphimalum ſinum ad Orientem, & Cydoniam ad occaſum, nunc *la Punta di Drapano* dicitur, teſte Boſchino, eſtque in territorio Cydoniæ, 8. leucis Gallicis a Cydonia in ortum Rhytumnum verſus.

Drepanum, urbs Aſiæ minoris in Bithynia, teſte Ammiano, ad Nicomediæ ſinum, ut ipſam deſcribit Nicephorus Calliſtus, qui eam poſtea à Conſtantino Magno Imperatore cognominatam Helenopolim ſcribit in honorem Helenæ matris, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Nicomedienſi, prope Nicomediam in occaſum, & 55. à Nicæa in occaſum hybernum.

Drepanum, urbs Siciliæ Ptolemæo, hodie *Trapano* incolis, *Trapana* Hiſpanis, urbs & emporium celebre Siciliæ inſulæ in provincia ſeu Valle Mazaræ, in ora magis ad Occidentem extenſa cum portu capaci, ſic à curvitate in modum falcis dicta, teſte Ovidio, ei adjacet inſula exigua ſeu ſcopulus extremo urbis in mare excurſui ab Auſtro objectus, etiamnum vulgo *la Columbara* dictus, in quo arx munita, 15. milliaribus diſtat à Lilybæo promontorio in Septentrionem, uti 22. a Mazara, à Panormo autem 55. in occaſum hybernum, eſtque prope radices montis Erycis vulgo, *il Monte di Trapano* dicto, in quo viſuntur rudera Erycis, nunc *Trapano vecchio* vocata ab accolis, Corallium ibi optimum piſcatur.

Drepanum, promontorium Cypri inſulæ Ptolemæo, in ora occidentali, ubi ad Meridiem vergit, prope Paphum, nunc *il Capo Bianco*, teſte Thoma Porcacćio cum aliis.

Drepsa, urbs Sogdianæ regionis primaria, Ptolemæo, quæ Darapſa Straboni, & Panda Plinio, nunc *Mergian* dici traditur, teſte Caſtaldo, ſed ex conjectura tantum.

Dresda, *Dreſden* incolis, *Dreſde* Gallis, *Dreſda* Italis, urbs Germaniæ in Saxoniæ ſuperioris circulo, & in Miſnia provincia, ampla & culta, ad Albim fluvium à quo in duas partes ſecatur, & quæ trans fluvium eſt, *Alt Dreſden* dicitur ſeu vetus Dreſda, arcem habens munitiſſimam & armamentarium amplum, & in ea commoratur Dux Elector Saxoniæ cui ſubeſt, 15. mill. Germanicis diſtans à confinio Bohemiæ in Septentrionem, uti 17. à Praga Vittebergam verſus 15. 5. autem à Miſna in ortum, uti 12. à Lipſia & 22. à Berolino.

Driesa, *Drieſen*, oppidum Germaniæ in nova

Digitized by Google

Marchia Brandeburgica, dicitur etiam Dreiſſenium, eſtque recens munitum ad Netium fluvium in confinio Poloniæ regni, & 5. milliaribus Germanicis a Landſperga in ortum, uti 10. a Cuſtrino, ſub dominio Electoris Brandeburgici.

DRILLÆ, populi Cappadociæ, Xenophonti, in ora maris Euxini; inter Trapezuntios & Colchos, Macronibus finitimi, teſte Arriano in Periplo, qui Sanni aliis videntur.

DRILO, fluvius Illyrici Straboni, Plinio, & Ptolemæo, nunc *lo Drino* dictus, qui Drinus & Drinius Vibio Sequeſtri. Duo ſunt Drilones, alter qui ex Scardo monte ortus. Drilo Albus dicitur *Drin Bieli* incolis, *il Drino Bianco* Italis, *le Drin Blanc* Gallis, in ortum hybernum fluens, alter vero qui ex Lychnide palude Macedoniæ ortus Drilo Niger dictus, *il Drino Nero* incolis, *Caradrinus* Turcis, *le Drin noir* Gallis, & in Boream tendens Albanopolim rigat; aliaque oppida, & deinde per Dalmatiam fluens Driloni Albo conjungitur, qui ſimul coëuntes ſic efficiunt unicum fluvium *il Drino* dictum, qui antequam ad mare perveniat iterum in duo brachia diviſus, in Zadrima tractu, inſulam efficit, & duobus oſtiis in mare Adriaticum, & in ſinum Drilonem ſe exonerat infra Lyſſum urbem, teſte Joanne Lucio cum aliis.

DRILONIS SINUS, *il Golfo dello Drino* Italis, *le Golfe du Drin* Gallis, ſinus maris Adriatici, qui olim Illyricus ſinus dictus fuit, in ora Dalmatiæ, inter promontorium *il Capo de Redoni* ad Meridiem, & Nymphæum portum *S. Zuane de Medoa* ad Septentrionem, ſicque dicitur a Drilone fluvio *il Drino*, in eum ſe exonerante, quanquam aliqui imperiti dixerint illum *il Golfo di Lodrino*, & ineptius finxerint ibi Lodrinum urbem, *Lodrino* in eodem loco ubi Liſſus urbs, *Aleſſio* vulgo, dicitur etiam hic ſinus a quibuſdam Barbanæ ſinus, *le Golfe de la Boiana*, ex eo quod Barbana fluvius in eum ſe exonerat, ſed prior denominatio communior, & ejus trajectus à Septentrione in Meridiem, vix eſt 25. milliarium, quicquid dicant in contrarium recentiores quidam, & quanquam fere omnes tabulæ Geographicæ modernæ antiquos errores ſecutæ notarint eo in loco ſinum illum pretenſum *de Lodrino*, ex eo quod non intelligerent vocem Italicam.

DRINOPOLIS, ſeu urbs ad Drinum, urbs Illyrici, Cedreno, quæ & forte Sidrona, alias Epiſcopalis, nunc vulgo *Drinawar*, urbs Serviæ regni ad Drinum fluvium, in confinio Boſniæ ſub dominio Turcarum a duobus ſæculis, 20. milliaribus diſtans a Savo fluvio in Meridiem, & 26. à Saraio in ortum.

DRIOPOLIS, urbs Germaniæ inferioris, quæ aliter Maſacum dicitur, *Maſeyck*, in ditione Leodicenſi ad Moſam fluvium. Vide Maſacum.

DRINUS, fluvius Illyrici Plinio, vulgo *il Drino*, ex Scardo monte ortus, & auctus aliquot fluminibus, Drinopolim rigat, & Boſnam à Servia diſterminat, & deinde in Savum fluvium ſe exonerat 15. milliaribus Germanicis ſupra Taurunum.

DRINUS, ſeu Drinaius, *Kiri* ab accolis dictus, potius rivulus Dalmatiæ quam fluvius, fluit ex orientali parte civitatis Scodræ; eſtque Clauſula, cujus meminit Livius, teſte Joanne Lucio, quamvis Coriolanus Cipicus & Marinus Barletius ibi Drilonem olim fluxiſſe & alveum mutaſſe ſcribant.

DRIPSINATIUM CIVITAS, urbs fuit Galliæ Ciſalpinæ, haud dubie in agro & territorio Brixienſi, teſte Luca Holſtenio.

DRISTA, urbs Bulgariæ ad Iſtrum fluvium, teſte Cedreno, olim Doroſtolum Moeſiæ inferioris urbs, ut quidam exiſtimant. Vide Triſta.

DRIVASTUM, ſeu Trivaſtum; *Drivaſto*, urbs parva Albaniæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Antibarenſi, ſubeſt Turcarum dominio, & paucis conſtat incolis, juxta Labeatim paludem, 15. milliaribus à Scodra.

DROCUM, urbs Galliæ Celticæ, in finibus Carnutum, nunc *Dreux* dicta, urbs Galliæ in provincia Inſulæ Franciæ, Drocenſis Comitatus dicti caput, ad amnem *la Blaiſe*, qui paulo infra cadit in Eburam fluvium, ſedet ad radices collis in quo ineſt caſtrum antea munitum nunc ſemidirutum, urbs eſt perantiqua, & juxta ipſam acriter fuit dimicatum inter Gallos anno 1562. 16. leucis diſtat a Pariſiis in occaſum, & 7. à Carnuto in Septentrionem, ibi alias Druidæ & Druides, & quibuſdam etiam Durocaſſes, *les Druides* vulgo, Drocæ recentioribus.

DROGHEDA, id eſt Pontana, *Droghdagh*; ſeu & *Tredagh* quibuſdam, urbs parva Hiberniæ, in Lagenia provincia & Lugenſi Comitatu, ad Buvindam fluvium, verſus ejus oſtia, vix uno aut altero milliari à mari Hibernico, cum portu capaci, dicitur etiam ſæpius Pontana. Vide ibi.

DROOICINUM, *Drogicin*, oppidum regni Poloniæ in Polachia provincia, ad Bugem fluvium, dicitur etiam *Drogiezin*, eſtque in limite Mazoviæ, & 8. leucis Polonicis diſtat a Breſtia in occaſum æſtivum.

DROGOBUSCUM, *Drogobusk*, urbs Moſcoviæ in Bielkia provincia, dicitur aliter *Dorgabuſa*, eſtque in confinio Lithuaniæ ad Boryſthenem fluvium, 18. leucis Gallicis ſupra Smolenſcum in ortum.

DROMORA, *Dromore*, urbecula Hiberniæ inſulæ, in Lagenia provincia & in Lugenſi Comitatu, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Armachano, fere in vicum redacta eſt, & deficit in dies, ſedet juxta Laganum fluviolum, 25. milliaribus ab Armacho in ortum, & 18. a Rupe Ferguſii in Meridiem.

DROMOS, *Dromio*, inſula Archipelagi, verſus oram Macedoniæ, & ſinum Thermaicum: circuitus 20. milliarium, & prope Peparethum inſulam, unde etiam ambæ ſæpe dicuntur *li Dromi*; oblonga eſt, & parum culta.

DROMOS ACHILLIS, id eſt curſus Achillis; peninſula oblonga Tauro Scytharum, in Sarmatia & in ora Ponti Euxini, Achilleæ inſulæ proxima, nunc *Fidoniſi* dicta, teſtibus Nigro, & Caſtaldo, & ab ortu in occaſum extenſa, inter Carcinitem ſinum ad ortum, & oſtia Boryſthenis ad occaſum. Vide Achillea.

DROSICA, tractus Thraciæ Ptolemæo, inter Pangæum montem ad Boream, & mare Ægeum ad Meridiem; cujus urbes fuere Nicopolis ad Neſſum, Abdera, & Biſtonia, teſte Brietio.

DRUENTIA, fluvius Galliæ Narbonenſis rapidiſſimus Livio, Plinio, & aliis, Druentios Ptolemæo, nunc *la Durance* incolis, *la Durenza* Italis, fluvius Galliæ, oritur ex monte Genebra uno ex Alpibus Cottiis in Brigantino tractu Delphinatus, deinde Brigantium rigans uti Ebredunum, & in occaſum labens prope Vapincum, hinc per Provinciam fluit, & receptis fluviis *l'Hubaye*, *Buech*, & aliis minoribus Seguſteronem rigat, uti Manuaſcam, deinde auctus Verdone & aliis, juxta Pertuſium Lambeſcum & Caballionem labitur, & tandem una leuca infra Avenionem in Rhodanum ſe exonerat, viciniis admodum damnoſus eſt, & propter rapiditatem non eſt lintrium capax, pontibus etiam carens infra Seguſteronem ea de cauſa.

DRUIDES, populi fuere Galliæ Celticæ, & pars Carnutum, Cæſari, qui & Druidæ Straboni, in eo tractu, ubi nunc Comitatus Drocenſis in inſula Franciæ *le Comté de Dreux*, quorum oppidum primarium Drocum *Dreux* ad amnem *la Blaiſe*, 7. leucis à Carnuto de quo ſupra, fuere etiam Magi ſeu Sacerdotes Galli, qui præcipue inter Carnutes degebant, & ſæpiſſime ſacrificia habebant in Roboribus ſacris, ex antiqua traditione, ubi nunc vicus de Roboribus dictus, *Rouvres* vulgo, ad Vegram amnem, una leuca ab Ebura fluvio,

Digitized by Google

3. leucis à Droco in Septentrionem, & 14. à Lutetia Pariſiorum in occaſum, horum meminere inter alios Cicero libro primo de natura Deorum, & Cæſar in commentario 6. de bello Gallico.

DRUMA, ſeu etiam Druna fluvius Auſonio, *la Drome*, fluvius Galliæ in Delphinatu, oritur in confinio Vapincenſis tractus, deinde in occaſum tendens rigatiſque Dia, & Criſta Arnaldi urbibus, in Rhodanum fluvium ſe exonerat, 3. leucis infra Valentiam in Meridiem.

DRUSI, populi Aſiæ in Siria regione, vulgo *les Drus* dicti, ſuntque reliquiæ Francorum & aliorum Europæorum qui in Terra Sancta ſedes fixerunt tempore belli Sacri, ſunt ex parte Chriſtiani, & verſus Jordanem fluvium, Libanum montem, & mediterranea loca Terræ-Sanctæ commorantur.

DRUSI MONUMENTUM, moles teſtacea & lapidea, aliaſque pyramis pro Druſi monumento honorario excitata, teſtibus Dione & Eutropio, antea in ſuburbio Moguntiæ urbis ad Rhenum fluvium in Germania, nunc autem intra ejus arcem, ut pluries vidi, & quod ejus nunc ſupereſt pyramidis tantum interiora ſunt, quæ quia glandis quercinæ formam quodammodo præbent, *Eychelſtein*, id eſt glandem lapideam vernacule hodie appellant.

DRUSIANA FOSSA, ducta fuit à Droſo ab Arenaco ad Druſiburgum per 9. millia paſſuum, in Germania inferiori poſt Rheni ſciſſionem, ut ſic Rhenum fluvium Iſalæ miſceret, teſte Tacito, dicitur aliter foſſa Druſi, vulgo *Nieuve Yſſel*, eſtque in Ducatu Gueldriæ inter Tetrarchias Velaviam & Zutphanienſem, in ditione Belgarum unitorum, & per ipſam Rheni pars in Iſalam fluvium ſe exonerat, in limite Ducatus Clivenſis.

DRUSIBURGUM, *Doesborck* incolis, *Dousbourg* Gallis, urbs munita Belgii uniti ad Iſalam fluvium in Gueldria provincia, & Tetrarchia Zutphanienſi, dicitur etiam Druſiana arx a quibuſdam, antea erat munita, ſed anno 1673. ejus munitiones ſolo æquatæ ſunt a Gallis. Vide Doesburgum.

DRUSIPARA, urbs Thraciæ, Ptolemæo, quæ Druſipara Antonino, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Hadrianopolitano, inter Bergulas ad occaſum, & Perinthum ad ortum, inde 16. hinc 34. mill. paſſ. *Miſini* hodie, teſte Sophiano.

DRUSOBURGUM, *Duisbourg*, urbs Germaniæ in Ducatu Cliviæ. Vide Duisburgum.

DRUSOMAGUS, urbs Vindeliciæ Ptolemæo, nunc ex veteri inſcriptione, eſt Memminga *Memmingen*, urbs Germaniæ in Sueviæ circulo, & in Algæa tractu, Imperialis ſeu libera & ſui juris, prope Ilarum fluvium, 7. milliaribus Germanicis ab Ulma in Meridiem, Campodunum verſus 4. Vide Memminga.

DRYAS, fluvius Theſſaliæ, ad Anticyram inſulam in mare influens, & ad Sperchium fluvium, 20. ſtadiis tantum ab eo diſtans, teſte Gyraldo.

DRYMÆA, oppidulum fuit Achaiæ in Phocide mediterranea, in tumulo & verſus montes, Pauſaniæ, cujus tractus etiam Drymæa à Plinio memoratur, 18. milliaribus à Daulide in Septentrionem, & 6. à Cephiſſo fluvio, ſed quid ſit nunc ignorant ipſi indigenæ.

DRYMON, Dalmatiæ fluvius, Comnenæ, qui aliis Drinus & Drinius, hodie *il Drino*, in mare Adriaticum labitur. Vide Drinus.

DRIYMUSSA, inſula parva Ioniæ, Clazomeni urbi objecta, & vicina, Plinio, & Livio teſtibus.

DRYNOPOLIS, urbs Epiſcopalis Illyrici, Cedreno, nunc *Drinowar*. Vide Drinopolis.

DRYOPE, oppidum fuit Peloponneſi in Argia regione, prope Hermionem, Ovidio & Stephano teſtibus, quod hac tempeſtate non extat.

DRYOPES, populi Epiri, teſte Plinio, quorum tractus nunc *Aldradina*, teſte Pineto, dicitur.

DRYOPES, populi Theſſaliæ, juxta Oetem montem, teſte Strabone.

DRYOPIS, regio Tetrapolis dicta.

DRYS, locus in ſuburbio Chalcedonis urbis, *Rufinianæ*, teſte Cedreno, dictus.

DRYUSA INSULA. Vide Samos.

DUACENSE CASTRUM, *Douay*, urbs Belgii Francici. Vide Duacum.

DUACUM, *Kilmacough*, urbs parva Hiberniæ in Connacia provincia, olim *Kilmach Duach* dicta, id eſt Eccleſia filii Duaci, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Tuamenſi, ſed ejus Epiſcopatus unitus eſt Clonfertenſi ab anno 1602. teſte Waræo.

DUACUM, *Douay*, urbs Galliæ, in Belgio Francico, & in Comitatu Flandriæ, ad Scarpam fluvium, & in ipſo limite Atreſiæ, quæ olim erat tantum caſtrum Duacenſe dictum, quod fere dirutum reſtauravit S. Amatus Epiſcopus anno 665. nunc ampla urbs eſt, & probe munita, cum armamentario inſtructiſſimo, Academiam habens anno 1572. inſtitutam à Philippo II. Hiſpaniæ Rege. Capta fuit a Ludovico Magno Francorum Rege anno 1667. & ipſi etiamnum ſubeſt pace ad Aquiſgranum ſancita, diſtat autem 5. leucis à Cameraco in Septentrionem, Inſulas verſus 7. & ab Atrebato 6. Tornacum verſus 8., hinc Duacenſes populi, *les Douayens* vulgo.

DUÆ COLUMNÆ, oppidum Inſubriæ in Italia Ammiano, hodie Gambolatum recentioribus, *Gambalo* vulgo, oppidulum Ducatus Mediolanenſis in agro Ticinenſi, teſte Gaudentio Merula, prope Viglebanum urbem, ab ea 3. milliaribus diſtans Laumellum verſus.

DUAMA, *Duama*, urbs Indiæ in Iava inſula, dicitur etiam *Dauma*, eſtque in ora Boreali inſulæ cum portu tuto, 8. leucis à Iapara diſtans in occaſum.

DUBA, *Diben* & *Duben*, oppidulum Germaniæ in ditione Electoris Saxoniæ, ad Muldam fluvium & in Saxoniæ Ducatu, in confinio Miſniæ, 5. milliaribus Germanicis a Vitteberga diſtans in Meridiem Lipſiam verſus totidem, & 2. a Torgavia in occaſum.

DUBIS, fluvius Sequanorum in Gallia Celtica, Ptolemæo, qui Alduasdubis Cæſari, nunc *le Doux*, oritur ex monte Jura ſupra pagum Mortam, Comitatum Burgundiæ ab Helvetia fere dividens, hinc per Epiſcopatum Baſileenſem & Comitatum Montis Belligardi fluens, ubi deinde per Burgundiæ Comitatum in occaſum, Inſulam & Claravallem caſtella perfluit, ac urbem Veſuntionem interſecat, hinc Dolam rigans juxta Virdunum Burgundiæ Ducatus oppidum Arari fluvio miſcetur, teſtibus Marliano, Chiſletio, & aliis.

DUBLINENSIS COMITATUS, *the Countye Dublin* Anglis, *le Comté de Dublin* Gallis, tractus Hiberniæ in Lagenia provincia, juxta oram maris Hibernici, à quo terminatur ad occaſum, uti ad Septentrionem Media orientali, ab occaſu Childariæ Comitatu, & ad Meridiem Wickloenſi, ejus unica urbs eſt Dublinum *Dublin* in ora, totius inſulæ caput, erantque olim in eo tractu Eblani populi ex parte, ut exiſtimant Camdenus & Varæus.

DUBLINUM, *Doblin* & *Dobelen*, oppidum Livoniæ in Semigalliæ Ducatu, ad Terwtam amnem, in confinio Samogitiæ, & ſub dominio Ducis Curlandiæ, 6. milliaribus Germanicis diſtans à Mittavia in occaſum hybernum.

DUBLINUM, *Dublin*, urbs Hiberniæ inſulæ primaria, in Lagenia provincia & in Comitatu Dublinenſi, antea *Develin* dicta ab Anglis, & *Balacleigh* Hibernis, id eſt urbs ſuper Crates, teſte Camdeno, & antiquiſſimis temporibus Eblana, Archiepiſcopalis facta ab Eugenio III. Papa anno 1152. ſedet ad oſtium fluvii Liffii cum portu tuto, ſed tantiſper arenoſo cumulo

impedito, 7. milliaribus à mari Hibernico, & 25. à Drogheda ſeu Pontana in Meridiem, eſtque probe munita cum Academia.

Duaris, oppidum Britanniæ majoris in Cantio, Antonino, Douoria in libris mediæ ætatis, nunc *Dover* incolis, *Douvres* Gallis, oppidum Angliæ, in Cantio provincia, & in ora littorali, portu gaudet ſatis capaci ad fretum Gallicum, cum caſtro antiquo, ſed munito in colle adjacenti, ut pluries vidi, 12. mille paſſibus diſtat à Cantuaria in ortum hybernum, uti 55. a Londino, è regione Iccii portus à quo 6. leucis diſtat, uti 7. à Caleto in occaſum æſtivum.

Duceæ, populi Mauritaniæ Cæſarienſis, circa ortum Ampſagæ fluminis incolentes, teſte Ptolemæo.

Ducaledonii, populi fuere Britanniæ magnæ, ubi nunc pars Scotiæ, verſus Tavum fluvium. Vide Caledonii.

Ducaledonius Oceanus. Vide Deucaledonium mare.

Ducatus Civitas, urbs regni Neapolitani in Aprutio, quæ aliter & ſæpius Civitas Ducalis dicitur. Vide ibi.

Ducatus S. Sabæ, *Erzegovina* incolis, *Caratze-dag-ili* Turcis, id eſt regio ſaltus Nigri, *le Duché de S. Saba* Gallis, pars eſt Regni Boſniæ ad occaſum & Meridiem extenſa, verſus Dalmatiam, & inter Drinum fluvium & Novum mercatum urbem, & ejus præcipuum oppidum Fanum S. Sabæ dicitur ſub dominio Turcarum.

Ducatus Venetus, *il Dogado*, tractus Italiæ in ditione Veneta, & prope Venetias. Vide Venetus Ducatus.

Duccala, *Duccala*, provincia regni Marrochii, in ora littorali Oceani Atlantici, inter oſtia Ommirabihi & Tenſiſti fluviorum, verſus Caput Cantinum. Ejus urbes præcipuæ ſunt Azafia & Azamurium,

Ducinum, *Ducino*, caſtrum cultum Pedemontii in Comitatu Aſtenſi, ſub dominio Ducis Sabaudiæ, in colle, vix 3. mill. à Villanova Aſtenſi diſſitum in ortum, & teſte Auguſtino ab Eccleſia Epiſcopo Salutienſi, alias fuit juris Baudrandæ gentis antiquæ (ex qua ortus eſt author hujus libri) nunc vero in dominio otili Doriæ familiæ.

Ducis Rodia, *Hertogenraid*, oppidum Belgii in Ducatu Limburgenſi, ſive in Tranſmoſana ditione, Vide Rodia Ducis.

Duderstadium, *Duderſtadt*, oppidum Germaniæ in Ducatu Brunſvicenſi, ad amnem Wipperam, & in Eiſchfeldia regiuncula, ſub dominio Electoris Moguntini ab anno 1365. eſt in confinio Thuringiæ & ditionis Grubenhagenſis, uno milliari Germanico diſtans ab Hiligenſtadio in Septentrionem, & 3. à Gottinga in ortum.

Dunini, populi Illyrici, teſte Plinio, quorum oppidum Nadinum videtur à Priſco.

Duecaledonius Oceanus, & Duecaledonium mare Ptolemæo, mare quod Scotiam alluit. Vide Deucaledonium.

Duellium, ſeu Duellium altum, *Hohentwiel* incolis, *Hontvil* Gallis, arx Germaniæ probe munita, in monte arduo & undique prærupto in Sueviæ circulo, & in limite Helvetiæ, in ditione Ducis Wirtembergenſis ab anno 1520. quo ab eo empta fuit à nobili vidua Clingebergenſis familiæ, pluries obſeſſa fuit ab Auſtriacis bello tricenniali Germanico, irrito tamen conatu, eſt intra Langraviatum Nellemburgicum, 1. milliaribus Germanicis a Scaphuſia in ortum æſtivum, & 5. a Conſtantia in occaſum.

Durona. Vide Dovena.

Duesmensis Tractus, *le pais Dueſmois*, regiuncula Galliæ in Burgundiæ Ducatu, & in Alſienſi tractu partim, & in Montano agro, ſic dictus à Duema caſtro, eſtque inter fontes Sequanæ fluvii, & Caſtellionem oppidulum.

Duglassium, *Douglas*, caſtrum Monædæ inſulæ Angliæ, in mari Hibernico, & in parte orientali inſulæ, verſus Cumbriam.

Dooglassium, & Duglaſſia, *Duglas* incolis, *Douglas* Gallis, oppidulum Scotiæ meridionalis in parte orientali Lothianæ provinciæ, & in confinio Merciæ, 7. mill. paſſ. ab ora maris Germanici diſſitum in occaſum, Edimburgum verſus 27. caſtrum habuit dirutum anno 1640. pulvere nitrato, & hinc dicta nobilis familia.

Duina, *la Duvina*, provincia Moſcoviæ ſeptentrionalis, a Duina fluvio in duas partes ſecta & ſic dicta, terminatur à Septentrione Condora provincia, ab Oriente Uſtinga, à Meridie Cargapolia, & ab Occidente mari Boreali, & mari Albo, ejus autem præcipua urbs eſt Archangelopolis.

Dutona, fons urbis Burdigalenſis, in Aquitania, cujus meminit Auſonius. Vide Divona.

Duisburgum, ſeu Duisburgum, & Teutoburgum, *Duysburg* incolis, *Duisbourg* Gallis, urbs parva Germaniæ in Ducatu Cliviæ, ad Ruram fluvium qui paulo infra cadit in Rhenum, antea Imperialis fuit & libera, nunc ab aliquot annis ſubeſt dominio Electoris Brandeburgici, qui in ea inſtituit Academiam die 14. Octobris anno 1655. alias munita fuerat à Belgis, ſed poſtea ejus munitiones dirutæ fuere, 4. milliaribus Germanicis diſtat a Veſelia in Meridiem Duſſeldorpium verſus, & in ea obiit anno 1594. Gerardus Mercator præcipuus ſui temporis Geographus, & vir doctiſſimus.

Dulce Mare, *la mer Douce*, ſeu *le grand Lac des Hurons*, lacus Americæ ſeptentrionalis, in Nova Francia. Vide Huronum Mare Dulce.

Dulcinum, *Dolcigno*, urbs Dalmatiæ, in ora maris Adriatici, ſub dominio Turcarum. Vide Olcinium.

Dulendium, *Doulens*, oppidum Galliæ, in Picardia provincia, & probe munitum cum arce, in limite Arteſiæ, ad Altiliam fluvium, 6. leucis ab Ambiano in Septentrionem; & 7. ab Atrebato in occaſum diſtat.

Dulgibini, populi Germaniæ Tacito, & Iſtævonum pars; qui dicti Dulgumnii à Ptolemæo, fuere inter Amaſium & Viadrum fluvios extenſi, forſan ubi nunc Comitatus Oldenburgenſis & Hoyenſis, pars inferior Diœceſis Monaſterienſis, & Principatus Mindenſis Weſtphaliæ, ut Cluverius exiſtimat.

Dulichium, inſula maris Ionii, una Echinadum, Straboni, parva admodum & verius ſcopulus, inter oram Ætoliæ & Cephaleniam, nunc *Dolichio* etiam dicta, teſte Brietio, eſt verſus oſtia Acheloi fluvii ab Arachto Peloponneſi promontorio 100. ſtadiis diſtans in Septentrionem Ithacæ propior, quanquam alii exiſtiment, nunc *Thiaki* dici prope Cephaleniam, & in ea eſſe portum ad ortum & rudera oppidi *Delicha* vocati, hic Ulyſſes habitaſſe fertur, unde Dulichius cognominatus fuit & hinc etiam Dulichius nomen gentis.

Dullartus Sinus, *le Dollart* & *Dollaert*, ſinus parvus Germaniæ ad oſtia Amaſii fluvii. Vide Dollartus.

Dulma, *Dulma*, urbs fuit regni Boſniæ, provinciæ ſeu tractus cognominis caput, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Spalatenſi, ſub dominio Turcarum, & in limite Dalmatiæ, ſed nunc diruta jacet, ita ut vix ejus appareant rudera.

Dulopolis, hoc eſt, urbs Servorum, quæ & Acanthus, oppidum Canæ, in ora, contra Rhodum inſulam, teſte Plinio.

Duma, *le Puy de Domme*, mons Galliæ in Alvernia provincia, teſte Papirio Maſſone, altiſſimus eſt prope

prope Claromontem, vix ab ea una leuca diſtans in occaſum.

Duina, *Duvina* incolis, *la Douine* Gallis, fluvius Moſcoviæ ex præcipuis regionis, ſic dicitur à duobus fluviis Juga & Suchana, quorum ultimus oritur in Vologda provincia, ſupra Vologdam urbem quam rigat, deinde in Boream tendens ad Uſtiugam fluvium Jugam recipit, hicque primum Duina dicitur à concurſu duorum, *Duina* enim binos ſonat Ruthenice, ſicque Uſtiugam provinciam bifariam ſecans, auctus *Witzogda*, *Wagghe*, aliiſque fluviis, per Duinam provinciam labitur, ibique Archangelopolim rigans, prope & infra ipſam inſulam *Podeſemske* efficit, circuitus 14. milliarium Germanicorum, & juxta eam duplici oſtio, in mare Album ſive ſinum Granduicum ſe exonerat, teſte Iſaaco Maſſa cum aliis.

Dumbarum, quaſi caſtrum Batæ, *Dunbar*, oppidum Scotiæ in Lothiana provincia, & ejus parte orientali, cum portu in ora Oceani Germanici, ubi Scoti grandi clade affecti fuere ab Anglis, die 23. Septembris anno 1650. diſtat 26. mill. paſſ. ab Edimburgo in ortum, & caſtrum habuit in colle nunc disjectum.

Dumbi Mare, *Dumu-Haff*, ſic dictus fuit alias Bothnicus ſinus in mari Baltico, teſte Pontano.

Dumblanum, *Dumblane*, urbs Scotiæ meridionalis in Mentithia provincia, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Andreapolitano, ad Taichum fluvium qui paulo infra in Fortheam cadit, parva eſt, 26. milliaribus diſtans ab Edimburgo in occaſum æſtivum, & 5. à Strivelino in Septentrionem, ab Andreapoli vero 25. in occaſum Glaſquum verſus.

Dumbrosa, urbecula Hiberniæ inſulæ in Connacia, quid ſit non conſtat, forſan *Dundroes*, caſtrum in Slegenſi Comitatu in ora.

Dumfermelinga, *Dumfermeling*, caſtrum Scotiæ meridionalis, in Fifa provincia, ubi natus Carolus I. magnæ Britanniæ Rex anno 1600. vix 7. milliaribus diſtat à Bodotriæ æſtuario, & 20. ab Edimburgo in occaſum æſtivum Sterlinum verſus, eratque alias Abbatia.

Dumium, pagus erat cum cœnobio in Luſitania, prope Bracaram urbem Archiepiſcopalem Hiſpaniæ, cujus Abbas etiam Epiſcopus erat in Regis curia, teſte Morali, à Divo Martino Abbate Dumienſi anno ſalutis 567. condito: qui Epiſcopatus Bracarienſi, ſedi unitus eſt, teſte Mariana, & de eo pluribus Haubertus Monachus Hiſpalenſis.

Dummera Lacos, *die Dummerzee* incolis, *le Lac de Dumre* Gallis, lacus Germaniæ in Weſtphaliæ circulo, tres ditiones rigans nempe Monaſterienſem ad occaſum, Oſnabrucenſem ad Meridiem, & ad ortum & Septentrionem Diepholienſem, quæ ſubeſt dominio Ducum Brunſvicenſium, hic lacus Diepholtiam rigat, & per ipſum labitur Hunta fluvius.

Dumna, inſula maris Deucaledonii, cujus meminit Plinius, & Ptolemæus, nunc ab Ortelio, & ab aliis creditur Hoia *Hoy*, inſula Scotiæ Borealis fere adjacens ad arctos, & una Orcadum, juxta Picticum Fretum & ad Auſtrum Pomoniæ inſulæ, ab Oriente in Occidentem extenſa cum aliquot villis, & vix 8. mil. paſſ. à Scotia diſtans.

Dumnissus, & Domniſſa, antea *Tonneſſe*, nunc *Denſſen*, vicus Germaniæ in Palatinatu Rheni, in Nachgovia ſeu Nayenſi tractu infra Kirchbergam oppidum, teſte Marquardo Frehero, 7. mill. paſſ. ſupra arcem Dumnum in Septentrionem, & paulo amplius à Moſella in ortum, in limite ditionis Trevirenſis, de eo Auſonius in Moſellanicis.

Dumnitonus, locus Aquitaniæ, cujus meminit Auſonius in Epiſtolis, de eo ſic Vinetus: eſt apud Medulos in ipſa fere Garumnæ fluvii ripa è regione Blaviæ, parvus vicus *Domniſſan*, qui fortaſſe locus erit qui hic memoratur, Theonis habitatio, Domnotonos legit ubique Scaliger, cui videtur etiam fuiſſe in Medulorum tractu Vaſconiæ ad Garumnam æſtuarium.

Dumnonii, populi Britanniæ majoris, Ptolemæo, ubi nunc pars regni Angliæ ad occaſum. Vide Damnonii.

Dumnotirum, *Dumnotyr*, caſtrum munitum Scotiæ ſeptentrionalis, in Marnia provincia, & in ora Oceani Germanici, 10. milliaribus Scoticis diſtans ab Aberdonia in Meridiem, & 15. à Brechinia in ortum æſtivum, teſte Thimoteo Ponte.

Dumnus, *Thuan*, arx antiqua Germaniæ, ad Navæ Simeræque confluentes, in Palatinatu Rheni, & in Hunnorum tractu, diſtat 16. mill. paſſibus à Bingio in occaſum, teſte Cluverio.

Dumom, *le Puy de Domme*, mons Galliæ in Alvernia inferiori, & in Limania tractu, vix una leuca a Claromonte in occaſum diſtans, dicitur aliter Duma.

Duna, & Duina, fluvius Poloniæ, *Duna* Polonis *Dzwina* Moſchis, oritur in Novogardia provincia Moſcoviæ, prope Volgam lacum & Volgæ fluvii fontes, deinde in occaſum tendens, auctus aliquot fluvus minoribus, per Lithuaniam labitur ad Vitebſciam & Polotzam urbes, & receptis poſtea *Driſſa*, *Dzieſna*, aliiſque fluvis parvi nominis, per Livoniam fluit juxta Duneburgum, & Lithiam Livoniæ provinciam à Semigallia ſeparans, Rigam urbem rigat, infra quam in ſinum Rigenſem & mare Balticum ſe exonerat ad Dunemundam arcem, id eſt Dunæ oſtium, olimque Rubo dictus fuit, ut exiſtimant plurimi recentiores.

Dunax, mons Thraciæ, Straboni, pars Rhodopes excelſior: quæ à Livio Donuca appellatur.

Duneritonium, id eſt oppidum Britonum, *Dunbarton*, caſtrum probe munitum Scotiæ meridionalis, quod & *Dunbarte* dicitur, in Levinia provincia, ad confluentes Levinii in Glottam fluvium, in rupe præalta & prærupta, olimque *Alcluid* dictum fuit, id eſt ſupra Cluidam, vel ut alii volunt, Petra ad Cluidam, teſte Camdeno, diſtatque 7. milliaribus a Glaſcua in occaſum æſtivum & paulo amplius à Glottæ æſtuario in ortum, vocatur etiam ſæpe *Dumbriton* ab exteris, & hinc Glottæ æſtuarium *Dunbarton Fyrth* dicitur aliquando, teſte Timotheo Ponte.

Duncheldinum, *Dunken*, urbs Scotiæ meridionalis, ſic dicta quaſi caſtrum Caledonum, ſita eſt in Perthia provincia, ad Tavum fluvium, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Andreapolitano, 11. milliaribus diſtans à Pertho in Septentrionem, & 32. ab Andreapoli in occaſum æſtivum, dicitur etiam Caledonium. Vide ibi.

Dunchespiela, ſive Dunckelſpula, & Zeapolis, *Dunckeſpihel*, urbs parva Germaniæ in Suevia provincia, & ad Vernitium fluviolum, in Viagruntia tractu, Imperialis eſt & libera, ſive ſui juris, & ſic dicitur à voce *Dunckel*, id eſt Zea, frumenti genere, cujus magna ibi eſt copia, & pluries capta fuit a Suecis, & etiam à Gallis bello tricennali Germanico, ſed poſtea reddita. Vide Dinckelſpula.

Duncheranum, *Dunkeran*, urbecula Hiberniæ in Momonia, olim Ivernis dicta. Vide ibi.

Dundalcum, *Dundalk*, urbs parva Hiberniæ in Lagenia provincia, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Armachano, in Lugenſi Comitatu, cum portu capaci in ora maris Hibernici, ubi recipit Reſſanum amnem, parva eſt admodum, 20. mill. paſſibus à Pontana in Septentrionem Armacham verſus 26.

Duneburgum, *Dunenburg*, arx munita Livoniæ, ad Dunam fluvium, antea ſub Polonis. Sed capta fuit hiſce poſterioribus annis a Suecis, & poſtea a Moſchis quibus etiamnum ſubeſt, ſedet in Lithia provincia, & in limite Semigalliæ, vix 6. milliaribus Polonicis a con-

finio Lithuaniæ in Septentrionem.

DUNELMENSIS EPISCOPATUS, ſeu Dunelmia, *The Biſhoprick of Durham* incolis, *la province de Dureſme* Gallis, provincia Angliæ Borealis, quæ antea *Duremſchire* dicta fuit, quod ſit in libertate Epiſcopi Dunelmenſis, figuræ eſt triangularis, terminaturque ab Oriente mari Germanico, à Septentrione Northumbria, & à Meridie Eboracenſi provincia, & ejus unica urbs eſt Dunelmum; erant vero olim in eo tractu Brigantes populi ex parte, ut exiſtimat Camdenus.

DUNELMOM, *Durham* incolis, quanquam *Dureſme* pronuncient, urbs Angliæ, in Duoelmenſi Epiſcopatu ab ea dicto, in Anglia Boreali, ad Vedram fluvium à quo fere cingitur in modum inſulæ, unde ei nomen inditum *Dunholm* à Saxonibus, ſedet in colle arduo cum caſtro, eſtque Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Eboracenſi, cujus Epiſcopatus ſedes fuit ad Auguſtaldenſem Eccleſiam, & alia ſedes ad Lindisfarniam ſeu *Holie land* inſulam ſacram, 12. mill. paſſ. diſtat à Novocaſtro in Meridiem Eboracum verſus 60. circiter, & 8. ab ora Oceani Germanici in occaſum, & prope ipſam ad Nevilli crucem acerrime pugnatum fuis inter Anglos, & Scotos die 20. Octobris 1346. ubi David Bruſius Rex Scotiæ captus fuit a Philippa Eduardi III. Regis Angliæ conjuge.

DUNEMUNDA, *Dunemund*, quaſi Duinæ oſtium, arx munita Livoniæ, in Lithia provincia, ad oſtia fluvii Duinæ, 2. lapide a Riga in occaſum, juxta ſinum Livoniæ, ſub dominio Suecorum ab anno 1621.

DUNENSIS COMITATUS, *The Downe Countie* Anglis, tractus eſt Hiberniæ in Ultonia provincia, & in ora maris Hibernici verſus Scotiam, à quo terminatur ad ortum, uti Comitatibus Antrimenſi ad Septentrionem, Armachano ad occaſum, & Lugenſi ad Meridiem, ejus autem urbes ſunt Dunum tractus caput, & Dromora, & dicitur aliter Lecalia tractus.

DUNENSIS COMITATUS, *le Dunois*, tractus Galliæ, alias Pectenſis ager dictus, in Belſia provincia, juxta Lædum fluvium, inter provincias Perticenſem, Bleſenſem, & Aurelianenſem, agrumque Vindocioenſem, ejus vero primarium oppidum eſt Caſtellodunum.

DUNESANUS TRACTOS, *le Douneſan*; regiuncula Galliæ in Occitania, ad radices Pyrenæorum & foures Atacis fluvii, in ipſo limite Ruſcinonenſis Comitatus & Ceretaniæ, eſtque parva admodum.

DUNFRAIA, *Dunfreis*, urbs parva Scotiæ meridionalis., in Nithia provinciæ, cum caſtro ad fluvium Niddam, vix 3. milliaribus Anglicis ab ora Oceani Hibernici & æſtuarii Itunæ diſtans in Septentrionem, & in limire Gallovidiæ.

DUNGA, urbs Indiæ intra Gangem in ora littorali, cujus meminit Ptolemæus, nunc teſte Caſtaldo, eſt *Dabul*, urbs regni Decani in ora Oceani Indici, ſub Luſitanis, ſed Mercatori eſt *Goga* urbecula Indiæ propriæ, in dominio Magni Mogolis, & in regno Guzararæ juxta oram Borealem ſinus Barigazeni, & 60. leucis Hiſpanicis à Dabulo in Septentrionem, quod melius convenire videtur.

DUNGALIA, ſeu Dungalenſis Comitatus, qui & Tyrconenſis ſeu Terra Cornelii, *The Countie Dunghall*, alias *Tyrconele* Anglis, tractus Hiberniæ in Ultonia provincia, terminatur à Septentrione & Occidente Oceano Deucaledonio, ab Oriente Comitatu Tironenſi ſuperiori, & à Meridie Fermanaghenſi, & ejus oppida ſunt Dungalia, & Rapoa.

DUNGALIA, ſeu Dungallum, *Dunghall*, oppidum Hiberniæ inſulæ in Ultonia, & in Dungalenſi Comitatu ab eo dicto, cum portu capaci in ora occidentali inſulæ, 40. mill. paſſ. diſtans à Rapoa in occaſum hybernum, teſte Speedo.

DUNGARVANUM, *Dungarvan*, oppidulum Hiberoia munitum, cum portu, in Vaterfordienſi Comitatu Lageniæ, & in ora littorali, 18. mill. paſſ. a Vaterſordia in occaſum.

DUNISTABULUM, *Dunſtable*, oppidulum Angliæ in Bedſordienſi Comitatu, ab Henrico ſeniore Rege Angliæ excitatum, diſtat 16. milliaribus à Bedfordia in Meridiem Vindſoriam verſus, & 25. ab Oxonio in ortum.

DUNIUM, ſeu Durnium, ut monet recte Camdenus, urbs Durotrigum Ptolemæo, in Britannia magna, nunc *Dorcheſter*, urbs Angliæ, in Dorſetiæ Comitatu, dicitur etiam Durnovaria, teſte Speedo. Vide ibi.

DUNKERCA, ſive Duncherca, *Donquerque*, urbs Belgii in Comitato Flandriæ, dicitur ſæpius Dunquerca. Vide ibi.

DUNOVARTIUM, *Dounavorty* indigenis, *Dunovert* exteris, caſtrum munitum Scotiæ meridionalis, in Cantiræ peninſulæ auſtrali receſſu, ex adverſo Hiberniæ, à qua tantum 14. milliaribus diſtat in ortum æſtivum, eſtque prope Sandam inſulam, teſte Timotheo Ponte.

DUNQUERCA, ſive & Dunkerca, *Donquerque* incolis & Gallis, *Duynkerke* Belgis, *Dunkirk* Anglis, & *Doncherca* Italis atque Hiſpanis, urbs Galliæ in Belgio Francico, & in Comitatu Flandriæ, ampla, culta & permunita, cum arce valida recenti, cum primum propugnaculis cincta fuerit à Carolo V. Imperatore, ſic dicitur ab Eccleſia Dunorum, quos Latini arenaceos littoris colles vocant, & portu gaudet capaci atque tuto ad oſtia Colmæ fluvii in ora littorali Oceani Germanici, ubi etiam duplex moles injecta cum caſtro à paucis menſibus; bis capta fuit à Gallis ultimis temporibus, nempe anno 1646. & anno 1658. poſtquam Hiſpani ſub Joanne Auſtrio in ejus viciniis ingenti prælio victi & fugati fuiſſent à Gallis Duce Turenio, tandemque Francici juris facta fuit anno 1662. quo ab Anglis redempta fuit à Lodovico Magno Rege Francorum, una leuca tantum diſtat à Monte S. Vinoci in Septentrionem, uti 5. à Caſleto, tribus vero à Gravelina in ortum, uti ſex à Caleto, Furnas verſus 4. Novoportum 5. & Brugas 12. circiter, hinc Dunquercani populi nautica peritia celebres, *les Donquerquois* vulgo Gallis, *li Donchercheſi* Italis.

DUNRONUNUM, *Dornock*, urbs parva Scotiæ regni, in ejus parte ſeptentrionali ſeu Trans-Taana, cum caſtro in Sutherlandia provincia, cujus caput exiſtit, in ora orientali Oceani Scotici, & ad ſinum ſive æſtuarium, *The Fyrth of Dornock* ab ea dictum ab indigenis, portu gaudet percapaci & tuto, octo milliaribus Scoticis diſtans à Cromartio in Septentrionem, & in ipſa commoratur Epiſcopus Cathanenſis ſub Archiepiſcopo Sanctandreano.

DUNSA, *Deynſe*, oppidulum Belgii in Comitatu Flandriæ, ad Legiam fluvium, inter Gandavum ad ortum, & Cortracum ad occaſum, ſub dominio Hiſpanorum, & in præfectura Cortracenſi, dicitur etiam Doosa. Vide ibi.

DUNSTABURGUM, quod Bebba quibuſdam, *Dunſtaburg*, caſtrum Angliæ ſeptentrionalis, in ora Oceani Germanici, in Northumbria provincia, 18. milliaribus Anglicis à Bervico in Meridiem, 22. a Novocaſtro in Septentrionem, teſte Speedo.

DUNUM, oppidum Galliæ Celticæ Gregorio Turonenſi, nunc *Chaſteaudun*, oppidum Galliæ in Belſia provincia, Dunenſis Comitatus caput, ad Lædum fluvium, inter Carnutum 12. leucis, & Vindocinum 10. leucis diſtaos, dicitur melius Caſtellodunum. Vide ibi.

DUNUM, *Downe* Anglis, *Dundalethglas* indigenis, urbecula Hiberniæ in Ultonia provincia, Dunenſis Comitatus caput, teſte Camdeno, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Armachano, & ei unitus eſt Epiſcopatus Connorenſis ab anno 1442. portu gaudet juxta Lacum

Digitized by Google

Cone, xix 4. mill. paſſ. ab ora maris Hibernici recedens in occaſum, Dromoram verſus 12. & Armacham 35. à Connerto autem 15. in Meridiem, paucis nunc admodum conſtat incolis, antiquitus *Arat-Cealtair* dicta fuit, & nomen habet à ſito.

Dunum, *Dun*, oppidulum Galliæ in Barrenſi Ducatu, in colle ſitum ad Moſam fluvium, vix una leuca ſupra Francopolim in Meridiem, uti fere duabus a Sathanaco Virdunum verſus 5. in ipſo limite Campaniæ.

Donum, oppidum Hiberniæ, Ptolemæo, quod nunc Camdenus interpretatur, *Downe* orbeculam Ultoniæ, ex nominis alluſione, ſed teſte Waræo, eſt *Dunamauſe* Lageniæ vicus, cum caſtro in colle, in Comitatu Reginæ.

Dunom, ſinus parvus Britanniæ majoris, Ptolemæo, quod Beda ſinum ſalutis interpretatur, nunc teſte Camdeno, eſt *the Creek at Duneſley*, in Oceano Germanico, in ora Boreali Angliæ, & Comitatus Eboracenſis, juxta *Whitby* caſtrum & *Duneſley* viculum, eſtque parvus admodum, 25. mill. paſſ. diſtans in ortum ab oſtio Teſæ, & à confinio Epiſcopatus Dunelmenſis.

Doodeciacum, oppidum Galliæ in Auſtraſia, cujus meminit Froardus, quibuſdam eſt *Delme*, caſtrum Lotharingiæ alias ad Duodecimum dictum, inter Decempagos & Mediomatrices medium, aliis eſt *Dieuze* oppidum Lotharingiæ ad Selnam fluvium, quod Decem pagi nominatur in itinerario Antonini, & quibuſdam etiam eſt Duziacum *Douzy* oppidulum Galliæ in Campania, de quo infra.

Duplavonenses, ſive Duplavenſes, locus Italiæ in Venetia regione Venantio Fortunato, qui Duplaolis Rheginoni, & Duplabilis Paulo Diacono, prope Cenetam urbem in ripa Plavis fluvii, patria fuit Venantii Fortunati viri celebris, ſed quid ſit hodie non conſtat.

Dur, fluvius Hiberniæ inſulæ in ora occidentali, Ptolemæo, nunc Dingliæ ſinus, *the Bay of Dingle*, ſeu Mangi fluvii oſtium, in Momonia & in Comitatu Kerrienſi, teſte Waræo, non autem fluviolus qui Tralejam præterfluit in Comitatu Deſmoniæ, ut ſcribit Camdenus.

Dura, Meſopotamiæ urbs, teſte Ammiano, verſus Tigrim fluvium.

Duraba, urbs Babyloniæ regionis cis Babylonem, & verſus Euphratem fluvium, Ptolemæo, nunc *Der* dicta, ut exiſtimat Moletius.

Duracii, ſeu Duracium, locus Aquitaniæ ex veteri inſcriptione, nunc *Duras*, caſtrum Galliæ, in Aquitania, & Agennenſi provincia cis Gatumnam, ad Drotium amnem, Ducali dignitate nuper inſignitum, 9. leucis à Burdigala in ortum.

Duracsum, *Thouart*, urbs Galliæ, in Pictavenſi provincia, ad amnem *Tove*, Ducatus titulo inſignitum, cum recenti caſtro ſuperbiſſimo Tremolliæ Ducis. 6. leucis diſtat à Salmurio in Meridiem Rupellam verſus, in confinio Andegavenſis provinciæ.

Durangum, *Durango* incolis, *Durangue* Gallis, oppidum Hiſpaniæ, in Biſcaia ſatis cultum, 4. leucis à Bilbao in ortum Placentiam verſus, a qua 6. leucis diſtat, uti & 3. ab ora Oceani Aquitanici, & alias à Biſcaia ſeparatum erat, hinc Durangenſis nomen gentis.

Durangum, *Durango*, urbs Americæ ſeptentrionalis, in nova Biſcaia provincia novæ Hiſpaniæ, verſus Zacatecas, ad radices montium; & Epiſcopali dignitate donata fuit ſub Archiepiſcopo Mexicano, anno 1620.

Durantos, & Duranus, fluvius Galliæ Aquitanicæ, Auſonio, Dordonia Aimonio, vulgo *la Dordogne* ex præcipuis Galliæ fluviis, oritur in provincia Alverniæ inferioris ex duplici fonte, uni nomen eſt *Dor*, alteri *Dogne*, uterque in monte Dorio *le mont Dor*, deinde in occaſum fluens Duranius inter Lemovices & Alverniam ſuperiorem, recipit amnes *Chavanoy*, *Rue*, *Auze*, & *Serre* ex eadem Alvernia, hinc Lemovicenſem provinciam ingreditur, uti Cadurcenſem poſtea, atque Petrocoricenſem, ubi recipit Vezeram & Coſerim, rigatque Martellum, Limolium, & Bergeracum, deinde Liburniam oppidum & Franciacum, inter quæ recipit Illam fluvium, & prope Burgum ad mare in Guienna propria in Garumnam fluvium labitur è regione caſtri Amborum *le bec d'Ambez*, & cum ipſa Girundam æſtuarium efficit uſque ad ejus oſtia in Oceanum Aquitanicum, ubi Corduenna turris, alias Antros inſula.

Duranonia, *la Dordogne*, fluvius Galliæ in Aquitania, teſte Papirio Maſſone, dicitur ab aliis Duranius. Vide ibi.

Duranus, *le mont d'Or*, mons Galliæ in Aquitania & in Alvernia provincia, teſte Papirio Maſſone, dicitur ab aliis mons Dorius, *le mont Dor*, eſtque in Alvernia inferiori, 5. leucis à Claromonte diſtans in occaſum hybernum.

Duras, fluvius Norici, Straboni, nunc forſan *Traun*, fluvius parvus Germaniæ in Auſtria ſuperiori, qui ortus ex lacu cognomine, & in Septentrionem tendens in Danubium ſe exonerat prope & infra Lennum, teſte Ortelio cum Lazio.

Dorbeta, oppidum Meſopotamiæ Ptolemæo, qui aliis eſt Dotbeta, prope Tigrim fluvium, ab Amida urbe ad 30. millia paſſuum diſtans in ortum hybernum, in limite Aſſyriæ, nunc *Dedu* dictum, ut quidam exiſtimant.

Durbutum, *Durbuy* incolis, *Durbu* Gallis, oppidulum Belgii in Ducatu Luxemburgenſi, ad Urtum fluvium, in confinio ditionis Leodienſis, & 5. milliaribus Germanicis à Leodio diſtans in Meridiem, ſub dominio Hiſpanorum, & ab eo tractus parvus adjacens dicitur Comitatus Durbutenſis.

Durdanum, *Dourdan*, oppidum Galliæ, in Inſula Franciæ, & in Hurepoeſio tractu, ad amnem *l'Orge*. 12. leucis diſtans à Lutetia Pariſiorum Aurelias verſus, & vix 3. à Stampis in occaſum, dicitur etiam Dordincum in actis mediæ ætatis.

Dura, *Duren*, oppidum Germaniæ, in Ducatu Juliacenſi, ad Roëtam amnem, celebre obſidione Caroli V. vix 2. milliaribus Germanicis diſtat à Juliaco in Meridiem, & 5. à Colonia in occaſum, olimque Marcodurum dictum fuit, ut Cluverius opinatur, cum aliis omnibus, & Imperiale factum à Carolo IV. anno 1407. teſte Bucellino.

Durestallum, *Duretail*, oppidum Galliæ, in provincia Andegavenſi, ad Lædum fluvium, 4. leucis à Flexia in ortum, & 7. ab Andegavo in ortum æſtivum.

Duria, fluvius Galliæ Subalpinæ, Plinio, & Straboni, Doria Ptolemæo, *la Doria* Italis, *la Doire* Gallis, fluvius eſt Pedemontii geminus, unus major qui *la Doria Baltea* dictus, oritur ex Alpibus Graiis in limite Valleſiæ, deinde in Meridiem tendens per Salaſſos, Auguſtam Prætoriam rigat, & Eporediam in Canapicio tractu, & paulo infra vicum *Rivarotta* in Padum ſe exonerat inter Clavaſium ad occaſum & Creſcentinum ad ortum, 3. leucis Gallicis ab utroque, dicitur que etiam Duria major ad differentiam alterius: Duria vero minor, *la Doria*, oritur ex Alpibus Cottiis prope Montem Genebram in Delphinatu, deinde in ortum fluens per Pedemontium, Seguſium rigat, & Avilianam, & vix dimidio milliari infra Taurinum in Padum fluvium ſe exonerat, 15. mill. paſſ. ſupra Doriæ majoris confluentes.

Durias, fluvius Hiſpaniæ Tarraconenſis Melæ, qui Turia dicitur à Saluſtio, & Vibio Sequeſtri, nunc

teſte Cluſio, eſt *Guadalaviar* fluvius, qui fontes habens in Aragoniæ Regno & in confinio Caſtellæ novæ prope Tagi fontem, in Orientem fluit Lobetum & Terulum rigans, deinde in Meridiem tendens per Regnum Valentinum, juxta Valentiam labitur, & in ſinum Sucronenſem ſe exonerat. Vide Turia.

Durii, pagus Inſubrum in Italia, cujus fit mentio in antiquo itinerario, nunc *Dorno*, vicus Ducatus Mediolanenſis in agro Ticinenſi, inter Ticinum 12. & Laumellum oppidum 8. milliaribus obvium, teſte Philippo Ferrario.

Durion, ſive Durrum, & Durio, urbs Galliæ Narbonenſis Straboni, nunc teſte Joanne Poldo, eſt *Doyre*, vicus Delphinatus, exiguus admodum ad Rhodanum fluvium ubi recipit Iſaram, paulo ſupra Valentiam, alius eſt locus ad Drumæ fluvii confluentes in Rhodanum in eadem provincia, ſed Brietius exiſtimat eſſe Seguſteronem urbem Provinciæ ad Druentiam.

Durius, fluvius Hiſpaniæ Tarraconenſis, & ex ejus præcipuis Plinio, & Straboni, Dorius Ptolemæo, & Appiano Alexandrino, nunc *el Duero* Hiſpanis, *o Douro* Luſitanis dictus, oritur in Caſtella veteri ex monte Idubeda, verſus Agredam oppidum & confinia Aragoniæ, deinde in Auſtrum fluens & Numantiæ rudera rigans, paulo poſt in occaſum tendens, urbes alluit Oxomam, Arandam Durii dictam, Roam, in Caſtella; hinc auctus Duratonio, & Piſoraca fluviis, Septimancas, Turrim Sillanam, Taurum, & Senticam urbes Regni Legionis rigat, uti recepto Eſtola fluvio Mirandam, ſicque Regnum Legionis à Portugallia ſeparans, recepto Tormi fluvio, per Portugalliam labitur prope Lamecam, & tandem auctus plurimis aliis fluviolis paulo infra Portum urbem in Oceanum Atlanticum ſe exonerat, & ejus decurſus eſt 90. leucarum circiter ab ortu in occaſum, & ad ejus oſtium portum efficit optimum & majorum navigiorum capacem ad Portum urbem.

Durlacenſis Marchionatus, *das Marcgraffschaft von Durlach* indigenis, tractus Germaniæ, & pars inferior Marchionatus Badenſis in Suevia, inter Ortnaviam & Marchionatum Badenſem ſuperiorem ad Meridiem, & Ditionem Spirenſem, Palatinatumque Rheni ad Boream, ab occaſu Rheno fluvio terminatur, uti ab ortu Ducatu Wittembergenſi, ejuſque caput eſt Durlacum, unde ei nomen inditum, paret proprio Marchioni ex antiqua ſtirpe Badenſi, cui ſubſunt etiam Hochbergenſis Marchionatus, & ditiones *Rotelen*, *Badenweiler*, & *Suſenberg*, cum præfecturis *Sain*, & *Rumchingen* in Briſigavia provincia.

Durlacum, *Durlach* incolis, *Dourlac* Gallis, oppidum eſt Germaniæ in Suevia, ad radices montis, ubi nobile palatium, caput eſt Marchionatus Badenſis inferioris, familiæ Durlacenſis, vix 2. milliaribus Germanicis diſtans a Rheno fluvio in ortum, & 4. à Philippoburgo in Meridiem, uti 5. à Spira Badam verſus 4. eratque alias pars Chreichgoviæ tractus.

Durnomagum, ſive etiam Durnomagus, pagus Sunicorum in Germania inferiori, ex itinerario Antonini, nunc teſte Ortelio, eſt *Dormagen*, vicus Germaniæ prope Rhenum fluvium, 13. mill. paſſ. infra Coloniam Agrippinam in Septentrionem Noveſium verſus 8. juxta Zontium oppidulum, & in Ducatu Montenſi, quanquam cis Rhenum.

Durnovaria, & Dornovaria, urbs Britanniæ majoris ex itinerario Antonini, olim Durotrigum primaria, quæ etiam Dunum dicta, nunc teſte Camdeno, Dorceſtria *Dorcheſter*, urbs Angliæ, Dorſeriæ Comitatus caput, ad fluvium *Frome*, verſus oram littoralem maris Britannici. Vide Dorceſtria.

Durobrivæ, Catteuchlanorum oppidum in Britannia majori, Antonino, nunc omnino dirutum jacet, & teſtibus Camdeno & Speedo, locus ejus oſtenditur ad Ninam fluvium, inter vicos *Caſter* & *Dornford* in Comitato Northantoniæ, & in confinio Huntingtonienſis, non procul a *Wansford* caſtro, 7. mill. paſſ. ſupra Petroburgum in occaſum.

Durobrivæ, ſeu Durocobrivæ, Trinobantum oppidum in Britannia majori, Antonino, nunc dirutum jacet, & ejus rudera ſunt inter vicos *Flamſtead* & *Redburn* dictos in Comitatu Harfordienſi, teſte Camdeno, 11. mill. paſſ. ab Harfordia in occaſum, uti 4. à Verolamio, à Londino vero 23. in arctos.

Durobrus, ſeu Durobrovæ, & Durobrivis, urbs Britanniæ majoris in Cantio, ex itinerario Antonini, nunc teſte Camdeno, eſt Roffa *Rocheſter* vulgo, urbs Angliæ meridionalis, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Cantuarienſi, oblonga eſt & ſatis culta, cum ponte lapideo ad Medweagum fluvium in Cantio provincia, 5. milliaribus Anglicis diſtans ab æſtuario Tameſis in Meridiem, eſtque fere media inter Cantuariam ad ortum & Londinum ad occaſum, ut ego vidi pluries. Vide Roffa.

Durocaſſes, oppidum Galliæ Celticæ Antonino, quod *Dreux* nunc eſſe videtur. Vide Drocum, & Druides.

Duro-Catalaunum, urbs Galliæ Belgicæ ad Matronam fluvium, ex Antonino, nunc *Chaalons* urbs Galliæ in Campania provincia. Vide Catalaunum.

Durocornovium, urbs Dobunorum in Britannia majori Antonino, Corinium Ptolemæo, nunc teſte Camdeno, eſt *Cirenceſter*, oppidum Angliæ in Comitatu Gloceſtriæ, quod corrupte *Circeſter* dicitur, intra colles prope fontes Tameſis, & in confinio Viltoniæ provinciæ. Vide Corinium.

Durocortorum, urbs Galliæ Belgicæ, Remorum caput Ptolemæo, & Antonino, Durocortum Cæſari, quæ & Remi etiam, nunc *Reims*, urbs Galliæ, Archiepiſcopalis ampla & probe culta in Campania provincia, ad Vidulam fluvium, Ducatus etiam titulo inſignita. Vide Remi.

Duroſcoregum, locus Galliæ Belgicæ, de quo fit mentio in itinerario Antonini, nunc teſte Sanſone, eſt *Donqueurre*, vicus Picardiæ provinciæ in Pontico tractu, medius inter Abbavillam ad occaſum, & Dulendum ad ortum, 4. leucis utrinque diſtans, & male *Rue* interpretatur Cluverius.

Durolevum, oppidum Britanniæ majoris in Cantio, Antonino, nunc *Leneham*, pagus Angliæ in provincia Cantii, 14. mill. paſſ. a Roffa in ortum hybernum, & totidem à Cantuaria in occaſum, teſte Camdeno, quanquam Talbottus credat eſſe vicum *Charing* 2. mill. paſſ inde diſtantem in ortum.

Durolipons, ſeu potius Duroſipons, urbs Catteuchlanorum in Britannia majori, ex Antonini itinerario, nunc *Godmancheſter*, pagus Angliæ in Huntingdonenſi Comitatu, ad Uſam fluvium, & è regione Huntingdoniæ urbis, eſtque ferme medius inter Camboricum & Durobrivam, teſte Camdeno.

Durolitum, oppidum Trinobantum in Britannia majori, ex itinerario Antonini, nunc teſte Camdeno, eſt *Leyton*, vicus Angliæ in Eſſexia Comitatu, & in confinio Midleſexiæ ad Leam fluvium.

Duroſtadium, oppidum Germaniæ inferioris, ex tabulis Peutingerianis, nunc *Vick* in Belgio unito, & in dominio Ultrajectenſi, ad Rhenum fluvium ubi Lecum efficit, antiquitus Batavodurum dictum fuit. Vide ibi.

Doroſtorum, urbs Mœſiæ inferioris, Ptolemæo, Duroſtorus aliis, Doroſtorus Ammiano, Epiſcopalis verſus Iſtrum fluvium, cujus fit mentio in itinerario Antonini, quæ etiamnum a quibuſdam *Doroſto* indigitatur, ſed ut didici ex hominibus illarum partium fide dignis, eſt Siliſtria *Siliſtrie*, urbs ampla Dobrugiæ

caput in Bulgaria regione, & in qua commoratur Turcarum præfectus.

Durotinom, locus Galliæ Narbonenſis Antonino, nunc *le Villars d'Areſne*, vicus Delphinatûs inter Melloſedum & Brigantionem, teſte Nicolao Chorie-ro vir. clar.

Durotriges, populi fuero Britanniæ majoris, Ptolemæo, in ejus parte meridionali, eorum termini erant ad ortum & Septentrionem Belgæ, ad occaſum Damnonii, ad Meridiem vero mare Britannicum, erantque ab Oriente in Occidentem extenſi, ubi nunc Dorſeria provincia Angliæ, *Dorſetshire* vulgo dicta, & eorum primaria urbs Dunum ſeu Durnovaria, nunc Dorceſtria dicitur, teſte Camdeno.

Durovernum, urbs Britanniæ majoris in Cantio, ex itinerario Antonini, quæ Davernum Ptolemæo, nunc teſte Camdeno, cum aliis, eſt Cantuaria *Canterbury* incolis, *Cantorbery* Gallis, *Cantuaria* Italis, & antea *Cantwarabyrig* dicta à Saxonibus, urbs Angliæ regni in Cantio provincia, ad Sturam fluvium, 15. milliaribus diſtans à Dubri in occaſum æſtivum, & 6. à mari Germanico in Meridiem, in planitie ſita. Vide Cantuaria.

Durraeium, urbs Macedoniæ, nunc *Durazzo*. Vide Dyrrachium.

Dusseldorpium, *Duſſeldorp*, urbs Germaniæ, ad Rhenum fluvium, Ducatus Montenſis primaria, & ſedes Ducis Neoburgenſis, qui Ducatum hunc cum Juliacenſi poſſidet, 5. milliaribus Germanicis infra Coloniam Agrippinam in Septentrionem, & totidem à Juliaco in ortum æſtivum; eſtque munita & culta.

Duziacum, *Douzy*, oppidum Galliæ in Campania provincia, ad fluvium Carum qui paulo infra cadit in Moſam, una leuca diſtans à Sedano in ortum Ivodium verſus paulo plus.

Dva, inſula Plinio. Vide Naxos.

Dymæ, oppidum Thraciæ, Ptolemæo, Dune Antonino, à Trajanopoli urbe 16. mill. paſſ. diſtans, nunc excisum jacet.

Dyme, urbs Peloponneſi in Achaia regione, & in ora littorali maris Ionii, Polybio, & aliis, olim Stratos dicta, & Cauconia à Caucone, teſte Strabone, prope oſtia Acheloi fluvii, nunc eam Niger & Bitetus interpretantur Clarentiam *Chiarenza*, oppidum fere dirutum Peloponneſi, ſed alii exiſtimant ipſam omnino deſtructam eſſe, hinc Dymenſes populi à Polybio dicti.

Dymethus, oppidum Siciliæ Ptolemæo, nunc pagus *la Torre dell' Oliveto* dictus in mediterraneis, Aretio, & Pineto teſtibus.

Dyos, fluvius Mauritaniæ Tingitanæ Ptolemæo, nunc *Guir*, teſte Marmolio, per regnum Marochium in Oceanum Atlanticum ad Atlantem montem minorem, ſeſe exonerans inter Salam & Cuſam amnes.

Dyra, fluvius parvus Trachiniæ tractus Græciæ, inter Achaiam & Theſſaliam Straboni, à Sperchio fluvio 20. ſtadiis diſtans, ubi Herculem ſeipſum vivum concremaſſe ferunt, teſte Herodoto.

Dyraspes, fluvius Scythiæ Europææ Ovidio, in Pontum Euxinum labens cum Boryſthene.

Dyrrachinum Caput, *il Capo di Palos*, promontorium Albaniæ regionis prope Dyrrachium, in ora maris Adriatici.

Dyrrachium, urbs Macedoniæ præclara, Cæſari, Ciceroni, & aliis, quæ etiam Epidamnus dicta fuit, nunc *Durazzo* dicta Italis, *Drazzi* Turcis, *Duras* Gallis, etiamnum ſatis ampla eſt, & Archiepiſcopalis in Albaniæ regione, ſub dominio Turcarum, arcem habens munitam cum portu capaci in ora maris Adriatici, ad oſtia fluvii *l'Argentaro*, hinc Carlovitii dicti fuere Principes Dyrrachini ex ſanguine Regum Franciæ, Dyrrachium exilii locum ſibi Cicero elegit, ut ad Terentium ſcribit, & condita fuit anno mundi 3726. ut narrant, 40. mill. paſſ. diſtans à Liſſo in Meridiem Aulonem verſus 65. à Brundiſio 120. in ortum æſtivum, & 200. à Theſſalonica in occaſum, hinc Dyrrachinus nomen gentis.

Dysium, locus Piceni in Italia, Procopio, nunc, *Duaſſo* vicus parvus Marchiæ Anconitanæ verſus Anconam, teſte Leonardo Aretino.

Dysporum, urbs Germaniæ inferioris, ad Rhenum, Adoni, *Duyſburg* nunc, inter Veſaliam & Duſſeldorpium urbes. Vide Diſpargum.

E

Eaghus Lacus, *Logh-Eagh*, lacus Hiberniæ ampliſſimus, in Ultonia provincia, valde extenſus inter Comitatus Antrimenſem, Tyronenſem, Dunenſem, & Armachanum, ſunt in eo aliquot inſulæ, & ejus circuitus eſt 45. mill. paſſ. ex eo autem effluit Bannius fluvius, & male dicitur Neaughus in tabulis recentibus, teſte Waræo, cum Ortelio & aliis.

Eba, oppidum Hetruriæ, cujus meminit Ptolemæus, nunc teſte Cluverio, eſt *Monte Ipo*, caſtrum Thuſciæ in agro Senenſi, & in maritimo tractu, à Saturnia verſus Occidentem recedens, prope Albaniam fluvium.

Ebnomum, ſuburbium Byzantii, à ſeptenario numero dictum, teſte Cedreno.

Ebellanum, oppidum Vaſconum in Hiſpania Tarraconenſi, Antonino, nunc interpretantur *Biel*, oppidulum Aragoniæ, ad amnem cognominem, verſus montes, & in Diœceſi Pampilonenſi. 6. leucis diſtans à Jacca in occaſum, 9. ab Oſca in occaſum æſtivum, & 12. à Cæſarauguſta in Septentrionem. Dicitur etiam Ebellinum à quibuſdam.

Eberstenius Comitatus, *das Graffſchaft von Eberſtein* indigenis, tractus Germaniæ in Suevia, parvus admodum, inter Ducatum Vortembergenſem ad ortum, Ortnaviam ad Meridiem, & Marchionatum Badenſem ad occaſum, ſic dicitur ab Eberſtenio caſtro in colle, in ejus meditullio, & alias Comites habuit proprios, nunc autem deficiente prole ſubeſt pro maxima parte Marchioni Badenſi.

Eberstorpium, *Eberſdorp*, caſtrum Germaniæ in Auſtria inferiori, ad Danubium fluvium, vix 2. milliaribus infra Viennam ad ortum Poſonium verſus, caſtrum habens ſatis cultum, ubi frequens Imperatorum receſſus ab aliquot annis.

Eblana, urbs Hiberniæ Ptolemæo, nunc interpretantur Dublinum *Dublin*, urbem Hiberniæ inſulæ caput & Lageniæ regionis primariam, in Comitatu Dublinenſi ab ea dicto, Archiepiſcopalis eſt in ora orientali inſulæ cum portu, eſtque emporium celebre. Vide Dublinum.

Eblani, populi Hiberniæ in ejus ora orientali, Ptolemæo, inter Menapios ad Meridiem & Voluntios ad Septentrionem extenſi, ubi nunc Comitatus Dublinenſis & Media provincia, teſte Camdeno, eorum vero præcipua erat Eblana.

Ebodia, inſula parva Galliæ, in mari Britannico, teſte Paulo Diacono, nunc *Origny* Gallis dicta & incolis, *Alderney* Anglis & Belgis, parva eſt verſus oram Normanniæ inferioris & agrum Conſtantienſem, Eccleſiolam habens tantum, & 8. ædes, vix diſtans duabus leucis in occaſum à promontorio Haguæ in Normannia, 5. à Sarnia Inſula in Septentrionem, & 30. ab oſtio Sequanæ in occaſum. Dicitur etiam Riduna &

Auriniaca inſula ab aliis, & longitudinis eſt duarum leucarum circiter, & fretum inter ipſam & proximam Galliæ continentem vocatur *le ras de Blanquert* à nautis Gallis, *het ras van Aldernay* Belgis.

EBOLUM, & Ebulum, oppidum Picentinorum in Italia, in veteri inſcriptione, quod aliis Eburi, nunc *Evoli*, oppidulum regni Neapolitani in provincia Principatus citerioris, Ducatus titulo inſignitum, 6. milliaribus diſtat ab ora ſinus Salernitani in ortum, uti 15. à Salerno, & à Silari fluvio 6. tantum, quot à Campania urbe.

EBONIÆ. Vide Ebudæ.

EBORA, urbs Hiſpaniæ in Loſitania, Plinio & Antonino, quæ Ebura Ptolemæo, & Liberalitas Julia a Plinio nominatur, nunc *Euora*, urbs eſt ampla regni Portugalliæ, provinciæ Tranſtaganæ caput, intra colles, olim Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Emeritenſi, poſtea ſub Archiepiſcopo Compoſtellano, demum à Paolo III. Pontifice Maximo Metropolis effecta anno 1540. Academiam habens ab Henrico Cardinali poſtea Rege inſtitutam, 16. leucis diſtat a Pace Auguſta in occaſum, uti 8. ab Ana fluvio Olyſipponem verſus 19. anno 1663. ipſa urbs expugnata à Joanne Auſtrio, ſed fortiter recepta fuit a Luſitanis intra paucos dies.

EBORA ALTA, *Evora monte*, oppidulum Luſitaniæ, in Tranſtagana provincia, ſive inter Tagum & Anam fluvios, in colle ſitum, 5. leucis ab urbe Ebora in ortum, & 2. à Stremotio. Ubi Hiſpani grandi clade affecti fuere à Luſitanis anno 1663.

EBORA, urbs Hiſpaniæ Bæticæ in Turdulis, Straboni, Melæ, & Stephano, ad oſtia Bætis fluvii, nunc teſte Moletio, eſt *Rota*, caſtrum Vandalitiæ in ora ſinus Gaditani, 3. leucis à Xera in occaſum, & totidem à Gadibus in Septentrionem, ſed Roderico Caro teſte, eſt caſtrum Vandalitiæ *Ebora* etiamnum dictum, ad Bætim fluvium prope Luciferi fanum, ſed nunc fere exciſum jacens.

EBORACENSIS COMITATUS, *the Yorkshire* incolis, *la Province d'York* Gallis, provincia Angliæ ſeptentrionalis, inter mare Germanicum ad ortum, Lancaſtriam provinciam ad occaſum, Darbiam & Lincolnienſem provincias ad Meridiem, & Diœceſim Dunelmenſem ad Septentrionem, ſic dicitur ab Eboraco ejus urbe primaria, & dividitur in tres partes, nempe in Occidentalem, ſeu *Weſtriding*, in Orientalem, ſeu *Eaſtriding*, & in Septentrionalem, ſeu *Northriding*; ibique fuerunt alias Brigantes populi pro majori parte, & Pariſii, teſte Camdeno cum aliis, & poſtea pars ampla Northumbriæ regni.

EBORACENSIS NOVA PROVINCIA, *The New Yorck*, regio Americæ Borealis, quæ antea Novum Belgium dicta fuit, extenditur juxta oram littoralem maris Borealis, inter Novam Angliam ad Septentrionem, Mare Boreale ad ortum, & Meridiem, & Novam Franciam, Virginiamque ad occaſum, ſub dominio Anglorum ab anno 1666. quo ab ipſis devicta fuit, ejectis inde Belgis unitis, ejus præcipua oppida ſunt Eboracum novum, & Naſſavia.

EBORACENSIS NOVA PROVINCIA, *the New-Yorckshire*, regio Americæ ſeptentrionalis, & pars Eſtotilandiæ, verſus ſinum Butonis, ab Anglis nuper ſic dicta, quanquam in ea nullam habent Coloniam, ſed oram littoralem tantum luſtrarunt.

EBORACUM, urbs Brigantum in Britannia majori, Antonino, Eburacum Ptolemæo, nunc *Yorck* incolis, quanquam *Yarck* pronuncient, urbs eſt Regni Angliæ ſecunda, Comitatus Eboracenſis caput, & provinciarum Borealium Angliæ præcipua, Archiepiſcopalis effecta ab Honorio Pontifice Maximo, illi Dunelmo, Carleolo, & Ceſtria ſubjectis, ſedet ad Urum fluvium *Toure*, ubi olim Legio ſexta Victrix, & Ducatus titulo inſignitur, hinc Duces Eboracenſes è domo Regia in Hiſtoriis celebres, diſtat 151. milliaribus Anglicis à Londino in Septentrionem, Edimburgum verſus 140. ab ora Oceani Germanici 34. in occaſum, & 45. a Lincolnia in Septentrionem etiam Dunelmum verſus 56. & Bervicum 100. Ptolemæo, teſte Speedo, & juxta hanc urbem acriter dimicatum fuit inter Anglos die 2. Julii anno 1644. in ea etiam obiit Conſtantius Imperator, teſte Ammiano Marcellino, diſtatque 103. milliaribus Anglicis à Salopia in ortum æſtivum, 114. à Cantabrigia in Septentrionem, uti 118. ab Oxonio, & 50. à Nottinghamo.

EBORACUM NOVUM, *the New Yorck*, oppidum Americæ ſeptentrionalis in Eboracenſi Nova regione, & in ora littorali, cum portu capaci, recens extructum fuit ab Anglis, ſeu potius ab ipſis ſic dictum, loco Amſterodami Novi, oppidi illius regionis primarii, ad oſtia fluvii *de Nort*, ex quo ab eis captum fuit 1666. & Anglis etiam ſubeſt cum arce Jacobæa.

EBORES, populi Galliæ Celticæ Auſonio. Vide Eburovices.

EBORIACUS, locus Galliæ, poſtea Faræmonaſterium *Faremouſtier*, Cœnobium Galliæ in Bria provincia, ad Morinum minorem fluvium, 5. leucis a Meldis in Meridiem diſtans.

EBRELODUNUM, urbs Galliæ in Arvernis, cujus meminit Sidonius Apollinaris, nunc Ebrolium dicta, *Eſbreule* vulgo. Vide Ebrolium.

EBRODUNENSIS TRACTUS, *l'Ambrunois*, regiuncula eſt Galliæ in provincia Delphinatus, intra montes, ubi alias Ebrodunti populi, eſt in ipſo limite Pedemontii, ad radices Alpium, inter Provinciam ad Meridiem, Brigantinum tractum ad ortum, & Septentrionem, & Vapincenſem agrum ad occaſum, & ejus urbs eſt Ebrodunum.

EBRODUNTII, populi fuere Galliæ Narbonenſis, Plinio, inter Brigantes ad Septentrionem, Vagiennos ad ortum, Sontios ad Meridiem, & Caturiges ad occaſum, ad radices Alpium & Druentiam fluvium, ubi nunc Ebrodunenſis tractus in Delphinatu, & eorum urbs erat Ebrodunum.

EBRODUNUM, & Eburodunum, ſive Robodunum, urbs Germaniæ in Quadis Ptolemæo, nunc teſte Cluverio, eſt Bruna *Brin*, urbs munita Regni Bohemiæ in Moravia provincia, ad fluvium *Swarta*. Vide Robodunum.

EBRODONUM, urbs Galliæ Narbonenſis, quæ Ebredunum Antonino, & Eburodunum, Ebroduntiorum caput, nunc *Ambrun* incolis, *Ambruno* Italis, urbs Galliæ, Archiepiſcopalis in Delphinatu, in colle prope Druentiam fluvium, & verſus montes & confinia Provinciæ, parva eſt ſed probe munita, 7. leucis diſtans à Vapinco in ortum, & totidem à Brigantio, uti à confinio Pedemontii in occaſum, & 23. a Gratianopoli in ortum hybernum, uti 37. à Lugduno, fuitque alias ſub Comitibus Forcalquerii.

EBRODUNUM, urbs fuit Helvetiorum in Gallia Lugdunenſi Antonino, Verbigeni pagi caput, & alias ampla, nunc *Yverdon*, oppidum tenue Helvetiæ & pagi Bernenſis in Vaudo tractu, ad lacum Neocomenſem, ubi recipit Teilam fluvium, 3. leucis diſtans à confinio Galliæ & Comitatus Burgundiæ in ortum, Friburgum verſus 4. & alias ſuberat dominio Ducis Sabaudiæ cum tractu adjacente, ſed anno 1536. capta fuit à Bernatibus quibus etiamnum ſubeſt, cum tractu adjacente.

EBROICÆ, quæ & Eburovices etiam, & Mediolanum Eburovicum, urbs Galliæ, nunc Ebroicum *Evreux*, urbs Normanniæ provinciæ ad Itonium fluvium, diſtans 8. leucis à Rothomago in Meridiem. Vide Ebroicum.

EBROICÆ, ſeu Ebroici, & Eburaici, & Aulerci Eburovices, populi Galliæ Celticæ Cæſari, & Plinio, inter Lexovios, Seſſuos, & Velocaſſes fuere, ubi nunc

Ebroicenſis Diœceſis in Normannia provincia Galliæ, & eorum urbs erat Mediolanum Eburovicum, ſeu Eburovices, Ebroicæ poſtea dicta, aliæ urbes & oppida nunc ſunt Aquila *l'Aigle*, Vernonium *Vernon*, Conchæ *Conches*, Pons Arcus *le Pont de l'Arche*, Bellomontium Rogerii *Beaumont le Roger*, & Vernolium *Verneuil*. Vide Eburovices.

EBROICUM, *Evreux*, urbs Galliæ in Normannia, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Rothomagenſi, olim Ebroicæ, & Mediolanum Eburovicum, ſita eſt ad Itonium fluvium parvum qui paulo infra cadit in Eburam, eſtque ſatis culta, 8. leucis à Rothomago in Meridiem Vernolium verſus 6. à Pariſiis vero 24. in occaſum.

EBROLIUM, *Eſbreule*, urbs parva Galliæ in Alvernia inferiori, quæ a Sidonio Apollinari Ebrelodurum dicitur, ſita eſt in limite Borbonenſis Ducatus, cum Abbatia ad fluvium *Cianle*, 3. leucis diſtans à Ricomago in Septentrionem, uti 5. a Claromonte Molinas verſus.

EBROMAGUS, ſeu & melius Ebromanus pagus Aquitaniæ, de quo fit mentio apud Antoninum, nunc teſtibus Vineto, & Petro de Marca, eſt *Embrau* caſtrum Galliæ in Santonia, prope Blaviam ad Garumnæ æſtuarium, ab ea 2. leucis diſtans in occaſum æſtivum.

EBRON, ſeu & melius Hebron, urbs Palæſtinæ in Judæa, Epiſcopalis ſub Patriarcha Hieroſolymitano, nunc exciſa jacens. Vide Ebron.

EBRONIUM, *Evron*, burgus Galliæ, cum Abbatia in Cenomanenſi provincia, ad fontes fluvioli *de Erve*, 9. leucis à Cenomano in occaſum Meduanam verſus.

EBRUS, fluvius Theſſaliæ, ad Lariſſam urbem decurrens, teſte Theophano.

EBUDÆ, ſeu Ebudes, inſulæ Britanniæ majoris Ptolemæo, quæ Æbudæ Stephano, Hebudes Plinio, Hebrides aliis, inſulæ Oceani ſeptentrionalis & in ora occidentali Scotiæ Regni. Hector Boethius, atque Buchananus ſcribunt eas hodie ſine antiquo nomine proprio Inſulas Occidentales appellari, vulgo *The Weſternes Iſles of Scotland* Scotis, & Anglis, id eſt occiduæ, & *Inch Gall* Hibernis, quarum duæ Ebudæ proprie nominantur, habentque Epiſcopum in inſula S. Columbi commorantem ſub Archiepiſcopo Glaſcuenſi. Quadraginta quatuor vulgus numerat, ex quibus decem tantum præcipuæ, reliquæ aliæ parvi momenti, ut liquet ex deſcriptione Timothei à Ponte, ſuntque iſtæ, Ila *Yla*, Jura *Iura*, Maleos *Mulaa*, Skia *Skie*, Leogus *Lewis*, deinde *Viiſt*, *Barra*, *Tyrſ*, *Col*, *Collonſa*, & aliæ aliquot minoris momenti, quas alias à Norvegis coëmerunt Scotiæ Reges quibus etiamnum ſubſunt, uti *Gega*, *Egg*, *Kannay*, *Muck*, *Rom*, & *Soa Urchl*, cum aliis minoribus, & de his vide fuſius in voce Occidentales inſulæ.

EBURA, Carpetanorum urbs in Hiſpania Tarraconenſi, Livio, quæ Libora Ptolemæo, Elbora in libris Conciliorum, olim Epiſcopalis ſub Gothis, nunc teſte Mariana cum aliis, eſt *Talavera la Reyna*, oppidum Caſtellæ novæ ad Tagum, ubi recipit fluvium *Alberche*, 6. leucis diſtans ab Eſcalona in Meridiem, & 12. à Placentia in ortum hybernum. Vide Libora.

EBURA, *l'Eure*, fluvius Galliæ. Oritur in Perticenſi provincia, è ſylva Logniaca; deinde per Belſiam labens, Autricum Carnutum rigat, Novigentum regium, Iberium in Normannia, uti & Paciacum, & Luparias; & poſtea in Sequanam ſe exonerat paulo ſupra Pontem Arcuenſem, & ad duos Amantes; & ab ea nomen habet vallis adjacens pulcherrima atque cultiſſima, vulgo *la vallée d'Eure*, dicta ad 15. leucas extenſa à Meridie in Septentrionem.

EBURAICI, ſeu Aulerci Eburovices, populi Galliæ Celticæ Ptolemæo, quorum urbs Mediolanum Eburovicum, nunc *Evreux*, urbs Normanniæ provinciæ. Vide Eburovices & Ebroicæ.

EBUROBRITIUM, oppidum Hiſpaniæ Luſitaniæ, Plinio, nunc *Alcobaça* caſtrum Portugalliæ in Extremadura provincia, quod antea *Evora de Alcobaça* dictum fuit, teſtibus Varrerio & Vaſconcello, & ut habent antiquæ loci inſcriptiones, illic percelebre cœnobium ordinis S. Benedicti, a Regibus Portugalliæ excitatum, in memoriam inſignis victoriæ quam de Caſtellanis retulit Joannes primus ad Aljubarotam vicum una leuca hinc diſtantem, una leuca ab Oceano diſſitum eſt, & 4. à Leiria in Meridiem Olyſipponem verſus 14.

EBURODUNUM, *Yverdun*, oppidum Helvetiæ, ad lacum Neocomenſem, 7. mill. paſſ. ab Urba diſtans. Vide Ebrodunum.

EBURONES, populi fuere Galliæ Belgicæ, Cæſari, & Straboni, juxta Moſam fluvium, inter Ubios & Treviros ad ortum, & Menapios Aduaticoſque ad occaſum, ubi poſtea Tungri, erant ubi nunc Leodienſis ditio in Germania, *t'landt van Luyck* Germanis, *le pais de Liege* Gallis, & eorum primaria fuit Aduatuca & poſtea Obtricum. Vide Tungri.

EBURONIAM, urbem fuiſſe Galliæ Belgicæ, nuncque dici *Boury* pagum Leodienſis ditionis ad Urtum fluvium prope Leodium ſcribit Abrahamus Ortelius, in parergo Geographiæ, ſed Cluverius libro 2. probat Eburoniam non fuiſſe locum particularem, ſed univerſam Eburonum regionem, quod etiam veriſimilius.

EBUROVICES, populi Galliæ Celticæ Cæſari, qui Ebroicæ etiam, & Aulerci Eburovices dicti fuere, erantque inter Velocaſſes ad Boream, Lexovios ad occaſum, Aulercos Diablintes ad Meridiem, & Carnutes ad ortum, ubi nunc Diœceſis Ebroicenſis, *le Diocese d'Evreux* in Normannia provincia, in quo tractus dicti *la Campagne du Neubourg*, & *la Campagne de S. André*, eorum caput Mediolanum Eburovicum, Eburovices, poſtea Ebroicum, nunc *Evreux* dicitur.

EBURUM, urbs Quadorum in Germania, Ptolemæo, nunc teſtibus Pyramio, & Appiano, eſt Olomucium, *Olmutz* incolis & Slavis, *Ulmitz* Germanis, urbs Moraviæ antea primaria in Bohemiæ regno, teſte Cluverio, Epiſcopalis olim ſub Archiepiſcopo Moguntino, nunc ſub Pragenſi, ad Moravum fluvium, probe munita & antea a Suecis expugnata, & ab ipſis uſque ad pacem Weſtphalicam ſervata, diſtat 7. milliaribus Germanicis à Bruna verſus ortum æſtivum, 20. à Vienna in Septentrionem, & totidem a confinio Poloniæ in occaſum. Vide Olomuticum, quanquam Lazius exiſtimet Eburum eſſe vicum *Borowa* dictum in illo tractu, ex alluſione nominis.

EBUSUS, inſula Hiſpaniæ Tarraconenſis, una ex duabus Pityuſis in mari Balearico, Plinio & Straboni, quæ Ebyſſus Ptolemæo, olim etiam Pityuſa major, nunc vulgo *Iviça* incolis, *Eviſſe & l'Iſle d'Eviſſe* Gallis, *Eviſſa* Italis, inſula eſt parva Hiſpaniæ, & regni Majoricæ pars, inter Majoricam inſulam ad ortum, à qua 12. leucis Hiſpanicis diſtat, & oram regni Valentiæ & Dianium promontorium ad occaſum, à quo 15. leucis ſimilibus diſſita eſt, ejus circuitus eſt tantum 20. mille paſſuum ſive quinque leucarum, quanquam multo major notetur in omnibus tabulis recentioribus, caſtrum habet Ebuſum, *Iviça* etiam dictum, cum portu ſatis tuto in ejus ora meridionali & uno aut altero viculo, ſed in ea ineſt magnus ſalis proventus, nec ullum animal nocivum reperitur in inſula, quæ fere tota nemoribus obducta eſt, & ſub dominio utili Archiepiſcopi Tarraconenſis, uti Ophiuſa inſula; ei autem adjacent multæ inſululæ, nempe incipiendo ad ortum inſulula Nigra *la Iſleta Nigra*: & inſulula ſuſpenſorum *la iſleta de los Ahorcados*: prope oram ubi oneratur ſal *la iſla de la Eſponja*; prope turrim S. Georgii *la iſla de*

los Ratones : & tantiſper ab ora diſtant duæ aliæ dictæ *de los Poros* : prope caſtrum Ebuſum, Inſula ſcopuli Nigri, *la iſla del Eſcollo Negro*, & alia *del Bixote* dicta : uti longius ab ora duæ inſulæ *de los Dados* vocatæ : ſcopulus inauratus *el Eſcollo dorado* : & deinde inſulæ *de Botafuego* & *de los Conejos* : prope ſtationem longam *la iſla del Cabo Librel* : è regione S. Eulaliæ inſula Capitis Arabis, *la iſla de la punta del Arabi* : poſtea inſulula *Tago Mago* : & verſus occaſum duæ inſulæ Formicarum, *las dos Hormigas* : prope eremum S. Michaëlis inſulula *de Balançat* nuncupata : deinde ad portum Mormæ *la iſla Murada* : hinc quatuor *las Bladas* vocatæ : & tandem aliæ dictæ *la Conejera*, *la de Borch*, *la del Eſpartar*, *la Barquilla*, *las dos del Vadra*, & duæ promontorii Falconis, *del Cabo Falcon*, prope Stagnum ſalis, teſte Gaſpardo Eſcolano, & quatuor mill. paſſ. ab ea in Meridiem diſtat Ophiuſa inſula, nunc *la Formentera* dicta : & iſta mihi liceat dixiſſe fuſius de hac inſula in gratiam navigantium, cum ſit nautis ſatis formidabilis propter illas inſululas, & cum pauci admodum de ea ſcripſerint.

Ecæ, ſeu Aecæ, oppidum Hirpinorum in Italia Antonino, Ecana aliis, nunc Troia *Troia*, urbs regni Neapolitani in Apulia, & in provincia Capitanata, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Beneventano, ad Chilotum fluvium, ad radices Apennini montis, 8. mill. paſſ. à Luceria in Meridiem Bovinum verſus, & 25. milliaribus à Benevento in ortum, Manfredoniam verſus 30. quanquam Cluverius credat eſſe *Accadia* caſtrum in provincia Principatus Ulterioris ; ſed Ecas ſeu Ecanam eſſe Troiam pluribus probat Lucas Holſtenius, tum ex ductu itineris in tabula Peutingeriana, tum ex Cuniſero Monacho Caſſinenſi in vita S. Secundini.

Ecbatana, urbs ampla Imperii Perſarum, Mediæ regionis caput, olim ſedes regia Plinio, Straboni, & Ptolemæo, ab Arphaxad extructa, & Ecbatanis dicta, cujus frequens mentio in Bibliis, nunc teſtibus Andrea Maſio, Nigro, Caſtaldo, & Minadoio, cum aliis, eſt Taureſium ſeu Tabreſium, *Tauris* ; urbs ampla regni Perſiæ, & antea ſedes regia, in provincia *Adirbeitzan* dicta, quæ capta fuerat a Turcis ſæculo elapſo, ſed poſtea a Rege Perſarum recuperata ipſi etiam ſubeſt, & quamplurimum defecit ex priſtævo ſplendore.

Ecclesiæ Ditio, ſive Eccleſiaſtica ditio, & Sanctæ Sedis dominium, *lo Stato della Chieſa* indigenis, *l'Eſtat de l'Egliſe*, ſive etiam aliquando *l'Eſtat du Pape* Gallis, *el Eſtado de la Igleſia* Hiſpanis, pars eſt ampla Italiæ & in ejus meditullio, ſub dominio Pontificis Maximi, cui ſubeſt à pluribus ſæculis : complectiturque illam partem Italiæ in qua olim fuere Latium pro majori parte, Sabina, Herruriæ pars occidentalis, Umbria, Piceni major pars, & Flaminia pars Galliæ Ciſpadanæ ; & poſtea Ducatus Romanus, Spoletanus, & Tuſciæ, Pentapolis, & Exarchatus Ravennæ ; ſicque extenditur à Septentrione in Meridiem per 240. milliaria, nempe a Caſtro Francolino in Ducatu Ferrarienſi Terracinam uſque, ejus autem major latitudo ab Oriente in Occidentem, nempe ab Ancona Centumcellas uſque, eſt 120. milliarium, ſed multo minor eſt in aliis locis, præſertim in Romandiola, ubi valde reſtringitur inter Herruriam agrumque Florentinum, & mare Adriaticum. Terminatur hæc ditio à Septentrione dominio Reipublicæ Venetæ, & Mari Adriatico, ab ortu Regno Neapolitano, à Meridie mari Tyrrheno, & ab occaſu magno Ducatu Herruriæ & Ducatu Mutinenſi. Ejus partes ſeu provinciæ ſunt Campania Romana, quæ duplex eſt, nempe Campania Romana propria, *la Campagna di Roma*, & Maritimus ager, *la Marina* : provincia Patrimonii S. Petri, *la provincia del Patrimonio*. (cujus partes ſunt Ducatus Caſtrenſis, *il Ducato di Caſtro*, & ager Urbevetanus, *il territorio d'Orvieto* :) Sabina *la Sabina* : Umbria, quæ antea Ducatus Spoletanus, *l'Ombria*, (cujus partes Peruſinus ager, *il territorio di Perugia*, & territorium Civitatis Caſtelli, *il Contado di Cittadi Caſtello* :) Marchia Anconitana, *la Marca d'Ancona* : Ducatus Urbinas, *il Ducato d'Urbino* : Romandiolæ major pars, in qua Romandiola propria, *la Romagna*, ager Bononienſis *il Bologneſe*, & Ducatus Ferrarienſis *il Ducato di Ferrara* ; Totius autem ditionis præcipua urbs eſt Roma *Roma*, quæ Italiæ primaria. Subſunt etiam dominio Summi Pontificis Avenio *Avignon*, & Comitatus Vindaſcinus in Gallia ; uti Beneventum in Regno Neapolitano cum ejus territorio alias peramplo, ut liquet ex diplomate Clementis VI. Pontificis Maximi anno 1350. ſed nunc ab Hiſpanis valde reſtricto. Et ſub Clemente VIII. Pontifice Maximo Ducatus Ferrarienſis rediit ad ditionem Eccleſiæ anno 1598. uti etiam Ducatus Urbinas ſub Urbano VIII. Barberino Pontifice Maximo anno 1626. Pendent etiam a Pontifice Maximo, extra tamen fines ejus ditionis, & jure feudi tantum, Ducatus Parmenſis & Placentinus in Longobardia, uti & Regnum utriuſque Siciliæ, ſive Regna Siciliæ & Neapolitanum, atque etiam Radicofanum in Herruria, Principatus Maſſerani in agro Vercellenſi, cum Montealto, & aliquot aliis locis inter Pedemontium & Ducatum Montisferrati, & intra ejus ditionem inſerta eſt Reſpublica S. Marini in Ducatu Urbinate, parvi admodum momenti & ſub Sanctæ Sedis patrocinio. Crevit autem maxime hæc Eccleſiæ ditio ex donatione Pipini Francorum Regis, & liberalitate ejus filii Caroli Magni Francorum etiam Regis & Imperatoris, qui poſt captum Deſiderium Longobardorum Regem, Romæ ab Hadriano Papa exceptus anno 773. confirmavit donationem quam Rex Pipinus pater ejus fecerat Stephano Papæ, Exarchatum Ravennæ & Pentapolim complectentem, addiditque Corſicam, Sardiniam, Siciliam, Territorium Sabinenſe, Ducatum Spoletanum, Tuſcumque Longobardorum, ut Sigonius ait cum plurimis aliis ; & Ludovicus Pius Rex Francorum & Imperator confirmavit anno 817. Paſchali Papæ ea omnia quæ Carolus Magnus ejus pater & Pipinus ejus avus Sanctæ Sedi conceſſerant, & inſuper liberaliter addidit Civitatem Romanam cum Ducatu ſuo, & cuncta Caſtella atque oppida in Tuſciæ partibus, & in partibus Campaniæ, Soram, Arces, Aquinum, Theanum, Capuam, Patrimonium Beneventanum, & Salernitanum, Patrimonium Calabriæ ſuperioris & inferioris, & Patrimonium Neapolitanum, prout tabulis publicis conſtare ſcribunt Sigonius, Ciacconius, & Cardinalis Baronius in Annalibus ad annum ſupradictum & alii.

Ecclesiæ Ditionis urbes Præcipuæ.

Ancona, *Ancona*.
Ariminum, *Rimini*.
Aſculum, *Aſcoli*.
Bononia, *Bologna*
Camerinum, *Camerino*.
Faventia, *Faenza*.
Ferraria, *Ferrara*.
Firmum, *Fermo*.
Forum Livii, *Forli*.
Fulginum, *Foligno*.
Imola, *Imola*.
Macerata, *Macerata*.
Perusia, *Perugia*.
Piſaurum, *Peſaro*.
Ravenna, *Ravenna*.
Reate, *Rieti*.
Roma, *Roma*, totius ditionis caput.
Spoletum, *Spoleto*.

Tiſernum Tiberinum, *Citta di Caſtello.*
Vitetbium, *Viterbo.*
Urbinum, *Urbino.*
Urbs vetus, *Orvieto.*

ECCLESIÆ, *la Ciudad d'Igleſias & Igleſias*, urbs Sardiniæ inſulæ in ejus ora meridionali, & in provincia Calaritana, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Calaritano cui nunc unita eſt, dicitur etiam Villa Eccleſiæ, & crevit ex ruinis Sulcis urbis vicinæ, 40. milliaribus diſtans à Calari in occaſum hybernum, hinc Eccleſienſes populi dicti. Vide Villa Eccleſiæ.

ECCLESIASTICA DITIO, quæ & Status Eccleſiæ, *lo Stato della Chieſa* incolis, pars ampla Italiæ quæ ſubeſt dominio Summi Pontificis jam a pluribus ſæculis, dicitur aliter Eccleſiæ ditio. Vide ibi.

ECCLESIENSIS AGER, *il territorio de Igleſias*, tractus Sardiniæ inſulæ in provincia Calaritana & in ejus parte meridionaliori, prope Eccleſias urbem, & Sulcitanam inſulam.

ECDIPPA, ſeu Ecdippos S. Hieronymo, antea Achazib & Acziba dicta, urbs Palæſtinæ, alias in Tribu Azer, poſtea in Galilæa, in ora littorali maris Syrii, hodie in eo loco circiter ubi *Sandalio* caſtrum, 12. mill. paſſ. à Ptolemaide in Septentrionem Tyrum verſus 8. teſtibus Maſio, & Nigro.

ECELESTA, oppidum Celtiberorum in Hiſpania Tarraconenſi Ptolemæo, quæ forte Egelaſte Plinio, nunc teſte Cluſio, ex inſcriptione antiqua, eſt *Medina Celi*, urbecula Caſtellæ veteris in colle ſita, prope Salonem fluvium, Ducali titulo inſignita gentis Cerdæ, caſtrum habens antiquum & palatium ad radices montium, 4. leucis a Seguntia in ortum, uti 2. a fontibus Salonis verſus confinia Aragoniæ, & 4. à confinio Caſtellæ novæ in Septentrionem. Vide Methymna Celi.

ECHEDORUS, fluvius Macedoniæ in Migdonia tractu, Ptolemæo, qui Chidorus ab Herodoro dicitur, in ſinum Thermaicum ſe exonerat prope Theſſalonicam urbem, qui ſi Herodoto credimus, ab exercitu Xerxis exſiccatus eſt ut ad bibendum non ſuffecerit, nunc *Calico* dictus, teſte Nigro, & *Verataſer* à Caſtaldo.

ECHETTA, urbs Latii, olim Volſcorum caput, Halicarnaſſæo, quæ Ecetra Livio, poſtea funditus exciſa, ut ne locus quidem hodie indicari poſſit.

ECHINADES INSULÆ, Straboni & Plinio, vulgo *le Curzolari*, Sophiano & aliis, *les Curſolaires* Gallis, inſulæ quinque maris Ionii parvæ, ante os ſinus Corinthiaci, inter oſtia Acheloi fluvii Acarnaniæ, & Araxum promontorium Peloponneſi, à Cephalenia 12. mill. paſſ. in ortum diſtantes, ad quas Turcæ a Chriſtianis victi ingenti clade, claſſe amiſſa, affecti ſunt, die 7. Octobris anno 1571. Pio V. Pontifice Maximo. Harum una Dulichium, alia Same nominatur. Echinæ à Stephano appellantur, earum meminit Ovidius libro 8. Metamorphoſeon.

ECHINUS, urbs Phthiotidis maritima, Polybio & Plinio, in Theſſalia, & in Achaiæ confinio, olim Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Athenienſi, ad ſinum Pagaſæum, inter Lariſſam ad Septentrionem, & Sperchium ad Meridiem, quæ Sophiano nunc *Scarfia* nominatur, & in caſtrum redacta

ECHINUS, oppidum Epiri, in finibus Acarnanum, quod *Tolgus* à Pineto nunc dici putatur; de quo Polybius, Livius, & alii.

ECHIONII, ſic dicuntur Thebani ab Echione Cadmi ſocio, horum meminit Ovidius libro 5. de triſtibus.

ECKELFURTUM, *Eckelenford*, oppidum Daniæ, in Ducatu Sleſvicenſi, cum portu peramplo in ora maris Baltici, 3. milliaribus Germanicis diſtans à Sleſvico in ortum, & totidem à Chilonio in occaſum æſtivum, ſub dominio Ducis Holſatiæ. Vide Ekelenfordia.

ECLANOM, oppidum Hirpinorum in Italia, ex itinerario Antonini, quod aliis eſt Æculanum, nunc teſte Cluverio, eſt Frequentum *Fricento*, urbecula regni Neapolitani in Principatu Ulteriori, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Beneventano, ſed Avellinenſi perpetuo unita, non procul à Tripalto fluvio, ad radices Apennini, quanquam Lucas Holſtenius credat Æculanum deſtructum fuiſſe tempore Conſtantini, & ejus veſtigia maxima apparere haud procul Mirabella caſtro, 4. mill. paſſ. diſtante a Frequento, quod crevit ex ejus ruinis.

ECNOMUS, mons Siciliæ, Plutarcho & Diodoro, in ora maris Africi, ad oſtia fluvii Himeræ, ad quem Dædalium Phalaridis caſtellum, ubi bos æneus ſervabatur. Hodie *il Monte d'Alicata* dicitur, in valle Netina & limite Vallis Mazaræ, teſtibus Fazello & Cluverio; eſtque medius inter Gelam ad ortum, & Agrigentum ad occaſum, 15. milliaribus utrimque diſtans.

ECTODURUS, oppidum Rhætiæ in Vindelicia, Ptolemæo, nunc teſte Lazio, eſt *Eckital* caſtrum Sueviæ, inter Campodunum & Curiam, ſed Bertio teſte, eſt *Leutkirch*, urbecula Imperialis & libera Germaniæ, in Suevia, ad amnem *Eſchach*, qui paulo infra cadit in Ilarum fluvium, 3. milliaribus Germanicis diſſita à Memminga in Meridiem, & 6. à lacu Brigantino in ortum, in Algæa tractu.

EDELBERGA, dicitur à Poëtis & litteratis quibuſdam, *Heidelberg* urbs Germaniæ, Palatinatus Rheni caput ad Nicrum fluvium, quæ ab aliis & melius ſcribitur Heidelberga. Vide ibi.

EDEN, inſula Tigris fluvii, teſte Moſe Mardeno, infra Seleuciam magnam Meſopotamiæ urbem, 12. mill. paſſ. diſtans, circuitu 10. *Gezaira*, nunc teſte Maſio, dicta.

EDENBURGUM, *Edenbourg*, urbs Scotiæ Regni caput, & ſedes Regum in Scotia meridionali, & in Laudonia provincia, alias Alata caſtra dicta fuit, eſtque in longum protenſa, & Epiſcopali ſede inſignita fuit anno 1633. à Carolo primo Rege ſub Archiepiſcopus S. Andreæ, ſitu eſt editiori, & muro ſatis firmo cincta, ad Orientem palatium eſt regium, cui mons impendet dictus Cathedra Arthuri, ad Occidentem vero præruptiſſima rupes aſſurgit cui caſtrum imponitur firmiſſimum, quod Scoti caſtrum puellarum vocant, quod vere Alatum illud caſtrum erat, teſte Camdeno, & pluries tamen captum fuit hiſce ultimis temporibus, vix uno milliari diſtat à Letha portu, *Lyth*, & a Bodotria æſtuario in Meridiem, quod ab ea *Edenbourg Fyrth* dicitur ab Anglis, 30. mill. paſſ. diſtat à Pertia in Meridiem, & 28. à Sterlino in ortum Barvicum verſus 43. teſte Thimotheo Ponte.

EDERA, *l'Ierre*, fluvius Galliæ parvus in Bria provincia, in Sequanam ſe exonerat ad Villam novam S. Georgii, 5. leucia ſupra Pariſios in ortum hybernum.

EDESSA, urbs Macedoniæ regni, ad Erigonium fluvium poſita, Livio teſte, cum aliis, ſed quid ſit hodie non conſtat, quanquam Sophianus *Vodena* interpretetur. Vide Ædeſſa.

EDESSA, urbs Meſopotamiæ, Plinio, & Ptolemæo, Edeſa Straboni, ampla & Archiepiſcopalis, olim Antiochia & Callirhoe à fonte dicta, teſte Procopio, qui eam Oſrhoenorum caput facit, poſtea Juſtinopolis etiam vocata, quod Juſtinus Imperator illius mœnia in meliorem & ampliorem formam reduxerit nunc *Orfa* dicta à Petro Gyllio, & pleriſque aliis, *Rhoa* Arabibus, teſtibus Nigro, Gollio, & Maſio, qui dicit etiam ab Arabibus vel præpoſito articulo, *Orrhoai* vocati, hanc primæ Syriæ facit Concilium Epheſinum tertium,

urbs eſt etiamnum ampla & ex præcipuis Diar-Bechiæ regionis, ſub dominio Turcarum, antiquiſſima eſt, à Nembroth condita, teſte D. Iſidoro, & ibi ea obiit Antoninus Caracalla Imperator, media eſt inter Aleppum ad occaſum & Amidam ad ortum, uti inter Euphratem fluvium ad occaſum, & Chaboram ad ortum, & 49. milliaribus diſtat a Samoſatha in ortum, uti 45. ab Hierapoli, & alias primaria fuit tractus ſive Comitatus Edeſſani ab ea dicti, Comiteſque habuit proprios tempore belli ſacri & Regum Hieroſolymitanorum.

Edessanus Comitatus, *le Comté d'Edeſſe*, unus fuit ex quatuor Principatibus Latinorum regionis in Oriente, tempore Regum Hieroſolymitanorum, à quibus pendebat, Comites tamen habens proprios, erat in Meſopotamia, & ab ea ſylva quæ dicitur *Marrim*, in Orientem ultra Euphratem fluvium protendebatur, teſte Villelmo Tyrenſi Archiepiſcopo.

Edetani, populi Hiſpaniæ Tarraconenſis Ptolemæo, quorum termini erant ad Septentrionem Sedetani, ad Occidentem Baſtetani, & ad Meridiem Conteſtani, ad ortum autem verſus ſinum Sucronenſem extendebantur, circiter ubi nunc pars ſeptentrionalis Regni Valentiæ, eorum vero urbes fuere Saguntus & Segobriga.

Edgemons, *Edgehill*, vicus Angliæ in Varvicenſi Comitatu prope Kintonium, ubi die 23. Octobris 1642. acriter dimicatum fuit inter Anglos.

Edom, quæ Idumæa, regio Palæſtinæ ad Meridiem, Plinio, Ptolemæo & aliis, inter Judæam & Ægyptum, finis terræ Chanaan, quæ incolis *Daron* dicitur, teſte Guillelmo Tyrenſi Archiepiſcopo. Vide Idumæa.

Edonus, mons Thraciæ Plinio, Edon dicitur à Virgilio.

Edron, portus Venetiæ regionis in Italia, Plinio, nunc eum interpretatur Niger *Porto Sabione*, in ora maris Adriatici, & juxta Foſſam Claudiam urbem Ducatus Veneti.

Edros, ſive Hedros, inſula parva Britanniæ majoris in mari Virginio, Ptolemæo, nunc *Bardeſey* dicitur, id eſt avium inſula, teſte Camdeno, eſtque parvi admodum circuitus, & Angliæ adjacet in ora Valliæ ſeptentrionalis & Arvoniæ Comitatus, vix 3. milliaribus Anglicis à Ganganoro promontorio diſtans, & 40. ab ora Hiberniæ inſulæ in ortum, ſed Waræus exiſtimat eamdem eſſe cum *Beg-Eri*, id eſt parva Hibernia, inſula ad oſtium Slani fluvii in agro Wexfordienſi.

Edulius, mons Hiſpaniæ Tarraconenſis Ptolemæo, in Celtiberis, qui ab aliis etiam Medulius dictus, Durio fluvio imminet, & *Manduria* ab accolis vocatur, teſte Garibæo, ſunt tamen nonnulli qui credant Edulium montem eſſe *Montſerrat* montem valde excelſum in Cataloniæ Principatu, prope Rubricatum fluvium.

Edus, parvus fluvius Liguriæ, *Sadodela* nunc dictus, teſte Auguſtino Juſtiniano, in finibus Genuenſium, in Porciferam fluvium influens ad Pontemdecimum, ex veteri inſcriptione.

Eenhamum, *Eenhame*, oppidum alias Belgii, Brachbantii tractus caput, nunc vicus tantum Comitatus Flandriæ, cui annexus fuit a Balduino Comite, ſedet ad Scaldim fluvium, vix una leuca infra Aldenardam in Septentrionem Gandavum verſus, cum Abbatia.

Effeui, populi Sarmatiæ Europææ, Tacito, ad ſinum Venedicum; quorum regio Livonia dicitur, teſte Willichio, ſed alii aliter ſentiunt.

Ega, *l'Ega*, fluvius Hiſpaniæ. Oritur in Alava provincia, deinde per Navarram labitur, ubi Eſtellam rigat, & in Iberum fluvium ſe exonerat è regione Calaguris.

Egabra, vel Ægabra, & Agabra, urbs Hiſpaniæ Bæticæ, poſtea Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Hiſpalenſi, tempore Gothorum, nunc ex antiqua inſcriptione, eſt *Cabra*, caſtrum Vandalitiæ in Diœceſi Giennenſi, prope Anam minorem fluvium, & confinia Regni Granatæ, teſte Martino Ximena, dicitur etiam Egabro & Egabrum.

Egara, urbs fuit Laletanorum in Hiſpania Tarraconenſi, poſtea Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Tarraconenſi ſub Gothis, cujus fit mentio in libris Conciliorum, nunc oppidulum tenue Cataloniæ, *Terraſſa* dictum, verſus montes, juxta quod urbis extant aliquot veſtigia, & *S. Pedro de Terraſſa* Eccleſia nominatur, cujus Epiſcopatus Barcinonenſi copulatus eſt, 6. leucis diſtat a Barcinone in Septentrionem Minoriſſam verſus totidem, 3. autem a Rubricato fluvio in ortum. De ea fuſe tractavit Stephanus Baluzius vir clariſſimus in diſſertatione ad Labæum.

Egates, inſulæ fuere maris Africi, Plinio, & aliis, verſus partem occidentalem Siciliæ inſulæ, ante Drepanum, nempe Phorbantia, Æguſa, & Hiera. Vide Ægathes.

Egelaste, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, Straboni, quod Cluſius & Gomeſius interpretantur *Yniesta*, vicum Caſtellæ novæ, inter Concham urbem & Moyam oppidum, quod tamen idem videtur aliis cum Ereleſta Ptolemæo.

Egeria, lucus erat prope Romam, Virgilio, quæ Egeriæ Livio, extra portam Capenam, in via verſus Ariciam, ubi Camœnæ, qui hodie non extat. Scribitur etiam Ægeria.

Egesta, urbs Siciliæ inſulæ Thucydidi, quæ Ægeſta Straboni, Aceſta Virgilio, & Segeſta Ciceroni, Plinio, Ptolemæo, & aliis, in ora, nunc exciſa jacens, & ejus rudera viſuntur in pago qui nunc *Barbara* vocatur, teſte Fazello, 22. milliaribus à Drepano in ortum æſtivum Panormum verſus 40. & ab Elyma urbe exciſa 12. circiter, in Valle Mazaræ.

Eggyna, urbs fuit Siciliæ: cujus meminit Cicero in oratione in Verrem. Fortè Engyna ab Engyon dicta; de quo vide ſuo loco.

Egidona, fluvius Cimbricæ Cherſoneſi Regionini, nunc *Eyder*, ex tabulis Geographicis, Holſatiam à Jutia & Sleſvicenſi Ducatu ſeparans. Vide Eidera.

Egilium, inſula parva Italiæ in mari Tyrrheno, Plinio, ſeu Ægilium, vulgo *il Giglio* Italis, *l'Iſle du Lys* Gallis, alias ſuberat dominio Senenſium, nunc autem magno Duci Hetruriæ paret, tota montuoſa eſt, circuitusque 35. milliarium, caſtrum habens tantum in colle ſatis munitum contra piratas, cum vico adjacente, & vix 10. milliaribus diſtat ab ora Hetruriæ, & à monte Argentario. Vide Ægilium.

Egircius, fluvius Galliæ, Venantio Fortunato, Ægirſius Sidonio Apollinari, Gerſius aliis, *le Gers* vulgo, fluvius Galliæ in Aquitania & in Vaſconia ſuperiori, fontes habet in ſuperiori parte Comitatus Armeniaci, deinde in Septentrionem fluens Auſcios urbem rigat & Lactorium, & paulo infra in Garumnam labitur è regione Agenni.

Egita, urbs Hiſpaniæ in Luſitania, cujus fit mentio in libris Conciliorum, nunc teſte Mariana, interpretatur *Guimaranes*, oppidulum regni Portugalliæ in provincia Interamnica, 3. leucis à Bracara in ortum Lamacum verſus, ſcribitur & Ægita à quibuſdam, fuitque S. Damaſi Papæ patria.

Eglisovia, *Egliſaw*, oppidulum Helvetiæ in pago Tigurino, cum ponte ad Rhenum fluvium paulo ſupra influxum Glatti in eumdem, 3. milliaribus Germanicis diſtat à Tiguro in Septentrionem, & 8. infra Conſtantiam in occaſum.

Egnatia, urbs Italiæ in Apulia Peucetia, Plinio, quæ Gnatia dicta ab Horatio, olim Epiſcopalis in ora maris Adriatici, nunc exciſa ubi Turris *la Torre d'Anazzo* dicta, in Regno Neapolitano, & in provincia

Bariana, teſte Cluverio, 5. milliaribus à Monopuli diſtans in ortum, & media fere inter Brundusium & Barium.

Egolisma, ſeu melius Engoliſma, *Angoulesme*, urbs Galliæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Burdegalenſi, caput eſt Engolimenſis provinciæ, ad Carentonium fluvium, & Ducatus titulo inſignitur. Vide Engoliſma & Inculiſma.

Egonum Vicus, locus Æmiliæ Polybio, nunc *Vicovenza*, pagus agri Ferrarienſis, 16. mill. paſſ. diſtans à Ferraria.

Egorigium, & Legio XII. locus Germaniæ inferioris, ex itinerario Antonini, nunc teſte Cluverio, eſt vicus *Ruyt*, prope Gelbum fluvium, in ditione Trevirenſi, verſus confinia Ducatus Juliacenſis, & 8. milliaribus Germanicis à Treviris in Boream Coloniam Agrippinam verſus totidem, ſed exiſtimat Sanſon eſſe caſtrum *Ionckerad*, in colle ad Gelbim, uno milliari Germanico à ſuperiori diſtans.

Egosa, oppidum Caſtellanorum, in Hiſpania Tarraconenſi Ptolemæo, interpretantur nunc *Caſtelfollit*, oppidulum munitum Cataloniæ, in colle, juxta Fluvianum amnem, 6. leucis Hiſpanicis diſtans a Vico in Septentrionem, & paulo amplius a Gerunda in occaſum æſtivum.

Egra, *Eger*, fluvius Germaniæ, oritur in Franconia, ex Piniſero monte *Fichtelberg*, deinde in ortum fluens per Bohemiam, Egram urbem rigat, Loctam, & Zatecium, tandemque Albi fluvio miſcetur prope & ſupra Litometitium.

Egra, *Heb* Bohemis, *Eger* Germanis, *Egre* Gallis, urbs permunita Bohemiæ Regni, juxta confinia Franconiæ, ad Egram amnem, pluries expugnata bello tricennali Germanico; & in ejus arce occiſus fuit Valſteinus Fridlandiæ Dux à ſuis, urbs Imperialis facta fuerat anno 1179. eratque antea in Voigtia provincia, ſed conceſſa fuit a Ludovico IV. Imperatore Joanni Regi Bohemiæ anno 1315. pro debito loco pignoris pro ſumma 4000. marcarum argenti, & ab eo tempore pars eſt Bohemiæ, cum antea eſſet in Franconia, 4. milliaribus Germanicis diſtat a Locta in occaſum, uti 20. à Praga Bambergam verſus 15. & 9. ab Amberga in Septentrionem, dicitur etiam Oegra à quibuſdam, & male *Egra* vulgo vocatur in tabulis recentibus, hinc Egranus nomen gentis.

Egurri, populi Hiſpaniæ Tarraconenſis, Aſturibus finitimi, Ptolemæo, Egouari Plinio, quorum oppidum Forum Egurrorum, nunc forſan *Monte Furado* in Gallæcia ſecundum recentiores. Vide Forum Egurrorum.

Egusa, inſula maris Africi, inter Siciliam & Africam Polybio. Vide Ægusa.

Ehinga, *Ehingen*, oppidulum Germaniæ in Sueviæ circulo, & in Comitatu Hohenbergico, ad Nicrum fluvium, cum arce è regione Rotenburgi, ſub dominio Auſtriacorum, in limite Ducatus Wurtembergici, & uno milliari Germanico à Tubinga in occaſum.

Ehinga, *Ehingen* oppidum Germaniæ in Suevia, ad amnem Schmiecham, qui non procul ab eo in Danubium ſe exonerat, eſtque ſatis cultum ſub dominio Auſtriacorum, 4. milliaribus Germanicis parvis diſtans ab Ulma in occaſum hybernum Conſtantiam verſus, teſte *Zeilero*.

Ehenhemia Superior, *Ober Ehenheim*, urbecula Germaniæ in Alſatia inferiori, ad amnem *Ergel*, anteaque Imperialis & libera, ſed in præfectura provinciali Haguenoenſi, ideoque nunc ſub dominio Galliæ Regis, pace Weſphalica, male habita fuerat ultimo bello Germanico, nunc in dies reſtauratur, dicitur etiam contracte *Obernheim*, & 3. milliaribus Germanicis à Seleſtadio diſtat in Septentrionem, & totidem ab Argentorato in occaſum hybernum.

Ehrenbreitstenium Castrum, *Ehrenbreitſtein*, arx Germaniæ permunita in ditione Trevirenſi, ad Rhenum fluvium è regione Confluentiæ urbis, & quo in eum ſe exonerat Moſella, ſedet in rupe ardua cum Palatio Electoris Trevirenſis, cujus dominio ſubeſt, dicitur aliter Hermanſteinum. Vide ibi.

Eidera, *l'Eyder*, fluvius Daniæ, qui à Regione Epidora dicitur. Oritur ſupra Renſburgum, & Holſatiam Dithmarſiamque dividit à Sleſvicenſi Ducatu; deinde infra Tonningam in mare Germanicum ſe exonerat. Hinc ager adjacens inter Tonningam & Huſeſemum *Eiderſtede* dicitur, ſub dominio Ducis Sleſvicenſis, dicitur etiam Eydera.

Eiffalia, *das Eiffel* incolis, *l'Eiffle* Gallis, tractus Germaniæ, partim in ditione Electoris Trevirenſis, & partim in meridionali parte Ducatus Juliacenſis, verſus Rhenum fluvium, cujus meminit Brouverus cum aliis, ſed ejus periere limites, & ejus caput eſt Monaſterium in Eiffalia dictum.

Eimbeca, *Eymbeck*, urbs parva Germaniæ, in Saxonia inferiori, & in Ducatu Brunſvicenſi, in circulo Grubenhagenſi, ad Leinam fluvium, ſub dominio Ducis Hannoveræ, 8. milliaribus Germanicis diſtat ab Hildeſio in Meridiem Gottingam verſus 5. & totidem à Corbia in ortum, fuitque olim Imperialis & libera, poſtea vero ab Imperio exempta.

Eion, urbs Macedoniæ, Thucydidi & Herodoto, in confinio Thraciæ, & ad oſtia Strymonis fluvii, poſtea Anactaropolis, teſte Cantacuzeno, & Thraciæ annexa, *Rendina* à Græcis recentibus dicta, Epiſcopalis alias, nunc metropolis ab Amphipoli urbe 25. ſtadiis in Auſtrum diſtans. Ex qua urbe Strymon fluvius Eionæus à Plutarcho denominatur.

Eione, promontorium Sarmatiæ Aſiaticæ, Plinio, quod Eion Stephano, nunc *Punta di Matriga* dictum, teſte Pineto, juxta Boſphorum Cimmerium & Corocondameo oppidum.

Eisacus, *Eyſach*, fluvius Germaniæ in Comitatu Tirolis, qui Iſacus etiam dicitur, Brixinonem rigat, & infra Bolſanum in Atheſim labitur.

Eischfeldia, *die Eiſchvelt* incolis, *l'Eiſchfeld* Gallis, tractus Germaniæ, in Brunſvicenſi provincia, ſub dominio Electoris Moguntini, cujus prædeceſſoribus venditus fuit ab Othone Duce Brunſvicenſi marito Joannæ Reginæ Neapolitanæ anno 1365. terminatur à Septentrione & Occidente Ducatu Brunſvicenſi, ab Oriente Thuringia, & à Meridie Haſſia, & ejus oppida ſunt Heiligenſtadium tractus caput, Duderſtadium, Dengelſtadium, & Gebelhuſium.

Eisenacum, ſeu & ſæpius Iſenacum, *Eiſenach*, urbs parva Germaniæ, in Thuringia provincia, ad Neſſam amnem, olim Imperialis urbs & libera, poſtea ab Imperio exempta, nunc ſubeſt dominio Ducum Saxoniæ Veimarienſium, cum arce, 4. milliaribus Germanicis a Mulhuſia in Meridiem. Vide Iſenacum.

Eisleba, *Eiſleben*, urbs parva Germaniæ, in Saxonia ſuperiori & in Comitatu Mansfeldienſi, ubi natus anno 1483. Martinus Lutherus Hæreſiarcha, qui ibidem etiam obiit, die 18. Februarii anno 1546. Uno milliari Germanico cum dimidio diſtat à Mansfeldia oppido in ortum hybernum, & 4. ab Halla in occaſum, ſubeſtque dominio Electoris Saxoniæ.

Eistadensis Ager, ſeu Epiſcopatus, *das Biſthumb Aichſtat*, tractus Germaniæ in Franconiæ circulo, dicitur melius Aichſtadenſis ditio. Vide ibi.

Eistadium, ſeu & melius Aichſtadium, *Aichſtat*, quaſi Quercopolis, urbs Germaniæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Moguntino, in Franconia, ad Allemannum fluvium, in valle, & in confinio Bavariæ. Vide Aichſtadium.

Ekelenforda, *Ekelenforde*, oppidum Daniæ, in Ducatu Sleſvicenſi. Nomen ſibi adſciſcit a diruta arce

veteri *Ekerenborg*, ex cujus ruderibus excitata fuit, ad brachium maris Baltici, *Ekelenforder Wyck*, hic in terram unmiſſum ſedens, cum portu capaci. Sed mari cingitur pro maxima parte, ſub dominio Ducis Holſatiæ Gottorpienſis, 2. milliaribus Germanicis diſtans à Sleſvico in ortum, & 5. à Flenſburgo in ortum hybernum Chilonium verſus 3. totidemque a Rendsburgo, dicitur etiam perſepe Eckelfurtum.

Ekesium, *Ekeſio*, oppidum Sueciæ, in Smalandia provincia, verſus Oſtrogoriam, 5. milliaribus Suecicis a Vetero lacu in ortum diſtat.

Elæa, promontorium Cypri Ptolemæo, in ora ad ortum, inter Salaminam & Carpaſſium, nunc dicitur *Riſo Carpaſſo*, teſte Luſigniano.

Elæa, quæ & Elea, urbs parva Aſiæ minoris, in Æolide Ptolemæo, & in ora littorali maris Ægei, Pergamenorum portus, in confinio Myſiæ majoris, 25. milliaribus diſtat à Pergamo in occaſum Mytilenem verſus 20. & ab ea mare inter ipſam & Lesbum inſulam dicitur ſinus Elaiticus, urbs autem nunc etiam *l'Alea* dicitur, teſte Moletio, & in vicum redacta eſt, prope oſtia Cayci fluvii.

Elææ, portus Epiri in Caſſiopæa tractu, teſte Ptolemæo, prope oſtia Acherontis fluvii in mare Ionium, & Nicopolim urbem.

Elæon, mons Judææ, teſte Joſepho, Hieroſolymis imminens, inde ſtadio diſtans, qui & mons Olivarum, & mons Olivetus in Evangelio Ss. Joannis & Matthæi dicitur.

Elæus, oppidum Epiri mediterraneum, Ptolemæo, in Chaonia tractu, Hecatompedo finitimum, nunc *Docna* dictum, teſte Moletio.

Elæus, oppidum Thraciæ in Cherſoneſo, Straboni, & Suidæ, in ejus ora auſtrali, in mare Ægeum excurrens prope Maſtuſiam promontorium, 15. milliaribus à Seſto in Meridiem, & fere à Sigæo Aſiæ promontorio in occaſum.

Elæussa, inſula parva Aſiæ minoris, in ora Ioniæ ante Smyrnam urbem, teſte Plinio.

Elæussa, inſula maris Cilicii, in ora Ciliciæ, ante Corycum promontorium, teſte Plinio, dicitur etiam Eleuſa. Vide ibi.

Elaiticus Sinus, pars maris Ægei prope Elæam urbem Æolidis, & inter ipſam ad ortum & Lesbum inſulam ad occaſum, teſte Philippo à Vico, & nunc *le Golfe de Guereſtio* dicitur, ut didici à nautis qui pluries illas partes luſtrarunt.

Elamitæ, populi Arabiæ fœlicis, Plinio, cum oppido cognomine ad oram maritimam.

Elana, urbs Arabiæ Petrææ, ad ſinum Arabicum Ptolemæo, ſeu & melius Ælana Plinio, nunc *Aila* dicta, teſte Nigro, ſive *Eylan* quibuſdam, portu gaudet ſatis tuto, & caſtro in colle, ad montium radices, ſub dominio Turcarum, diſtat 120. milliaribus ab Arſinoe in ortum hybernum, 60. à monte Sinay, & vix 30. ab urbe *Eltor* dicta in Septentrionem, quanquam Villanovanus credat eſſe urbem *Eltor* in Meridiem diſtantem, & ab ea dictus fuit ſinus Elaniticus.

Elaniticus Sinus, ſeu melius Ælaniticus, Plinio, nunc *le Golfe de Eltor*, pars ſinus Arabici in ejus parte Boreali, & in ora Arabiæ deſertæ, contra Ælanam urbem extenſus.

Elaphites, inſulæ tres parvæ maris Hadriatici, ſive Illyrici, verſus Melitam, ab ea 12. mill. paſſ. diſtantes in ortum verſus oram Dalmatiæ. De quibus vide Plinium. Harum prima *Calamota* vocatur, altera *l'Iſola di mezzo*, tertia nunc *Guipana*, ſuntque verſus Raguſium.

Elaphonesus, inſula Propontidis, teſte Plinio, *Marmora* hodie, teſte Curopalate, ob marmoris copiam, quæ & Neuris, & Proconneſus, dicta prope Cyzicum urbem. Vide Proconneſus.

Elaphus, fluvius parvus Arcadiæ in Peloponneſo, teſte Pauſania.

Elaphus, mons Aſiæ propriæ, ad Arginuſam, Æliano, Elatus Plinio, ad quem Alcibiades obiit.

Elaphusa, inſula parva maris Ionii, Plinio, prope Corcyram, & ita parva, ut hodie nomine carere videatur.

Elatas, fluvius Bithyniæ, Ptolemæo, *Lime* Moletio & Thevero, inter Hippium fluvium & Heracleam Ponticam ad ortum, in mare Euxinum ſeſe exonerans. Ovidius libro 12. Metamorphoſcon ejus meminit.

Elatea, urbs Græciæ in Phocide, Plutarcho, & aliis, nunc tantum vicus *Turchocori* dictus, ſeu in ejus viciniis, eſtque prope Cephiſſum fluvium, ut ſc[illegible] recentiores.

Elatium, oppidum Palæſtinæ, & Decapolis tractus, Plinio, Elath Joſepho, quod Eleale di[illegible] ab aliis, inter Jordanem fluvium ad occaſum, & P[illegible]ladelphiam ad ortum, à qua 15. milliaribus a Damaſco in Meridiem Petram verſus totidem, teſte Adrichomio.

Elatria, oppidum Epiri, in Theſprotia [illegible], ad fauces montium, quibus ad Tempe Theſſ[illegible] [illegible]ſitur, teſte Livio.

Elatus, mons Aſiæ minoris, Plinio teſte. Vide Elaphus.

Elatus, mons Zacynthi inſulæ in mari Ionio, teſte Plinio.

Elaver, fluvius Galliæ, *l'Allier*, [illegible] in Occitania, & in Gabalenſi provincia, è vico Condre[illegible], in radicibus Loſeræ altiſſimi montis Gebennoru[illegible] [illegible]de inter Gabalos & Velaunos labens in S[illegible], Alverniam provinciam rigat & biſariam [illegible], uti & poſtea Borbonenſem provinciam, ubi juxta Molinum labitur, & tandem paulo infra Nivernas, & in Nivernenſi provincia, ad locum *le Bec d'Allier* dictum, in Ligerim fluvium cadit.

Elbii Vicus, in Hetruria Ptolemæo, hodie *Vico*, vicus parvus Italiæ, ad lacum Ciminium, inter Viterbium 8. & Roncilionem oppidum, in via quæ Romam ducit 2. mill. paſſ. occurrens, in provin[illegible]a Patrimonii & in ditione Eccleſiæ.

Elbinga, *Elbing*, fluvius parvus Po[illegible]oniæ in Pr[illegible]ſia Regia, oritur ex lacu *Drauſen* & poſtea rigata Elbinga urbe in ſinum *Friſch Haff* [illegible]exoner[illegible].

Elbinga, & Elbingium, *Elbing*, urbs munita Poloniæ, in Pruſſia regia, Hockeriæ tractus caput, & emporium celebre, non longè à mari Baltico, & in Hanzeatico fœdere, prope lacum Drauſenum, ubi in ſinum *Friſch haff* dictum ſe exonerat, ad Elbingam fluvium, in amœno ſitu. Pulchra eſt & elegans, duplexque, nempe nova & vetus. Anno 1239. hæc urbs condita fuit, poſtea facta fuit Imperialis & libera, hinc ab Imperio exempta per Equites Teutones, ſed anno 1454. cum Gedano ab ordine Teutonico defecit, ac dejecta arce, Polonorum tutelæ ſe commiſit. Ibi Academia erecta fuit anno 1542. ab Alberto Brandeburgenſi primo Pruſſiæ Duce. Capta fuit à Suecis anno 1629. uti etiam 1655. Sed poſtea reddita Regi Poloniæ, ipſi etiam ſubeſt.

Elboga, ſeu Cobitus, *Elbogen*, urbs Germaniæ, Bohemiæ annexa, in limite terræ Advocatorum, dicitur melius Locta. Vide ibi.

Elborga, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, olim Epiſcopalis ad Tagum fluvium, nunc *Talavera*, oppidum Hiſpaniæ in Caſtella nova, teſte Joanne Mariana ejus cive. Vide Ebura.

Elbovium, *Elbeuf*, oppidulum Galliæ, in Normannia provincia, Ducatus titulo inſignitum, ad Sequanam fluvium, 3. leucis ſupra Rothomagum in Meridiem diſtat, dicitur etiam Elbotum & Elbodum.

Elburgum, *Elburg*, oppidulum Belgii uniti [illegible]

Ducatu Gueldriæ, & in ora ſinus Auſtrini, in Veluvia tractu, alias munitum fuit, ſed captum fuit à Gallis anno 1672. & anno ſequenti ejus munitiones ſolo æquatæ fuere, dicitur Æliburgum a Stephano Pighio, eſtque in ipſo limite Trans-Iſalaniæ, 2. leucis Gallicis à Campis, & vix 3. à Zwollia in occaſum.

ELCEBUS, ſive Helellus, oppidum Triboccorum in Germania ſuperiori, Ptolemæo, & ex itinerario Antonini, nunc teſte Cluverio, eſt vicus *Elle*, in Alſatia inferiori ad Helellum fluvium, vix mille paſſibus à Benofeldia, & 2. milliaribus Germanicis à Sceleſtadio in Septentrionem, uti 5. ab Argentovaria, & a Briſaco Argentoratum verſus 3.

ELDANA, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, Ptolemæo, nunc interpretatur Goropius *Duenas*, oppidum regni Legionis ad Piſoracam fluvium, inter Palentiam & Valiſoletum, quod Dominæ ab aliis dicitur. Vide ibi.

ELEA, regiuncula Peloponneſi, Polybio, quæ Elis Ptolemæo, inter Arcadiam ad ortum, & mare Ionium ad occaſum, dicitur melius Elis. Vide ibi.

ELECTA, *Alet*, urbs Galliæ, parva admodum in Occitania, ſic dicta à Papyrio Maſſone, cum ab aliis Alecta vocetur, eſt in pago Reddenſi, & Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Narbonenſi, cum antea eſſet in ejus Diœceſi. Vide Alecta.

ELECTRA, oppidum fuit Peloponneſi Pauſaniæ, in Meſſenia provincia, ad amnem cognominem, 15. milliaribus diſtat ab ora ſinus Cypariſſii, totidem à confinio Elidis & Arcadiæ, & 30. ferme a Laconia regione in occaſum.

ELECTRIDES INSULÆ, quæ & Gleſſariæ Plinio, inſulæ Oceani ſeptentrionalis, quæ Ortelio ſunt *Schetland, & Fare*, id eſt pulchra, ex adverſo Scotiæ & Orcadum in Septentrionem; ſed Cluverius exiſtimat eas fuiſſe in mari Baltico, in ora Sarmatiæ Europææ, ubi nunc *das Curiſch Nerung*, & *Friſch-Nerung*, tractus in ora Pruſſiæ, qui aliter Nerungia dicitur, ut etiam pluribus notat Gaſparus Hennebergus Erlichenſis.

ELECTRIS, inſula parva Magnæ Græciæ, quæ & Febra Servio, nunc eſt *il Monte Sardo*, inſula Regni Neapolitani, & agri Barenſis in ſinu Tarentino, tota montuoſa eſt cum pago ſatis amplo & caſtro contra piratas, & ſeptem milliaribus diſtat à Tarento in Meridiem, quanquam aliter notetur in aliquot tabulis recentibus.

ELEES, ſive Elea, & Elæa, fluvius Lucaniæ cis Apenninum montem, Straboni, nunc vulgo *la Piſciota* dicitur, teſte Cluverio, eſtque in Principatu citeriori provincia Regni Neapolitani, parvus admodum & in mare Tyrrhenum ſe exonerat prope promontorium Palinurum, & ad Veliam urbem, cui nomen poſtea dedit, hinc Eleates ſinus & portus, qui & Velinus.

ELEPHANCIACUM, *Elwangen*, & *Elwang*, oppidum Germaniæ in Soevia, cujus præpoſitus eſt Princeps Imperii, & habet ditiunculam ſibi ſubjectam; ſitum eſt ad amnem *Jagſt*, in confinio Franconiæ prope ditionem Onoldinam, 5. milliaribus Germanicis diſtans à Rotenburgo ad Tubarim in Meridiem, & totidem ab Halla Suevica in ortum, eſtque in Viragundio tractu, caſtrum habens in monte urbi adjacente, ubi ſedes eſt præpoſiti.

ELEPHANTINA, & Elephantis, inſula Ægypti Ptolemæo, intra Nilum fluvium, cum urbe cognomine, quæ & Tabenna nominatur.

ELEPHAS, mons Æthiopiæ ſub Ægypto, ad Avalitem ſinum, Ptolemæo, ſed Arriano in Periplo promontorium eſt, habetque Elephantem fluvium, *Felles* eum vocat Caſtaldus.

ELEPHUS, mons Aſiæ, contra Leſbum inſulam, qui & Elaphus, ubi Alcibiades obiit, teſte Ariſtotele.

ELEPLA, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ in Turdetanis, ex veteri inſcriptione, quod aliis Ilipa, urbs Epiſcopalis olim ſub Gothis, nunc eſt *Niebla*, oppidum Hiſpaniæ in Vandalitia, in colle verſus oram, 12. leucis ab Hiſpali diſtans in occaſum, Hueſvam verſus 6. eſt ad fluvium Urium, fuitque olim amplum & probe cultum, teſtibus Joanne Mariana, & Roderico Caro. Vide Ilipa.

ELEUS, inſula parva maris Ægei, Thucydidi, verſus oram Ioniæ & Miletum urbem, nunc *Gatoniſi* interpretantur recentiores, circuitus 12. milliarium, ſed deſerta ſub Turcis, prope oſtia Mæandri fluvii, eſtque duplex nempe major, & minor quæ ab ea parum diſtat & aliquando *Agatoniſi* dicuntur.

ELEUS, urbs Thraciæ Plinio, in intimo receſſu Thracicæ Cherſoneſi in Meridiem, prope Maſtuſiam promontorium, verſus fauces Helleſponti. Sed 30. milliaribus à Propontide & à Gallipoli in Meridiem diſtat, uti 15. à Sexto, & totidem à Sigeio promontorio in occaſum, cujus incolæ Eleuntii, dicitur etiam Elæus. Vide ibi.

ELEUSA, inſula parva Ciliciæ in Aſia minori Plinio, ante Corycum promontorium à quo nomen accipit, Elæuſſa dicitur à Stephano, & Eleuſin Hegeſippo, nunc *Curco* dicta, teſte Nigro, & ut didici à nautis illarum partium valde peritis, exigua eſt, & vix 300. paſſibus ab ora diſtat.

ELEUSA, inſula ſinus Saronici in Græcia, verſus Atticam & ante Spiræum promontorium, Straboni, & Plinio, in ora littorali, nunc ut quidam tradunt, eſt *Eliſſo*, parva admodum prope Patrocleiam, teſte etiam Giraldo, & deſerta jacet.

ELEUSA, inſula Aſiæ minoris in mari Lycio Straboni, in ora Cariæ regionis; inter Glaucum ſinum ad ortum, & Rhodum inſulam ad occaſum, parva eſt admodum, vix mille paſſus habens in circuitu, & 500. tantum diſtans a Phœnice oppido Cariæ, teſte Nigro.

ELEUSINA, pagus Ægypti Straboni, in ora prope Alexandriam, a qua 4. mill. paſſ. aberat, Canopicam foſſam verſus, teſte Livio, cui Leuſina ſcribitur.

ELEUSIS, urbs Atticæ maritima, Ptolemæo, quæ Eleuſin Ciceroni, & Straboni, in ora ſinus Saronici partim in colle; & partim in planitie, nunc excila jacet, manet tantum locus *Lepſina* dictus; cum paucis tuguriolis & portu è regione Salaminæ inſulæ; & 12. milliaribus diſtat ab Athenis in occaſum Megaram verſus 14. hinc dictus ſinus Eleuſinus; qui & Saronicus.

ELEUTHERÆ, urbs fuit Cretæ inſulæ mediterranea Dioni, quæ Eleutherna Plinio, Gortynæ proxima, nunc vero exciſa.

ELEUTHEROPOLIS, urbs Palæſtinæ in Judæa Antonino, 10. milliaribus ab Hebron in occaſum æſtivum, & 22. ab Hieroſolymis in occaſum Gazam verſus 40. circiter, teſte Philippo a Vico.

ELEUTHERUS, fluvius Syriæ Plinio, nunc *Valania* dictus; teſtibus Pinero, & Poſtello; oritur ex Libano monte, in confinio Cœleſyriæ, deinde in Septentrionem fluens prope Balaneas oppidum; à quo nomen accipit, in mare Syriacum ſe exonerat, 30. milliaribus ab Orthoſia in Boream Laodiceam verſus 25. teſte Plinio.

ELEUTHERUS, fluvius Siciliæ Ptolemæo, nunc *Bajaria* dicitur, Cluverio & aliis teſtibus, in Valle Mazaræ, & in mare Tyrrhenum ſe exonerat 8. milliaribus in ortum à Panormo & ab Oreto fluvio.

ELEUTHRÆ, pagus Bœotiæ Plinio, prope Plateas urbem; ubi Mardonius Dux Perſarum à Græcis prælio ſuperatus eſt. Scribitur & Eleutheræ.

ELGIS, ſeu Elgia, *Elgin*, urbs parva Scotiæ Septentrionalis, Moraviæ provinciæ caput, & ſedes Epiſcopi Moravienſis ſub Archiepiſcopo Sant' Andreano, ad fluviolum Loxiam *Loſſye*, verſus oram maris Germani-

ci, vix 3. milliaribus diſtans ab ora littorali, 8. ab oſtio Speæ fluvii in occaſum, uti 35. à Taxalo promontorio, & 64. à Beluvio promontorio in Meridiem, teſte Thimotheo Ponte.

ELGOUÆ, populi Britanniæ ſecundæ, teſte Ptolemæo, in codicibus manuſcriptis, ſed in editis dicuntur Selgovæ, erantque obi nunc provinciæ Anandia, Eskia, & Nidisdadia in Scotia meridionali, ut exiſtimat Camdenus. Vide Selgovæ.

ELIA, *Ely*, urbs Epiſcopalis Angliæ ſub Archiepiſcopo Cantuarienſi, in Cantabrigiæ Comitatu, & in inſula cognomine, ad Uſam fluvium. Vide Elys.

ELIBANOS, mons magnæ Græciæ, nunc *il Monte Fiſardo*, in Calabria Ulteriori, prope Sibérenam, teſte Agatio de Somma.

ELIBERIS, urbs Turdulorum in Hiſpania Bætica, Plinio, quæ Ptolemæo & aliis eſt Illiberis, urbs olim Achiepiſcopalis ſub Gothis, nunc exciſa, & vicus tantum *Elvire* dictus, in regno Granatenſi, prope Granatum urbem, quæ illi ſucceſſit, & quæ crevit ex ejus ruinis, nunc *Granada* dicta, ad Eliberim autem celebratum fuit Concilium Eliberitanum anno 305. ut pluribus notat Mendoſa. Vide Granatum.

ELIBERRI, urbs Galliæ Narbonenſis Melæ, Illiberis Plinio, Iliberis Livio, & Ptolemæo, in ora littorali maris Mediterranei, nunc eſt *Elna*, urbs Comitatus Ruſcinonenſis, in ora ſinus Leonini, ad radices Pyrenæorum montium, & in confinio Hiſpaniæ, erat antea Hiſpanici juris, ſed anno 1641. capta fuit à Gallis, & poſtea remanſit Francici juris, dicitur melius Illiberis & Helena. Vide ibi.

ELIOCRATA, vel Eliocroca, urbs Baſtetanorum in Hiſpania Tarraconenſi Antonino, quæ & Ilorcis dicitur, nunc teſtibus Cluſio & Mariana, eſt *Lorca*, urbecula regni Murciæ, olim Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Toletano ſub Gothis; ſed ejus ſedes Carthaginenſi poſtea unita fuit, ſedet juxta fluvium Guadalentinum, in confinio Regni Granatenſis, eſtque male culta, 10. leucis Hiſpanicis diſtans ab ora maris Mediterranei & ſinus Vergitani in Septentrionem, & 10. à Baſti in ortum, Murciam verſus 12.

ELIPA, urbs Hiſpaniæ Bæticæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Hiſpalenſi, in libris Conciliorum, quæ Ilipa dicta à Plinio, & Elepla in veteri inſcriptione. Vide Ilipa.

ELIS, regio parva Peloponneſi, Straboni, & Pauſaniæ, quæ terminatur à Septentrione Achaia propria, ab Oriente Arcadia, a Meridie Meſſenia, & ab Occidente mari Ionio; dicta fuit etiam Elea, Polybio, & Straboni, atque etiam Cauconia, urbem habens primariam Elidem dictam, nunc autem pars eſt major provinciæ *Belvedere* noncupatæ, id eſt belli viſus, ſub dominio Turcarum à duobus ſæculis, teſtibus Nardo, & Pineto, in ea byſſus multa provenit tenuitate Judaica præſtantior, teſte Pauſania, hinc Eleus nomen gentis, ab Elide deductum uti Ovidio libro 5. Metamorphoſeon.

ELIS, urbs Peloponneſi in Elide regione, cujus primaria eſt, teſte Pauſania, ad Peneum fluvium, nunc *Belvedere* dicitur, quod ſita ſit in loco peramœno, Græcis Caloſcopium, eſtque ſatis ampla & culta ſub dominio Turcarum, 15. milliaribus diſtans ab ora maris Ionii in ortum verſus montes, & 24. à Dyme ſive Clarentia in Meridiem Chelonitem ſinum verſus.

ELIS, ſive Helis, locus Palæſtinæ, ubi Moſes 12. fontes invenit, *Bebbu* nunc, teſte Poſtello, & *Belbes*, ab accolis.

ELISABETHÆ CAPUT, *le Cap Eliſabeth*, promontorium Terræ Arcticæ, in ora boreali freti Hudſonii, ab Anglis detectum & ſic denominatum in honorem Elizabethæ Reginæ.

ELISABETH INSULA, *Elizabeth Yland*, inſula parva Americæ, in freto Magellanico & in ejus parte orientali, ab Anglis detecta & ſic dicta.

ELISSUS, fluvius Atticæ in Achaia Pauſaniæ, qui à Plinio, & aliis Iliſſus dicitur, per Atticam fluit, ac in Saronicum ſinum ſe exonerat ad Pyræum portum. Vide Iliſſos.

ELISSOS, fluvius Peloponneſi in Arcadia, Megalopolim urbem rigat, & in Alpheum decurrit, dicitur melius Iliſſus. Vide ibi.

ELIXUS, fluvius Ceæ inſulæ, juxta Careſſum fluens.

ELLA, *Lille*, fluvius Galliæ, oritur in Lemovicenſi provincia, deinde in occaſum fluens per Petrocoricenſem provinciam, Petrocorium rigat, & Mucedanum, deinde accepta Druna per Aquitaniam propriam labens in Duranium cadit ad Liburniam.

ELLANTIUM, *Eſlan*, vicus Galliæ cum Abbatia in Campania provincia, & in Retelenſi tractu, ad Moſam fluvium, inter Doncheriacum & Maceriās.

ELLEBOGA, *Ellebogen*, urbs Sueciæ in Scania, ſic vocata a Germanis quæ melius dicitur Malmogia. Vide ibi.

ELLERANA, *Llerena*, oppidum Hiſpaniæ in Extremadura provincia Regni Legionis, & in ipſo limite Vandalitiæ, in valle ad radices montis S. Chriſtophori, 8. leucis à Metallino in Meridiem Hiſpalim verſus, & olim Caſtra vetera dictum fuit, ut exiſtimat Moralis.

ELLOPIA, locus Eubœæ inſulæ, ad Telethrium montem Straboni, ubi Ellopiæ aquæ calidæ Plinio, & Solino, nunc pagus *Elloppia* etiamnum in tabulis dictus, in ora ad ortum, apud Cerinthum.

ELLUS, fluvius Aſiæ minoris in Lydia, Herodoto, dicitur Hyllus à Strabone & aliis, & paulo infra Tyatum ſeu Tyathiram in fluvium Hermum ſe exonerat. Vide Hyllus.

ELLUS, fluvius Germaniæ, dicitur & melius Helellus, vulgo *l'Ill*. Oritur in Suntgovia, prope Ferretam oppidum, deinde per Alſatiam provinciam labitur, ubi Mulhuſium rigat, Enſisheimum, Colmariam, Seleſtadium, & Benofeldam, poſtea etiam Argentoratum, & paulo infra ſimul cum *la Breuſch* in Rhenum fluvium ſe exonerat.

ELMADINA, *Elmadine*, urbs Africæ in Regno Marrochio, in provincia Haſcora cujus caput exiſtit, eſtque ampla & probe culta in mediterraneis, & verſus Duccalam provinciam, teſte Marmolio.

ELNA, quæ aliter Liana, *la Liane*, fluvius parvus Galliæ in Picardia provincia, oritur in confinio Arteſiæ, & deinde per Comitatum Bolonienſem fluens, juxta Boloniam in mare Britannicum ſe exonerat, ejus fit mentio in vita S. Audomari Epiſcopi.

ELNO, *S. Amand*, oppidum Belgii in Comitatu Flandriæ, ad fluvium Scarpam qui paulo infra cadit in Scaldim, ubi Elnonenſe Monaſterium Abbatia celebris, eſt in confinio Hannoniæ Comitatus, & ſub dominio Regis Franciæ, fuitque alias munitum ſed poſtea ejus munitiones ſolo æquatæ fuere, 4. leucis diſtat à Tornaco in Meridiem Valencenas verſus 3. ſic dicitur ab Elnone rivo adjacente, & ab ea major pars Auſtrebantii verſus Septentrionem dicitur inſula S. Amandi, *l'Iſle de S. Amand*, quod ſit inter fluvios Scaldim & Scarpam.

ELONA, oppidum Macedoniæ, in Perrhæbia tractu, & in Theſſaliæ confinio, ad montis Olympi radices, teſte Strabone.

ELONOOSINE, locus Armeniæ majoris, in monte ad ortum Tigris fluvii, Plinio teſte.

ELORONA, ſeu Eloronenſium urbs, & Iluro, urbs Beneharnorum in Gallia Aquitanica, quæ Illuro, nunc *Oleron*, urbs Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Auxitano in Benearnia provincia Galliæ, ad Pyrenæorum radices, & juxta fluvium Gabarum Oloronenſem dictum, 4. leucis

diſtat à Palo in occaſum, uti 20. ab Auſciis, & 11. à Tarba, verſus Navarræ confinia 6. & totidem à limite Aragoniæ in Septentrionem, teſte Coenali cum aliis.

ELORUM, fluvius Siciliæ Plinio, & Stephano, Elorus Vibio Sequeſtri, Helorus Silio, nunc intus *l'Atellari* dictus, teſte Fazello, & circa oſtium *Abyſo*, eſt in valle Netina, oriturque inter Cerratanum & Palazolum oppida ex Gallo fonte, & auctus aliquot fontibus & fluviolis, in Meridiem fluens, Rendam & alia oppida rigat infra pontem Bayhachemum neglecto priori nomine, & *Abyſo* dicto in mare Ionium ſe exonerat juxta rudera Elori urbis, 14. milliaribus à promontorio Pachyno in Septentrionem, & 24. à Syracuſis in Meridiem.

ELORUM, ſeu Elorus, oppidum fuit Siciliæ Plinio, & aliis, in ora orientali, ad oſtium fluvii cognominis, nunc exciſum, manet Turris quæ *Sta in pace* dicitur, teſte Fazello, in Valle Netina, & in ora maris Ionii, 24. mill. paſſ. à Syracuſis in Meridiem Pachynum promontorium verſus 14. ei adjacent Elorina ſtagna duo juxta Macharam urbem everſam, quorum unum *il Lago di Lupo*, alterum *Ravetti* dicitur, teſte eodem Fazello, inter Elorum & Pachynum, populi Elorini Ciceroni.

ELPENORIS TUMULUS, locus Italiæ in Latio, & in ora maris Tyrrheni Plinio, nunc *S. Felice*, pagus ditionis Eccleſiæ in Campania Romana, & in monte in ora prope Circeios, ſic dictus à Sacra æde ſub invocatione S. Felicis, teſte Angelo Breventano, & non recte *S. Felicita* dicitur in aliquot tabulis.

ELPHINA, ſive Elfina, *Elphen*, urbs Hiberniæ inſulæ parva admodum in Connacia provincia, & in agro ſive Comitatu Roſcomanenſi, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Tuamenſi, ſede Roſcomanenſi huc tranſlata, & in ejus diœceſi ſunt 79. Parrochiales Eccleſiæ, teſte Waræo.

ELSA, & Oelſa *Oelſſ* incolis, *Els* Gallis, oppidum Bohemiæ regni in Sileſia, dicitur melius Olſſna. Vide ibi.

ELSENORA; *Elſenor*, oppidum regni Daniæ, in Zeelandia inſula, prope Oreſundam fretum & arcem Coronæburgum, cum portu capaci, è regione Scaniæ & urbis Helſingoburgi.

ELSINGOBURGUM, *Elſinburg*, urbs Scaniæ, ſub Regno Sueciæ ab anno 1658. pace ad Roſchildiam ſancita, cum antea eſſet juris Danici, dicitur melius Helſingoburgum. Vide ibi.

ELTERI, & Elterium, oppidum alias Hiſpaniæ Luſitanicæ Antonino, ſive Abelteris & Turres Albæ aliis, in Scalabitano conventu, nunc teſte Vaſconcello, eſt *Aerra* vicus Extremaduræ Portugallicæ ad amnem *Zatas* dictum, medius inter Portum Alacrem ad ortum & Olyſſiponem ad occaſum, quanquam Delgado ſit *Alter de Chaon*, caſtrum provinciæ Trans-Taganæ ad Aviſium amnem, 4. leucis à Portu Alacri in occaſum Eboram verſus, quod etiam probat Rodericus Mendeſius Sylva.

ELUA, *Eluas*, urbs Regni Luſitaniæ. Vide Heluæ.

ELVANGA, *Elwang*, urbs parva Germaniæ, in Sueviæ circulo, ad fluvium Jaxtum, ubi Præpoſitura nobilis, 5. milliaribus Germanicis diſtat à Nerolinga in Septentrionem, & 2. à Dinchelſpila in occaſum. Vide Elephanciacum.

ELUSA, urbs Galliæ Aquitanicæ Sulpitio, Eluza Ammiano, Heluſa Sidonio, Eluſatium caput, & Archiepiſcopalis alias, nunc *Euſe*, oppidum Galliæ tenue & obſcurum in Armeniaco tractu Vaſconiæ, quod *Eanſe* etiam dicitur à quibuſdam. ſitum eſt ad Geliſam amnem, & antiquitate tantum celebris, ejus Archiepiſcopatu ad Auſcios tranſlato, caput eſt Eluſani tractus parvi ab eo dicti *l'Euſan*, teſte Petro de Marca, 9. leucis diſtans à Vaſate in Meridiem Tarbam verſus 12. à Condomo 5. in occaſum, & 8. ab Auſciis in occaſum æſtivum.

ELUSA, urbs Palæſtinæ mediterranea, Ptolemæo, in Idumæa, olim Epiſcopali ſede ornata ſub Archiepiſcopo Petræ, nunc vicus *Eleuſa* dictus, ut ſcribit Moletius.

ELUVA, poſtea Aſaphopolis, & Fanum S. Aſaphi, *S. Aſaph*, urbecula Angliæ in Vallia Boreali, & in Comitatu Flintenſi, ſic dicta quia ibi Elvus fluviolus in Cluidam ſe exonerat, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Cantuarienſi, ſed nunc in vicum redacta eſt, vix 50. domos continens, eſt in ipſo limite Denbighiæ Comitatus, 5. mill. paſſ. a Denbighia in Septentrionem, & 20. a Ceſtria in occaſum. Vide Aſaphopolis & Fanum S. Aſaphi.

ELUSATES, populi Galliæ in Aquitania Cæſari, inter Vaſates ad Septentrionem, Auſcios & Nitiobriges ad ortum, Benearnos ad Meridiem, & Datios Tarbellos ad occaſum, quorum caput Eluſa, erantque in eo tractu ubi nunc major pars Vaſconiæ propriæ, in Gallia, & pars occidentalis Comitatus Armeniaci ad occaſum, & eorum portio verſus Eluſam dicitur etiam Eluſanus tractus, teſte Oihenario.

ELYMA, ſeu Elymæa, urbs Macedoniæ, Elymiotarum caput, Ptolemæo, ad Celydnum fluvium, poſtea Epiſcopalis in Chaoniæ tractus Epiri confinio, nunc oppidum *Canina* dictum, teſte Sophiano, in Albania meridionali, ſub dominio Turcarum, ab Aulone 25. mill. paſſ. diſtans in ortum.

ELYMA, urbs Siciliæ inſulæ Thucydidi, in ora Boreali, eo ſitu ubi hodie veſtigia antiqui oppidi vulgo *Palimita* dicti, 12. mill. paſſ. a Segeſta in ortum æſtivum, ut probare contendit Thomas Fazellus toto capite 5. libro 7. ex Dionyſio; ſed ipſam nullam fuiſſe & à nullo antiquorum memoratam probat doctiſſime Cluverius libro 2.

ELYMIOTÆ, populi fuere Macedoniæ Ptolemæo, verſus occaſum & mare Adriaticum, prope Taulantios, ubi nunc pars meridionalis Albaniæ propriæ. Eorum primaria erat Elyma ſeu Elymæa, urbs mediterranea ad Celydnum fluvium.

ELYMMAIS, regio Aſiæ, & pars Perſidis ad occaſum, Plinio & Livio, in Suſianæ regionis confinio, inter ſinum Perſicum ad Meridiem, & Mediam ad Septentrionem extenſa, hinc Elymæi populi.

ELYS, ſeu Elis, *Ely*, urbs parva Angliæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Cantuarienſi, olim Anglorum Orientalium ſedes Regia, in loco parum ſalubri ad Uſam fluvium, in Comitatu Cantabrigiæ, 14. milliaribus Anglicis ab Huntingdonia in ortum, & 10. à Cantabrigia in Septentrionem, & Epiſcopali dignitate inſignita fuit à Paſchali II. Summo Pontifice anno 1108. Ab ea tractus adjacens inter fluvios Avonam & Uſam, ac inter paludes *Whittleſey Mere* & *Ramſey Mere*, & partem Oceani Germanici alias Metaris æſtuarium, dicitur Elienſis inſula, *The yle of Ely* incolis, circuitus 60. mill. paſſ. in Comitatu Cantabrigiæ, ubi alias Girvii populi. De ea plura habet Camdenus.

ELYSII, qui & Lugii Elyſii, populi Germaniæ Tacito, verſus Sarmaticos montes, ubi nunc forſan pars meridionalis Poloniæ minoris, verſus Viſtulæ fontes. Eorum caput erat Carrodunum, nunc Cracovia, Poloniæ primaria, teſte Cluverio cum aliis.

ELYSII CAMPI, apud inferos à Poetis ficti. Virgilius libri 1. Georgicorum eorum meminit.

EMATHIA, ſive Æmathia, provincia Macedoniæ Plinio, & Livio, quæ etiam Macedonia propria dicitur, ejus termini erant à Septentrione Pelagonia & Mygdonia, ab Occidente Deſſaretii & Parthiæi, à Meridie Theſſalia, & ab Oriente Pieria & ſinus Thermaicus, ejus vero urbes præcipuæ erant Ædeſſa tractus

caput, Heraclea, & Elymæa, hinc Emathius nomen gentis, & Emathii campi Lucano & Virgilio.

Embda, *Embden*, urbs Germaniæ in Weſtphaliæ Circulo, alias Amaſia & Amiſia dicta, teſte Cluverio, quod ſit ad oſtia Amiſii fluvii. Caput eſt Friſiæ Orientalis quæ ab ea ſæpe dicitur Embdanus Principatus, ſatis munita eſt, ſed male culta & portu gaudet capaci: alias ſuberat dominio proprii Comitis, ſed à multis annis à Belgis unitis occupata, ipſis etiamnum paret, eſtque prope Dullartium ſinum, 6. milliaribus Germanicis diſtans à Groninga in ortum Bremam verſus 16.

Embdanus Principatus, *das Embderlandt* incolis, *la Principauté d'Embde* Gallis, provincia Germaniæ in Circulo Weſtphaliæ, & in ora littorali maris Germanici, quæ aliter & melius dicitur Friſia Orientalis. Vide ibi.

Embdia, *das Embderlandt*, tractus parvus Germaniæ, & pars Friſiæ Orientalis prope Embdam urbem & Amiſiæ fluvii oſtia, & ſic dicitur etiam Friſia Orientalis ab ejus urbe præcipua. Vide Friſia Orientalis.

Embrica, *Emmerick*, urbs Germaniæ. Vide Emmericum.

Emelia, ſive Imelaca, *Emmeley*, urbecula Hiberniæ inſulæ in Momonia provincia, & in Comitatu Tiperatienſi, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Caſſilienſi, cui perpetuo unita eſt, ſita eſt ad amnem *Broodwater*, in confinio Limericenſis Comitatus, & in vicum redacta eſt, paucis admodum conſtans incolis: dicitur ſæpius Imelaca. Vide ibi.

Emerita, quæ & Auguſta Emerita, urbs Hiſpaniæ in Luſitania, Straboni, & Plinio, olim Archiepiſcopalis, & conventus juridicus multarum urbium, nunc *Merida* dicta, & parva admodum in Extremadura provincia, ad Anam fluvium, in dominio utili Equitum S. Jacobi de *Spatha*, in qua magna antiquitatis veſtigia, ſed deficit in dies à paucis inhabitata, & tantiſper munita fuit hiſce ultimis temporibus propter metum Luſitanorum, hæc anno ſalutis 1230. ab Hiſpanis recuperata fuit, ejectis inde Mauris, de ea Auſonius in catalogo urbium. Vide Auguſta Emerita.

Emerita, *Merida*, urbs nova Americæ ſeptentrionalis, in Nova Hiſpania & in provincia Yucatania, verſus Septentrionem & ſinum Mexicanum, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Mexicano, ſub Hiſpanis.

Emisa, urbs Syriæ Euſebio & Stephano, Emiſſa Ptolemæo, Emeſſa aliis, vulgo *Hemz* & Turcis *Haman* dicta, teſte Bellonio, *Chemps* Poſtello, Archiepiſcopalis eſt ſub Patriarcha Antiocheno, ad Orontem fluvium, inter Arethuſam ad Septentrionem & Laodiceam ad Meridiem, diſtat 43. milliaribus à Damaſco in Septentrionem Apameam verſus totidem & Antiochiam 80 circiter, a Palmyra vero 60. in occaſum.

Emissarium, *el Deſaguadero*, fluvius Novæ Hiſpaniæ in Nicaragua regione, effluit ex lacu Granatæ, & in ortum tendens, poſt curſum 30. leucarum in mare Boreale ſe exonerat triplici oſtio, eſtque ſatis latus, ſed ejus navigatio impeditur tribus Cataractis, dicitur aliter fluvius S. Joannis, *el rio de San Juan*, ab Hiſpanis in illis partibus degentibus.

Emmaus, caſtrum Palæſtinæ in Judæa, ſtadiorum 60. ab Hieruſalem in occaſum, quod a Varo exuſtum poſtea Nicopolis appellatum eſt, demum urbs Epiſcopalis ſub Cæſarienſi Metropolitano & Patriarcha Hieroſolymitano, & inde etiam *Nicopol* dicta, teſte Poſtello, nunc exciſa jacens, & ejus ruinæ ab incolis *Cubeibi* vocantur, ut quidam alii exiſtimant.

Emmericum, & Embricum, *Emmerik*, urbs munita Germaniæ in Circulo Weſtphaliæ, & ſatis culta in Clivenſi Ducatu, ad Rhenum fluvium, antea ſuberat dominio Belgarum, ſed à Gallis capta fuit anno 1672. & biennio poſt Electori Brandeburgico ab eis reſtituta ipſi etiam paret, vix uno milliari Germanico diſtat à Schenchia arce in ortum, uti a Clivia, in limite Geldriæ, & 5. milliaribus Germanicis à Veſalia in Septentrionem.

Emodus, mons Aſiæ maximus, & Tauri pars, Straboni, Hemodus Ptolemæo, Emodi mons Plinio, Indiam à Scythia diſterminans, nunc *Moghali* Caſtaldo, *Dalanguer* aliis. Vide Taurus.

Emona, urbs Iſtriæ, Plinio. Vide Æmonia.

Emonia, *The May*, inſula Scotiæ in ejus ora orientali, teſte Mercatore, in Bodotria æſtuario, vix 7. mill. paſſ. diſtans ab ora Fifæ provinciæ in Meridiem, & 10. ab Andreapoli, eſtque parva admodum & longitudinis unius milliarii tantum a Septentrione in Meridiem, quanquam Robertus Gordonius credat eſſe inſululam *S. Colme Inche* verſus Edenburgum, & vix 2. milliaribus ab Aberdura.

Emporiæ, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis in Indigetis Polybio, & Ptolemæo, Emporium Straboni, & Stephano, à Phocæenſibus condita, & olim ampla & Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Tarraconenſi, nunc *Ampurias*, oppidulum Cataloniæ in ora maris Mediterranei, & in diœceſi Gerundenſi, paucis conſtans incolis, contra Medam inſulam parvam, ſub dominio Hiſpanorum, 3. leucis diſtat à Rhoda in Meridiem Palamum verſus 7. & totidem à Gerunda in ortum æſtivum, ab ea tractus adjacens dicitur *l'Ampurdan*, non procul ab ipſa Marcus Cato Hiſpanos devicit, ejus meminit Silius libro 3.

Emporiæ, ſeu Ampuriæ, urbs fuit maritima Sardiniæ inſulæ in ejus parte ſeptentrionali, & Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Turritano, in planitie in tractu *Anglona* dicto, nunc diruta jacet, & remanet tantum Eccleſia *S. Pedro de las imagines* dicta, ſed Epiſcopatus Caſtrum Aragonenſe tranſlatus fuit anno 1503. ab Alexandro VI. cujus tamen Epiſcopus dicitur Epiſcopus Ampurienſis, & ei perpetuo unitus eſt Epiſcopatus Civitatenſis ſive Pauſaniæ, hujus urbis rudera viſuntur prope oppidum *Sedini* dictum, & fluvium Termum, 8. milliaribus ſupra ejus oſtium in Meridiem, & totidem à Caſtro Aragonenſi in Orientem, à Saſſari autem 22. milliaribus in Septentrionem, teſte Franciſco a Vico.

Emporicus Sinus, in Mauritania Tingitana, Ptolemæo, pars eſt Oceani Atlantici, & forſan *il Golfo de Sale* nunc dicitur ab Hiſpanis, & *le Golfe de Salé* à Gallis, juxta Salam urbem in ora regni Fezzani, ut quidam exiſtimant cum Philippo Ferrario.

Emporiensis Tractus, *el Ampurdan* incolis, *l'Ampourdan* Gallis, regiuncula Hiſpaniæ in Catalonia veteri, & in ora maris Mediterranei verſus Emporias, & inter Rhodas ad Septentrionem, & Gerundam ad Meridiem, ſub Hiſpanis, in confinio Galliæ & Comitatus Ruſcinonenſis, ejus vero caput eſt Emporiæ, dicitur etiam Empuritanus Comitatus.

Emporium, pagus Æmiliæ, Livio, nunc ut ex ejus ſcriptis colligitur, eſt *Ponte Nura*, pagus Longobardiæ in Ducatu Placentino, ad Nuram fluvium parvum, 5. milliaribus à Placentia in ortum Parmam verſus, teſte Nigro.

Emporium, ſeu Empoliæ, *Empoli*, oppidum probe cultum agri Florentini ad Arnum fluvium, 20. milliaribus diſtans à Florentia in occaſum Piſas verſus 30. ſub dominio magni Ducis Hetruriæ.

Emporia hujus temporis clara:

Acapulcum, Novæ Hiſpaniæ urbs, *Acapulco*.
Achemum, Sumatræ inſulæ urbs, *Achem*.
Agra, Indiæ intra Gangem urbs, *Agra*.
Alba Græca, Serviæ urbs, *Belgrade*.
Aleppum, Syriæ urbs, *Alep*.
Alexandria, Ægypti, *Alexandrie*.

Algerium, Africæ, *Alger.*
Ambianum, Galliæ, *Amiens.*
Amſterodamum, Hollandiæ, *Amſterdam.*
Antuerpia, Brabanniæ, *Anvers.*
Archangelopolis, Moſcoviæ, *l'Archangel.*
Argentea, Peruæ, *la Plata.*
Argentoratum, Germaniæ, *Straſburg.*
Aſpahamum, Perſiæ, *Hiſpaham.*
Aſtracanum, Moſcoviæ, *Aſtracan.*
Athenæ, Græciæ, *Athine.*
Auguſta Vindelicorum, Germaniæ, *Augsbourg.*
Baiona, Galliæ, *Baione.*
Bantamum, Indiæ in Iava inſula, *Bantam.*
Barcino, Hiſpaniæ, *Barcelona.*
Baſilea, Helvetiæ, *Baſle.*
Batavia, Indiæ, *Batavia.*
Bergæ, Norvegiæ, *Bergh.*
Bilbaum, Biſcaiæ, *Bilbao.*
Borneum, in inſula cognomine, *Borneo.*
Boſtonium, Novæ Angliæ, *Boſton.*
Brema, Germaniæ, *Bremen.*
Briſtolium, Angliæ, *Briſtoll.*
Brugæ, Flandriæ, *Bruges.*
Brunſvicum, Germaniæ, *Brunſvich.*
Burdegala, Galliæ, *Bordeaux.*
Calaris, Sardiniæ, *Caller.*
Calecutum, Indiæ intra Gangem, *Calecut.*
Caletum, Galliæ, *Calais.*
Calmaria, Sueciæ, *Calmar.*
Cambaia, Indiæ intra Gangem, *Cambaia.*
Cantanum, Sinarum, *Cantan.*
Cartago nova, Hiſpaniæ, *Cartagena.*
Cartago nova, Terræ firmæ, *Cartagena nueva.*
Ceſtria, Angliæ, *Cheſter.*
Chriſtiana, Norvegiæ. *Chriſtiana.*
Colooia, Germaniæ, *Coln.*
Conſtantinopolis, Thraciæ, *Conſtantinople.*
Dellium, Indiæ propriæ, *Jehan Abad.*
Deppa, Galliæ, *Dieppe.*
Dium, Indiæ intra Gangem, *Diu.*
Dominicopolis, Americæ, *S. Domingo.*
Dordracum, Hollandiæ, *Dort.*
Drepanum, Siciliæ, *Trapano.*
Doblinum, Hiberniæ, *Dublin.*
Dunquerca, Galliæ, *Donquerque.*
Edimburgum, Scotiæ, *Edinburg.*
Elbinga, Pruſſiæ, *Elbing.*
Enchuſa, Hollandiæ, *Enchuyſen.*
Fanum S. Sebaſtiani fluvii Januarii, Americæ, *S. Sebaſtian de Rio de Janeiro.*
Fanum S. Trinitatis de bono aere, Americæ, *Buenos-Aires.*
Francofurtum, Germaniæ, *Francfort ſur le Main.*
Gades, Hiſpaniæ, *Cadis.*
Gedanum, Poloniæ, *Damzick.*
Genua, Italiæ, *Genoa.*
Goa, Indiæ intra Gangem, *Goa.*
Hafnia, Daniæ, *Coppenhagen.*
Havana, Americæ ſeptentrionalis, *la Havana.*
Hamburgum, Saxoniæ, *Hamburg.*
Hadrianopolis, Thraciæ, *Andrinople*, & *Endrem.*
Holmia, Sueciæ, *Stockholm.*
Hiſpalis, Hiſpaniæ, *Sevilla.*
Iconium, Aſiæ minoris, *Cogni.*
Inſula, Flandriæ, *Lille*
Judia, ſeu Odia, Indiæ extra Gangem, *Iudia.*
Leodium, Germaniæ, *Liege.*
Liburnus, Italiæ, *Livorno.*
Lima, ſeu Civitas Regum, Peruæ, *Lima, ò los Reyes.*
Lipſia, Miſniæ, *Leipſik.*
Leopolis, Ruſiæ Rubræ, *Lwou.*
Loanda, Africæ, *S. Paul de Loanda.*

Londinum, Angliæ, *London.*
Lubecum, Saxoniæ, *Lubek.*
Lugdunum, Galliæ, *Lyon.*
Lutetia Pariſiorum, Galliæ, *Paris.*
Macaſſaria, in inſulis Molucis, *Macaſſar.*
Macaum, Sinarum, *Macao.*
Maclovìopolis, Galliæ, *S. Malo.*
Majorica, Hiſpaniæ, *Mallorea.*
Malaca, Hiſpaniæ, *Malaga.*
Malaca, Indiæ extra Gangem, *Malaca.*
Manila, in inſulis Philippinis, *Manila.*
Marochium, Africæ, *Maroc.*
Maſſilia, Galliæ, *Marſeille.*
Meacum, Japoniæ, *Meaco.*
Mediolanum, Italiæ, *Milano.*
Meſſana, Siciliæ, *Meſſina.*
Mexicum, Americæ ſeptentrionalis, *Mexico.*
Midelburgum, Belgii uniti, *Midelburg.*
Mocha, Arabiæ, *Mocha.*
Moſcua, Moſcoviæ, *Moſcou.*
Mozambicum, Africæ, *Mozambique.*
Nangazachium, Japoniæ, *Nangazachi.*
Nannetæ, Galliæ, *Nantes.*
Nanquinum, Sinarum, *Nanquin.*
Nauplia, Peloponneſi, *Napoli de Romania.*
Neapolis, Italiæ, *Napoli.*
Noribetga, Germaniæ, *Nuremberg.*
Novogroda, Moſcoviæ, *Novogrod.*
Olinda, Braſiliæ, *Olinde.*
Olyſippo, Portugalliæ, *Liſboa.*
Panama, Americæ, *Panama.*
Panormus, Siciliæ, *Palermo.*
Pequinum, Sinarum, *Pequin.*
Portus Abaſſi, Perſiæ, *Bandar-Abaſſi.*
Portus pulcher, Americæ, *Puerto Belo.*
Portus, Portugalliæ, *Porto.*
Praga, Bohemiæ, *Prag.*
Pruſa, Aſiæ minoris, *Burſia.*
Quebecum, Novæ Franciæ, *Quebec.*
Raguſium, Dalmatiæ, *Raguſi.*
Regiomons, Pruſſiæ, *Konigsberg.*
Revalia, Livoniæ, *Revel.*
Rhodus, Aſiæ minoris, *Rhodes.*
Riga, Livoniæ, *Rig.*
Roſtochium, Germaniæ, *Roſtock.*
Roterodamum, Hollandiæ, *Roterdam.*
Rothomagum, Galliæ. *Rouen.*
Rupella, Galliæ, *la Rochelle.*
Sala, Barbariæ, *Salé.*
Sancti Salvatoris Fanum ſinos omnium Sanctorum, Braſiliæ, *San Salvador de la Bahia de todos os Santos.*
Sidon, Phoeniciæ, *Seyde.*
Smyrna, Aſiæ minoris, *Smyrne.*
Spalatum, Dalmatiæ, *Spalato.*
Sundis, Pomeraniæ, *Stralſund.*
Surata, Indiæ citerioris, *Surate.*
Teredon, Babyloniæ, *Baſſora.*
Theodoſia, Tauricæ, *Caffa.*
Theſſalonica, Macedoniæ, *Salonichi.*
Toloſa, Galliæ. *Toloſe.*
Trapezus, Aſiæ minoris, *Trebizonde.*
Tripolis, Syriæ, *Tripoli de Sourie.*
Tunetum, Africæ, *Tunis.*
Valentia, Hiſpaniæ, *Valencia.*
Valentianæ, Galliæ, *Valenciennes.*
Venetiæ, Italiæ; *Venetia.*
Vera Crux, Novæ Hiſpaniæ, *la Vera Cruz.*
Ulma, Sueviæ, *Ulm.*
Uliſſinga, Belgii, *Fleſſingue.*
Wiſmaria, Germaniæ, *Wiſmar.*

Empulum, urbs fuit Latii, teſte Livio, poſtea oppidum *Ampiglione* dictum, in Campania Romana, anno 1257. funditus exciſum, cujus rudera etiamnum conſpiciuntur in tumulo non exiguo intra montes, 3. mill. paſſibus à Tybure in ortum, in via Sublacum verſus, prope Caſtrum S. Angeli, ut pluribus ex Tarquinio Pamatta ſcribit Kircherus in ſuo Latio.

Enaghounum, *Enaghdowne*, urbecula olim, nunc vicus Hiberniæ in Connacia provincia, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Tuamenſi, cui tamen unitus eſt Epiſcopatus, teſte Waræo.

Enarginum, oppidum Galliæ Narbonenſis Antonino; nunc quibuſdam recentioribus Urgonium, vulgo *Orgon*, oppidulum eſt Galliæ in Provincia, ad Druentiam fluvium, in limite Comitatus Vindaſcini, cum caſtro disjecto in colle, vix una leuca diſtans à Caballione, & 5. ab Avenione in ortum Aquas Sextias verſus 7. ſed aliis eſt *Eragnac* vicus Provinciæ, inter Caballionem & Arelatem, teſtibus Hoorato *Bouche*, & Valeſio.

Enaulus, fluvius cujus meminit Orphæus, forſan pro Anauro fluvio Theſſaliæ, ut ſubdubitat Ortelius.

Enchelеæ, populi Illyriei, Plinio, Enchelii Straboni, quorum oppidum & regionem *Esclavonia* vocat Pinetus in ſuo Plinio Gallico.

Enchusia, *Enkchuyſen* incolis, *Enchuſe* Gallis, *Enchuſa* Italis, urbs eſt parva Belgii uniti in Comitatu Hollandiæ, & in ejus parte ſeptentrionali Weſtfriſia dicta, cum portu capaci & tuto in ora maris Auſtrini, unde optimi naucleri, vix 3. leucis diſtat ab Horna in ortum, ut 6. ab Alemaria, & 4. ab ora proximiori Friſiæ in Meridiem, Amſterodamum verſus 8. circiter, ona fuit ex primis qui ſe in libertatem aſſeruerunt, anno 1572. ejectis inde Hiſpanis.

Enchusia Insula, *Enchuyſer Eylandt*, inſula Oceani Deucaledonii verſus Iſlandiam, & ab ejus ora orientali 30. leucis Gallicis diſtans in ortum, nuper à Belgis detecta, & ſic dicta.

Endirudini, populi Dalmatiæ, qui à Plinio Enderydini dicuntur, prope Enderum urbem. Vide Enderum.

Enderum, oppidum Illyrici Ptolemæo, nunc teſte Caſtaldo, *Endero* adhuc dicitur, eſtque oppidulum Dalmatiæ in mediterraneis, verſus Scardum montem & fontes Drilonis fluvii, in limite Serviæ, 50. milliaribus a Liſſo in Septentrionem, quamquam Nigro ſit *Drivaſto* oppidulum in vicinis prope Scodram, hinc Enderudini populi.

Endidejum, oppidum Rhætiæ, ex itinerario Antonini; nunc teſte Similero, eſt *Neumarckt* caſtrum Comitatus Tirolis in Germania, ad Atheſim fluvium, 10. mill. paſſ. à Bolzano in Meridiem, ſed aliis recentioribus eſt ipſa urbs Bolzanum *Bolzano*, ad Eiſacum fluvium qui mox cadit in Atheſim, in Comitatu Tirolis, media inter Tridentum & Brixinonem, quod probabilius.

Endigetes, populi Hiſpaniæ Tarraconenſis, qui Endigeti Ptolemæo, & Indigetes aliis dicti, erantque in ora maris Mediterranei, ubi nunc pars Cataloniæ veteris in Hiſpania. Vide Indigetes

Endinoa, *Endingh*, oppidulum tenue Germaniæ in Suevia, olim Imperiale & liberum, nunc ab Imperio exemptum, ſubeſt dominio Auſtriacorum, in Briſgavia tractu, vix uno milliari à Rheno fluvio, & 3. infra Briſacum, male habitum fuit ultimo bello Germanico, nunc in dies reſtauratur.

Enecopia, *Enkoping*, oppidum Sueciæ Regni in Uplandia provincia, prope lacum Melerum, 4. milliaribus Suecicis diſtans ab Upſalia in Meridiem, & 7. ab Holmia in occaſum, verſus Aroſiam.

Encada, oppidum Palæſtinæ in Judæa Ptolemæo, Engadida Plinio, quod Engaddi dicitur à Joſue, & prius Aſaſonthamar ſeu Thamar ſimpliciter, juxta mare mortuum, poſtea in vicum redactum, 300. ſtadiis ab Hieroſolymis diſtans in Meridiem, teſte Joſepho, & Sodomis proximum.

Engadina, *l'Engadina* indigenis, *das Intaal* Germanis, tractus Rhætiæ propriæ, ad Oenum fluvium extenſus, unde nomen trahit: dividitur in ſuperiorem ſive ad occaſum, & in inferiorem ſive ad ortum, eſtque in fœdere domus Dei, ex his ſuperior extenditur ad 10. leucas, inferior vero aliquando major eſt intra montes.

Engeriacum, oppidum Aquitaniæ, quod Angeriacum Gregorio Turonenſi, nunc *S. Jean d'Angely*, oppidum Galliæ in Santonia provincia, ad Volutmnam fluvium, *la Boutonne*, alias ab hæreticis munitum, ſed à Ludovico XIII. Rege expugnatum, paulo poſt ejus munitiones ſolo æquatæ ſunt, 2. leucis diſtat à confinio Pictavenſis provinciæ in occaſum, Rupellam verſus 10. a Santonis vero 4. in Septentrionem.

Engolisma, urbs Galliæ Aquitanicæ Gregorio Turonenſi, quæ aliis Inculiſma, & olim Ratiaſtum dicta, Ageſinnatum caput, nunc *Angouleſme*, urbs Galliæ Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Burdegalenſi, in Engoliſmenſi provincia, cujus caput exiſtit, ſedet in monte, cum caſtro antiquo & munito prope Carantonium fluvium; & Ducatus titulo inſignitur, 12. leucis diſtans à Mediolano Santonum in ortum, Lemovicum verſus 16. & in ejus vicinis fons copiam aquarum in morem fluvii emittit.

Engolismensis Provincia, *l'Angoumois*, provincia eſt Galliæ, ubi olim Ageſinnates populi Aquitaniæ: extenditur verſus Carantonium fluvium; & ejus termini ſunt à Septentrione Pictavenſis provincia, ab ortu Marchia & Lemovicenſis provincia, à Meridie Petrocorienſis, & ab occaſu Santonia, quæ ſic dicitur ab Engoliſma ejus primaria urbe & in ea ſunt etiam oppida Conacum, Jarnacum, Caſtrum novum, & Rupefucaldum, cum aliquot aliis minoris notæ, hinc Engoliſmenſes populi, *les Angoumoiſins* vulgo dicti.

Enonom, ſive Enguium, oppidum Siciliæ inſulæ Diodoro, Ptolemæo, & Stephano, ad initium Maroni montis, quod 15. Heræis jugibus circa Alæſi fontem jungitur in mediterraneis, nunc exciſum jacet, & ejus rudera conſpiciuntur, ubi cœnobium S. Benedicti, prope ruinas veteris Gangii *Gangi vecchi*, Herbitæ conterminum in Valle Demonæ, teſtibus Cluverio, & Aretio, quanquam alii credant fuiſſe ubi nunc *Enguim*, portus in ora Leontinorum & in ſinu Catanenſi, quod Fazellus non reprobat, hinc populi Enguini Ciceroni. Ejus meminit Silius libro 14.

Enheimia, *Ebenheim*, urbecula Germaniæ, in Alſatia inferiori, antea libera & Imperialis, ad amnem *Ergel*, nunc ſub dominio Regis Francorum, pace Weſtphalica. Dicitur etiam Ehenheimia ſuperior. Vide ibi.

Eniachamum, *Eniacham*, arx Africæ in ora Aureæ Guineæ, ſub dominio Anglorum à quibus recens excitata fuit, teſte Dappero.

Enienses, populi Phthiotidis in Theſſaliæ Græciæque confinio, per quos Sperchius fluvius labitur, Herodoto teſte.

Eninoia, ſeu melius Feningia & Finnigia, pars Scandinaviæ regionis Plinio, nunc provincia Regni Sueciæ, Finnia dicta, vulgo *Finland*, teſte Joanne Gotho, inter Bothnicum Finnicumque ſinus poſita. Vide Feningia & Finnia, ſeu Finlandia.

Enipeus, fluvius parvus Theſſaliæ in Phthiotide Straboni, & Livio, ex Olympo monte profluens in arctos, Pharſalumque urbem alluens, ac poſtea in Peneum Apidano mixtus delabens, juxta ipſum Pompe-

ius à Cæſare victus fuit, ejus meminit Lucanus libro ſexto.

Enipeus, fluvius Peloponneſi, in Alpheum labens, Enipheus Straboni, qui ejus tempore Barnichius appellabatur.

Enisipia, & Æneſippa; inſula parva Ægypti, in mari Africo Ptolemæo, Eniſiſpia Straboni, Marmaricæ fere contigua, nunc *l'Iſola de Colombi*, teſte Mercatore.

Enisis, fluvius Siciliæ, nunc *il Niſi*, Aretio, & Fazello, amnis parvus Siciliæ, in ora ad ortum, & in valle Demonæ, in fretum Siculum cadit inter Meſſanam ad Septentrionem & Argennum promontorium ad Meridiem, utrinque 15. mill. paſſ. juxta vicum *la Scala*, ex adverſo promontorii Leucopetræ, qui etiam à Græcis Chryſorrhoas dictus fuit, quod aurum deferat, ſed vetuſti vocabuli neſcio quis author ſit, etſi Thucydidi hoc tribuat Fazellus, ibi caſtrum *Fiume de Niſi* vulgo, olim ſic natura munitum ut ab Athenienſibus expugnari non potuerit, teſte Thucydide, nunc autem probe cultum eſt, & a Francis captum anno 1676. à recentioribus dicitur Flumen Dionyſii, teſte Pirrho.

Enispe, oppidum fuit Peloponneſi Straboni, Lycæo monti & Rhipæ finitimum; de quo etiam Statius libro 4. Thebaidos.

Enna, urbs Siciliæ in monte, in inſolæ umbilico, templo olim Cereris elata, ab Enno Syracuſano condita, ubi Proſerpinam raptam fabulantur, teſtibus Cicerone, Livio, & Strabone, nunc oppidulum *Caſtro Ioanni* dictum, in Valle Netina, prope Chryſam amnem, ſed paucis conſtat incolis, & extat etiamnum arx integra, in qua diu hæſit Fridericus ſecundus, ei adjacet lacus parvus Perguſa, & 13. mill. paſſ. diſtat ab Agyrio in occaſum hybernum, 40. vero à Catana in occaſum Panormum verſus 60. Populi Ennenſes Ciceroni, ejus meminit Ovidius libro 4. Faſtorum, & hinc Enneus nomen gentis.

Ennona, quæ & melius Ænona, urbs Illyrici in Liburnia Plinio, & Ptolemæo, nunc *Nona*, urbs Dalmatiæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Jaderenſi, in ora littorali, parva ſed probe munita, & undique fere mari cincta, ſub dominio Venetorum, ex adverſo Giſſæ inſulæ. Vide Ænona.

Enope, oppidum Peloponneſi, cujus meminit Homerus, dicitur ab aliis Gerenia. Vide ibi.

Enosis, inſula parva & oblonga, in ora auſtrali Sardiniæ Plinio, quæ etiam Sulcitana dicta, & Mœlibodes, nunc *l'Iſola di S. Antioco* incolis, S. Antioci inſula Cluverio, & aliis: habetque in ambitu 25. mill. paſſ. ſed cum una aut altera villula tantum propter piratas, in ea ſunt rudera Sulcis urbis, 4. milliaribus diſtans ab ora proximiori Sardiniæ, & 12. in ortum ab inſula S. Petri, quæ alias Hieracum ſeu Accipitrum inſula dicta fuit.

Ensigeausium, *Iſſingeau*, oppidulum Galliæ in Occitania, & in Velaunenſi provincia, vix una leuca diſtat a Ligeri fluvio, & 4. à Podio in ortum æſtivum Lugdunum verſus.

Ensishemum, *Enſisheim* incolis, urbs parva Germaniæ in Alſatia provincia, ad Hellelum fluvium, quæ alias caput erat Landgraviatus Alſatiæ ſuperioris, ubi etiam antea camera ut vocant & juridica ſedes Sundgoviæ & Briſigaviæ, hodie autem ſubeſt dominio Francorum pace Weſtphalica, vix 2. milliaribus Germanicis diſtans a Neoburgo in occaſum, & totidem à Mulhuſio in Septentrionem, Briſacum verſus 3. circiter.

Entella, urbs Siciliæ Diodoro, & Stephano, ad Crimiſum fluvium, in monte Entella, quam præciſæ undique & inacceſſæ rupes, & unicus tantum aditus natura munitam reddunt, urbs ipſa a Friderico II. Imperatore funditus deleta penitus jacet, cujus & arcis ſemidirutæ veſtigia, nunc etiam *Entella* dicuntur, teſtibus Fazello, & Cluverio, 2. milliaribus à Calatafi uti 12. a lato in Meridiem, atque 30. a Panormo, mare Africum verſus & Thermas 18. circiter, à Caſtro Vetrano autem 20. in ortum æſtivum, ejus meminit Silius.

Entella, fluvius Italiæ in Liguria Ptolemæo, nunc *Lavagna*, teſte Auguſtino Juſtiniano, oritur ex monte Apennino, vix 50. milliaribus à Genua in ortum; recipitque amnem *Granveglia* dictum, & poſtea in mare Mediterraneum cadit inter Clavarum & Lavaniam, in ora orientali Genuenſi. Dicitur etiamnum aliquando *l'Entella*, ut mihi pluribus ſignificavit Philippus Maria Boninus vir indigena.

Enteropolia, *Darmſtat*, oppidum Germaniæ in Circulo Rheni ſuperioris, & in Geravia tractu, dicitur ſæpius Darmoſtadium. Vide ibi.

Enziacum, *Anzi le Duc*, caſtrum Galliæ in Burgundiæ Ducatu, ad fluvium *Reconſo*, in Auguſtodunenſi tractu, & in limite Carolenſi, una leuca à Ligeri fluvio in ortum, & à Semurio oppido.

Eoa, urbs Africæ propriæ in Tripolitana regione, Ptolemæo, quæ Oea dicitur à Plinio, & Mela, eſtque in ora littorali, ubi nunc urbs *Tripoli*, ut exiſtimant recentiores. Vide Oea.

Eoroæa, urbs fuit Macedoniæ, in Mygdonia provincia Straboni, unde regiunculæ nomen, quæ, teſte Briero, nequaquam eſt cum Thracica confundenda; eratque prope Axium fluvium.

Eoroæ, populi fuere Macedoniæ occidentalis, Stephano, qui Eordi Straboni, & Eordetes Ptolemæo, aliis Eordatæ, & Eordæi dicti, eorum urbes fuere Scampis, Lycus, & Daulia, verſus Aoum fluvium, ubi nunc pars Albaniæ regionis in mediterraneis, quæ *Tamoriza* dicitur, ut ſcribunt quidam recentiores.

Eoum Mare, Vide Eous Oceanus, & Mare Eoum.

Eous, nomen gentis, apud Poëtas præſertim, pro orientali, ſicuti Heſperius pro occidentali, teſtibus Propertio libro 2. & Ovidio.

Eous Oceanus, ſive Orientalis, qui Indicus Dionyſio, pars perampla Oceani verſus partem orientalem Aſiæ extenſa, Plinio, & Melæ, nunc vulgo *l'Ocean Oriental* dicitur, & aliquando etiam *l'Ocean Indien*, ſeu *la mer des Indes & de la Chine*, quod maxime protendatur verſus Indiæ inſulas & Sinarum Imperium. Vide infra Oceanus Orientalis.

Epamanduodurum, Galliæ Belgicæ oppidum, ex itinerario Antonini, Chifletius docet eſſe locum *Mandeurre* dictum, ad Dubim fluvium, haud procul à Monte Belicardo, & in Comitatu Montis Belicardi, ubi quidam credunt celebratum fuiſſe Concilium Epaunenſe, breviato ut aiunt nomine, pro Epamanduodurenſe, quod tamen alii negant.

Epaunum, quæ Eponum & Epaonum, urbs Galliæ, ubi celebratum fuit Concilium Epaunenſe ab ea dictum, ſub Sigiſmundo Rege Burgundiæ anno 517. tempore Hormisdæ Papæ, alicubi in Regno Burgundiæ, ſed quo in loco nondum conſtat. Labbæus exiſtimat eſſe *Ienne* vicum Sabaudiæ ad Rhodanum fluvium, duabus leucis à Bellico in Meridiem, & id probare nititur multis argumentis: ſed alii credunt eſſe *Paunas* vicum Delphinatus in agro Viennenſi, 4. leucis à Vienna in ortum, & totidem à Lugduno, teſte Nicolao Choriero viro clar.

Epea, oppidum fuit Peloponneſi, cujus populi Epei Straboni dicti ſunt: contra quos Neſtor bellum geſſit.

Eperiæ, *Eperies*, urbs munita Hungariæ Regni, in Comitatu Sarienſi Hungariæ ſuperioris, ad Tarczam fluvium parvum intra montes, in confinio Poloniæ & ad radices Carpathi montis, ſub dominio Imperatoris uti Regis Hungariæ, pluries capta & recepta fuit hiſce

ultimis temporibus, eſtque prope caſtrum *Scharos*, ſex milliaribus Germanicis a Caſſovia diſtans in Septentrionem.

EPETIUM, urbs Illyrici, Ptolemæo, in ora littorali Dalmatiæ, inter Salonas ad occaſum & Peguntium ad ortum, ut ex tabulis Peutingerianis colligitur, ad oſtium fluvii cognominis, nunc exciſa jacet, *Zarnounza* dicta, & in vicum redacta, prope Spalatum, ubi ejus rudera adbuc cernuntur, teſte Joanne Lucio viro doctiſſimo, harum partium peritiſſimo; & ex ejus urbis ruinis crevit Spalatum urbs in viciniis, quam quidam Epetium novum vocant ob vicinitatem, hinc populi Epetini Plinio.

EPHESIORUM PORTUS, Thraciæ portus, Dionyſio, ad Boſphorum Thracium, prope Pontum Euxinum, nunc *Aphoſiatin* dictus, teſte Petro Gillio, 12. mill. paſſ. à Bizantio in Septentrionem.

EPHESUS, urbs Aſiæ minoris maritima, in Ionia provincia, Straboni, Plinio, & Ptolemæo, Archiepiſcopalis perampla, ſub qua 26. urbes Epiſcopales ſunt, ab Amazonibus condita, ut narrant, cujus templum pulcherrimum Dianæ ſanum anno ab urbe condita 385. incenſum fuit, quo die Alexander Magnus natus eſt, ab Heroſtrato, ut hoc facinore famam ſibi compararet, teſte Strabone libro 4. olim fuit clariſſima, & multarum urbium conventus juridicus, nunc Italis *Efeſo*, Gallis *Epheſe*, Turcis & incolis *Ajaſalouc*, portu gaudet commodo in ora maris Ægei & ſinus Ionii, prope oſtia Cayſtri fluvii, ſed nunc fere diruta jacet & in vicum redacta eſt, arcem habens tantum ſatis parvam in colle ſub dominio Turcarum & in ea ſuperſunt pluxima antiquitatis veſtigia, & prope ipſam ad duas leucas ineſt Caſtrum *Scala nova* dictum. Ibi celebratum fuit Concilium generale tertium ſub S. Cœleſtino primo Pontifice Maximo anno 431. contra Neſtorium, 25. milliaribus diſtat à Samo inſula in ortum, & 20. à Colophone in Meridiem, uti 40. à Smyrna, ejus meminit Lucanus libro octavo, hinc Epheſius & Epheſinus nomen gentis.

EPHRAIM, mons Palæſtinæ, Samariam à Galilæa ſeparans, à Septentrione in Meridiem extenſus, cum oppido cognomine, olim in Tribu Ephraim, nunc *Hapharcan* dicto, teſte Maſio.

EPHRAIM, pars fuit Palæſtinæ, & una ex duodecim Tribubus Terræ promiſſæ, ab Oriente in Occidentem extenſa, cujus termini erant a Septentrione dimidia Tribus Manaſſe cis Jordanem, ab ortu Tribus Gad, à qua ſeparatur Jordane fluvio, à Meridie Tribus Benjamin, & ab occaſu mare Syriacum, ubi poſtea magna pars Samariæ regionis, ejus præcipua urbs erat Samaria.

EPHRATA, urbs Judææ, eadem cum Bethleem.

EPHYRA, inſula ſinus Argolici Plinio, cum oppido cognomine; eam Stephanus proximam Melo facit: ſed hæc ab illa diverſa eſt.

EPHYRA, urbs Peloponneſi in Elide, quæ Oenoe etiam dicta, ad Cyllenem montem, ab Elide 120. ſtadiis diſtans, teſte Strabone, hinc Ephyreus nomen gentis uti Virgilio libro 2. Georgicorum.

EPHYRE, pagus Sicyoniæ tractus in Peloponneſo, ad Selleuntem fluvium, teſte Pauſania.

EPHYRE, ſic dicta fuit Corinthus urbs à nympha, teſte Strabone.

EPHYRIS, oppidum Laconiæ, teſte Herodoto.

EPIACUM, oppidum Brigantum in Britannia magna, Ptolemæo; nunc *Pap-caſtle*, caſtrum Angliæ in Cumbria provincia, ad Derventionem fluvium, 3. milliaribus diſtans ab ora maris Hibernici, 16. à Carleolo in occaſum, & totidem fere à proximiori littore Scotiæ in Meridiem, teſte Camdeno.

EPICARIA, oppidum Dalmatiæ Ptolemæo, nunc teſte Galeſio, eſt *Papadoros*, caſtrum Albaniæ inter Liſſum ad Septentrionem & Dyrrachium ad Meridiem, ex levi tamen conjectura.

EPIDAMNUS, urbs Macedoniæ maritima, Thucydidi, & Plinio, in ora maris Adriatici, quæ & Dyrrachium, nunc *Durazzo* incolis, *Drazzi* Turcis, *Duras* Gallis, urbs Archiepiſcopalis Albaniæ regionis, cujus populi Epidamnii dicti a Plauto, hinc etiam Epidamniens & Epidamnienſis nomen gentis Plauto, qui ſcribit hanc urbem à damno dictam, & ejus etiam meminit Lucanus libro 10. Vide Dyrrachium.

EPIDAPHNA, ſic cognominata fuit Antiochia magna, urbs Syriæ ad Orontem fluvium, à Daphne illius ſuburbio, teſte Plinio.

EPIDARUM, oppidum Cypri mediterraneum, Plinio, quod nunc *Pitarevil* pagum dici teſtatur Stephanus Luſignanus.

EPIDAURUS, urbs Illyrici in Dalmatia, Ptolemæo; & Melæ, Epidaurum Plinio, in ora littorali maris Adriatici, eodem anno quo Dyrrachium condita, ut narrant, nempe 430. annis poſt Trojæ excidium. ſatis ampla, & Archiepiſcopalis effecta anno 990. ob excidium Docleæ urbis, poſtea etiam deſtructa fuit, unde nunc vulgo *Raguſi vecchio* dicitur ab incolis. *Raguſe la vieille* a Gallis, & in vicum redacta eſt in ora littorali Dalmatiæ, ſed poſt ejus excidium Epidauritani novam urbem extruxerunt in ora, 6. mill. paſſ. à priori diſſitam, in rupe maritima, quam ob id Lauſium denominarunt, & poſtea Rauſium & Raguſium, *Raguſi*, teſte Porphyrogenneta, ſicque Raguſium Epidaurus nova dici poteſt, quod creverit ex ejus ruinis in viciniis, diſtat autem Epidaurus 6. milliaribus à Raguſio in ortum hybernum, & 45. à Narona in Meridiem Antibarium verſus, teſte Joanne Lucio Tragurino viro docto. Vide Raguſium.

EPIDAURUS, urbs Peloponneſi in Argia regione, Plinio, & Straboni, in ejus ora orientali ad ſinum Saronicum, prope Spiræum promontorium, Æſculapii Fano celebris, nunc *Pigiada* dicta, teſte Nigro, & *Eſculapio* Pineto, & hinc Epidaurius nomen gentis, uti Ovidio libro 7. metamorphoſeon, hinc Æſculapius Epidaurius cognominatus fuit.

EPIDAURUS LIMERA, id eſt pratenſis, urbs Peloponneſi in Laconia regione Thucydidi, Ptolemæo, & aliis, poſtea Monembaſia dicta, & Archiepiſcopalis facta, vulgo *Malvaſia* dicta, Gallis *Malvoiſie*, ubi nobile vinum, nunc in Tzaconia regione, ſita eſt in ora littorali ad initium ſinus Argolici, in rupe in modum inſulæ undique mari cincta, & ponte tantum ligneo oblongo jungitur lingulæ terræ in mare excurrenti; portum habens capacem, & arcem munitam in colle vicino à Turcis excitatam, ubi antea ſita erat urbs antiqua Epidaurus, teſte Sagredo, alias ſuberat domino Reipublicæ Venetæ, ſed pace cum Turcis ſancita eis conceſſa fuit anno 1537. & nunc etiam eorum agnoſcit dominium, vix 50. milliaribus diſtans à Sparta in ortum, & 65. à Scyllæo promontorio in Meridiem, Maleam promontorium verſus 30. circiter.

EPIDII, populi fuere Britanniæ majoris Ptolemæo, ſeu Britanniæ ſecundæ, ubi nunc Cantira *Cantyr*, provincia Scotiæ meridionalis verſus Oceanum & Hiberniam, prope Glotæ æſtuarium, teſte Camdeno.

EPIDIUM, inſula Britanniæ majoris, Ptolemæo, in ora occidentali, & una Ebudarum, nunc vulgo *Yla* dicitur, teſte Camdeno, in ora occidentali Scotiæ. Habet duo caſtra & decem vicos; eſtque longitudinis 20. milliarium Scoticorum, 20. milliaribus diſtans à littore Hiberniæ in Septentrionem, & 15. à proximiori ora Scotiæ in occaſum, Juræ inſulæ adjacens ad Meridiem, teſte Timotheo Ponte.

EPIDIUM, promontorium Britanniæ majoris Ptolemæo, nunc teſte Camdeno, eſt *The mule of Cantire*

indigenis, *la Mule de Cantir* nautis Gallis, eſtque in Cantura provincia Scotiæ verſus Occidentem, magis verſus Meridiem extenſum, 10. mill. paſſ. diſtans ab ora proximiori Hiberniæ in ortum æſtivum, & hinc provincia adjacens dicta fuit Cantira, id eſt terræ anguſtus ſeu caput.

Epila, *Epila*, vicus Hiſpaniæ in Aragoniæ, ad Salonem fluvium, 5. leucis à Cæſar-Auguſta in occaſum, ubi natus Joannes I. Caſtellæ Rex anno 1358.

Epiphania, urbs Syriæ Antonino, & Ptolemæo, Epiſcopalis ſub Patriarcha Antiocheno, prope Orontem fluvium, ſic à Macedonibus dicta, cum prius Emath vocaretur, quod nomen quamvis corrupte ubi redditum, quippe nunc *Aman* dicitur, teſte Nigro, eſtque etiamnum ſatis culta, ſub dominio Turcarum, media eſt inter Antiochiam ad Septentrionem & Damaſcum ad Meridiem, 80. milliaribus utrinque diſtans, atque 59. à Chalcide in Meridiem, uti 18. à Lariſſa Arethuſam verſus 16. & Emeſam 32. ex Antonini Itinerario.

Epirus, Europæ regio, & pars Græciæ late ſumptæ Ciceroni, Livio, & Plinio, olim Reges habuit proprios, ſed tandem Macedoniæ regno annexa fuerat, terminatur a Septentrione Macedonia, ab Oriente Theſſalia, à Meridie Achaia, & ab Occidente mari Ionio rigatur, Chaoniam olim dictam ſcribit Martianus Capella, Græci in Epirum ſeſe inſinuantes diviſioni locum dedere qua in Barbaram & Græcam ab eis diſtincta fuit, ex quibus Barbara erat verſus Septentrionem in qua indigenæ, & Græca verſus Auſtrum quam Græci incoluere, ſed hæc diviſio non retenta eſt, poſtea Epirus in veterem & novam diviſa fuit poſterioribus temporibus, ut legitur in libro Notitiarum; ſub veteri erat Epirus propria, ſed nova Epirus complectebatur partem Macedoniæ, quæ nunc Albania dicitur; ejus partes fuere Almene, Caſſiopæa, Chaonia, & Theſprotia in Epiro ſeptentrionali, & Acarnania, Amphilochia, Athamania, Dolopia, & Moloſſia in Epiro meridionali, teſtibus Sophiano, Brietio, & aliis, nunc ſunt in his partibus *la Chimera*, & *l'Arta* provinciæ, totaque regio eſt ſub dominio Turcarum, exceptis Corcyra inſula cum duobus minoribus, & Parga oppido in continenti, quæ ſubſunt Venetis à quam plurimis annis, & hæc regio perſæpe dicitur etiam Albania inferior à multis, ad differentiam ſuperioris quæ propria eſt; urbes olim claræ fuerunt Nicopolis, Ambracia, Corcyra; nunc præſtat Joannina ſedes præfecti Turcarum; hinc populi Epirotæ & Epiroticus nomen gentis.

EPIRI URBES HAC TEMPESTATE.

Ambracia, *Ambrachia*.
Anactoria, *Vodiza*.
Arta, *l'Arta*.
Caſſiope, *Joannina*, regionis caput.
Chimæra, *Chimera*.
Corcyra urbs, *Corfou*.
Leucas urbs, *S. Maura*.
Nicopolis, *Preveza*.
Torone, *la Parga*.

Episcopi Cella, *Biſhoffcell*, oppidum Germaniæ in Suevia provincia, ad Sitterum amnem, in ditione utili Epiſcopi Conſtantienſis, ſed in ipſo limite Helvetiorum & Turgeæ tractus, 17. mill. paſſibus à Conſtantia diſtans in Meridiem Abbatiſcellam verſus paulo plus.

Episcopi Insula, *Biſhoffwerde*; oppidulum Germaniæ in Miſnia provincia, cerviſia celebre ſub dominio Electoris Saxoniæ, tanquam pars Epiſcopatus Miſnenſis, ſitum eſt in limite Luſatiæ ſuperioris, & 3. milliaribus Germanicis a Dreſda in ortum.

Epitalium, oppidum Peloponneſi in Elide, ad Alphei fluminis trajectum Xenophonti, quod Homerus Thryum & Thryoeſſam vocavit, teſte Strabone, hodie *Zanchio* dictum, teſte Nigro.

Epium, oppidum Peloponneſi Herodoto, in Arcadiæ tractu, qui Triphylia nominatur, inter Maciſtum & Heræam, teſte Plinio, quæ oppida hodie non extſtant.

Epla, inſula parva ſinus Laconici, Ptolemæo, in ora Peloponneſi, nunc *l'Ove* dicta, teſte Nigro.

Epoisus, ſeu Epoiſſus, oppidum Trevirorum in Gallia Belgica, Antonino, Epoſium Gregorio Turonenſi, Epuſium libro Notitiæ, nunc teſtibus Ortelio, Cluverio, & aliis, Ivodium *Yvoix* incolis, *Ipſch* Germanis, oppidum Ducatus Luxemburgici, in confinio Campaniæ provinciæ & Lotharingiæ, fuit alias permunitum, ſed ejus mœnia disjecta fuere ab Henrico II. Francorum Rege, deinde cum reſtaurata eſſent ab Hiſpanis, iterum captum fuit à Gallis anno 1640. & ipſis etiam ſubeſt pace ad Pyrenæos ſancita, ſicque nunc in Gallia cenſetur, & nuper Ducatus Cariniani titulo inſignitum fuit, unde hodie ſæpius *Carignan* dicitur ab incolis, ſedet ad Carum fluvium non longe in Moſam influentem, una leuca diſtans à Moſomio in ortum, uti 4. à Sedano, & 8. a Maceriis Monmedium verſus 3. & 3. etiam à Satanaco in Septentrionem. Vide Ivodium.

Epomeus, mons Pithecuſæ inſulæ ſive Ænariæ, in mari Tyrrheno; & in ora Campaniæ Straboni, qui Epopos Plinio, nunc *il Monte di S. Juliano* dictus, in meditullio inſulæ Iſclæ, teſtibus Julio Jazzolino, & Nepote.

Epona, oppidulum Vindeliciæ, ex veteri inſcriptione, nunc teſte Joanne Aventino, eſt Epinaburgum *Pinburg*, ſeu *Biburg*, vicus Germaniæ, in Bavaria inferiori; prope Novam civitatem, uno milliari Germanico ab ea diſtans in ortum, uti a Danubio fluvio, ſed Marcus Welſerus vir doctus Auguſtanus ait, id eſſe nomen Deæ quæ ibi colebatur.

Epora, oppidulum Hiſpaniæ Bæticæ, Antonino, nunc *Montoro*; caſtrum Vandalitiæ, 10. leucis a Corduba diſtans verſus Meridiem, teſte Morali, & ex veteri inſcriptione, pro hac Epora male apud Plinium Ripepora legi docet ex antiquis lapidibus idem Moralis, quamquam alii credant Eporam fuiſſe ad Bætim fluvium, ubi nunc vicus *Aldea del Rio* dictus.

Eporedia, urbs Salaſſiorum in Gallia Subalpina Ptolemæo, quæ Eporredia Plinio, Eporadia Straboni, Eporædia Antonino, nunc *Iurea* incolis, *Iurée* Gallis, urbs eſt Italiæ in Pedemontio, Canapicii tractus caput, & Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Taurinenſi, intra duos colles, cum arce munita & caſtro antiquo, ad Duriam fluvium qui hic ponte jungitur lapideo, ſub dominio Ducis Sabaudiæ; ab anno 1313. probe munita eſt, 25. mille paſſibus diſtans à Taurino in Septentrionem Auguſtam Prætoriam verſus 30. & totidem à Vercellis in occaſum.

Eporediensis Marchionatus, tractus fuit Italiæ ante quatuor ſæcula, ad radices montium extenſus, ſub dominio proprii Marchionis, inter Alpes, Padum fluvium, Doriam minorem & Inſubriam: ubi olim pars ampla Galliæ Subalpinæ; & nunc Canapicium, ager Bugellanus, pars minor Pedemontii proprii verſus Doriam, uti etiam pars occidentalis Vercellenſis territorii, & pars Montisferrati verſus Clavaſium & cis Padum, quæ omnia nunc ſubſunt Duci Sabaudiæ, totiuſque tractus ſive provinciæ præcipua urbs erat Eporedia, unde nomen ei editum fuerat, ſed poſtea in varias partes diviſus fuit hic Marchionatus, ſicque nomen antiquum perdidit, nec ejus amplius fit ulla mentio, quamquam male in quibuſdam tabulis Geographicis recentibus ponatur Marchionatus Eporediæ in

Google

in parte Italię, ubi Canapicium tractus, *il Canaveſe* dictus vulgo, fere à tribus ſæculis, quod notandum.

EPORUM, oppidum Hiſpaniæ, hodie *Montora* dictum, ex antiqua inſcriptione à Grutero relata. Vide Epora.

EPTERNACHUM, *Etternach*, caſtrum Belgii Hiſpanici, in Ducatu Luxemburgico, cum Abbatia inſigni, dicitur à Gallis *Esther*, eſtque ad Suram fluvium, 3. leucis à Treviris in occaſum, in ipſo confinio ditionis Trevirenſis, & nomen ſortitur à ſitu quaſi ſuper aquam dicas.

EPY, oppidum Peloponneſi in Elide tractu, cujus meminit Statius libro 4. Thebaidos, dicitur ſæpius Æpy. Vide ibi.

EQUABONA, Hiſpaniæ urbecula, ut Antoninus in ſuo itinerario habet, quæ ab aliis etiam Æquabona dicitur, nunc teſte Gaſparo Varrerio, eſt *Couna* vicus Portugalliæ in Extremadura provincia, 10. mill. paſſ. ab Olyſippone diſtans in Meridiem Cætobrigam verſus tendens.

EQUARUM SINUS, *el Golfo de las Yeguas* Luſitanis, *le Golfe des Juments* Gallis, pars eſt Oceani Occidentalis in ora Hiſpaniæ verſus Vandaliciam, atque inter Algarbiam ad Septentrionem, & fretum Herculeum oramque Regni Fezzani ad Meridiem.

EQUESTRIS COLONIA, ſeu Colonia Equeſtris, oppidum Sequanorum in Gallia Celtica Cæſari, & Ptolemæo, nunc varie interpretatur, Schudo enim, Cluverio & Chiffletio, eſt *Nyon*, quod Germanis *Nevis* dicitur; & antiquitus Nevidunum oppidum Helvetiorum, in Vaudo tractu pagi Bernenſis, Lemano lacui appoſitum, 4. leucis à Geneva in ortum Lanſanam verſus, Ferrario autem, & aliis eſt *Coulonges* vicus Galliæ in Geſia regiuncula Breſſiæ annexa, ad Rhodanum fluvium prope Clauſulas arcem, in ipſo limite Sabaudiæ, 4. leucis infra Genevam in occaſum Lugdunum verſus, in confinio Comitatus Burgundiæ; quo credunt nonnulli fuiſſe etiam olim Coloniam Allobrogum, nam ſic cum Equeſtri confundunt.

EQUILIUM, urbs Italiæ in Venetia, quæ Æquilium etiam dicta, ab Altinatibus, ſeu ab Heracleenſibus condita, *Ieſol* vulgo, teſte Julio Faroldo cum Nigro, Epiſcopalis fuit ſub Patriarcha Aquileienſi in Marchia Tarviſina, prope oram littoralem maris Adriatici, & exciſa fuit ab Hunnis ſub Berengario, ejus rudera, nunc *Ieſol* deſtructa viſuntur inter oſtia Anaſſi & Liquentiæ, inter paludes 4. milliaribus à Civitate nova urbecula, quæ illi ſucceſſit, & 14. à Venetiis in Septentrionem.

EQUOTUTICUM, ſeu Equus Tuticus, oppidum Hirpinorum, in itinerario Antonini, nunc teſte Cluverio, eſt Arianum *Ariano*, urbs Regni Neapolitani in provincia Principatus Ulterioris, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Beneventano, in colle arduo ſita, ad radices Apennini montis, & 12. milliaribus diſtans à Benevento in ortum Bovinum verſus. Vide Arianum, ſed Lucas Holſtenius credit Equotuticum ſeu Equum Tuticum, unam eandemque urbem eſſe cum Ecana urbe, & nunc eſſe Troiam *Troia*, urbem Apuliæ in provincia Capitanata, de qua ſupra in voce Ecana.

ERACONIUM FLAVIUM, oppidum fuit Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Callaicis, Antonino, ab Aſturica 30. mill. paſſ.

ERACTUM, ſeu Heractum, oppidum Baſtarnarum, in Sarmatia Europæa Ptolemæo, nunc interpretantur *Row*, oppidum Poloniæ, in Podolia provincia, ad amnem *Morawen*, in Tyrum delabentem, Cluverio teſte.

ERASINUS, fluvius Græciæ in Euboea inſula, ad Eretriam fluens, teſte Strabone.

ERASINUS, fluvius Peloponneſi in Argia regione, Plinio, & Straboni, à Poetis memoratus, qui ex Stymphalide palude oriens, & Stymphalus dictus, poſteaque in ſub terram conditus, rurſus, Plinio teſte, emergit Eraſinus dicitur vulgo *Eraſino* ſeu *Raſino*, deinde in Inachum fluvium cadit, & cum ipſo in Argolicum ſinum labitur, hujus meminit Ovidius libro 15. Metamorphoſeon.

ERASINUS, fluvius parvus Peloponneſi, teſte Strabone, in Arcadia oriens, ac in ſinum Corinthiacum ad Buram oppidum influens.

ERAVUS, *l'Erant*, fluvius Galliæ, in Occitania, qui aliter Arauris dicitur, teſte Catello. Vide ibi.

EREBESSUS, oppidum Siciliæ Ptolemæo, olim Romanorum granarium. Vide Herbeſſus.

ERBITA, ſeu & melius Herbita, urbs Siciliæ inſulæ Polybio, & Ciceroni, nunc oppidulum *Nicoſia* dictum, teſtibus Aretio & Cluverio, ex Diodori Siculi ſitu, eſtque in provincia ſeu Valle Demonæ, in colle, prope Simethum fluvium & Hæreos montes, 8. milliaribus ab Enna in ortum æſtivum: quamquam Fazellus credat eſſe *Citadella* caſtrum, 26. mill. paſſ. in Meridiem diſtans, Populi Herbitenſes Ciceroni.

ERCIUS, *le Ers*, fluvius parvus Galliæ in Occitania, qui aliter Iccius dicitur, teſte Catello, oritur in Lauraco Comitatu, & in Garumnam ſe exonerat paulo infra Toloſam.

ERCTA, mons Siciliæ, vulgo *il Monte Pelegrino*, in provincia ſive Valle Mazaræ, & in ora Boreali prope Panormum, cui fere adjacet ad occaſum, in eo ſitum fuit olim Caſtellum Ercta dictum, nunc dirutum, teſte Cluverio.

ERCYNA, fluvius Bœotiæ, juxta Lebadeam urbem fluens, Pauſaniæ.

ERCYNIA, ſylva ingens Germaniæ Plutarcho. Vide Hercynia.

ERDELIA, & Erdeliana provincia, *Erdely* Hungaris & incolis, *Ertel* Turcis, provincia Hungariæ Regni in ortum extenſa, quæ ab aliis Tranſſylvania dicitur, & Septemcaſtrenſis regio, vulgo *das Sibenburgen* Germanis, *la Tranſſylvanie* Gallis, à Laonico vero Ardelium vocatur, & Panno-Dacia à Pannonibus & Dacis. Vide Tranſſylvania.

ERDINI, populi fuere Hiberniæ, in parte ſeptentrionali Ptolemæo, ubi nunc forſan Comitatus Cavanenſis & Fermanagenſis in Ultonia; ubi etiam Erdinus lacus, *Logh Ern*, ex regione feraci factus, teſte Camdeno.

ERDONIA, urbs Apuliæ Dauniæ in Italia Ptolemæo, Herdonia Straboni, Ardonea aliis, urbs alias Epiſcopalis poſtea exciſa, nunc vicus eſt *Ardona* dictus, in provincia Capitanata, inter Carapellam & Cerbarum fluvios, recto itinere inter Canuſium ad ortum & Troiam ad occaſum, uti 10. milliaribus a Bovino in ortum Cidiniolam verſus, teſte Luca Holſtenio.

EREBUS, fluvius inferorum, de quo Virgilius libro 6. Æneidos.

EREMUS HELVETIORUM, tractus Vindeliciæ Tacito, nunc teſte Ægidio Scudo, videtur Klegovia *Klegow*, tractus parvus Sueviæ juxta Rhenum fluvium, inter pagum Scaphuſianum ad Orientem, & urbes Sylveſtricas ad occaſum, in ipſo confinio Helvetiæ.

ERENBERTS LAPIS, ſeu Hermanni lapis, *Erenbreitſtein*, & etiam *Hermanſtein*, arx totius Germaniæ facile munitiſſima, ad Rhenum fluvium, ubi recipit Moſellam, è regione Confluentiæ, in ditione Electoris Trevirenſis, & in Veſterualdia tractu, ut pluries vidi, capta fuit fame die 26. Junii 1637. Vide Hermanni lapis.

ERESBURGUM, *Stadtberg*, oppidulum Germaniæ in Weſtphalia, ad Dimolam fluvium, in Ducatu Weſtphaliæ, & in limite Comitatus Valdecenſis & ditionis Paderbornenſis, olim dictum fuit Mons-Martis. Vide ibi.

ERESSUS, urbs Leſbi inſulæ in mari Ægeo Straboni, & Melæ, patria Theophraſti, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Mitylenenſi, quæ adhuc *Eriſſi* à Græcis nominatur, & *Cidonia*, teſte Nigro, eſtque in vicum fere redacta.

ERETÆNUS, fluvius Venetiæ Æliano, nunc *il Rerone*, fluvius parvus Italiæ in ditione Reipublicæ Venetæ, per agrum Vicentinum fluens, ac ad Vicentiam orbem Medoaco minori congrediens, teſte Leandro.

ERETRIA, oppidum Theſſaliæ regionis in Phthiotide Livio, Eretriæ Ptolemæo, Heracleæ ſeu Trachini proximum, nunc *Vatia* dictum, ut quidam exiſtimant.

ERETRIA, urbs Eubœæ inſulæ Stephano; in ora Euripi, contra Oropum oppidum Atticæ, olim clara & Epiſcopalis, nunc etiam *Eretria* dicta, teſte Brietio, & *Rocho* Moletio, à Chalcide 25. mill. paſſ. diſtans in ortum.

ERETUM, oppidum Sabinorum Straboni, & Antonino, in via Salaria, ubi ea Nomentanæ conjungitur, nunc *Monte Rotondo* caſtrum Sabinæ provinciæ, in ditione Eccleſiæ, in colle, vix 2. milliaribus à Tiberi fluvio diſtans, & 10. ab urbe Roma in Septentrionem prope Nomentum, palatium habet ſplendidum, & Ducatus titulo inſignitum eſt Maphæi Barberini Principis Præneſtes, ejus meminit Virgilius libro 7. Æneidos.

ERITUM, urbs Sardiniæ inſulæ, nunc everſa jacens, ubi Eccleſia S. Andreæ de Eritu, in provincia Loci angeli, inter Saſſarini & Sorſum, teſte Franciſco à Vico.

ERFORDIA, quæ & Erphordia, *Erfurt* incolis, *Erford* Gallis, urbs ampla Germaniæ, in Thuringia provincia, cujus caput exiſtit, ad Geram fluvium, & regiunculæ ad inſtar, olim Mergiſburgum *Merwigisburgh* dicta à Meroveo Rege Francorum, & in ea incit mons Erfordienſis, qui ob ſtructum anno 637. à Dagoberto Francorum Rege in eo cœnobium, mons S. Petri dictus fuit, vulgo *S. Petersberg*, teſte Schafnaburgenſi cum aliis, Academia illuſtris eſt, & arcem habet S. Ciriaci *Ciriaxburg*, antea Imperialis erat & pene libera, ſed ab Electore Moguntino vindicata, ipſi reſtituta fuit anno 1664. auxilio Francorum; & ab eo tempore ipſi ſubeſt, vix 3. milliaribus Germanicis diſtans à Vimaria in occaſum, uti 5. ab Iena, & 14. à Lipſia Gotham verſus 3. & Iſenacum 7. Efordia territorium habet ſatis extenſum in ejus viciniis, & 90. circiter vici ſeu caſtra ab ea pendent, ſed ex his Elector Moguntinus ceſſit Duci Electori Saxoniæ 17. vicos pro omnibus ſuis juribus, ut ex tractatu Lipſiæ die 30. Septembris 1665. acto liquet.

EROALLIA, ſive Uriel, provincia fuit Hiberniæ in Ultonia, quæ alias complectebatur eam regionem, quæ poſtea diviſa eſt in agros ſive Comitatus Armachanum, Louthenſem, & Monaghenſem, teſte Waræo.

ERGASTERIA, vicus Troadis, in finibus Pergamenorum, inter Pergamum & Cyzicum, inde 55. mill. paſſ. teſte Galeno.

ERGAVICA, oppidum Lacetanorum in Hiſpania Tarraconenſi Ptolemæo, nunc teſte Marinæo Siculo, eſt *Iguelada* oppidulum Cataloniæ, quod ab aliis Anaſtus dicitur, 12. leucis à Barcinone in occaſum æſtivum Ilerdam verſus, quidam autem Ergaviam cum Ergavica confundunt, quanquam Ptolemæus eas diſtinguat.

ERGAVICA, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis in Celtiberis Livio, & Ptolemæo, olim urbs Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Tarraconenſi, nunc Cluſio & Moletio, eſt *Alcaniza*, vicus Aragoniæ Regni à Cæſar-Auguſta 16. leucis in Meridiem; Moralis tamen putat magis verſus Toletum fuiſſe, nempe in loco qui hodie *Peña eſcrita*, vel *Santaver* dicitur.

ERGINUS, fluvius Thraciæ, in Propontidem inter Athyram & Bathinum amnes influens, Plinio teſte.

ERIBOEA, urbs Macedoniæ in Parthiæis Ptolemæo, cum monte cognomine; nunc teſte Moletio, *Croia*, urbs Albaniæ regionis primaria, inter Dyrrachium ad occaſum, & Deborum in ortum, ad 50. mill. paſſ. aliis *Preſpa* dici.

ERICIS PORTUS, & Erix, oppidum Liguriæ Ptolemæo, & Antonino, vulgo nunc *Lerice*, caſtrum Italiæ cum portu in ora orientali Genuenſi, ad mare Liguſticum, & in ora ſinus Spedæ, è regione Portus Veneris, ſub dominio Reipublicæ Genuenſis, 3. milliaribus à Luna urbe exciſa, quot à Serezana, 5. à Spetia, & 4. ab arce S. Mariæ in ortum, uti 40. à Portu Delphino diſtans.

ERICUSA, inſula maris Tyrrheni, verſus Siciliam Straboni, quæ Ericodes Ptolemæo, & Ericuſſa Stephano, una eſt Æoliarum, & nunc *Alicur* dicitur, teſte Leandro, parva eſt, & habet tantum aliquot tuguria piſcatorum, 15. mille paſſibus diſtans à Lipara in occaſum, & 7. à Phœnicuſa Uſticam verſus 25.

ERICUSA, inſula maris Ionii, in Epiro Plinio, quæ nunc *Pachſu* dicitur, ſeu Paxa major, ad Meridiem Corcyræ inſulæ, & vix 12. milliaribus ab ora littorali Epiri in occaſum, ſub dominio Reipublicæ Venetæ, à qua conceſſa fuit Pargenſibus Epirotis, ut in iis armenta ſua nutrirent.

ERIDANUS, fluvius Italiæ maximus, ſic dictus à Græcis, teſte Polybio, qui Latinis Padus, *le Po* vulgo, qui ortum ducens ex Veſulo monte in Alpibus, hinc per Longobardiam Italiæ regionem longo tractu fluens, tandem in mare Adriaticum ſe exonerat, ejus etiam meminere Ovidius libro 2. Metamorphoſeon, & Virgilius in Georgicis libro 1. Vide Padus.

ERIDANUS, *Rodaun*, amnis Poloniæ, in Pruſſia Regia, ex lacu exoriens 25. mille paſſ. ſupra Dantiſcum, ibi in Viſtulam fluvium cadit, & deinde paulo poſt in mare Balticum labitur, Cluverio & aliis teſtibus.

ERIEUS LACUS, *le Lac Erié*, lacus Americæ ſeptentrionalis in Nova Francia, valde extenſus in occaſum hybernum verſus Floridam Borealem, protenditur ab Oriente in Occidentem per 140. leucas Francicas, & per eum labitur fluvius S. Laurentii, qui exit è lacu ſeu mari dulci Huronum, & in ortum fluit: circumdatur undique regionibus fertilibus, & mire riguis, & in eum ſe exonerant quatuor fluvii, diſtat autem 38. leucis in Meridiem à Mari dulci Huronum & 20. à lacu Ontario, ſive lacu Frontenaci in occaſum, ejus vero latitudo à Septentrione in Meridiem, eſt 25. leucarum, & ab Iroquiis *Techaronkiong* vocatur, ut mihi pluribus communicavit Abbas Galinæus vir doctus qui illas partes luſtravit anno 1670. & juxta hunc lacum etiam hyberna habuit, uti etiam Radiſſonus cum aliis, qui illas partes luſtrarunt poſtea.

ERIGONUS, fluvius Macedoniæ, Livio, & Ptolemæo, qui Erigon Straboni, oritur ex Illyricis montibus, in Pæonia tractu ſupra Deborum, deinde per Deſſaretios, Deuriopes, & Emathiam fluens, auctus Rhoedia, & aliis multis fluviolis, infra Ædeſſam in Axium cadit, & hodie *Viſtrizza* dicitur, teſte Sophiano.

ERIMUM, ſive ut alii codices habent Erinum, oppidum Brutiorum in Italia Stephano, nunc teſte Gabriele Barrio, eſt *Regina*, caſtrum Calabriæ citerioris, ad amnem Perditium, & ad radices Apennini, medium inter Conſentiam ad Meridiem, & Biſidianum ad Septentrionem, ad 10. millia paſſuum diſſidens. Vide Hetinum.

ERINEUS, una ex 4. urbibus Doridis, in Achaia Phoio, quæ Erinæus Diodoro, ſub monte Parnaſſo; Ceteræ Bœon, Cytinion, & Lilæa.

ERINEOS, fluvius Siciliæ inſulæ Thucydidi, qui Orinus Ptolemæo, nunc eſt *la Miranda*, amnis parvus Siciliæ in Valle Netina; qui in mare Ionium ſe exonerat, 12. mille paſſibus à Neto in Septentrionem Syra-

Digitized by Google

cuſas verſus paulo plus, teſtibus Fazello, Aretio, & Cluverio.

Eris, fluvius Brutiorum Lycophroni, qui ad Terinam oppidum in Terinæum ſinum influit. Vide Ocinarus.

Erithini, ſcopuli Ponti Euxini Straboni, ad oram Bithyniæ, in Paphlagoniæ confinio, qui *Farnaſk* nunc, teſte Bordonio, dicuntur.

Erivanum, *Erivan*, urbs Regni Perſarum in Armenia regione, in monte, eſtque ſatis culta, in limite ditionis Turcicæ, cum antea pluries fuerit diruta, cum arce munita prope rudera Artaxatæ, & vix 3. leucis ab Araxe fluvio, teſte Tavernerio, ad fluvium *Sanguicua* dictum, itinere 10. dierum diſtans à Tabriſio in occaſum, ut 15. à Naxivano.

Ermæa, ſeu, & melius Hermæa, inſula parva Sardiniæ Ptolemæo, quæ & Mercurii inſula, nunc *la Tavolara* dicitur Italis, *la Tolare* Gallis, eſtque in ora orientali, ubi incipit ſeptentrionalis, prope Columbarium promontorium, teſte Cluverio, ſatis eſt fertilis, ſed incolis caret propter frequentes piratarum excurſiones, ejus circuitus eſt 12. milliarium, & Bucinà olim etiam dicta fuit, in ea quæ S. Pontianus Pontifex Maximus exilium paſſus occubuit.

Ermione, oppidum Peloponneſi in Argia regione, Ptolemæo, Hermione Straboni, & aliis, in ora ſeptentrionali ſinus Argolici, qui ab eo aliquando dictus fuit ſinus Hermionicus, eſtque inter Naupliam urbem ad Occidentem & Scyllæum promontorium ad Orientem, nunc *Caſtri* dictum, teſte Sophiano, ſed alii exiſtimant illud omnino periiſſe, ut ſcribit Brietius. Vide Hermione.

Ernaginum, oppidum Galliæ Narbonenſis in Provincia, ex itinerario Antonini, nunc quidam interpretantur *Verneguet* vicum Provinciæ: alii vero eſt *Maillane* vicus in eadem Provincia, 2. leucis ab Arelate in ortum, teſte Honorato *Bouche*, quod rectius videtur, ſeu forſan *S. Gabriel* vicus in viciniis.

Ernodorum, oppidum Galliæ Celticæ, in finibus Biturigum, in itinerario Antonini, nunc quibuſdam eſt *Iſſoudun*, urbs Galliæ in provincia Bituricenſi ad Thiolam amnem, quæ à Latinis recentioribus Exelodunum dicitur, 6. leucis à Biturico in occaſum, aliis vero eſt *Saint Ambroiſe ſur Arnon*, vicus in eadem provincia, ut exiſtimat Valeſius in notitia Galliarum.

Ernolatia, oppidum Norici Antonino, ubi nunc *Hall*, vicus Germaniæ in Auſtria ſuperiori, ad fluvium *Krems* dictum, teſte Cluverio, 6. milliaribus Germanicis diſtans à Lentia in Meridiem.

Ernus Lacus, *Logh Erne*, lacus Hiberniæ, in Ultonia provincia, & in Comitatu Fermanagenſi, qui ab antiquis Erdinus dictus fuit, eſtque duplex, & in confinio Connaciæ, teſte Speedo, ex eo effluit Ernus fluvius.

Eroge, locus Judææ circa Hieroſolymam, ubi mons ſciſſus eſt, & ad 4. ſtadia loco dimotus, teſte Joſepho.

Erpachium, *Erpach*, caſtrum Germaniæ, in Franconia, & in tractu dicto Othonis ſylva; unde ager adjacens dicitur Comitatus Erpachienſis, proprio parens Comiti, & fere medium inter Rhenum, Mœnum & Nicrum fluvios.

Erphordia, & Hercinophordia, *Erfurdt*, urbs Germaniæ ampla, Thuringiæ caput, dicitur ſæpius Erfordia. Vide ibi.

Erpis, ſive Herpis, oppidum Mauritaniæ Tingitanæ mediterraneum Ptolemæo, nunc *Macarmeda*, oppidum Fezzani Regni, & in Fezzana provincia, teſte Marmolio, ſed aliis eſt *Mermſa*, oppidulum ejuſdem Regni in provincia Errifis, juxta fluvium *Nocor* ad radices Montium.

Erquicum, ſive etiam Arquicum, & Archicum, *Erquico*, ſeu *Erkiko*, oppidulum Æthiopiæ ſuperioris, cum caſtro parvo in Barnagaſſia provincia, & portu in ora ſinus Arabici ſive maris Rubri, dicitur etiam *Arquico* à quibuſdam, & olim Adulis vocatum fuit, ſubeſtque etiamnum dominio Turcarum, ſed in ipſo limite Imperii Abyſſinorum, duabus leucis tantum à Mazua inſula diſtans, teſte Hieronymo Lobo Luſitano, centum vero leucis à Suacheno in Meridiem.

Errifis, *Errif*, provincia Regni Fezzæ, in Africa, verſus oram maris Mediterranei, inter Haſbatam provinciam ad occaſum & Garetam ad ortum, ubi olim pars Mauritaniæ Tingitanæ, ibi urbes alicujus notæ Gomera, Velitia, & Mezemma, in ora maris Mediterranei.

Erroris Insula, Mauritaniæ Tingitanæ inſula Antonino, nunc teſte Ortelio, eſt *Alboran*, inſula parva & oblonga Africæ in Regno Fezzano, & in ora Garetæ provinciæ, ex adverſo promontorii Trium Furcarum, a quo vix 6. leucis diſtat in Septentrionem, habens tantum aliquot vicos cum caſtro contra piratas, & 50. milliaribus diſtat in ortum à Scopulis *Albuſama* dictis, qui male pro ipſa ſumuntur in quibuſdam tabulis recentioribus.

Ertzica, urbs Cappadociæ in Aſia minori Laonico, quæ Leunclavio, eſt Erzinga, & Armeniæ tribuitur, vulgo *Arzingam* dicta, verſus Euphratem, hinc Artzinga & Artzinganis dicta.

Erubris, ſeu, ut alii codices habent, Erubrus, fluvius parvus ſeu amnis Trevirorum in Gallia Belgica, cujus meminit Auſonius, nunc *Rober* dictus, teſte Ortelio, juxta Auguſtam Trevirorum labitur, & ad ipſam in Moſellam cadit.

Eryannus, qui & Eryanos legitur, fluvius Troadis, unus ex iis qui ex monte Ida profluunt, Plinio.

Erymanthus, mons & fluvius Arcadiæ in Peloponneſo Plinio, & Pauſaniæ, mons Tegeæ finitimus, & ex eo oriens fluvius in Alpheum defertur, mons apris abundat, ubi Hercules aprum illum furioſum interfecit, nunc *Dimizana* dictus, teſte Ortelio.

Erymanthus, oppidum Peloponneſi in Arcadia, Tegeæ finitimum, Pauſaniæ, quod poſtea Phegia & Pſophis dictum fuit, nunc in vicum redactum, & *Dimizana* etiam dictum, ut Ortelius exiſtimat, ex Nigro, apud quem tamen non invenitur, ejus meminit Virgilius libro 5. Æneidos.

Erysima, urbs Cappadociæ in Aſia minori, teſte Porphyrogenneta.

Erythaa, ſive Erythia Straboni. Vide Gades.

Erythiæ, inſulæ Hiſpaniæ, in ora Luſitaniæ Plinio, & Melæ, quæ aliis Londobris, vulgo *Berlengas*, in ora inter oſtia Tagi fluvii ad Meridiem, & Mundæ ad Septentrionem, vix 2. leucis ab ora Eatremaduræ Portugallicæ, eas Geryonem habitaſſe refert Mela. Vide Londobris.

Erythræ, oppidum Achaiæ, in Bœotia, ad Cythæronem montem, teſte Strabone.

Erythræ, oppidulum Theſſaliæ, ad Peneum fluvium, teſte Plinio, cum Thucydide, nunc in ruinis jacens.

Erythræ, urbs Aſiæ minoris in Ionia regione, Straboni & Plinio, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Epheſino, prope Argennum promontorium, inter Clazomenas & Teon proximas urbes, nunc *Geſme* dicitur à quibuſdam, & *Colire* à nauris, teſte Ortelio, ſed alii exiſtimant eſſe Paſſagium vicum amplum ex adverſo Chii inſulæ, Erythræa dicitur à Stephano, Sibylla Erythræa celebris, hinc Erythræus nomen gentis, hujus meminit Statius libro 5. Thebaidos.

Erythræum Mare, Rubrum à Latinis dictum, pars Oceani Arabici Straboni, & Arriano, ab Erythro Rege Perſei filio nomen habens, ut tradunt,

Arabiam

Arabiam fœlicem, verſus Meridiem alluit ex parte, inter Siagrum promontorium ad ortum & fauces Arabici ſinus ad occaſum, extenditurque etiam a quibuſdam ad Carmanicum ſinum & Corodamum promontorium, ſed prior interpretatio magis recepta, nuncque *la Mer d'Arabie* dicitur, aliis autem Erythræum mare ſeu Rubrum, eſt Arabicus ſinus Aſiam ab Africa ſeparans, nunc vulgo *la mer Rouge & la mer de la Mecque* Gallis, *il mare Roſſo* Italis, *el mar Roxo* Hiſpanis, & Arabibus *Bohar-Corſun*, extenditurque inter Arabiam ad ortum, & Troglodiricam, Ægyptumque ad occaſum. Vide Mare Erythræum & Arabicus ſinus.

Erythron, pagus Cyrenaicæ Ptolemæo, in ora, inter Apolloniam ad occaſum, & Dardanidem ad ortum, nunc *Furcelli*, teſte Marmolio.

Erythros, locus ad Tybur urbem Latii, qui & Rubra ſaxa nominatur, teſte Strabone.

Eryx, oppidum Siciliæ inſulæ, prope oram occidentalem & Drepanum urbem Polybio, & Straboni, à conditore paulo ante Dædali adventum in Siciliam nomen habens, ubi erat templum Veneris Erycinæ celebre, nunc eſt urbs Vallis ſeu provinciæ Mazaræ, *Trapano vecchio*, ſeu etiam *Trapano del monte* dicta, ob incolas Drepanum tranſlatos, a quo 2. milliaribus diſtat introrſum, ſedet in monte qui olim mons Eryx dictus, *il monte di S. Giulano* in titulis Regiis, ſed vulgo *di Trapani* dicitur ab accolis, Populi Erycini Ciceroni dicti, ejus meminit Virgilius libro 5. Æneidos.

Esapus, fluvius Aſiæ minoris in Myſia, qui ab aliis Æſapus dicitur. Vide ibi.

Esar, fluvius Meroes inſulæ Æthiopiæ ſub Ægypto Plinio, qui Eſer Ptolemæo.

Esbus, oppidum Judææ Ptolemæo, inter Sebaſten urbem Samariæ, & Emmaum urbem Judææ propiorem. Vide Eſebon; nam videtur idem, *Esbus* adhuc Maſio & *Sabaſam* aliis.

Escalona, *Eſcalona*, vicus Hiſpaniæ, cum caſtro in Caſtella nova, in colle, juxta fluvium *el Alberche*, Ducatus titulo inſignitur, & 8. leucis diſtat à Toleto in occaſum æſtivum Abulam verſus, olimque Theſſalonica dictus fuit in hiſtoriis mediæ ætatis.

Eschaleium, *Eſchalis*, vicus Galliæ cum Abbatia in Campania provincia, & in Diœceſi Senonenſi.

Escamus, forte Eſcanus, ſeu Eſcanus fluvius Moeſiæ ſuperioris Plinio, in Iſtrum ſe exonerans, nunc vulgo *Iſcho*: ad ejus confluentes Oeſcus oppidum fuit, nunc *Ghigen* dictus, in Bulgariæ Regno, teſte Luca Holſtenio.

Eschingiacus Vicus, *Doneſchingen*, vicus Germaniæ in Suevia, ſub dominio Principum Furſtembergiorum, ubi propius ad arcem *Furſtemberg* eſt fons Danubii fluvii. Terra unde ille profluit plana eſt, neque montibus jugoſa, niſi Coemeterium ſub quo exit clivum leniter ſeſe attollente repræſentat, ſed fontes illius rivi non admodum longe infra vicum è quo prolabitur rivum alium ſe paulo majorem quem accolæ *Brigen* vocant, eidemque alterum magnitudine comparem Pregenam dictum, *Prege* excipit, utrumque ex Martianæ Sylvæ ſeu Nigræ jugis delabentem, tractus iſte, & viciniores quædam convalles Barii, incolis *in der Bar*, hoc eſt Barienſis tractus appellatur, teſte Limnæo: vicus autem ille, ubi fons eſt Danubii vix uno milliari Germanico, diſtat ab arce Furſtembergica in occaſum, tribus à Rutula in Meridiem, Schaphuſiam verſus 4. circiter.

Esco, oppidum Vindeliciæ Antonino, nunc *Schonga*, oppidum Germaniæ in Bavariæ Ducatu, ad Lycum fluvium, in ipſo limite Sueviæ, 9. milliaribus Germanicis diſtans ab Auguſta Vindelicorum in Meridiem, & totidem a Monachio in occaſum hybernum, teſte Appiano.

Escua, ſeu & melius Oſca, urbs Hiſpaniæ Bæticæ Plinio, & Ptolemæo, nunc *Hueſca*, urbs Hiſpaniæ in Regno Granatenſi, Diœceſis tamen Toletanæ, teſte Martino Ximena, dicitur etiam *Hueſcar* ab aliis, ſedetque ad radices montis Sagræ, inter fluvios *Guardadar & Branate*, in confinio Regni Murciæ, & Caſtellæ novæ, cum caſtro antiquo, & Ducatus titulo inſignitur, ſed paucis conſtat incolis, inter Baſtim ad occaſum hybernum & Caravacam ad ortum æſtivum. Vide Oſca.

Escureium, *Eſcurey*, vicus Galliæ cum Abbatia in Barrenſi Ducatu, & in ipſo limite Campaniæ, ad amnem *Saux*, & 4. leucis a Barroduco in Meridiem.

Escuriales, ſeu Scuriale, & Scoriale, *el Eſcurial* incolis, vicus Hiſpaniæ in Caſtella nova, juxta amnem Guadarramam, 7. leucis à Madrito in occaſum, ubi Philippus II. Hiſpaniæ Rex magnificentiſſimum monaſterium excitavit, cum inſigni Eccleſia S. Laurentii, in memoriam victoriæ ad Fanum S. Quintini obtentæ, die S. Laurentii anno 1557. Uſus eſt opera Ludovici de *Foix* Pariſini Architecti, teſte Roderico Mendeſio Sylva in deſcriptione generali Hiſpaniæ, in eo autem nihil ad divinas, ad ſplendorem, & ad ornamentum deeſt, ita ut ædificium illud dicatur ab Hiſpanis octavum orbis miraculum. Quod ſi Reges Galliæ toties ſplendidiſſima ædificia excitaſſent, quoties Hiſpanos & alios prælio ſuperarunt, & inſigni clade affecerunt, quot miracula orbis eſſent in Gallia. Vide Scoriale.

Escuvega, & Schuvega, *Eſchwege*, urbs parva Germaniæ in Haſſia inferiori, dicitur etiam Eiſchuvega & Schuvega, ſubeſtque dominio Principis Landgravii Rheinfeldenſis, ad Verram fluvium, & in ipſo limite Thuringiæ, ſub dominio Landgraviorum ab anno 1387. Vide Schuvega.

Esdrelon, & Campus Magnus, campus Palæſtinæ, cujus planities longa eſt 30. mill. paſſ. lata 18. Circumſtant illum Samaria ad Meridiem cum monte Ephraim, ad ortum lacus Geneſara, ad occaſum mons Carmelus, ad Septentrionem mons Libanus, poſtea planum Fabæ, *il Campo di Faba*, teſte Brochardo cum Petro Laieſtano.

Esebon, fluvius Moabitarum, in Palæſtinæ & Arabiæ Petrææ confinio ex Bibliis, & urbs Amorrhæorum, Esbuta Ptolemæo, ut aliquibus videtur, *Esbus* nunc, teſte Andrea Maſio.

Esenæ, *Esens*, oppidulum tenue Germaniæ in Friſia orientali, verſus oram Oceani Germanici, & 26. mill. paſſ. diſtat ab Embda in Arctos.

Eservia, colonia, & urbs Samnii Plinio, quæ Æſernia Ptolemæo, nunc *Iſernia*, ſeu etiam *Sergna* quibuſdam, urbs Regni Neapolitani in Comitatu Moliſino, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Capuano, dicitur melius Æſernia. Vide ibi

Esguilonium, *Eguillon* ſeu *Aiguillon*, quod forſan melius, oppidum eſt Galliæ, in Aquitania & in Agennenſi provincia, Ducatus titulo inſignitum, ad confluentes Oldæ in Garumnam fluvium, 4. leucis infra Agennum, dicitur aliter Aguillionum. Vide ibi.

Esia, fluvius Galliæ, *l'Oyſe*. Vide Æſia.

Esious, oppidum Africæ in Mauritania Cæſarienſi, ex Itinerario Antonini, inter Tipaſam & Cirtam, ad 30. milliaria, quod Sigus dicitur in aliis codicibus, nunc *Leliſe*, teſte Mercatore.

Esis, fluvius Italiæ in Piceno Plinio, melius dicitur Æſis. Vide ibi.

Eskia, ſeu Vallis ad Eskam, *Eskedale* vulgo, provincia parva Scotiæ meridionalis, in confinio Cumbriæ provinciæ Angliæ, à qua terminatur ad Meridie, uti Anandia ad ortum, Lideſdalia ad occaſum, & Teviola ad Septentrionem, ſic dicitur ab Eska fluvio *Esk*, qui eam bifariam ſecat, & in Liddam ſe exonerat, teſte Timotheo Ponte cum aliis.

Digitized by Google

Esslinga, *Eſslingen*, urbecula Germaniæ, in Suevia, Imperialis & libera, ad Necarum fluvium, in Ducatu Wurtembergenſi, uno milliari Germanico à Stugardia in ortum. Eſt parvi circuitus, & male habita fuit tricennali bello Germanico, dicitur etiam Ezelinga, & facta fuit Imperialis à Friderico II. Imperatore, nunc vero eſt ſub protectione Ducis Wurtembergenſis, & prope ipſam Ludovicus Bavarus Imperator Fridericum Auſtrium maxima clade affecit & cœpit.

Esonis Regio, ſeu Eſonia, & Jeſonia, *la terre de Jeſſo*, regio eſt perampla, inter Japonam Tartariamque magnam. Vide Terra Eſonis.

Esonium Fretum, *le deſtroit de Jeſſo*, extenditur inter Terram Eſonis, & Tartariam magnam, eſtque valde protenſum. Vide Fretum Eſonium.

Esopis, ſupercilium montis, in quo Locri urbs magnæ Græciæ conſtructa erat, Strabone teſte.

Esquiliæ, & Eſquilinus mons Pu. Victori, nunc *il Monte di S. Maria Maggiore*, teſte Marliano cum aliis, unus ex 7. urbis Romæ collibus, qui & Exquiliæ: nam utroque modo apud auctores veteres ſcribitur.

Esquilina porta, una ex urbis Romæ portis Procopio, & aliis, erat inter portas S. Laurentii & Portam Majorem in monte Eſquilino, & clauſa erat jam a tempore Tiberii, teſte Famiano Nardino.

Esquimaxis, *les Eſquimaux*, ſeu *la Nation des Eſquimaux*, populi Novæ Franciæ, verſus æſtuarium S. Laurentii, & in ejus ora ſeptentrionali, teſte Samuele Champlenio.

Essechium, *Eſſech*, oppidulum Hungariæ inferioris, olim Murſa dictum, ad Dravum fluvium, qui inibi ponte jungitur ligneo, ſed oblongo & affabre facto, 12. mill. paſſ. à Danubio fluvio in occaſum. Vide Murſa.

Essedones, qui & Iſſedones, populi Scythiæ, extra Imaum montem Plinio. Vide Iſſedon: quæ eſt metropolis ipſorum.

Essendia, & Eſſena, *Eſſen*, oppidum Germaniæ, cum Abbatia inſigni Virginum in Weſtphalia, ſub dominio Abbatiſſæ, cum tractu parvo adjacenti, inter Ducatus Clivenſem, & Montenſem, Comitatumque Marchiæ, diſtat à Rheno fluvio, & a Duisburgo 3. milliaribus Germanicis in ortum, & paulo plus à Dorſta in Meridiem, fuitque olim oppidum Imperiale & liberum, poſtea vero ab Imperio exemptum, eſtque ad Aſniam fluviolum, unde *Aſnede* & A[illegible] antea dictum fuit.

Essequebia, *l'Eſſekebe*, fluvius Americæ meridionalis, & ex præcipuis Guianæ [illegible]. Oritur verſus lacum Parimæum; & auctus pluribus fluminibus, in mare Boreale ſe exonerat [illegible] & ad ortum Orenoci fluvii. Dicitur *Eſſquib* a B[illegible] unitis, qui aliquot colonias habent in eo tractu.

Essexia, *Eſſex* incolis, *la province d'Eſſex* Gallis, provincia ſeu Comitatus Angliæ in ejus parte orientali, in qua olim Trinobantes populi ex parte, teſte Camdeno, terminatur à Septentrione Suffolcia & Cantabrigia provinciis, ab Occidente Hartfordia & Middleſexia, à Meridie Tameſi fluvio ſeparatur à Cantio provincia, & ab Oriente Oceano Germanico rigatur, ejus vero præcipua urbs eſt Colceſtria.

Essexiæ Regnum, *le Royaume d'Eſſex*, pars fuit Angliæ tempore Heptarchiæ, ejus caput erat Londinum, & dictum fuit melius Saxonum Orientalium Regnum. Vide [illegible].

Essona, *Eſſone*, vicus Galliæ in provincia Inſulæ Franciæ, ad Juniam fluviolum, prope Corbolium, & ſeptem leucis à Lutetia Pariſiorum in Meridiem Nemurſium verſus.

Essui, populi Galliæ Celticæ Cæſari, qui ab aliis, & melius dicti fuere Seſſuii, quorum urbs Vagoritum, nunc Sagium *Seez*, in Ducatu Normanniæ. Vide Seſſui.

Estella, *Eſtella*, urbs parva Hiſpaniæ, in Regno Navarræ, cum caſtro, ad Egam fluvium, ubi recipit Vrederum amnem. Ab ea tractus adjacens dicitur *la Merindada de Eſtella*, 7. leucis diſtat à Calaguri in Septentrionem, & 6. à Pompejopoli in occaſum. Dicitur etiam Stella. Vide ibi.

Estepa, *Eſtepa*, oppidum Hiſpaniæ in Vandalitia provincia, cum caſtro in colle; 5. leucis ab Aſtigi diſſitum in Meridiem, & in limite Regni Granatenſis.

Esthonia, *Eſten*, pars ſeptentrionalis Livoniæ regionis, quæ & Eſtlandia quibuſdam, antea Poloniæ ſubdita, nunc autem ſub dominio Regis Sueciæ, extenditur inter ſinum Finnicum ad Septentrionem, Moſcoviam ad ortum, Lettoniam ad Meridiem, & ſinum Rigenſem ad occaſum, ejus partes ſunt Eſthonia propria *Eſten*, Alentakia *Alentaken*, Harria *Harnland*, Jervia *Iervenland*, Oldenpoa *Oldenpo*, Vichia *Wickeland*, & Viria *Wirland*: urbes autem præcipuæ hujus regionis ſunt Revalia provinciæ caput, Felinum, Pernavia, Hapſelia, & Dorpatum, dividitur autem in tractus parvos ſive territoria Harrias dicta, *Herret* vulgo.

Esthonia propria, *Eſten*, tractus Sueciæ in Livonia regione, & in Eſthonia, inter Lettoniam, Oldenpoam, Jerviam, & Vichiam, ſub dominio Suecorum, ejus autem urbs primaria eſt Pernavia.

Estiones, populi Vindeliciæ Straboni, fuere inter Licates ad ortum, Brigantios ad Meridiem, Tigurinos ad occaſum, & Danubium fluvium ad Septentrionem, teſte Cluverio, ubi nunc Algea *l'Algow*, tractus Sueviæ in Germania, inter lacum Brigantinum & Danubium fluvium.

Estlandia, *Eſten*, provincia Regni Sueciæ in Livonia, quæ ſæpius Eſthonia dicitur. Vide ibi.

Estola, fluvius Hiſpaniæ, nunc *el rio Eſla*, oritur ex montibus Aſturum, deinde in Meridiem fluens per Regnum Legionenſe, Legionem urbem rigat, & Beneventum, & poſtea auctus Orbico, & aliis fluviis minoribus, in Durium ſe exonerat, inter Mirandam ad Occidentem & Senticam ad Orientem.

Estotilandia, *l'Eſtotilande*, regio perampla Americæ ſeptentrionalis, verſus terras Arcticas & Fretum Hudſonium ad Septentrionem Novæ Franciæ. Dicitur aliter Terra Laboratoris, *la Terre de Labrador*, ſeu Nova Britannia ab Anglis; eſtque tantum detecta verſus oram littoralem, ſed plurimis ſinubus referta eſt, teſte Radiſſone Gallo, qui plures illas partes luſtravit.

Esula, urbs magnæ Græciæ, quæ etiam Aſyla Græcis, nunc *Iſola*, urbs Calabriæ ulterioris, teſte Ferrario. Vide Inſula.

Æsulæ, locus Latii in Italia Horatio, prope Tybur urbem, & inter illam & Tuſculum, teſte Aorone, & Æſulum dicitur à Paterculo, ejus meminit Horatius libro 3.

Esuris, Hiſpaniæ oppidum Antonino, nunc teſte Andrea Reſendio, eſt *Xerez de Guadiana*, caſtrum Vandalitiæ ad Anam fluvium, in ipſo limite Portugalliæ, 5. leucis ſupra Ayamontem in Septentrionem, ſed aliis eſt *Faro*, urbs Algarbiæ Regni, cum portu in ora ſinus Gaditani, ad Cuneum promontorium, 9. leucis ab oſtio Anæ in occaſum diſtans.

Etecheminis, *les Etechemins*, populi Americæ in Nova Francia, inter fluvium S. Laurentii & Acadiam, teſte Champlenio.

Etelesta, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Carpetanis Ptolemæo. Vide Eceleſta, & Egelaſte.

Eteonos, oppidum Bœotiæ, ad oſtia Aſopi fluvii Straboni, quod & Scarphia, uti & hodie nominatur, ejus meminit Statius libro 7. Thebaidos.

Etetta, Mœſiæ ſuperioris urbs Ptolemæo, in inferioris confinio, quam nunc Marius Niger *Rocana*

vocari ſcribit, Ageta Antonini eſt, & Ægeta in libro Notitiarum, teſte Ortelio.

* ETHELEOM, fluvius Aſiæ Plinio, terminus Myſiæ & Troadis, qui Æthalois Straboni.

ETOCETUM, oppidum Cornaviorum in Britannia majori, cujus fit mentio in itinerario Antonini, nunc teſte Camdeno, eſt locus Comitatus Staffordiæ in Anglia, prope Lichfeldiam urbem, quem *the Wall* vulgo vocant a mœnium reliquiis ibi repertis.

ETONA, *Eaton*, quanquam *Eton* pronuncient, viculus Angliæ in Comitatu Buckinghamiæ, ad Tameſim fluvium, in limite Bercheriæ, & è regione Vindeſoræ cui ponte fere jungitur: ubi Collegium regale dictum, quod ab Angliæ Rege Henrico VI. fundatum fuerit, 18. milliaribus Anglicis ſupra Londinum in occaſum, dicitur etiam Ætona à Camdeno.

ETRICULUM, oppidum Brotiorum Livio, nunc *Lataraco*, teſte Barrio, in Calabria citeriori, inter Lampetiam & Dampetiam, & 6. mill. paſſ. quot à Marcopoli. Vide Hetriculum.

ETRORIA, quæ & Hetruria regio Italiæ notiſſima Plinio, Melæ & aliis, & Thuſcia ſive Tuſcia, longa inter Macram fluvium, eam à Liguria ſeparantem, & Tiberim fluvium illam ad ortum, a Latio, Sabinis, & Umbria dividentem, 184. mill. paſſ. teſte Plinio, à Septentrione ſeparatur ab Æmilia Apennino monte, ab occaſu vero & Meridie alluitur mari Tyrrheno: nunc in duas partes dividitur: pars major vulgo *la Toſcana* dicta incolis, *la Toſcane* Gallis, in qua agri Florentinus, Senenſis, & Piſanus, ſubeſt dominio Magni Ducis Etruriæ, cujus caput eſt Florentia ad Arnum fluvium; & anno 1569. ex Duce Florentiæ & Senarum creatus fuit primus magnus Dux Etruriæ ſibi ſubjectæ Coſmus Medices à Pio Papa V. pars autem minor ſubeſt dominio Summi Pontificis, in qua ager Peruſinus, & provincia Patrimonii, ſub qua cenſentur etiam ager Urbevetanus, & Ducatus Caſtrenſis; & ejus minima portio eſt etiam ager Luceoſis, Rempublicam ſeparatam conſtituens, dicitur melius Hetruria. Vide ibi, ejus meminit Virgilius libro 8. Æneidos.

ETRURIA PROMONTORIUM, mons Tuſciæ Tacito, qui Etruriæ caput Caroni, & Argentarius mons Rutilio, vulgo hodie *il Monte Argentaro*, in mare Tyrrhenum excurrens inter Portum Herculis & Telamonſem, prope Coſam urbem everſam, & contra Igilium & Dianium inſulas. Vide Mons Argentarius.

ETRUSCI, populi Etruriæ Livio, qui Hetruſci Plinio, iidem Tuſcis; & Etruſcus nomen gentis, eorum meminit Virgilius libro 8. Æneidos.

ETRUSCI CAMPI, tractus Thuſciæ parvus, fertilis Livio, inter Fæſulas & Aretium, juxta Arnum fluvium, nunc *Prato Magno*, teſte Ortelio.

ETTAN, locus Palæſtinæ, Hieroſolymis proximus, inde 2. ſchœnis recedens, teſte Joſepho.

ETTRICUS, *Ettrick*, fluvius Scotiæ meridionalis in Tuedia provincia, Selaricum rigat, & paulo infra in Tuvediam cadit, teſte Timotheo à Ponte.

EVA, pagus erat Peloponneſi Pauſaniæ, in Argia regione, maximus, in Arcadiæ confinio, in qua à Stephano locatur. Eſt & montis nomen ad Pamiſum fluvium.

EVANDRIA, oppidum Hiſpaniæ in Luſitania Ptolemæo, Evandriana Antonino, nunc teſte Jacobo Vaſconcello, eſt *Talavervoelha*, oppidum Extremaduræ provinciæ regni Legionis, ad Anam fluvium, 8 leucis ab Emerita diſtans in occaſum; Pacem Auguſtam & Eboram verſus.

EVANDRIUS, mons urbis Romæ, idem cum Palatino, Claudiano teſte.

EVARGNUS, fluvius Aſiæ, in Pontum Euxinum fluens, teſte Stephano, ac Cappadociam à Paphlagonia dirimens, ad Irim fluvium: & ejus etiam meminit Valerius Flaccus.

EUBOEA, inſula Græciæ in mari Ægeo Straboni, & Ptolemæo, quæ & Chalcis aliis, & à poetis Abantis dicta fuit, nunc *Negroponte* incolis, *Egribos* Turcis, *Negrepont* Gallis, Achaiæ ad Septentrionem adjacet, ab ea anguſto freto Euripo dicto diviſa. Longitudinis eſt 120. milliarium circiter ab ortu in occaſum, latitudinis autem 30. & circuitus 300, eſtque probe culta. Ejus primaria Chalcis, nunc *Negrepont*, ponte jungitur ligneo continenti Achaiæ. Hæc inſula diu Venetis paruit, quibus aſſignata fuerat à Rabanio Carcerio ejus Duce, ne à Turcis occuparetur, à quibus tamen anno 1470, ſubacta eſt per Mahumetem ſecundum, qui in eam atrociſſime deſævuit, & ab eo tempore ſubeſt dominio Turcarum. Habet arcem munitam & armamentarium inſtructiſſimum, hinc Euboicus nomen gentis, ejus meminit Virgilius libro 6. Æneidos.

EUBOEÆ URBES EXSTANTES.

Caryſtus, *Caſtelroſſo*.
Chalcis, *Negrepont*, inſulæ præcipua.
Erettea, *Eretria*.

EUBOEA, oppidum fuit Siciliæ Straboni, nunc excisum quod à Fazello creditur in ora auſtrali, ubi locus *Caſtellazo*, verſus Pachinum promontorium, ſed Cluverius exiſtimat fuiſſe ubi *Licodia* caſtrum Siciliæ in Valle Netina, in rupe edita ad fontes fluvii *Drillo* dicti, 28. milliaribus a Syracuſis in occaſum.

EUBOICUM MARE, pars maris Ægei circa Euboeam inſulam, quæ Euboicus ſinus Livio, Oetæus ſinus Ptolemæo, & Opuntius ſinus Melæ, nunc *le Golfe du Zeiton* dictus. Vide Euboicus ſinus.

EUBOICUS SINUS, Livio, ſeu Oetæus, pars maris Ægei, nunc *il Golfo del Zeiton* Italis, *le Golfe du Zeiton* Gallis, ſic dictus ab Euboea inſula quam rigat, unde etiam *le Golfe de Negrepont* dicitur à quibuſdam, eſtque inter Euboeam & Achaiam. Vide ſinus Euboicus.

EUONIA, inſula maris Hibernici Gildæ, quæ Monæda Ptolemæo dicitur, & Mona aliis, vulgo *Maning* incolis, *The iſle of Man* Anglis, *l'Iſle de Man* Gallis, eſtque inſula oblonga Angliæ, alias Regio titulo clara, inter Cumbriam ad ortum & Hiberniam ad occaſum. Vide Monoeda & Mona, ubi fuſius de ea.

EUCARPIA, urbs Aſiæ minoris, in Phrygia magna Straboni, & Ptolemæo, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Synnadenſi, ad Hermum fluvium, verſus confinia Lydiæ, 45. milliaribus à Synnada in occaſum, 30. à Docimæo in Meridiem, & 40. à Lyſiade, ubi erant racemi Uvarum & magnitudine & ferocitate ſpectabiles, unde urbi nomen eſſe videtur. Sed quid ſit hodie non conſtat.

EUCHAITA, urbs Archiepiſcopalis Ponti Helenopolitani, ſeu Paphlagoniæ, in mediterraneis, olim Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Gangrenſi, Nicephoro Calliſto teſte.

EUDÆMON ARABIA, quæ Latinis Felix, regio ampliſſima Aſiæ, teſte Mela, nunc *Hiemen* dicta. Vide Arabia felix.

EUDOSES, populi fuere Germaniæ Tacito, forſan ubi nunc pars Pomeraniæ citerioris & urbes Sundis & Bardum, uti Cluverius exiſtimat.

EUDOXIOPOLIS, urbs Archiepiſcopalis Thraciæ, eadem Selymbriæ, ſic in Eudoxiæ Auguſtæ honorem dicta, ejus meminit Socrates Scholaſticus.

EVENUS, qui & Lycormas, fluvius Ætoliæ, teſte Strabone, nunc *Fidari* vel *Phidari* Nigro, ex Callidromo monte ſcaturiens, ac inter Ætolos & Locros Ozolas mare Ionium petens, haud procul ab ore ſinus Corinthiaci, Calydonem urbem interluens. Oſtia inter Actium 670. & Molycriam urbem Ætoliæ tan. ſta-

rum qui eam hactenus tenuere : nunc etiam nomen retinet antiquum, & *l'Europe* dicitur a Gallis, *l Europa* ab Hiſpanis & Italis, *the Europe* ab Anglis, *Rumeli*, & aliquando etiam *Al-Franck* a Turcis, *Franckoba* à Georgis, & *Franckiſtan* ab Aſiaticis omnibus, & ejus populi Europæi vocantur. Ejus longitudo ſumitur à promontorio Sacro, nunc *el Cabo de San Vicente* in Hiſpania & in ora Oceani Atlantici, ad oſtium Carambyces fluvii, vulgo *l'Oby* in Oceanum Septentrionalem in parte orientali Moſcoviæ, eſtque 1300. leucarum Francicarum, ſeu 900. milliarium Germanicorum: & ejus major latitudo à Tænaro Peloponneſi promontorio meridionali, hodie *le Cap Matapan* ad Scrrofinniæ promontorium, nunc Boreale dictum *Noortkim* in Norvegiæ parte ſeptentrionaliori, eſt leucarum circiter 850. Francicarum, ſeu 550. milliarium Germanicorum.

Europæ termini, ſunt ab Oriente Aſia, à Septentrione Oceanus Borealis ſive Glacialis & Tartaricus, ab occaſu Oceanus Atlanticus ſive Occidentalis, à Meridie mare Mediterraneum quo ſeparatur ab Africa, ſicque à Septentrione, Occidente & Meridie mari eingitur. Sed quibus limitibus ab Aſia ſeparatur, inter veteres ſcriptores non ſatis convenit verſùs partem ſeptentrionalem, cum omnes ad Tanaim fluvium Europæ terminos extenderint, & quidam ex recentioribus, eam ad Duinæ fluvii oſtia reſtrinxerunt, cum illum Carambycem interpretarentur, hancque opinionem ſecuti ſunt Maginus & Brietius, ſed re diligenter & exacte excuſſa non judicavi eſſe recedendum à ſententia communi, qui eam ad Obium fluvium uſque protendit, cum ea ſit ſententia Mercatoris, & Ortelii, aliorumque doctiorum, præſertim Philippi Cluverii, qui hos fines ſic optime deſcribit. Ut habeas certum & verum Europæ & Aſiæ terminum, ſtatue poſt Mare Ægeum; (cujus major pars & ad Occaſum ſub Europa cenſetur) Helleſpontum, Propontidem vulgo *la mer de Marmora*, Boſphorum Thracium, Pontum Euxinum *la mer Noire*, Boſphorum Cimmerium, paludemque Moeotidem *la mer de Zabacche*, primum flueota Tanais *le Don* hodie, donec adverſo amne ad flexum ejus oppidumque *Tuja* pervenias qua Rhæ ſive Volgæ fluminis dextræ ripæ appropinquat, in Tartaria Moſcovitica, inde tranſverſum jugum quod inter utrumque flumen ex Septentrione in Meridiem protenſum vulgari vocabulo dicitur *Po-wlok*, à Volgæ læva ripa, Rhymnicos montes ad oppida *Weliki-Tumen* & *Leptin* in Siberia regione Moſcoviæ, proximamque Obii fluminis ripam, hinc ipſum flumen Obium uſque ad Oceanum Scythicum & promontorium Lytarmin. Atque hic tandem terminus terrarum ſitui quem nunc ſatis cognitum habemus quam maxime congruit : idemque veterum deſcriptioni quam proxime reſpondet, omne quippe Satmaticum littus, ipſaque tota Sarmatia, hoc limite Europæ ſuæ redduntur, hoc etiam modo omnis Hyperboreorum regio ultra Riphæos montes in una conſiſtit Europa, uti veterum quidam voluere, teſte Plinio ; quibus terminus haud dubiè Europæ fuit Obius fluvius, hac denique ratione omnis Ruſſia magna ſive Moſcovia in una continetur Europa.

Europa, diviſa fuit olim in varias regiones gentesque: hodie vero in plurima Regna, Principatus, Ducatus, & ditiones partitur, quæ omnia propriis in locis deſcribimus, & de his vide eorum enumerationem.

Europæ Regiones Olim Fuere.

Britannia Major.
Corſica.
Creta.
Dacia.
Dalmatia.
Epirus.
Gallia.
Gallia Ciſalpina.
Germania.
Græcia, ſive Achaia, & Hellas.
Hibernia.
Hiſpania.
Iazyges.
Illyricum.
Italia.
Macedonia.
Moeſia.
Noricum.
Pannonia.
Peloponneſus.
Rhætia.
Sarmatia Europæa.
Scandia.
Scythia Europæa.
Taurica Cherſoneſus.
Thracia.
Thule.
Vindelicia.

Europæ Regna et Partes nunc sunt.

Anglia, *l'Angleterre*.
Belgium, *les Pays-bas*.
Bohemia, *la Boheme*.
Bulgaria, *la Bulgarie*.
Corſica, *la Corſe*.
Creta, *la Candie*.
Dania, *le Danemarck*.
Eccleſiæ ditio, *l'Eſtat de l'Egliſe*.
Francia, *la France*.
Germania, *l'Allemagne*, in qua Electoratus & Principatus Imperii.
Græcia, *la Grece*.
Helvetia, *la Suiſſe*.
Hibernia, *l'Irlande*.
Hiſpania, *l'Eſpagne*.
Hungaria, *la Hongrie*.
Iſlandia, *l'Iſlande*.
Italia, *l'Italie*, in qua plures ditiones & Ducatus.
Moſcovia, ſeu Ruſſia magna, *la Moſcovie*.
Neapolitanum Regnum, *le Royaume de Naples*.
Norvegia, *la Norvege*.
Polonia, *la Pologne*, ſub qua Ducatus Pruſſiæ & Curlandiæ.
Portugallia, *le Portugal*.
Provinciæ Tributariæ, *les pays Tributaires du Turc*.
Sabaudia, *la Savoye*.
Sardinia, *la Sardaigne*.
Scotia, *l'Eſcoſſe*.
Sicilia, *la Sicile*.
Tartaria minor, *la petite Tartarie*.
Turcarum Imperium cis Helleſpontum, *l'Empire des Turcs en Europe*.
Veneta ditio, *l'Eſtat de la Republique de Veniſe*.

Europæ, etiam pars cenſetur à quibuſdam Nova Zemla regio, *la nouvelle Zemble*, quæ à Moſcovia ſeparatur tantum Vaigatio freto : uti & Spitzberga ſive regio montium Acutorum, *Spitzberg*, quæ tamen ab aliis plurimis ſub Terra Arctica comprehenditur, cum maxime ad Septentrionem extendatur.

Europæ urbes Præcipuæ.

Adrianopolis, *Endrem*, in Turcica ditione.
Amſterodamum, *Amſterdam*, Hollandiæ.

Antuerpia, *Anvers*, Belgii.
Argentoratum, *Straſburg*, Germaniæ.
Auguſta Vindelicorum, *Augsburg*, Germaniæ.
Barcino, *Barcelona*, Hiſpaniæ.
Belgradum, *Belgrad*, in Turcica ditione.
Berga, *Berghen*, Norvegiæ.
Bononia, *Bologna*, Italiæ.
Briſtolium, *Briſtoll*, Angliæ.
Bruxellæ, *Bruxelles*, Belgii.
Buda, *Budun*, Hungariæ.
Burdegala, *Bourdeaux*, Galliæ.
Calaris, *Cagliari*, Sardiniæ.
Cæſaraguſta, *Zaragoza*, Hiſpaniæ.
Colonia Agrippina, *Coln*, Germaniæ.
Conſtantinopolis, *Stamboul* & *Conſtantinople*, in Turcica ditione.
Cracovia, *Cracow*, Poloniæ.
Dublinum, *Dublin*, Hiberniæ.
Eboracum, *Yorck*, Angliæ.
Edimburgum, *Edinburg*, Scotiæ.
Florentia, *Firenze*, Italiæ.
Gedanum, *Dantzick*, Poloniæ.
Genua, *Genoa*, Italiæ.
Hafnia, *Koppenhagen*, Daniæ.
Hamburgum, *Hamburg*, Germaniæ.
Hiſpalis, *Sevilla*, Hiſpaniæ.
Holmia, *Stockholm*, Sueciæ.
Inſulæ, *Lille*, Galliæ.
Londinum, *London*, Angliæ.
Lubeca, *Lubeck*, Germaniæ.
Lugdunum, *Lyon*, Galliæ.
Lutetia Pariſiorum, *Paris*, Galliæ.
Madritum, *Madrid*, Hiſpaniæ.
Maſſilia, *Marſeille*, Galliæ.
Mediolanum, *Milano*, Italiæ.
Meſſana, *Meſſina*, Siciliæ.
Moſcovia, *Moſcow*, Moſcoviæ.
Neapolis, *Napoli*, Italiæ.
Norimberga, *Nuremberg*, Germaniæ.
Novogardia magna, *Novogrod Veliki*, Moſcoviæ.
Olyſippo, *Liſboa*, Portugalliæ.
Panormus, *Palermo*, Siciliæ.
Praga, *Prag*, Bohemiæ.
Riga, *Riig*, Sueciæ.
Roma, *Roma*, Italiæ.
Rothomagus, *Roüen*, Galliæ.
Sophia, *Sofie*, Bulgariæ.
Taurinum, *Torino*, Italiæ.
Theſſalonica, *Salonichi*, Turcicæ ditionis.
Toletum, *Toledo*, Hiſpaniæ.
Toloſa, *Toloſe*, Galliæ.
Valentianæ, *Valenciennes*, Galliæ.
Varſovia, *Warſaw*, Poloniæ.
Vienna, *Wien*, Germaniæ.
Venetiæ, *Venetia*, Italiæ.
Vilna, *Vilna*, Lithuaniæ.

EUROPA, provincia Illyrici Orientis, verſus Conſtantinopolim & Propontidem, ubi alias pars orientalis Thraciæ regionis, inter Pontum Euxinum ad Septentrionem & Melanem ſinum maris Ægei ad Meridiem extenſa, & nunc pars orientalis Romaniæ regionis, ſub Turcis. Ejus urbes erant Conſtantinopolis, Selymbria, Rhodoſtus, Callipolis, Apri, & Perynthus, teſtibus Ammiano, Procopio, & aliis.

EUROPÆI, populi, qui Europam unam ex quatuor orbis terræ partibus incolunt, vulgo *les Européens* Gallis, *gli Europei* Italis, *the Europeans* Anglis, & *Frankis* ſive etiam *Al-Frangues* dicuntur ab omnibus Aſiaticis, propter præclara geſta à Francis in illis partibus, præſertim tempore belli ſacri.

EUROPÆ MONTES, *los montes de Europa*, montes Hiſpaniæ, valde excelſi inter utramque Aſturiam, in confinio Regni Legionis, & in tractu *provincia de Liebana* dicto, teſtibus Oihenarto, & Roderico Mendeſio Sylva.

EUROPUM, urbs Syriæ ad Euphratem fluvium Plinio, Europus Ptolemæo, quæ & Amphipolis poſtea & Thapſacum dicta fuit, teſte Plinio.

EUROPUS, Cariæ urbs parva, teſte Stephano.

EUROPUS, oppidum Macedoniæ in Almoporum tractu, ad Arium fluvium, teſte Plinio.

EUROPUS, urbs Mediæ præclara ad Euphratem fluvium, teſte Ptolemæo, Rhages in libro Tobiæ appellata, nunc vulgo *Caſſan*, teſte Caſtaldo, in Perſia ultra Tabreſium in ortum, ab Armuza 100. leucis in Boream.

EUROPUS, urbs Macedoniæ in Æmathia tractu, teſte Ptolemæo, per quam Rhœdias fluit, forte eadem quæ Macetia, cujus meminit Euſtathius.

EUROTAS, fluvius Peloponneſi Straboni, & Plinio, nunc *Baſilipotamo* dictus, id eſt regius fluvius, Sophiano teſte, & *Iris* indigenis, ut ſcribit Niger, oritur in Arcadia regione, non procul ab Alpheo in vico Aſia, deinde per Laconiam fluens in Meridiem, Lacedæmonem urbem alluit, & in ſinum Laconicum ſe exonerat, dictus fuit etiam Hemerus & Marathon, teſte Plutarcho, & ad eum pulcberrima marmora effodiebantur, ejus meminit Ovidius libro 2. Amor.

EURYALUS, locus Siciliæ amœnus Livio, ad Syracuſas, hodie *Belvedere*, teſte Aretio, nominatus.

EURYMEDON, fluvius Aſiæ minoris Straboni, & Plinio, à Tauri montis jugo defluit in Piſidia regione, deinde in Meridiem per Pamphiliam fluens, Aſpendum urbem rigat, & paulo infra in mare Pamphilium ſe exonerat; & huc uſque Cimon Athenienſium dux Xerxem Regem Perſarum fugientem claſſe perſecutus eſt, teſte Mela, de quo Dionyſius Afer, nuncque *Zacuth* dicitur, teſte Theveto.

EUTANE, oppidum fuit Cariæ, ad ſinum Ceramicum Plinio, quod Euthane Melæ.

EUTROPIUM, locus Bithyniæ, ad Chalcedonem, ubi Mauricius Imperator à Phoca occiſus eſt, Procopio teſte.

EUXINUM MARE, & Pontus Euxinus, nunc *il Mare Maggiore* & *il Mare Negro* Italis, *la mer Noire* Gallis, inter Sarmatiam & Scythiam parvam ad Boream & Aſiam minorem ad Auſtrum, dicitur melius Pontus Euxinus. Vide ibi.

EXAMPEUS, ſeu Amaxampeus, locus, fons, & fluvius Sarmatiæ Europææ in Baſtarnis, teſte Herodoto libro 4. qui amaras ſuas aquas in Hypanim evomit, fluviumque dulciſſimum ſui diſſimillimum reddit, teſte Mela.

EXAQUIUM, *l'Eſſey*, vicus Galliæ, cum Abbatia in Normannia, & in Conſtantienſi agro, 4. leucis à Conſtantia diſtans in Septentrionem.

EXARCHATUS RAVENNAS, pars fuit Italiæ, quæ præcipitante Imperio Romano remanſerat ſub dominio Græcorum, qui in ea Præfectum habebant Exarchum dictum, unde dicta fuit Exarchatus, complectebaturque Æmiliam provinciam & Civitates Ravennam, Bobium, Cæſenam, Forum Popilii, Forum-Livii, Faventiam, Imolam, Bononiam, Ferrariam, Comaclum, Adriam, & Gabellum, cum eorum territoriis & finibus, ſicque erat ubi hodie Romandiola late ſumpta, cum aliquot locis in viciniis, & ei etiam aliquando unita fuit provincia Pentapolis dicta, in qua Ariminum, Piſaurum, Fanum, Senogallia Ancona, & Auximum, cum aliis urbibus; ſed cum poſtea Longobardorum Reges Exarchatum & Pentapolim ſui juris feciſſent, & deinde Summos Pontifices vexarent, Pipinus Francorum Rex eos magnis cladibus affecit & deinde Exarchatum Raven-

natem & Pentapolim Sommis Pontificibus conceſſit anno 753. quod poſtea confirmatum fuit à Carolo Magno ejus filio Francorum Rege & Imperatore anno 773. uti à Ludovico Pio ejus nepote, ſicque nuoc etiam pars eſt ampla ditionis Eccleſiæ magis ad Septentrionem extenſa.

Exeloounom, ſeu Exſoldunom, *Iſſoudun*, urbs Galliæ, in provincia Bituricenſi, ad amnem *Thiols*, 7. leucis à Biturico in occaſum; diciturque à quibuſdam, Exolidunum, & alias Etnodurum.

Exilissa, urbs Africæ in Mauritania Tingitana Ptolemæo, quæ & Liſſa, poſtea Septa, nunc *Centa* Hiſpanis, *Ciote* Gallis; ſic dicta à ſeptem montibus, qui ob æqualitatem ſeptem fratres appellantur, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Oliſypponenſi, & probe munita, cum portu ad fretum Herculeum contra Calpen, freto intercedente, 12. mill. paſſ. inde diſtans in Meridiem; ſubeſtque Regi Hiſpaniæ, cum alias paretet Regibus Portugalliæ à quibus expugnata fuerat, Mauris inde ejectis. Vide Septa.

Exitani, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ Straboni, quod Hexi eſt Melæ, aliis vero, & forſan melius, eſt Sexitanum, ounc creditor à quibuſdam *Velez Malaga* urbecula Regni Granatæ, proxima Malacæ urbi, ab ea 5. leucis recedens in ortum, aliis vero eſt *Adra*, oppidum ejuſdem regionis in ora maris Mediterranei. Vide Sexitani.

Exolidunum, *Iſſoudun*, urbs Galliæ Ivoni Carnotenſi. Vide Exelodunum.

Exomatæ, populi Sarmatiæ Aſiaticæ Valerio Flacco, qui Jaxamatæ Melæ, & Ixomatæ Polyæno, ſed qui ſint hodie non conſtat.

Exonaba, urbs Hiſpaniæ Luſitaniceæ, alias Epiſcopalis, cujus fit mentio in libris Conciliorum, forſan olim Oſſonaba dicta à Ptolemæo, nunc quidam interpretantur *Stombar* vicum Hiſpaniæ in Algarbia, aliis vero eſt Sylvæ *Silves*, urbs Algarbiæ præcipua, cui unita eſt Oſſonobenſis Eccleſia. Vide Sylvæ & Oſſonoba.

Exonia, olim Iſca Damnoniorum, vulgo *Exceſter*, urbs Angliæ in ejus parte occidentali, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Cantuarienſi, in Devonia provincia, ad Iſcam fluvium, aliquot milliaribus tantum ab ora maris Britannici diſtans in Septentrionem, & media fere inter Antiveſtæum promontorium ad occaſum & Vintoniam ad ortum, 60. milliaribus Anglicis à Briſtolio in ortum hybernum, & 178. à Londino in occaſum hybernum. Vide Iſca.

Exopolis, urbs Sarmatiæ Aſiaticæ Ptolemæo, ad Tanaim fluvium, & paulo ſupra ejus oſtia in ortum, nunc *Bogazar* dicta, ut exiſtimat Moletius.

Exquiliæ, mons Romæ, unus ex 7. collibus Ovidio: qui & Exquilinus mons. Vide Eſquiliæ; utroque enim modo legitur.

Extensio, promontorium Britanniæ majoris in Icenis Ptolemæo, quod Exoche in Græco codice, nunc teſte Camdeno, eſt *Eaſtonneſſe*, promontorium Angliæ, in ora Suffolciæ provinciæ, quod in Oceanum Germanicum excurrit.

Extrema, ſeu etiam Stremotium, *Extremoz*, oppidum munitum Hiſpaniæ in Regno Portugalliæ, & in provincia Tranſtagana, ad amnem Teram, 7. leucis ab Ebora diſtans in ortum æſtivum Helvas verſus totidem, & in eo obiit anno 1336. S. Elizabeth Regina Portugalliæ.

Extremadura, *l'Eſtremadura* indigenis, *l'Extremadure* Gallis, provincia eſt Hiſpaniæ, & Regni Legionis pars meridionalis, cui ſic adjacet verſus Septentrionem. A Meridie terminos habet Vandalitiam, ab occaſu Portogalliam, & ab ortu Caſtellam novam, dicta fuit etiam Extremadura Legionenſis, *la Eſtremadura de Leon*, quod Regni Legionenſis pars ſit jam ab anno 1230. teſte Martino Ximena, & ejus primaria urbs erat Salamanca, nunc autem dividitur in tres partes, teſte Brietio, nempe in Trans Anam, *Tra los Guadiana* ad Septentrionem: in intra Tagum & Anam, *Entre Tajo è Guadiana* quæ media: & in Trans Tagum, *Tra los Tajo*, quæ ad Meridiem, & ejus præcipua urbs eſt Pax Auguſta, teſte eodem Brietio, cum aliis, hinc Extremaduranus nomen gentis, *Eſtremeno* vulgo.

Extremaduræ urbes.

Alcantara, *Alcantara*.
Cauria, *Coria*.
Emerita, *Merida*.
Metallinum, *Medelin*.
Pax Auguſta, *Badajoz*.
Placentia, *Placentia*.
Turris Julia, *Trugilho*.

Extremadura Castellana, *la Eſtremadura de Caſtilla*, provincia fuit Hiſpaniæ, quæ olim dicta fuit Extrema Durii, ex eo quod a Septentrione terminabatur à Durio fluvio, ab ejus fontibus nempe ad oppidum Turrim Sillanam, ab occaſu vero ſeparabatur à Regno Legionis fluviolis *Heban & Rigamon*, uti poſtea Diœceſi Abulenſi, & hinc per Guadarramam & *Somoſierra* in ortum tendebat verſus fontes Durii fluvii, ſicque ejus circuitus erat leucarum 100. circiter, & ejus præcipua urbs erat Segovia, ſed poſtea Caſtellæ veteri unita fuit, & ejus pars etiam exiſtit, teſte Martino Ximena, & ab ea poſtea dictæ fuere aliæ provinciæ Extremaduræ.

Extremadura, quæ & Extremadura Portugallica, *la Eſtremadura* indigenis, *l'Extremadure Portugaiſe* Gallis, provincia eſt Hiſpaniæ in Regno Portugalliæ, verſus oſtia Tagi, quæ a Septentrione clauditur Beiræ provincia, ab ortu & Meridie Trans Tagana, & ab occaſu Oceano Occidentali, cujus præcipua urbs eſt Olyſippo totius Regni caput, & dividitur in ſex tractus quos Comarcas vocant, nempe Olyſipponenſem, Scalabitanum, Nabantium, Jerabricanum, Colliponenſem, & Cœtobrigenſem.

Extremadura Nova, *la Nueva Eſtremadura*, provincia Novæ Hiſpaniæ in Nicaragua regione, & in ora maris Borealis, ſic dicta aliquando ab Hiſpanis, quæ ab incolis & aliis ſæpius *Tlacuzcalpan* vocatur.

Extrema Durii, *l'Eſtremadura*, provincia Hiſpaniæ, dicitur ſæpius à recentioribus Extremadura. Vide ibi.

Extrematura, tractus Hiſpaniæ in Regno Aragoniæ, & in Diœceſi Pompelonenſi, prope Aragonii fluvii fontes, inter ipſum & Eſcam Onzellamque fluvios, & montes Pyrenæos, ut dignoſcitur ex Sanctii majoris Regis Navarræ titulo à Sandovallio edito, teſte Oihenartio.

Extuca, *Extuca*, provincia Regni Suſæ, in ora Oceani Atlantici, verſus Atlantem montem & confinia Biledulgeridiæ, teſte Marmolio, eſtque in limite Marochii Regni.

Eydera, *l'Eyder* fluvius parvus Daniæ, Jutiam ab Holſatia ſeparat, & inter Dithmarſiam & Eyderſtadiam ab ipſo dictam fluens, paulo infra in Oceanum Germanicum ſe exonerat, dicitur etiam Eydora.

Eyderstadia, *l'Eyderſtede*, tractus Daniæ in Jutia, ſic ab Eydera fluvio ipſum alluente dictus, à quibuſdam etiam vocatur Friſia Eyderenſis, eſtque in modum peninſulæ extenſa juxta Oceanum Germanicum, ipſam Eydera fluvio à Dithmarſia ſeparante; ſubeſt dominio Ducis Sleſvicenſis, & ejus caput eſt Toninga.

Eydora, fluvius Daniæ, *Eyder* vulgo, cujus fit mentio in actis mediæ ætatis, dicitur ſæpius Eydera. Vide ibi.

Digitized by Google

EZELINGA, urbs Germaniæ Eginartho, vulgo *Eſlingen*, Gallis *Eſling*, urbs parva Sueviæ, ad Nicrum fluvium, Imperialis & libera ſub protectione tamen Ducis Vurtembergenſis, uno milliari Germanico à Stutgardia diſtans in ortum, uti 12. à Spira Ulmam verſus 10. dicitur ab aliis & melius Eſlinga.

EZERUS, urbs Græciæ in Theſſalia, & in Achaiæ confinio, quæ Bœbe à Strabone dicta putatur, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Lariſſæ, & nunc *Eſero* dicta, teſte Sophiano. Vide Boebe.

F

FABARIA, quæ & Burchana, inſula Germaniæ Plinio, quæ Straboni Birchanis, nunc teſte Guillelmo Camdeno, eſt *Borkun*, inſula Friſiæ Orientalis in mari Germanico, contra oſtia Amaſii fluvii, & 6. milliaribus Germanicis ab Emda in occaſum æſtivum.

FABARIS, fluvius Sabinorum, teſte Servio, qui & Farfarus Ovidio, nunc *la Farfa* dictus, oritur prope caſtrum *Capo Farfa* dictum, deinde in occaſum hybernum fluens Farfenſe cœnobium rigat, & in Tiberim labitur paulo ſupra Fianum caſtrum.

FABARIUM, ſeu ad Favarias, *Pfeſers* cœnobium, ſitum eſt in Rhætorum regione, verſus Rhenum, in monte excelſo juxta Camingum amnem, duobus milliaribus infra Curiam, ubi ſunt thermæ ſeu aquæ ſalubres detectæ ſub Friderico II. Imperatore.

FABIANUS, pagus agri Sulmonenſis in Italia, ubi cum arva rigantur, herbæ aqua necantur, & fruges aluntur, teſte Plinio libro 17.

FABIRANUM, quæ & Phabitanum, urbs Germaniæ Ptolemæo, nunc creditur Brema, *Bremen*, urbs Archiepiſcopalis Germaniæ in Saxonia inferiori, atque Imperialis & libera ad Viſurgim fluvium, dicitur melius Phabiranum. Vide ibi.

FABRATERIA, colonia & oppidum Volſcorum in Latio Straboni, & Antonino, nunc *Falvaterra*, caſtrum Campaniæ Romanæ in ditione Eccleſiæ, prope Lirim fluvium, in ipſo confinio Regni Neapolitani, 8. milliaribus diſtans ab Aquino in occaſum, Populi Fabraterrani Plinio, ejus meminit Silius libro 8.

FABRIANUM, *Fabriano*, oppidum amplum, & unum ex 4. Caſtellis Italiæ, ut vocant, in ditione Eccleſiæ & in Marchia Anconitana, ad radices Apennini montis, & in limite Ducatus Urbini, inter Sentini rudera ad occaſum & Matelicam ad ortum, 6. mill. paſſ. à Camerino vero 14. diſtans in Septentrionem, hic optima charta conficitur, hinc Fabrianenſis nomen gentis, *Fabrianeſe* vulgo.

FABRICIUS PONS, unus ex pontibus urbis Romæ, à Fabricio Conſule exſtructus Publio Victori, nunc *il Ponte di quattro Capi*, teſte Andrea Fulvio, & ut ſæpiſſime vidi.

FACIS FLUVII PRÆFECTURA, *la Governacion de Rio de la Hacha*, Regio Americæ meridionalis, verſus oſtia Facis fluvii, in præfectura generali Terræ firmæ, ſub dominio Hiſpanorum, cum urbecula cognomine, eſtque inter præfecturam S. Marthæ ad occaſum, Venezolam regionem ad ortum, & mare Boreale ad Septentrionem.

FACIS FLUVIUS, *el Rio de la Hacha* Hiſpanis, *la Riviere des Flambeaux* Gallis, fluvius Americæ meridionalis in præfectura Generali Terræ firmæ, ad cujus oſtia urbs ineſt dicta Beata Maria ad Nives, *Nueſtra Señora de las Nieves*, quæ ab eo etiam perſæpe dicitur Fluvius Facis, *Rio de la Hacha*, eſtque parva ſub dominio Hiſpanorum.

FAGONIA, *Buchaw*, tractus Germaniæ, qui ab aliis Buchovia dicitur, juxta Haſſiam, & ſub dominio Fuldenſis. Vide Buchovia.

FAGOPHAGI, populi Germaniæ Trithemio, Thuringis, & Haſſis ſeu Cattis finitimi, necnon Franconiæ: quorum tractus Fagonia *Buchaw*, cujus caput eſt Fulda, urbs inter Herbipolim & Caſellam. Vide Buchovia.

FAIALIS, *Faial*, inſula maris Atlantici, & una ex Accipitrum inſulis ſeu Tertiis, ſatis parva, ſed fertilis & bene culta, ſub dominio Regis Portugalliæ, cum aliquot pagis & caſtris. 30. leucis Gallicis a Tertia diſtat in occaſum.

FALACRINUM, vicus Sabinorum Antonino, locus nativus Veſpaſiani Imperatoris. Vide Phalacrina.

FALACRIUM, ſeu Phalacrium, promontorium Siciliæ Ptolemæo, inter Pelorum promontorium ad ortum & Mylas oppidum ad occaſum, nunc *il Capo Raſocolmo* dicitur, teſte Fazello. ſed à nautis *il Capo Martello* vocatur.

FALARIENSES, populi Piceni Plinio, quorum oppidum Falaria excifum, quod adhuc *Fallerone* nominatur, teſte Pamphilo, prope Mandolam & Fanum S. Geneſii, & ad Tennæ fluvii fontes.

FALCIANA, ſive locus felix, oppidum Norici, cujus fit mentio in libris Notitiarum, nunc *Walſe* dicitur, teſte Lazio, eſtque vicus Auſtriæ inferioris, ad Danubium fluvium, 5. milliaribus Germanicis infra Lentium in ortum Viennam verſus.

FALCIS, *Falces*, oppidulum Hiſpaniæ in Regno Navarræ, & in Majorinatu Olitenſi, ad Aragum fluvium, vix 2. leucis ab Olita in occaſum, & 5. à Calaguri in ortum æſtivum.

FALCOBURGENSIS DITIO, *tlandt van Valckenburg* incolis, *le quartier de Fauquemont* Gallis, tractus Belgii & una ex quatuor partibus Ducatus Limburgenſis, ſive ditionis Ultramoſanæ, antea ſub Belgis poſtea Gallici juris effecta anno 1672. tandem rediit ad Belgas inita pace ad Noviomagum anno 1678.

FALCONIS MONS, Sigeberto, nunc *Valckenburg* incolis, *Fauquemont* Gallis, oppidulum Belgii in ditione Ultramoſana Brabantiæ, ſive in Ducatu Limburgenſi cum caſtro munito in colle, ad fluvium *Gueul* dictum in ditione Belgarum, ſed captum fuit à Gallis anno 1672. & ejus munitiones dirutæ fuere, diſtat 3. leucis ab Aquiſgrano in occaſum Trajectum ad Moſam verſus 2. & olim Coriovallum dictum fuit, teſte Cluverio.

FALCONIS PETRA, *Falkenſtein*, caſtrum Germaniæ intra limites Palatinatus Rheni, Comitatus cognominis caput, 6. milliaribus Germanicis à Vormatia diſtans in occaſum, & 4. à Crucinacio in Meridiem.

FALCOPINGA, *Fallekoping*, oppidum Sueciæ, in Weſtrogothia provincia, 5. milliaribus Suecicis à Scara urbe in Meridiem, & 8. à Wenero lacu.

FALERIA, & Falaris, quæ & Faleriis urbs fuit Hetruriæ in Faliſcorum finibus Livio, à Phalerio Argivo condita, ut narrant, quæ & Falerinum Ptolemæo, poſtea Epiſcopalis fuit anno 700. eratque in eodem plane ſitu ubi nunc Civitas Caſtellana, *Civita Caſtellana*, urbs ditionis Eccleſiæ, prope Tiberim fluvium, in provincia Patrimonii, teſte Cluverio. Poſtea uno milliari cum dimidio ab eo loco in planitie nova civitas condita fuit, ubi etiam hoc tempore ruinæ & veſtigia maxima viſuntur, quæ Falaris adhuc nomen retinent, *Falere*, & forte deſtructa veteri civitate, remanſit ibidem templum Junonis Faliſcæ, cum luco, quo deſtructis poſtea Faleris illis novis, incolas iterum ſe recepiſſe crediderim

tanquam

tanquam ad validum caſtellum ; atque inde civitatis Caſtellanæ nomen loco indidiſſe, teſte etiam Luca Holſtenio.

FALEMPINUM, *Falempin*, vicus Galliæ, cum Abbatia in Flandria Gallica, 3. leucis ab Inſulis in Meridiem, & 6. à Tornaco in occaſum, ſub dominio Francorum.

FALERII, quæ Falatis aliis urbs Hetruriæ, dicitur melins Faleris. Vide ibi.

FALERNUS, mons & ager Campaniæ Plinio & Livio, inter Calenum & Sinueſſam, maximæ fertilitatis; ager enim frumenti, mons vini generoſiſſimi ferax eſt, Maſſico junctus. Tametſi ſunt qui Falernum montem Puteolis proximum faciant, & nomen antiquum retinere ſcribant. Hinc Falernus nomen gentis, ejus meminit Virgilius libro 1. Georgicorum.

FALESA, *Falaiſe*, oppidum Galliæ in Normannia. Vide Faleſia.

FALASIA, *Falaiſe*, oppidum Galliæ, in Normanniaprovincia, & in Algia tractu ad Antam amnem, 7. leucis a Cadomo in Meridiem diſtat, & 10. à Sagio in occaſum æſtivum, patria eſt Guillelmi Nothi, Normanniæ Ducis qui Angliæ Regnum ſubjugavit anno 1066. & poſteris tranſmiſit, juxta eſt Gibræum, *la Guibray*, ſuburbium nundinis ſuis celebre. Vide Faleſia.

FALISCA, Colonia & urbs Herturiæ Polybio, Faliſcum Stephano, Faliſcorum caput, prope Tiberim fluvium, dicitur melius Faleris, ut pluribus probat Cluverius libro 11. antiquæ Italiæ, nuncque *Civita Caſtellana* vocatur. Vide Faleris.

FALISCI, populi Herturiæ Plinio & Straboni, inter Ciminum montem & Tiberim fluvium incolentes: quorum urbes, Faleria, Feſcennia & Horta, eorum etiam meminit Virgilius libro 7. Æneidos.

FALISCORUM MONS, in Hetruria quibuſdam, qui & Soractes mons aliis, nunc mons S. Ædiſti, *il monte di S. Oreſte*, & etiam aliquando *il monte di S. Silveſtre* dictus, ad cujus radices ineſt oppidulum *S. Oreſte* vocatum, prope Tiberim fluvium, in provincia Patrimonii S. Petri, & è regione Sabinæ, 8. milliaribus diſtans à Civitate Caſtellana in Meridiem Romam verſus. teſte etiam Luca Holſtenio.

FALMUTUM, *Falmouth*, portus Angliæ capaciſſimus in ora meridionali Cornubiæ provinciæ, & in intimo ejus receſſu, prope arcem *Pendenis* dictam, à quibuſdam Volemuthium dicitur, & 30. milliaribus Anglicis diſtat à Plimuto in occaſum.

FALONES, populi verſus Hungariam, quorum meminit Otho Friſingenſis, ſed qui ſint hodie non conſtat.

FALSTRIA, *Falſter*, inſula Daniæ, in mari Baltico, inter inſulas Lalandiam ad occaſum & Monam ad ortum verſus Auſtrum Zeelandiæ, à qua ſeparatur tantum anguſto freto Viridi dicto, vulgo *Groene Sund*. Ibi oppidum *Nikoping*, cum arce munita, & ſub dominio Regis Daniæ, hinc Falſtrienſis nomen gentis Pontano & aliis.

FALSUM CAPUT, *el Cabo Falço*, promontorium Africæ in Cafreria regione, prope Caput Bonæ ſpei, maxime in Meridiem extenſum, & pars promontorii Bonæ Spei.

FAMA AUOUSTA, ſeu Hamacoſtos, *Famagoſta* incolis & Italis, *Famagouſte* Gallis, urbs permunita Cypri inſulæ, in ejus ora orientali, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Nicoſienſi, olimque Arſinoe dicta, teſte Luſignano, gaudet portu capaci. & à Turcis expugnata anno 1571. die 9. Auguſti poſt obſidionem 10. menſium ipſis etiamnum ſubeſt, ſedet in planitie, & 35. mill. paſſ. diſtat à Nicoſia in ortum.

FAMENENSIS TRACTUS, *Famine*, regioncula Belgii, in Ducatu Luxemburgenſi, verſus Marchiam oppidum, ſed ejus periere limites.

FANESTRIA, *Faneſtria*, alias urbs Epiſcopalis, nunc vicus Italiæ, & ditionis Eccleſiaſticæ in Romandiola provincia, ferè in ruinis jacens.

FANIA, *la Fagne*, ſic dicitur à quibuſdam ſylva Belgii in ditione Leodienſi, alias pars Comitatus Hannoniæ inter Moſam fluvium ad ortum, Hannoniam ad occaſum, Campaniam provinciam ad Meridiem & Namurcenſem Comitatum ad Septentrionem verſus Carolomontium, Mariæburgum, & Philippovillam, quæ à Comitibus Hannoniæ vendita fuit Epiſcopis Leodienſibus.

FANO MARTENSIS PAGUS, tractus fuit Galliæ Belgicæ circa Scaldim fluvium, in Nerviis, prope Fanum Martis, ubi poſtea pars Comitatus Valentianarum, & nunc pars Hannoniæ Francicæ.

FANOPOLIS, ſic dicitur aliquando Veldkirchium, urbs Germaniæ in Suevia ad Rhenum fluvium, teſte Buccelino. Vide Veldkirchium & Feldkirkia.

FANSHERUS, *le Fanſhere*, fluvius Africæ, in inſula Madagaſcaria, & in Carcanoſſia tractu. In Oceanum ſe exonerat in parte meridionali prope arcem Delphinam, teſte Flacurtio. Eique adjacet vicus *Fanſhere* dictus, in mediterraneis.

FANTINUM REGNUM, *le Royaume de Fantin*, tractus parvus Africæ, in Guinea regione & in ora aurea, ubi Cormentinum & aliquot arces Anglorum & Belgarum.

FANUM AD TAVUM, *Landaff*, urbs Angliæ in Vallia. Vide Landava.

FANUM CANICI, ſeu Kilkeonium, & Cella S. Canici, *Kilkenny*, urbs munita Hiberniæ, in Lagenia provincia, Comitatus cognominis caput, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Dublinenſi, verſus Momoniam, diſtat fere 50. mill. paſſ. à Dublino in occaſum hybernum, eſtque fere media inter Caſſiliam & Caterlogum. Vide Kilkennium.

FANUM FIDEI, *Santa Fé* incolis, *Sainte Foy* Gallis, oppidum Hiſpaniæ in Regno Granatenſi, ad Singilim fluvium, extructum fuit à Ferdinando Rege anno 1491. in planitie, prope fontem dictam *los Ojos da Gueſcar*, cum caſtro, & 2. leucis diſtat à Granata in occaſum, ſed deficit in dies.

FANOM FORTUNÆ, urbs Italiæ in Umbria Plinio, quæ Fanum ſimpliciter Cæſari, & Colonia Faneſtris Melæ, nunc etiam Fanum, *Fano*, vulgo, urbs Epiſcopalis ditionis Eccleſiæ, intra fines Ducatus Urbinatis, ſed tamen ab ipſo revulſa, ſatis culta eſt in ora littoralis ſinus Veneti, 5. milliaribus à Piſauro in ortum, Senogalliam verſus 15. in planitie, & patria fuit Clementis VIII. Aldobrandini Pontificis Maximi, hic nati patre Florentia exulante, hinc Fanenſis nomen gentis, *Faneſe* vulgo.

FANUM FORTUNÆ, ſeu Tychopolis, & Glucſtudium, *Glucſtadt*, oppidum recens Germaniæ in Holſatia, à Chriſtiano IV. Rege excitatum & munitum, ad Albim fluvium. Vide Glucſtadium.

FANUM JOVIS, *Fanjaux*, oppidulum Galliæ in Occitania, verſus Toloſam, teſte Catello.

FANUM LUCIFERI, *S. Lucar de Barameda* incolis, *S. Luque* Gallis, oppidum munitum Hiſpaniæ, cum portu in Vandalitia provincia, ad oſtia Bœtis fluvii, 6. leucis diſtans à Gadibus in Septentrionem, & 15. ab Hiſpali in occaſum hybernum.

FANUM MARTIS, oppidum Nerviorum in Gallia Belgica Antonino, nunc vicus & caſtrum tenue Belgii Francici *Fanmars*, in Comitatu Hannoniæ, una leuca diſtans à Valentianis in Meridiem, eratque Comitatus ſatis extenſi caput, teſte Henrico Ultremanno.

FANUM MARTIS, urbs Italiæ in via Claudia, nunc *Peſcia*, oppidum Tuſciæ in agro Piſano ad amnem Peſciam, ad radices Apennini montis, teſte Cluverio libro 2. reſtauratum fuerat à Deſiderio Longobardorum Re-

ge, & ſedet inter Lucam ad occaſum, Piſtoriam ad ortum & Fanum S. Miniati Teutonis; à quibus diſtat 12. milliaribus; eratque antea Lucenſis Diœceſis, ſed à Leone X. Pontifice Maximo excerptum fuit & factum nullius Diœceſis, teſte Ughello in Italia Sacra.

Fanum S. Ægidii, *S. Gilles*, oppidum Galliæ, in Occitania provincia, ubi S. Ægidius Eremiticam vitam duxit, patria fuit Clementis IV. Pontificis Maximi. Vix una leuca à Rhodano fluvio in occaſum diſtans, uti & tribus ab Arelate, eſtque in dominio utili Equitum Melitenſium, vocatur ſitum in Valle Flaviana, & ab eo Occitania dicta fuit aliquando provincia S. Ægidii, teſte Catello.

Fanum S. Africani, *S. Fricque*, oppidum Galliæ in Aquitania, in Rutenenſi provincia ad amnem Sorgam, prope Vabras urbem, octo leucis à Rutenis in Meridiem, & 5. ab Amiliano in occaſum hybernum.

Fanum S. Agathæ, *S. Agata*, oppidum amplum Regni Neapolitani in Calabria ulteriori, à Græcis inhabitatum, & natura munitum, 4. milliaribus à Rhegio diſſitum in ortum.

Fanum S. Agathæ Gothorum, *S. Agata de Goti*, urbs parva Italiæ, in Regno Neapolitano, & in Principatu Ulteriori, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Beneventano, in confinio Terræ Laboris, & media ferè inter Beneventum ad ortum & Capuam ad occaſum.

Fanum S. Agathæ, *Santia*, oppidum Italiæ in Pedemontio, & Comitatus caput in agro Vercellenſi in quo obiit Franciſcus II. Eſtenſis Mutinæ Dux bello celebris, die 14. Octobris anno 1658. diſtat 14. mill. paſſ. a Vercellis in occaſum Eporediam verſus 20.

Fanum S. Agrippani, olim Chinacum, nunc *S. Agreve*, caſtrum Galliæ in Vivarienſi provincia ſuperiori, 20. mill. paſſ. ab Anicio in ortum, & ſic dictum fuit à S. Agrippano ibi occiſo.

Fanum S. Albani, *S. Albans*, oppidum Angliæ, in Comitatu Harfordienſi. Diſtat 6. milliaribus Anglicis ab Harfordia in occaſum, & 15. à Londino in Septentrionem; & Verolamium ab antiquis dictum fuit. Vide ibi.

Fanum S. Albini, *S. Aubin du Cormier*, oppidulum Galliæ, in Britannia minori, prælio ſuo anno 1488. memorabile, prope fluvium *le Coueſnon* dictum. 5. leucis diſtat à Rhedonibus in Septentrionem, & totidem à confinio Normanniæ in Meridiem.

Fanum S. Amandi, *S. Amand*, oppidulum Belgii Francici alias munitum, in Comitatu Flandriæ & in Tornacenſi agro, cum Abbatia celebri, ad Scarpam fluvium. 3. leucis diſtat à Valentinianis in Septentrionem, Tornacum verſus 4. ſubeſtque dominio Francorum ab anno 1667. Dictum fuit olim Elno à quibuſdam. Vide ibi.

Fanum S. Amarini, ſeu S. Marini, *S. Amarin*, oppidulum Germaniæ in Alſatia ſuperiori, male dicitur a quibuſdam *S. Damarin*, & ſic denominatur à S. Marino Martyre, ſedet ad amnem *Senne*, eſtque ſub dominio Abbatis Murbacenſis, 13. mill. paſſ. à Mulhuſio in occaſum Lotharingiam verſus 7.

Fanum S. Andreæ, antea Lavantum, *S. André*, urbs parva Germaniæ in Carinthiæ Ducatu, ad Lavantum fluvium, in qua commoratur Epiſcopus Lavantinus, ſub dominio Archiepiſcopi Saliſburgenſis, in valle Lavantina, vix 2. milliaribus Germanicis à Dravo fluvio, & 11. à Clagefurto in ortum, in Carinthia inferiori, & in ipſo limite ditionis Auſtriacæ.

Fanum S. Andreæ, *S. Andrew*, urbs Scotiæ Archiepiſcopalis, in Fifa provincia & in ora Oceani Germanici, cum arce alias permunita. Condita fuit ab Heirguſto Pictorum Rege, & dicta primum *Kirkrenil* quaſi Reguli templum, & à Pictis *Rigmund* & *Centimunt*. Vide Andreapolis.

Fanum S. Andreæ, *Santander*, urbs culta & urbs munita Hiſpaniæ, in Biſcaia provincia, cum duplici arce & portu percapaci, in ora littorali Oceani Aquitanici. 15. leucis Hiſpanicis diſtat à Bilbao in occaſum, & 7. a Fano S. Julianæ in ortum, eſtque ſecunda inter quatuor urbes littorales Biſcaiæ, ſed Gregorius de *Argaiz* exiſtimat hanc urbem olim dictam fuiſſe Larabetam, & deinde Fanum S. Trudonis, unde poſtea corrupte nomen recens *Santander* ei inditum. Alias Flavionavia dicta fuit. Vide ibi.

Fanum S. Anemundi, *S. Chamont*, oppidum Galliæ in Lugdunenſi præfectura, ad fluviolum *Giez* ſeptem leucis à Lugduno in occaſum hybernum, verſus Fanum S. Stephani 2. eſtque ſatis cultum.

Fanum S. Angeli, *S. Angelo*, oppidum Regni Neapolitani, in Capitanata provincia, in ſummitate Gargani montis, ſexto à Manfredonia milliario poſitum, unde mons ipſe aliquando S. Angeli dicitur, oppidum eſt natura munitum, in quo viſitur ſacrum antrum titulo S. Michaelis Archangeli in rupe montis ad ſimilitudinem Eccleſiæ excavatum, & toto orbe celeberrimum, cum locus ſit ubi fuit illuſtris illa ipſius S. Michaelis Archangeli apparitio, Gelaſio primo Pontifice Maximo anno 493. eſtque oppidum etiamnum ſatis cultum.

Fanum S. Angeli Longobardorum, *S. Angelo de Lombardi*, urbs Italiæ, in Regno Neapolitano & in provincia Principatus Ulterioris, ad radices Apennini montis, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Compſano. 7. milliaribus diſtat à Compſa in Septentrionem, & 20. à Benevento in occaſum æſtivum. Urbs eſt parva, & ſenſim deficit.

Fanum S. Angeli, *S. Angelo*, caſtrum Italiæ in ditione Eccleſiæ, & in Marchia Anconitana, in monte ad radices Apennini, ubi natus S. Nicolaus Tolentinas a diuturno illius civitatis domicilio appellatus, prope Cingulum oppidum.

Fanum S. Angeli, *S. Angelo*, caſtrum Italiæ in Ducatu Mediolanenſi, & in agro Laudenſi, 6 mill. paſſ. à Laude Pompeia in occaſum Ticinum verſus 20. circiter, in agro perferaci.

Fanum S. Angeli Vadani, ſeu in Vado *S. Angelo in Vado*, urbs parva Italiæ, & ditionis Eccleſiæ, in Ducatu Urbinate, juxta Metaurum fluvium, ad radices Apennini montis, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Urbini, ſed unita eſt cum Urbania. Eſt in confinio ditionis Florentinæ, & 15. milliaribus diſtat ab Urbino in occaſum, dictaque fuit olim Tifernum Metaurum.

Fanum S. Antonii, *S. Antoine*, oppidulum Galliæ in Delphinatu, & in agro Viennenſi, intra montes, cum Abbatia percelebri, in cujus Eccleſia requieſcit corpus S. Antonii Abbatis, dictum fuit olim Motta S. Deſiderii, ut mihi narrarunt dum ea loca inviſerem, & in eo commoratur Abbas generalis ordinis S. Antonii, vix 2. leucis diſtat ab Iſara fluvio, & 4. à Romanis ad Furaniam amnem.

Fanum S. Antonini, *S. Antonin*, urbs parva Galliæ in Aquitania, ad Avarionem fluvium, in Ruthenenſi provincia, & in limite Cadurcenſis & Albigenſis provinciarum, alias munita fuit, ſed poſtea male habita fuit, & ejus munitiones ſolo æquatæ, eſtque media fere inter Francopolim Ruthenorum ad ortum, & Montem Albanum ad occaſum.

Fanum S. Aredi, *S. Irier*, oppidulum Galliæ in Lemovicenſi provincia, olim Attanum, dicitur ſæpius Iredium. Vide ibi.

Fanum S. Arnulphi, *S. Arnoul*, oppidulum Galliæ in provincia Belſiæ, & in Carnotenſi agro, in ſylva Aquilina, 7. leucis à Carnuto in ortum æſtivum Pariſios verſus.

Fanum S. Asaphi, ſeu Aſaphopolis, *S. Aſaph*, urbecula Angliæ, in Vallia Boreali, & in Comitatu Flintenſi, ad amnem *Cluyd*. Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Cantuarienſi. Diſtat 5. milliaribus Anglicis a Denbighia in Septentrionem, 5. ab ora maris Hibernici in Meridiem, & 8. a Flinto in occaſum.

Fanum S. Audomari, *S. Omer*, urbs Galliæ in Belgio, & in Comitatu Arteſiæ, probe munita intra paludes, ad Agnionem fluvium. Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Cameracenſi, & a Gallis capta anno 1677. ipſis etiamnum ſubeſt. Vide Audomaropolis.

Fanum S. Augustini, *S. Agoſtin*, oppidulum Americæ ſeptentrionalis in Florida, cum arce ſub dominio Hiſpanorum, in ora orientali, & in Tegeſta provincia.

Fanum S. Bertrandi, *S. Bertrand*, urbs parva Galliæ, in Aquitania, ad Garumnam fluvium, Convenarum caput, & ad radices Pyrenæorum montium, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Auxitano; & alias Lugdunum Convenarum dicta fuit. Vide ibi.

Fanum S. Botolphi, *Boſton*, quod *Baſton* pronunciant, oppidulum Angliæ in Lincolnenſi provincia, cum portu ad oſtia fluvii *Vitham*, vix 2. mill. paſſ. ab ora maris Germanici, 27. à Lincolnia in ortum hybernum, & 94. à Londino in Septentrionem.

Fanum S. Brioci, & Briocum, *S. Brieu*, urbs Galliæ, in minori Britannia, & in ora ejus ſeptentrionali, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Turonenſi, cum portu in ſinu maris Britannici, 16. leucis diſtans à Macloviopoli in occaſum, 10. a Trecorio in ortum, Rhedones verſus 20. eſtque ſatis munita.

Fanum S. Chanemundi, *S. Chamond*, oppidum Galliæ in Lugdunenſi provincia, quod melius Anemundi Caſtrum dicitur. Vide ibi, & Fanum S. Anemundi.

Fanum S. Christinæ, *S. Chriſtina*, oppidulum Hiſpaniæ, in Regno Aragoniæ & ad fontes Aragonii fluvii, ad radices Pyrenæorum, & in confinio Galliæ. 4. leucis diſtat à Jacca in Septentrionem.

Fanum S. Christophori, *S. Chriſtoval de la Havana*, urbs Americæ ſeptentrionalis in Cuba inſula, cum portu capaciſſimo. Dicitur aliter & ſæpius Havana. Vide ibi.

Fanum S. Christophori de Lacu, *la Laguna*, oppidum Teneriffæ inſulæ in Canariis, verſus oram Africæ occidentalem. Vide Lacus.

Fanum S. Christophori, *S. Chriſtophle en Touraine*, oppidum Galliæ in Turonenſi provincia, ad pedes collis, in confinio Andegavenſis & Cenomanenſis provinciarum. 6. leucis diſtans a Turonibus in Septentrionem.

Fanum S. Clari, *S. Cler*, oppidulum Galliæ ad Eptam fluvium, in provincia Inſulæ Franciæ & in Vulcaſſino Francico, in ipſo limite Normanniæ, 15. leucis a Pariſiis in occaſum æſtivum.

Fanum S. Claudii, *S. Claude*, oppidum Galliæ, in Comitatu Burgundiæ, in limite Breſſiæ provinciæ & Geſſiæ tractus, alias dictum fuit Fanum S. Eugendi *S. Oyen de Joux*, & Jurenſe Monaſterium, Abbatiam habens celebrem & primum Condadiſcone dictum fuit & Condatiſcenſe Monaſterium 5. leucis diſtat a Geneva in occaſum, & 3. à Rhodano fluvio. Hinc mons Jura adjacens dicitur etiam mons S. Claudii in illo tractu.

Fanum S. Cloooaloi, *S. Clou*, burgus cultiſſimus Galliæ, olim Novigentum dictus cum ponte lapideo ad Sequanam fluvium, & ſuperbiſſimo palatio, peramœnoque ſeceſſu Ducis Aurelianenſis, duabus leucis infra Pariſios in occaſum in colle, ibi obiit Henricus tertius Francorum Rex anno 1589. & nuper Ducatus titulo inſignitus fuit Achiepiſcopi Pariſienſis.

Fanum S. Columbæ, *Sainte Colombe*, oppidulum Galliæ, in Lugdunenſi provincia, ad Rhodanum fluvium, ex adverſo Viennæ Delphinatus, cui ponte alias conjungebatur. 5. leucis diſtat à Lugduno in Meridiem Condrievium verſus 2. eſtque melius Viennæ ſuburbium, cujus olim pars præcipua fuerat.

Fanum S. Crucis, *Santa Cruz de la Sierra*, vicus Hiſpaniæ in Extremadura provincia, ad radices montis S. Crucis, 2. leucis diſtans à Turri Julia in Meridiem, cum caſtro diruto.

Fanum S. Crucis, *Santa Cruz* cognomento *de la Zarça*, oppidulum Hiſpaniæ, in Caſtella nova, 7. leucis ab Ocania in ortum Concam verſus, & olim vicus Cuminarius dictum fuit.

Fanum S. Crucis, *Santa Cruz*, oppidum parvum ſed munitum Africæ, in Regno Suſæ, in ora Oceani Atlantici, cum portu capaci, & caſtro. Dicitur aliter Agades, *Cap d'Aguer*, & à Mauris *Darrumia*; & excitatum fuerat a Luſitanis. Sed anno 1536 captum fuit a Rege Suſæ, cui etiamnum ſubeſt.

Fanum S. Crucis de Monte, *Santa Cruz de la Sierra*, urbs recens & parva Americæ meridionalis, in Peruа regione, in provincia dicta *la Sierra*. Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo civitatis *de la Plata* dictæ. Maximè in ortum tendit; eſtque ad radices collis, in confinio Paraguaiæ regionis. 100. leucis Hiſpanicis diſtans ab urbe Argentina ſeu *de la Plata* in ortum, & 60. ab Argenteo fluvio in occaſum, ſub Hiſpanis, dicitur etiam *Barança*, & ejus Epiſcopus commoratur in oppido *Miſque* dicto.

Fanum S. Cyriacæ, ſic dicta fuit in media ætate Hieracium *Gieraci*, urbs Regni Neapolitani, in Calabria ulteriori. Vide Hieracium.

Fanum S. Davidis, *S. Davides*, oppidulum Angliæ in Vallia meridionali, & in Penbrochienſi Comitatu, in ora maris Vergivii, 24. milliaribus à Mariduno, & paucis admodum conſtans incolis, dicitur aliter Menevia. Vide ibi.

Fanom S. Deooati, *S. Diey*, oppidum Galliæ in Lotharingiæ Ducatu, & in Vogeſia tractu, ubi Monaſterium Vallis Galileæ, ad Murtam fluvium, & verſus confinia Alſatiæ, vix 10. leucis à Briſaco in occaſum æſtivum Nanceium verſus diſtans.

Fanum S. Deooati, *S. Dié*, oppidulum Galliæ in Bleſenſi agro, ad Ligerim fluvium, inter Bleſas ad occaſum & Balgentiacum ad ortum.

Fanum S. Desiderii, *S. Dizier*, urbs Galliæ munita, in Campania provincia, ad Matronam fluvium, obſidione ſua celebris, ſedet in limite Barrenſis Ducatus. 6. leucis à Barro in occaſum, & totidem à Victoriaco in ortum diſtans, 12. autem à Catalauno, capta fuit à Carolo V. Imperator anno 1544. ſed poſtea reddita pace ad Crepiacum ſancita.

Fanum S. Dionysii, ſive etiam Dionyſiopolis *S. Denis*, cognomento *en France*, urbs parva Galliæ in provincia Inſulæ Franciæ, & in tractu Francia dicto, ad Crodoldum fluviolum, *la Crou*, qui paulo infra cadit in Sequanam: Abbatiam habens percelebrem à Dagoberto Rege fundatam, cum inſigni Eccleſia ab eo etiam exſtructa, anno 636. in honorem S. Dionyſii, cujus corpus in ea requieſcit, ſed Eccleſiam vetuſtate collabentem, de novo in hanc ampliorem formam quam nunc videmus, exſtruxit Suggerius Abbas, ſpatio trium annorum & trium menſium, ſub Ludovico VII. Rege, ut legitur in geſtis dicti Suggerii, Eccleſia perfecta fuit anno 1144. & in ea viſuntur Regum Franciæ Mauſolæa, urbs ipſa olim amplioris fuit circuitus, cum ad Sequanam extenderetur, à qua nunc tantiſper diſtat in ortum, duabus vero leucis a Pariſiis in Septentrionem, & in ea obiere Francorum Reges Dagobertus I. anno 648. Childericus III. & Pepinus anno 768. teſte Doobleto.

Fanum S. Dionysii, *S. Denis*, vicus Galliæ in Normannia Ducatu, & in ſylva Leonum, ubi obiit Henricus I. Angliæ Rex anno 1135.

Fanum S. Dominici, *S. Domingo*, urbs munita & Archiepiſcopalis Americæ ſeptentrionalis, in parte meridionali Hiſpaniolæ inſulæ, cum portu capaci. Vide Dominicopolis.

Fanum S. Edmundi, *Bury*, ſeu *S. Edmonds Bury*, oppidulum Angliæ in Suffolcia provincia, 19. mill. paſſ. ab Elia in ortum Ipſvicum verſus 31.

Fanum S. Eugendi, *S. Oyen de Joux*, oppidulum Galliæ. Vide Fanum S. Claudii.

Fanum S. Eulaliæ, *S. Olalla*, oppidulum Hiſpaniæ in Caſtella nova, in fundo prope Talaveram Reginæ & Eſcalonam, una leuca à fluvio *Alberche*, & 3. a Tago.

Fanum S. Euphemiæ, *S. Eufemia*, oppidum Regni Neapolitani in Calabria ulteriori, & in ora maris Tyrrheni, peſſime habitum terræ motu anno 1638.

Fanum S. Euticnii, *Santoyo*, oppidulum Hiſpaniæ in Regno Legionenſi, & in tractu Camporum, olim Gella dictum. Vide ibi.

Fanum S. Facundi, *Sahagun*, oppidum Hiſpaniæ in Regno Legionenſi, & in tractu Camporum cum caſtro, ad Ceam fluvium, 7. leucis à Palentia in occaſum æſtivum, Legionem verſus, cum cœnobio antiquo.

Fanum S. Felicis, *S. Felice*, caſtrum ditionis Eccleſiæ, in Campania Romana, ad radices Circeii montis, in ora maris Tyrrheni, ubi olim Elpenoris tumulus, prope Pontinas paludes, & male *S. Felicita* dicitur in tabulis recentibus.

Fanum S. Fidei, *Sainte Foy*, oppidum Galliæ in Aquitania ad Duranium fluvium, & in Agimenſi provincia, in ipſo limite Petrocoriceoſis provinciæ, 4. leucis à Bergeraco in occaſum Liburniam verſus.

Fanum S. Fidei, *S. Fe*, urbs parva Hiſpaniæ in Regno Granatenſi. Vide ſupra Fanum Fidei.

Fanum S. Fidei, *Santa Fé*, urbs Americæ meridionalis in Paraguaia regione, & in Argentea provincia, juxta fluvium Salſum 240. mill. paſſ. ab urbe *Buenos ayres* in Septentrionem, eſtque parva admodum ſub Hiſpanis, 8. leucis ab Argenteo fluvio.

Fanum S. Fidei de Bogota, *Santa Fé de Bogota* Hiſpanis, *Sainte Foy* Gallis, urbs Archiepiſcopalis Americæ meridionalis, in novo regno Granatenſi cujus caput exiſtit, prope fluvium *Pati* & lacum *Guaravita*, longe a mari remota, ſub dominio Hiſpanorum, & ad radices montis Bogotæ, unde ei cognomen inditum.

Fanum S. Fidei, *Santa Fé*, urbs Americæ ſeptentrionalis, in novo regno Mexicano, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Mexicano, ante paucos annos ab Hiſpanis exſtructa, 9. leucis à fluvio Boreali *de Nort* diſſita, dicitur etiam *S. Fé de Granada* à tractus accolis, & 500. leucis diſtat à Mexico in Septentrionem.

Fanum S. Fidei, *Santa Fé*, urbs parva Americæ ſeptentrionalis & novæ Hiſpaniæ, in provincia Veragua, media inter utrumque mare Boreale & Auſtrinum, 12. leucis ab urbe Conceptionis, ſub Hiſpanis.

Fanum S. Florentii, *San Fiorenzo*, oppidulum Italiæ, in ora Boreali Corſicæ inſulæ parvum & munitum, cum portu & ſinu cognomini, ſub dominio Genuenſium, Canelata antiquis dictum, ut quidam autumant. 20. milliaribus diſtat à Sacro promontorio in Meridiem, ſed fere deſertum jacet propter aeris gravitatem, uno milliari à Nebii ruderibus.

Fanum S. Florentini, *S. Florentin*, oppidum Galliæ in Campania, ad Armentionem fluvium, 5. leucis à Juiniaco in ortum Tornodorum verſus totidem.

Fanum S. Flori, *S. Flour*, urbs Epiſcopalis Galliæ, in Alvernia provincia. Vide Floropolis.

Fanum S. Francisci de Campeche, *S. Franciſco de Campeche*, urbecula Americæ ſeptentrionalis, in Nova Hiſpania, & in Yucatania provincia, cum porto in ora maris Borealis, ſub Hiſpanis, dicitur etiam *Campeche*, & anno 1596. ab Anglis vaſtata fuit, 33. leucis diſtans à Merida.

Fanum S. Francisci de Quito, *S. Franciſco de el Quito*, urbs ampla Americæ in Peruæ Regno. Vide Quito.

Fanum S. Galli, *S. Gal*, oppidum Helvetiæ, cum Abbatia inſigni, cujus Abbas Imperii Princeps eſt, in Turgea tractu, & ex præcipuis Sociis Helvetiorum. Uno milliari Germanico tantum diſtat a lacu Conſtantienſi, & 4. à Lindavia in occaſum, fuitque alias urbs Imperialis & libera, ſed poſtea ab Imperio exempta.

Fanum S. Gaudentii, *S. Gaudens*, oppidulum Galliæ in Occitania, & in Comitatu Convenarum, in Neboſano tractu, ad Garumnam fluvium, 21. leucis a Lugduno Convenarum diſtans in Septentrionem Lombarium verſus.

Fanum S. Genesii, *S. Genais*, oppidum fuit Galliæ in Provincia, prope Aſtromelam ſinum, ſitum in colle, ſed anno 1111. derelictum ab incolis propter nimias incurſiones pyratarum, & ex ejus ruinis extructum fuit Martigium *Martegues* oppidum in viciniis.

Fanum S. Germani, *San Germano*, oppidum Italiæ, in Pedemontio & in Vercellenſi agro, alias munitum. 12. milliaribus diſtans à Vercellis in occaſum, Taurinum verſus.

Fanum S. Germani, *S. Germano*, oppidum Italiæ in Regno Neapolitano & in provincia Terræ Laboris, ad radices montis Caſini Aquinum verſus, & 5. milliaribus à Liri fluvio.

Fanum S. Germani in Lemeruno, *S. Germain Lembrun*, urbs parva Galliæ in Alvernia inferiori, & in Lembruno tractu prope Elaverem fluvium, 2. leucis ab Iſiodoro in Meridiem, uti 8. à Claromonte Brivas verſus quatuor.

Fanum S. Garmani in Laia, *S. Germain en Laye*, oppidum Galliæ in provincia Inſulæ Franciæ, in colle, prope Sequanam fluvium, cum duplici palatio Regio ſuperbiſſimo, veteri nempe & novo, ubi ſæpe Regum ſeceſſus, prope Laiam ſylvam, unde ei cognomen inditum, quatuor leucis diſtans à Pariſiis in occaſum, & una tantum à Piſciaco, eſtque celebre natalibus trium Regum Francorum, videlicet Henrici II. anno 1518. Caroli IX. anno 1550. & Ludovici Magni anno 1638. uti & pace ibi ſancita inter Reges Francorum & Sueciæ & Electorem Brandeburgicum die 29. Junii anno 1679. qua Pomerania citerior ſive Regia Suecis reddita fuit.

Fanum S. Goari, *S. Gewer* incolis, *S. Gover* Gallis, oppidum Germaniæ ad Rhenum fluvium, & in inferiori Comitatu Cattimeliboci, ei adjacet in colle Rhenofelda arx munita, & ſubeſt dominio Lantgravii Haſſo Rhenofeldenſis ab ea dicti, in limite ditionis Trevirenſis, 4. milliaribus Germanicis ſupra Confluentes in Meridiem, inter Veſaliam ſuperiorem & Bodobrigam, ut pluries vidi dum illas partes luſtrarem anno 1673.

Fanum S. Gothardi, *S. Gottard*, cœnobium Hungariæ inferioris, in limite Stiriæ, ad Arrabonem fluvium ubi recipit *Lauſnitz* fluviolum, 1. milliaribus Germanicis à Cormendino, ubi Turcæ victi & grandi clade affecti fuere a Gallis anno 1664.

Fanum S. Gisleni, ſive Giſlenopolis, & Cella S. Giſleni, *S. Ghiſlain*, oppidulum Belgii Hiſpanici in Hannonia provincia, cum Abbatia intra paludes ad Haynam fluvium, duabus leucis a Montibus diſſitum in occaſum Condatum verſus tribus, captum fuit à Gallis anno 1677. & anno 1679. redditum Hiſpanis cum

prius ejus munitiones dirutæ fuiſſent pace ad Noviomagum ſancita.

FANUM S. HIPPOLITI, *S. Polten*, urbecula Germaniæ in Auſtria inferiori ad fluvium *Draſſain*, in ditione tamen Epiſcopi Paſſavienſis, 6. milliaribus Germanicis a Vienna in occaſum, & 3. à Danubio fluvio in Meridiem.

FANUM S. HIPPOLITI, *S. Pilt* incolis, *Saint Hippolite* Gallis, oppidulum Germaniæ in Alſatia ſuperiori, & in limite inferioris, uno milliari Germanico a Schelestadio diſtans in occaſum, ſub dominio Francorum.

FANUM S. HUBERTI, *S. Hubert*, oppidulum ditionis Leodienſis, in Ducatu Bullionenſi, ad amnem *Ho nne*, & ſub dominio olim proprii Abbatis, 4. leucis Belgicis diſſitum à Baſtonia in occaſum, & 14. à Leodio in Meridiem, in confinio Ducatus Luxemburgici, olim Andainum dictum fuit. Vide ibi.

FANUM S. JACOBI, *Santiago*, portus Americæ in Nova Hiſpania, & in provincia Mechoacania, cum oppidulo in ora maris Pacifici, in Coluna tractu, & in limite Novæ Gallecıæ, teſte Laetio.

FANUM S. JACOBI, *Santiago* cognomento *de Chile*, urbs Americæ meridionalis, Regni Ciles primaria, in mediterraneis, & ad radices Andium, ab Hiſpanis exſtructa, juxta fluvium Maipum. Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Limenſi dicto, 15. leucis a mari Pacifico in ortum diſtans, & 80. a Conceptione in Septentrionem, eſtque ampla & probe culta cum ſupremo tribunali regionis.

FANUM S. JACOBI DE PLANITIE, *Santiago de la Vega*, urbs Americæ in parte meridionali Jamaicæ inſulæ, 12. milliaribus Anglicis a portu Regio diſtans, antea ab Hiſpanis condita, & ſic dicta, nunc vero Anglis ſubeſt, eſtque ſatis ampla, & inſulæ primaria, in dies reſtauratur.

FANUM S. JACOBI, *Santiago de Cuba*, urbs parva Americæ ſeptentrionalis, in ora meridionali Cubæ inſulæ, cum portu capaciſſimo & arce, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo S. Dominici, ſub Hiſpanis, ſed deficit in dies fere in vicum redacta.

FANUM S. JACOBI DA STOREA, *Santiago del Eſtero*, urbs Americæ meridionalis, in Tucumania regione, ſub Hiſpanis, juxta fluvium *Eſtero* dictum, 170. leucis Hiſpanicis a Potoſio diſtans.

FANUM S. JACOBI DE GUATIMALA, *Santiago de Guatimala*, urbs Americæ ſeptentrionalis, in Nova Hiſpania, & in provincia Guatimala, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Mexicano. Vide Guatimala.

FANUM S. JACOBI, *Santiago* Hiſpanis, *Santiogue* Gallis, oppidum Americæ ſeptentrionalis in inſula Hiſpaniola ſive S. Dominici, verſus oram Borealem ab Hiſpanis excitatum eis etiamnum ſubeſt.

FANUM S. JACOBI, *S. James* incolis, *S. Gemes* Gallis, oppidum Americæ, in Barbata inſula una ex Antillis, in mari ſeptentrionali, recens exſtructum ab Anglis, cui ſubeſt, cum antea locus *The Hall* dictus eſſet ab incolis, & *la Halle* Gallis, eſtque probe monitum, 2. leucis tantum diſtans à Fano S. Michaelis.

FANUM S. JACOBI DE VALLIBUS, *Santiago de los Valles*, urbs Americæ ſeptentrionalis in Nova Hiſpania, & in Panuca provincia, juxta Panucum fluvium, & 25. leucis a Panuco urbs in occaſum, ab Hiſpanis excitata in mediterraneis.

FANUM S. JACOBI, *Santiago*, ſic dicitur perſæpe ab Hiſpanis Compoſtella urbs Gallæciæ primaria, *Compoſtella* vulgo, quod in ea exiſtiment ſervari corpus S. Jacobi Apoſtoli. Vide Compoſtella.

FANUM S. IGNATII, *S. Ignacio*, oppidulum tenue Americæ meridionalis, in Paraguaia regione, & Parana provincia, ad fluvium Paranam, recens ab Hiſpanis extructum.

FANUM S. JOANNIS, *S. Jean*, urbs Sabaudiæ Ducatus, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Viennenſi, ad Arcum fluvium, & in Mauriana valle, unde ſæpe vocatur ab exteris *S. Jean de Maurienne*, eſtque ſatis culta ſed parva, & ſine muris, in planitie intra montes, 3. leucis diſſita a confinio Delphinatus in Septentrionem, Monaſterium urbem Tarantaſiæ verſus 5. & decem a Gratianopoli in ortum.

FANUM S. JOANNIS, *S. Jean*, oppidum Germaniæ in Vaſgovia tractu, ad Saram fluvium ſeu Sarvum, qui ibi ponte jungitur lapideo, è regione oppidi Saræpontis, & ſub dominio Comitis Naſſovii Saræpontani, in ipſo limite Lotharingiæ.

FANUM S. JOANNIS AD TAVUM, *S. Johnſtonne*, urbs Scotiæ ſeptentrionalis, alias Perthia dicta à provincia cognomine, in qua ſedet, ad Tavum fluvium, 20. milliaribus Scotis diſtat ab Edimburgo in Septentrionem, arcem habens à Cromwello excitatam.

FANUM S. JOANNIS ANGERIACI, *S. Jean d'Angely*, oppidum amplum Galliæ, in Santonia provincia, alias munitum fuit; ſed ejus munitiones disjectæ fuerunt à Rege Ludovico XIII. Vide Angeriacum.

FANUM S. JOANNIS DE AURO, *San Juan de Oro*, oppidulum Americæ meridionalis, in Perua regione, intra montes, & in provincia Camata in mediterraneis, 35. leucis Hiſpanicis diſtat à lacu Titicaca in ortum, ſub Hiſpanis.

FANUM S. JOANNIS DE CONFINIO, *S. Juan de la Frontera*, oppidum Americæ meridionalis in Regno Ciles, & in Chicuita provincia, ad radices Andium, & prope lacum Guanagachum, ſub Hiſpanis

FANUM S. JOANNIS DE PORTU DIVITE, *S. Juan de Puerto ricco* Hiſpanis, *S. Jean de Portric* Gallis, urbs Americæ ſeptentrionalis, inſulæ Portus divitis caput, in mari Boreali caput. Jacet ad Septentrionalem partem inſulæ, cum portu capaci & arce Hiſpanorum; eſtque Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Dominiceopolitano. Capta fuerat ab Anglis anno 1599. ſed poſtea ab ipſis vaſtata, & derelicta.

FANUM S. JOANNIS DE RUPE, *S. Juan de la Peña*, monaſterium Hiſpaniæ in Aragoniæ Regno, in monte Uruelo, ad radices Pyrenæorum, & alias in antiquo Comitatu Aragoniæ, eſtque percelebre etiam ob ſepulchra Regum, teſte Oihenarto.

FANUM S. JOANNIS DE ULUA, *S. Juan de Ulua & de Lua* incolis, *S. Jean de Luz* Gallis, *S. Jean de Lud* Belgis, arx triangularis Americæ ſeptentrionalis, in ora littorali Novæ Hiſpaniæ, in inſula parva ei adjacente in mari ſeptentrionali, contra portum veræ Crucis, & ad ipſius tutelam, ab Hiſpanis extructa, diſtat 80. leucis Hiſpanicis ab urbe Mexico in ortum, & nôtandum quod urbs veræ Crucis ei adjacens, dicta fuit etiam Fanum S. Joannis de Ulua, anteaquam huc migrarent Hiſpani, qui urbem veterem veræ Crucis inhabitabant, à quibus nomen antiquum mutatum fuit.

FANUM S. JOANNIS IN PISCARIA, *S. Joan do Peſquera*, caſtrum Portugalliæ Regni, in Transmontana provincia, ad Durium fluvium, ubi primum navigabilis eſt, 25. leucis diſtans ab Oceano in ortum, & 5. leucis à Lameca ad confluentes Tueli fluvii in Durium.

FANUM S. JOANNIS LAUDONENSIS, *S. Jean de Laune*, oppidum Galliæ, in Ducatu Burgundiæ, ad Ararim fluvium, parvum eſt, ſed antea munitum, & fruſtra obſeſſum a Germanis anno 1637. Diſtat 3. leucis ab Auxona in Meridiem. Dicitur & Laudona.

FANUM S. JOANNIS LOISII, *S. Jean de Luz* incolis *Loizune*, oppidum Galliæ, in Vaſcitania, in regiuncula Lapurdenſi, *la Terre de Labour* dicta, juxta oſtium amnis *Urdacury*, ubi in Oceanum

Aquitanicum in exonerat, 2. leucis à confinio Hiſpaniæ & ab arce Fonte rapido in ortum. Ibi celebrata fuere anno 1660. ſponſalia Ludovici Magni Francorum Regis Chriſtianiſſimi cum Maria Thereſia Auſtriaca. Dicitur aliter Luiſium. Vide ibi.

Fanum S. Joannis Pedeportuensis, *S. Jean pied de Port*, oppidum Galliæ permunitum, in Navarra inferiori, intra montes, ad amnem Nivum, vix una leuca à confinio Navarræ ſuperioris & a montibus Pyrenæis, & 8. à Baiona in Meridiem, & dictum fuit alias Imum Pyrenæum, teſte Petro de Marca.

Fanum S. Josephi, *S. Joſeph*, oppidum Americæ, in inſula Trinitatis in mari Boreali, 6. leucis ab ora littorali diſſitum, nuper a Gallis captum & vaſtatum.

Fanum S. Irenes, *Santaren* vulgo, urbs Hiſpaniæ in Portugallia, olim Scalabis dicta. Vide ibi.

Fanum S. Julianæ, *Sant Illana*, oppidulum Hiſpaniæ in Aſturiis, & prope oram littoralem maris Cantabrici, quod ab aliis dicitur *Santillana* ſimpliciter, caput eſt Aſturiæ cognominis, 5. leucis a Fano S. Andreæ in occaſum, juxta fluvium parvum, tribus tantum mille paſſibus ab ora diſtans, & olim Concana dictum fuit, ut exiſtimant.

Fanum S. Laudi, *S. Lo*, urbs Galliæ in Normannia inferiori, & in Conſtantienſi tractu, ad Viriam fluvium, 8. leucis a Conſtantiis caſtris in ortum Cadomum verſus 2.

Fanum S. Laurentii de Aquosis, *S. Laurent des eaux*, oppidulum Galliæ in Sicalonia tractu, prope Ligerim fluvium, & medium fere inter Aurelias ad ortum & Bleſas ad occaſum, paulo ſupra Balgentiacum.

Fanum S. Leonardi, *S. Leonhart*, oppidum Germaniæ in Carinthia inferiori, cum in valle Lavantina, prope Lavantum fluvium, & confinia Styriæ, in ditione Epiſcopi Bambergenſis, & vix 2. milliaribus Germanicis à Fano S. Andreæ diſtans.

Fanum S. Leonis, & Leopolis, *S. Leo*, urbs Italiæ, in ditione Eccleſiaſtica, & Ducatu Urbini, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Urbinate. Ejus Epiſcopus dicitur etiam Feretranus à regiuncula adjacente. Urbs ipſa parva, ſedet in monte arduo, in limite Romandiolæ & Tuſciæ, prope amnem Ariminum, 15. milliaribus à Sarſina in ortum, & 5. tantum a Fano S. Marini in occaſum, eſtque probe munita.

Fanum S. Leonis, *S. Leone*, urbs fuit parva Regni Neapolitani in Calabria Citeriori, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Siberenenſi, nunc omnino exciſa, inter Crotonem & Siberenam, dicta fuit etiam Leonia, & ejus Epiſcopatus ſuppreſſus fuit anno 1571. à Pio V. Papa, & Siberenæ unitus.

Fanum S. Leonis, *S. Lyé*, vicus Galliæ in Campania provincia, ubi S. Leo obiit, eſtque ad Sequanam fluvium paulo infra Trecas.

Fanum S. Licerii, *S. Licer*, urbs Galliæ, in Aquitania. Vide Conſerrani

Fanum S. Lucæ de Barameda, *S. Lucar de Barameda*, urbs Hiſpaniæ in Vandalitia, cum portu ad oſtia Bætis fluvii. Vide Luciferi fanum, & fanum Luciferi.

Fanum S. Lucæ Majoris, *S. Lucar la Major*, oppidum Hiſpaniæ in Vandalitia, ad fluviolum *Guadiamar*, & in planitie *del Ajarafe*, 4. leucis diſtat ab Hiſpali in occaſum, & Ducatus titulo inſignitur gentis Guzmanæ.

Fanum S. Luciæ, *S. Lucia*, urbs parva Siciliæ inſulæ in Valle Demonæ, Ducali titulo inſignita, in agro Meſſanenſi, 25. milliaribus à Meſſana diſtans in occaſum.

Fanum S. Ludovici, *S. Luis de ol Maranhaon*. Luſitanis, urbs recens & parva Americæ meridionalis in Braſilia, & in Maraniana inſula, ſic dicta fuit quod a Francis exſtructa fuerit anno 1612. nunc ſubeſt Regi Portugalliæ, & Epiſcopalis facta fuit, ſub Archiepiſcopo S. Salvatoris die 30. Auguſti 1677. ab Innocentio XI. Papa.

Fanum S. Maclovii, *S. Malo*, urbs Galliæ, probe culta, in Britannia minori, parva, ſed munita & dives, cum portu capaci & caſtro. Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Turonenſi, & crevit ex ruinis Alethæ. Vide Macloviopolis.

Fanum S. Marcellini, *S. Marcelin*, oppidum cultum Galliæ in provincia Delphinatus inferioris, prope Iſaram fluvium, 14. leucis infra Gratianopolim in occaſum hybernum Romanum verſus 4. in planitie amœniſſima & perampla.

Fanum S. Marcelli, *la Ville de S. Marcel*, ſic dictum fuit alias ſuburbium S. Marcelli Civitatis Pariſienſis in media ætate, quod ab urbe ſeparatum eſſet, & muris clauſum & in ea perſæpe degeret Epiſcopus Pariſienſis.

Fanum S. Marci, & Marcopolis, *S. Marco*, urbecula Italiæ, parva admodum in Regno Neapolitano & in Calabria citeriori, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Coſentino, ſed ab ejus juriſdictione immunis, vix 10. milliaribus diſtat à mari Tyrrheno in ortum, & 7. à Beſidiano, 16. autem a Coſentia in Septentrionem, & olim Argentanum dicta fuit, ut ſcribit Gabriel Barrius, ſeu ex ejus ruinis crevit.

Fanum S. Mariæ de Iguazu, *S. Maria de Iguazu*, oppidulum Americæ meridionalis in Paraguaia regione, & in Parana provincia, ad Iguazum amnem, ſub Hiſpanis.

Fanum S. Mariæ de Remediis, *nueſtra Señora de Remedios*, urbs Americæ meridionalis in Terrafirma regione, dicitur aliter & ſæpius *Rio de la Hacha*, fluvius f cis. Vide ibi.

Fanum S. Mariæ, *S. Marie*, oppidulum Americæ, Mariæ terræ regionis præcipuum in Virginia, ad fluvium S. Georgii, recens excitatum, ſub dominio Angliæ Regis.

Fanum S. Marini, *San Marino*, oppidulum Italiæ, in monte excelſo ſitum, ſui juris, & caput Reipublicæ cognominis, cui ſubſunt tantum duodecim pagi ſeu villæ. Eſt inter Ducatum Urbini & Romandiolam, verſus Ariminum amnem, intra ditionem Eccleſiæ, 5. milliaribus diſtans a Fano S. Leonis in ortum, & 10. ab Arimino in Meridiem, dicitur à plurimis Titanus mons. Vide ibi.

Fanum S. Marthæ, *Sancta Marta*, urbs Americæ meridionalis, regionis ſeu gubernii cognominis caput in Terrafirma, in ora littorali maris Borealis, cum portu & arce valida Hiſpanorum. Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo S. Fidei; fuitque alias ab Anglis & Belgis unitis expugnata & vaſtata, ideo paucis conſtat incolis.

Fanum S. Mathæi, *S. Mahé*, in finibus terræ dictum, ejus oppidulum Galliæ in Britannia minori, & in intimo receſſu ad occaſum, cum promontorio cognomine. Vide Gobæum,

Fanum S. Mathæi, *S. Matheo*, oppidulum Americæ ſeptentrionalis, cum arce in Florida, in ejus parte orientali & in Tegeſta provincia, cum portu in ora maris Borealis, ſub dominio Hiſpanorum, ſed nunc fere dirutum jacet.

Fanum S. Mauræ, *Santa Maura*, oppidum Græciæ in Leucade inſula, & in ora Epiri, probe cultum cum arce & portu, unde nomen recens inditum fuit inſulæ; crevit ex ruinis Leucadis urbis ad aliquot milliaria diſtantis.

Fanum S. Maxentii, *S. Maixant*, oppidum Galliæ in Pictavenſi provincia, cum Abbatia adjacenti ad Separam, 4. leucis diſtans à Niortio, & 9. à Fon-

Digitized by Google

tenaco in ortum Pictavium verſus 11.

Fanum S. Maximini, *S. Maximin*, oppidum Galliæ, in Provincia, verſus montes & ad fontes amnis Argentei, 6. leucis ab Aquis Sextiis in ortum, & 8. à Telone in Septentrionem, & forſan Villa Lata dictum fuit alias, ut quidam exiſtimant.

Fanum S. Menehildis, *Sainte Menehould*, oppidum Galliæ, in Campania provincia, & in Argona tractu, cujus caput exiſtit, ad Axonam fluvium, 9. leucis à Catalauno in ortum, Virdunum verſus totidem. Bis expognatum fuit hiſce ultimis temporibus, & arcem habet in colle ſatis munitam.

Fanum S. Michaelis Archangeli, *l'Arcangel*, urbs & emporium celebertimum Moſcoviæ in ejus parte ſeptentrionali, ad oſtia fluvii Duinæ in mare Album. Vide Archangelopolis.

Fanum S. Michaelis, *S. Mihel* vulgo, urbs Lotharingiæ, ad Moſam fluvium, in Ducatu Barenſi, media inter Tullum ad Meridiem, & Virdunum ad Septentrionem.

Fanum S. Michaelis, *S. Miguel*, oppidum Americæ ſeptentrionalis, in Nova Hiſpania & provincia Mechoacana, 40. leucis Hiſpanicis diſtat à Mexico in occaſum, verſus Zacatecas populos.

Fanum S. Michaelis, ſive Michaelopolis, *S. Michaels* incolis, *S. Michel* Gallis, oppidum recens Americæ in Barbata inſula ex Antillis, ab Anglis extructum in ejus ora occidentali, quod antea Pons dictum fuit. Vide Michaelopolis & Pons.

Fanum S. Michaelis, *S. Miguel*, oppidum novum Americæ ſeptentrionalis, in nova Hiſpania & in provincia Guatimala, in ora maris Auſtrini, & ad oſtia fluvii Lempæ, ſub Hiſpanis, 60. leucis Hiſpanicis diſtat à Guatimala in ortum.

Fanum S. Michaelis, *S. Miguel*, oppidulum Americæ meridionalis, in novo Regno Granatenſi, verſus montes, in ditione Hiſpanorum. Paucis conſtat incolis.

Fanum S. Michaelis, *S. Miguel*, urbs Americæ meridionalis in Perua regione, & in præfectura generali Quitoa, dicitur etiam perſæpe *S. Miguel de Piura*, ab Hiſpanis quibus ſubeſt, quod ſita ſit in valle *Piura*, 12. leucis in ortum ab ora maris Pacifici, eſtque prima Hiſpanorum colonia in Perui deducta,

Fanum S. Michaelis ol Matta, ſeu de Stotea, *S. Miguel de Eſtero* incolis, *S. Michel de la Natte* Gallis, urbs parva Americæ meridionalis, Tucumaniæ regionis caput, ad radices montium, ſubeſt Hiſpanis, 28. leucis diſtans à Fano S. Jacobi de Stotea, eſtque Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo de Plata.

Fanum S. Miniati Teutonis, *S. Miniato al Tedeſco*, urbs longa Italiæ, in Hetruria & in agro Florentino, in colle, prope Arnum fluvium, media inter Piſas ad occaſum & Florentiam ad ortum, anno 1622. in Epiſcopalem ſedem erecta ſub Archiepiſcopo Florentino à Gregorio XV. Pontifice Maximo, ſubeſt dominio magni Ducis Hetruriæ, & 20. milliaribus diſtat à Luca in ortum.

Fanum S. Naboris, quod & Novacella, *S. Avand*, oppidum Galliæ in Lotharingia, ſatis cultum cum Abbatia celebri, alias munitum fuit, ſed à paucis annis ejus muri disjecti fuere, & 9. leucis diſtat à Metis in ortum Satæpontem verſus.

Fanum S. Nicolai, *S. Nicolas*, burgus peramœnus Lotharingiæ in Gallia, ad Murtam fluvium, duabus leucis ſupra Nanceium in Meridiem, devotione erga ſanctum Nicolaum Mirenſem Epiſcopum celebris.

Fanum S. Nicolai, *S. Nicolas*, burgus Belgii amplus & probe cultus in Vaſia tractu Flandriæ, 3. leucis ab Antuerpia diſtans in occaſum hybernum Gandavum verſus quinque.

Fanum S. Palatii, *S. Palais*, urbs parva Galliæ in Navarra inferiori, in Mizia tractu, ad *Bidouſe* fluvium parvum, vix 3. leucis diſtans à confinio Beneharniæ in occaſum, verſus fanum S. Joannis Pedeportuenſis 7. circiter.

Fanum S. Papuli, *S. Papoul*, urbs parva Galliæ, in Occitania provincia, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Toloſano. Dicitur Papulopolis, & San Papulum, 5. leucis diſtans a Carcaſſone in occaſum æſtivum Toloſam verſus, à qua 9. leucis diſtat, eſtque in Lauraco tractu, una leuca a Caſtello-novo Arri, & alias erat in Diœceſi Toloſana.

Fanum S. Pauli, *S. Paul*, oppidum Galliæ in Provincia, & in ejus parte orientali, vix una leuca a Vincio in Meridiem, verſus oram maris Mediterranei totidem, & Antipolim verſus tribus, prope confinia Comitatus Nicecnſis.

Fanum S. Pauli Leonini, *S. Paul de Leon*, ſeu *Leondoul* incolis, urbs Galliæ, in Britannia minori & in ora littorali maris Britannici, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Turonenſi. Vide Leonia & Staliocanus portus.

Fanum S. Pauli Tricaſtinenſis, *S. Paul* ſeu etiam, *S. Paul Troiſchaſteaux*, urbs Galliæ, in provincia Delphinatus, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Arelatenſi, & in limite Provinciæ. Vide Auguſta Tricaſtinorum.

Fanum S. Petri de Monaſterio, *S. Pierre le Mouſtier*, urbs parva Galliæ in Nivernenſi provincia. Vide Monaſterium S. Petri.

Fanum S. Petronillæ, *S. Petrouel*, ſeu *Peteriel*, caſtrum Germaniæ in Auſtria inferiori, ad Danubium fluvium, ubi erat alias Carnuntum urbs, paulo ſupra Hamburgum oppidum, & 3. milliaribus Germanicis à Poſonio in occaſum Viennam verſus 5.

Fanum S. Pontii Tomeriarum, *S. Pons*, urbs Galliæ, in Occitania, parva ſed Epiſcopalis. Vide Tomeriæ & Pontiopolis.

Fanum S. Portiani, *S. Pourçain*, urbs Galliæ in Alvernia inferiori, in colle, ad fluvium *Ciaule*, qui una leuca infra in Elaverem ſe exonerat, eſtque fere in Borbonenſi provincia inſerta, 12. leucis diſtans a Claromonte in Septentrionem, uti 7. ab Aquaſperſia.

Fanum S. Quintini, *S. Quentin*, urbs munita Galliæ, in Picardia, & in Veromanduis, ad Somonam fluvium. Vide Quintinopolis.

Fanum S. Quirici, *S. Quirico*, oppidulum Italiæ in colle, in Hetruria & agro Senenſi, prope Orciam amnem, 3. milliaribus diſtat à Pientia in Auſtrum, inter Radicofanum & Senas, ſub dominio Magni Ducis Hetruriæ, & 20. milliaribus à Senis.

Fanum S. Reguli, urbs Scotiæ, nunc Andreapolis *S. Andrews*. Vide Reguli Fanum.

Fanum S. Remigii, *S. Remy*, oppidum Galliæ in Provincia, olim Glanum dictum, ut exiſtimat Honoratus *Bouche*, 12. mill. paſſ. ab Arelate Aquas Sextias verſus in ortum, & antea *Frete* vocatum, teſte Julio Solerio.

Fanum S. Romuli, *San Remo*, oppidum Italiæ, in Liguria, & in ora occidentali Genuenſi; eſtque lepidum & cultum, in valle feraci, 9. milliaribus diſtat ab Albintemelio in ortum, ſubeſtque dominio Genuenſis Reipublicæ.

Fanum S. Salvatoris, & Soteropolis, *S. Salvador*, urbs ampla Americæ meridionalis, & Braſiliæ regionis primaria, juxta ſinum omnium Sanctorum, vulgo *la Bahia de todos os Santos*, à quo urbs ipſa dicitur etiam ſæpe *la Bahia*. Portu gaudet percapaci & arce valida, in ora maris Braſilii, eſtque Archiepiſcopalis facta anno 1676. ab Innocentio XI. Pontifice Maximo, ſedet in edito colle, & capta fuerat à Belgis unius an-

no 1624. Sed poſtea recepta à Luſitanis anno ſequenti, ipſis etiam ſubeſt.

Fanum S. Salvatoris, *S. Salvador*, urbs Africæ in regno Congi, cujus primaria exiſtit, & ab incolis *Banza* vocatur. Vide Soteropolis.

Fanum S. Sebastiani, & Sebaſtianopolis, *S. Sebaſtian* Hiſpanis, *Donaſtien* incolis, & *S. Sebaſtien* Gallis, urbs Hiſpaniæ probè munita, ad radices montis in Ipuſcoa provincia, cum arce in colle, & portu capaci, in ora littorali Oceani, ad oſtia fluvii Menlaſci. Vix tribus leucis diſtat à confinio Galliæ in occaſum, & 12. à Pompeiopoli in Septentrionem.

Fanum S. Sebastiani, *S. Sebaſtian*, urbs Americæ meridionalis, & Præfecturæ fluvii Januarii caput, in Braſilia, cum portu capaci & duplici arce, ſub Luſitanis, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Soteropolis anno 1676.

Fanum S. Sequani, *S. Seine*, oppidulum Galliæ, cum Abbatia in Burgundiæ Ducatu, & in Burgundia propria, in limite Alexienſis tractus, vix 2. leucis à fontibus Sequanæ fluvii in ortum hybernum Divionem verſus 5.

Fanum S. Severi, *S. Severo*, urbs Regni Neapolitani in Apulia, in quam tranſlatus fuit Epiſcopatus Civitatenſis urbis exciſæ a Gregorio XIII. Pontifice Maximo anno 1580. dicitur ſæpius Severopolis. Vide ibi.

Fanom S. Severi, *S. Sever*, urbs Galliæ in Vaſconia. Vide Severopolis.

Fanum S. Simphoriani de Auzone, *S. Saphorin d'Ozon*, oppidulum Galliæ in provincia Delphinatus, medium inter Lugdunum ad Septentrionem, & Viennam ad Meridiem 2. leucis cum dimidia utrimque diſſitum.

Fanum S. Spiritus, *le Saint Eſprit*, urbs Galliæ in Occitania inferiori, cum arce probe munita, & ponte lapideo oblongo ad Rhodanum fluvium, è regione Delphinatus, & unde perſæpe dicitur urbs ab exteris, ſed malè, Pons Sancti Spiritus, ſita eſt in ipſo limite Vivatienſis provinciæ inferioris, & 3. leucis diſtat à Vivario urbe in Meridiem Avenionem verſus 7. vix una à confinio Comitatus Vindaſcini, & paulo plus ab Auguſta Tricaſtinorum in occaſum hybernum.

Fanum S. Spiritus, *el Eſpiritu Santo*, urbs Americæ Septentrionalis, in Nova Gallæcia regione Novæ Hiſpaniæ.

Fanum S. Stephani, *Kirkbyſteven*, id eſt Eccleſia Stephani, oppidulum tenue Angliæ, in Weſtmaria provincia, ad Itunam fluvium, verſus montes, & in limite Eboracenſis provinciæ, nunc in vicum redactum eſt.

Fanum S. Stephani, *S. Eſtienne*, ſeu & *S. Eſtienne de Furans*, burgus ampliſſimus, & cultiſſimus Galliæ, in Forenſi provincia, ad radices collis, & juxta amnem Furanium, 2. leucis diſtat à Ligeri fluvio, & decem à Lugduno in occaſum hybernum, eſtque carbonis terreſtris fodinis celebris. Vide Furanium.

Fanum S. Thomæ, *S. Thomé*, urbs Africæ in inſula cognomine, verſus oram Guineæ regionis, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Oliſypponenſi, ſub dominio Luſitanorum, cum portu & arce in viciniis, ubi plurimæ tabulæ recentes notant eſſe prætenſam illam urbem *Povoaçaon*, à voce quæ Luſitanice habitationem ſonat, unde crevit error ex ignorantia illius linguæ.

Fanum S. Thomæ, *Thomaſtowne*, oppidulum Hiberniæ, in Lagenia provincia, & in Comitatu Kilkennienſi.

Fanum S. Thomæ, *S. Thomè*, urbs Aſiæ in peninſula Indiæ intra Gangem, quæ aliter Meliapora dicitur. Vide ibi.

Fanum S. Torpetis *S. Tropez*, urbs Galliæ in Provincia, parva ſed munita, cum portu capaci in ora maris Mediterranei, & ſinus Sambracitani, 5. leucis diſtat a Foro-Julio verſus Meridiem, & 12. a Telone in ortum.

Fanum S. Trinitatis, *la S. Trinidad de Buenos Ayres*, urbs Americæ medionalis in Paraguaya regione, quæ & Bonus aër etiam dicitur, *Buenos Ayres* exteris, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo de Plata, ad æſtuarium fluvii Argentei, in provincia fluvii Argentei etiam, cum ſupremo tribunali, portu & emporio celebri, eſtque totius Paraguaiæ facile præcipua.

Fanum S. Trudonis, ſeu Trudonium, *S. Truyen* incolis, *S. Tron* Gallis, oppidulum Germaniæ, Haſbaniæ tractus caput, in Leodienſi ditione, & in confinio Brabantiæ, olim Sarcinium dictum, 5. milliaribus Germanicis a Trajecto ad Moſam in occaſum, uti à Leodio, & ejus muri diruti fuere anno 1675.

Fanum S. Trudonis, ſic dicitur ab Hauberto Hiſpalenſi, & aliis authoribus mediæ ætatis, urbs Hiſpaniæ, quæ nunc *Santander*, urbs Biſcaiæ in ora maris Cantabrici, quæ tamen ſæpius & ab exteris vocatur Fanum S. Andreæ. Vide ibi.

Fanum S. Valerici, *S. Valery*, oppidum Galliæ in Picardia provincia, & in Vimelio tractu, ad Somonæ fluvii oſtia, 4. leucis infra Abbavillam in occaſum, & in ora Oceani Britannici, dicitur etiam Fanum S. Galerici a quibuſdam.

Fanum S. Valerici, *S. Valery en Caux*, oppidulum Galliæ in Normanniæ Ducatu, & in Caletenſi tractu, prope oram littoralem Oceani Britannici, 12. leucis à Rothomago in Septentrionem.

Fanum S. Valerii, *S. Valier*, oppidum Galliæ in Delphinatu inferiori, ad Rhodanum fluvium, & in Viennenſi tractu, 7. leucis infra Viennam Valentiam verſus 5.

Fanum S. Venantii, *S. Venant*, oppidum Belgii, in Arteſia Comitatu, ad Liſiam fluvium, & antea munitum, duabus leucis ab Aria in ortum Armenteriam verſus; ſubeſt dominio Francorum pace ad Pyrenæos confecta anno 1659.

Fanum S. Vendelini, *S. Vendel*, oppidulum Germaniæ, in ditione Electoris Trevirenſis, in tractu Weſtraſia dicto, *Weſterick*, & in ipſo limite Ducatus Bipontini, & Comitatus Satæpontani, ſeptem milliaribus Germanicis diſtans a Treviris in ortum hybernum.

Fanum S. Vincentii, *S. Vicente*, oppidum Americæ meridionalis, in Braſilia, & in ora auſtrali maris Braſilii, cum portu capaci, hinc provincia adjacens dicitur *Capitania di S. Vicente*, Gubernium S. Vincentii, ſubeſtque Regi Portugalliæ.

Fanum S. Vincentii, *S. Vicente* cognomento *de la Barquera*, oppidulum Hiſpaniæ in Biſcaia provincia, cum portu capaci & arce, in ora Oceani Cantabrici, ultimum locum obtinens inter quatuor oppida littoralia, verſus Fanum S. Julianæ.

Fanum S. Viti, *S. Veit*, oppidum Germaniæ, in Carinthia ſuperiori, ad confluentias amnium *Wilitz* & *Glac*. 2. milliaribus Germanicis, diſtat a Clagenfurto Gurkium verſus, eſtque in valle fertili.

Fanum S. Viti Flomoniensis, ſeu ad Flumen, *S. Weit am-Flaum* incolis, *Fiume* Italis, oppidum munitum Germaniæ in Carniola provincia, & in tractu Carſtia dicto, cum arce in colle, & portu parum tuto in ora maris Adriatici & ſinus Carnarii, in ipſo limite Croatiæ, & ſubeſt dominio Auſtriacorum.

Fanum S. Ursicini, *S. Urſitz* Germanis, *S. Urſane* Gallis, oppidulum Germaniæ in ditione Epiſcopi Baſileenſis, ad Dubim, ſic dictum à S. Urſicino qui huc venit anno 612. vix uno milliari Germanico à Santgovia diſtans, & 5. à Baſilea in occaſum hybernum.

Fanum

FANUM S. YVONIS, *S. Yves*, antea *Slepe*, oppidulum Angliæ, in Comitatu Huntingdonia, ad Uſam fluvium, 2. milliaribus infra Huntingdoniam.

FANUM SATURNI, ſeu Cronium, locus inſulæ Gaditanæ Straboni, qui *Punta di S. Sebaſtiano* nominatur hodie, teſte Ortelio.

FANUM VACUNÆ, pagus Sabinorum in Italia, cujus meminit Horatius, nunc etiam *Vocone*, caſtrum ditionis Eccleſiæ, in Sabina provincia, & in ipſo limite Umbriæ, 10. milliaribus ab Interamnia diſtans in Meridiem Cures verſus, & 15. à Nerulo.

FANUM VOLTUMNÆ, oppidum Hetruriæ ad radices montis Cimini Livio, quod varie interpretantur, quidam credunt eſſe, ubi nunc Aquæ Viterbienſes, ſ *Bagni d'Aſinello*, alii autem & melius exiſtimant fuiſſe, ubi nunc Viterbium, ut pluribus ſcribit Cluverius.

FARA, *la Fere*, urbs Galliæ permunita, in Picardia provincia, & in Teoracia tractu, ad Oeſiam fluvium, undique palodibus cincta, alias fortiter expugnata ab Henrico IV. Rege, 5. leucis diſtat à Fano S. Quintini in Meridiem Sueſſiones verſus, & 4 a Lauduno in occaſum, & ibi obiit Odo Francorum Rex anno 898.

FARA, *The Faire Yle*, id eſt pulchra, inſula parva maris Caledonii, inter Orcades & Sehetlandicas inſulas medio curſu interjecta, verius ſcopulus altiſſimus, ubi tantum caſtrum *Dumo* dictum.

FARA CAMPANIÆ, *Fere Champenoiſe*, urbecula Galliæ, in Campania provincia, media inter Sequanam fluvium ad Meridiem & Matronam ad Septentrionem, 8. leucis à Catalauno in Meridiem.

FARA IN TARDENIACO, *Fere en Tardenois*, oppidum Galliæ in Campania, cum caſtro lepido in Tardeniaco tractu, medium fere inter Meldas ad occaſum, & Remos ad ortum.

FARABA, *Farab*, provincia Mawaralnahræ regionis, ultra Oxum fluvium, parva eſt ſed probe culta, & à fluvio *Al-Shash* initium ducit, ejus vero urbes ſunt Faraba, Codara, & *Vaſah*, teſte Abulfeda.

FARABA, *Farab*, urbs Mawaralnahræ, provinciæ cognominis caput, ſuper fluvium *Al-Shash*, vicina *Balasbagun*, teſte Abulfeda.

FARENSES, *les Iſles de Fero* ſeu *de Farre*, inſulæ Oceani Caledonii, ſupra Scotiam & Orcades, verſus occaſum æſtivum, & Iſlandiam, duodecim numero, quarum præcipuæ ſunt, *Stromo*, *Sudro*, *Oſtro*, *Bordo*, *Sando*, *Moggenes*, *Wage*, *Wydro*, & *Swino*, & decem parvæ: ibique loca, *Lonen*, *Wage*, *Swino*, & *Calfortgreve* dicta, ſub dominio Regis Daniæ.

FARENTINUM, & Forentinum, urbs fuit Apuliæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Beneventano, nunc caſtrum *Fiorenzuola* dictum in Capitanata provincia, vocata fuit etiam Florentinum. Vide ibi.

FARFA, *Farfa*, caſtrum Italiæ, cum Abbatia percelebri, in ditione Eccleſiaſtica, & in Sabina provincia, ad Farfarum amnem, 13. milliaribus diſtat ab urbe Roma in Septentrionem.

FARFARUS, fluvius Sabinorum, de quo Ovidius libro 15. Metamorphoſeon. Vide Fabaris.

FARGANA, quæ & Fergana, *Fergan*, provincia Mawaralnahræ regionis, in ejus parte orientali, & ultra *Al-Shash* fluvium. Vide Fergana.

FARIMA, *Farima*, urbs Aſiæ, in ea parte Japoniæ quæ *Niphon* dicitur, 18. leucis Hiſpanicis à Meaco in occaſum, cum provincia cognomine; cum antea habuerit Reges proprios, teſte Brietio.

FARIMÆ REGNUM, *le Royaume de Farima*, pars eſt Japoniæ in Jetſenga regione, inter Bigenum regnum & Tambam, cum urbecula cognomine, teſte Cardino.

FARNEA, *Farne*, inſula parva Angliæ Borealis, in Oceano Germanico, in ora littorali Northumbriæ provinciæ, vix 3. milliaribus Anglicis à Bamburgo caſtro, 6. ab Inſula Sacra in Meridiem, & 12. à Bervico.

FARSALUS, urbs Theſſaliæ, quæ Pharſalus Appiano, Epiſcopalis olim ſub Archiepiſcopo Lariſſæo, nunc metropolis in mediterraneis. Vide Pharſalus.

FARTACHIUM, *Fartach*, urbs Aſiæ, in Arabia fœlici, quæ ab aliis *Hadramut* dicitur; eſtque caput regni cognominis, 40. mill. paſſ. diſtat ab ora Oceani Indici, & 300. circiter à promontorio Aromatum in Septentrionem.

FARTACHIUM REGNUM, *le Royaume de Fartach*, pars Arabiæ fœlicis in ejus parte meridionali, verſus oram Oceani Arabici, & Fartachium urbem ejus primariam, unde ei nomen inditum fuit.

FARVELUM CAPUT, *Cap Farwel* Anglis, *le Cap d'Adieu* Gallis, promontorium Gronelandiæ auſtraliſſimum, verſus Novam Franciam maximè porrectum, 100. leucis Gallicis diſtat à Freto Forbisherii in Meridiem.

FARUM, ſive Pharum, locus Galliæ Belgicæ Suetonio, qui Fanum Regis dictus in quibuſdam codicibus, nunc turris à Carolo Magno inſtaurata, in ora maris Britannici, ad Boloniam Picardiæ urbem, *la Tour d'Ordre* vulgo Gallis, & *Oudeman* Anglis, ſed à paucis annis diruta jacet, ut ego pluries vidi.

FASCELLINA, oppidulum fuit Siciliæ, in ora occidentali, prope Panormum, de quo Silius libro 14.

FATIGARÆ REGNUM, *le Royaume de Fatigar*, Regnum Africæ, in Æthiopia, antea ſub dominio Regis Abaſſinorum, nunc autem in ditione Galarum, teſte Hieronymo Lobo.

FAUCENA, *Fueſſen*, oppidulum Germaniæ in Suevia provincia, ad Lycum fluvium, & in ditione Epiſcopi Auguſtani, cum caſtro veteri, olimque Abudiacum dictum fuit.

FAUCES LATERRÆ STAGNI, locus Galliæ Narbonenſis Plinio, ubi Stagna Volcarum in mare Mediterraneum ſe exonerant, nunc dicitur *le Grau de Palauas*, eſtque in Occitania inferiori provincia, 4. leucis à Monte Peſſulano in Meridiem, & una à Frontiniano.

FAUCINIACUS TRACTUS, *le Foſſigny*, tractus Sabaudiæ, qui ab aliis & ſæpius Foſſiniacus dicitur, ſub dominio Ducis Sabaudiæ, ab anno 1355. quo ipſi conceſſus fuit à Joanne Galliæ Rege, tractatu Pariſiis acto, cauſa permutationis cum aliis locis Delphinatus, eſtque Baronatus titulo inſignis. Vide Foſſiniacus tractus.

FAVENTIA, urbs Galliæ Ciſalpinæ in Æmilia Livio, & Plinio, nunc *Faenza* incolis, *Faience* Gallis, urbs Italiæ in Romandiola provincia, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Ravennate, ad Anemonem fluvium, media inter Forum Cornelii ad occaſum, & Forum Livii ad ortum, 10. mill. paſſ. utrinque diſtans, ſub dominio Summi Pontificis, & 8. mille paſſibus à confinio ditionis magni Ducis Hetruriæ in Septentrionem, & in ea vaſa fiunt coctilia, *la vaiſſelle de Faience* Gallis, *la Maiolica* Italis, hinc Faventinus nomen gentis, *Faentino* volgo.

FAVENTIA, *Faience*, urbecula Galliæ, in Provincia, ſedet prope amnem Beuſonem; diſtatque 4. leucis à Graſſa in occaſum, & tribus à Foro-Julio in Septentrionem.

FAVONII PORTUS, in ora orientali Corſicæ inſulæ Antonino, qui Philonius portus Ptolemæo, nunc *porto Favone* dicitur, teſte Cluverio, eſtque inter portum veterem ad Meridiem & Aleriæ rudera ad Septentrionem.

FAUSINA, urbs Sardiniæ inſulæ, quæ poſtea *Ci-*

vita dicta fuit, nunc *Terra-Nova* oppidum, cum portu in parte orientali inſulæ, alias provinciæ Galluræ caput, nunc ſub provincia Loci aurei, juxta ſinum Terræ novæ dictum, teſte Franciſco a Vico, vocatur etiam Phauſina.

FAUSTINOPOLIS, urbs Ciliciæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Seleucienſi, Capitolino, inde 18. mill. paſſ. diſtans. Vide Anchiale.

FABIANA CASTRA, oppidulum Vindeliciæ, ex libro Notitiæ, quod Phœniana Ptolemæo, nunc teſte Pyramio, eſt *Babenhauſen*, caſtrum Germaniæ in Suevia provincia, 5. milliaribus Germanicis diſtans ab Ulma in Meridiem Cauſburenſem verſus, quod etiam confirmatur à Rhenano & Cluverio, quanquam aliqui credant eſſe nunc Burgoviam, *Burgau*, caſtrum ejuſdem provinciæ, in ditione Auſtriacorum.

FALDKIRKIA, ſeu Veldkirchium, *Feldkirck*, ſeu & *Vildkirch*, quaſi campus Eccleſiæ, oppidum Germaniæ, in Suevia, Comitatus cognominis caput, ad Illum fluvium, qui paulo infra cadit in Rhenum, ſub dominio Auſtriacorum, & in confinio Helvetiorum, 2. milliaribus Germanicis diſtat ab Abbatiſcella in ortum, eſtque medium inter Curiam ad Meridiem, & lacum Brigantinum ad Septentrionem.

FELICIS LACUS, ſeu lacus Fœlix, locus Norici ex itinerario Antonini, qui aliis Falciana, & quibuſdam etiam locus Fœlix dicitur, nunc teſte Cluverio, eſt *Walſée*, vicus Germaniæ in Auſtria inferiori, ad Danubium fluvium, qui etiam *Ober Walſée* dicitur, 10. mille paſſibus infra oppidum Aniſum Arlapen verſus LL. quanquam Lazius credat eſſe lacum Drahonium, vulgo *Traunſée* in Auſtria ſuperiori.

FELICIS LACUS, ſeu locus, ut alii codices habent, oppidum Pannoniæ inferioris Antonino, nunc teſte Simlero, eſt *Plindenburg*, oppidum Hungariæ inferioris, quod ab Hungaris *Vizzegrad* dicitur, prope Danubium fluvium, 4. milliaribus Germanicis infra Strigonium Budam verſus,

FALINUM, & Velinum *Felin*, oppidum Livoniæ, ad Felam fluvium, in Eſtonia provincia, cum caſtro, ubi proditus à ſuis anno 1560. Guillelmus Furſtenbergius Magiſter Ordinis Teutonici. Nunc ſubeſt dominio Regis Sueciæ, 14. milliaribus Suecicis diſtans à Revalia in Meridiem, & 15. à Pernavia.

FALSINA, urbs Æmiliæ Plinio, nunc *Bologna*, Archiepiſcopalis urbs, & Academia, totius Romandiolæ maxima ac primaria, à Thuſcis condita anno ab urbe condita 3187. ut narrant, ante urbem Romam. Vide Bononia.

FELTRIA, urbs Galliæ Ciſalpinæ in Venetia Antonino, nunc *Feltre*, urbs eſt Italiæ in Marchia Tarviſina, Epiſcopalis ſub Patriarcha Aquileienſi, ſupra montem, & ad Aſonem amnem qui paulo infra cadit in Anaxum, ſub dominio Reipublicæ Venetæ, ab anno 1404. diſtat 10. milliaribus a confinio Comitatus Tirolis in ortum Cenetam verſus 15. & Bellunum totidem, 45. autem à Venetiis in Septentrionem, caput eſt agri adjacentis, qui ab ea Feltrinus dicitur, hinc populi Feltrini Caſſiodoro, *li Feltrini* vulgo.

FELTRINUS AGER, *il Feltrino*, tractus Italiæ in Marchia Tarviſina, juxta Anaſſum fluvium, inter Bellunenſem tractum ad Septentrionem, Foro-Julii provinciam ad ortum, agrum Tarviſinum ad Meridiem, & Comitatum Tirolis ad occaſum, ſic dicitur à Feltria ejus urbe unica, & ſubeſt dominio Reipublicæ Venetæ.

FEMERA, *Femeren*, inſula parva Germaniæ, in mari Baltico, in ora littorali Holſatiæ & Wagriæ provinciæ, à qua tantum 4. milliaribus diſtat, dicitur etiam Fimeria, & Fimbria. Vide ibi.

FENNABORA, ſive ut vulgo dicunt Kilſenora, *Kilfenor*, urbecula Hiberniæ inſulæ in Connacia provincia, & in Comitatu Clarenſi, olim Tuomonia dicto, & in Baronia de Corcumroa vocata, ad Oceanum Deucaledonium, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Caſſelienſi, ſed parva admodum, & deficit in dies, teſte Waræo.

FENNI, populi Scandiæ ſeu Scandinaviæ Tacito, qui Finni Jornandi, quorum regio nunc creditur Finnia ſeu Finnonia, *la Finlande*, ſub dominio Regis Sueciæ, & in confinio Ruſſiæ magnæ, populi autem *Finlanders* dicti, Gallis *les Finlandois*. Vide Finnonia.

FERDINANDA, & Ferrandina, *la Ferrandina*, inſula Aſiæ, & una ex Philippinis in Oceano Orientali, ſub Hiſpanis, urbem habens primariam Virganum dictam, & 60. leucis a Manila diſtans.

FERDINANDA, *Ferrandina*, oppidum Regni Neapolitani in Baſilicata provincia, à Ferdinando Calabriæ Duce Regis Alphonſi filio excitatum ex ruinis Vegiani, dicitur aliter Ferrandina. Vide ibi.

FERDINANDI NORONÆ INSULA, *la ilha do Fernando Noronha*, inſula Americæ meridionalis, verſus oram orientalem Braſiliæ, a Luſitanis detecta & munita, ipſis etiamnum ſubeſt. Parva eſt & malè culta, & 70. leucis diſtat ab ora proximiori Braſiliæ, Ei adjacet altera inſula Ignium inſulula dicta.

FERDINANDI PAI INSULA, *la ilha do Ferdinando Pao* incolis, *l'Iſle de Fernan du port* Gallis, inſula Africæ, in ora Guineæ & ſinu S. Thomæ, Luſitaniæ patens, primum dicta fuerat inſula Formoſa a Ferdinando *Pao* Luſitano, qui eam detexit, anno 1472. ſed lapſu temporis vocata fuit inſula Fernandi Pai, quod nomen etiamnum eſt in uſu, ſed ſcopulis circumdatur, & dicitur etiam Ferdinanda.

FERENTANUM, quod & Frentanum quibuſdam, oppidum Ferentanorum in Italia, in Apulorum confinio Straboni, quod Francam Villam oppidum Aprutii eſſe putant, cum hoc in Marrucinorum ora ſit, inter Aternum & Ortonem, longè a finibus Frentanorum, & à Frentano, quod Teano Apulorum proximum erat, diſtans, ſed apud alios altum de hoc oppido ſilentium.

FERENTIA, urbs Italiæ in Hetruria Ptolemæo, quæ Ferentinum Tacito & Straboni, Ferentium Plinio, & aliis, olim Epiſcopalis, poſtea à Viterbienſibus everſa anno 1074. nunc tantum viculus *Ferento* dictus, in provincia Patrimonii, ſub dominio Summi Pontificis, & 5. milliaribus à Viterbio quæ ei in Epiſcopali ſede ſucceſſit.

FERENTI CASTRUM, urbs fuit Italiæ in Hetruria, nunc funditus exciſa, ex cujus ruinis crevit Viterbium urbs in vicinis, & provinciæ Patrimonii præcipua. Vide Ferentia.

FERENTINUM, urbs Latii in finibus Hernicorum Livio & Antonino, nunc *Ferentino*, urbecula eſt ditionis Eccleſiæ in Campania Romana, & Epiſcopalis ſed nemini ſuffraganea, ſedet in colle, ſeptem milliaribus ab Anagnia in ortum Verulum verſus 4. & Alatrum quinque, ſex autem à Fruſinone in Septentrionem, 8. milliaribus à confinio Regni Neapolitani diſtans, populis Ferentinates Plinio, Ferentini aliis.

FERENTUM, oppidum Apuliæ in Lucaniæ confinio, cujus meminit Horatius libro 3. Carminum, nunc eſt *Forenza*, caſtrum Regni Neapolitani in Baſilicata provincia, ad radices Apennini montis, 4. milliaribus ab Acherontia in Septentrionem Canuſium verſus, & Venuſiam, hinc Ferentani populi Plinio.

FERGANA, *Fergan*, provincia ampla Aſiæ in Mawalnahra ſive Trans Oxiana regione, & ejus parte orientali, ultra fluvium *Al Shah* dictum, ejus caput eſt *Achſiket* urbs, quæ Fergana etiam ſæpe vocatur ab exteris, teſte Gollio.

FERIA, *Feria*, oppidulum Hiſpaniæ in Extremadura provincia Regni Legionis, 6. leucis diſtans à confinio Portugalliæ in ortum Zafram verſus 3. ſitum eſt ad fluvium Guadaxiram, & Ducatus titulo inſignitur.

Digitized by Google

Feritas Aureni, *la Ferté Aurain*, oppidulum Galliæ in Aurelianenſi provincia, & in Sicalonia tractu, ad amnem *Beveron*, 6. leucis diſtans ab Aurelüs in Meridiem Remorentinum verſus.

Feritas Galtieri, *la Ferté Gaucher*, oppidum Galliæ in Bria provincia, ad Maurinum amnem, 4. leucis à Columbaria in ortum, & totidem à Matrona fluvio in Meridiem.

Feritas Milonis, *la Ferté Milon*. oppidum Galliæ in provincia Inſulæ Franciæ. Vide Firmitas Milonis.

Feritor, fluvius parvus Liguriæ Plinio, nunc *Biſagno*, ex proximis Apennini montibus per hortos juxtaque Genuæ mœnia in mare labens Liguſticum.

Fermanaghensis Comitatus, *The Countie of Fermanagh* Anglis, *le Comté de Fermanagh* Gallis, tractus Hiberniæ in Ultonia provincia, & in confinio Connaciæ, ubi lacus Erno ex præcipuis inſulæ ad Slanam fluvium, eſtque inter Comitatus Slegum ad Meridiem, Monagaunum ad ortum, Tironenſem ad Septentrionem, & Dungalenſem ad occaſum, ſed in eo nulla urbs alicujus notæ.

Ferna, *Ferne*, urbecula Hiberniæ inſulæ, in Lagenia provincia, & in Kenshelagenſi tractu, qui pars eſt Comitatus Wexfordiæ, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Dublinenſi, & ejus Epiſcopus Fernenſis aliquando etiam Wexfordienſis dictus fuit, & ab anno 1600. ei unitus fuit Leghlioenſis Epiſcopatus, teſte Waræo, ſedet autem ad Bannium fluviolum, qui ad tertium hinc milliare Slano ſe committit.

Feronia, oppidulum Hetruriæ, ad montem Soractem Straboni, nunc teſte Ligorio, cum aliis, eſt Fanum S. Ædiſti, *S. Oreſte*, oppidulum provinciæ Patrimonii, in ditione Eccleſiæ, prope Tiberim fluvium, ab urbe Roma ad 18. mill. paſſ. diſtans in Septentrionem.

Feronia, oppidum Hetroriæ Ptolemæo, prope oram maris Tyrrheni, ubi templum erat Feroniæ, nunc *Pietra Santa*, oppidulum Tuſciæ in agro Piſano, & ſub dominio Magni Ducis Hetruriæ, quanquam intra fines territorii Lucenſis inſertum, 14. mille paſſibus à Luca in occaſum Lunam verſus 16.

Feronia, ſeu Lucus Feroniæ, Colonia & oppidum Hetruriæ Livio, apud Capenates, inter Trejæ fluvii dexteram ripam & Tiberim, qood Faliſcorum agro, & Soracti monti fuit conterminum, nunc *Fiano*, caſtrum provinciæ Patrimonii in ditione Eccleſiæ, teſte Cluverio, ſed Lucas Holſtenius ſcribit ejus rudera apparere in planitie, uno milliari ſub Fano Sancti Ædiſti.

Feronia, oppidum fuit Latii, Tacito, in agro Pometino, Tarracinæ proximum & Circæis, à Tarracina ad 3. mill. paſſ. diſtans, ubi lacus ab Horatio memoratus, *il Lago di Ferona* vulgo dictus, prope Amaſenum fluvium & parvus admodum.

Feronia, urbs Sardiniæ inſulæ Ptolemæo, in ejus ora orientali, nunc deſtructa jacet verſus Cedrum fluvium, ubi hodie forte *S. Maria Navareſa*, pagus in promontorio quod Olbienſem ſinum à Liquidonenſi diſtinguit, teſte Cluverio, ſed aliis eſt prope Poſadam, teſte Francisco à Vico.

Ferrandina, ſeu Ferdinanda, *Ferrandina*, oppidum Italiæ, in Regno Neapolitano, & in provincia Baſilicata, ad Baſientum fluvium, Ducatus titulo inſignitum. Crevit ex Vegiani ruderibus, 12. milliaribus diſtans à Mateola in Meridiem, & 18. ab ora ſinus Tarentini in occaſum, excitatumque fuit à Ferdinando Calabriæ Duce Regis Alphonſi II. filio.

Ferraria, *Ferrara* incolis, *Ferrare* Gallis, olim Forum Alieni dicta, urbs Italiæ in ditione Eccleſiæ, Ducatus Ferrarienſis caput, quæ ſub Ateſtinis Principibus adeo crevit & exculta fuit, ut inter præcipuas Italiæ urbes cenſeretur, ampla eſt, & Epiſcopali ſede ornata fuit a Vitaliano Pontifice Maximo, ſed nemini ſuffragatur, cum prius ſub Theodoſio juniore Imperatore Ferrariola ob parvitatem diceretur, ſita eſt ad ramum Padi minimum, qui vocatur *Po morto*, à quo ductum eſt incile per ſex milliaria Francolinum uſque, commercii cauſa. Arcem habens permunitam, à Clemente VIII. Pontifice Maximo excitatam, ſed deficit in dies ex quo non habet Duces proprios. Cum ſubſit Romano Pontifici ab anno 1598. cum toto Ducatu Ferrarienſi, 28. milliaribus diſtans a Bononia in Septentrionem Venetias verſus; eſtque media inter Mirandulam ad occaſum & Comaclum ad ortum, & in ea obiit Urbanus III. Pontifex Maximus anno 1187.

Ferraria, oppidum Sardiniæ inſulæ, 13. mil. paſſ. a Calari diſtans, & 20. a Scarcapo ex itinerario Antonini, quid ſit non conſtat, quanquam a quibuſdam credatur *il Capo Ferrato* in ora orientali.

Ferraria, promontorium Hiſpaniæ Tarraconenſis Melæ, quod aliis Dianium, nunc *el Cabo Martin*, in ora Regni Valentini, in mare Mediterraneum excurrit inter ſinus Illicitanum & Sucronenſem verſus Baleares inſulas, & 3. leucis à Dianio in ortum, totidemque à *Sagra* vico. Vide Dianium.

*Ferraria, *Ferrieres*, oppidum Galliæ, in Provincia, ad fauces ſinus Aſtromelæ, prope Maritimam, 7. leucis diſtat ab Arelate Maſſiliam verſus.

Ferrariæ, *Ferrieres*, oppidulum Galliæ, cum Abbatia, in Vaſtinio tractu, verſus confinia Senonenſis agri, 2. leucis a Montargio in Septentrionem, & 23. à Pariſiis in Meridiem, cum Abbatia celebri.

Ferrariensis Ducatus, *il Ducato di Ferrara*, ſeu *il Ferrareſe* incolis, *le Ferrarois* Gallis, pars ampla Romandiolæ verſus oſtia fluvii Padi, olim ſub dominio proprii Ducis, è gente Eſtenſi ab anno 1336. cui ſuberant etiam Ducatus Mutinenſis & Rheginus, dividitur in duas partes, nempe in Ferrarienſem Ducatum proprium, & in Peninſulam Rodighinam, ex quibus peninſula illa Rhodighina occupata fuit à Venetis anno 1500. circiter, & ab eo tempore ipſis ſubeſt, Ducatus vero Ferrarienſis proprie dictus, poſt obitum Alphonſo II. factus eſt Eccleſiaſticæ ditionis pars anno 1598. à Clemente VIII. nuncque etiam Summo Pontifici ſubeſt. Terminatur à Septentrione Peninſula Rodighina, ab Occidente Mantuano Ducatu, a Meridie Bononienſi agro, & Romandiola propria, ab Oriente vero à mari Adriatico rigatur, ejus partes ſunt Peninſula Ariani, *il Poleſine di Ariano*, Peninſula Ferrarienſis, *il Poleſine di Ferrara*, Peninſula S. Georgi, *il Poleſine di S. Georgio*, Vallis Comaclana *le Valli di Comachio*, Vallis Mararæ *la Valle di Marara*, & Vallis Maremortæ *la Valle di Maremorta*; ejus autem urbes ſunt Ferraria provinciæ caput, & Comaclum, hinc Ferrarienſes populi, *li Ferrareſi* Italis, *les Ferrarois* Gallis.

Ferrarius Portus, *Porto Ferraio*, portus Italiæ, in Ilua inſula, in ora Tuſciæ, cum arce munita ſub dominio Magni Ducis Hetruriæ, olim Argous portus dictus.

Ferrea Porta, quæ & Caucaſiæ, ab aliis Ferreæ Portæ numero plurali, Hegeſipo, ubi nunc *Derbent*, urbs clara & emporium Albaniæ, ad Caſpium mare. Vide Caucaſiæ Portæ.

Ferreta, *Ferrette* Gallis, *Pfirt* Germanis, urbs parva Germaniæ, in Alſatia, ad Helleſi fluvii fontes, caput Comitatus cognominis ſeu Sundgoviæ. Vix 3. leucis diſtat à Baſilea in occaſum; ſubeſtque dominio Regis Francorum pace Weſtphalica.

Ferretanus Comitatus, *le Comté de Ferrete*, provincia Germaniæ, Alſatiæ annexa, quæ aliter dicitur Suntgovia, ſubeſtque dominio Regis Franciæ. Vide Suntgovia.

Ferri Insula, *la Iſla del Hierro* Hiſpanis,

l'Iſle du Fer Gallis, inſula Africæ, in Oceano Atlantico, una ex Canariis, maximè in occaſum extenſa, ſub Hiſpanis, & olim Pluvialia dicta fuit, ut exiſtimant. In ipſius parte occidentali Franci aſſignant primum Meridianum longitudinis ab anno 1634. jubente Ludovico XIII. Rege cum peritiſſimos in hac arte adhibuiſſet conſultores, & in hac inſula ineſt arbor mirabilis ex cujus foliis aſſiduus humor cadit, qui limpidiſſimo deinceps liquore in cupas diſtillat, tanta copia ut toti inſulæ ſufficiat, ut fuſius ſcribunt plurimi, circuitus autem eſt 22. leucarum, longitudinis 7. & latitudinis ſex, teſte Joanne Nuno de *Peña*.

FERTO LACUS, *Fertew* accolis, *Neuſidlerzée* Germanis, lacus Hungariæ inferioris, verſus confinia Auſtriæ, & Schutian inſulam, olim Peiſo dictus. Vide ibi.

FERULA, *la Ferla*, oppidum Siciliæ inſulæ, probe cultum in Valle Netina, teſte Roccho Pirro, 20. milliaribus diſtans à Syracuſis in occaſum.

FESCENNIA, urbs Hetruriæ Plinio, Feſcennium Solino, Pheſcennium aliis, Faleriæ finitima, nunc teſte Cluverio, *Galeſe*, oppidulum Italiæ in ditione Eccleſiæ, & in provincia Patrimonii, prope Tiberim fluvium, Ducatus titulo inſignitum, 4. milliaribus ab Ocriculo, & medium inter Hortam ad Septentrionem, & Civitatem Caſtellanam ad Meridiem, 28. milliaribus ab urbe Roma in Septentrionem Tudertum verſus, hinc Feſcenius nomen gentis.

FESENSACUS TRACTUS, *le Feſenſac*, tractus parvus Aquitaniæ, ubi vicus Feſenſacus oppidum. Vide Fidentiacus.

FÆSULÆ, urbs & colonia Hetruriæ Plinio, quæ Fæſulæ Ptolemæo, & Feſula Silio, una ex 12. primis Etruſcorum coloniis, à Gothis everſa, nunc *Fieſoli* dicta, ſed in ruinis jacens in Florentino agro, quanquam Epiſcopalis ſit ſub Archiepiſcopo Florentino, cum à Florentinis capta fuerit dolo anno 1010. & funditus exciſa, incolis Florentiam migrare juſſis, & manet tantum Eccleſia Cathedralis, cum aliquot ædibus & cœnobio, in colle prope Florentiam urbem Tuſciæ, & 2. milliaribus ab ipſa diſtans in ortum æſtivum, prope Mugnonem amnem.

FETOM REGNUM, *le Royaume de Fetu*, tractus parvus Africæ, in Guinea regione, & in ora Aurea dicta, cum oppido cognomine, verſus promontorium Corſum.

FEZZA, *Fez*, provincia Regni Fezzani in Barbaria, quæ à Septentrione terminatur ab Aſgara provincia, ab ortu & Meridie Chauſa, & ab occaſu Temeſna provincia, & partim etiam Oceano Atlantico, ejus urbs præcipua eſt Fezza, aliæ ſunt Mahmora, Mechneſa, & Sala.

FEZZA, *Fez*, Hiſpanis *Fezza*, urbs Africæ clariſſima & perampla, Regni Fezzani caput, in Barbaria, antea ſub dominio Regis Marrochi, ſed deficit in dies à multis annis. Eſt in provincia Fezza dicta. Quibuſdam eſt Volubis antiquorum; & paucis abhinc annis ſuberat Regi Tafiletæ cum Regnis Fezzæ & Marochii; ſita eſt ad fluvium Unionum, 100. mill. paſſ. ab ora Oceani in occaſum, totidem à mari Mediterraneo in Meridiem, & 100. leucis à Marrochio in Septentrionem Teteguinam verſus 40. circiter.

FEZZANUM REGNUM, *le Royaume de Fez*, Regnum amplum Africæ, olim Mauritaniæ Tingitanæ pars, nunc in Barbaria regione ſub proprio Rege, & Marrochii regno antea, unitum à plurimis annis, inter ipſum ad Meridiem & fretum Herculeum ad Septentrionem, ad occaſum habet Oceanum Atlanticum, & ad ortum Regnum Algerii, eſtque regio fertilis admodum, ejus provinciæ ſunt Aſgara *Aſgar*, Chauſa *Chaus*, Errifis *Errif*, Fezza *Fez*, Gareta *Garet*, Halbata *Hasbat*, & Temeſna *Temeſne*, & urbs Regni primaria eſt Fezza. Urbes tamen littorales Regni ad Oceanum, & ad mare Mediterraneum pro majori parte aliorum ſubſunt dominio.

FEZZANI REGNI URBES PRÆCIPUÆ.

Arzilla, *Arzille*.
Fezza, *Fez*, Regni præcipua.
Lixos, *Larache*, ſub Hiſpanis.
Mahmora, *Mahmora*, ſub Luſitanis.
Mechneſa, *Mechneſe*.
Sala, *Sale*.
Septa, *Ceuta*, ſub Hiſpanis.
Tezza, *Tezza*.
Tingris, *Tanger* ſub Anglis.

FEZZENA REGIO, & Deſertum Fezzenum Africæ in Biledulgeridia vulgo *Fezzen*, cum oppido cognomine, Sanuto & aliis teſtibus, trans montes, & prope Gademaſſam regionem.

FIANUM, *Fiano*, caſtrum Italiæ in ditione Eccleſiæ, & in provincia Patrimonii S. Petri, ad Tiberim fluvium, 15. milliaribus ſupra urbem Romam in Septentrionem, & Ducatus titulo inſignitum gentis Ludoviſiæ.

FIBRENUS, fluvius Latii Ciceroni, nunc *il Fiume della Poſta*, teſte Sanfelicio, in Lirim infra Arpinum influens, poſt Interamnam.

FICANA, quod & Ficulnea, oppidum erat Latii Livio, ab urbe Roma 11. mill. paſſ. via Oſtienſi diſtans, nunc exciſum.

FICARIA, inſula parva Sardiniæ Plinio, & Ptolemæo, nunc teſte Leandro, eſt *la Serpentera*, inſula parva oræ orientali Sardiniæ adjacens, & ſatis ſaxoſa prope Carbonarium promontorium, 18. milliaribus à Calari urbe in ortum diſtans, ubi ora flectitur in Septentrionem.

FICARIA, oppidum Corſicæ inſulæ, Ptolemæo teſte, in ejus ora auſtrali, ubi in occaſum vergit, ad Ficariuta amnem, nunc eſt *Ficari*, caſtrum in parte Tranſmontana inſulæ, 26. mill. paſſibus à Bonifacio diſtans in occaſum.

FICELIA, oppidulum Germaniæ ex veteri inſcriptione, quod & Voſavia, poſtea Veſalia, nunc *Weſel*, ſeu *Ober Weſel*, oppidum Germaniæ in ditione Electoris Trevirenſis ad radices collis, & ad Rhenum fluvium, medium inter Bingium ad Meridiem & Bodobrigam ad Septentrionem, 3. milliaribus Germanicis diſſitum. Vide Veſalia.

FICOCLE, urbs Æmiliæ in Italia, quæ & Phycocle, ex veteri inſcriptione, & ut plerique legunt, ac in Martyrologio Romano Phicocle, nunc Cervia *Cervia*, urbs Italiæ in Romandiola provincia, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Ravennate, in ora maris Adriatici, inter oſtia Savii fluvii & Rubiconis, ſub dominio Summi Pontificis, ubi ſalis magnus proventus, ſed ob aëris inſalubritatem à paucis habitata, 12. milliaribus diſtat à Ravenna in ortum hybernum, ut 18. a Foro Livii in Septentrionem.

FIDEMIUM, *Femy*, vicus Galliæ, cum Abbatia in Picardia provincia, & in ipſo limite Hannoniæ, prope fontes Sabis fluvii, 2. leucis à Landrecio in Meridiem.

FIDENÆ, urbs fuit Sabinorum, Albanarum colonia Straboni, Fidena Juvenali, 5. mille paſſibus ab urbe Roma diſtans in Septentrionem Eretum verſus, & 12. milliaribus à confluentibus Anienis in Tiberim fluvium, nunc Cluverio teſte, & ut ego vidi, in ruinis jacens, juxta *Caſtel Giubileo*, prædium Sabinæ provinciæ, ubi ejus rudera viſuntur ab urbe 40. ſtadiis, prope Tiberim, ejus meminit Virgilius libro ſexto Æneidos.

FIDENTIA, urbs Galliæ Ciſpadanæ in Ananianis Antonino, quæ ex veteri inſcriptione Julia Fidentia, Fidentiola Livio, & Julia ex Martyrologio Romano, nunc *Borgo S. Donino*, urbs Longobardiæ in Ducatu Parmenſi, diu ſine ſede Epiſcopali quæ illi anno 1601. reſtitura fuit ſub Archiepiſcopo Bononienſi à Clemente VIII. Pontifice Maximo, ſita eſt io confinio ſtatus Buſſeti, & Ducatu Placentini, 15. mille paſſibus à Parma in occaſum Placentiam verſus 20.

FIOENTIACUS, *le Feſenſac*, tractus Galliæ in Vaſconia propria, Comitatus titulo inſignitus, alias valde extenſus, ex & quo decerptus Comitatus Armeniacenſis & Aſtaracum, nunc pars eſt Armeniacenſis Comitatus, & ejus oppidum præcipuum eſt Vicus Fidentiacus ſive Fidentiacum,

FIERUNDIA, *Fierund*, una ex tribus partibus Uplandiæ provinciæ in Sueciæ Regno, ſic dicta à quatuor præfecturis in quas eſt diſtincta, & ejus caput eſt Enecopia, teſte Pontano.

FIFA, *Fife*, provincia Regni Scotiæ ſatis ampla, inter æſtuaria Tavi ad Septentrionem & Fortheam ad Meridiem extenſa, in Scotia meridionali, verſus Oceanum Germanicum, à quo terminatur ad ortum & ad occaſum, dividitur à Mentithia & Strathernia provinciis Ocellis montibus, ejus circuitus eſt milliarium 84. eſtque fertilis admodum & culta, pars eſt veteris Otoliniæ, & olim dicta fuit Roſſia, id eſt peninſula, ibi urbs primaria Andreapolis, ſed Fanum S. Andreæ, teſte Thimotheo Ponte.

FIGEACUM, *Figeac*, urbs parva Galliæ, in Aquitania, & in Cadurcenſi provincia, ad amnem *Sele*, 9. leucis à Cadurco diſſita in ortum, in confinio Alverniæ, cum Abbatia.

FIGENUM REGNUM, ſeu Fiſenum, *le Royaume de Fiſen*, pars Japoniæ in Saicoca regione, & in ejus ora occidentali, contra Fitandum inſulam, & inter Regna Chicuienum, Chicungum, & Utum, ejus autem oppida præcipua ſunt Fiſenum & Nangazachium, Cardino teſte.

FIGLINÆ, locus Galliæ Narbonenſis ex Antonino, nunc creditur *Roſſillon*, oppidulum Delphinatus, inter Viennam & Fanum S. Valerii, quod ab aliis creditur Urſeolis antiquorum.

FICULNANSIS PORTA, quæ etiam Figulnenſis, & alias Numentana, una ex urbis Romæ portis Feſto & Varroni, per quam in Sabinos Numentum uſque ibatur, nunc *la Porta Pia* dicitur, & aliquando etiam *Porta di S. Agneſe*, eſtque in monte Quirinali, inter portas Salariam, & Viminalem, Famiano Nardino & aliis teſtibus, & ut ego ipſe ſæpiſſime vidi. Vide Numentana porta.

FILICERIÆ, *Fougeres*, oppidum Galliæ in Britanniæ Ducatu, & in limite Normanniæ, & Cenomanenſis provinciæ, ad *Couesnon* fluvium parvum, cum caſtro, octo leucis ab Abrinca diſſitum in Meridiem Vitræum verſus 5.

FILLECUM, & Filletia, *Fillek*, oppidum munitum Hungariæ Auſtriacæ, in confinio ditionis Turcicæ, 5. milliaribus Germanicis ab Agria in Septentrionem, & totidem à Caſſovia in occaſum, juxta amnem Gaium, tatu Zaholcenſi, ſive Dabocenſi.

FIMÆ, ſive Fiſinæ, *Fiſmes*, oppidum Galliæ, in Campania provincia, prope Vidulam fluvium, ubi recipit Notam amnem, in Remenſi tractu, & in confinio Inſulæ Franciæ, 5. leucis à Remis in occaſum. Dicitur & ad Fines.

FIMBRIA. *Femeren*, inſula Daniæ in mari Baltico, Holſatiæ adjacens & ejus pars, teſte Iſaaco Pontano, ſub dominio Ducum Sleſvicenſium, prope Wagriam tractum, à quo vix freto, 2. mill. paſſuum diſtat, & ejus locus præcipuus *Borg* dicitur.

FIMBRIA, quæ & Cimbria parva, teſte Alberto Crantzio, dicitur *Femeren*, inſula Holſatiæ, Cimbricæ peninſulæ ad ortum adjacens Vide Fimbria.

FIMBRIÆ FRETUM, *Femerſund*, fretum maris Baltici, inter Fimbriam inſulam Daniæ ad ortum, & Wagriam tractum Holſatiæ ad occaſum, eſtque valde anguſtum.

FINALIUM, ſeu Finarium, *Finale* incolis, *Final* Gallis, oppidum Italiæ in ora occidentali Genuenſi, Marchionatus cognominis caput. Alias Marchiones habuit proprios è gente Carreta; ſed ſubeſt dominio Regis Hiſpaniæ ab anno 1599. quo Hiſpanis venditum fuit à Sfortia Andrea ejus ultimo Marchione. Arcem habet probè munitam, cum duobus fortalitiis; eſtque medium inter Savonam ad ortum & Albingaunum ad occaſum, hinc Finalienſes populi, *li Finarini* vulgo.

FINALIUM, *Finale*, cognomento *de Modena*, oppidum Italiæ ſatis munitum, in ditione Ducis Mutinæ, ad Panarum fluvium, & in limite Ferrarienſi, diſtat tantum 18. milliaribus à Ferraria in occaſum.

FINOÆ REGNUM, *le Royaume de Finda*, Regnum ſeu tractus Japoniæ in Jetſegena regione, inter Regna Yetehum, Minum, & Vomium, cum oppido cognomine in mediterraneis, teſte Cardino.

FINES, ſive ad Fines, nunc *Fiſmes*, oppidum Galliæ in Campania ad Vidulam fluvium. Vide Fimæ.

FINES, & ad Fines, oppidum Galliæ Belgicæ Antonino, nunc teſte Ortelio, creditur *Thuin*, oppidulum Leodienſis ditionis ad Sabim fluvium, intra fines Comitatus Hannoniæ, ſed alii aliter ſentiunt, & credunt fuiſſe ad Scaldim paulo ſupra Condatum, ubi nunc forſan vicus *7 bian* dictus.

FINES, oppidum Galliæ Celticæ in Helvetiis Antonino, nunc *Pfin*, caſtrum Helvetiæ in Turgea tractu, in monte juxta Thuriam fluvium, teſte Beato Rhenano, uno milliari Helvetico à Conſtantia in occaſum Vitodurum verſus 2.

FINES, & ad Fines, oppidum Galliæ Subalpinæ Antonino, nunc *Vigliana* incolis, *Veillane* Gallis; oppidulum Pedemontii, teſte Guichenone, & in Marchionatu Segnſino, ad Doriam fluvium, 10. milliaribus à Taurino in occaſum Seguſium verſus 14.

FINES, locus Hiſpaniæ Bæticæ, ex iteneratio Antonini, inter Serpam & Aruvium, nunc interpretantur *Paymago* vicum Vandalitiæ, in agro Andevalenſi, & in limite Portugalliæ, teſte Roderico Caro.

FINES, oppidum Pannoniæ Saviæ Antonino, ad Savum fluvium, inter Quadrata & Sciſſiam, nunc teſte Lazio, eſt *Samoguar*, caſtrum Croatiæ, ad confluentes Colapis fluvii in Savum, in colle 3. milliaribus Germanicis ſupra Zagrabiam, & in ipſo limite Sclavoniæ provinciæ.

FINGUM REGNUM, *le Royaume de Fingo*, pars Japoniæ in Saicoca regione, & in ejus ora occidentali, cum oppido cognomine, eſtque inter regna ſeu Principatus Satcumaio, Fiunnam, & Bungum, contra Amacuſam inſulam, teſte Brietio.

FINMARCHIA, *Taakemarch* & *Finmark* incolis, *la Finmarche* Gallis, provincia Norvegiæ Regni, & pars ampla præfecturæ Vardhuſiæ, in ora Oceani Septentrionalis verſus Vardhuſium & inſulas Suroam & & Maggeroam, quæ hoc ſeorſim habet, quod regio in propria dominia ac poſſeſſiones, uti alibi ſit diſtincta non eſt, ſed omnibus obvia, primique occupantis, qui autem primus terræ tractum occupat, ejus non quidem dominium ſed uſum fructum ſolummodo habet, idque verſus mediterranea loca: verum qui in inſulis habitant & in locis littoralibus, in *Heymeland* aliiſque, eadem loca æſtate hyemeque inhabitant, nec vagi ſunt, & Finni montani Fieldfinni vocantur, teſte Pontano.

FINNI, populi Scandinaviæ Jornandi, quorum regio Finnia dicitur. Vide Fenni.

FINNICUM MARE, ſive Finnicus ſinus, *Finske*

Sioen Suecis, *le Golfe de Finlande* Gallis, pars maris orientalis ſive Baltici, ab eo ſecedens, inter Finnoniam ad Septentrionem, & Livoniam ad Meridiem, per ducenta & 15. millia paſſuum ad Orientem ſeſe extendit.

Finnicus Sinus, *le Golfe de Finlande.* Vide Finnicum mare.

Finnia, ſeo Finnonia, *Finland*, Regnum olim fuit, nunc Regni tantum Suecici pars ampla, juxta mare Orientale, ſeu Balticum, & ſinus Finnicum & Bothnicum. In plures provincias dividitur & partes, nempe in Finniam ſeu Finnoniam propriam, Caianiam, Tavaſthiam, Nylandiam, Careliam, & Savolaxiam. Finnia propria, quæ & nobilior & auſtralior, dividitur in Septentrionalem, cujus caput Biorneburgum, ad ſinum Bothnicum, & in Meridionalem, cujus primaria, uti & totius regionis eſt Aboa, ad oſtia fluvii *Aurojoki* in ſinum Finnicum, & è regione Alandiæ inſulæ, hinc Finni populi, *Finner* ſibi & Suecis, *Finder* Danis & Novergis, *Fennen* Germanis, *Finlander* Belgis, & *les Finlandois* ſeu etiam *Finnois* Gallis.

Finstinga, ſeu Viſtinga, *Feneſtrange* Gallis, *Vinſtingen* Germanis, oppidulum Galliæ in Lotharingia, ad Saravum fluvium, 7. leucis à Marſalio in ortum, & totidem à Bipontio in Meridiem.

Fionia, *Fuinen*, inſula Daniæ, in mari Baltico, inter Jutiam ad occaſum, à qua ſeparatur exiguo freto, *Middelfart* ſeu *Cleyne Belt* dicto, & Selandiam ad ortum, à quo etiam ſeparatur freto *die Belt.* Ibi Ottonia, *Odenſée*, urbs primaria, & Neoburgum oppidum munitum, cum portu & arce, 4. milliaribus Germanicis à Selandia diſtat. Ejus longitudo ab ortu in occaſum eſt 10. milliarium Germanicorum, latitudo tantum octo; ſubeſtque Regi Daniæ. Sed antea malè habita fuit à Suecis. A figura & ſitus amœnitate & elegantia nomen mutuatur. In ea cernuntur quatuor arces regiæ, *Neuburg*, *Hagenſchow*, *Hinſgagel*, & *Eſcheburg*, pagi 264. & cœnobia ſex, hinc Fionenſis nomen gentis.

Firæsi, populi Scandinaviæ Ptolemæo. Eorum tractus forſan hodie dicitur *Fiering*, in Regno Sueciæ, verſus Weſtmanniam, teſte Cluverio, ex nominis alluſione.

Firandum, *Firando*, oppidum Aſiæ, in Japonia inſula, in ea parte quæ *Xi no* dicitur, cum inſula cognomine, in ora littorali in occaſum, & verſus Nangaſacum, Brietio & Carone teſtibus.

Firandum Regnum, *le Royaume de Firando*, pars Japoniæ in inſula cognomine, in ora occidentali Saicocæ regionis, è regione Figeni Regni tum oppido cognomine, Brietio teſte.

Firmana Marchia, provincia Italiæ, cujus fit menuo in actis quibuſdam mediæ ætatis, ſic dicta a Firmio, nunc dicitur ab omnibus Marchia Anconitana. Vide ibi.

Firmanorum Castellum, locus Italiæ, in Piceno Plinio, ubi Navale Firmanorum, qui à Frontino Caſtellenſe municipium vocatur, nunc *il Porto di Fermo* dicitur, eſtque caſtrum tenue Marchiæ Anconitanæ, in ora maris Adriatici Firmo urbi vicinum, teſte Cluverio cum aliis, prope oſtia Tinnæ fluvii.

Firmanum, oppidum Umbriæ in Italia, nunc *Formignano*, caſtrum ditionis Eccleſiæ in Ducatu Urbinate, ad Metaurum fluvium, 8. mille paſſibus à Foro Sempronii diſtans in occaſum Urbaniam verſus.

Firmitas ad Albulam, *la Ferté ſur Aube*, oppidum Galliæ, in Campania provincia, ad Albulam fluvium, vix 4. leucis ſupra Barrum in Meridiem, in confinio Burgundiæ Ducatus.

Firmitas ad Gronam, *la Ferté ſur Greſne*, burgus Galliæ, cum Abbatia in Burgundia, & in Cabillonenſi agro, ad Gronam fluviolum, unde ei cognomen, vix 2. leucis à Cabillone in Meridiem Matiſconem verſus.

Firmitas Aleppia, *la Ferté Alepi*, oppidum Galliæ in provincia Inſulæ Franciæ, & in Vaſtinio tractu, ad amnem *Juine*, dicitur etiam *la Ferté Alais*, & 3. leucis diſtat à Stampis in ortum Melodunum verſus 6. & in quibuſdam actis mediæ ætatis vocatur Firmitas Adelhaidis.

Firmitas Aucul phi, ſeo ſubter Jotrum, *la Ferté ſous Jouare*, oppidum Galliæ, in Bria provincia, Campaniæ annexa, ad Matronam fluvium, medium inter Meldas ad occaſum, & caſtrum Theodorici ad ortum, dicitur etiam *la Ferté Aucol*, & alias *la Ferté Aucoul*, ut videre eſt in antiquis titulis.

Firmitas Bernardi, *la Ferté Bernard*, oppidum Galliæ amplum, in Cenomanenſi provincia, ad Huinam fluvium, verſus Perticum tractum, 12. leucis à Cenomano in ortum.

Firmitas Milonis, ſeu Feritas Milonis, *la Ferté Milon*, urbs Galliæ, in provincia Inſulæ Franciæ, inter Sueſſiones ad Septentrionem & Meldas ad Meridiem ferè media, ad fluvium *Ourque*, cum caſtro in colle, & 16. leucis à Remis in occaſum Lutetiam Pariſiorum verſus.

Firmum, colonia & urbs Piceni in Italia Straboni, Melæ, Ciceroni, quæ & Firmum Picenum cognomine, Firmium Ptolemæo, nunc *Fermo*, urbs Archiepiſcopalis Marchiæ Anconitanæ in ditione Eccleſiaſtica, 3. milliaribus ab ora maris Adriatici diſſita, in colle, & prope culta, 25. milliaribus ab Aſculo in Boream diſtans Lauretum verſus 18. & 25. à Macerata in ortum hybernum, & 130. ab urbe Roma, Archiepiſcopali dignitate inſignita fuit anno 1589. à Sixto V. Pontifice Maximo, qui antea ejus fuerat Epiſcopus, & in ejus agro ſunt 60. terræ ſive caſtra, hinc Firmani populi Plinio, *li Fermani* vulgo.

Fiscellus, mons Umbriæ Plinio, in Piceni confinio, ex quo Nar fluvius profluit, nunc *il Monte della Sibilla* dicitur ab incolis, teſte Ortelio, *la Montagne de la Sibille* Gallis, & *Urou Venus Berch* Belgis, id eſt Veneris mons, ubi antrum Sibillæ, eſtque Apennini montis ramentum, prope Nurſiam urbem Umbriæ, in ditione Eccleſiaſtica, ejus meminit Silius libro 8.

Fisci Campus, quod & Fiſcamnum, *Feſcamp*, oppidum Galliæ, in Normannia provincia, & in Caletenſi tractu, cum Abbatia & portu in ora littorali maris Britannici, inter Portum Gratiæ ad occaſum, & Deppam ad ortum.

Fisera, oppidum Corſicæ inſulæ Ptolemæo, in ejus ora auſtrali, prope Marianum promontorium, nunc caſtrum *Ficari* dictum, teſte Puteo, vocatur a Cluverio Ficaria. Vide ibi.

Fitacum Regnum, *le Royaume de Fitaqui*, pars Japoniæ in ejus ora orientali, & in Ocbia regione, inter Regna Ximolam ad Meridiem, Nivatam ad Occidentem, & Voxum ad Septentrionem, cum oppido cognomine in mediterraneis, teſte Brietio.

Fiungæ Regnum, *le Royaume de Fiunga*, Regnum Japoniæ in Saicoca regione, & in ejus parte orientali, ubi vergit ad Meridiem, prope Regnum Bungum, cum oppido cognomine, teſte Brietio.

Flaminia Via, ab urbe Roma Ariminum uſque perducta, teſte Strabone, per Otriculum, Narniam, Spoletum, & Forum Flaminii, Helvillum, Callem, Forum Sempronii, Fanum Fortunæ, & Piſaurum, ex Itinerario Antonini Auguſti, à Flaminio Conſule, qui ad lacum Traſimenum ab Hannibale cæſus eſt ſtrata, de qua Ovidius libro 1. de Ponto.

Flaminia, Regio Galliæ Ciſalpinæ, ſive Æmiliæ, à Paulo Diacono memorata, & à Capitolino in Gordiano, non apud veteres, quæ nunc Romandiola, & vulgo *la Romagna* dicitur. Cujus præcipuæ Ravenna, & Bononia.

Flaminii Forum, urbs Umbriæ. Vide Forum Flaminii.

FLANATICUS SINUS, maris Adriatici ſinus in ora Liburniæ Plinio, Flanonicus Stephano, qui inde Liburnicus Oroſio, Polaticus Melæ, nunc Carnarius *il Quarnero* dictus, ſeu etiam *il Golfo Carnero*, quaſi Carnivorus, ob frequentia in eo naufragia, & *le Golfe de Guerner* Gallis, inter Iſtriam & Liburniam extenſus verſus Crixam & Curictam inſulas ſeu Abſyrtides, eſtque duplex, nempe ſinus Flanaticus ſive Carnarius parvus, intra oram & inſulas, & ſinus Flanaticus magnus extra inſulas Abſyrdes, verſus oram Iſtriæ provinciæ.

FLANDRIA, *t'Vlaenderen* incolis Belgis, *la Flandre* Gallis, *Flandern* Germanis, *The Flanders* Anglis, *Flandes* Hiſpanis, & *la Fiandra* Italis: provincia Belgii maxima & cultiſſima, Comitatus titulo inſignita, mireque fertilis & rigua: ubi olim erant Morini, Centrones, Nervii ex parte, Grudii, Gotduni, & Pleumoſii populi Galliæ Belgicæ. Primum parvis admodum limitibus erat incloſa, & tempore Caroli Magni atque Ludovici Pii Regum Franciæ & Imperatorum complectebatur ſolum eam dirionem, in qua nunc ſunt Brugæ urbs celebris, & oppida Clauſulæ, Damum, Ardenburgum, Midelburgum, & Iſendicum, qua hæc provincia Zelandicis inſulis proxima, Oceano Germanico, oſtioque Scaldis occidentali adjacet, teſte Godefrido Henſchenio; ſed poſtea multum extenſa fuit, cum ejus pars eſſet Comitatus Arteſiæ, & tunc temporis Flandriæ urbs primaria erat Atrebatum, donec anno 1191. Arteſia ab ea revulſa fuit, ſicque tunc iiſdem limitibus incluſa fuit quibus etiamnum terminatur; nempe à Septentrione Oceano Geroianico ſive mari Occidentali, ut vocant, & Zelandia, ab occaſu Arteſia provincia, & munita parte Picardiæ; à Meridie Hannonia; & ab ortu Brabantia. Ejuſque præcipua urbs eſt Gandavum, & ejus longitudo major ab Antuerpia & Scaldi fluvio ad Gravelinam & oſtia Agnionis, eſt 33. leucarum ab Oriente in Occidentem: ejus vero latitudo à Duaco ad Breskinam pagum Uliſſingæ oppoſitum in ora Oceani, & ſic à Meridie in Septentrionem eſt 24. leucarum, hinc dicti Flandri populi, *Vlaenders* ſibi, *les Flamands* Gallis, *los Flamengos* Hiſpanis, & *li Fiamenghi* Italis.

FLANDRIA, ab antiquo dividebatur in tres partes, nempe in Flandriam veram, ſeu Comitatum Flandriæ, in Flandriam Imperialem, & in Flandriam proprietariam. Ex his.

FLANDRIA VERA, ſive Comitatus Flandriæ, *le Comté de Flandre*, pars multo maxima totius provinciæ, verſus Septentrionem, occaſum, & Meridiem, inter Oceanum, Arteſiam, & Hannoniam extenſa, quæ Franciæ Regibus fidelitatis juſjurandum dabat; & hæc etiam dividebatur in Flandriam Teutonicam, quam abſolute, Flandriam dicimus, & in Flandriam Gallicam.

FLANDRIA STRICTE SUMPTA, ſive Flandria Teutonica, *la Flandre*, pars erat major & præcipua Flandriæ veræ, & totius provinciæ, verſus Septentrionem, & in longum protenſa à confinio Arteſiæ, uſque ad æſtuarium Scaldis, & à Flandria Gallica ſeparatur mediante Liza fluvio, & ſub ea cenſebantur tres Tetrarchiæ Flandriæ, nempe Brugenſis, Iprenſis, & Terræ Francæ, cum parte Gandavenſis Tetrarchiæ ſive tractus, ubi agri Aldenardenſis, Audemburgi, & Cortraci. Ejus vero præcipua urbs erat Gandavum, quæ totius provinciæ facile primaria eſt, aliæ urbes ſunt Brugæ, Ipræ, Dunquerca, Oſtenda, & Aldenarda.

FLANDRIA GALLICA, ſive Gallo-Flandrica, *la Flandre Ouallone*, ſive etiam *le quartier de Lille*, pars eſt ampla Flandriæ veræ ſive Comitatus, magis in Meridiem protenſa, terminatur ab Occidente Arteſia, à Meridie & Oriente Hannonia, à Septentrione vero Flandria ſtricte ſumpta à Liza ſeu Legia fluvio, unde aliquando Flandria Trans-Lizana dicitur, quod Trans-Lizam extendatur reſpectu totius provinciæ, complectiturque urbes Inſulas, Tornacum, Duacum, & Orebieſam cum eorum territoriis, & ejus præcipua urbs eſt Inſulæ, ſed Tornacum cum ejus agro ſæpe tractum facit ab ea provincia diviſum.

FLANDRIA IMPERIALIS, *la Flandre Imperiale*, pars parva Flandriæ, quæ olim Imperatori erat obnoxia, extendebatur à Septentrione in Meridiem, nempe à Scaldis æſtuario, ſive Ottoniana foſſa ad limites Hannoniæ, ab Oriente vero terminabatur à Brabantiæ Ducatu, uti ab Occidente Flandria vera, ſive Comitatu Flandria, ſicque efficiebat partem Orientaliorem Flandriæ, continebatque Aloſtanum Comitatum, Vaſiam tractum, cum quatuor Officiis ſive Ambachtis, ut vocant, & Tranſſcaldia, ſive Dominatum, & ejus præcipua urbs erat Aloſtum.

FLANDRIA PROPRIETARIA, *la Flandre proprietaire*, hoc eſt Flandriæ Comiti propria & peculiaris, parva admodum, complectebaturque Teneramundam, Gerardi montium, & Bornheimum, cum illarum agris, ſicque extendebatur verſus Scaldim majorem fluvium & verſus confinia Hannoniæ, intra fines Flandriæ Imperialis, & ejus præcipua urbs erat Teneramunda.

FLANDRIA, omnis dividitur hodie aliter in quatuor partes ſeu tractus, quæ quatuor Tetrarchiæ vocantur, *les quatres quartiers de Flandres*, in quibus tamen non comprehenditur Gallo Flandria, nempe in Tetrarchias Gandavenſem, Brugenſem, Ipteuſem, & Terræ Francæ: Tetrarchia Gandavenſis, *le quartier de Gand* vulgo, habet ſub ſe Gandavum, Aloſtum, Cortracum, Aldenardam, Teneramundam, Gerardimontium, Ninive, cum eorum territoriis, Vaſiam, & quatuor Officia, ſicque continet etiam Flandriam Imperialem, & Flandriam Proprietariam cum aliis: ſub Tetrarchia ſive tractu Brugenſi, *le quartier de Bruges*, cenſentur Bruga, Sluſa, Damum, Oſtenda, Novoportus, Dixmuda, Ardenburgum, & alia loca, cum eorum territoriis: Tetrarchia Iprenſis, *le quartier d'Ipre* complectitur Ipras, Caſſetum, Balliolum, Armentarias, Comineum, & Meſſenam, cum eorum territoriis ſive Ambachtis, ut vocant: & ſub Tetrarchia ſive tractu Terræ Francæ, *le quartier du Franc*, ſunt Dunquerca, Gravelina, & Furna, Burburgum, & Berga S. Vinoci, cum eorum Caſtellaniis ſive Territoriis; & hæc diviſio Flandriæ in quatuor tractus ſeu Tetrarchias nunc maxime eſt in uſu, uti & in generali Ordinum provinciæ conventu, ubi nulla fit mentio antiquæ diviſionis.

FLANDRIA, alias habuit Comites magni nominis, deinde Ducibus Burgundiæ paruit, & poſtea ex eorum hereditate in Hiſpanorum poteſtatem devenit, ſicque tota ſuberat antea dominio Regis Hiſpaniæ; ſed initio hujus ſæculi, Belgæ uniti ſui juris fecerunt minorem partem Flandriæ, Zelandiæ obverſam, prope Ottonianam foſſam & Scaldis Occidentalis æſtuarium, eamque etiamnum poſſident, Hollandicamque dixere, & à paucis annis Francorum Rex Lodovicus Magnus etiam ſui juris fecit mediam partem Flandriæ ad occaſum & Meridiem extenſam, Hiſpanis alteram partem ſervantibus, ſicque hodie ex eo triplex eſt etiam Flandria nempe Francica, Hiſpana, & Hollandica ſive Belgarum unitorum.

FLANDRIA FRANCICA, *la Flandre Françoiſe*, pars eſt media totius Flandriæ, inter Arteſiam, Hannoniam, Oceanum & Flandriam Hiſpanam protenſa, in qua ſunt Flandria Gallica tota, ſive Gallo-Flandria, & media pars Flandriæ ſtricte ſumptæ ad occaſum, ubi tractus ſive Tetrarchiæ Iprenſis atque Terræ Francæ, ejus præcipuæ urbes ſunt Inſulæ quæ facile primaria illius partis, Tornacum, Duacum, Ipræ, Dunquerqua, & Vinocsberga, & hæc pars Flandriæ remanſit Francici juris pace ad Pyrenæos ſancita, uti etiam poſtea ad Aquiſgranum, & ad Noviomagum facta.

FLANDRIA HISPANA, *la Flandre Eſpagnole*, pars media Flandriæ ad ortum extenſa, inter Oceanum,

Flandriam Francicam, Brabantiam, & Flandriam Hollandicam, ſic dicitur quod etiamnum ſubſit dominio Regis Hiſpaniæ, & in ea ſunt Tetrarchia Gandavenſis fere tota, uti & major pars Tetrarchiæ ſive tractus Brugenſis, hujus partis præcipuæ urbes ſunt Gandavum provinciæ caput, Brugæ, Aloſtum, Teneramunda, Aldenarda, Oſtenda, & Novoportus.

Flandria Hollandica, quæ & Belgarum unitorum, *la Flandre Hollandoiſe*, pars eſt minor Flandriæ verſus Septentrionem extenſa, è regione Zelandiæ, in qua ſunt quatuor Officia, quæ antea ſub Tetrarchia Gandavenſi cenſebantur, & pars minor Tetrarchiæ Brugenſis, ubi Caſſanda inſula, Clauſulæ, Ardenburgum, & Iſendicum, cum eorum territoriis parvis admodum, & fere intra paludes: & ejus urbes ſunt Hulſtum, Axella, & Clauſulæ, ſic vocatur quod a Belgis unitis in eorum poteſtatem redacta, ipſis poſtea conceſſa fuit pace ad Monaſterium Weſtphalorum ſancita.

Flandria Francica, *la Flandre Françoiſe*, ſic perſæpe dicitur à Gallis ea pars Belgii quæ nunc Francorum Regis dominio ſubeſt, à Flandria ejus provincia, cujus media pars ſub ipſa comprehenditur.

Flandria Teutonica, pars erat perampla Comitatus Flandriæ, quæ ſæpius vocabatur Flandria vera, ſive ſtricte ſumpta, nunc *la Flandre* vulgo. Vide Flandria ſtricte ſumpta.

Flandria, perſæpe ab Hiſpanis, Italis, & aliis etiam ſumitur pro parte meridionali Belgii, quæ Gallis & Hiſpanis ſubeſt, ſicque vocatur à Flandria ejus provincia præcipua.

Flandriæ urbes Præcipuæ.

Aldenarda, *Oudenarde*, ſub Hiſpanis.
Aloſtum, *Aloſt*. ſub Hiſpanis.
Brugæ, *Bruges*, ſub Hiſpanis.
Clauſulæ, *l'Ecluſe*, ſub Belgis unitis.
Cortracum, *Courtray*, ſub Hiſpanis.
Duacum, *Douay*, ſub Francis.
Dunquerca, *Donquerque*, ſub Francis.
Gandavum, *Gand*, provinciæ caput, ſub Hiſpanis.
Gravelina, *Graveline*, ſub Francis.
Hulſtum, *Hulſt*, ſub Belgis unitis.
Inſulæ, *Lille*, ſub Francis.
Ipræ, *Ipres*, ſub Francis.
Novoportus, *Nieuport*, ſub Hiſpanis.
Oſtenda, *Oſtende*, ſub Hiſpanis.
Teneramunda, *Dermonde*, ſub Hiſpanis.
Tornacum, *Tournay*, ſub Francis.
Vinociberga, *Bergue S. Vinoc*, ſub Francis.

Flandria Occidua, ſic dicta fuit in media ætate Arteſia provincia à quibuſdam Scriptoribus, quod olim fuerit pars occidentalis Flandriæ Comitatus per duo ſæcula, & antequam anno 1191. ab ea ſejungeretur.

Flandricæ Insulæ, *les Iſles Flamandes*, inſulæ Oceani Atlantici, ſic dictæ quod à Flandris detectæ fuerint, vocantur aliter inſulæ Tertiæ ſive Accipitrum, *las iſlas de los Açores*, & primum luſtratæ fuerunt à Gundiſalvo Vello Luſitano anno 1449. nunc autem ſubſunt Regi Portugalliæ. Vide Accipitrum inſulæ.

Flanona, ſeu etiam Flavona, ut habent alii codices, urbs Liburniæ Plinio, & Ptolemæo, nunc *Fianona*, oppidulum Iſtriæ, in ora maris Adriatici & ſinus Flanatici ab eo dicti, ſub dominio Venetorum, cum portu munito & capaci, in limite Liburniæ, 22. mille paſſibus à Pola in Septentrionem, uti 12. ab oſtio Arſiæ fluvii Fanum S. Viti verſus 12. hinc populi Flanates Plinio.

Flavi, populi fuere Germaniæ, verſus tractus ubi nunc Pomerania ulterior & Pruſſia extenſi & ad Ruſſiam uſque poſtea, quorum regio Flavia dicitur in vita S. Othonis Epiſcopi Bambergenſis.

Flavia, Colonia & urbs Palæſtinæ in Samaria, Patria D. Juſtini Philoſophi & Martyris, creditur Cæſarea Palæſtinæ, quæ à Veſpaſiano Imperatore Flavia Colonia dicta fuit. Vide Cæſarea.

Flavia Æduorum, urbs Galliæ Celticæ in Æduis, ex veteri inſcriptione, quæ ex panegyrico Conſtantini Magni eſt ipſa Æduorum urbs Auguſtodunum *Autun*, aliquando Flavia dicta, teſte Paradino. Vide Auguſtodunum.

Flavia Gallica, ſeu Gallica Flavia, oppidum Illergetum in Hiſpania Tarraconenſi Ptolemæo, nunc *Fraga* incolis, *Fragues* Gallis, oppidum munitum Regni Aragoniæ, teſte Varrerio, ad Cincam fluvium, in limite Cataloniæ, 3. leucis ab Ilerda diſſitum in occaſum æſtivum, Cæſarauguſtam verſus 18. & juxta ipſam Alfonſus VII. Rex Aragoniæ grandi clade affectus fuit & occiſus à Mauris anno 1134.

Flavia Lambris Bæoiorum, oppidum Callaicorum Lucenſium in Hiſpania Tarraconenſi Ptolemæo, quod Lambriaca Melæ, in mediterraneis, nunc quibuſdam eſt *Fuenfria*, caſtrum Gallæciæ verſus limites Aſturiæ, aliis autem eſt Rivadavia *Rivadavia*, oppidum Gallæciæ, ad Minium fluvium ubi recipit Aviam, verſus confinia Portugalliæ 8. leucis ſupra Tyde in ortum.

Flaviacum, ſeu cœnobium S. Geremari de Flaviaco, *S. Germer de Flay*, vicus Galliæ cum Abbatia in provincia Inſulæ Franciæ, & in Bellovacenſi agro, una leuca diſtans à Normanniæ confinio uti ab Epta fluvio, & à Gornaco in ortum Bellovacum verſus quinque.

Flaviana Ala, & Flaviana caſtra, item Flavianum, & melius Ala Flaviana, urbs Pannoniæ ſuperioris, ſic à Flavio Tiberii Cæſaris præfecto dicta ad Danubium fluvium, quæ à Ptolemæo Juliobona, & in itinerario Antonini Vindobona, nunc Vienna, indigenis *Wien*, Gallis *Vienne*, Italis *Vienna*, urbs Auſtriæ caput. Vide Vindobona & Juliobona.

Flavianopolis, urbs Thraciæ in Cœnica provincia non longe a Byzia urbe, teſte Solino.

Flavias, urbs Ciliciæ regionis mediterranea, quæ & Flaviopolis Ptolemæo, ad Calycadnum fluvium, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Seleucienſi, nunc vicus *Fliopoli* dictus, 30. mill. paſſ. ab ora maris Cilicii diſſitus in Septentrionem, teſte Caſtaldo.

Flaviniacum, *Flavigny*, oppidulum Galliæ in Burgundiæ Ducatu, cum Abbatia in colle in Alexienſi tractu, prope Alexiæ rudera, & 5. leucis à Semurio in ortum.

Flavinium, oppidulum ſiut Hetruriæ Virgilio, quod & Flavinianum aliis, in finibus Faliſcorum, prope Tiberim, omnino exciſum jam à tempore Servii, unde etiam evanuere ruinæ, ejus meminit Virgilius libro 7. Æneidos.

Flaviobriga, urbs Autrigonum, in Cantabris, & in Hiſpania Tarraconenſi Ptolemæo, quæ antea Portus Amanus, nunc *Bilbao*, urbs Biſcaiæ primaria, ad Nervam fluvium, qui 2. leucis infra in Oceanum Cantabricum ſe exonerat; eſtque ampla & elegans, emporiumque celebre, 14. leucis à fano S. Andreæ in ortum, teſtibus Moletio & Tarapha. Joannes Mariana carpit Antonium Nebriſſenſem, quod *Bilbao* putarit Flaviobrigam olim dictam, dicitque non antiquam eſſe, utpote extructam a Didaco Lupo de Haro Cantabriæ domino anno 1298. eo loci ubi Armanum portus fuit, neſcius à Plinio ſtatui Flaviobrigam ubi Amanum portus fuit, ait Tarapha in Veſpaſiani honorem prænomen Flavii inditum, urbs ſedet in plano, loco portuoſo & magnos habens objectos montes.

FLAVIO-

FLAVIONAVIA, quod & Flaviou-Avia ſeparatim ſcribitur, oppidum Cantabriæ in Hiſpania Tarraconenſi Ptolemæo, nunc *S. Ander*, ſeu *Santander*, oppidum Hiſpaniæ in Ipuſcoa provincia, cum portu capaci in ora maris Cantabrici, teſte Moletio, & cum arce munita, in ipſo limite Aſturiæ S. Julianæ, 15. leucis à Flaviobriga in occaſum, uti 6. à Laredo verſus fanum S. Julianæ 7. diſtans.

FLAVIOPOLIS, quæ & Cratia, urbs Bithyniæ Ptolemæo, in ea parte quæ Honorias dicta eſt, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Claudiopolitano, ad Parthenium fluvium.

FLAVIOPOLIS, dicta fuit Zela urbs Thraciæ, teſte Plinio.

FLAVIUM, urbs Norici Plinio, nunc teſte Lazio, eſt *S. Andres*, oppidum Germaniæ in Carinthiæ Ducatu, ſub dominio tamen Archiepiſcopi Salisburgenſis, ad Lavantum fluvium, qui duobus milliaribus infra in Dravum ſe exonerat ad Lavantum, medium eſt inter Claudiam ad occaſum & Græcium ad ortum æſtivum, 9. milliaribus Germanicis diſtans à Labaco in Septentrionem: quod ab aliis Solva à Plinio dictum putatur, vel non procul abeſt, cum Solva nunc jaceat, teſte Lazio.

FLAVIUM ARVENSE, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, nunc *Alcolea*, teſte Morali, in Vandalitia, ab Hiſpali 8. leucis diſtans, ex veteri inſcriptione.

FLAVIUM AXALITANUM, quod & Axalita, ex veteri inſcriptione, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, nunc teſtibus Morali & Cluſio, eſt *Lora*, oppidum Vandalitiæ, in colle prope Bætim fluvium, 7. leucis ab Hiſpali in ortum Cordubam verſus 13. olim municipium.

FLAVIUM BRIGANTIUM, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis in Callaicis Ptolemæo, Brigantium Antonino, & Dioni, Brigantia Oroſio, ſic à Veſpaſiano Imperatore qui Flavius cognominatus eſt, dicta, nunc teſtibus Beuthero, Coquo, & Mariana, eſt *Betanços*, oppidum Hiſpaniæ in Gallæcia verſus magnum portum, 3. leucis à Coronio urbe diſtans in ortum, prope oram Oceani Cantabrici, 8. leucis a Compoſtella in Septentrionem, quanquam Morali ſit ipſa urbs Compoſtella.

FLAVIUM INTERAMNUM, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis in Cantabris Hauberto Hiſpalenſi, hodie *Ponferrada*, oppidulum Hiſpaniæ in Regno Legionis, & in tractu *del Vierço* dicto, in limite Gallæciæ.

FLAVIUM LAMINITANUM, oppidum Hiſpaniæ, quod & municipium Flavium Laminitanum, nunc exciſum jacet, ubi hodie *Alhambra*, caſtrum Caſtellæ novæ in agro Laminitano, ad radices montium & prope Roideram fluvium, teſte Ximena.

FLAVIUM SALPESANUM oppidum fuit Hiſpaniæ in Bætica, cujus rudera extant una leuca & media ab Utrera in Vandalitia, teſte Roderico Caro, dicitur etiam Salpeſa.

FLAVIUM VIVITANUM, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, nunc exciſum jacet, ubi poſtea Xarandilla, & nunc viculus *Ermita de los Palacios* dictus, in Vandalitia provincia, ad radices montium Marianorum & juxta fluvium *el Almudiel*, 7. leucis à Biatia in Septentrionem, teſte Ximena.

FLAVONA, urbs Liburniæ Ptolemæo. Vide Flanona.

FLENI SINUS, *Flensburger-Wick*, ſinus parvus Daniæ Regni in Jutia meridionali, Flenſburgum rigat, & tribus milliaribus Germanicis infra ſinui Codano miſcetur, prope Alſam inſulam.

FLENSBURGUM *Flensburg*, urbs Daniæ, in Jutia meridionali ſeu Ducatu Sleſvicenſi, ad ſinum Fleni parvum, inter excelſos colles cum portu capaci & caſtro, 4. milliaribus Germanicis ab Alſa inſula diſtans in occaſum, totidem a Sleſvico ad Septentrionem, & 9. ab Ortonia ad Meridiem; ſubeſtque Regi Daniæ, ſed præfectura cognominis patet Duci Holſatiæ Gottorpio & in ea natus eſt Chriſtianus V. Daniæ Rex anno 1646.

FLETIO, vicus Batavorum ad Rhenum fluvium, ex Itinerario Antonini, nunc vicus *Flueten* dictus, in dominio Ultrajectenſi, medius fere inter Ultrajectum ad ortum & Vordam ad occaſum, quinque mill. paſſ. utrimque diſtans, teſte Cluverio.

FLEVO, inſula Rheni Melæ, in oſtio orientali Rheni fluvii quod Flevum dictum, teſte Plinio, nunc *t'Ulieland* incolis, *le Flie* Gallis, teſte Ortelio, eſtque inſula parva Hollandiæ, ad fauces ſinus Auſtrini in mare Germanicum, portu gaudens percapaci prope Texeliam inſulam.

FLEVO, ſeu Fletio quibuſdam, inſula Friſiorum, in Flevo lacu Antonino, ubi nunc, Ortelio teſte, inſulæ *Ens* & *Urk*, in ſinu Auſtrino *de Zuiderſée* vulgo, Cluverius autem putat à mari abſorptam fuiſſe, ubi ſunt nunc Brevia *het Brede ſant* dicta, inter Friſiam propriam & Vieringam inſulam Hollandiæ, quod forſan melius.

FLEVO, ſive Flevum, lacus Germaniæ Plinio & Melæ, Flevi lacus Tacito, inter Friſios extenſus, in quem alveus Rheni dexter labitur, uti Iſala, poſtea lapſu temporum & maris alluvione ſinus effectus, nunc *Zuyderzée* dictus accolis, id eſt mare Auſtrinum, Gallis *le Sudreſée* ſeu *la mer du Sud*, inter Hollandiam, Friſiam, Trans-Iſalaniam, & Gueldriam provincias Belgii uniti Vide mare Auſtrinum.

FLEVOLANDIA, *t'Ulieland* incolis, *le Flie* Gallis, inſula parva Hollandiæ cum portu ad mare Germanicum, olim Flevo dicta. Vide ibi.

FLEVOLANDIA, *t'Ulieland* Belgis, *le Flie* Gallis, inſula parva Americæ in mari ſeptentrionali, & in ora Novæ Angliæ, antea à Belgis ſic dicta, *Natocke* vero indigenis harum partium, & nunc Anglis ſubeſt à paucis annis.

FLAVUM, alveus Rheni dexter ſive orientalis Plinio, qui a Trajecto inferiori verſus Septentrionem tendens per Flevum lacum fluens, deinde in Oceanum Germanicum ſe exonerabat, ejus pars meridionalis; nunc *le Vecht* dicitur Vecta.

FLEVUM CASTELLUM, locus Friſiorum Tacito, fuit ubi nunc vicus *Ooſteynde* dictus, in parte ſeptentrionali inſulæ *Ulieland* dictæ, ad oſtium Flevi lacus ſeu fauces maris Auſtrini, prope Rheni oſtium orientale, Flevum dictum, *het Ulie*, vix 3. leucis in occaſum ab ora Friſiæ, Cluverio & aliis teſtibus.

FLEXIA, *la Fleche*, urbs Galliæ in Andegavenſi provincia ſuperiori, ad Lædum fluvium, in limite Cenomanenſis provinciæ, ubi Collegium plane Regium ab Henrico IV. Rege Francorum excitatum, diſtat 9. leucis à Salmurio in Septentrionem, & decem ab Andegavo in ortum æſtivum Cenomanum verſus totidem circiter.

FLEXUM, ſeu ad Flexum, oppidum Pannoniæ ſuperioris Ptolemæo, & Antonino, nunc teſtibus Lazio & Cluverio, eſt oppidum Hungariæ inferioris, quod ab incolis *Owar*, à Germanis *Altenburg* dicitur, ad Danubii fluvii ramum minorem, ubi Leitham amnem recipit, è regione Schutiæ minoris inſulæ, 5. milliaribus Germanicis infra Poſonium in Meridiem, & 4. à confinio Auſtriæ inferioris, ſicque dictum fuit olim quod Danubius hic flectatur.

FLISSINGA, *Ulſſingen* incolis, *Fleſſingues* Gallis, urbs Belgii uniti in Zelandia provincia, & in Valachria inſula, parva ſed munita, cum portu commodo, in ditione Statuum provinciarum unitarum, & ſub dominio utili Principis Arauſicani. Vix una leuca diſtat à Midelburgo in occaſum, & 3. à Clauſulis in ortum, 7. autem à Gandavo in Septentrionem.

FLINTENSIS COMITATUS, *the Flintshire* in-

Digitized by Google

colis, *le Comté de Flint* Gallis, provincia Angliæ in Vallia Boreali, parva admodum, in longum porrecta inter Denbighiam provinciam ad Meridiem, & Occidentem, mare Vergivium ad Septentrionem, & Ceſtrienſem Comitatum ad Orientem, ejuſque oppida ſunt Fliotum tractus primatium, & Aſaphopolis, teſte Speedo, erantque olim in hoc tractu Ordovices populi ex parte, ut exiſtimat Camdenus cum aliis.

FLINTUM, *Flint*, oppidulum Angliæ, in Walliæ Principatu, ad Deam æſtuatium cum caſtro. Hinc tractus adjaceos dicitur Gomitatus Flintenſis, *Flintshire*. Diſtat autem 9. milliaribus Anglicis à Ceſtria in occaſum. Ibi Rex Richardus ſecundus perfidia Henrici Percii Comitis Northumbriæ traditus, in manus Henrici *de Bullingbroke* Ducis Lancaſtriæ devenit anno 1400. inde captivus Londinum deductus, è regali ſolio depulſus eſt, & paulo poſt vita privatus.

FLORENTIA, *Florence*, oppidulum Galliæ in Aquitania, & in Armeniaco Comitatu ad Ægirſium fluvium, caput tractus Gauenſis 2 leucis ſupra Lactoram diſſitum in Meridiem Auſcios verſus 4.

FLORENTIA, urbs fuit Regni Neapolitani in Capitanata provincia, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Beneventano, nunc exciſa. Vide Florentinum.

FLORENTIA, urbs Thuſciæ primaria in Italia Ptolemæo, & Antonino, prius Fluentia dicta Plinio, & à Syllæ militibus anno ab urbe condita 645. ædificata, colonia deinde à Triumviris Cæſare Auguſto, Marco Antonio, & Marco Lepido deducta, poſtea a Totila exciſa, & à Carolo Magno reſtaurata, atque ex Feſulanis ruinis aucta, nunc vulgo *Fiorenza* Italis, & *Firenze*, ut ipſi Florentini ſcribunt, Gallis & Anglis *Florence*, Hiſpanis *Florencia*, Germanis *Florentz*, urbs eſt præcipua Hetruriæ quæ Magno Duci paret, ampla, & Italiæ elegantiſſima, collibus cincta ab Oriente & Septentrione, ſed qua occidens eſt pulchram habet planitiem, ejus circuitus eſt 7. milliarium, & ſupra ſeptuaginta millia animarum contineт, ſilice quadrato ſtrata, latis ornata plateis, ædificiiſque ſuperba, & quatuor pontibus pulcherrimis ad Arnum fluvium, ita ut dicatur ab Italis Florentia pulchra, à Martino V. Pontifice Maximo Archiepiſcopalis effecta anno 1420. & Arno fluvio bifariam diviſa, fuit alias libera & Reipublicæ caput, ſub qua maxima pars Hetruriæ, agri nempe Florentinus & Piſanus, ſed tandem Mediceis urbis & totius ditionis dominium ceſſit, auctoritate Caroli V. Imperatoris, qui anno 1530. Alexandrum Medicæum generum ſuum primum Florentiæ Ducem creavit, ſicque nunc ſubeſt Magno Duci Hetruriæ qui in ea perſæpe commoratur in palatio ſuperbiſſimo, duplici arce munita eſt, & Academia nota; in ea celebratum fuit Concilium Oecumenicum ſive univerſale, anno 1439. ab Eugenio IV. Papa, in quo Græci Latinis circa fidem conſenſerunt, præſente Joanne Paleologo Imperatore Conſtantinopolitano, populi Florentini Tacito, nunc vulgo *li Fiorentini* dicti Italis, & *les Florentins* Gallis, *los Florentinos* Hiſpanis, Florentia patria fuit Leonis X. Clementis VII. Leonis XI. & Urbani VIII. Summorum Pontificum: & in ea obiere Summi Pontifices Victor II. anno 1057. & Stephanus IX. anno 1058. & ex ea oriundus fuit etiam Clemens VIII.

FLORENTINUS AGER, *il Fiorentino*, provincia Thuſciæ, ampla ab Arno fluvio in duas partes ſecta, cujus termini ſunt à Septentrione Bononienſis ager & Romandiola, ab Oriente Ducatus Urbinas & Umbria a Meridie Senenſis ager, & ab Occidente Piſanus tractus qui ſub ipſa ſæpe comprehenditur & Lucenſis ditio. Nunc ſubeſt dominio Magni Ducis Hetruriæ, & ejus urbes ſunt Florentia provinciæ primaria, Aretium, Cortona, & Piſtoria, ejus vero partes ſunt Caſentinus tractus & Mugellanus.

FLORENTINUM, urbs Regni Neapolitani in Apulia, quæ & Fatentinum, & Ferentinum dicta, alias Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Beneventano, nunc exciſa jacet, ubi vicus *Fiorenzuola* dictus in Capitanata provincia, & ſuppreſſo ejus Epiſcopatu, Cathedralis Epiſcopatui Lucerino in vicinis ad 6. milliaria perpetuo unita fuit anno 1410. in ipſa vero obietat Fridericus II. Imperator anno 1250. die 13. Decembris.

FLORANTIOLA, oppidum Æmiliæ Antonino, nunc *Firenzuola*, oppidum eſt Romandiolæ Florentinæ, ad Vatrenum fluvium, ad radices Apennini montis, ſub dominio Magni Ducis Hetruriæ, & medium fere inter Florentiam ad Meridiem & Bononiam ad Septentrionem, 26. mill. paſſ. utrimque diſtans, in confinio agri Bononienſis.

FLORENTIOLA, oppidum Galliæ Ciſpadanæ in Anamanis Antonino, nunc *Firenzuola*, oppidum ſtatus Buſſeti, ſub dominio Ducis Parmæ, in via Æmilia, 13. mill. paſſ. à Placentia in ortum Fidentiam verſus 6. & Parmam 22.

FLORIACUM, *Fleury*, burgus Galliæ in Normannia provincia, & in Vulcaſſino tractu, 5. leucis à Rothomago in ortum hybernum Pariſios verſus.

FLORIACUM, *Fleury*, oppidulum Galliæ in Vaſtinio tractu ad Ligerim fluvium, cum cœnobio celebri, quod Floriacenſe nominatur ſive S. Benedicti, *S. Benoiſt ſur Loire* vulgo, 9. leucis ab Aureliis diſtans in ortum, & 3. à Georgolio, una leuca infra Solliacum, & 13. à Monte Argio in occaſum hybernum, teſte Morino, ſed ab aliis tribuitur Aurelianenſi provinciæ.

FLORIACUM, villa Galliæ Celticæ, cujus meminit Gregorius Turonenſis, nunc *Fleury*, oppidulum Ducatus Burgundiæ, ad Oſcarum fluvium, in territorio Divionenſi, 3. leucis à Divione in occaſum diſtans Auguſtodunum verſus.

FLORIANA, oppidum Pannoniæ inferioris Antonino, nunc pagus Hungariæ, *S. Paul*, teſte Lazio, ad Danubium fluvium & prope Budam urbem.

FLORIDA, *la Floride* Gallis, *la Florida* Hiſpanis, regio peramplа Americæ Septentrionalis, ideo ſic dicta, quia detecta fuit ab Hiſpanis die Dominica Palmarum; ſed tantum luſtrata eſt ab Europæis verſus oram littoralem, & ſinum Mexicanum, à quo terminatur ad Meridiem, uti ab ortu Virginia, & ab occaſu Novo Regno Mexicano, ſed ejus termini ad arctos nondum ab Europæis fuere detecti, & in ea Hiſpani poſſident tantum arces S. Matthæi & S. Auguſtini, verſus oram littoralem ad ortum: Angli vero à paucis annis occuparunt partem orientalem verſus montes Apalatæos & fluvium Maii; ubi alias pars Floridæ ſub dominio Francorum, habentque aliquot colonias in illo tractu *Carolina* dicto, teſte Briſtochio.

FLORIDÆ CAPUT, *el Cabo de Florida*, promontorium Americæ ſeptentrionalis in Florida. Vide Caput Floridæ.

FLORIMONTIUM, *Blumberg* incolis, *Fleurmont* Gallis, oppidulum Germaniæ in Alſatia, & in Sundgovia tractu, cum caſtro adjacente in confinio ditionis Epiſcopi Baſileenſis, & medium inter Ferretam ad ortum & Montem Bellicardum ad occaſum, ſub dominio Regis Franciæ.

FLUMEN DIONYSII, *Fiume Deniſi*, oppidulum Siciliæ inſulæ in Valle Nemorenſi, & in agro Meſſanæ, olim Eniſis dictum.

FLORINÆ, *Florennes*, oppidum Belgii in Hannonia, vix una, leuca à Philippovilla diſtans, & in ditione Leodienſi.

FLOROPOLIS, ſeu Fanum S. Flori, *S. Flour*, urbs Galliæ, in Alvernia ſuperiori provincia, in monte edito Monte Plano dicto, & vulgo *la Planeſe*, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Bituricenſi ab anno 1317. facta à Joanne XXII. Pontifice Maximo. Sedet ad radices montis *le Cantal* dicti, ad amnem *La-*

dic, verſus Gabalos, 20. leucis à Claromonte in Meridiem, & 8. ab Anicio in occaſum, & olim Indiciacus dicta fuit, ut plurimi exiſtimant, & poſtea Mons Planus. Hinc Sanflorianus nomen gentis.

FLORIUS, fluvius Hiſpaniæ Tarraconenſis Plinio, in Callaicis, *Ars* nunc, teſte Moletio, ad Nerium promontorium, in Oceanum labens: qui Vir Ptolemæo dicitur.

FLORUM INSULA, *Flores*, inſula ampla Aſiæ, in Oceano Indico, ab ortu in occaſum extenſa, inter Javam & Timoris inſulas, 40. leucis Hiſpanicis à Macaſſaria inſula in Meridiem, ſui juris, & ab Europæis nomine tantum nota, & verſus oram Borealem.

FLORUM INSULA, *la Iſla de Flores* Luſitanis, *l'Iſle des Fleurs* Gallis, inſula maris Atlantici, & una ex Accipitrum ſeu Terriis, ſed parva. 80. leucis Gallicis à Tertia in occaſum diſtans, ſub dominio Regis Portugalliæ.

FLUENTINI, populi Herruriæ, Arno appoſiti Plinio, qui Florentini putantur. Unde & ipſa Florentia Fluentia dicta eſt.

FLUMEN, ſive Flumen Liburniæ, aut etiam Flumen S. Viti, *Fiume* Italis, *S. Weit am Flaum* Germanis, urbecula alias Liburniæ, nunc Carniolæ maritimæ. Vide Fanum S. Viti.

FLUSTATES, populi Galliæ in Aquitania Cæſari, corrupte pro Eluſates, quorum urbs *Euſe*. Vide Eluſates.

FLUVIE FACIS PRÆFECTURA, *la Governacion de Rio de la Hacha*, Regio Americæ meridionalis in Terra firma. Vide Facis fluvii præfectura.

FLUVII MAGNI PRÆFECTURA, *a Capitania de Rio Grande*, provincia Braſiliæ regionis, & una ex 13. ejus partibus, inter præfecturam Paraibæ & præfecturam Siaræ, eſtque valde reſtricta.

FLUVIUS ALVARADI, *el Rio d'Alvarado*, fluvius Americæ in Nova Hiſpania. Vide Alvaradus fluvius.

FLUVIUS AMAZONUM, *el Rio de las Amazonas*, fluvius maximus Americæ meridionalis. Vide Amazonum fluvius.

FLUVIUS ARABUM, *Schat el Arab*, fluvius Aſiæ ingens, ſive potius Tigris & Euphrates ſimul juncti, inter Bagdatum & ſinum Perſicum, verſus Balſeram.

FLUVIUS ASSINIBOLARUM, *la Riviere des Aſſinibouels*, fluvius Americæ in parte ſeptentrionali Novæ Franciæ, oritur ex lacu cognomine multo ſupra lacum Tracium, & poſt longum curſum in ſinum Hudſonium ſe exonerat, teſte Marquetto.

FLUVIUS ASSUMPTIONIS, *la Riviere de l'Aſſomption*, fluvius Americæ in Nova Francia, in fluvium S. Laurentii labitur prope inſulam Montis Regalis.

FLUVIUS BOREALIS, *el Rio del Norte*, fluvius Americæ ſeptentrionalis in novo Regno Mexicano, labitur verſus Fanum S. Fidei ejus præcipuam urbem, 9. leucis ab ea, & deinde in Meridiem tendens, poſt longum curſum ad ortum fluit, & in ſinum Mexicanum ſe exonerat, ut mihi narravit vir doctus qui partes illas partes luſtravit à paucis annis, non autem in mare Purpureum, ut notant tabulæ recentiores.

FLUVIUS BOREALIS, *la Riviere du Nord*, fluvius Americæ ſeptentrionalis in Nova Eboracenſi provincia, in ditione Anglorum, dicitur etiam fluvius commerciorum, *la Riviere des Traites*, ſeu Mauritius fluvius *la Riviere Maurice*. Albaniam coloniam rigat, & in Meridiem fluens, paulo infra Manhatam ſive Novum Eboracum in Mare Canadenſe ſe exonerat.

FLUVIUS DELPHINORUM, *la Riviere des Dauphins*, fluvius Americæ in Florida regione, qui *Seloy* dicitur ab incolis, in mare Boreale ſe exonerat inter oſtium Maii fluvii & Caput Francicum.

FLUVIUS DIVINÆ, *la Riviere de la Divine*, fluvius Americæ in parte occidentali Novæ Franciæ, ortus verſus lacum Ilinotum, & deinde in occaſum tendens poſt curſum 80. leucarum in fluvium Meſſiſipium cadit, diciturque etiam fluvius S. Ludovici, *la Riviere de S. Loüis* à quibuſdam.

FLUVIUS DULCIS, *Rio Dolce*, fluvius Americæ in Nova Hiſpania, & in provincia Veræ pacis, qui poſtea in ſinum Honduræ ſe exonerat.

FLUVIUS FACIS, *el Rio de la Hacha*, quæ etiam *nueſtra Señora de Remedios* dicitur, urbs Americæ meridionalis in Terra firma regione, & in provincia fluvii Facis dicta, *la Gubernaſion de Rio de la Hacha*, in ora maris Borealis. Vide Facis fluvius.

FLUVIUS FODOFRATORUM, in Hiſpania Bætica Plinio, nunc interpretantur *el Rio Guadalmediya*, fluvium parvum ſeu torrentem Hiſpaniæ, in Regno Granatæ, oritur ex montibus *del Codo* dictis, & quinqoe leucis infra in mare Mediterraneum ſe exonerat ad Malacam urbem, quam ab ejus ſuburbio ſeparat, teſte Martino de Roa.

FLUVIUS FRANCORUM, *la Riviere des François*, fluvius Americæ ſeptentrionalis in Nova Francia, inter lacum magnum Huronum & lacum Nipiſſiniorum, ex quo oritur, & poſt curſum 40. leucarum in Lacum magnum Huronum ſe exonerat, teſte Galinæo viro Clariſſimo.

FLUVIUS GRANDIS, *la grande Riviere* Gallis, *el Rio grande* Hiſpanis, fluvius Americæ ſeptentrionalis in Florida regione, ſic dictus à Gallis ſæculo elapſo, dum illas partes incolerent, juxta arcem Carolinam ei inſidentem.

FLUVIUS HURONUM, *la Riviere des Hurons*, fluvius Novæ Franciæ in ejus parte ſeptentrionali, qui aliter fluvius Otavacorum dicitur, & aliquando fluvius Pratorum. Vide ibi.

FLUVIUS JANUARII, *o Rio de Janeiro*, fluvius Americæ in Braſilia regione. Vide Januarius fluvius.

FLUVIUS MAII, *la Riviere de May*, fluvius Americæ ſeptentrionalis in Florida regione. Vide Maii fluvius.

FLUVIUS MAGNUS, *o Rio grande*, fluvius Americæ meridionalis in Braſilia, & in præfectura fluvii magni ab eo dicti, vocatur aliter *Potii* à Braſiliis, & in mare Boreale ſe exonerat.

FLUVIUS MAGNUS, *el Rio grande* Luſitanis, fluvius Nigritiæ, ſive potius ramus Nigri fluvii verſus ejus oſtia.

FLUVIUS MAJOR S. ANTONII, *el Rio de Sant Antonio grande*, fluvius Americæ meridionalis, in Braſilia & in præfectura Paranambuci, qui aliter *Guaraiguazu* dicitur ab indigenis.

FLUVIUS MERIDIONALIS, *la Riviere du Sud*, fluvius Americæ ſeptentrionalis in Nova Eboracenſi provincia, in mare Boreale ſe exonerat lato oſtio.

FLUVIUS MESSISIPIUS, *la Riviere de Meſſiſipi* Gallis, *Meſſiſibi* indigenis, id eſt fluvius magnus, fluvius Americæ in Nova Francia, & in ejus parte maxime ad occaſum extenſa. Vide Meſſiſipius.

FLUVEUS MINOR S. ANTONII, *el Rio de Sant Antonio menino*, fluvius Americæ meridionalis, in Braſilia regione, & in præfectura Paranambuci, qui ab indigenis illarum partium *Guaraimiri* vulgo vocatur.

FLUVIUS NIGER, *el Rio Negro*, fluvius Americæ meridionalis in terra Ignium, & in ejus ora orientali, prope fretum Magellanicum.

FLUVIUS OTAVACORUM, *la Riviere des Outavacs*, qui & fluvius Huronum, *la Riviere des Hu-*

rens, fluvius eſt ingens Americæ ſeptentrionalis, in Nova Francia, ita ut fere æqualis ſit magnitudinis cum fluvio S. Laurentii, in quem ſe exonerat tribus brachiis, ſupra inſulam Montis Regalis, & plures lacus efficit, oritur autem in parte ſeptentrionali Novæ Franciæ, longe ſupra lacum Nipiſſiriniorum, & in eo ſunt plures ſaltus.

FLUVIUS PRATORUM, *la Riviere des Prairies*, fluvius Americæ ſeptentrionalis in Nova Francia, ſive potius ramus medius fluvii Otavacorum, inter inſulam Jeſu ad Septentrionem, & inſulam montis Regalis ad Meridiem.

FLUVIUS PRATORUM, *la Riviere des Prairies*, fluvius ingens Americæ, in parte ſeptentrionali Novæ Franciæ, qui aliter & ſæpius dicitur fluvius Otavacorum, & fluvius Huronum. Vide ibi.

FLUVIUS RICHELEUS, *la Riviere de Richelieu*, fluvius Americæ ſeptentrionalis in Nova Francia, efficit lacus S. Sacramenti, & Champleni, & in fluvium S. Laurentii poſtea ſe exonerat, dicitur etiam *la Riviere de Saurel*, à paucis annis, à caſtro cognomine axſtructo ad ejus confluentes in fluvium S. Laurentii.

FLUVIUS SALTUS LEBETIS, *la Riviere du Sault de la Chaudiere*, fluvius Americæ in Nova Francia, oritur verſus confinia Acadiæ, & deinde in Septentrionem fluens, paulo ſupra Quebecum, & è regione in fluvium S. Laurentii ſe exonerat.

FLUVIUS S. DOMINICI, *el Rio de San Domingo*, fluvius Nigritiæ regionis, & ramus Nigri fluvii verſus ejus oſtia.

FLUVIUS S. FRANCISCI, *o Rio de San Franceſco*, fluvius Americæ meridionalis, in Braſilia regione & in præfectura Seregippæ, dicitur aliter *Parapitinga* Braſilis, & in mare Magellanicum ſe exonerat.

FLUVIUS S. JOANNES, *la Riviere de S. Jean*, fluvius Americæ, in Nova Francia & in ejus parte orientali, oritur prope fluvium magnum S. Laurentii, & deinde in Meridiem fluens per Acadiam provinciam, lato oſtio in ſinum Francicum ſe exonerat.

FLUVIUS S. JOANNIS, *el Rio de S. Juan*, fluvius Novæ Hiſpaniæ in Nicaragua provincia, in mare Boreale ſe exonerat, dicitur aliter Emiſſarium. Vide ibi.

FLUVIUS S. LAURENTII, *le fleuve de Saint Laurent*, fluvius maximus Americæ ſeptentrionalis, qui aliter dicitur Canadæ fluvius à regione adjacente, extenditur per Novam Franciam, oriturque verſus lacum Huronum & confinia Floridæ regionis, deinde per lacus Erieum & Ontarium ſive Frontenaci fluens, hinc inortum æſtivum tendit, ſicque Novam Franciam biſariam ſecans per lacus S. Franciſci, & S. Ludovici labitur, poſtea auctus verſus arctos fluviis Francorum, Pratorum, & Monoum, uti Trifluvio, & æſtuarium efficiens, Quebecum urbem primariam regionis rigat, receptoque Sagoenæo & aliis, centum circiter leucis infra, latiſſimo æſtuario in ſinum Sancti Laurentii ſe exonerat prope Antiſcoſtam inſulam, ſicque ejus curſus eſt 800. leucarum ad minus, & de eo pluribus ſcripſit Abbas Galinæus qui illas oras exacte luſtravit à paucis annis, & notandum quod in hoc fluvio ſunt aliquot ſaltus ſeu Cataractæ à quibus ejus navigatio ſupra Montis Regalis inſulam lintribus omnino impoſſibilis efficitur, naves vero Europææ, Quebecum uſque perveniunt, ſed navigia bellica ad Taduſſacum ſiſtunt perſæpe.

FLUVIUS S. MARGARITÆ, *la Riviere de Sainte Marguerite*, fluvius Novæ Franciæ, in ejus parte orientali, in æſtuarium S. Laurentii labitur prope ſeptem inſulas, è regione promontorii Epiſcopi.

FLUVIUS S. MICHAELIS, *el Rio de San Miguel*, fluvius Americæ meridionalis, in Braſilia regione & in Paranambuci præfectura, dicitur *Cenembi* ab indigenis illarum partium, & in mare Boreale ſe exonerat prope portum Francorum.

FLUVIUS S. SALVATORIS, *la Riviere de S. Sauveur*, fluvius Novæ Franciæ in Acadia regione, qui in intimum ſinum Calorum labitur, prope promontorium Lebetis.

FLUVIUS S. SPIRITUS, *el Rio de San Eſpiritu* Luſitanis, *la Riviere du S. Eſprit* Gallis, fluvius ingens Africæ meridionalis in Monomotapa regione. Vide Spiritus Sancti fluvius.

FLUVIUS SPIRITUS SANCTI, *el Rio del Eſpiritu Sancto*, fluvius Americæ ſeptentrionalis in Florida regione, plures alios fluvios recipit vix nomine notos, & tandem in ſinum parvum S. Spiritus, & cum ipſo in ſinum Mexicanum labitur.

FLUVIUS VIRIDIS, *el Rio Verde*, fluvius Americæ in Nova Hiſpania, primum detectus anno 1616. eſtque verſus Conchos S. Bartholomæi, in parte ſeptentrionali Novæ Hiſpaniæ.

FOBARIA, oppidum Hiberniæ in Media Comitatu Lageniæ provinciæ, cujus fit mentio in actis mediæ ætatis, nunc exciſum jacens.

FOCARIA, mons & promontorium Umbriæ, nunc *il Monte di Peſaro*, in Ducatu Urbinate, teſte Blondo, inter Piſaurum propinquum, & Fanum. Sic in antiquis Piſaurum annalibus.

FOCHIENSIS PROVINCIA, *la Province de Fokien*, una eſt ex quindecim partibus Imperii Sinarum, cujus undecima exiſtit, in ejus parte auſtrali, ſatis montuoſa eſt, & terminatur ab ortu Oceano Orientali, à Septentrione Chequianenſi provincia, uti ab Occidente Quianſia, & a Meridie Quatunia, in ea ſunt octo urbes præcipuæ, ſub quibus cenſentur 48. aliæ minores, teſte Martinio, hæ autem præcipuæ ſunt Focheum *Focheu*, totius provinciæ caput, Civencheum *Civencheu*, Changcheum *Changcheu*, Kienninga *Kienning*, Jenpinga *Jenping*, Tingcheum *Tingcheu*, Hinghoa *Hinghoa*, & Xaoum *Xaouu*, & ab hac provincia pendebat alias Formoſa inſula.

FOCHEUM, *Focheu*, urbs Imperii Sinarum, Fochienſis provinciæ caput & primaria, ampla eſt, portu gaudens & emporio celebri, vix 12. leucis Gallicis diſtans ab ora Oceani, ad fluvium cognominem, & ab ea pendent ſeptem urbes minores, ut pluribus ſcribit Martinius.

FOCHIUM REGNUM, *le Royaume de Foqui*, pars Japoniæ in Jamaiſtera regione Niphoniæ, & in ejus ora occidentali, cum oppido cognomine, inter Regna Inabam, Ivamum, & Mimalacam, teſte Brietio.

FOCUNATES, populi Galliæ Narbonenſis in Allobrogibus Plinio, quorum tractus Foſſiniacum nunc dicitur Plingonio, *le Fauſſigny*, in Ducatu Sabaudiæ, ad radices Alpium, & in confinio Valeſiæ provinciæ. Ejus primaria eſt Bonavilla.

FOEDERATUM BELGIUM, pars ſeptentrionalis Belgii, dicitur aliter Belgium fœderatum, & Belgium unitum. Vide ibi.

FOEDUS DOMUS DEI, ſeu Cathedrale, *la ligue de la Maiſon Dieu*, vel *la Cadée* Gallis, *Gottheſpunt* Germanis, tractus Rhætiæ, & Griſonum pars major, & magis ad ortum extenſa, inter Vallem Tellinam ad Meridiem, fœdus ſuperius ad occaſum, Fœdus decem Juriſdictionum ad Septentrionem, & Comitatum Tirolis ad ortum, ſecundum locum obtinet, in ea ſunt 21. communitates, quæ perſæpe reducuntur ad undecim, & præcipua urbs eſt Curia.

FOEDUS DECEM JURISDITIONUM, *la ligue des dix Droitures* Gallis, *Zehen Gerichterpunt* Germanis, tractus Rhætiæ, & Griſonum pars tertia magis ad Boream extenſa, ejus termini ſunt ad Septentrionem Suevia, ad occaſum & Meridiem fœdus Domus Dei, & ad ortum Comitatus Tirolis, ſicque dicitur quod in ea ſint decem communitates.

FOEDUS SUPERIUS, ſeu Canum, *la ligue Griſe*

Gallis, *Oberpunt* Germanis, tractus Rhætiæ propriæ, & una ex tribus partibus Griſonum, inter alias primum locum obtinens; ejus termini ſunt ab Oriente fœdus Domus Dei & Comitatus Clavennenſis, à Septentrione vero, Occidente, & Meridie Helvetii cum eorum ſubditis, cum quibus anno 1498 fœdus perpetuo iniit, teſte Plantino, eſtque tota montibus altiſſimis referta, & in ea ſunt 19. communitates ſive territoria.

Foggia, *Foggia*, oppidum lepidum Italiæ, in Regno Neapolitano, & in provincia Capitanata, probe cultum, & tributo quod ibi ſolvitur notum, vulgo *La Dogana di Foggia*, prope Cerbalom fluvium. Vix 8. milliaribus ab ora maris Adriatici, & 10. à Manfredonia in ortum diſtat, ibi obiit Carolus primus Andegavenſis utriuſque Siciliæ Rex die 7. Januarii anno 1285. & dicitur etiam Fovea à quibuſdam.

Foilus, *Logh Foil*, lacus Hiberniæ in Ultonia provincia, & in Comitatu Londinoderienſi.

Fondora, *Hondura*, regio Americæ ſeptentrionalis, & pars Novæ Hiſpaniæ ſic dicta à fundo, vocatur ſæpius à recentioribus Hondura. Vide ibi.

Fons Æthiopis, erat in Judæa, in via qua ab Jeruſalem Gazam itur, nec longè ab Azoto, teſte Adrichomio: & is eſt ad cujus aquas Eunuchum Candacis Reginæ Æthiopum baptizavit Philippus Diaconus, ut fidem faciunt Sacræ Paginæ.

Fons Bellaqueus, ſeu Fons aquæ pulcbræ, *Fontainebleau*, burgus cultiſſimus Galliæ in provincia Inſulæ Franciæ, & in Vaſtinio tractu, cum palatio ſuperbiſſimo a Franciſco I. & Henrico IV. Regibus extructo, ubi peramoenus Regis ſeceſſus in medio ſylvæ cognominis ſive Bieriæ dictæ, cum jam olim excitatum eſſet Caſtrum à Ludovico VII. Rege anno 1169. Vix una leuca diſtat a Sequana fluvio, 4. a Meloduno, & 14. a Pariſiis in Meridiem, & in eo nati ſunt Francorum Reges quatuor, videlicet Philippus IV. Pulcher anno 1266. Franciſcus II. anno 1544 Henricus III. anno 1551. & Ludovicus XIII. anno 1601. & in eo etiam ſancita fuit pax inter Reges Sueciæ & Daniæ die 2. Septembris 1679. qua reddita fuere Suecis ea omnia quæ ipſis erepta fuerant durante bello.

Fons Clarus, *Shirborn*, oppidulum Angliæ in Dorcetia provincia, in ipſo limite Somerſetiæ provinciæ, & medium fere inter Dorceſtriam ad Meridiem & Fontes ad Boream, 15. mille paſſibus utrimque diſtans.

Fons Dulcis, *Fontdouce*, vicus & Abbatia Galliæ in Santonia provincia, 4. leucis à Santonum urbe in ortum æſtivum.

Fons Ebraldi, *Fontevrault*, oppidulum Galliæ, in Andegavenſi provincia, cum Abbatia percelebri Virginum, quarum Abbatiſſa caput ſui ordinis etiam viris hujus Ordinis præeſt. Eſt in confinio Turonenſis provinciæ. Vix una leuca diſtans à Ligeri fluvio, 3. à Salmurio in ortum hybernum, & 5. à Chinonio in occaſum.

Fons Episcopi, *Fontaine l'Eveſque*, oppidum Belgii in Comitatu Hannoniæ, prope Sabim fluvium, in limite Namurcenſis Comitatus, antea ſub dominio Francorum ab anno 1667. pace ad Aquiſgranum ſancita, nunc Hiſpanis redditum, una leuca diſtat à Catoloregio in occaſum, ori 6. à Namurco Montes verſus 4.

Fons Gombaldi, *Foncombaut*, vicus & Abbatia Galliæ in Bituricenſi provincia, & in limite Turoniæ, ad Craoſiam fluvium, 2. leucis infra Oblincum in occaſum æſtivum.

Fons Hortorum, cujus fit mentio in libris Canticorum, ſic dictus quia hortos regionis rigat, fluens impetu de Libano monte in Palæſtina, in fluvium excreſcit, atque Antaradum alluens, mare Syriacum ingreditur, reſpondet Eleuthero fluvio Ptolemæi, & ille eſt fluvius Syriæ, qui à Joſepbo dictus eſt Sabaticus eo quod ſeptimo quoque die fluere deſiſteret, illum ab incolis Syriace *Nabro-Kadiſcio*, id eſt flumen Sanctum nominari refert Gabriel Siopitanita.

Fons Jovis, ad Dodonem in Epiro mirus, faces extinctas accendens & accenſas extinguens, ſi Plinio credimus.

Fons Paderæ, *Paderborn*, urbs Germaniæ in Weſtphalia. Vide Paderborna.

Fons Rapidus, *Fuenteravia* incolis, alias *Ondarribia* & *Ondar Ibaya*, id eſt poſtremum flumen, *Fontarabie* Gallis, *Fontarabia* Italis, oppidum munitum Hiſpaniæ in Ipuſcoa provincia, in ora Oceani Aquitanici, ad oſtia fluvii Vidaſſonis, & in ipſo limite Galliæ, prope Olarſonem oppidum exciſum, à Gothis anno ſalutis 625. conditum fuit, 3. leucis diſtans à Sebaſtianopoli in ortum Baionam verſus 6. eratque olim in Aquitania in Lapurdenſi tractu, teſtibus Rogerio *Howeden* Anglo, Arnaldo Oihenarto, & Petro de Marca, cum ſitum ſit cis Pyrenæos montes, eſſetque alias in ditione Vicecomitis Baionenſis, & in Diœceſi etiam Baionenſi uſque ad annum 1571. quo Philippus II. Rex Hiſpaniæ hunc agrum inde ſeparari curavit.

Fons Salubris, *Heilbrun*, urbs Germaniæ in Suevia provincia, Imperialis & ſui juris. Vide Heilbrunna.

Fontes aliquot apud veteres.

Acidalia, Bœotiæ, ad Orchomenon.
Aganippe, Bœotiæ, ad Heliconem montem.
Albuneus, in Latio, verſus Tybur.
Arethuſa, Syracuſis, in Sicilia.
Callirhoe, Athenis, in Attica.
Caſtalius, Phocidis, ad Parnaſſi montis radices.
Clitorius, ad Clitorium urbem Arcadiæ.
Dirce, Thebis, Bœotiæ.
Gargaphie, circa Plateas, in Bœotia.
Hippocrene, ad Heliconem montem Græciæ.
Libethros, Magneſiæ, in Theſſalia.
Liriope, verſus Theſpias, in Bœotia; ubi Narciſſus puer ſuffocatus.
Salmacis, ad Halicarnaſſum, in Caria.

Fonseca, *l'Iſle Fonſeca*, quæ & S. Bernardi inſula Americæ, & una ex Antillis in mari Boreali, & magis verſus Meridiem extenſa ad ſeptem leucas, ſed de ea pauci admodum ſcripſere.

Fontanella, pagus Galliæ, ex Martyrologio, ad Sequanam fluvium, in territorio Rothomagenſi, cum cœnobio, nunc *S. Vandrille* dicitur in Normannia, à Rothomago 12. mill. paſſ. diſtans Pariſios verſus.

Fontarabia, *Fuenteravia*, oppidum Hiſpaniæ. Vide Fons rapidus.

Fontecli, pagus olim Æmiliæ, nunc rus *la Fondazza*, cum caſtro diruto in Ducatu Placentino, inter Placentiam & Parmam, à Placentia 13. mill. paſſ. poſt Florentiolam oppidum diſtans, teſte Ferrario.

Fonteia, *Born*, & *Borna*, oppidulum Germaniæ in Miſnia provincia, 3. milliaribus Germanicis diſtans ab Aldenburgo in Boream Lipſiam verſus 2. ad fluvium *Pleiſſ.* ſub dominio Electoris Saxoniæ.

Fontenacum, *Fontenay le Comte*, urbs Galliæ lepida, in Pictavenſi provincia inferiori, ad radices collis, & ad amnem Vendeam, dives effecta ob nundinas. 5. leucis diſtans à Marantio in Septentrionem, & 3. à Malleaco, 7. autem ab ora Oceani Aquitanici.

Fontenæum, *Fonteney* alias, nunc *Voutenay*, vicus Galliæ in Burgundiæ Ducatu, & in Altiſſiodorenſi tractu, ad Curam fluvium, 6. leucis ab Altiſſiodoro diſtans in Auſtrum, medius inter Crevantium & Aballonem, ubi acriter dimicatum fuit inter Lotharum Imperatorem, Ludovicum Regem Germaniæ, & Caro-

lum Calvum Regem Galliæ fratres anno 841. maxima utrimqoe clade.

FONTES, pagus Italiæ in Inſubria, nunc Caſtrum Fontanetum, vulgo *Fontaneto*, in Ducatu Mediolanenſi, & in agro Novarienſi, ad Goniam amnem prope Aronam, ſic dicitur à multis fontibus ibi ſcaturientibus, ubi etiam plures exſtant inſcriptiones antiquæ marmoreæ, teſte Ferrario.

FONTES, *Fontaines*, vicus Galliæ in Burgundiæ Ducatu, in colle ſitus, vix una leuca à Divione orbe diſtans, ubi natus S. Bernardus primus Abbas Claræ-vallenſis.

FONTES, *Wells*, urbs Angliæ in Comitatu Somerſetienſi, ſic à Fontibus quæ in ea ſcatent, unde Fontanenſis vocata, antea Epiſcopalis, & olim Theodorunum dicta. Vide ibi.

FONTES APONS, Suetonio, nunc *i Bagni d'Abano*, balnea Italiæ cum vico in agro Patavino, quæ à Plinio Aquæ Patavinæ dicuntur. Vide Aponus.

FORBISHERII FRETUM, in Gronelandia. Vide fretum Forbisherii.

FORCALQUERII COMITATUS, ſeu Fori Neronis Comitatus, *le Comté de Forcalquier*, tractus eſt Galliæ, Provinciæ annexus, per matrimonium Garſendæ illius heredis cum Alphonſo ſecundo Comite Provinciæ anno 1193. ſeu anno 1200. circiter, teſte Andrea Cheſneo, ſed tractus Ebrodunenſis & Vapincenſis, quæ erant etiam partes iſtius Comitatus, junctæ fuerunt Delphinatui anno 1202. ab Andrea Delphino, cui conceſſæ ſunt à Guillelmo ultimo Folcalquerii Comite cum Beatricem illius neptem duxit uxorem: extenditur inter Druentiam fluvium ad ortum & Meridiem, & Delphinatum ad Septentrionem, & ejus præcipua oppida ſunt Forum Neronis ſive Forcalquerium, & Manuaſca.

FORCALQUERIUM, *Forcalquier*, oppidum Galliæ in Provincia, ad rivum *Laye*, Comitatus ſive tractus cognominis caput, olim Forum Neronis dictum, ut multi exiſtimant, & 2. leucis à Druentia fluvio diſtans. Vide Forum Neronis.

FORCHENA, *Forcheim*, oppidum Germaniæ, in Franconia, ad confluentes Wiſeno & Regnitii fluviorum, ubi caſtrum munitum, nunc ſub dominio Epiſcopi Bambergenſis, cum olim eſſet urbs Imperialis, 4. milliaribus Germanicis diſtat à Bamberga in Meridiem Norimbergam verſus, à qua 5. milliaribus diſtat. Quibuſdam eſt Trutavia.

FORDUNUM, *Forden*, oppidum Scotiæ ſeptentrionalis, & Merniæ regionis primarium, ubi corpus D. Palladii ſervatur, ab Aberdonia 15. milliaribus diſtans in occaſum hybernum.

FORENSIS PROVINCIA, *le Forez*, provincia Galliæ, quæ ab aliis Foriſium dicitur, à Septentrione in Meridiem extenditur juxta Ligerim fluvium, terminatur à Septentrione Borbonenſi provincia, ou ab Occidente Alvernia, ab Oriente Baojovienſi & Lugdunenſi provinciis, & à Meridie Velaunis; dividitur in ſuperiorem *le Haut Forez*, in qua Forum Seguſianorum *Feurs*, & Furaoium ſeu Fanum S. Stephani *S. Eſtienne*, & in inferiorem *le bas Forez*, in qua Monbriſonium *Monbriſon*, provinciæ caput, & Rodumna *Roanne*, eſtque fertilis admodum, & ſub præfectura Lugdunenſi perſæpe cenſetur, hinc Forenſes popoli, *les Foreſiens* vulgo.

FORESTI MONASTERIUM, *Foreſt Mouſtier*, Abbatia Galliæ in Picardia provincia, & in Ponovo tractu, vix 4. leucis ab Abbavilla in Septentriooem Monaſteriolum verſus 6.

FORMIÆ, quæ Phormiæ & Hormiæ Græcis, urbs & colonia Larii novi in Italia, Livio & Straboni, & antiqua Læſtrigonum ſedes, olim Epiſcopalis, poſteà à Saracenis exciſa anno 840. ex ejus ruinis excitatus fuit *Mola*, pagus elegans & amoenus Terræ Laboris, in Regno Neapolitano & in ora ſinus Formiani, inter Cajetam ad occaſum 4. & Minturnas ad ortum 9. mill. paſſ. occurrens, & 17. à Tarracina, qui tamen non eſt ipſæ Formiæ, ſed potius Molæ Formianæ à Cicerone memoratæ, & ſedes Epiſcopalis hujus urbis Cajetam tranſlata fuit, ejus meminit Martialis libro 10.

FORMIANUM, villa Ciceronis erat in Italia, & in Lario novo, in agro Formiano, cujus meminit Horatius libro primo, ejus locus adhuc vulgo *Cicerone* dicitur in provincia Terræ Laboris verſus Cajetam, teſte Smetio.

FORMIANUS SINUS, pars maris Tyrrheni prope Formias, urbem exciſam, unde ei nomen inditum olim fuit, extenditur inter Sinueſſæ rudera & Montem Maſſicum ad ortum, & Cajetam ad occaſum, unde nunc dicitur *il Golfo di Gaieta* indigenis, *le Golfe de Gaiette* Gallis, in ora Regni Neapolitani, & provinciæ Terræ Laboris.

FORMIO, fluvius Carnorum, & Iſtriæ terminus Plinio & Ptolemæo, nunc parte ſuperiori *Alben* dictus à Germanis, & parte inferiori *Riſano* ab Italis, oritur ex Alpibus, ex Ocra monte in Carniolæ Ducatu verſus Lugeam palodem, deinde in occaſum fluens per Iſtriam, in mare Adriaticum & ſinum Tergeſtinum ſe exonerat, teſte Cluverio, a. milliaribus a Juſtinopoli in Boream Tergeſte verſus 6.

FORMOSA, *Belle Iſle*, inſula Galliæ prope oram meridionalem Britanniæ minoris, à qua 4. leucis diſtat cum arce valida. Vide Caloneſus.

FORMOSA, inſula Aſiæ, in Oceano Orientali ſeu Sinico, incolis *Ta Lieukieu* dicta, id eſt magna *Lieukieu*, Sinis *Paccande*, Luſitanis *Lequeio*, Hiſpanis & Belgis *Formoſa*, uti Gallis & *Belle Iſle*, extenditur à Septentrione in Meridiem per 260. mill. paſſ. eratque alias pars Fochienſis regionis Sinarum, probe culta eſt, & valde fertilis atque rigua, 34. leucis diſtans ab ora Sinarum in ortum hybernum Luſoniam verſus 50. circiter, & 150. a Japonia regione, ut pluribus ſcribit *la Maurinière* Gallus, qui in ea per 5. annos commoratus eſt, & in ea degunt etiamnum quamplurimi Sinæ, ejus oppidum præcipuum eſt *Theovan*, cum arce quadrangulari munita Zelandia dicta à Belgis excitata in inſula *Theovan*, vix mill. paſſ. ab ora occidentali diſtans, ſunt etiam in ea arces *Farbrou*, *Quilam*, & *Tamſuy* alias à Luſitanis excitatæ & poſtea ab Belgis captæ anno 1635. cum tota inſula, quæ ipſis remanſit uſque ad annum 1661. quo inde ejecti fuere a Coxcinia pirata Sina, cui nunc ſubeſt.

FORMOSUM CAPUT, *el Cabo Formoſo*, promontorium Africæ in Guinea regione. Vide Caput Formoſum.

FOROAUGUSTANI, populi Hiſpaniæ Tarraconenſis, quorum urbs Libiſoſa.

FORO-JULIENSIS PROVINCIA, ſeu Foro-Julium, *il Friuli* incolis, *le Frioul* Gallis, provincia Italiæ, in dominio Veneto. Vide Forum Julium.

FORO JULIUM, urbs Galliæ Narbonenſis, quæ Colonia Octavianorum Plinio, nunc *Frejus*, urbs Provinciæ in ora maris Mediterranei à qua dimidia leuca diſtat in valle intra paludes, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Aquenſi, prope oſtia Argentei fluvii, & Calianenſem tractum, diſtans 12. leucis à Telone in ortum æſtivum Antipolim verſus ſex, & 4. à Fano S. Torpetis in Septentrionem, prope Sambracitanum ſinum, portu gaudens ſatis capaci, 20. leucis diſtat ab Aquis Sextiis in ortum.

FORTEVENTURA, ſive Bona ſors *la Iſla de Fuerteventura* Hiſpanis, *la Fortaventure* Gallis, inſula Africæ in Oceano Atlantico, & una ex Canariis inſulis verſus ortum, olim forſan Erbania & Junonia dicta, circuitus eſt 56. leucarum, extenditurque in longitudinem

ad 25. leucas, & in latitudinem ad octo, ſubeſtque Regi Hiſpaniæ cum aliis Canariis ſeu Fortunatis, 18. leucis Hiſpanicis diſtans ab ora proximiori Africæ in occaſum, eſtque ſatis culta cum oppido cognomine & aliquot vicis.

FORTHEA, *le Forth*, fluvius Scotiæ meridionalis. Oritur in confinio Lennoxiæ provinciæ, deinde Strivelinum urbem rigat, & paulo infra multis auctus fluviis, in æſtuarium Bodotriam ſe exonerat, quod ab eo etiam Forthea dicitur, extenditurque inter Fifam & Laudoniam provincias.

FORTHEA ÆSTUARIUM, quod & Bodorria, ſinus parvus Scotiæ, vulgo *the Fyrth of Forth*, ſic dicitur à Forthea fluvio qui in eum labitur, extenditur inter Fifam provinciam ad Septentrionem & Laudoniam ad Meridiem, vix uno milliari ab Edimburgo diſtans, & mari Germanico miſcetur.

FORTIÆ CASTRA, oppidum Norici in Rhætiæ confinio, ex libro Notitiarum, nunc teſte Lazio, eſt *Sterzingen* oppidulum Comitatus Tirolis in Germania, quod Sturacum etiam dicitur à recentioribus Latinis, ad Eyſocum fluvium, inter Brixinonem & Oenipontem.

FORTUNÆ BONÆ INSULA, *the Iland of Good Fortuyn* Anglis, inſula Americæ ſeptentrionalis, verſus terras Arcticas, & ad fauces orientales Freti Hudſonis, detecta ab Anglis hiſce ultimis temporibus.

FORTUNÆ TEMPLUM, erat in Campania, teſte Strabone, inter Cales & Teanum urbes propinquas.

FORTUNATÆ INSULÆ; Oceani Atlantici inſulæ Plinio, & Ptolemæo, ſeptem numero, quarum nomina Canaria, Nivaria, Erbania ſeu Caſperia, Centuria, Theode, Pluvialia & Capraria; nunc omnes Canariæ dicuntur, *las Iſlas Canarias* Hiſpanis, *les Iſles Canaries* Gallis in Africa, detectæ fuerunt à Joanne Betancurtio Gallo anno 1346. parentque Regi Hiſpaniæ, extenduntur verſus oram Biledulgeridiæ regionis Africæ, & earum orientalior eſt Forteventura, occidentalior vero eſt Inſula Ferri, & 200. leucis Hiſpanicis diſtant à Gadibus verſus Meridiem. Vide Canariæ inſulæ.

FORULI, vicus Sabinorum Straboni & Livio, in rupe prærupta, ad Marſorum confinia, adhuc vulgo *Forolo* dictus, in Sabina, ad Himellæ fluvii ortum. Cujus meminit Virgilius libro 7. Æneidos.

FORUM ADRIANI, locus Batavorum, cujus fit mentio in itinerario Antonini, ad foſſam Corbulonis, nunc teſte Cluverio, eſt *Voorburg* vicus Hollandiæ inter Lugdunum Batavorum & Delphos.

FORUM ALIENI, oppidum Æmiliæ Tacito, ad Padum fluvium, ubi nunc Ferraria urbs, *Ferrara*, teſte Joanne Bocatio cum aliis, inter Bononiam 28. & Patavium 46. ac inter Mantuam 56. & Ravennam 50. à Verona vero 60. mill. paſſ. in ditione Eccleſiæ. Vide Ferraria.

FORUM APPII, urbs Volſcorum in Latio, Ciceroni, Ptolemæo, & Antonino, ab Appio Claudio extructa ad Pontinam paludem, & ad Viam Appiam ab eo deductam, poſtea Epiſcopalis, nunc prorſus exciſa, & teſte Celſo Cittadino, eſt *Caſe nove* diverſorium, aliis *Foſſa nova* Abbatia, ſed Lucas Holſtenius ſcribit ea loca eſſe extra Viam Appiam, & Fori Appii quædam veſtigia apparere inter lapidem 42. & 43. ab urbe, locum nunc dici *il Caſarillo d. S. Maria* intra paludes, 3. milliaribus aut paulo amplius à Foſſanova, quod rectius, ut ego etiam dignoſcere potui cum illas partes luſtrarem, 4. milliaribus diſtat a Setia, & ibi viſuntur magna veſtigia deleti oppidi, & paulo cis oppidulum arcus eſt antiqui operis admirandæ ſtructuræ, vulgo *l'arco della Communita*, à Setinis nunc dictus; quod aget circumjacens ad communitatem Setinorum ſpectet, inde porro ſunt 18. millia paſſuum Tarracinam uſque, ejus meminit Horatius libro 1. hinc populi Forappii Plinio.

FORUM AUGUSTUM, ſive Forum Auguſti, in urbe Roma, ab Ovidio libro 5. Faſtorum memoratum.

FORUM AURELII, oppidum erat Hetruriæ Antonino, medium inter Centum Cellas & Coſam, 20. mill. paſſ. utrinque diſtans, in ora prope Graviſcas, prorſus exſtinctum.

FORUM BIBALORUM, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis Ptolemæo, nunc interpretantur *Fomillam* vicum Portugalliæ in Tranſmontana provincia, & in agro Aquarum Flaviarum, in confinio Gallæciæ, teſte Moletio.

FORUM CALVISII, oppidum Cenomanorum in Gallia Ciſalpina, nunc ex veteri inſcriptione, *Calviſano*, oppidulum Longobardiæ in ditione Veneta, & in agro Brixiano ad incile Brixianum, verſus limites Ducatus Mantuani, 14. mill. paſſ. a Brixia in Auſtrum Bebriacum verſus paulo plus.

FORUM CASSII, urbs Hetruriæ Antonino, olim Epiſcopalis, nunc vicus parvus, *S. Maria Forcaſſi* dictus, in provincia Patrimonii, ſub dominio Summi Pontificis, prope Vetrallam oppidum quod crevit ex ejus ruinis, & nonnulli ipſum Forum Caſſii eſſe contendunt, 7. milliaribus diſtans à Viterbio in Meridiem, & uno à Vetralla tantum.

FORUM CLAUDII, urbs Italiæ in Campania, olim Epiſcopalis, poſtea exciſa, cujus Epiſcopatus Calenum tranſlatus fuit, teſte Ughello.

FORUM CLAUDII, oppidum Thuſciæ mediterraneum Antonino, & Ptolemæo, quod Forum Clodii à Plinio dictum fuit, poſtea urbs Epiſcopalis in Sabatia tractu, nunc Oriolum *Oriolo*, caſtrum ditionis Eccleſiæ in provincia Patrimonii, & in Ducatu Braciani, quatuor milliaribus diſtans à lacu Sabatino in occaſum, & 5. à Braciano in arctos Bleram verſus, & ab urbe Roma circiter 25. in occaſum, teſtibus Luca Holſtenio & Cluverio.

FORUM CLAUDII, urbs Centronum in Gallia Narbonenſi Ptolemæo, prope Alpes Graias, nunc Roberto Cœnali & aliis, eſt *Moutiers*, urbs Archiepiſcopalis Sabaudiæ, Tarantaſiæ tractus caput, unde etiam aliquando dicitur *Moutiers en Tarantaiſe*, ſita eſt ad Iſaram fluvium, ubi recipit *Doron* intra montes, 6. leucis diſtans à Fano S. Joannis in Mauriana valle in Septentrionem, & 11. a Camberiaco in ortum.

FORUM CLODII, urbs Galliæ Narbonenſis Plinio. Vide Forum Claudii.

FORUM CORNELII, urbs Lingonum, poſtea Æmiliæ in Gallia Ciſpadana Plinio, & Antonino, quæ Cornelium Ciceroni, & Syllæ forum aliis, nunc *Imola* urbs Italiæ, quam ſæpe uti *Iumola* pronunciant indigenæ pagorum adjacentium, eſtque in Romandiola provincia, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Ravennate, ad Vatrenum fluvium, in via Æmilia, ſub dominio Summi Pontificis, in limite agri Bononienſis, & Ducatus Ferrarienſis, eſtque elegans & ſatis culta, 20 milliaribus diſtans a Bononia in ortum Faventiam verſus 10. & Ravennam 25. a confinio vero ditionis Florentiæ 16. in Septentrionem, hinc populi Foro Cornelienſes Plinio & Corneenſes aliis, *gl'Imoleſi* vulgo dicti.

FORUM DECII, fuit oppidum Sabinorum Plinio, cujus hodie nullum exſtat veſtigium.

FORUM DIUGUNTORUM, ſive ut habet textus Græcus, Juruntorum, oppidum Inſubrum in Gallia Tranſpadana Ptolemæo, nunc, teſte Cluverio, eſt Crema *Crema*, urbs permunita Longobardiæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Bononienſi, ad Serium fluvium, olim ſub Ducibus Mediolanenſibus, nunc ſub dominio Reipublicæ Venetæ. Vide Crema.

FORUM DOMITII, oppidum Galliæ Narbonen-

ſis Antonino, nunc teſte Varrerio, eſt *Fabregues*, oppidulum Galliæ ad Caulazonem amnem, in Occitania inferiori, 2. leucis à Monte Peſſulano in occaſum, & una tantum a ſtagno Magalonenſi in Septentrionem, à Nemauſu 30. mill. paſſ. in occaſum. Aliis autem, & meliùs, eſt Frontinianum, *Frontignan*, oppidum ejuſdem provinciæ, ad ſtagnum Magalonenſe ſeu Lartaram, inter Bliteras 30. mill. paſſ. & Nemauſum 45. à Cæſerone 20. in ortum, eſtque vino ſuo optimo celebre.

Forum Egurrorum, oppidum Aſturum in Hiſpania Tarraconenſi Ptolemæo, nunc *Medina de Rio Secco*, oppidum Regni Legionenſis, teſte Villanovano cum aliis, quanquam Ortelio ſit *Monte Furado*, caſtrum Gallæciæ ad Butviam fluvium. Vide Methymna rivi ſicci.

Forum Flaminii, urbs Umbriæ Plinio & Ptolemæo, Epiſcopalis. à Longobardis everſa anno 740. locus adhuc nomen retinet, *S. Giovani in Forſiamma*, à Fulginio, quod illi in Epiſcopali honore ſucceſſit, 3. mill. paſſ. Nuceriam verſus. Sunt qui Forum Flaminii nunc Fulginium dici putent, cum ex libris Conciliorum urbes diverſas eſſe conſtet, quæ eodem tempore Epiſcopalem ſedem habuerunt.

Forum Fulvii, oppidum Liguriæ mediterraneæ in Gallia Ciſalpina, ex Notitia Imperii, ſive Forum Valentinum Plinio, nunc teſtibus Leandro, Merula, & aliis, Valentia, *Valenza* indigenis, *Valence* Gallis, oppidum probe munitum Italiæ in Ducatu Mediolanenſi, & in agro Alexandrino, ſitum in colle juxta Padum fluvium, captum fuit à Gallis anno 1656. ſed poſtea redditum anno 1660. pace ad Pyrenæos confecta, 7. milliaribus diſtans ab Alexandria in Septentrionem, eſtque medium inter Caſalem ad occaſum, & Dertonam ad ortum, eratque alias in Ducatu Montisferrati.

Forum Gallorum, oppidulum Galliæ Ciſpadanæ in Æmilia Ciceroni, & Appiano, nunc Cluverio cum aliis, eſt *Caſtelfranco*, oppidulum ditionis Eccleſiæ in agro Bononienſi, & in via Æmilia, vix 2. milliaribus à confinio Mutinenſi & Scultenna fluvio, 8. autem à Mutina in ortum. Ei adjacet arx probè munita ab Urbano VIII. Barberino Pontifice Maximo exſtructa in tutelam illius tractus, & de ipſius nomine dicta arx Urbana, *il Forte Urbano* vulgo, in ruderibus Caſtri Leonis.

Forum Gallorum, oppidum Vaſconum in Hiſpania Tarraconenſi, ex itinerario Antonini, nunc, teſte Zurita, eſt *Gurrea*, oppidulum Regni Aragoniæ, ad Gallæcum fluvium, 5. leucis à Cæſar-Auguſta in Boream Jacam verſus, aliis autem eſt Luna *Luna*, caſtrum ejuſdem Regni, ad amnem Bielum, 8. leucis à Cæſar-Auguſta verſus Septentrionem, & confinia Navarræ, 6. autem à Jaca in occaſum hybernum.

Forum Julii, Colonia & urbs Carnorum Tacito, & Ptolemæo, quæ Forum Julium quibuſdam, & Caſtrum Julienſe Paulo Diacono, nunc Leandro & aliis, eſt *Cividal di Friuli*, oppidum Italiæ in Foro Julienſi provincia ab ea dicta, ad Natiſonem fluvium, ſub dominio Reipublicæ Venetæ, verſus Alpes, & 7. milliaribus ab Utino in ortum Gorithiam verſus quindecim.

Forum Julii, *Frejus* incolis, *Fregiu* Italis, urbs Galliæ in Provincia in valle, intra paludes, dimidia leuca ab ora maris Mediterranei. 13 leucis a Telone in ortum, & 4. à Fano S. Torpetis in Septentrionem, ad oſtia fluvii Argentei. Vide Foro Julium.

Forum Julium, ſive etiam Foro-Julienſis provincia, *il Friuli*, & aliquando etiam *Patria del Friuli* incolis, *Friaul* Germanis, *le Frioul* Gallis, provincia eſt Italiæ., ubi olim Carni populi: terminatur à Meridie mari Adriatico, & ſinu Tergeſtino: ab Occidente Marchia Tarviſina, & partim etiam Comitatu Tirolis: à Septentrione Carinthia ſuperiori, & Carniola ſuperiori: ab Oriente vero Carniola ſicca, & partim etiam Iſtria, ſubeſtque Venetis & Ducatus titulo inſignitur, urbem habens primariam Utinum, & arcem Palmam, ſub ipſa vero continentur etiam Cadubrii tractus, *il Cadorino*, & Carnea *la Carnia*, quæ ſubſunt Venetis, Comitatus Gorithiæ *il Contado di Goritia*, ſub Auſtriacis; uti etiam Calderus mons ſive tractus, *il Carſo*; qui ſub ea cenſetur, excepta ejus parte, agro nempe montis Falconis, qui Venetis ſubeſt; & territorium Aquileiæ *il territorio di Aquileia*, ſub Auſtriacis; ſed urbes Caprulæ & Gradus, quanquam in ejus ora littorali, ſub Ducatu tamen Veneto cenſentur. Olim Imperatores dederant Foro-Julienſem provinciam Patriarchis Aquileiæ, quibus poſtea Duces Auſtriæ & Carinthiæ partem ademerunt, & poſt multa bella inter Venetos & Patriarchas Aquileienſes, tandem pace ſancita anno 1455. Foro-Julienſis provincia remanſit ſub dominio Reipublicæ Venetæ, cui etiamnum ſubeſt, exceptis iis quæ ſupra notavimus, hinc Foro-Julienſes populi, *li Friulani* vulgo.

Fori Julii Provinciæ Urbes.

Aquileia, *Aquileia*, fere eciſa, ſub Auſtriacis.
Cadubrium, *Piene di Cadoro*, ſub Venetis.
Forum Julii, *Cividal di Friuli*, ſub Venetis.
Goritia, *Goritia*, ſub Auſtriacis.
Gradiſca, *Gradiſca*, ſub Auſtriacis.
Palma, *la Palma*, ſub Venetis.
Utinum, *Udine*, provinciæ caput, ſub Venetis.

Forum Laanorum, ſive Libicorum Ptolemæo, oppidum Inſubrum in Gallia Ciſalpina, nunc *Borgo Lavizaro*, vicus Ducatus Mediolanenſis in agro Novarienſi, verſus Goniam fluvium, 5. milliaribus à Novaria diſtans in Meridiem Mortariam verſus, teſtibus Leandro & Ortelio.

Forum Lepidi, urbs Italiæ, in Gallia Ciſalpina, *Regio* nunc, in Longobardia, ſub dominio Ducis Mutinæ. Vide Regium Lepidi.

Forum Licinii, ſive & melius Licinii forum, oppidum Orobiorum in Gallia Tranſpadana Plinio, nunc *la Pieve d'Incino*, vicus Italiæ in Ducatu Mediolanenſi, teſte Leandro, & 7. milliaribus à Como prope Lambrum fluvium. Vide Licinii Forum.

Forum Limicorum, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis in Callaicis Braccarus Ptolemæo, nunc *Ponte de Lima*, oppidum Portugalliæ, in provincia Interamnica, teſte Floriano, ad Limium fluvium, 4. leucis à Bracara diſtans in occaſum æſtivum.

Forum Livii, urbs Semnonum, poſtea Æmiliæ in Gallia Ciſpadana Plinio, & Antonino, nunc *Forli*, urbs Italiæ in Romandiola provincia, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Ravennate in Via Æmilia, & ſub dominio Summi Pontificis, cum alias Principes habuerit proprios, ſita eſt in planitie prope montes, media inter Cæſenam & Faventiam urbes Romandiolæ, utrimque decem milliaribus diſtans, & 15. à Ravenna in Meridiem, verſus civitatem Solis & confinia Etruriæ 4. tantum, eſtque inter Bedeſim & Vilentem amnes. Populi Forolivienſes, *gli Forliveſi* vulgo.

Forum Narbasorum, oppidum Callaicorum, in Hiſpania Tarraconenſi Ptolemæo, in confinio Luſitaniæ, ad Durium fluvium, nunc forte *la Torre de Moncorvo*, in Portugallia, ut dignoſcitur ex ſitu, Ortelio & Brietia teſtibus, 9. leucis ſupra Lamecam in ortum, quanquam Morali ſit locus *Arvas* dictus inter Legionem & Ovetum, in finibus Aſturum.

Forum Neronis, urbs Galliæ Narbonenſis Plinio, in Provincia & in Mimenis, cujus populi Foro Nero-

Neronienſes, & Lutevani dicuntur ab eodem, nunc Brietio & alius, eſt Forcalquerium *Forcalquier*, oppidum Galliæ in Provincia, ad rivum *Laye*, Comitatus cognominis caput, in colle & medium inter Segusteronem ad ortum æſtivum, & Aptam Juliam ad occaſum hybernum, duabuſque leucis à Druentia fluvio diſtans.

FORUM NOVUM, oppidum Galliæ Ciſpadanæ Plinio, quod ab aliis Forum novanum dictum fuit, nunc caſtrum eſt Italiæ, vulgo *Fornovo* incolis, *Fornoue* Gallis; in Longobardia & in Ducatu Parmenſi, ad amnem *Sporzano*, eſtque locus memorabilis prælio Caroli VIII. Francorum Regis in confœderatos Italos, quos viribus longe impar devicit die 6. Julii anno 1495. vix uno milliari diſtat à Taro fluvio, ad radices Apennini in agro Parmenſi, & 10. milliaribus à Parma in occaſum hybernum.

FORUM NOVUM, urbs fuit Sabinorum, in Italia Plinio, Epiſcopalis in eodem loco, ubi nunc urbe deleta Eccleſia Epiſcopalis ſupereſt, Epiſcopium, vulgo *Veſcovio* dicta, in Sabina provincia ditionis Eccleſiæ, prope Himellam fluvium, teſte Luca Holſtenio, & ut colligitur ex veteri inſcriptione illius Eccleſiæ, quæ refertur à Dominico Magro, in ejus diſſertatione de Sabinenſi Epiſcopatu ad Cardinalem Brancatium.

FORUM POPILII, urbs Galliæ Ciſalpinæ, in Æmilia regione Plinio, quæ à quibuſdam etiam Forum Pompilii dicitur, olim Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Ravennate, poſtea à Longobardis diruta anno 700. & deinde ab Arduino Cardinali Burgundo everſa anno 1360 nunc tantum caſtrum, *Forlimpopoli* dictum, in Romandiola provincia ditionis Eccleſiæ, inter Forum Livii ad occaſum 4. & Cæſenam ad ortum occurrens, ſede Epiſcopali Britinorium urbem proximam tranſlata, hinc Populi Foropopilienſes Plinio.

FORUM SEGUSIANORUM, oppidum Galliæ Celticæ in Seguſianis Ptolemæo, nunc teſtibus Dulechampio & San Juliano, eſt *Feurs*, oppidum Foriſii provinciæ, ſeu Forenſis ſuperioris caput, ad Ligerim fluvium, medium fere inter Fanum S. Stephani ad Meridiem & Rudumnam ad Septentrionem, 6. leucis utrimque diſtans, & 8. à Lugduno in occaſum.

FORUM SEMPRONII, urbs Italiæ in Umbria Straboni, & Ptolemæo, vulgo hodie *Foſſombrone*, urbs Ducatus Urbinatis in ditione Eccleſiæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Urbinate, prope Metaurum fluvium, quæ 500. paſſibus ab antiqua urbe diſſita eſt, 10. milliariis ab Urbino in ortum, eſtque media inter Piſaurum ad Septentrioem & Callium in Meridiem 15. mill. paſſ. diſtans, & vendita fuerat Federico Duci Urbinati à Galeatio Malateſta ejus domino, pro ſumma 13000. florenorum auri, tempore Siſti IV. Pontificis Maximi, teſte Corio.

FORUM STATIELLORUM, oppidum Liguriæ mediterraneæ Paulo Diacono, nunc *Villa de Fo*, pagus agri Alexandrini in Ducatu Mediolanenſi, haud procul à Tanaro fluvio, inter Alexandriam urbem & Ovilias 2. mill. paſſ. diſtans, teſte Philippo Ferrario, cui uti indigenæ fides magis adhibenda eſt.

FORUM TIBERII, oppidum Galliæ Celticæ in Helvetiis Ptolemæo, & in Tigurino pago, nunc teſte Rhenano cum aliis, eſt *Keyſerſtul*, quaſi dicas Cæſaris tribunal, oppidulum Helvetiæ, cum ponte ad Rhenum fluvium, in Comitatu Badenſi, ſub dominio utili Epiſcopi Conſtantienſis, medium inter Baſileam ad occaſum & Conſtantiam ad ortum 9. milliaribus Germanicis utrimque diſtans.

FORUM TRUENTINORUM, oppidum Æmiliæ in Gallia Ciſalpina Plinio, quod in antiquis inſcriptionibus Forum Druentinorum dicitur, nunc exciſum jacet, & ejus locus adhuc *Tro* nominatur ab incolis, in Romandiola provincia, teſte Ferrario, vix mill. paſſ. à Britinorio, & 3. milliariis à Foro Popilii, ſed Leander & Cluverius credunt eſſe ipſam urbem Britinorium in ditione Eccleſiaſtica, quod etiam exiſtimant Volaterranus & Ughellus, & ad ipſam tranſlata fuit ſedes Epiſcopalis Foro Popilienſis anno 1360. poſt illius excidium.

FORUM VALENTINUM, oppidum Galliæ Ciſpadanæ Plinio. Vide Forum Fulvii.

FORUM VIBII, oppidum Taurinorum in Gallia Subalpina Plinio, nunc quibuſdam eſt *Paiſana*, caſtrum Pedemontii ad Padum fluvium, ſed Cluverio teſte, eſt *Caſtel Fiori*, vicus parvus Pedemontii, in Marchionatu Salutiarum, ad Padum fluvium, ubi ſub terram conditus iterum emergit, 5. milliaribus infra ejus fontes, quod & ſitus & nomen ſimul indicat, ad radices montis Veſuli, 5. milliaribus ſupra Paiſanam, & 10. à Pinarolio in Meridiem, hinc populi Foro Ubienſes Plinio.

FORUM VOCONII, oppidum Galliæ Narbonenſis in Provincia Plinio, & ex itinerario Antonini, dicitur ab aliis Forum Vocontii, nunc ut exiſtimat Cluverius, eſt *Draguignan*, urbs ſatis culta Provinciæ verſus montes, 4. leucis à Foro Julii in occaſum æſtivum, & 6. à Fano S. Torpetis in Boream, ſed Honoratus *Bouche* credit eſſe *le Luc*, oppidulum ejuſdem Provinciæ, 6. leucis à Foro Julii in occaſum Aquas Sextias verſus, & 4. a Draguignano in occaſum hybernum, ad viam Aureliam, ubi etiamnum plurima manent antiquitatis inſignia, ſive forſan *le Canet*, vicus ejuſdem Provinciæ ad Argenteum fluvium, vix dimidia leuca à Luco de quo ſupra, & 14. ab Aquis Sextiis in ortum.

FORUM VULCANI, Straboni, ſeu Campi Phlegræi Plinio, locus Campaniæ, prope Puteolos, inde 2. mill. paſſ. Neapolim verſus diſtans, in morem ingentis theatri ignes perpetuos emittens, & ſulphur gignens, *la Solfotara* nunc dictus in provincia Terræ Laboris.

FORA URBIS ROMÆ EX PUB. VICTORE.

FORUM ARCHIMONII, ubi ædes S. Nicolai Archimonii, nunc *S. Nicolo a Capo le Caſe*, teſte Nardino.

FORUM AUGUSTI, Romano vicinum, ubi nunc Eccleſiæ S. Adriani, & S. Martinæ.

FORUM BOARIUM, ubi Eccleſia S. Georgii in Velabro inter Romanum & Tiberim, ad radices montis Palatini.

FORUM CÆSARIS, ubi porticus Fauſtinæ, Romano proximum; cujus meminit Ovidius libro 3. Triſtium.

FORUM NERVÆ, erat ad radices montis Quirinalis, ubi hodie monaſterium S. Euphemiæ, & Eccleſia S. Mariæ in Campo Carleo, teſte Famiano Nardino.

FORUM OLITORIUM, nunc *la Piazza Montanara*, ad theatrum Marcelli, inter Capitolium & Tiberim.

FORUM PALLADIUM, idem erat atque Forum Nervæ, teſtibus Panuino, & Nardino. Ejus meminit Martialis libro 1.

FORUM PISCARIUM, ad Tiberim fluvium & theatrum Marcelli, inter Boarium & Olitorium, ubi nunc etiam *la Piſcaria*.

FORUM ROMANUM, ad porticum Fauſtinæ, inter Capitolium & Palatinum, in quo Veſtæ templum erat, ubi nunc *il Campo Vaccino*, platea perampla.

FORUM SALLUSTIANUM, ad hortos Salluſtianos, inter ædem S. Suſannæ & Salariam portam.

FORUM SUARIUM, ad radices montis Quirinalis prope Eccleſiam Lucenſium, & vetus palatium Columnenſium, teſtibus Panuino, & Nardino.

FORUM TRAJANI, proximum Foro Nervæ, inter Capitolium & montem Quirinalem.

FOSETE, inſula Friſiorum in Oceano Germanico, quæ & Foſetlandia dicta poſtea, ubi Radbodus Friſiæ Rex gentilis habitabat, nunc teſte Vertutio, eſt *Ameland*, inſula parva Friſiæ in ejus ora littorali.

FOSI, populi Germaniæ, Cheruſcis finitimi, à ſolo Tacito memorati, fuere Saxones, ut exiſtimat Cluverius, & inhabitabant in ea regione ubi Ditmarſia pars Holſatiæ Ducatus, cum parte etiam Jutiæ meridionalis.

FOSSA, *Foſſ.* oppidulum Belgii, in ditione tamen Leodienſi, prope Sabim fluvium. Vide Foſſea.

FOSSA CLODIA, urbs Venetiæ Plinio, *Chioza* nunc urbs dominii Veneti, Epiſcopalis ſub Patriarcha Veneto, in ora, inter Hadriam & Venetias 25. mill. paſſ. vide Clodia Foſſa.

FOSSA CORBULONIS, fluvius Batavorum, à Corbulone ex Rheno derivatus & in Moſam congrediens, teſte Tacito, ut ſic incerta Oceani vetarentur, qui ab Ortelio Lecca dicitur, *le Leck* vulgo, ſed Cluverius probat pluribus Corbulonis foſſam, eſſe foſſam Hollandiæ quæ à Lugduno Batavorum vulgari nomine *de Fliet* dicta, Delfum defertur, atque inde ad vicum *Maſeland* deducta, tandem ad propinquum vicum *Sluys* ſive Clauſulas Moſæ jungitur. Vide Cluverium de ea libro 2. capitulo 31. in Germania antiqua.

FOSSA DRUSI, ſive Foſſa Druſiana, & Druſi Foſſa Tacito, ramus Rheni fluvii in Iſalam fluvium ſe exonerans, foſſa deducta a Druſo ab Arenaco uſque ad Druſoburgum oppidum in Gueldriæ Ducatu, hodie *die New Iſſel* dictus. Vide Druſiana foſſa.

FOSSA MARIANA, foſſa Galliæ Narbonenſis in Provincia, quam Caius Marius deduxit a Rhodano fluvio verſus fauces Aſtromelæ ſtagni, teſtibus Plinio, Mela, & Antonino, nunc *le Galejon* dicitur, teſte Honorato *Bouche*, & incipit paulo infra Arelate, extenditurque ad Meridiem per 5. leucas uſque ad ſtagnum & portum *du Galejon* dictum; ſed brachium Rhodani quod in eam ſe exonerabat ad Septentrionem, nunc *Bras mort* dicitur, quod arenis obductum ſit, hinc Foſſa oppidum ei adjacens, nunc *Fos*, vicus Provinciæ in ora maris Mediterranei, inter Portum *du Galejon* vocatum & Aſtromelæ fauces ſive Maritimam, cum portu.

FOSSA MEROVEI, *la Merwe*, fluvius Belgii uniti in Hollandia meridionali, teſte Ortelio, ſeu potius ramus dexter & præcipuus Moſæ fluvii, ubi infra Goricomium in duo brachia ſcinditur, & Dordracum rigat, hinc Iſſelmundam inſulam ab Hollandiæ continenti ſeparans, auctus Lecca & Iſſala Roterodamum rigat, & juxta Flardingam Moſæ denuo unitus Moſæ æſtuarium efficit.

FOSSA MESSANICIA, in Italia Plinio, hodie *Canal di S. Alberto*, locus Romandiolæ quo lintres ex Pado in mare Ravennam uſque, per paludem Paduſam, deducebantur. Vide Paduſa.

FOSSA NERONIS, in Campania quam ille à Baiano ſinu Oſtiam uſque navigabilem effodere connixus fuerat, teſtibus Tacito, & Suetonio, manent veſtigia quædam ſpei irritæ, hodie *Licola*, teſte Sanfelicio.

FOSSA NOVA, *Foſſa nova*, monaſterium Ordinis Ciſtercienſis in Italia & Campania Romana, 50. mill. paſſ. ab urbe Roma ad Amaſenum fluvium. In eo obiit S. Thomas Aquinas. Sedet in planitie, ad pedes montium in ditione Eccleſiæ. Vix 2. milliaribus a Priverno, & totidem a paludibus Pontinis diſtans, in via Roma Neapolim verſus; eſtque adhuc omnino integrum, ut ego ipſe pluries vidi, cùm illas partes luſtrarem.

FOSSA NOVA, ſive Foſdinovum, *Foſdinovo*, oppidulum Thuſciæ in Valle Macrana, ſub dominio proprii Marchionis è gente Malaſpina, cum tractu parvo adjacente inter ditionem Genuenſem ad occaſum & ditionem magni Ducis Hetruriæ ad ortum, 5. milliaribus diſtat à Macra fluvio in ortum, & 4. a Serezana verſus arctos, eſtque medium inter Apuam & Maſſam Carrariæ.

FOSSÆ PAPIRIANÆ, oppidulum Hetruriæ Ptolemæo, quod in itinerario Antonini Foſſa Papiriana dicitur, nunc Leandro teſte, eſt *Foſdinovo*, oppidulum Thuſciæ, ſub proprio Marchione, 3. milliaribus a Macra fluvio; ſed Cluverio & Lucæ Holſtenio, eſt vicus *Viareggio* dictus, in Lucenſi ditione, & in ora maris Tyrrheni, cum portu tantiſper capaci, 11. milliaribus a Luca in occaſum, ubi antiqui nominis veſtigia adhuc ſuperſunt, nam vicini amnes vulgo *la Foſſa dell' Abbate*, & *la Foſſa della Magione*, dicuntur.

FOSSÆ PHILISTINÆ, vel Foſſiones Philiſtinæ, unus ex Padi fluvii ramis Plinio, ſupra ejus oſtia, nunc *il Po grande* dictus, ramus Padi fluvii præcipuus ſupra ejus oſtium, in quem influit Tartarus fluvius. Vide Philiſtinæ foſſæ.

FOSSANUM, *Foſſano* incolis, *Foſſan* Gallis, urbs Italiæ in Pedemontio, Epiſcopalis recens ſub Archiepiſcopo Taurinenſi, ad Sturam amnem cum arce, media inter Salutias ad occaſum & Montem Regalem ad ortum hybernum, 8. milliaribus utrimque diſtans, 15. ab Alba in Meridiem & 6. à Cuneo, ſic dicitur quaſi Fons ſanus à ſaluberrimis fontibus in ejus agro exorientibus, & condita fuit anno 1236. hinc Foſſanienſis nomen Gentis, *Foſſaneſe* vulgo.

FOSSATUM, locus Æmiliæ, prope Ravennam, hodie etiam *Foſſato* dictus, ubi Theodoricus Rex Odoacrem fugit.

FOSSATUM, oppidum Umbriæ, hodie ex veteri inſcriptione, *Foſſato*, caſtrum ditionis Eccleſiæ in Marchia Anconitana, & in monte Apennino, juxta confinia Ducatus Urbinatis, 12. milliaribus diſtans ab Eugubio in occaſum, & 14. a Saxofertato in Meridiem, inter Validum & Sigillum caſtra.

FOSINIACUS TRACTUS, ſive Fociniacus, & Fulciniacum, *le Foſigny*, provincia Sabaudiæ ad radices Alpium, & pars Ducatus Genevenſis, inter Valleſiam ad ortum & Genevenſem tractum ad occaſum, ubi olim Focuhates populi, alias ſubefuit dominio Principis Delphini, nunc autem Duci Sabaudiæ paret, ſub ipſo ſunt 15. agri ſive territoria *les Mandements* dicta, & dividitur in ſuperiorem ad ortum intra montes, & in inferiorem ad occaſum, ubi Bonavilla provinciæ præcipua.

FOSSEA, *Foſſ*, oppidulum Belgii in ditione Leodienſi, ſed in Comitatu Hanoviæ inſertum, & alias ejus pars, in limite Comitatus Namurcenſis, & vix una leuca à Sabi fluvio, dicitur etiam Foſſæ à quibuſdam.

FOTISLANDIA, inſula parva maris Germanici, verſus Cimbricam Cherſoneſum, poſtea Helgelandia dicta, nunc *Heiligelandt*, teſte Pontano, ejus fit mentio in vita S. Willebrodia. Vide Helgelandia.

FOTRINGAIUM, & Fodringamum, *Fotheringhay*, caſtrum Angliæ in Northantonia Comitatu, ad Avonam fluvium, in limite Huntingtoniæ, inter Northamptoniam urbem & Petroburgum, ubi Maria Stuartia Scotiæ Regina per multos annos captiva detenta, & tandem crudeliter occiſa anno 1587.

FRAGA, incolis *Fraga*, Gallis *Fragues*, oppidum Hiſpaniæ, in Regno Aragoniæ cum ponte ad Cincam fluvium, in acclivo collis prærupti poſita ſitu inæquali, in limite Cataloniæ, & 4. leucis ab Ilerda in occaſum cum caſtro ſatis munito. Vide Gallica Flavia, ſeu Flavia Gallica.

FRANCI, populi fuere Germaniæ Procopio, Ammiano, Eutropio, Vopiſco, & aliis, omnium quos Germania tulit nobiliſſimi, longe lateque in exteras regio-

Digitized by Google

nes trans Rhenum & Danubium extenſi, ſub ipſis comprehendebantur Angrivarii, Anſivarii, Bructeri, Chamavi, Chaſſuarii ſeu Attuarii, Chatti ſeu Catti, Chauci, Chetuſci, Dulgibini, Salii, Sicambri, id eſt Tencteri, & Uſipetes ſeu Uſipii, & Friſii atque Tubantes populi Germaniæ, teſte Philippo Cluverio libro 3. capite 20. qui omnes cum continua cum Romanis bella geſſiſſent, nunc victores, nunc victi, veritique ne toti in Romanorum ſervitutem venirent, facta conſpiratione, in unum fœdus & belli ſocietatem pro inſita gentis libertate convenerunt, novumque ſibi conſtituere nomen, quo in poſterum dicti ſunt Franci, haud dubie a libertatis ſigno, (quod *Franken* liberum gentis lingua hominem ſonat) qui ſub hoc nomine acerrima bella adverſus Romanos geſſere, & primum innoteſcere cœperunt Valeriano & Galieno Imperatoribus, circa annum Chriſti 223. ideo nec eorum fit mentio apud Tacitum, Plinium, Strabonem, & Ptolemæum; ſed ex his quos diximus populis conflatam eſſe hanc belli ſocietatem evincunt priſci authores, nam Sicambros Claudianus & Sidonius Apollinaris, aliique Francos toties compellant, Bructeros Sulpitius Alexander, Nazarius, & Eumenius in Panegyricis, Chaucos & Cheruſcos Claudianus, Chamavos Auſonius, Cattos Sulpitius Alexander, Attuarios Marcellinus, Friſios Panegyricus Conſtantino Magno dictus, Salios Marcellinus denuo, & Zoſimus aliique ſcriptores inter Francos numerant. Hinc ipſorum regio dicta fuit Francia verſus tempora Conſtantini Magni, Imperio Romano jam cadente, & ejus fidem faciunt tum tabula itineraria circa annum 430. conſcripta, cujus meminit Cluverius, in qua ad Rheni ripam leguntur hi populi Chauci, Ampſivarii, Cheruſci, Chamavi qui & Franci, & ſequitur in eadem ripa magnis litteris ſcriptum, FRANCIA, tum nummus aureus Conſtantini Magni, cum hac inſcriptione, Gaudium Romanorum, & infra Francia, atque etiam vetus inſcriptio à Ruperto detecta, quæ Divitenſe munimentum ex adverſa Coloniæ Agrippinæ ripa, à Conſtantino Magno in Terra Francorum ſtructum exhibet, ubi vero hæc Francia requirenda ſit, docent nos res geſtæ ejuſdem Conſtantini Magni, & pons ab eo Cæſare apud Ubios Rheno inſtratus, per quem exercitus traductus in Francos, quorum ſedes erant inter Rhenum fluvium ad occaſum, Viſurgim & Albim ad ortum, Oceanum Germanicum ad Septentrionem, & ad Meridiem Loganum fluvium verſus Alemannos quibus fuere contermini, ut pluribus ſcribit Cluverius, cum Marquardo Frehero, quapropter Sidonius Apollinaris Franciæ regionis flumina perſcribens Vahalim, Vidrum, Viſurgim, atque Albim introducit, ac Vahalim quidem, quod ea tempeſtate Franci Salii Rhenum transgreſſi illas Bataviæ Belgicæque oras invaſerint, ſicque nihil certius fuiſſe Germaniæ inferioris populos, in ea potiſſimum regione quæ Weſtphaliæ nomen obtinet, atque ii Franci rurſum duplices; alii abſoluta voce Transrhenani; alii cum additamento vocis Salii, iidemque Transrhenani, quibus Saliorum nomen adhæſit inditum quod Salæ ſeu Iſalæ fluminis in Weſtphalia orti incolæ fuerint, qui deinde diviſi etiam fuere in Ciſrhenanos & Transrhenanos, & hæc igitur antiqua illa ac vera Francia, hæc Francorum gens omnium totius Germaniæ nationum florentiſſima, quæ cum diu multumque ac variis modis Galliam depopulata eſſet, tandem maxima ſui parte in ea conſedit, unde ea primum Galliæ pars Francia dicta, quæ hodie vulgo vocatur *la France*, verſus Sequanam: mox vero aliis Galliæ gentibus tam priſcis indigenis, quam nuper ingreſſis Burgundionibus, ac Gothis debellatis, tota illa pars Europæ omnium nobiliſſima in idem Franciæ nomen tranſivit, & de his pluribus Philippus Cluverius in Germania antiqua.

FRANCIA, omnis hinc olim quadripartito traditur, prima Francia Transrhenana, eaque antiquiſſima inter Rhenum, Viſurgim & Albim fluvios, de qua ſupra. Secunda Francia Gallica minor, complexa totam fere Germaniam ſecundam, maximamque utriuſque Galliæ Belgicæ partem, quæ primis Francorum Regum armis ſuperato Rheni limite, parta Regni ſedes, ex quo Regni Francici ſedes Diſpargo Cameracum provecta eſt. Tertia Francia Gallica major, poſtquam feliciore armorum ſucceſſu, interior quoque Gallia à Clodoveo Rege adjecta, Regnique ſedes à Francis Pariſiis collocata fuit, cœptumque Regnum Francicum in Neuſtriam & Auſtraſiam, in Occiduam videlicet & Orientalem Franciam dividi. Quarta Francia Nova, ſeu Orientalis Germania, quæ novo armorum & fortunæ curſu, debellatis Alemannis, acceſſit ad Auſtraſiæ Regnum, in eaque Franconia, quæ ab his victoribus Francis nomen retinet, tantum abeſt, ut Franconia prima Francorum ſedes fingi poſſit, & de his, uti & de Francis populis, pluribus & doctiſſime diſſerit Celſiſſimus Princeps Ferdinandus Furſtembergius Epiſcopus Paderbornenſis & Monaſterienſis, de re litteraria optime meritus in ſuis monumentis Paderbornenſibus, ex hiſtoria Romana, Francica, & Saxonica erutis.

FRANCI, populi Europæ notiſſimi, qui Franciæ Regnum percelebre inhabitant, vulgo *les François*, dicti ſibi, *li Franceſi* Italis, *los Franceſes* Hiſpanis, *Frantzoſ* Germanis, *Frenchman* Anglis, *Francus* Polonis, & *Frankis* Turcis, atque Aſiaticis.

FRANCI, *Frankis*, ſic vocantur à Turcis Franci, Itali, Germanici, & alii Europæi Occidentales, ex eo quod Francorum Imperio Romano potitorum fama per Orientales regiones longe lateque diffuſa quondam fuerit, & etiamnum permaneat.

FRANCIA, olim Gallia, vulgo *la France* incolis, *the France* Anglis, *la Francia* Hiſpanis & Italis, *la Franza* Siculis, *Françam* Luſitanis. *Franckreich* Germanis, *Vrancryck* Belgis, *Francya* & *Francuskaziemia* Polonis, *Fragnack* Illyricis, *Franza* Turcis, & *Frankiſtan* Aſiaticis dicta, cujus incolæ Franci, Regnum eſt Europæ potentiſſimum & ampliſſimum, ſub propriis Regibus ab anno 425. & ita celebre, etiam tempore Regum primæ ſtirpis, ut enim S. Gregorius Magnus Pontifex Maximus ſcripſit ad Childebertum Francorum Regem, his uſus eſt verbis, *Quanto cæteros homines regia dignitas antecellit, tanto cæterarum gentium regna regni veſtri profecto culmen excellit*, &c. ut videre eſt libro 5. ejus operum; & ſub hac prima ſtirpe complectebatur Francia etiam magnam partem Germaniæ, tuncque in ipſa erant Regna Pariſienſe, Sueſſionenſe, Aurelianenſe, & Metenſe ſive Auſtraſiæ, itemque Regna Burgundiæ, Aquitaniæ, & Britanniæ minoris, quæ omnia poſtea in unum coaluerunt; & ſub ſecunda ſtirpe Regum, Francicum Imperium continebat Germaniam totam, cum Belgio, Helvetia, Pannonia tota, Mœſia ſuperiori, maxima parte Italiæ, ubi Regnum Longobardorum, & parte Hiſpaniæ Tarraconenſis: ſed lapſu temporis hæ regiones à Francia receſſerunt.

FRANCIA, extenditur in longum ad 260. leucas Francicas ab extrema Armorica ad occaſum, uſque ad oſtium Vari fluvii ad ortum. Ejus vero latitudo eſt 230. leucarum ſimilium à Septentrione in Meridiem, nempe ab ora Oceani Germanici prope Dunquercam, uſque ad montes Pyrenæos, in ipſo limite Hiſpaniæ & Catalaniæ Principatus; & hujus Regni termini ſunt ab Occidente Oceanus Aquitanicus, & ſinus magnus Francicus; à Meridie montes Pyrenæi, quibus ab Hiſpania ſeparatur per 80. leucas, & mare Mediterraneum: à Septentrione mare Britannicum, fretum Gallicum, minuta pars Oceani Germanici, & Belgium Hiſpanum; ab Oriente vero Germania, Helvetia, & Italia, à qua Alpibus dividitur, ſicque complectitur in ſe maximam partem Galliæ antiquæ, nempe Galliam Aqui-

Digitized by Google

tanicam totam, uti omnem Galliam Celticam, exceptis Helvetiis, Galliam Narbonenſem, excepta Sabaudia tantum, & maximam partem Galliæ Belgicæ.

Franciæ Ragnum, continet ſeaginta provincias, quæ aliquando ad minorem numerum reducuntur, in Comitiis generalibus Pariſiis actis anno 1614. diviſæ ſunt in duodecim magnas præfecturas generales ſeu Gubernia, *les Gouvernements generaux*, nempe Inſulæ Franciæ, Burgundiæ, Normanniæ, Aquitaniæ, Britanniæ, Campaniæ, Occitaniæ, Picardiæ, Delphinatus, Provinciæ, Lugdunenſis, & Aurelianenſis, ſed pro hac vice tantum valuit hæc diviſio, & ex his duodecim, novem etiamnum cenſentur tales, quanquam ab his detracta ſint aliquot gubernia ſive præfecturæ, ſed aliæ tres nempe Aquitanica, Lugdunenſis, & Aurelianenſis aliter ſe habent hodie, continentque in ſe plures præfecturas; & his duodecim præfecturis generalibus poſſent addi quatuor aliæ præfecturæ ſimiles, nempe Lotharingiæ, Comitatus Burgundiæ, Belgii Francici, & Alſatiæ, cum à paucis annis Francorum Rex Chriſtianiſſimus Ludovicus Magnus, poſt tot & tam inſignes victorias, Sceptro Francico adjunxerit Comitatum Burgundiæ, Alſatiam utramque, Suntgoviam, Lotharingiam, Comitatum Ruſcinonenſem, & Belgium Francicum, id eſt Arteſiam, maximas partes Flandriæ & Hannoniæ, cum parte Luxemburgenſis Ducatus, ex quibus Arteſia adjuncta fuit præfecturæ generali Picardiæ. Totius autem Regni primaria & ſedes regia, eſt Lutetia Pariſiorum, quæ & Pariſii, *Paris* vulgo, totius Europæ ampliſſima & populoſiſſima, uti forſan & Orbis. De aliis urbibus Regni vide infra. Francorum Regi ſubſunt etiam Nova Francia, regio perampla Americæ ſeptentrionalis, uti major pars Hiſpanæ inſulæ ſeu Hiſpaniolæ, & plurimæ inſulæ ex Antillis in mari Boreali, cum aliquot Coloniis in ora Guaianæ, & in ora Africæ, ſed de his fuſius ſuis in locis.

Franciæ Regni diviſio per Præfecturas Generales habita anno 1614.

Francica Præfectura, ſeu Inſulæ Franciæ, *l'Iſle de France*, ſub qua provincia Inſulæ Franciæ, & agri Bellovacenſis, Laudunenſis & Sueſſionenſis,

Burgundica, *la Bourgogne*, continet Ducatum Burgundiæ, Breſſiam, & Beugeſiam.

Normannica, *la Normandie*, continet Normanniam.

Aquitanica, *la Guienne*, continet Guiennam, Vaſconiam, Navarram inferiorem, atque provincias Santoniam, Petrocoricenſem, Lemovicenſem, Cadurcenſem, & Rutenenſem.

Britannica, *la Bretagne*, Aremoricam totam ſeu Britanniam minorem complectitur.

Campanica, *la Champagne*, continet Campaniam, & Briam.

Occitana, *le Languedoc*, continet Occitaniam, & provincias Vivarienſem, Gabalenſem, & Velaunos.

Picardica, *la Picardie*, ſob qua Picardia.

Delphinatus, *le Dauphiné*, ſub qua Delphinatus,

Provinciæ, *La Provence*, ſub qua Provincia.

Lugdunenſis, *le Gouvernement Lyonnois*, continet provincias Lugdunenſem, Banjovienſem, Forenſem, Borbonenſem, Alverniam, & Marchiam.

Aurelianenſis, *le Gouvernement d'Orleans*, complectitur provincias Aorelianenſem, Bleſenſem, Perticenſem, Belſiam, Cenomanenſem, Andegavenſem, Turonenſem, Pictavenſem, Inguliſmenſem, Bituricenſem, & Nivernenſem.

Francia, dividitur etiam à quibuſdam in duodecim Parlamenta: nempe Pariſienſe, ſub quo media fere Regni pars ſcilicet provinciæ Inſulæ Franciæ, Picardiæ, Arteſiæ, Campaniæ, Briæ, Barrenſis Ducatus, Belſiæ, Sicaloniæ, Perticenſis, Aurelianenſis, Cenomanenſis, Bleſenſis, Turoniæ, Andegavenſis, Pictavenſis, Santoniæ, Engoliſmenſis, Marchiæ, Bituricenſis, Nivernenſis, Borbonenſis, Alverniæ, Lugdunenſis, Foriſienſis, & Bellojovienſis: Toloſanum ſub quo Occitania: Gratianopolitanum ſub quo Delphinatus: Divionenſe ſub quo Burgundia cum annexis: Burdegalenſe ſub quo Aquitania: Rothomagenſe ſub quo Normannia: Aquenſe ſub quo Provincia: Britannicum ſub quo Britannia: Palenſe ſub quo Benearnia, & Navarra inferior: Metenſe ſub quo tres Epiſcopatus Metenſis, Tullenſis, & Virdunenſis, cum Lotharingia: Veſontinum ſub quo Comitatus Burgundiæ: & Tornacenſe recens erectum ſub quo Flandria Francica, & Hannonia Francica; ſed alia ineſt diviſio Regni Franciæ in viginti tres partes magnas, quas Generalitates vocant, *les Generalitez* vulgo, ſub quibus tractus ſeu regiunculæ quas Electiones nuncupant, *les Elections*, in quibus tamen non comprehenduntur provinciæ quæ à quadraginta annis Coronæ Franciæ adjunctæ ſunt, & cum hæc diviſio ſatis uſu recepta ſit, maxime cum agitur de re ſubſidiaria, eam paucis referemus,

Franciæ Regni Diviſio per Generalitates.

Generalitas Pariſienſis, *la Generalité de Paris*, ſub qua ſunt una & Electiones, ut vocant, nempe Pariſienſis, Drocenſis, Bellovacenſis, Colomeriarum, Stampenſis, Juiniacenſis, Meldenſis, Nemoſienſis, Provinenſis, Roſetana, Senonenſis, Melodunenſis, Meduntana, Sylvanectenſis, Montisfortis, Compendienſis, Vezeliacenſis, Tornodorenſis, & Antiſſiodorenſis, Sanflorentina, Novigentana, cum eorum agris.

Generalitas Sueſſionenſis, *la Generalité de Soiſſons*, ſub qua ſunt 7. Electiones, nempe Sueſſionenſis, Caſtri Theodorici, Creſpiaci, Laudunenſis, Guiſiæ, Claromontana, & Noviomenſis.

Generalitas Ambianenſis, *la Generalité d'Amiens*, ſub qua ſunt 6. Electiones, ſcilicet Ambianenſis, S. Quintini, Peronæ, Montis Deſiderii, Dulendii, & Abbavillæ.

Generalitas Campaniæ, *la Generalité de Champagne*, cujus caput Catalaunum, & ſub qua ſunt 11. Electiones, videlicet Catalaunenſis, Lingonenſis, Trecenſis, Calvimontis, Sezanæ, Sparnaci, Victoriaci, Retelii, Barri ad Albulam, Remenſis, & Barri ad Sequanam.

Generalitas Aurelianenſis, *la Generalité d'Orleans*, ſub qua ſunt 12. Electiones, nempe Aurelianenſis, Dordinei, Clameciaci, Caſtrodunenſis, Carnutenſis, Balgentiaci, Montis Argii, Bleſenſis, Gyani, Romorantina, Vindocinenſis, & Pithiverii.

Generalitas Turonenſis, *la Generalité de Tours*, ſub qua ſunt 15. Electiones, ſcilicet Turonenſis, Andegavi, Ambaſiæ, Balgii, Caſtri Gonterii, Camonis, Fleziæ, Lavallii, Lochiæ, Monaſterioli Berlaii. Richelæi, Salmurii, Caſtri ad Ledum, Cenomanenſis, & Meduanæ.

Generalitas Bituricenſis, *la Generalité de Bourges*, ſub qua ſunt 5. Electiones, ſcilicet Bituricenſis, Exolidunenſis, Caſtri Rufi, Oblinci, & S. Amandi.

Generalitas Molinenſis, *la Generalité de Moulins*, ſub qua ſont 7. Electiones nempe Molinarum, Gannati, Garacti, Montis Luſſonii, Nivernarum, Caſtri Canini, & Combraliæ.

Generalitas Riomenſis, *la Generalité de*

Riom, ſub qua ſunt 6. Electionea, nempe Riomenſis, Claromontana, Brivatenſis, Auriliacenſis, Sanfloriana, & Iſſiodorenſis.

GENERALITAS LUGDUNENSIS, *la Generalité de Lyon*, ſub qua ſunt 6. Electiones, Lugdunenſis, Sancti Stephani, Rodumnenſis, Francopolitana, Moobriſſonis, & Matiſconenſis.

GENERALITAS LEMOVICENSIS, *la Generalité de Limoges*, ſub qua ſunt 7. Electiones, ſcilicet Lemovicenſis, Engoliſmenſis, Burginovi, S. Joannis Angeriaci, Brivæ Curretiæ, Tutelenſis, & Bellaci.

GENERALITAS PICTAVENSIS, *la Generalité de Poictiers*, ſub qua 9. ſunt Electiones, nempe Pictavenſis, Duracii, Niortii, San Maxentii, Arenarum Olonenſium, Rupellana, Caſtri Heraldi, Malleonis, & Fontenaci Comitis.

GENERALITAS BURDIGALENSIS, *la Generalité de Bordeaux*; quæ & Generalitas Guiennæ etiam dicitur, ſub qua ſunt 8. Electiones, ſcilicet Burdegalenſis, Perrocoricenſis, Aginni, Lannarum, Condomi, Mediolani Santonum, Connaci, & Sarlati.

GENERALITAS MONTALBANENSIS, *la Generalité de Montauban*, ſub qua 11. Electiones, nempe Montalbanenſis, Armeniacenſis, Leomaniæ, Ruthenenſis Superioris ſive Amiliani, Rutenenſis inferioris ſeu Francopolis, Rutenæ urbis, Cadurci, Figeaci, Ripariæ Virduni, Convenarum, & Aſtaracenſis.

GENERALITAS ROTHOMAGENSIS, *la Generalité de Roüen*, ſub qua ſunt 13. Electiones ſcilicet Rothomagenſis, Pontis Audomari, Pontis arcus, Calidobeci, Monaſterii Villaris, Arquenſis, Giſorii, Calvimontis, Magniaci, Andeliaci, Leonum, Ebroici, & Novicaſtelli.

GENERALITAS ALANCONIENSIS, *la Generalité d'Alençon*, ſub qua ſunt 9. Electiones, nempe Alenconii, Vernolii, Argentani, Damnifrontis, Moritaniæ, Pontis-Epiſcopi, Falaſiæ, Bernaci, & Conchienſis.

GENERALITAS CADOMENSIS, *la Generalité de Caen*, ſub qua ſunt 10. Electiones nempe Cadomenſis, Lexovienſis, Viriæ, Conſtantienſis, Valoniæ, Carentani, Abrincenſis, de Moritonio, Baiocenſis, & S. Laudi.

GENERALITAS TOLOSANA, *la Generalité de Toloſe*, ſub qua ſunt 11. Diœceſes ſcilicet Toloſana, Rivenſis, Albigenſis, Montalbana, Caſtrenſis, San-Papuli, Alethenſis, Carcaſſonenſis, Mirapincenſis, Vaurenſis, & Convenenſis.

GENERALITAS OCCITANIÆ, *la Generalité de Languedoc*, cujus caput Mons Peſſulaous, ſub qua ſunt 11. Diœceſes Monſpeſſulana, Nemauſenſis, Ucetienſis, Vivarienſis, Anicienſis, Mimatenſis, Lutevenſis, Agatenſis, Biterrenſis, Sancti Pontii, & Narbonenſis.

GENERALITAS BURGUNDIÆ, *la Generalité de Bourgogne*, cujus caput Divio, ſub qua Ducatus Burgundiæ, una cum Breſſia, & Beugeſia, exceptis agris Antiſſiodorenſi, & Matiſconenſi, qui ſub aliis cenſentur.

GENERALITAS PROVINCIÆ, *la Generalité de Provence*, cujus caput Aquæ Sextiæ, ſub qua Provincia in 17. Vicarias diviſa.

GENERALITAS DELPHINATUS, *la Generalité de Dauphiné*, cujus caput Gratianopolis, ſub qua Delphinatus, & ejus 7. Electiones, nempe Gratianopolitana, Vienenſis, Valentina, Montilii Æmarorum, Dienſis, Vapincenſis, & Ebredunenſis.

GENERALITAS BRITANNIÆ, *la Generalité de Bretagne*, cujus caput Redones, ſub qua Britanniæ Ducatus, in 9. Diœceſes ſive Quæſturas diviſus.

FRANCIÆ REGNI PROVINCIÆ ET PARTES.

Aginnenſis provincia, *l'Agenois*.
Albigenſis provincia, *l'Albigeois*.
Alonenſis tractus, *le pays d'Aunis*.
Alſatia, *l'Alſace*.
Alvernia, *l'Auvergne*.
Andegavenſis Ducatus, *l'Anjou*.
Armeniacenſis Comitatus, *l'Armagnat*.
Arteſia, *l'Artois*.
Aurelianenſis Ducatus, *l'Orleanois*.
Auſtrebantium, *l'Oſtervant*.
Barrenſis Ducatus, *le Barrois*.
Baſſiniacus Ager, *le Baſſigny*.
Baujovienſis provincia, *le Baujolois*.
Bellovacenſis tractus, *le Beauvaiſis*.
Belſia, *la Beauſſe*.
Beugeſia, *le Beugey*.
Beneharnia, *le Bearn*.
Bigerrenſis Comitatus, *le Bigorre*.
Bituricenſis Ducatus, *le Berry*.
Bleſenſis ager, *le Blaiſois*.
Bolonienſis Comitatus, *le Bouleneis*.
Borbonenſis provincia, *le Bourbonois*.
Breſſia, *la Breſſe*.
Bria, *la Brie*.
Britannia minor, *la Bretagne*.
Burgundiæ Comitatus, *le Comté de Bourgogne*.
Burgundiæ Ducatus, *la Bourgogne*.
Cadurcenſis provincia, *le Quercy*.
Caletenſis tractus, *le pays de Caux*.
Cameracenſis ager, *le Cambreſis*.
Campania, *la Champagne*.
Cenomanenſis provincia, *le Maine*.
Condomenſis tractus, *le Condomois*.
Conſorani, *le Couſerans*.
Convenenſis Comitatus, *le Comté de Cominges*.
Delphinatus, *le Dauphiné*.
Engoliſmenſis provincia, *l'Angoumois*.
Flandria Francica, *la Flandre Françoiſe*.
Foriſium, ſeu Forenſis provincia, *le Forez*.
Fuxenſis Comitatus, *le Comté de Foix*.
Gabalenſis tractus, *le Givaudan*.
Guienna, *la Guienne*.
Hannonia Francica, *le Haynaut François*.
Inſula Franciæ, *l'Iſle de France*.
Laudunenſis ager, *le Laonnois*.
Lemovicenſis provincia, *le Limoſin*.
Lotharingia, *la Loraine*.
Lugdunenſis provincia, *le Lyonnois*.
Marchia, *la Marche*.
Metenſis tractus, *le pais Meſſin*.
Navarra inferior, *la baſſe Navarre*.
Nivernenſis provincia, *le Nivernois*.
Normannia, *la Normandie*.
Occitania inferior, *le bas Languedoc*.
Occitania ſuperior, *le haut Languedoc*.
Perticenſis provincia, *le Perche*.
Petrocoricenſis provincia, *le Perigort*.
Picardia, *la Picardie*.
Pictavenſis provincia, *le Poictou*.
Provincia, *la Provence*.
Ruſcinonenſis Comitatus, *le Rouſſillon*.
Rutenenſis provincia, *le Rouergue*.
Santonia, *la Saintonge*.
Senonenſis ager, *le Senonois*.
Sicalonia, *la Sologne*.
Sueſſionenſis ager, *le Soiſſonois*.
Suntgovia, *le Suntgau*.
Turonia, *la Touraine*.
Vaſatenſis ager, *le Bazadois*.

Vaſcitania, *les Baſques.*
Vaſconia, *la Gaſcogne.*
Vaſtinium, *le Gaſtinois.*
Velauniorum tractus, *le Velay.*
Veromanduenſis ager, *le Vermandois.*
Vexinum, *le Vexin.*
Vindocinenſis ager, *le Vendoſmois.*
Vivarienſis provincia, *le Vivarais.*
Virdunenſis ager, *le Verdunois.*

Franciæ Regni urbes præcipuæ.

Abbavilla, *Abbeville*, in Picardia.
Abrincæ, *Avranches*, in Normannia inferiori.
Agata, *Agde*, in Occitania inferiori.
Aginoum, *Agen*, Aginoenſis provinciæ caput.
Albiga, *Alby*, Albigenſis provinciæ caput.
Aleoconium, *Alençon*, in Normannia.
Ambaſia, *Amboiſe*, in Turonia.
Ambianum, *Amiens*, Picardiæ primaria.
Andegavum, *Angers*, Andegavenſis provinciæ caput.
Angeriacum, *S. Jean d'Angely*, in Santonia.
Anicium, ſive Podium, *le Puy*, in Velaunis.
Antipolis, *Antibes*, in Provincia.
Antiſſiodorum, *Auxerre*, in Burgundia.
Apta, *Apt*, in Provincia.
Aquæ-mortuæ, *Agues mortes*, in Occitania inferiori.
Aquæ-Sextiæ, *Aix*, Provinciæ caput.
Aquæ Tarbellicæ, *Dax*, in Vaſconia.
Arauſio, *Oranges*, in Provincia.
Arelate, *Arles*, in Provincia.
Atrebatum, *Arras*, Arteſiæ caput.
Aturus, *Aire*, Vaſconiæ propriæ caput.
Audomaropolis, *S. Omer*, in Arteſia.
Avenio, *Avignon*, in Provincia, ditionis Eccleſiæ.
Avennæ, *Avennes*, in Hannonia Francica.
Auguſtodunum, *Autun*, in Burgundia.
Aureliacum, *Aurillac*, in Alvernia ſuperiori.
Aureliæ, *Orleans*, Aurelianenſis provinciæ caput.
Auſcii, *Auſch*, in Armeniacenſi Comitatu.
Baiocæ, *Baieux*, in Normannia.
Baionæ, *Baione*, Vaſcitaniæ caput.
Barro Ducum, *Barle Duc*, Barrenſis Ducatus caput.
Bellica, *le Bellay*, Beugeſiæ caput.
Belloquadrum, *Beaucaire*, in Occitania inferiori.
Bellovacum, *Beauvais*, Bellovacenſis tractus caput.
Belna, *Beaune*, in Burgundia.
Bergeracum, *Bergerac*, in Petrocoricenſi provincia.
Betunia, *Betunes*, in Arteſia.
Biterræ, *Beziers*, in Occitania inferiori.
Bituricum, *Bourges*, Bituricenſis provinciæ primaria.
Blabia, *Blaye*, in Guienna.
Bleſæ, *Blois*, Bleſenſis agri caput.
Bolonia, *Bologne*, Bolonenſis Comitatus caput.
Briocum, *S. Brieu*, in Britannia.
Briva Corretia, *Brive*, in Lemovicenſi provincia.
Brivates, *Breſt*, in Britannia minori.
Broagium, *Brouage*, in Santonia.
Burdegala, *Bordeaux*, Guiennæ caput.
Burgus, *Bourg en Breſſe*, Breſſiæ caput.
Cabellio, *Cavaillon*, in Comitatu Venaiſino ditionis Eccleſiæ.
Cabillonum, *Challon*, in Burgundia.
Cadomum, *Caen*, in Normannia inferiori.
Cadorcum, *Caors*, Cadurcenſis provinciæ caput.
Caletum, *Calais*, in Picardia.
Calidobeccum, *Caudebec*, in Normannia
Calvomontium, *Chaumont en Baſſigny*, in Campania.
Cameracum, *Cambray*, in Cameracenſi agro.
Carcaſſo, *Carcaſſone*, in Occitania inferiori.
Carnutum, *Chartres*, Belſiæ primaria.
Caroburgus, *Cherbourg*, in Normannia inferiori.
Carolopolis, *Charleville*, in Campania.
Carpentoracte, *Carpentras*, caput Comitatus Venaiſini, in ditione Eccleſiæ.
Caſtellio, *Chaſtillon ſur Seyne*, in Burgundia.
Caſtellodunum, *Chaſteaudun*, in Belſia.
Caſtra, *Caſtres*, in Occitania ſuperiori.
Caſtrum Heraldi, *Chaſtelleraut*, in Pictavenſi provincia.
Catalauni, *Chaalons*, in Campania.
Cauco liberis, *Collioure*, in Ruſcinonenſi Comitatu.
Cenomani, *le Mans*, Cenomanenſis provinciæ caput.
Claromons, *Clermont*, Alverniæ caput.
Compendium, *Compiegne*, in Inſula Franciæ.
Condomum, *Condom*, Condomenſis agri caput.
Conſoram, *S. Licer de Conſerans*, in Conſoranis.
Conſtantia, *Coutances*, in Normannia inferiori.
Corbia, *Corbie*, in Picardia.
Coriſopitum, *Quimper*, in Britannia minori.
Criſta Arnaldi, *le Creſt*, in Delphinatu.
Dea, *Die*, in Delphinatu.
Deppa, *Dieppe*, in Normannia.
Dinia, *Digne*, in Delphinatu.
Divio, *Dijon*, Burgundiæ caput.
Dola, *Dol*, in Britannia minori.
Dola, *Dole*, Burgundiæ Comitatus caput.
Draguignanum, *Draguignan*, in Provincia.
Drocum, *Dreux*, in Inſula Franciæ.
Duacum, *Douay*, in Flandria Francica.
Dunquerca, *Dunquerque*, in Flandria Francica.
Ebroduuum, *Ambrun*, in Delphinatu.
Ebroicæ, *Evreux*, in Normannia.
Engoliſma, *Angouleſme*, Engoliſmenſis provinciæ caput.
Exelodunum, *Iſſoudun*, in Bituricenſi provincia.
Faleſia, *Falaiſe*, in Normannia.
Fanum S. Joannis Pedeportuenſis, *S. J. au pied de port*, Navarræ inferioris primaria
Fanum S. Spiritus, *le S. Eſprit*, in Occitania inferiori.
Fanum S. Torpetis, *S. Tropez*, in Provincia.
Fara, *la Fere*, in Picardia.
Figeacum, *Figeac*, in Cadurcenſi provincia.
Flexia, *la Fleche*, in Andegavenſi provincia.
Floropolis, *S. Flour*, in Alvernia.
Fonteniacum, *Fontenay le Comte*, in Pictavenſi provincia.
Forum Julium, *Frejus*, in Provincia.
Forum Neronis, *Forcalquier*, in Provincia.
Garactum, *Gueret*, Marchiæ caput.
Giſorium, *Giſors*, in Normannia.
Graſſa, *Graſſe*, in Provincia.
Gratianopolis, *Grenoble*, Delphinatus primaria.
Gravelina, *Graveline*, in Flandria Francica.
Greium, *Gray*, in Burgundiæ Comitatu.
Guiſia, *Guiſe*, in Picardia.
Hamum, *Ham*, in Picardia.
Hedinum, *Hedin*, in Arteſia.
Helena, *Elne*, in Ruſcinonenſi Comitatu.
Jinvilla, *Joinville*, in Campania.
Inſulæ, *Lille*, Flandriæ Francicæ caput.
Ipræ, *Ipres*, in Flandria Francica.
Iſſorium, *Iſſoire*, in Alvernia.
Lactorium, *Lectoure*, in Armeniacenſi Comitatu.
Laſcura, *Laſcars* in Benebarnia.
Laudunum, *Laon*, in Inſula Franciæ.
Lemovicum, *Limoges*, Lemovicenſis provinciæ caput.
Leona, *S. Paul*, in Britannia minori.
Lexovium, *Lizieux*, in Normannia.
Lingones, *Langres*, in Campania.
Lochia, *Loches*, in Turonenſi provincia.
Lodunum, *Loudun*, in Pictavenſi provincia.

Lugdunum, *Lyon*, Lugdunenſis provinciæ caput.
Lugdunum Convenarum, *S. Bertrand*, Convenenſis Comitatus caput.
Lumbarium, *Lombez*, in Convenenſi Comitatu.
Lutetia Pariſiorum, *Paris*, totius Regni primaria, & Inſulæ Franciæ caput.
Maceriæ, *Mezieres*, in Campania.
Macloviopolis, *S Malo*, in Britannia minori.
Marſalium, *Marſal*, in Lotharingia.
Maſſilia, *Marſeille*, in Provincia.
Matiscona, *Maſcon*, in Burgundia.
Meduana, *Maienne*, in Cenomanenſi provincia.
Medunta, *Mante*, in Inſula Franciæ.
Meldæ, *Meaux*, Briæ caput.
Melodunum, *Melun*, in Bria provincia.
Metæ, *Metz*, Metenſis agri caput.
Mimate, *Mende*, Gabalenſis tractus caput.
Molinum, *Moulins*, Borbonenſis provinciæ caput.
Monbriſſonum, *Monbriſon*, Foriſii caput.
Mons Albanus, *Montauban*, in Occitania ſuperiori.
Mons Peſſulanus, *Montpellier*, in Occitania inferiori.
Mons, S. Vinoci, *Bergue S. Vinox*, in Flandria Francica.
Monſtrolium, *Monſtreuil*, in Picardia.
Montargium, *Montargis*, in Vaſtinio.
Montilium Audomari, *Montelimart*, in Delphinatu.
Moſomium, *Mouſon*, in Campania.
Nanceium, *Nancy*, Lotharingiæ caput.
Nannetes, *Nantes*, in Britannia minori,
Narbo, *Narbone*, in Occitania inferiori.
Nemauſus, *Niſmes*, in Occitania inferiori.
Neracum, *Nerac*, in Vaſatenſi provincia.
Niortium, *Niort*, in Pictavenſi provincia.
Nivernum, *Nevers*, Nivernenſis provinciæ caput.
Noviodunum, *Noyon*, in Inſula Franciæ
Olorona, *Oleron*, in Bencharnia.
Palum, *Pau*, Bencharniæ primaria.
Pamiæ, *Pamiers*, in Fuxenſi Comitatu.
Papulopolis, *S. Papoul*, in Occitania ſuperiori.
Perona, *Perone*, in Picardia.
Perpinianum, *Perpignan*, Ruſcinonenſis Comitatus caput.
Petrocorium, *Perigueux*, Petrocoricenſis provinciæ caput.
Pictavium, *Poictiers*, Pictavenſis provinciæ caput.
Piſcenæ, *Pezenas*, in Occitania inferiori.
Pontiopolis, *S. Pons*, in Occitania inferiori.
Pontiſara, *Pontoiſe*, in Inſula Franciæ.
Portus Gratiæ, *le Havre de Grace*, in Normannia.
Quintinopolis, *S. Quentin*, in Picardia.
Redones, *Rennes*, Britanniæ minoris caput.
Regium, *Riez*, in Provincia.
Remi, *Reims*, in Campania.
Retelium, *Retel*, in Campania.
Riomum, *Riom*, in Alvernia.
Rivi, *Rieux*, in Occitania ſuperiori.
Romorentinum, *Romorentin*, Sicaloniæ caput.
Rothomagus, *Rouen*, Normanniæ primaria.
Rupella *la Rochelle*, Alnienſis tractus caput.
Ruthenæ, *Rhodez*, Ruthenenſis provinciæ caput.
Sagium, *Seez*, in Normannia.
Salinæ, *Salins*, in Burgundiæ Comitatu.
Salmurium, *Saumur*, in Andegavenſi provincia.
Santones, *Saintes*, Santoniæ caput.
Sarlatum, *Sarlat*, in Petrocoricenſi provincia.
Sedanum, *Sedan*, in Campania.
Senones, *Sens*, in Senonenſi agro.
Siſtarica, *Siſteron*, in Provincia.
Sueſſiones, *Soiſſons*, Sueſſionenſis agri caput.
Sylvanectum, *Senlis*, in Inſula Franciæ.
Tarba, *Tarbes*, Bigerrenſis Comitatus caput.
Telo, *Toulon*, in Provincia.
Theodonisvilla, *Thionville*, in Luxemburgici Ducatus parte Francica.
Toloſa, *Toloſe*, Occitaniæ primaria.
Tornacum, *Tournay*, in Flandria Francica.
Trecæ, *Troyes*, Campaniæ caput.
Trecorium, *Treguier*, in Britannia minori.
Tricaſtinum, *S. Paul*, in Delphinatu.
Tullum, *Toul*, in Lotharingia inſerta.
Turones, *Tours*, Turoniæ caput.
Tutela, *Tulle*, in Lemovicenſi provincia.
Vabræ, *Vabres*, in Ruthenenſi provincia.
Valentia, *Valence*, in Delphinatu.
Valentianæ, *Valenciennes*, in Hannonia Francica.
Vapincum, *Gap*, in Delphinatu.
Vaſates, *Bazas*, Vaſatenſis provinciæ caput.
Vaſio, *Vaiſon*, in Comitatu Venuxino, ditionis Eccleſiæ.
Vaurum, *Lavaur*, in Occitania ſuperiori.
Veneriæ, *Vannes*, in Britannia minori.
Vernolium, *Verneuil*, in Normannia.
Vernonium, *Vernon*, in Normannia.
Veſuntio, *Beſançon*, in Burgundiæ Comitatu.
Vienna, *Vienne*, in Delphinatu.
Villa Franca, Ruthenenſis, *Ville Franche de Rouergue*, in Ruthenenſi provincia.
Vindocinum, *Vendoſme*, in Belſia.
Virdunum, *Verdun*, Virdunenſis agri caput.
Viria, *Vire*, in Normannia inferiori.
Vivarium, *Viviers*, Vivarienſis provinciæ caput.
Utica, *Uſez*, in Occitania inferiori.

FRANCIÆ REGNUM, dividitur etiam aliquando ab exteris in duas partes Ligeri fluvio, nempe in Franciam cis Ligerim, quæ ab iis vulgo *la France* vocatur, & in Franciam trans Ligerim, quæ vulgo *la Gaſcogne* nominatur, & hæc diviſio ſæpe uſurpatur ab indoctioribus, & a populis remotioribus trans Ligerim, ex antiqua conſuetudine.

FRANCIA, diviſa fuit ſub Pipino Rege in duo Regna, nempe in Orientale ſive Auſtraſianum, & in Occidentale, ſive Neuſtraſianum, in quibus octo erant provinciæ, in Auſtraſia enim erant Auſtraſia, Suevia, Thuringia, & Boioaria, in Neuſtraſia vero Neuſtraſia, Burgundia, Provincia, & Aquitania.

FRANCIA OCCIDENTALIS, Auſonio, & aliis dicitur melius ea pars Europæ quæ nunc Franciæ Regnum, *la France*, ſicque alias dicta fuit ad diſtinctionem Franciæ Orientalis Germaniæ regionis.

FRANCIA ORIENTALIS, ſeu Nova, Regio Germaniæ, & ejus major pars, quæ debellatis Germanis & Alemannis à Francis, acceſſit ad Regnum Auſtraſiæ, ſub prima ſtirpe Regum Franciæ, & ejus pars fuit Franconia quæ à victoribus Francis nomen retinet.

FRANCIA, provincia Hungariæ, cujus meminit Porphyrogenneta. Vide Francochorium.

FRANCIA NOVA, *la Nouvelle France*, regio perampla Americæ ſeptentrionalis, à Francis detecta, juxta fluvium & ſinum S. Laurentii. Vide Nova Francia.

FRANCIA ORIENTALIS, *Francken* indigenis, *la Franconie* Gallis, provincia Germaniæ, juxta Moënum fluvium extenſa, quæ aliter & ſæpius vocatur Franconia. Vide ibi.

FRANCIA PROPRIA, ſeu Inſula Franciæ, *l'Iſle de France*, provincia eſt Regni Franciæ. Habet à Septentrione Picardiam, ab Oriente Campaniam, ab Occidente Normanniam, & à Meridie Belſiam & Aurelianenſem provinciam; continétque Franciam regiunculam inter Pariſios & Sylvanectum, agros Bellovacenſem, Sueſſionem, & Laudunenſem, Sylvanectenſem Comitatum, Goellam, & Multianum, Valeſiam, Vexi-

num Francicum & Hurepœſium. Totius provinciæ facilè primaria eſt Lutetia Pariſiorum, *Paris*, quæ & Regni caput exiſtit. Vide Inſula Franciæ.

FRANCIA, *la France*, regiuncula eſt Regni Franciæ propriè ſic dicta, in provincia Inſulæ Franciæ, inter Lutetiam Pariſiorum ad Meridiem, & Sylvanectum ad Septentrionem, verſus Fanum S. Dionyſii, Monmorancium, & Goneſſam; & extenditur tantum ad aliquot leucas in illo tractu. Sed ejus periere limites.

FRANCIÆ PROPRIÆ SEU INSULÆ FRANCIÆ URBES CLARIORSS.

Bellovacum, *Beauvais*.
Compendiom, *Compiegne*.
Drocum, *Dreux*.
Laudunum, *Laon*.
Lutetia Pariſiorum, *Paris*.
Medunta, *Mante*.
Noviodunum, *Noyon*.
Pontiſara, *Pontoiſe*.
Sylvanectum, *Senlis*.
Sueſſiones, *Soiſſons*.

FRANCIA PARVA, *Francia curta*, tractus Italiæ, in ditione Reipublicæ Venetæ & in agro Brixiano, ſic dictus à Francis, qui illic conſederunt poſt victum à Carolo Magno Deſiderium Longobardorum Regem.

FRANCIACUM, *Fronſac*, caſtrum Galliæ, in Aquitania & in agro Burdegalenſi, à Carolo Magno fundatum, & nunc Ducatus titulo inſignitum in monte, ad Duraonium fluvium, paolo inſra Liburnam, & vix 5. leucis à Burdegala in ortum, dicitur etiam Frontiacum in actis mediæ ætatis.

FRANCICA, *Francica*, caſtrum Regni Neapolitani, in Calabria Ulteriori, prope Miletum urbem, teſte Marafiotto.

FRANCICUM CAPUT, *le Cap François*, promontorium Americæ ſeptentrionalis in ora Floridæ regionis, ad mare Boreale, prope oſtium fluvii Maii.

FRANCICUS PORTUS, *le Port François*, locus Americæ in Hiſpanæ ſeu Hiſpaniolæ inſulæ parte ſeptentrionali, ubi portus ſatis tutus, & Colonia Francorum à paucis annis, 9. leucis ab inſula Teſtudinis in ortum.

FRANCICUS SINUS, ſeu Gallicus, *la Baye de France*, ſinus parvus Africæ, in ora Guineæ, prope promontorium Leænæ, vulgo *la Sierra Liona*; ſic dictus à Francis, qui primi illas oras luſtrarunt & inhabitarunt, anno nempe 1384. teſte Bellefontio.

FRANCICUS SINUS, *la Baye Françoiſe*, ſinus Americæ ſeptentrionalis, in Nova Francia & Acadia provincia, & pars maris Borealis, ubi aliquot portus percapaces.

FRANCICUS SINUS, *le Golfe de France*, ſeu *la grande Baye de France*, ſic dicitur a Nautis Gallis & Belgis, ea pars Oceani Occidentalis, quæ inter Gobæum promontorium Britanniæ minoris ad Septentrionem & Artabrum promontorium Gallæciæ extenſa ad ortum, verſus oras Pictavenſis provinciæ, Aquitaniæ, Biſcaiæ, Aſturiæ, & Gallæciæ, ſinum amplum efficit.

FRANCIMONTIUM, *Franchimont*, caſtrum Germaniæ in ditione Epiſcopi Leodienſis, & Marchionatus cognominis caput, ad amnem *Then*, inter Ducatus Limburgenſem & Luxemburgenſem, 2. milliaribus Germanicis à Limburgo diſtans in occaſum hybernum, & 4. à Leodio in ortum hybernum Malmedium verſus.

FRANCO ARMENI, populi Chriſtiani, ritus Latini in Aſia, per Syriam Armeniam extenſi, teſte Miræo cum aliis.

FRANCOBERGA, ſeu Francorum mons, *Frankenberg*, oppidum Germaniæ in Haſſia ſuperiori, ad Ederam fluvium, 3. milliaribus diſtans à Marpurgo in Boream, quod conditum ferunt anno 550. à Theodorico Francorum Rege.

FRANCOCHORIUM, id eſt Francorum Regio, Hungariæ, in patentes campos inter fluvios Savum & Iſtrum extenſa, verſus Zeguntinum, teſte Nicemo, eſtque fertiliſſima, & Francia dicta fuit a Conſtantino Porphyrogenneta, ubi nunc Sclavonia propria.

FRANCODALIA, *Franckendal*, urbs recens Germaniæ ſatis munita, in Palatinatu inferiori. Vix uno milliari Germanico diſtat à Rheno, & 4. ab Heidelberga in occaſum, uti & à Spira in Septentrionem. Alias capta fuit ab Hiſpanis, ſed poſtea reddita Electori Palatino pace Weſtphalica, dicitur aliter Francorum vallis, eratque alias Abbatia Monachorum, ſed a Frederico III. Electore Palatino, urbs extructa & munita fuit anno 1571. nunc deficit in dies à paucis inhabitata.

FRANCOFURTUM, *Franckfurt* indigenis, *Francfort* Gallis, *Francoforte* Italis, urbs ampla & elegans Germaniæ, ſic dicta quaſi Francorum vadus, & olim Helenopolis, ut tradunt ex veteri inſcriptione, ſita eſt in Veteravia tractu, verſus confinia Franconiæ, cum ponte lapideo oblongo ad Moënum fluvium, in ea Diætæ Imperiales celebrantur pro electione Imperatorum Romanorum, eſtque Imperialis ſeu libera, & ſui juris, valde munita, atque emporium celebre duabus nundinis ſuis in anno, undique cingitur ditione Electoris Moguntini, & ejus pars ſeu potius ſuburbium trans Moenum dicitur *Saxenhauſen*, id eſt Saxonum domus ſedet in ipſo confinio Geraviæ tractus, 4. milliaribus Germanicis diſtans à Moguntia in ortum Hanoviam verſus 2. & Aſciburgium 4. dicitur etiam Fraocofordia à quibuſdam, & comprehenditur ſub Circulo Rheni ſuperioris.

FRANCOFURTUM, cognomento ad Oderam, ad alterius differentiam, *Francfurt am Oder* incolis, *Francfort ſur l'Odre* Gallis, urbs Germaniæ in media Marchia Brandeburgica, ad Oderam fluvium, in limite Sileſiæ & Luſatiæ, parva & malè culta, 4. milliaribus Germanicis diſtans à confinio Poloniæ majoris in occaſum, Berolinum verſus 10. & 4. à Cuſtrino in Meridiem, & olim fuit Imperialis & libera, ſed poſtea ab Imperio exempta, habet Academiam erectam anno 1506.

FRANCONATUS, *le Franc* Gallis, *Land Vanden Urye* incolis, tractus Belgii in Comitatu Flandriæ verſus oram littoralem Oceani Germanici, dicitur aliter & ſæpius Terra-Franca, hoc eſt Liberorum, teſte Jacobo Marchantio, & ejus partes ſunt etiam Caſtellaniæ ſive agri Bergenſis, Burburgenſis, & Furnenſis, quæ nunc ſubſunt dominio Regis Franciæ. Vide Terra Franca.

FRANCONIA, *das Francken* incolis, ſeu etiam *Franckenland* aliquando, *la Franconie* Gallis, provincia Germaniæ ſatis ampla, quæ ſæpe in titulis antiquis dicitur Francia Orientalis, cum ejus tantum fuerit pars minor, efficitque nunc primum Imperii circulum. Circa Mœnum fluvium extenditur, & ejus termini ſunt à Septentrione Miſnia & Turingia: ab ortu Norigoia ſive Palatinatus ſuperior, à Meridie pars minima Bavariæ & Suevia: ab occaſu ditio Moguntina: & ejus partes ſunt Epiſcopatus Herbipolitanos, Bambergenſis, & Eichſtatenſis, Comitatus Hennebergenſis, Holachienſis, Werthemenſis, Erpachius, Caſtellenſis, & Leoſtenius, cum Burgravitatu Norimbergenſi, in quo agri Culembachius, Anſpachius, & Norimbergenſis totius vero provinciæ caput eſt Herbipolis *Vurtzbourg*, ad Moenum fluvium, hinc Franci & Francones populi.

FRANCONIÆ URBES PRÆCIPUÆ.

Bamberga, *Bamberg*.
Herbipolis, *Wurtzburg*, provinciæ præcipua.

Norimberga ſive Noricorum mons, *Nuremberg*, libera.
Rotenburgum ad Tanbarum, *Rotenburg*, libera.
Suvinfurtum, *Schweinfurt*, libera.
Weiſſeuburgum, ſive Album caſtrum, *Weiſſenburg*, libera,
Winshemium, *Weinsheim*, libera.

Franconicus Circulus, *das Francken Kraiſſ* incolis, *le Cercle de Franconie* Gallis, provincia eſt Germaniæ, & primus Imperii circulus, ſub quo continetur Franconia tota. Vide Franconia.

Franconici circuli nobilas immediate Imperii, dividuntur in ſex partes, ſuntque prima *Ottenwaldt*, 2. *Steiſerwaldt*, 3. *Geburg*, 4. *Altmulh*, 5. *Baunach Oder Buchen*, 6. *Roh und Wehr*, *Oder Weyden*, ut Lyonæus pluribus ſcribit.

Francopolis, quæ & Villa-Franca, *Ville-Franche*, cognomento *de Rouergue*, urbs Galliæ in Aquitania, Marchiæ inferioris Ruthenenſis caput, ad Veronium fluvium. Vide Villa-Franca.

Francorum Fluvius, *la Riviere des François*, fluvius Americæ Septentrionalis in Nova Francia, egreditur è lacu Nipiſſiriniorum, & poſt curſum 40. leucarum in lacum Huronum ſe exonerat, teſte Galineo qui illas oras nuper luſtravit.

Francorum Insula, *l'Iſola de Franceſi*, inſula parva Sardiniæ, verſus ejus oram meridionalem, inter Accipitrum ſive Hieracum inſulam ad occaſum, & Sulcitanam ſive Enoſim ad ortum, cui propior, eſtque ſatis parva.

Francorum Rivulus, locus Liguriæ mediterraneæ Paulo Diacono, hodie *Refrancore*, pagus Ducatus Mediolanenſis in agro Alexandrino, & in confinio Montisferrati, 6. milliaribus ab Aſta Caſalem verſus, teſte Philippo Ferrario.

Francorum Regnum, regio ampla & celebertima Europæ, quæ ſæpius dicitur Francia. Vide ibi.

Francorum Vallis, *Franckendal*, urbs munita Germaniæ in Palatinatu inferiore. Vide Francodalia.

Franequera, & Franekera, *Franeker*, urbs parva Belgii uniti, in Friſia & in Weſtergoa tractu, ubi Academia recens. Ab aliis dicitur Franicheria, 2. leucis diſtans à Leovardia in occaſum, & totidem ab Harlinga in ortum, & ab ora maris Germanici, ſub dominio provinciarum Belgii uniti, ubi Academia parva erecta anno 1585. die 29. Julij.

Franekeranus Ager, *Franeker Adeel*, tractus Friſiæ provinciæ, eſtque parvus admodum, & una ex 8. præfecturis ſive Territoriis Weſtergoæ regiunculæ verſus Franeckeram.

Frascata, *Fraſcati*, urbs parva & Epiſcopalis Italiæ, in ditione Pontificis Maximi, in Campania Romana, 12. milliaribus à Roma in ortum: ubi aliquot palatia Principum. Dicitur aliter Tuſculum, quod crevit ex ejus ruinis. Hinc ejus Epiſcopus, qui ſemper eſt unus ex ſex antiquioribus Cardinalibus S. R. E. dicitur Epiſcopus Tuſculanus, cum ad ipſam tranſlatus fuerit Epiſcopatus Tuſculanus anno 1537. a Paulo III. Vide Tuſculum.

Frateriæ, quæ & Prateria, Daciæ urbs Ptolemæo, ad confluentes Catarabonis in Iſtrum fluvium, nunc *Jurgano* dicta, in Moldaviæ Principatu, teſte Mario Nigro, ſed Lazio auctore, ab incolis *Broſſa*, & Hungaris *Zaznara* vocatur, in ripa Mariſii fluvii in Tranſſylvania, at is multoties divinare videtur,

Fratoertom, oppidum Italiæ in Calabria Plinio, quid ſit hodie non conſtat, quanquam Ferrarius credat eſſe *Terza*, oppidulum provinciæ Hydruntinæ, inter Caſtaniam & Mateolam, quod tamen longe diſtat à Calabria antiqua.

Fratuolum, Hirpinorum oppidum in Italia Ptolemæo, quod *Palo* interpretantur quidam, teſte Abrahamo Ortelio.

Fraudis Insula, *la Iſla do Engaño* Hiſpanis, una ex inſulis Latronum in Aſia & in Oceano Orientali maxime in Meridiem extenſa.

Fraudis Promontorium, *el Cabo del Engaño* Hiſpanis, *le Cap de la Tromperie* Gallis, Caput Americæ in parte orientali Hiſpaniolæ ſive Hiſpanæ inſulæ in mari Boreali.

Fraudis Promontorium, *el Cabo del Engaño* Hiſpanis, in Aſia, & in parte ſeptentrionali Luſoniæ inſulæ in Philippinis. Vide promontorium Fraudis.

Fravenburgum, id eſt caſtrum Mulierum, *Frawenburg*, oppidum Poloniæ in Pruſſia regia, & in littore Habi ſinus, *Friſch Haff*, ubi recipit amnem *Sebon*, cum portu capaci. Ibi Eccleſia Cathedralis Varmienſis monti inſidet cum Collegio Canonicorum: ibique obiit Nicolaus Copernicus Mathematicus celebris anno 1543. vix tribus milliaribus Germanicis diſtat ab Elbinga in ortum æſtivum Pilaviam verſus totidem.

Frainatum, caſtrum permunitum Galliæ in Provincia, a Saracenis occupatum, teſte Luitprando, nunc exciſum jacens ab aliquot ſæculis, & ejus rudera hodie *Frainet* dicta, viſuntur in Provincia, prope Grimaldum oppidum, & vicum *la Garde Frainet* dictum, vix L. leucis ab ora maris Mediterranei, ut Honoratus *Bouche* probare nititur.

Fraxinetum, oppidum Italiæ, nunc *Fraſſineto* incolis, *Freſſinet* Gallis, caſtrum Ducatus Montisferrati ad Padum fluvium, 2. milliaribus infra Caſalem in ortum Valentiam verſus.

Fraxinum, *el Freſno*, caſtrum Hiſpaniæ in Vandalitia, verſus montes Marianos, 8. leucis à Corduba in Septentrionem.

Fraxinum, *el Freſno*, caſtrum Hiſpaniæ in Caſtella veteri, ab Uxama 4. leucis diſtans in Meridiem Madritum verſus, intra montes.

Fraxinum, oppidum Hiſpaniæ Luſitanicæ, ex itinerario Antonini, nunc pagus Portugalliæ Regni, *Alpahano* dictus, in Tranſtagana provincia, in via quæ Olyſippone Helvas ducit, teſte Vaſconcello.

Fredelatium, *Fredelas*, urbs Galliæ in Occitania provincia, quæ lapſu temporis dicta fuit Apamiæ, *Pamiez*, ab ejus caſtro ſic vocato, hinc populi Fredelacenſes dicti fuere.

Fregellæ, colonia & urbs olim clara Volſcorum in Latio, Livio, & Straboni, quæ & Fregellanum, à Romanis everſa jam à tempore Strabonis, ad Lirim fluvium, in ejus ruinis excitatum fuit Ceperanum, *Ceperano*, caſtrum Campaniæ Romanæ in ditione Eccleſiæ, in ipſo limite Regni Neapolitani, & Terræ Laboris, ad Lirim fluvium, 6. milliaribus ab Aquino in occaſum, & totidem à Ponte curvo in arctos, ut pluribus probat Cluverius cum Aldo Manutio.

Fregenæ, colonia & oppidum Hetruriæ, in ora maris Tyrrheni, inter Alſium ad occaſum & oſtia Tiberina ad ortum Straboni, & Plinio, nunc omnino exciſum; erat in eo tractu ubi hodie *la Macareſe*, villa Ducis Mathæi, cum ſtagno cognomine in provincia Patrimonii ditionis Eccleſiaſticæ, 14. mill. paſſ. ab urbe Roma in occaſum hybernum, & 4. ab Oſtia Alſium verſus in ora; quanquam alii credant fuiſſe, ubi nunc turris *S. Georgio* dicta, in ora ad oſtia Aroni fluvii, 3. milliaribus a villa præcedenti in occaſum, dicitur Fregena à Livio.

Fraistadium, *Freyſtadt*, aliis Eleutheropolis, oppidulum Regni Bohemiæ, & provinciæ Sileſiæ in Ducatu Glogavienſi ad amnem *Siger*, in planitie, diſtat 4. milliaribus Germanicis à Glogavia in occaſum æſti-

vum Croſſam verſus 5. teſte Henelio.

Fremincuria, *Fremincourt*, oppidum aliàs amplum Carnutum cum caſtro Regum Galliæ prioræ ſtirpis, nunc vicus tantùm in provincia Inſulæ Franciæ, cum ponte ad Eburam fluvium una leuca à Droco in ortum; caſtrum autem dirutum jacet. Ibi olim altare Virgini pariturae dicatum, ubi ſacrificia habebant Druidæ, ut narrant incolæ illius tractus, ex antiqua traditione.

Frentani, populi fuere Italiæ; & Samnitum gens Straboni, & Plinio, quorum termini erant ad ortum Apulia Daunia, ad occaſum Marrucini, ad Meridiem Samnium, & ad Septentrionem mare Adriaticum, & extendebantur ab Oriente in Occidentem verſus oram littoralem, ubi nunc pars ſeptentrionalis Aprutii Citerioris, & Capitanatæ cis Frentonem fluvium, & eorum urbes erant Anxanum, Larinum, Ortona, & Hiſtonium, teſte Cluverio.

Frento, fluvius Apuliæ Dauniæ Plinio, illam à Frentanis ſeparans, nunc *il Fortore* dicitur ab omnibus, oritur ex Apennino monte, & in Septentrionem fluens per Capitanatam provinciam, prope Dragonariam, inter Ripam altam & Fanum S. Agatæ in mare Adriaticum ſe exonerat verſus Leſinam, ſed malè ponitur verſus Larinum in plurimis tabulis recentioribus.

Frequentum, *Fricenti*, urbecula Italiæ in Regno Neapolitano, & in provincia Principatus Ulterioris, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Beneventano, cujus Epiſcopatus a duobus ſæculis Avellinenſi perpetuo unitus eſt. Dicitur etiam Fricentum à recentioribus, eſtque parva admodum in monte, & fere in vicum redacta prope Tripaltum fluvium, & ad radices Apennini montis, 15. milliaribus diſtans a Benevento in ortum hybernum Compſam verſus, & duodecim ab Abellino, ſub dominio utili Principis Venuſini, & prope Jeſualdum caſtrum.

Fresneda, *Freſneda*, vicus Hiſpaniæ in Vandalitia, & ipſo limite Caſtellæ Novæ, intra montes Marianos, ubi obiit Alphonſus VIII. Rex Caſtellæ anno 1157.

Fretum, oppidum Galliæ in Provincia, cujus fit mentio in actis mediæ ætatis, nunc teſte Honorato *Bouche*, eſt Fanum S. Remigii, *S. Remy*, oppidulum Provinciæ, 3. leucis ab Arelate diſtans in ortum Caballionem verſus totidem.

Fretum, eſt maris brachium anguſtum inter duas terras, ſic ab undarum fremitu vocatum, ut quidam tradunt, ſignificat mare ſuapte natura mobile, ut eſt Fretum Herculeum, inter Hiſpaniam & Africam, & vulgo dicitur *un Détroit* Gallis, *un Eſtrecho* Hiſpanis, *un Stretto* Italis, *Straight* Anglis, *Streete* Belgis, *Ein Enge Meer* Germanis, & *Ciaſne-Morze* Polonis.

Fretum Aniani, *el Eſtrecho de Anian* Hiſpanis, *le Détroit d'Anian* Gallis, fretum alias inter Tartariam & fictitiam illam novam Albionem creditum à multis; ſed quidam recentiores exiſtimant hodie Fretum Anianum eſſe in America, prope partem ſeptentrionalem Californiæ inſulæ; ſicque de eo difficile eſt aliquid certi ſtatuere.

Fretum Antiochenum, *le pertuis d'Antioche*, Fretum Oceani Aquitanici inter Ream & Uliarum inſulas, in ora Galliæ & Santoniæ provinciæ.

Fretum Alsiæ, *Alſing Sund*, Fretum maris Baltici inter Ducatum Sleſvicenſem & Alſiam inſulam.

Fretum Babelmandelum, *le Détroit de Babelmandel*, ad fauces maris Rubri, inter Africam & Arabiam felicem, nomen habens à fluvio cognomine à parte Regni *Adel* ut quidam ſcribunt, dicitur ab Arabibus *Bab-al-mandad*, id eſt oſtium luctus, & ab Hiſpanis Fretum Meccæ, *el Eſtrecho de la Meca*, eſtque ſatis anguſtum.

Fretum Arimæ, *el Eſtrecho de Arima*, Fretum Oceani Orientalis in Japonia, inter Saicocam regionem & Amacuſam inſulam prope Arimam urbem.

Fretum Bahamæ, *le Canal de Bahame* Gallis, pars maris Borealis, ubi æſtus vehemens à Meridie in Septentrionem extenſus verſus oram Floridæ, & inter ipſam ad occaſum & Bahamam inſulam unam ex Lucaiis ad ortum, unde nomen ei inditum fuit, ab Hiſpanis vero vocatur *el Canal de Bahama*, ſive etiam *el Deſembocadero* a nautis.

Fretum Balamboanum, *le Détroit de Balambuan*, eſt in Oceano Indico, in Aſia, inter inſulam *Baly* & partem orientalem Javæ inſulæ, prope Balambuanum urbem.

Fretum Britannicum, mare ſive Fretum inter Galliam & Britanniam majorem interfuſum Straboni, nunc *le Pas de Calais*, vocatur ab aliis & ſæpius Fretum Gallicum. Vide ibi.

Fretum Britannicum, *le pertuis Breton*, Fretum Oceani Aquitanici in ora Galliæ, inter Pictavenſem provinciam & Ream inſulam.

Fretum Calmariæ, *Calmar-Sund*, Fretum maris Baltici, prope Calmariam urbem Sueciæ Regni in Smalandia provincia, & inter ipſam ad occaſum & Oelandiam ad ortum.

Fretum Cantiræ, *The Straight of Cantyr*, pars maris Hibernici inter Cantiram provinciam Scotiæ Meridionalis, ad Epidium promontorium, & Ultoniam provinciam Hiberniæ, & dicitur etiam *Fyrth of Cantyr*, & ejus latitudo eſt, 13. milliarium Anglicorum tantum.

Fretum Capreарum, *le Bocche di Capri*, Fretum maris Tyrrheni in ora Regni Neapolitani, inter Capreas inſulam & promontorium Minervæ, ad fauces ſinus Crateris, eſtque latum tribus milliaribus tantum.

Fretum Carolinum, *The Charles Straight*, Fretum Americæ, inter partem ſeptentrionaliorem inſulæ Terræ-novæ & oram Regionis Laboratoris ei viciniorem, nuper ab Anglis ſic dictum in honorem Caroli II. Regis Angliæ cum antea Anonymum eſſet.

Fretum Caspii Maris, maris anguſtia ad ortum, in quam Oxus fluvius influit, teſte Meſa.

Fretum Cimmerium, Herodoto, nunc *il Stretto di Caffa*, teſte Caſtaldo, anguſtia maris ad Boſphorum Cimmerium.

Fretum Constantinopolitanum, *les bouches de Conſtantinople*. Vide Boſphorus Thracius.

Fretum Corcyræum, *le Canal de Corfu*, Fretum maris Ionii, inter oram Epiri & Corcyram inſulam, latum 4. milliaribus tantum.

Fretum Davisii, *The Straight of Davis* Anglis, *le Détroit de Davis* Gallis, Fretum in terra Arctica, in ea parte Gronelandiæ quæ detecta fuit a Joanne Daviſio Anglo anno 1585. à quo etiam nomen accepit, eſtque proprie inter Gronelandiæ oram occidentalem, & inſulam Jacobæam, ſed valde latum, & à Septentrione in Meridiem protenſum.

Fretum Draconis, *la bocca del Drago* Hiſpanis, Fretum Americæ Meridionalis, inter inſulam Trinitatis, & Pariam provinciam regionis Caracarum, ad ſinum Pariæ.

Fretum Esonis, *le Détroit de Jeſſo*, Fretum amplum inter Tartariam & terram Eſonis interfuſum, ſupra Sinarum regionem, & in littore Aſiæ, recens detectum à Luſitanis & Belgis.

Fretum Euripi. Vide Euripus Chalcidicus.

Fretum Fimbriæ, *Femer-Sund*, Fretum parvum maris Baltici inter Holſatiam & Fimbriam inſulam.

Fretum Forbisherii, *Straight of Forbishers* Anglis, *le Détroit de Forbisher* Gallis, fretum terræ Arcticæ, verſus Gronelandiæ partem meridionalem,

recens detectum, nempe anno 1577. à Martino Forbiſbero Anglo, & ab eo nomen ſortitum.

Fretum Gaditanum, Plinio. Vide Fretum Herculeum.

Fretum Gallicum, mare inter Galliam & Britanniam majorem Saluſtio, quod Fretum Oceani dicitur à Tacito, Fretalis Oceanus Ammiano. Fretum Britannicum, & Fretum Morinorum aliis, nunc vulgo *le Pas de Calais* Gallis, *The Streight of Calis* Anglis, & *de Hoofden* Belgis, eſtque Fretum inter Galliam & Angliam, 6. leucis patens inter Dubrim & Iccium portum, nunc *Viſſan*, & 7. inter Dubrim & Caletum, ut egomet pluries vidi cum ex Anglia redirem, & illas partes luſtrarem.

Fretum Gallipolitanum, *le Détroit de Gallipoli*. Vide Helleſpontus.

Fretum Guldborgicum, *Guldborg Sund*, Fretum parvum maris Baltici, inter Falſtriam & Lalandiam inſulas Daniæ.

Fretum Herculeum, quod & Gaditanum inter Hiſpaniam Bæticam & Mauritaniam Tingitanam Plinio, qui hoc à Græcis Porthmos vocari addit, & limen maris Interni, Fretum Columnarum Straboni, Fretum Oceani Livio, Fretum Iberum Auſonio, Fretum Hiſpanum Claudiano, nunc *el Eſtrecho de Gibraltar* Hiſpanis, *le Détroit de Gibraltar* Gallis, *il Stretto di Gibilterra* Italis, & *de Strate van Gibraltar* Belgis, ſic hodie dicitur à Mauroum Duce *Tarif*, qui primus cum exercitu in Hiſpaniam transfretavit, tempore Roderici Regis Gothorum; eſtque maris anguſtia, inter Vandalitiam provinciam Hiſpaniæ meridionaliorem, & Regnum Fezzanum, ejus longitudo ab Occidente in Orientem, eſt 10. leucarum Hiſpanicarum, latitudo vero 4. circiter, ubi magis reſtringitur, nempe inter Calpen ſive Gibraltariam & Abylam montem ſive Septam urbem.

Fretum Hudsonis, *le Détroit de Hudſon*, Fretum Americæ ſeptentrionalis, inter inſulam Jacobæam & Terras Arcticas ad Septentrionem & Eſtotilandiam ad Meridiem, ab Anglis detectum, Duce Henrico Hudſonio, extenditurque ab inſula Reſolutionis ad ortum, ad Caput Vorsnanum ad occaſum per 150. leucas, teſte Radiſſone.

Fretum Mairium, *le Détroit du Maire* Gallis, *het Straet le Maire* Belgis, Fretum Americæ meridionalis, ad Auſtrum terræ Ignium & freti Magellanici maximè extenſum, à Jacobo *le Maire* Hollando Hornano detectum anno 1616. die 25. Januarii. A quibuſdam Hiſpanis dicitur Fretum S. Vincentii, ſed prior denominatio communior.

Fretum Magellanicum, *el Eſtrecho de Magellanes* Hiſpanis, *le Détroit de Magellan* Gallis, *Magellan Straights* Anglis, Fretum oblongum Americæ meridionalis, à Ferdinando Magellano Luſitano detectum anno 1519. inter terram ab ipſo Magellanicam dictam, ſive Patagonum Regionem, & terram Ignium; eſtque tranſitu difficilis. Illud Hiſpani claudere voluerunt Anglis & Belgis unitis magnis impenſis & arcibus in littore defixis, ſed irrito conatu, & nunc derelinquitur ab omnibus qui ad illas partes navigant, quod facillime per Fretum Maireum tranſeant, & intra paucos dies; cum è contra Fretum Magellanicum navigantibus eſſet formidabile, & valde periculoſum, attamen anno 1670. per illud tranſivit Joannes *Narbrough* Anglus, vir ſtrenuus, auſpiciis Caroli II. Magnæ Britanniæ Regis, & ejus oras exacte luſtravit, extenditur hoc Fretum ad 300. milliaria Anglica ſive Italica ab ortu in occaſum, nempe à promontorio B. Virginis Mariæ ad Orientem, ad promontorium Victoriæ ad Occidentem, eſtque valde anguſtum in parte meridionali, ubi tendit ad occaſum, ſed ad ortum habet tantum duas anguſtias, vix 4. mill. paſſ. latas.

Fretum Malacense, *le Détroit de Malaca* Gallis, *het Straet van Malaca* Belgis, Fretum Oceani Indici, interpoſitum inter urbem & Regnum Malacam, in parte meridionali peninſulæ Indicæ ultra Gangem & inſulam Sumatram, oblongum & ſatis amplum, ſic dictum ab urbe Malaca ei adjacente, dicitur aliter Fretum Sincapuræ.

Fretum Malmussonium, *le pertuis de Maumuſſon*, Fretum Oceani Aquitanici in ora Galliæ, inter Uliarum inſulam & Santoniam provinciam.

Fretum Mamertinum, anguſtia inter Siciliam, & Italiam Straboni, quæ Fretum Siculum Plinio, vulgo *il Faro di Meſſina*. Vide Fretum Siculum.

Fretum Manarium, *le Détroit de Manar* ſeu & *de Chilao*, Fretum maris Indici, inter Taprobanam ſeu Ceylanum inſulam & oram Piſcariæ, in parte auſtrali peninſulæ Indiæ cis Gangem, ſatis latum, & à Manaria inſula ei adjacente ſic dictum, vel etiam à Chilao urbe Ceylani.

Fretum Manilæ, *el Eſtrecho de Manila* Hiſpanis, Fretum Oceani Orientalis ſeu Indici in Philippinis inſulis, inter partem meridionalem Luſoniæ inſulæ & Tendaiam inſulam, ab urbe Manila Luſoniæ primaria ſic dictum.

Fretum Micaleum, *il Streto Micaleo*, parvum eſt in mari Ægeo, inter Aſiam minorem ad ortum & Samum inſulam ad occaſum.

Fretum Mindoræ, *el Eſtrecho de Mindora* Hiſpanis, Fretum Oceani Orientalis ſeu Indici, in inſulis Philippinis, inter partem occidentalem Luſoniæ inſulæ & Mindoram inſulam & urbem.

Fretum Missilimachinacum, *le Détroit de Miſſilimmakinac*, Fretum Americæ in Nova Francia, & in ejus parte occidentali, quo lacus Ilinorum ſive magnus in lacum magnum Huronum ſe exonerat, ſic dicitur ab inſula cognomine in ejus viciniis, extenditurque ab ortu in occaſum.

Fretum Monæ, *Mone-Sund*, Fretum parvum maris Orientalis ſive Baltici, inter Livoniam provinciam, & Oſiliam inſulam, ſic dictum ab inſulula parva cognomine adjacente.

Fretum Mosandani, *le Détroit de Moſandan*, Fretum ad fauces ſinus Perſici, contra Armuſiam urbem & inſulam, ſic dictum a promontorio cognomine ei adjacente, in littore Arabiæ; eſtque ſatis anguſtum.

Fretum Oresundicum, & Oreſunda, *Oreſund*. Vide Fretum Sundicum.

Fretum Palimbanum, *le Détroit de Palimban* Fretum, Oceani Orientalis ſive Indici, inter oram orientalem Sumatræ inſulæ, & Bancam inſulam, prope Palimbanum urbem, unde nomen ei inditum fuit.

Fretum Picticum, *the Pichtland*, ſeu *Pentland Firth* vulgo, Fretum inter Scotiam Septentrionalem & Orcades inſulas. Navigantibus eſt formidabile & periculoſum, neque niſi ſtatis temporibus, poſitis quoquam ventis, trajectui opportunum.

Fretum Piecum, *le Canal de Piecko*, Fretum Aſiæ in Oceano Orientali, inter inſulam terram Statuum dictam & partem terræ Eſonis, à Luſitanis & Belgis detectum hiſce ultimis temporibus.

Fretum Plumbini, *il Canale di Piombino*, Fretum maris Mediterranei, inter oram Tbuſciæ Plumbinumque oppidum & Ilvam inſulam.

Fretum Ponticum: idem quod Boſphorus Cimmerius.

Fretum Sabonicum, *el Eſtrecho de Sabon*, fretum Oceani Indici, & potius pars freti Sincapuræ, inter oram orientalem Sumatræ inſulæ & Sabonam inſulam, prope Camperam urbem.

Fretum S. Vincentii, *el Eſtrecho de S. Vincente*, fretum Americæ meridionalis, ab Hiſpanis ſic

dictum, quod luſtratum ſit die 21. Januarii 1619. à Bartholomeo Garcia a Nodal Navarcha Hiſpano, ſed ab omnibus aliis vocatur Fretum Maereum, quod prius detectum fuerit die 25. Januarii 1616. a Jacobo Maereo. Vide Fretum Maereum.

Fretum Sangaarium, *le Détroit de Sangaar*, Fretum Oceani ſupra partem ſeptentrionalem Japoniæ, verſus terram Eſonis, recens detectum. Dicitur *Zungaar* a quibuſdam ab oppido adjacente in Japonia.

Fretum Siculum, mare inter Italiam & Siciliam inſulam, quod & Fretum Siciliæ Plinio, Ciceroni, & Tacito, Fretum Mamertinum & Rheginum etiam aliquando Straboni, & Scyllæum Athenæo, hodie vulgo *il Faro di Meſſina* Italis, *le Fare de Meſſine* Gallis, Siciliam a Calabria provincia Regni Neapolitani dirimens, ſic dicitur à Meſſana urbe percelebri ei adjacente, ubi frequentior ejus trajectus in Calabriam, & ubi magis reſtringitur in ejus parte ſeptentrionali, vix ad tria millia paſſuum extenditur ad Pelorum promontorium, alterno curſu modo in Tuſcum modo in Jonium pelagus influens, & Scyllæ & Charybdis ſævitia notum, & prope ejus fauces ad Septentrionem Hiſpani grandi clade affecti fuere à Gallis anno 1675. die 11. Februarii.

Fretum Sincapuræ, *el Eſtrecho de Cincapura* Hiſpanis, *le Détroit de Sincapura* Gallis, Fretum Oceani Indici juxta promontorium cognomine, & inter Sumatram inſulam, & Peninſulam Indiæ extra Gangem, dicitur aliter Fretum Malacenſe. Vide ibi.

Fretum Stralæ, *Strael Sund*, Fretum parvum maris Baltici, inter Pomeraniam Citeriorem & Rugiam inſulam ad Sundam urbem, ſicque dicitur à Strala inſula ei adjacente.

Fretum Sondæ, *het Straet van Sunda* Belgis; *le Détroit de la Sonde* Gallis, Fretum maris Indici, prope Bantamum, Javam inſulam à Sumatra ſeparans.

Fretum Sunderburgicum, *Sunderburg Sund* Danis, Fretum maris Baltici in Dania, inter oram Jutiæ meridionalis ſeu Ducatum Sleſvicenſem ad occaſum, & Alſiam inſulam ad ortum, prope Sunderburgum caſtrum, unde nomen ei inditum fuit.

Fretum Sundicum, & Oreſundicum, *de Sund* ſeu *Oreſund* Danis, *le Sund* Gallis, anguſtiæ maris Baltici, in Dania, inter Scaniam provinciam Sueciæ ad ortum, & Zelandiam inſulam Daniæ ad occaſum, ubi Regi Daniæ vectigal ſolvitur in ſingulos malos. Vide Sundicum Fretum & Oreſunda.

Fretum Taphros, id eſt Foſſa, *le bocche di Bonifacio* Italis, *les bouches de Bonifacio* Gallis, Fretum inter Corſicam & Sardiniam, prope Bonifacium oppidum Corſicæ. Dicitur etiam à Sardis & à nautis illius tractus *le bocche di Beixonnaire*. Vide Taphros.

Fretum Vaigatium, *le Détroit de Weigats*; quod etiam *le Détroit de Naſſau* dicitur à Belgis, inter Novam Zemlam ad Boream & partem ſeptentrionalem Moſcoviæ & provinciam Obdoram ad Auſtrum; inter fluvios Petzoram & Obium, & per illud diù quæſitus fuit tranſitus in Sinas & in Japoniam, necdum inventus.

Fretum Viride, *Grone-Sund* Danis, Fretum maris Baltici in Dania, inter Falſtriam inſulam & partem meridionalem Zeelandiæ inſulæ, atque Monam inſulam.

Fretum Uriæ, *le Détroit d'Uries*, Fretum eſt Aſiæ, in Oceano Orientali, inter terram Eſonis ad ortum & terram Ordinum ad occaſum, recens detectum à Luſitanis & Belgis unitis.

Friburgensis Pagus, *le Canton de Fribourg* Gallis, *die Oort von Friburg* Germanis, unus ex tredecim Conventibus, ſeu pagis Helvetiorum, in quo ſunt 14. præfecturæ in Nuithonia, cum parte Vaudi tractus, eſtque totus Catholicus, undique cingitur ditione pagi Bernenſis, & a Sana fluvio in duas partes ſcinditur, anno autem 1481. fœdus iniit cum aliis pagis.

Friburgum, *Freiburg* indigenis, id eſt liberum caſtrum, *Fribourg* Gallis, & aliquando cognomento *en Briſgau*, ad alterius differentiam, urbs Germaniæ, Briſigaviæ tractus caput, ad fluvium *Threiſem*, ad radices montium, extructa fuit anno 1120. à Bertoldo Duce Zeringenſi, Academiam habens anno 1450. ab Alberto Duce Auſtriæ inſtitutam, ſubeſt dominio Francorum, cum alias fuerit urbs Imperialis ſive libera, in ea commoratur Capitulum Baſileenſe, quanquam ſit Diœceſis Conſtantienſis, & juxta ipſam Auſtriaci maxima clade affecti fuere à Gallis, Anguiano Duce, anno 1644. diſtat fere 4. milliaribus Germanicis a Briſaco in ortum Rotevillam verſus 8. & totidem ab Argentorato in Meridiem Baſileam verſus 6. caſtrum habens antiquum, & capta fuit à Gallis anno 1677. quibus etiam remanſit pace ad Noviomagum facta anno 1679. cum antea Auſtriacis ſubeſſet.

Friburgum, *Friburg* incolis, *Fribourg* Gallis, urbs Helvetiæ in Nuitonia tractu, pagi cognominis caput ad Sanam fluvium, 7. milliaribus Germanicis diſtans a Salodoro in Meridiem Lauſanam verſus 6. & 3. à Berna in occaſum hybernum, fuitque olim urbs Imperialis & libera, ſed poſtea ab Imperio exempta anno 1481. & in ea commoratur Epiſcopus Lauſanenſis.

Fricentum, ſive & melius Frequentum, *Fricento*, urbs parva Italiæ, in Regno Neapolitano & Principatu ulteriori, prope Tripaltum fluvium, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Beneventano, ad radices Apennini, & media ferè inter Beneventum & Compſam. Vide Frequentum.

Fridberga, *Fridberg*, oppidum Germaniæ, in Saxonia ſuperiori & in Miſnia provincia, ad Multam amnem, verſus montes Bohemiæ, 4. milliaribus Germanicis à Miſna urbe in Meridiem. Fruſtra obſeſſum fuit à Suecis bello tricennali Germanico. Ibi ſunt Mauſolæa Ducum Electorum Saxoniæ.

Fridberga, *Friedberg*, oppidulum Bohemiæ & Sileſiæ inferioris in Ducatu Jaurienſi, Quiſſo fluvio appoſitum, montana verſus & in limite Bohemiæ, 8. milliaribus Germanicis diſtans a Jaurio in occaſum & 5. à Gorlitio in ortum hybernum.

Fridberga, *Fridberg*, urbs eſt parva Germaniæ in Veteravia provincia, Imperialis eſt & ſui juris facta & ſic dicta à Friderico II. quaſi dicas *Friederichsberg*, & contracte *Fridberg*, cum caſtro Fridericoburgo dicto, 4. milliaribus Germanicis à Francofurto diſtat in Septentrionem Giſſam verſus.

Friderica, *Fridericks*, & *Fridericka*, urbs parva ſed munita Americæ Meridionalis, in Braſilia regione, in ora Gubernii Paraibæ, vulgo *la Capitania de Paraiba*, verſus oſtia fluvii Paraibæ, antea a Belgis extructa, & poſtea expugnata a Luſitanis, quibus etiamnum ſubeſt cum toto tractu.

Friderici Oda, ſive deſertum, *Fridericks-ode*, fortalitium Daniæ in Jutia, & in ora freti Midelfartii à Frederico III. Rege excitatum, & poſtea à Suecis captum anno 1658. nunc deſtructum jacet.

Fridericoburgum, *Friderichsburg*, arx munita Germaniæ juxta Manheimum urbem, ad confluentes Neccari fluvii in Rhenum, in Palatinatu inferiori, ſic dicta fuit à Friderico IV. Electore Palatino ejus conditore anno 1610. ſed poſtea capta & diruta ab Hiſpanis, tandem reſtaurata fuit, & probe munita à Carolo Ludovico Electore Palatino hiſce ultimis temporibus, vix 3. milliaribus Germanicis ab Heidelberga in occaſum & totidem infra Spiram in Septentrionem Vormatiam verſus ut pluries vidi.

FRIDERICOBURGUM, *Friderichsburg*, caſtrum & palatium Regum Daniæ, in Zeelandia inſula. Vix 5. milliaribus Danicis diſtans à Coronæburgo in occaſum, & 5. ab Hafnia in occaſum æſtivum, colloquio inter Reges Sueciæ & Daniæ celebre hiſce ultimis temporibus. Arx olim *Ebelholt* nomen geſſit, monaſteriúmque S. Spiritus fuit, cujus Guillelmus Pariſienſis anno 1201. mortuus, & in Sanctorum numerum relatus, Abbas fuiſſe perhibetur. Fridericus II. Rex Daniæ arcem exſtruxit, quam Chriſtianus IV. ejus filius in ea natus die 22. Aprilis 1577. ſtatuis, picturis, ſimilibuſque artis operibus exornavit, teſte Pontano.

FRIDARICOBURGUM, *Friderichsburg*, oppidulum tenue Africæ, cum arce munita Danorum recens exſtructa, in Guinea regione, & in ora Aurea, in colle ſedet, prope arcem Capitis Corſi.

FRIDERICOPOLIS, & Fridericoſtadium, *Friderickſtadt*, urbs parva Daniæ in Jutia Meridionali, & in Eyderſtadia tractu Ducatus Sleſvicenſis, anno 1622. extructa fuit à Frederico Duce Holſatiæ Sleſvicenſi, cui ſubeſt, in ipſo limite Holſatiæ & Ditmarſiæ tractus, ad Eyderam fluvium ubi recipit Trennam, 2. milliaribus Germanicis ſupra Tonningam in ortum Sleſvicum verſus fere 5. & Chilonium verſus 9.

FRIDERICOSTADIUM, *Friderick ſtadt*, urbs nova Regni Norvegiæ, in ora ſinus Codani, in Præfectura Aggerhuſia, & 30. milliaribus Germanicis à Chriſtiana in Meridiem, ſub dominio Regis Daniæ.

FRIESACUM, & Friſiacum, *Frieſach*, oppidulum Germaniæ in Carinthia ſuperiori, in ditione tamen Salisburgenſis Archiepiſcopi, ad fluviolum *Matnitz*, cum caſtro in rupe adjacenti, & in eo ſæpe commoratur Epiſcopus Lavantinus.

FRIGIOA, *Frias*, urbs Hiſpaniæ in Caſtella veteri, in colle ad Iberum fluvium, & in Valle Tobalina, quæ Phrigia vocatur in Martyrologio Romano, & in Lactantio Firmiano.

FRIGIDUM CAPUT, *el Cabo Frio*, promontorium Americæ meridionalis in Braſilia auſtrali.

FRIGIONS, amnis Thuſciæ in agro Aretino, hunc *il Freddo* dictus, cujus meminit Tibullus libro 4.

FRIGIDUS, fluvius Carnorum in Italia, teſte Antonino, ubi Theodoſius Imperator Eugenium Tyrannum vicit, nunc *il Vipao* dicitur ab Italis; & *Wipach* Germanis, oritur ex Alpibus, in ipſo limite Carniolæ, prope caſtrum *Wipach*, deinde per Comitatum Goritiæ fluens in occaſum, inter Goritiam & Gradiſcam in Sontium ſe exonerat.

FRIGIDUS MONS, *Froidmont*, Abbatia Galliæ in provincia Inſulæ Franciæ, & in Bellovacenſi agro, ad Teram fluviolum, vix 5. leucis à Bellovaco in ortum hybernum.

FRINIANA, *la Frignana*, tractus Italiæ, in Ducatu Mutinenſi, ad radices Apennini montis, ubi Seſtula oppidum præcipuum, verſus confinia Bononienſis agri.

FRISIA, *Vrieſlandt* Belgis, *Frieſsland* Germanis, *la Friſe* Gallis, & *la Friſia* Italis, Regio eſt triplex, nempe Friſia proprie dicta, provincia Belgii fœderati: Friſia Orientalis, provincia Germaniæ, Principatus titulo inſignis: & Friſia Occidentalis, quæ proprie pars eſt ſeptentrionalis Comitatus Hollandiæ in Belgio fœderato; in his tribus partibus erant olim Friſii populi Germaniæ, & additur etiam aliquando quarta, nempe Friſia Septentrionalis ſive Cimbrica.

FRISIA, quæ & Friſia proprie dicta, *Vrieſlandt* incolis, *Frieſlandt* Germanis, *la Friſe* Gallis, provincia Belgii uniti, alias major exoriit quam hodie, extendebatur enim à ſinu Auſtrino ad occaſum ad Dullartium ſinum ad ortum, tuncque diviſa erat à Lavica fluvio *Lawers*, in duas partes: nempe in Friſiam Cis Lavicanam, quæ ad ortum, ubi nunc Groningenſe dominium: & in Friſiam Trans Lavicanam quæ ad occaſum, ubi nunc Friſia, & provinciæ caput erat Groninga; ſed ex quo Groninga cum ſuo dominio, & Omlandia ab ea revulſa eſt, multo minor eſt, & terminatur à Septentrione & occaſu Oceano Germanico, ab ortu Groningenſi dominio, & à Meridie ſinu Auſtrino, & Tranſiſalania provincia, ubi antea Friſia Trans. Lavicana, & olim Friſii majores ex parte, eſtque provincia Belgii fœderati, in tres partes nunc diviſa, nempe in Oſtergoam ſeu tractum ad ortum, *Ooſtergoe*, ubi 11. juriſdictiones: in Weſtergoam ſive tractum ad occaſum, ubi 10. juriſdictiones: & tractum Sylveſtrem ſive Septem Sylvas dictum, *Seven-Wolden*, ubi 8. agri, & totius provinciæ caput eſt Leovardia *Leeuwarden*, unitaque fuit Friſia aliis Belgii provinciis anno 1528. ſed anno 1580. ejectis Hiſpanis, fœdus iniit cum aliis Belgii uniti provinciis, cujus pars etiam exiſtit, & notandum eſt quod hæc provincia malè in omnibus fere tabulis Geographicis dicitur Friſia Occidentalis, cum ab ea differat, & ſinu Auſtrino ab ea ſeparetur, hinc Friſii populi dicti, *Vrieſlanders* ſibi, *les Friſons* Gallis, *li Frigioni* Italis.

FRISIÆ URBES.

Docomium, *Dockum*.
Franechera, *Franeker*.
Harlinga, *Harlingen*.
Leovardia, *Leeuwarden*, provinciæ caput.
Stauria, *Staveren*.

FRISIA CIMBRICA, quæ & Friſia minor, & Eyderenſis, tractus Daniæ, qui nunc Eyderſtadia dictus. Vide ibi.

FRISIA EYDERENSIS, quæ & Eyderſtadia, *Eyderſtede*, tractus Daniæ in Jutia, juxta Eyderum fluvium. Vide Eyderſtadia.

FRISIA MINOR, tractus Jutiæ in Dania Saxoni Grammatico quæ aliis Friſia Eyderenſis, hodie Eyderſtadia. Vide ibi.

FRISIA OCCIDENTALIS, *Weſt-Vrieſlandt* incolis, *l'Oueſt-Friſe* Gallis, tractus Belgii fœderati, ſeu potius pars ampla Hollandiæ Comitatus, cui ab aliquot ſæculis unita eſt, inter Hollandiam Borealem ad Meridiem, mare Auſtrinum ad ortum, & Septentrionem, & Oceanum Germanicum ad occaſum; dicta fuit etiam aliquando Kenmaria, & ejus partes ſunt Friſia Occidentalis propria in ortum extenſa, Kenmaria, Goelandia, & Waterlandia, ſive tractus aquarum, cum Texelia inſula, in ea vero urbes præcipuæ ſunt Alcmaria, Amſterodamum, Enchuſa, Harlemum, & Horna, ut conſtat ex Guicciardino & aliis omnibus.

FRISIA OMLANDICA, ſic dicitur Groningæ dominium cum Omlandia in actis mediæ ætatis, quod pars eſſet Friſiæ propriæ in Belgio. Vide Groningæ dominium & Omlandia.

FRISIA ORIENTALIS, *Ooſt-Frieſlandt* incolis, *l'Ooſt-Friſe*, ſive *la Friſe Orientale* Gallis, provincia Germaniæ, & pars Weſtphaliæ, quæ etiam antea dicta fuit *le Comté d'Embden*, ſub dominio proprii Principis, terminos habens à Septentrione Oceanum Germanicum, ab Oriente Comitatum Oldenburgenſem, à Meridie ditionem Epiſcopi Monaſterienſis, & ab Occidente ſeparatur à dominio Groningenſi Dullartio ſinu, ibi erant olim Chauci populi ex parte, & alias amplior fuit, cum diviſa fuerit Jada fluvio in Friſiam Ciſjadanam, quæ nunc Orientalis; & in Friſiam Tranſjadanam, quæ nunc Comitatus Oldenburgicus: ubi Ruſtria tractus. In Friſia Orientali ſunt tres urbes, nempe Embda *Embden*, provinciæ caput, quæ nunc ſubeſt dominio Belgarum unitorum, Auricum *Aurick*, in qua ſedes Principis, & Norda *Norden* vulgo.

FRISIA SEPTENTRIONALIS, ſeu Cimbrica,

tractus Cimbricæ Cherſonenſi, ubi nunc pars occidentalis Jutiæ meridionalis, ſive Ducatus Sleſvicenſis, in ora Oceani Germanici, inter Tonderam oppidum ad Boream & Eyderam fluvium ad Meridiem, in qua Eyderſtadia & Huſumenſis tractus, & partes occidentales tractuum Tonderæ, atque Flensburgi, teſte Mejero, & ejus etiam quotidie fit mentio in Scripturis illarum partium.

FRISIABONES, populi Germaniæ Plinio, quos quidam exiſtimant fuiſſe verſus Oceanum Germanicum, ubi nunc Friſia Occidentalis; ſed Cluverius id negat pluribus, exiſtimatque eſſe ipſos Friſios, cum ſolus Plinius de his locutus ſit, & forſan errore ſcriptoris. Vide Friſii.

FRISIÆ REGNUM, pars fuit Germaniæ ſatis extenſa tempore primæ ſtirpis Regum Francorum, & ſæculo Chriſti ſeptimo; ſub ipſo comprehendebatur etiam pars ſeptentrionalis Belgii, ſicque extendebatur verſus oram Oceani Germanici, inter Eyderam fluvium ad Septentrionem & Rhenum fluvium ad Meridiem.

FRISII, populi Germaniæ, prope oram Oceani, & inter oſtia Rheni & Amaſis fluviorum incolentes Plinio, & Tacito, qui Friſiones dicuntur à Sigeberto, & ab aliis poſterioribus; quorum alii majores alii minores vocati ſunt.

FRISII MAJORES, populi Germaniæ, Tacito, erant inter Oceanum Germanicum ad Boream, Amaſim fluvium, & Bructeros ad ortum, Flevum lacum ad occaſum, & Batavos, ac Marſatios ad Meridiem, ubi nunc Friſia propria, dominium Groningenſe, pars Drentiæ & Sallandiæ tractuum Trans-Iſalaniæ, & pars Borealis Arenacenſis tractus in Ducatu Gueldriæ, teſte Cluverio.

FRISII MINORES, populi Germaniæ Tacito, quorum termini erant ad occaſum & Septentrionem, Oceanus Germanicus, ad ortum Flevo lacus, & Friſiorum majorum pars, & ad Meridiem Rhenus fluvius, quo à Batavis ſeparabantur, includitur nunc his finibus Friſia occidentalis quæ pars eſt Hollandiæ, magna pars Ultrajectini dominii, & pars Hollandiæ Borealis trans Rhenum fluvium, ut fuſius probat Philippus Cluverius libro 3. contradicente tamen Pontano.

FRISINGA, *Freiſingen*, urbs Germaniæ in Bavaria ſuperiori, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Salisburgenſi, prope Iſaram, olim Imperialis & libera, poſtea ab Imperio exempta, nunc ſub dominio Epiſcopi, & olim Fruxinum dicta. Vide ibi.

FRISLANDIAM, *la Friſland*, inſulam eſſe peramplam Oceani ſeptentrionalis, verſus Gronelandiam, quidam ſcripſere; ſed quæ ſit, à quibus detecta, & quo anno, cui ſubjaceat, & quas habeat partes & urbes, neque conſtat inter ipſos qui de illa ſcripſere; ita ut cùm de ea nulla ſit mentio inter recentes, nec quidquam dicant nautæ Galli, Angli, Dani, & Belgæ, ocius eſt dicere nullam eſſe inſulam Friſlandiam dictam.

FRISLARIA, *Fritzlar*, urbs parva Germaniæ, in Haſſia provincia, ad Ederam fluvium in colle, in ditione tamen Electoris Moguntini, 4. milliaribus à Caſſella in Auſtrum Marpurgum verſus, à qua 8. milliaribus Germanicis diſtat, & 4. à Zigenhemo in Septentrionem, fuitque olim urbs Imperialis & libera, ſed poſtea ab Imperio exempta, & dicitur etiam Friteſlaria in actis mediæ ætatis.

FRIXANUM, urbs Sardiniæ inſulæ in ejus parte ſeptentrionali, nunc excisa, manet locus etiam *Frixano* dictus, in provincia Loci aurei prope Caſtrum Aragonenſe, teſte Franciſco à Vico.

FROARDUM, *Fruart*, oppidulum Galliæ in Lotharingiæ Ducatu, ad Moſellam fluvium, ubi recipit Murtam, 2. leucis à Nanceio in occaſum æſtivum, & 3. à Muſſiponte in Meridiem.

FRONS AFRICÆ, pars Africæ magis in Auſtrum porrecta Melæ, & Plinio, nunc omnibus eſt promontorium Bonæ ſpei, *le Cap de bonne Eſperance*, in Cafreria regione, maxime in Meridiem extenſum.

FRONS ASIÆ, ora Aſiæ orientalis, quæ ab Oceano Eoo alluitur, teſte Oroſio.

FRONS GALLIÆ, quæ Oceano ad occaſum expoſita eſt, in Britannia minori, teſte Mela.

FRONS GERMANIÆ, ea pars quæ Danubio adjacet, Tacito teſte.

FRONS HISPANIÆ, quæ Oceano Occiduo objecta eſt, Plinio teſte.

FRONS ITALIÆ, ea pars Italiæ, quæ inter duo promontoria, Leucopetram & Lacinium, in mare porrigitur Ionium, & verſus Siciliam, teſte Plinio.

FRONTENACUS LACUS, *le Lac Frontenac*, lacus Americæ ſeptentrionalis in Nova Francia, qui antea Ontarius dictus fuit, *Skaniadario*, id eſt pulcher lacus ab Iroquiis, qui verſus ejus oram meridionalem inhabitant, figuræ eſt ovatæ, & ab ortu in occaſum extenſus ad leucas 80. circiter, ſic dicitur à Comite Frontenaeo regionis gubernatore, qui arcem Frontenacam ſtruxit in ejus ora ſeptentrionali, plurimas inſulas habet, uti Buadam, & alias, maxime verſus ortum, ubi ex eo labitur Fluvius S. Laurentii.

FRONTIACUM, caſtrum Galliæ, à Carolo Magno exſtructum, teſte Eginharto, nunc *Fronſac* in Aquitania, ad Duranium fluvium, dicitur ab aliis Franciacum. Vide ibi.

FRONTINIANUM, *Frontignan*, urbecula Galliæ, in Occitania inferiori provincia, ad ſtagnum Lattaram, inter Agatam & Montem Peſſulanum, cujus vina laudantur, alias Forum Domitii dicta, ut quibuſdam placet.

FROSTA, *Froſte-Hærret*, tractus Scaniæ provinciæ in Regno Sueciæ, teſte Pontano.

FRUSINO, urbs Volſcorum in Latio, in via Latina, Livio, Feſto, & Antonino, Fruſinum Ptolemæo, Fruſinona Colonia a Frontino dicta, Phruſino Græcis, olim Epiſcopalis, & patria Ormiſdæ & Silverii Summorum Pontificum, nunc *Froſilone*, oppidulum Campaniæ Romanæ in ditione Eccleſiæ, in monte ſitum prope Coſam fluvium, inter Alatrium ad Septentrionem novem, & Privernum ad Meridiem quindecim mille paſſibus diſſitum Verulo propinquior, & 9. à Ferentino, 48. autem ab urbe Roma in ortum diſſitum uti 18. ab Anagnia, verſus confinia Regni Neapolitani, & Caſinum montem, meminit illius Silius libro 8.

FRUXINUM, urbs Vindelitiæ in antiquis Scriptoribus, nunc teſte Beato Rhenano, eſt Friſinga *Freiſingen* incolis, *Friſingue* Gallis, urbs parva Germaniæ in Bavariæ Ducatu, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Salisburgenſi, ad Iſaram fluvium, ubi recipit Moſacum amnem, ſita eſt partim in planitie, & partim in colle, ſub dominio proprii Epiſcopi, cum agro parvo adjacenti, 5. milliaribus Germanicis diſtat à Monachio in Septentrionem Ratisbonam verſus 10. & 9. ab Auguſta Vindelicorum in ortum Landshutam verſus 5.

FUCACHIUS LACUS, *il Lago di Fucecchio*, lacus parvus Italiæ, in Hetruria & in agro Florentino. A caſtro Fucechio nomen habet, 5. milliaribus diſtans à Fano S. Miniatis in Septentrionem, & 10. à lacu Bientina in ortum, dicitur etiam Phocenſis lacus à quibuſdam.

FUCINUS LACUS, Marſorum lacus in Italia Straboni, & Plinio, *il Lago di Celano* hodie dictus, à caſtro ei adjacente, eſt in Regno Neapolitano & in Aprutio Ulteriori, ad radices Apennini montis, ejus circuitus eſt 20. milliarium, & illum Claudius Imperator emiſit in Lirim fluvium anno urbis conditæ 794. monte partim exciſo, partim effoſſo ad 3. millia paſſuum, teſte Suetonio, de eo pluribus Philippus Cluverius libro 2. Italiæ antiquæ.

Fuencheum, *Fuenchen*, urbs Imperii Sinarum in Xanſia provincia, cujus quintum locum obtinet, ad fluvium *Fuen*, in tractu montuoſo & prope montem *Vanhu* dictum, ab ea vero pendent 7. urbes minores, teſte Martinio.

Fulcardi Mons, *Foucarmont*, oppidum Galliæ, cum Abbatia in Normannia, & in Caletenſi tractu, ad amnem *le Sart*, quinque leucis ab Augo, & ab ora Oceani Britannici in Meridiem.

Fulcheria Insula, tractus Italiæ Sigonio, & Paulo Diacono, nunc *la Ghiara d'Ada*, regiuncula Longobardiæ in Ducatu Mediolanenſi, inter Adduam fluvium ad occaſum, & confinia territoriorum Cremenſis, & Bergomenſis, & Serium fluvium ad ortum, ſeu inter Caſſanum & Catavaggium oppida. Ibi Veneti inſigni clade affecti fuere à Ludovico XII. Francorum Rege, juxta vicum *Agniadello* dictum. Vide Addua Glarea.

Fulda, *Fuld*, fluvius Germaniæ, oritur in Buchonia tractu verſus Franconiam, deinde in Septentrionem fluens, Fuldam rigat, & Herofeldam in Haſſia inferiori, hinc recepto Edera fluvio, juxta Caſſelam labitur, & ad Mindam Verræ unitus, Viſurgim fluvium efficit.

Fulda, *Fuld* incolis, *Fulde* Gallis, urbs parva Germaniæ in Buchonia tractu, ab ea Fuldenſis ditio dicta, cujus caput exiſtit, ad Fuldam fluvium, ſedet in planitie, & in ea eſt Abbatia ordinis S. Benedicti totius Europæ nedum Germaniæ præſtantiſſima, cui urbs ipſa ſubeſt, cum ditione adjacenti, cum olim eſſet urbs Imperialis & libera, & hæc Abbatia conſtructa fuit à Pipino Francorum Rege, & ejus Abbas eſt Imperii Princeps, diſtat urbs 11. milliaribus Germanicis à Caſſela in Meridiem, uti 4. ab Herofelda Herbipolim verſus 11.

Fuldensis Ditio, *das Stifft von Fuld* incolis, *le territoire de l'Abbaye de Fulde* Gallis, tractus Germaniæ ſatis extenſus in Circulo Rheni ſuperioris, qui aliter & melius Buchonia *Buchen* dicitur, & Fagonia etiam aliquando, ſive Fagia, ejus termini ſunt à Septentrione Haſſia inferior, ab occaſu Haſſia ſuperior, ab ortu Hennebergenſis Comitatus, & à Meridie Franconia; ejus caput eſt Fulda, & in ea ſunt etiam aliquot oppidula nullius nominis cum plurimis vicis, in tredecim præfecturas diviſis, ſub dominio Abbatis Fuldenſis.

Fulgeriæ, ſeu Fulgetium, & Filicetæ etiam, *Fougeres*, urbs Galliæ, in Britannia minori, ad amnem *Coeſnon*, alias munita, verſus confinia Nonnanuiæ, 8. leucis diſtat ab Abrincis in Meridiem, & totidem à Dola.

Fulginium, urbs Italiæ in Umbria Ptolemæo, quæ Fulinium aliis, & Fulginia Silio, hodie *Foligno*, urbs ditionis Eccleſiæ in Umbria, Epiſcopalis ad Tiniam fluvium, parva ſed culta in planitie, ad radices Apennini montis, 21. milliaribus à Peruſia diſſita in ortum hybernum, uti 10. ab Aſſiſio, Spoletum verſus tredecim, populi Fulginates Plinio, *i Folignati* vulgo.

Folium, *Feuillans*, vicus Galliæ cum Abbatia in Occitania, & in limite Convenenſis Comitatus, ad amnem *Touche*, 2. leucis à Rivis in Septentrionem Toloſam verſus 6. hinc dicta Congregatio Fulienſium Religioſorum ſub Abbate Fulienſi.

Fulsinium, oppidum Curictæ inſulæ Liburniæ adjacentis Ptolemæo, quod & Fulcinium, ut alii legunt, nunc *Welka*, oppidolum Vegiæ inſulæ, in ejus ora auſtrali qua tendit in occaſum verſus Abſorum.

Funchala, *Funchal*, urbs Africæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Olyſipponeſi, & caput Maderæ inſulæ, in Oceano Atlantico, in valle & in parte orientali inſulæ, ſub dominio Regis Portugalliæ, ſic dicta fuit quaſi fœniculum à maxima fœniculi copia ibi primum inventa, hinc Funchalenſis nomen gentis, 140. leucis Hiſpanicis diſtat à Sacro promontorio in occaſum hybernum, & 90. ab ora Africæ in occaſum.

Funchi, *los Funchos*, populi Africæ, in Æthiopia inferiori, verſus lacum *Zaire*, ſubſunt imperio Regis Macoci, teſte Hieronymo Lobo Luſitano.

Funniæ Regnum, *le Royaume de Funhie*, Regnum Africæ, in Nubia regione, quod aliter Bugitiæ Regnum dicitur, verſus Nilum fluvium, teſte Hieronymo Lobo Luſitano.

Fundanus Lacus, Latii lacus Plinio & Tacito, hodie *il Lago di Fondi*, in provincia Terræ Laboris, inter Fundos urbem & mare Tyrrhenum in quod ſe exonerat, prope confinia ditionis Eccleſiæ, nuncque ſatis imminutus ad quatuor milliaria extenditur, ut ego pluries vidi dum illas partes luſtrarem anno 1667. & perſæpe non minùs ac Pomptinæ paludes aquis reſtagnantibus & paluſtribus omnino repletur, ut ex ſummo monte Anxuris, nunc *S. Angelo*, inſpicienti liquido apparet.

Fundi, colonia & urbs Auruncorum in Latio, Straboni, & Melæ, nunc *Fondi*, urbs parva Regni Neapolitani in provincia Terræ Laboris, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Capuano, ſed ab ejus juriſdictione immunis, ſedet in planitie in confinio ditionis Eccleſiaſticæ, 10. milliaribus à Tarracina in ortum Formias verſus 12. & 5. ab ora maris Tyrrheni prope Fundanum lacum, patria fuit S. Soteris Papæ, & ægre inhabitatur ob aeris gravitatem, & vicinum lacum Fundanum, hinc Fundanus nomen gentis.

Fungcianum, *Fungcian*, urbs Imperii Sinarum in Xenſia provincia, cujus ſecundum locum occupat, & ſub ipſa cenſentur 7. aliæ urbes minoris nominis, ampla eſt, & probe culta ad radices montium, teſte Martinio.

Fungianum, *Fungyan*, urbs Imperii Sinarum in Nanquinenſi provincia, cujus ſecunda exiſtit, & ab ea pendent 17. urbes minores, ampla eſt & elegans, in tractu riguo admodum, juxta fluvium *Hoai*, teſte Martinio.

Fura Ducis, *Ter Weren* incolis, *Trevuren* Gallis, caſtrum Belgii in Brabantia cum palatio, ubi alias amœnus Ducum ſeceſſus, 2. leucis à Bruxella in ortum Lovanium verſus 3 circiter.

Furanium, *S. Eſtienne de Furens*, burgus Galliæ ampliſſimus, in Lugdunenſi Præfectura, & in Forenſi provincia, ad Furanium amnem, ad radices collis, 2. leucis à Ligeri fluvio, & 18. à Lugduno in occaſum hybernum diſtat. Illic eruitur maxima carbonis terreſtris copia. Dicitur etiam Fanum S. Stephani.

Furconium, quaſi Forum Conæ, ex veteri inſcriptione, urbs Samnitum in Veſtinis, olim Epiſcopalis, nunc exciſa, ejus rudera *Forconio* dicta, viſuntur in Aprutio Ulteriori, prope Aquilam urbem, hinc ad 3. milliaria diſtantem, quæ ex ejus ruinis excitata fuit, & ad ipſam tranſlatus fuit Epiſcopatus Furconienſis anno 1257. ab Alexandro IV. Papa.

Furnæ, *Furnes* Gallis, *Wuerne* Belgis, urbs Belgii Francici in Flandria, parva ſed culta & munita, vix una leuca ab ora littorali maris Germanici diſtans, amplam habens juriſditionem cum Abbatia. Ter capta à Gallis, tandem ipſis remanſit pace ad Aquiſgranum confecta, 3. leucis diſtat a Dunquerca in ortum, Neoportum verſus 2. & inter ipſam & Dunquercam victi fuere Hiſpani à Francis anno 1658.

Furstembergicus Principatus, *das Furſtenthumb von Furſtemberg*, tractus Germaniæ in Sueviæ Circulo, ab ortu in occaſum extenſus ad fontes Danubii fluvii, inter Sylvam Nigram & Lacum Conſtantienſem, ſic dicitur a caſtro cognomine in ejus meditullio, & ejus Principes hodie etiam Langraviatu Barrenſi potiuntur, & Heyligenbergenſi ſive Montis ſancti in vicinis & in Sylva Nigra.

Fustata, urbs Ægypti. Vide Cairus.

Fut, fluvius Mauritaniæ Tingitanæ Plinio, Phthut Ptolemæo, cum Phut oppido in ora littorali, inter Solis montem & Myſocaram portum in Oceanum Atlanticum ſeſe exonerans.

Fuxensis Comitatus, *le Comté de Foix* incolis, *el Condado de Fox* Hiſpanis, tractus Galliæ in Aquitania, alias pars erat Conſoranenſis tractus, teſte Petro de Marca viro clariſſimo, nunc ſub Occitania comprehenditur, & in eo ſunt 16. Caſtellaniæ ſeu præfecturæ parvæ, & urbes Apamea & Taraſcum, atque Fuxium caſtrum a quo nomen ſortitur, eſtque a Septentrione in Meridiem extenſus juxta Alburacim fluvium, inter Occitaniam ſuperiorem ad ortum, & Conſoranos ad occaſum, ad radices Pyrenæorum.

Fuxium, *Foix* incolis, *Fox* Hiſpanis, caſtrum Galliæ, in Occitania, alias munitum, ad amnem *Lauriegue* dictum, ad radices Pyrenæorum montium. Ab eo tractus adjacens dictus fuit Fuxienſis Comitatus, hinc etiam domus Fuxienſis percelebris. Caſtrum vero Fuxium 6 leucis diſtat à confinio Hiſpaniæ, & à montibus Pyrenæis in Septentrionem, vix 3. ab Apamæa, & 12. à Toloſa in Meridiem cum Abbatia.

G

Gaas Mons, videtur pars Tribus Ephraim, in tractu cognomine, in Palæſtina, cum Torrente Gaas dicto, juxta Tamnam, teſte Zieglero.

Gaaa, urbs Palæſtinæ, in Tribu Zibulon, penes Carmelum montem, & prope fines Ptolemaidis, qua a Ptolemaide Cæſaream iter eſt. Gabala videtur Ptolemæi, & Gamala & Gaba Joſephi, teſte Adrichomio.

Gabaa, urbs Tribus Judæ, in Palæſtina deſcribitur, inter Accaim & Thamna, ab Adrichomio.

Gabala, urbs Cœleſyriæ, in ora littorali maris Syriaci Ptolemæo, Epiſcopalis ſub Patriarcha Antiocheno, cujus Epiſcopus Domnus ſubſcripſit Concilio Conſtantinopolitano, hodie *Gibel* dicta, à Guillelmo Tyrenſi Archiepiſcopo & aliis, prope montem Anticaſſium, 40. milliaribus ab Antarado in Boream Laodiceam verſus duodecim circiter, teſte Jacobo de Vitriaco.

Gabalensis Provincia, *le Givaudan*, provincia Galliæ in Occitania, ubi aliis Gabali populi, inter Alverniam ad Septentrionem, Ruthenenſem provinciam ad occaſum, Occitaniam inferiorem ad Meridiem, & Vivarienſem provinciam Velaunoſque ad ortum, eſtque intra montes verſus fontes Elaveris, Oldæ, & Tarnis fluviorum, & una ex tribus partibus Cemeni tractus: ejus autem urbes ſunt Mimate *Mende*, provinciæ caput, & Matengium.

Gabali, populi fuere Galliæ in Aquitania Cæſari, verſus Cemenos montes, inter Arvernos ad Septentrionem, Velaunos & Helvios ad Orientem, Volcas Arecomicos ad Meridiem, & Rutenos ad Occidentem, in eo tractu, ubi hodie Gabalenſis provincia, *le Givaudan*, pars Occitaniæ, & eorum primaria erat Anderitum, quæ & Gabali dicta, ex cujus ruinis crevit Mimate *Mende*, in ejus viciniis: vocati fuere etiam Gaballi a Ptolemæo, & Gabales Straboni & Ptolemæo.

Gabali, ſeu Gabalus, & Anderitum Gabalorum, urbs Galliæ Sidonio, olim Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Bituricenſi, in Aquitania, nunc teſte Catello eſt *Javoux*, vicus Gabalenſis provinciæ, 4. leucis diſtans à Mimate urbe, quæ olim vicus erat tantum, ad radices montis Gredonenſis, ubi martyrio coronatus S. Privatus, & quæ crevit ex ejus ruinis, & ei in Epiſcopatu ſucceſſit. De ea vide Mimate.

Gabalicus, pagus Galliæ Plinio, quem plurimi interpretantur Gabalenſem agrum *le Givaudan*, Occitaniæ provinciam, ubi alias Gabali. Vide ibi.

Gabaon, urbs Palæſtinæ Sedulio, in ſecunda parte Tribus Benjamin, in monte Silo, alias ampla, & una ex civitatibus Regalibus, nunc vicus Terræ Sanctæ, *Garaandavid* dictus, teſte Benjamino Tudelenſi, 50. ſtadiis ab Hieroſolymis in Septentrionem Machmas verſus.

Gabara, oppidum fuit Palæſtinæ amplum, in Galilæa, teſte Joſepho, prope Tiberiadem.

Gabarus, ſeu Gaberus quibuſdam, *le Gave*, fluvius Galliæ in Aquitania, & in Benearniæ Principatu, multiplex eſt, cum fluvii illarum partium verſus Pyrenæos montes pro majori parte Gabari dicantur, teſte Sanſone in diſquiſitionibus Geographicis.

Gabarus Oloronensis, *le Gave d'Oleron*, fluvius Benearniæ, oritur ex montibus Pyrenæis ex duobus fluviolis *le Gave d'Aſpe*, *le Gave d'Oſſeau* dictis, qui ſimul uniti ad Oloronem urbem, conficiunt Gabarum Oloronenſem ab ea dictum, qui deinde auctus aliquot fluviolis ſeu Gabaris, ut vocant, Navarrenſium rigat, & Salvaterram, hinc auctus Gabaro *le Gave du Saiſon* dicto, ex Sobula tractu profluente, per Vaſcitaniam labens, Gabaro Palenſi miſcetur, & paulo poſt cum ipſo in Aturum cadit.

Gabarus Palensis, *le Gave de Pau*, fluvius Aquitaniæ, conficitur ex fluviolis *le Gave d'Aſun*, *le Gave de Baretge*, *le Gave de Canteres*, & *le Gave de Lavedan*, in Bigerrenſi Comitatu ex Pyrenæis montibus, deinde in occaſum æſtivum tendens per Benearniam, auctus aliquot fluviolis, Palum, Laſcuram, & Orteſium urbes rigat, hinc per Vaſcitaniam fluens, juxta caſtrum *Peyrehourade* Gabarum Oloronenſem recipit, tuncque Gabarus tantum dictus paulo poſt in Aturum fluvium ſe exonerat, 4. leucis ſupra Baionam in ortum.

Gabathe, urbs Galliæ, teſte Stephano ex Joſepho 8. Antiquitatum Judaicarum.

Gabe, urbs Syriæ in Phenicia, & in ora littorali maris Syriaci Plinio, quæ & Gabala Ptolemæo. Vide ibi.

Gabellus, fluvius Italiæ Ciſpadanæ in Æmilia Plinio, qui poſtea Sicla & Secia dictus in tabula itineraria, hodie *la Secchia*, teſte Carolo Sigonio, oritur ex monte Apennino in limite Carfetonianæ, deinde in Boream fluens, & Mutinenſem Ducatum à Rhegienſi ſeparans quibuſdam in locis Saxuolum rigat, hinc inter Mutinam ad ortum & Rubeseries ad occaſum labens, 16. milliaribus infra è ditione Mutinenſi exiens, in Padum ſe exonerat infra cœnobium S. Benedicti in Ducatu Mantuano.

Gabieni, populi Liguriæ mediterraneæ Plinio, quorum oppidum Gabienum, ſive Caſtra Gabieni, hodie *Gabiano*. Caſtrum Italiæ in Ducatu Montisferrati, in colle juxta Padum fluvium, in confinio Pedemontii, 3. milliaribus infra Verrucam in ortum Tridinum verſus 7.

Gabii, colonia & urbs Latii in Italia Plinio, & Livio, à Siculis condita, quæ & Gabina urbs Ovidio, in via Prænestina, olim Epiſcopalis circa annum Chriſti 745. & 13. milliaribus ab urbe Roma in ortum Præneſte verſus, poſtea exciſa, cujus rudera nunc creduntur à quibuſdam, ubi locus *il Campo Gabio* dictus, cum aliquot ruinis inter Columnam & Montem Portium in Campania Romana, ſed Lucas Holſtenius exiſtimat Gabios fuiſſe non longè à diverſario Paludis, *l'hoſteria del Pantano*, circa Oſam fluvium in eadem provincia, in iis collibus, ubi nunc Caſtelli S. Juliani rudera conſpiciuntur,

ſpiciuntur, ad Siniſtram viæ Præneſtinæ Roma euntibus Præneſte, hinc Gabini populi Plinio, de Gabiis Horatius libro 2. epiſtola 1. & hinc Gabinus Virgilio libro 7. Æneidos.

GABINIUM, *Gabin*, oppidum Poloniæ majoris, inter Wladiſlaviam, & Warſoviam, ad amnem Bluram, in Palatinatu Ravæ, 3. milliaribus Polonicis à Ploſco in Auſtrum diſtans.

GABIUSA PORTA, quæ & Gabina, una ex portis urbis Romæ Livio, & Publio Victori, nunc elauſa, erat inter Portam Viminalem & Portam inter aggeres, ut pluribus refert Famianus Nardinus, hinc Gabiuſa via dicta, & Gabiuſa aqua territorii Romani, quæ nunc *la Marrana*, teſte Baccio libro de thermis.

GABRANTUICORUM, oppidum & portus Brigantum in Britannia majori Ptolemæo, hodie *Suerby*, vicus Angliæ in ejus parte Boreali, & in Eboracenſi provincia, in ora Oceani Germanici, teſte Camdeno, inter oſtia Vedræ fluvii & Abi æſtuarium.

GABRETA, Sylva Germaniæ Straboni, Gabrita Ptolemæo, pars Sylvæ Hercyniæ, ubi hodie Thuringicus Saltus, inter Bohemiam, Franconiam, & Thuringiam, vulgo *Frieſtetter Waldt* dictus, teſte Lazio, eſtque pars occidentalis Sylvæ Bohemicæ, teſte eodem.

GABROSENTUM, oppidum Brigantum in Britannia majori, cujus fit mentio in libris Notitiæ, nunc teſte Camdeno, eſt *Gateshead* vicus agri Dunelmenſis in Anglia, ad Tinam fluvium, uti & *Newcaſtle*, oppidum Northumbriæ provinciæ, cui adjacet, fluvio Tina tantum interjacente, vix 5. milliaribus ab ora Oceani Germanici,

GABROMAGUM, ſeu Gabromagus, oppidum Norici ex itinerario Antonini, hodie *Heylige Kreutz*, id eſt S. Crux, vicus Germaniæ in Auſtria inferiori verſus montes, teſte Cluverio. quanquam Lazius credat eſſe *Gabming*, vicum ejuſdem provinciæ, ex nominis forſan alluſione.

GAD, urbs Palæſtinæ, in Tribu Gad, quæ hodie, excisa eſt, ac nunc vicus *Niphas* dictus, teſte Benjamino Tudelenſi.

GAD, una ex duodecim Tribubus Judææ, trans Jordanem fluvium, cujus termini erant ad Septentrionem dimidia pars Tribus Manaſſe, ad ortum Arabia, ad Meridiem Tribus Ruben, & ad occaſum Jordanis fluvius, quo ſeparabatur a Tribubus Manaſſe & Ephraim, ubi poſtea pars Itureæ regionis, & nunc pars Terræ-Sanctæ, ubi Arabes quidam dicti *Benikenane* ſub dominio Turcarum, & ea pars fere bifariam partitur à fluvio parvo *Scheriaht Mandour* nuncupato, ut pluribus ſcribit Michael *Nau* S. J vir clariſſimus qui illas partes luſtravit.

GADARITANI, populi Africæ, verſus Leptim magnam & Sabathram, teſte Procopio.

GADAONE, locus Galliæ Narbonenſis ex itinerario Antonini, quibuſdam eſt *Exilles*, oppidulum Delphinatus cum caſtro in limite Sabaudiæ, intra Alpes prope Seguſionem, aliis autem eſt *Sezane* vicus in illo tractu.

GADARA, urbs Palæſtinæ Stephano, Gaddara Plinio, Gadaris Straboni, Gadora Ptolemæo, alias in dimidia Tribu Manaſſe trans Jordanem, poſtea in Trachonitide, in colle ſita ad Gadaram amnem qui paulo infra cadit in lacum Geneſareth, qui ab ipſa etiam Gadarenus nominatur aliquando, teſte Strabone, nunc exciſa eſt, & ejus ruinæ *Gaddi* dicuntur, 16. mill. paſſ. à Scythopoli in ortum, uti fere totidem a Tiberiade, teſte Adrichonio.

GADDIR, inſula Hiſpaniæ Plinio. Vide Cades.

GADILONITIS, regiuncula Cappadociæ occidua, juxta Halys fluvii oſtia, teſte Strabone.

GADEMESSA, *Gademes*, tractus Africæ, cum deſerto cognomine, in regione Biledulgeridia, inter Fezzanum deſertum ad ortum & Guargalam ad occaſum. Habet etiam oppidum *Gademes* dictum, ad fontes fluvii Capſi, Marmolio teſte.

GADES, inſula Hiſpaniæ Bæticæ in Oceano Atlantico, Pomponio Melæ, quæ Gadira Ptolemæo, Erythia Straboni, & Gadir Pœnis, teſte Plinio, antiquiſſimis temporibus Cotinuſa, teſte Dionyſio, & Tarteſſos, teſte Strabone, nunc *Cadiz* incolis, *Cadis* Gallis, *Calis Malis* Anglis & Belgis, & *Cadice* Italis, parva eſt, & ab ortu in occaſum extenſa ad quatuor leucas tantum, cum alias longior & latior extiterit, teſtibus Plinio, & Strabone, inter oſtia Bætis fluvii & Fretum Herculeum, proxima eſt continenti Vandalitiæ, cui ponte jungitur *la Puente de Suaco* dicto, cum olim 700. mill. paſſ. qua proxime diſtabat, divulſa eſſet à continente, in inſulæ vero meditullio duæ hodie ſuperſunt vetuſti ædificii turres, *las Torres de Hercoles* incolis dictæ, & in ea urbs ineſt Gades etiam dicta, à Tyriis condita, vulgo *Cadiz* incolis, & *Cadis* Gallis, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Hiſpalenſi, parva ſed munita & probe culta, in parte occidentali inſulæ, cum arce & portu capaciſſimo, ubi emporium celebre, 19 leucis Hiſpanicis diſtat ab Hiſpali in Meridiem, uti & 7. ab oſtio Bætis fluvii, & 15. à Calpe in occaſum æſtivum, hinc Gaditani populi.

GADITANA JULIA COLONIA, Plinio, ſic dicitur ipſa Gadium, urbs in Hiſpania Bætica. Vide Gades.

GADITANUM FRETUM, Plinio, idem quod Herculeum, inter Hiſpaniam Bæticam & Mauritaniam Tingitanam. Vide Fretum Herculeum.

GADITANUS OCEANUS, Plinio, qui a quibuſdam dicitur Gaditanus ſinus, & ſinus Equarum, *el Golfo de las Yeguas* Hiſpanis, *le Golfe des Juments* Gallis, pars eſt Oceani Occidentalis ſive Atlantici, verſus oram Vandalitiæ, & Regni Fezzani, extenditurque à promontorio Sacro in Algarbia ad Septentrionem, ad Cantinum promontorium Regni Fezzæ ad Meridiem.

GADITANUS SINUS, *la Baya de Cadiz* Hiſpanis, pars eſt parva Oceani Atlantici, ſeu verius Gaditani in ora Vandalitiæ, inter Gades inſulam ad Meridiem & oſtia Bætis & Lethes fluviorum ad Septentrionem,

GÆA, Pontia, & Miſynos, inſulæ parvæ Africæ, ad Syrtim majorem Ptolemæo, quæ *Solecho*, nunc dicuntur, teſte Ortelio.

GÆSATÆ, populi Galliæ Narbonenſis Polybio, circa Rhodanum fluvium incolentes, qui cum Senonibus in Italiam advenientes, Romam oppugnarunt, & circa Padum in Æmilia conſedere, teſte Strabone.

GÆSUM, ſtagnum Ioniæ, inter Prienen & Miletum Herodoto, juxta Mæandrum fluvium, inter illum & Trogylium promontorium, Geſus dicitur à Plinio, & Mela.

GÆTULI, qui & Getuli, populi Libyæ ſeu Africæ interioris Plinio, & Melæ, pro majori parte vagi, nullo certo loco conſidentes, erant præſertim inter Mauritaniam ad Septentrionem, Garamantes ad ortum, Nigritarum regionem ad Meridiem, & Oceanum Atlanticum ad occaſum, forſan in his regionibus ubi hodie partes occidentales Biledulgeridiæ & Saaræ ſive deſerti: ſub ipſis vero comprehendebantur Autololes ſive Autololæ, Daræ, Gætuli proprie dicti, Melani-Gætuli, & Natembes, eorum meminit Lucanus libro quarto.

GAGE, fluvius Lyciæ, ubi Gagates lapis, qui inde nomen accepit, invenitur, teſte Plinio.

GAGECOME, oppidum Phrygiæ magnæ Cedreno, vulgo *Gaivo* nunc, teſte Leunclavio.

GAGUETIA, *Gagheti*, provincia Georgiæ Regni in Aſia, quæ etiam *Kacheti* dicitur a quibuſdam, extenditurque inter Carduchiam ad Septentrionem, Sami-

ſeam, & Imeritiam provincias ad Occidentem, Scirvaniam ad Orientem, & Armeniam ad Meridiem, ubi olim pars meridionalis Iberiæ regionis: eſtque intra montes, ſub proprio Principe Perſarum vectigali, ſed raras habet urbes, cum in ea ſint tantum Tephlis *Teflis*, & Zaganum *Zagam*, teſte Archangelo Lamberto, qui in his partibus per aliquot annos commoratus eſt.

Gaoum Regnum, *le Royaume de Gago*, Regnum Africæ, in Nigritia regione, inter Nigrum fluvium ad Septentrionem, & Guineam ad Meridiem. Urbem primariam habet cognominem, & ab eo etiam pendet Regnum Tombuti, ut quidam recentiores narrant.

Gagum, *Gago*, urbs Africæ in Nigritia regione, Regni cognominis caput & ſedes regia, ampla ſed male culta, teſte Joanne Leone.

Gaia, fluviolus Hiſpaniæ Tarraconenſis, cujus aqua à Scipionibus foſſa ſpatio 16. mill. paſſ. perducta eſt, ut Livius teſtatur.

Gaii Castrum, oppidum Phrygiæ in Aſia minori, cujus meminit Leo Imperator, nunc *Geive* dictum, teſte Leunclavio.

Gaitia, quæ & melius Jaycza, *Jaycz*, & *Jaycza*, urbs Boſſinæ inferioris, teſte Calchondylo, in monte juxta fluvium Plenam, cum caſtro permunito verſus confinia Croatiæ, ſub dominio Turcarum. Vide Jaycza.

Gaium, tractus parvus Galliæ, cujus fit mentio in hiſtoriis recentioribus, & in Diplomatibus Ducis Sabaudiæ. cui antea ſuberat, hodie vulgo *le pais de Gez*, intra fines Beugetiæ inſertus, vocatur ſæpius Geſia. Vide ibi.

Galaber, *le Galavre*, fluvius parvus Galliæ in Delphinatu, in Rhodanum ſe exonerat prope Fanum S. Valerii 6. leucis infra Viennam in Meridiem, in valle aurea.

Galactophagi, qui & Galactopotæ, populi Sarmatiæ Homero, circa Mæotidem paludem, inter Nomades incolentes: ſic à lacte, quod edunt, dicti.

Galapha, oppidum Mauritaniæ Tingitanæ Ptolemæo, quod Gala ab Antonino dici videtur, nunc *Garcis*, oppidulum Regni Fezzæ, ad Mulviam fluvium, in Chauſa provincia, prope Garetos montes, teſte Marmolio.

Galardo, *Gaillardon*, oppidum Galliæ in Belſia provincia ad amnem *Gas*, & in Carnotenſi tractu, 4. leucis à Carnuto in ortum Lutetiam Pariſiorum verſus.

Galaria, oppidum Siciliæ mediterraneum Diodoro Siculo, quod Galarina Stephano, Galorina Phavorino, nunc *Gagliano*, caſtrum Siciliæ in Valle Nemorenſi, medium inter Ætnam montem ad ortum, & Heræos montes ad occaſum, teſtibus Aretio & Cluverio.

Galata, inſula parva Africæ, in ora Africæ propriæ Plinio, quæ Calathe Ptolemæo, Calatha Antonino nunc *Galita* dicta, à Tabraca 18. mill. paſſ. diſtans. Vide Calathe.

Galata, urbs Siciliæ mediterranea Plinio, quæ Calata Ciceroni, & Galeata Antonino, nunc vicus *Galati* dictus in valle Demonæ, inter Pactenſem urbem ad Septentrionem & Trajanopolim ad Meridiem, hinc Galatini populi. Vide Calata.

Galata, urbs Thraciæ Cantacuzeno, ſeu verius ſuburbium Conſtantinopoleos trans portum, ubi Latini ferè omnes commorantur, in Boſphori ripa, primùm à Genuenſibus culta.

Galathea, urbs Thraciæ, ubi tunica Domini noſtri Jeſu Chriſti diù aſſervata fuit, à Byzantio 150. mill. paſſ. diſtans, teſte Gregorio Turonenſi.

Galatia, urbs Campaniæ in Italia, ſic à Silio dicta. Vide Calatia.

Galatia, provincia Aſiæ minoris, quæ & Gallo Græcia Straboni, Plinio, & Ptolemæo, ſic à Gallis, qui Galatæ à Græcis appellantur, eò profectis & commoratis dicta, & ejus etiam pars meridionalis vocata fuit Galatia Salutaris, hujus regionis termini erant ad occaſum Phrygia magna, Bithynia, & Aſia propria: ad Meridiem Piſidia & Licaonia; ad ortum Cappadocia: & ad Septentrionem Paphlagonia, quæ ſub ipſa etiam aliquando cenſetur, in ea populi fuere Galatæ, Gallo-Græci, Tectoſages, Toliſtobogi, & Trocmi; nunc vero dicitur *Chiangare*, teſte Caſtaldo, & ſubeſt dominio Turcarum, urbes olim claræ in ea fuere Ancyra, quæ hodie etiam præ cæteris floret, Germa, & Peſſinus, de Galatis Claudianus libro ſecundo in Eutropium.

Galatum, oppidum Britanniæ majoris, teſte Antonino, dicitur ab aliis Calatum. Vide ibi.

Galbæ Castra, vicus Veragrorum in Gallia Lugdunenſi, hodie locus *la Motte des Sarrazins* dictus in Valeſia, & in Sabaudiæ confinio, teſte Gabriele Simeone, verſus Agaunum & vicum *S. Jean le vieux* dictum.

Galeagra. Turris urbis Syracuſarum in Sicilia Livio, juxta Portum Trogilorum, locus nunc *la Scala Greca* dicitur, teſte Aretio.

Galesus, fluvius Magnæ Græciæ Livio, & Vibio Sequeſtri, & cujus meminit Virgilius libro 4. Georgicorum, dictus fuit etiam Eurotas, teſte Polybio, hodie vulgo *il Galeſo*, oritur ex Apennino monte in provincia Hydruntina, verſus Uriam, & in occaſum flueus in ſinum Tarentinum labitur 5. mill. paſſ. à Tarento, quanquam in tabulis recentibus omiſſus.

Galoala, locus erat Palæſtinæ, prope Jordanem fluvium, & ubi poſt tranſitum Jordanis caſtra metati ſunt Iſraëlitæ & Joſue, dum terram Chanaam ſibi vindicarunt, poſtea in Tribu Benjamin, 8. mille paſſibus ab Hierichonte in ortum.

Galibi, *les Galibis*, populi Americæ Meridionalis, in Guaiana regione, verſus oram littoralem maris Borealis, inter Caianam inſulam & fluvium Surinamum.

Galilæa, regio celeberrima, & quæ ſeptentrionalem obtinet totius Judææ partem Straboni, & Plinio, olim quatuor amplexa Tribus, Aſer nempe, Nephthalim, Zabulon, & Iſſachar, quarum duæ primæ Phœnicibus & Syris intermixtæ, ſeptentrionalis etiam & Jordanis fontibus viciniores, ſub Galilæa Gentium, ſeu & meliùs, ſub Galilæa ſuperiori; reliquæ ſub inferiori ut plurimùm intelliguntur. Totius fines erant à Septentrione Syria ſive Phœnicia, interjacente Libano, à Meridie Samaria & Carmelus mons, ab Oriente Jordanis fluvius, & mare Galileæ, ab Occidente vero mare Magnum ſeu Mediterraneum. In ea Salvator noſter Jeſus Chriſtus conceptus, educatus, & ut plurimum converſatus, innumera miracula patravit, nunc hæc regio pars eſt ſeptentrionalis Terræ Sanctæ, & vocatur ab indigenis *Belad Elbeſchara*, id eſt occaſum, & Varmiam Bartoniamque ad Septentrionem, ubi nunc pars meridionalis Circuli Natangienſis regio Annunciationis, ſed fere deſerta jacet ſub dominio Turcarum, cum olim fuerit cultiſſima, & in ea ſunt tantum aliquot oppidula & caſtra, ex quibus præcipua ſunt *Mabbrequeh*, *Beithlouth*, *Scabou*, *Teryebnan*, *Tebnin*, *Coumin*, & *Aialeb*, teſte Michaele *Nau* qui illas partes luſtravit.

Galilææ Mare. Vide mare Galilææ.

Galindæ, populi Sarmatiæ Europææ Ptolemæo, inter Sudenos, Ombrones & Æſtiæos, erant forſan in eo tractu, ubi nunc pars occidentalis Lithuaniæ, in Regno Poloniæ verſus Pruſſiam, hinc forte dicta fuit Galindia Pruſſiæ pars, ex conjectura levi.

Galindia, fuit una ex duodecim partibus Pruſſiæ Ducatus, inter Maſoviam provinciam ad Meridiem, & tractus Sudaviam ad ortum, Pomeſaniam ad

in Pruſſia Ducali, ſub dominio Electoris Brandeburgici, & in ea ineſt tantum *Ortelsburg*, oppidulum.

GALISTEUM, *Galiſteo*, caſtrum Hiſpaniæ in Extremadura provincia Regni Legionis, verſus Cauriam urbem, eratque alias oppidulum Ducali titulo clarum.

GALITXA, provincia Tauro-Scythiæ, anteà proprio Principi parens, teſte Cinnamo.

GALLÆ, & Gallæ, *Galles* ſibi, *os Gallas* Luſitanis, *les Galles* Gallis, populi Africæ in Æthiopia, qui ſeipſos perſæpe *Imban Gallas* vocant, & a Regni Congi incolis, *Giaguas* ſeu *Giaquas* dicuntur, orti ſunt ex Guinea regione in mediterraneis, unde lapſu temporis verſus ortum tendentes, in Æthiopia ſedes fixerunt, & etiamnum ſunt inter Abaſſiniam ad Septentrionem, & Regnum Monemugi, ad ortum Regni Congi, & de eorum moribus plurima & mira narrant recentiores, pluries cum Abaſſinis bella geſſerant vario eventu, ſed tandem anno 1537. Abaſſiniam ingreſſi, lapſu temporis aliquot provincias ſui juris fecerunt, & etiamnum obtinent, nempe *Fatigar*, *Doaro*, *Balli*, *Ogge*, *Bizamo*, *Oifate*, *Angote*, *Cambate*, *Manz*, & *Damout*, quæ omnes ſuberant antea Regi Abaſſiniæ, teſte Hieronymo Lobo Luſitano, ſed eorum urbibus & oppidis nulla fit mentio inter recentes qui de his ſcripſere,

GALLÆCI, populi Hiſpaniæ Tarraconenſis Plinio, qui Callaici Straboni, & Ptolemæo, Gallicii Eutropio, extremi ad occaſum & Septentrionem incolentes, nunc *los Gallegos* dicti ipſis, *les Guallegues* Gallis, quorum Regio Gallæcia Plinio. Vide Callaici.

GALLÆCIA, *la Galizia* Hiſpanis, *la Galiza* Luſitanis, *la Galice* Gallis, *la Galicia* Italis, provincia eſt Hiſpaniæ, maxime in occaſum extenſa, quæ alias Regni titulo decorata fuit, & per aliquot tempus Reges habuit proprios, nunc autem pars eſt Regni Legionis, & in ea erant olim Callaici Lucenſes, & pars Callaicorum Braccariorum; terminatur a Septentrione & Occidente Oceano Atlantico, à Meridie Portugallia, & ab Oriente Aſturia, & Regno Legionenſi; pro majori parte valde montuoſa eſt, ſubeſtque tota dominio Regis Hiſpaniæ, urbem habens primariam Compoſtellam dictam.

GALLÆCIÆ URBES.

Auria, *Orenſe*.
Baiona, *Baiona*.
Caronium, *la Coruña*.
Compoſtella, *Compoſtella*, quæ præcipua.
Lucus, *Lugo*.
Mindon, *Mondoeñedo*.
Tude, *Tuy*.

GALLÆCIA NOVA, *la nueva Galizia*, provincia Novæ Hiſpaniæ, in America Septentrionali, verſus mare Auſtrinum. Dicitur ſæpe ab indigenis provincia Xaliſca *Xaliſco*, & ejus primaria urbs Guadalaxara dicitur, in præfectura Guadalaxaræ. Vide Xaliſca & Nova Gallæcia.

GALLÆCUS FLUVIUS, qui & Gallicus, fluvius Hiſpaniæ Tarraconenſis, nunc *el Rio Gallego*, in Regno Aragoniæ, oritur ex Pyrenæis montibus, in limite Benearniæ Principatus, prope Fanum S. Chriſtinæ, deinde in Meridiem fluens, auctus aliquot amnibus, in Iberum fluvium cadit prope & infra Cæſar-Auguſtam.

GALLANA, oppidum Brigantum in Britannia magna, ex itinerario Antonini, nunc teſte Camdeno, eſt *Walwick*, vicus Angliæ in Northumbria provincia, juxta murum Picticum & Tinam fluvium, 15. mille paſſibus à Novocaſtro in occaſum.

GALLERA, vel Gallora, ut alii codices habent, locus ſive vicus Thuſciæ in fragmento Antonini, circa Gallotam fluvium, nunc ſot ſan *Galera*, caſtrum provinciæ Patrimonii, inter Romam & Bracenum, teſte Ortelio, quod tamen alii Carciæ antiquitus dictum credunt.

GALLESIUM, *Galleſe*, urbecula Italiæ in ditione Eccleſiæ, & in provincia Patrimonii, alias Epiſcopalis & Freſcennia dicta, nunc Epiſcopatui Civitatis Caſtellanæ unita, ab anno 1252. ſub Alexandro IV. Pontifice Maximo, Ducatus titulo inſignitur gentis Altempſiæ, dicta fuit etiam Gallienſium caſtrum, eratque olim in Thuſcia ſuburbicaria, ſedet ad Tiberim fluvium, in limite Umbriæ, inter Civitatem Caſtellanam ad Meridiem & Hortam ad Septentrionem, ad 5. millia paſſuum, & 25. milliatibus ab urbe Roma in arctos. Patria fuit Marini I. Pontificis Maximi.

GALLETI, populi Galliæ Celticæ Plinio, qui ab aliis Caletæ & Caletes dicti, ubi nunc tractus *le païs de Caux* in Normannia. Vide Caletes.

GALLEVA ATREBATUM, oppidum Britanniæ majoris Antonino, Vide Caleva.

GALLI, populi notiſſimi, Cæſare teſte & aliis, olim inhabitabant Galliam Europæ regionem, quæ nunc mutato nomine Franciæ Regnum dicitur, unde ipſi Franci vocantur, vulgo *les François*. Vide Franci, & Francia,

GALLIA ASIATICA, Regio Aſiæ minoris, quæ aliter & melius Galatia dicitur Vide ibi.

GALLIA, Europæ Regio ampliſſima, & notiſſima, antiquitus includebatur Rheno fluvio, Oceano Britannico, & Gallico, Pyrenæis montibus, mari Mediterraneo, & Alpibus: at poſtquam Gallorum pars Alpes tranſgreſſi Italiæ etiam ſolum obſiderunt, terminus Galliæ ab hoc latere factus eſt Apenninus mons, & Æſis fluvius. Totum autem hoc terrarum ſpatium biſariam a Romanis diviſum fuit, nempe in Galliam, quæ dicta fuit etiam Gallia Ulterior & Tranſalpina; & in Galliam Ciſalpinam ſive Citeriorem, teſtibus Cæſare & Plinio.

GALLIA, quæ & Gallia proprie dicta, & Gallia Tranſalpina, ſive Ulterior, pars eſt Europæ perampla, cujus termini erant a Septentrione Oceanus Britannicus, & partim etiam Germanicus: ab Occidente Oceanus Occidentalis: à Meridie montes Pyrenæi, quibus ab Hiſpania dividitur, & mare Mediterraneum: ab Oriente vero Alpes, quibus ab Italia dividitur, & Rhenus fluvius, quo à Vindelicia & Germania disjungitur, diviſa fuit a Julio Cæſare in tres partes, nempe Celticam, Belgicam, & Aquitanicam, & poſtea ab Auguſto in quatuor partes peramplas, nempe in Narbonenſem, quæ Braccata etiam dicitur, & in Aquitanicam, Belgicam, & Celticam ſeu Lugdunenſem, quæ tres ſimul unitæ dicuntur Gallia Comata, & nunc hæ quatuor partes Galliæ, ſeu melius Gallia pro maxima parte dicitur Francia, & Franciæ Regnum, *le Royaume de France* vulgo, *Franckreich* Germanis, eſtque Regnum Europæ potentiſſimum, ſub quo comprehenditur Gallia Aquitanica tota, Gallia Narbonenſis fere tota, Gallia Celtica fere tota, & maxima pars Galliæ Belgicæ. Vide Francia.

GALLIA, diviſa fuit ab Adriano ſive Antonino in quatuordecim provincias, nempe Narbonenſem, Viennenſem, Alpes Maritimas, Alpes Graias & Penninas, Aquitanicas duas, Novempopulaniam, Belgicas duas, Germanicas duas, Maximam Sequanorum, & Lugdunenſes duas, teſte Sexto Rufo, poſtea additæ fuere ſecunda Viennenſis, tertia Viennenſis, & Senonenſis, præcipitante Imperio.

GALLIA AQUITANICA, ſive Aquitania, una ex quatuor partibus Galliæ, primum inter Garumnam, Pyrenæos montes, & Oceanum Gallicum contenta, tempore Cæſaris, poſtea ab Auguſto extenſa ad Ligerim fluvium, quo a Celtica ſive Lugdunenſi diviſa

fuit, & ad Cemenos montes, quibus pro parte à Narbonenſi ſeparata erat: diviſa erat in tres partes, nempe in Galliam Aquitanicam primam, Aquitanicam ſecundam, atque Aquitanicam tertiam, ut conſtat ex Notitia Imperii, ſicque continebat totum tractum, ubi nunc ſunt provinciæ Aquitania vera ſive Guienna, Vaſconia, Benearnia, Alvernia, Bituricenſis, Cadurcenſis, Lemovicenſis, Petrocoricenſis, & Ruthenenſis provinciæ, Pictavia, & Santonia, quæ omnes ſubſunt Regi Francorum. Vide de ea pluribus in voce Aquitania.

Gallia Aquitanica Prima, quæ aliis major & verſus ortum extenſa, cujus caput Avaricum, & in qua erant Arverni, Bituriges Cubi, Cadurci, Gabali, Heleuteri, Lemovices, Ruteni, & Velauni populi: ſicque complectebatur eam partem Galliæ in qua hodie ſunt Archiepiſcopatus Bituricenſis & Albigenſis cum eorum ſuffraganeis Epiſcopatibus.

Gallia Aquitanica Secunda, quæ ad occaſum & verſus Oceanum Aquitanum extendebatur, minor fuit prima, & ejus præcipua urbs erat Burdegala: ſub ea autem cenſebantur hi populi Ageſinates, Bituriges Vibiſci, Nitiobriges, Petrocorii, Pictones, & Santones, ubi hodie Archiepiſcopatus Burdegalenſis & Epiſcopatus ei ſuffraganei.

Gallia Aquitanica Tertia, pars minor Aquitaniæ ad Meridiem, & verſus montes Pyrenæos protenſa, quæ & Novempopulana dicta, cujus primaria erat Auguſta Auſciorum, & ejus populi fuere Auſcii, Benearni, Bigerri, Conſorani, Convenæ, Datii, Elusates, Tarbelli, Vaſates, ubi nunc Archiepiſcopatus Auſcenſis cum ejus ſuffraganeis.

Galliæ Aquitanicæ Populi et Urbes Præcipuæ.

Ageſinates, quorum urbs Ratiaſtum.
Arverni, quorum urbs Gergovia, nunc exciſa.
Auſcii, quorum urbs Auguſta Auſciorum.
Benearni, ubi urbs Benearnus.
Bituriges Cubi, quorum urbs Avaricum.
Bituriges Vibiſci, horum urbs Burdegala.
Cadurci, horum urbs Cadurci.
Conſorani, ubi urbs Celagorgis.
Convenæ, ubi urbs Lugdunum.
Datii, quorum urbs Taſta.
Eluſates, eorum urbs Eluſa.
Gabali, eorum urbs Anderitum.
Heleuteri, quorum urbs Albiga.
Lemovici, horum urbs Auguſtoritum.
Nitiobriges, quorum urbs Aginnum.
Petrocorii, ubi Veſunna.
Pictones, ubi Lemonum.
Ruteni, ubi Segodunum.
Tarbelli, quorum urbs Aquæ Tarbellicæ.
Vaſates, ubi urbs Coſſio.
Velauni, quorum urbs Rueſio.

Gallia Belgica, una ex quatuor partibus Galliæ propriæ, maxime ad Boream extenſa, terminabatur ab Oriente Rheno fluvio quo à Germania ſeparabatur, à Meridie Gallia Celtica, ab occaſu partim etiam Gallia Celtica ſive Lugdunenſi & Oceano Britannico, à Septentrione vero Oceano Germanico, & partim Rheno fluvio, olim in plures populos diviſa de quibus infra, nunc etiam in multas provincias ſeparatur, ex quibus media pars ſubeſt dominio Regis Franciæ. In ea enim ſunt Arteſia, Picardia, Campaniæ major pars, Inſulæ Franciæ major pars, Lotharingia, & Alſatia, Germania cis Rhenum in qua Palatinatus Rheni, ditiones Trevirenſis, Colonienſis, & Leodienſis, Ducatus Juliacenſis & Clivenſis, Belgii pars meridionalis, & pars Belgii confœderati cis Rhenum: ex quibus Germania cis Rhenum propriis paret Principibus, Belgii confœderati pars ſui juris eſt, & Belgii pars auſtralis partim ſubeſt Regi Hiſpaniæ, & pro parte etiam Regis Francorum agnocit Imperium, uti Arteſia, Hannonia pro maxima parte, & major pars Flandriæ, & ei etiam ſubſunt Picardia, Campania, Inſula Franciæ Lotharingia, & Alſatia.

Gallia Belgica Prima, verſus Moſellam fluvium protendebatur, urbem habens primariam Auguſtam Trevirorum, & in ipſa erant Leuci, Mediomatrices, Treviri, & Verodunii populi, ſicque extendebatur in ea parte, ubi nunc Archiepiſcopatus Trevirenſis & tres Epiſcopatus ei ſuffraganei.

Gallia Belgica Secunda, verſus occaſum & Oceanum magis extenſa, urbem habebat primariam Durocortorum ſeu Remos, & ſub ipſa erant Ambiani, Atrebates, Bellovaci, Catalauni, Morini, Nervii, Remi, Silvanectes, Sueſſiones, & Veromandui Populi, ſicque erat in parte, ubi hodie Archiepiſcopatus Cameracenſis, & ei ſuffraganei Epiſcopatus Atrebatenſis, Audomarenſis, & Tornacenſis, atque etiam Epiſcopatus Brugenſis. Gandavenſis, & Iprenſis ſub Archiepiſcopatu Mechlinienſi.

Galliæ Belgicæ Populi et Urbes Præcipuæ.

Aduatici, ubi Aduaticorum oppidum.
Ambiani, quorum urbs Samarobriva.
Atrebates, quorum urbs Nemetocerna.
Batavi, quorum urbs Lugdunum.
Bellovaci, ubi Cæſaromagus.
Catalauni, ubi Duro Catalaunum.
Eburones, qui & Tungri, ubi Aduatica Tungrorum.
Leuci, quorum urbs Tullum.
Mediomatrices, quorum urbs Divodurus.
Menapii, ubi Caſtellum Menapiorum.
Morini, quorum urbs Teruana.
Nemetes, quorum urbs Noviomagus.
Nervii, ubi Bagacum.
Remi, ubi Durocortorum.
Sueſſiones, ubi Auguſta Sueſſionum.
Treviri, ubi Auguſta Trevirorum.
Tribocci, quorum urbs Argentoratum.
Vangiones, ubi Borberomagus.
Ubii, quorum urbs Colonia Agrippina.
Veromandui, quorum urbs Auguſta Veromanduorum.
Virodunі, quorum urbs Virodunum.

Gallia Braccata, una fuit ex quatuor partibus Galliæ, quæ aliter & ſæpius Gallia Narbonenſis dicta. Vide ibi.

Gallia Celtica, quæ Gallia Lugdunenſis etiam poſtea dicta, fuit una ex quatuor partibus Galliæ ab ortu in occaſum maxime extenſa, quæ ante tempora Auguſti ad Garumnam uſque protendebatur, poſtea arctior effecta eſt, & ejus termini erant ad Septentrionem mare Britannicum, & Gallia Belgica, ad Orientem Germania ſuperior & Vindelicia, ad Occidentem Oceanus Occidentalis, & ad Meridiem Gallia Aquitanica & Gallia Narbonenſis, ſicque inter Oceanum, Ligerim, Matronam, Rhenum, Rhodanum, & Sequanam fluvios montemque Vogeſum præter propter definita fuit ab Auguſto, ſed Ligeris, Matrona, & Sequana tranſcenduntur plurimis in locis, de ejus populis & urbibus præcipuis, vide infra, nuncque ſunt in ea regione provinciæ Andegavenſis, Aurelianenſis, Belſia, Borbonenſis, Breſſia, Britannia minor, Burgundiæ Comitatus, Burgundiæ Ducatus, Campania ex parte, Cenomanenſis, Helvetia, pars meridionalis Inſulæ Franciæ, Lugdunenſis præfectura cum annexis, Nivernenſis provincia, Normannia, & Turonia, quæ omnes ſubſunt dominio Regis Franciæ excepta Helvetia.

Galliæ Celticæ Populi et Urbes Præcipuæ.

Abrincatui, quorum urbs Ingena.
Ædui, quorum orbs Bibracte.
Andegavi, quorum caput Juliomagus.
Aulerci Cenomani, obi Vindinum.
Aulerci Diablintes, ubi Noviodunum.
Aulerci Eburovices, ubi Mediolanum.
Aureliani, quorum urbs Genabum.
Biducaſſes, quorum urbs Juliobona Biducaſſium.
Caletes, ubi Lulliobona.
Carnutes, quorum urbs Autricum.
Curioſolitæ, ubi urbs Curioſolitæ.
Helvetii, quorum urbes Aventicum & Vindoniſſa.
Lexovii, quorum orbs Lexovii.
Lingones, ubi orbs Andematunum.
Meldæ, ubi urbs Jatinum.
Nannetes, quorum urbs Condivincum.
Oſiſmii, ubi Vagoritum.
Pariſii, quorum urbs Lutetia.
Rauraci, ubi Auguſta Rauracorum.
Redones, ubi Condate.
Seguſiani, quorum urbs Lugdunum.
Senones, quorum urbs Agendicum.
Sequani, quorum urbs Veſontio.
Seſſui, ubi Vagoritum Seſſuotum.
Tricaſſes, quorum urbs Auguſtobona.
Torones, ubi Cæſarodunum.
Vadicaſſes, ubi Noviomagus.
Velocaſſes, quorum urbs Rotomagum.
Veneti, obi urbs Darioritum.
Unelli, quorum urbs Coſedia.

Gallia Circompadana, dicitur aliquando pars Galliæ Ciſalpinæ verſus Padum fluvium extenſa.

Gallia Cisalpina, ſive Citerior, quæ & Togata dicta fuit, pars erat Borealis Italiæ, & ab Oriente in Occidentem extendebatur, nempe ab Arſia fluvio in Iſtria ad Alpes in limite Galliæ; ſicque ejus termini erant à Septentrione, & Occidente Alpes, quibus à Norico, Rhætia, & Gallia diviſa erat: ab Oriente mare Adriaticum, ad qood protenſa erat ab Arſia fluvio ad Rubiconem uſque, ſeu etiam ad Æſim fluvium, ot quidam exiſtimant; & à Meridie mare Mediterraneum ab Alpibus, ad Arnum fluvium, & Apenninus mons, quo à Thuſcia diviſa fuit, & de his pluribus & doctiſſime Philippus Cluverius libro 1. Italiæ antiquæ: nuncque pro majori parte *la Lombardia* dicitur indigenis, diſtincta autem fuit Gallia Ciſalpina in Ciſpadanam, & Tranſpadanam, quæ inter ſe diviſæ fuerant Pado fluvio, & ejus pars erat etiam Gallia Subalpina.

Galliæ Cisalpinæ Populi Præcipui.

Anamani.
Boii.
Carni.
Cenomani.
Euganei.
Inſubres.
Iſtri.
Lævi.
Lepontii.
Libici.
Ligures.
Lingones.
Orobii.
Salaſſi.
Seguſini.
Senones.
Taurini.
Vagienni.
Veneti.

Galliæ Cisalpinæ Urbes Præcipuæ

Alba Pompeia.
Albingaunum.
Aquileia.
Ariminum.
Aſta.
Atria.
Auguſta Prætoria.
Auguſta Taurinorum.
Bergomum.
Brixia.
Comum.
Cremona.
Eporedia.
Felſina.
Forum Allieni.
Forum Cornelii.
Genua.
Laus Pompeia.
Mantua.
Mediolanum.
Mutina.
Novaria.
Parma.
Patavium.
Placentia.
Ravenna.
Regium Lepidi.
Tarviſium.
Ticinum.
Vercellæ.
Verona.
Vicentia.

Gallia Cispadana, pars erat meridionalis Galliæ Ciſalpinæ, ab ortu in occaſum extenſa, inter Padum fluvium ad Septentrionem, mare Liguſticum, & Apenninum montem ad Meridiem, Alpes maritimas ad occaſum, & mare Adriaticum ad ortum, in qua populi fuere præcipui Anamani, Boii, Ligures, Lingones, & Senones, & poſtea Liguria & Æmilia, nunc pro majori parte dicitur Longobardia Ciſpadana in Italia, *la Lombardia di qua dal Po* indigenis, verſus arctos, & ſub ea cenſentur hodie major pars Romandiolæ, Ducatus Parmenſis & Mutinenſis cum annexis, ditio Reipublicæ Genuenſis, Ducatus Montisferratenſis fere totus, pars minor & meridionalis Mediolanenſis Ducatus, & minuta pars Pedemontani Principatus ſub Duce Sabaudiæ, teſte Cluverio, & ut ipſe pluries vidi.

Gallia Citerior, pars Italiæ, quæ ab aliis Gallia Ciſalpina dicitur. Vide ibi.

Gallia Comata, pars ampliſſima Galliæ, ſic dicta, & in tres partes diviſa, nempe in Aquitanicam, Belgicam, & Celticam ſive Lugdunenſem, teſtibus Plinio, & Mela.

Gallia Gothica, *le Languedoc*, provincia ampla Galliæ, ſic dicta quod olim ſubeſſet dominio Gothorum. Vide Occitania.

Gallia Lugdunensis, pars ampla Galliæ, quæ aliter dicitur Gallia Celtica, inter Galliam Belgicam ad Septentrionem, & Galliam Aquitanicam, Narbonenſemque Galliam ad Meridiem, diviſa fuit autem Gallia Lugdunenſis in quinque partes, ut conſtat ex Notitia Imperii, nempe in primam, ſecundam, tertiam, quartam, & quintam, hujus diviſionis frequens

eſt mentio in libris Conciliorum, & ſic dicta fuit Lugdunenſis a Lugduno urbe præcipua.

Gallia Lugdunensis Prima, verſus Ligerim & Rhodanum extenſa, primariam habuit urbem Lugdunum, & ſub ipſa erant Ædui, Lingones, & Segutiani populi; ſicque continebat eam partem Galliæ, ubi hodie Archiepiſcopatus Lugdunenſis & Epiſcopatus ei ſuffraganei.

Gallia Lugdunensis Secunda, verſus mare Britannicum extenſa, cujus primaria Rothomagus; & in qua populi fuere Abrincatui, Biducaſſes, Caletes, Eburovices, Lexovii, Seſſui, Velocaſſes, & Unelli, ſicque erat ubi nunc Rothomagenſis Archiepiſcopatus & Epiſcopatus ei ſuffraganei.

Gallia Lugdunensis Tertia, verſus occaſum protenſa, urbem habuit præcipuam Cæſarodunum Turonum, & ejus populi erant Andegavi, Cenomani, Curioſolitæ, Oſiſmii, Redones, Turones, & Veneti; ſicque erat in his partibus ubi hodie Turonenſis Archiepiſcopatus cum ſuffraganeis.

Gallia Lugdunensis Quarta, quæ & Senonenſis, verſus Ligerim & Sequanam fluvios, cujus primaria fuit Agendicum, & in qua hi cenſebantur populi Aurelani, Carnutes, Meldæ, Pariſii, Senones, Trecaſſes, & Vadicaſſes, in ea parte Galliæ in qua nunc Archiepiſcopatus Senonenſis & Pariſienſis atque Epiſcopatus eis ſuffraganeis.

Gallia Lugdunensis Quinta, quæ & maxima Sequanorum dicta, ad ortum magis extenſa erat verſus Rhætiam, & ejus præcipua erat Veſontio; ſub ipſa autem erant Helvetii, Rauraci, & Saquani, ſicque erat ubi hodie Archiepiſcopatus Veſontinus, uti & Epiſcopatus ei Suffraganei Bellicenſis & Lauſanenſis, cum parte Conſtantienſis Diœceſis cis Rhenum fluvium, in Comitatu Burgundiæ & Helvetia.

Gallia Minor, Vide Galatia.

Gallia Narbonensis, quæ & Braccata, una ex quatuor partibus Galliæ, verſus Meridiem, cujus termini ab Occidente Gallia Aquitanica, à Septentrione Gallia Celtica, ab Oriente Gallia Ciſalpina, à Meridie vero mare Mediterraneum, & montes Pyrenæi quibus ab Hiſpania ſeparatur, de ejus populis & urbibus vide infra, ſed olim diviſa fuit in tres partes, nempe in Galliam Narbonenſem primam, Galliam Narbonenſem ſecundam, & in Galliam Narbonenſem tertiam; nunc in ea regione ſunt Occitania provincia cum Comitatu Ruſcinonenſi, Gabalis, Velaunis, & Vivarienſi provinciis, Delphinatus, Provincia, Sabaudia, quæ nunc omnes ſubſunt Regi Franciæ excepto Comitatu Vindaſcino in Provincia, qui Summo Pontifici paret, & Sabaudia quæ proprium agnoſcit Ducem cum Niceenſi Comitatu.

Gallia Narbonensis Prima, verſus mare Mediterraneum extenſa, cujus caput Narbo, dicitur aliter Gallia Viennenſis ſecunda. Vide ibi.

Gallia Narbonensis Secunda, ad ortum protenſa, quæ & Gallia Viennenſis tertia. Vide ibi.

Gallia Narbonensis Tertia, verſus Septentrionem extendebatur, ubi poſtea Gallia Viennenſis prima. Vide ibi.

Galliæ Narbonensis populi et urbes præcipuæ.

Allobroges, quorum urbes Vienna & Gratianopolis.
Brigantes, ubi Brigantium.
Caturiges, quorum urbs Vapincum.
Cavares, ubi Avenio.
Centrones, ubi Tarantaſia.
Commoni, quorum urbs Maſſilia.
Deſuviates, quorum urbs Arelate.
Ebrodunti, quorum urbs Ebrodunum.
Helvii, quorum urbs Alba Auguſta.
Mimeni, ubi Seguſtero.
Oxibii, horum urbs Forum Julii.
Salies, quorum urbs Aquæ Sextiæ.
Segalauni, ubi Valentia.
Sontii, ubi Dinia.
Vedianti, ubi Cemeleum.
Vocontii, ubi Dia.
Volcæ Arecomici, ubi Narbo, Nemauſus, & Agatha.
Volcæ Tectoſages, quorum urbs Toloſa.

Gallia Novempopulana, vel Novempopulonia, pars Aquitaniæ, inter Garumnam fluvium, montes Pyrenæos, & Oceanum contenta, Sexto Rufo, & aliis, ſic a novem populis in illa præcipuis dicta, vulgo *la Gaſcogne* dicta, provincia ampla Regni Franciæ. Vide Vaſconia.

Gallia Ripariensis, pars Galliæ, cujus fit mentio in libris Notitiarum, dicitur ab aliis Gallia Viennenſis prima.

Gallia Superior, Vide Galliæ Belgica.

Gallia Subalpina, pars Galliæ Ciſalpinæ Alpibus ſubiecta, Plinio teſte, in qua fuere populi Salaſſi, Seguſini, Taurini, & Vagienni, nunc autem eſt in eo tractu Pedemontium *le Piedmont*, cum annexis, ſub dominio Ducis Sabaudiæ, in Italia.

Gallia Togata, pars Galliæ Ciſalpinæ Cæſari & Plinio, à Placentia Anconam uſque protenſa, (licèt alii alios terminos faciant) in qua Æmilia & pars Umbriæ, in ora Senonum, Adriatico mari expoſita, inter Apenninum montem ad Meridiem & Padum fluvium ad Septentrionem perſtricta.

Gallia Transalpina, Regio ampla Europæ, ſic dicta à Romanis quod eorum reſpectu eſſet trans Alpes & Ulterior, vocatur ſæpius Gallia. Vide ibi.

Gallia Transpadana, pars eſt ſeptentrionalis & major Galliæ Ciſalpinæ, etiam in longum protenſa ab ortu in occaſum, inter Alpes ad Arctos & ad Occidentem, mare Adriaticum & Alpes Carnicas ad Orientem, & Padum fluvium ad Meridiem, quo dividitur à Gallia Ciſalpina. Ejus populi fuere olim Carni, Cenomani, Euganei, Inſubres, Iſtri, Lævi, Lepontii, Libici, Orobii, Salaſſi, Seguſini, Taurini & Veneti, Cluverio teſte, ejus nunc maxima & potior pars dicitur Longobardia Tranſpadana in Italia, vulgo *la Lombardia di la dal Po* incolis, & ſub hac parte hodie cenſentur Pedemontium late ſumptum pro majori parte, Ducatus Auguſtanus, minuta pars Montis Ferrati, Ducatus Mediolanenſis pro majori parte, cum præfecturis Italicis Helvetiorum & Valle Tellina, Ducatus Mantuanus, & ditio Reipublicæ Venetæ.

Gallia Viennensis, pars ampla Galliæ Ammiano & aliis, quæ aliter & antea Gallia Narbonenſis dicta, ſed ipſa major exiſtit, cum ſub ipſa fuerint Gallia Narbonenſis & Gallia Subalpina, ſic dicta fuit à Vienna ejus præcipua urbe, tempore Imperatorum Romanorum præcipitante Imperio, & erat ſub præfecto prætorio Galliarum: ejus partes fuere quinque, nempe Gallia Viennenſis prima, Gallia Viennenſis ſecunda, Gallia Viennenſis tertia, Gallia Viennenſis quarta, & Gallia Viennenſis quinta, ſuntque hodie in his partibus Occitania, Provincia, Delphinatus, Sabaudia, Pedemontium, & Valleſia provinciæ, ſed hujus diviſionis fit tantum mentio in rebus Eccleſiaſticis.

Gallia Viennensis Prima, verſus Rhodanum fluvium extenſa, cujus caput Vienna, dicta fuit etiam Gallia Narbonenſis tertia, in qua erant Al-

lobroges populi, uti Camatulici, Cavares, Commoni, Deſuviates, Helvii, Segalauni, & Vocontii, ſicque erat ubi nunc Archiepiſcopatus Viennenſis, Arelatenſis, & Avenionenſis, atque Epiſcopatus eis ſuffraganei in Delphinatu, Provincia, & Sabaudia.

Gallia Viennensis Secunda, inter Aquitaniam & mare Mediterraneum, cujus præcipua Narbo, unde & Gallia Narbonenſis prima etiam vocata fuit, in qua populi Volcæ Arecomici, & Volcæ Tectoſages; erat in ea parte ubi hodie Archiepiſcopatus Narbonenſis & Toloſanus & Epiſcopatus eis ſuffraganei in Occitania.

Gallia Viennensis Tertia, quæ & Gallia Narbonenſis ſecunda, verſus oram maris Mediterranei, urbem habuit primatiam Aquas ſextias, & ſub ipſa erant Albici, Caturiges, Mineni, Oxibii, Salies, & Vulgientes populi, in ea parte in qua nunc Archiepiſcopatus Aquenſis, & Epiſcopatus ei ſuffraganei pro majori parte in Provincia.

Gallia Viennensis Quarta, quæ & Alpium maritimarum, verſus confinia Italiæ extenſa fuit, & inter Alpes maritimas, urbem habuit primatiam Ebrodunum & ſub ipſa erant hi populi Brigantes, Capillatii, Deceates, Ebrodunrii, Neruſii, Seguſini, Sontii, Sutrii, Taurini, Vagienni, & Vediantii, ubi hodie Archiepiſcopatus Ebrodunenſis & Epiſcopatus ei ſuffraganei, uti & Archiepiſcopatus Taurinenſis.

Gallia Viennensis Quinta, quæ & Alpium Graiarum dicta, cum fuerit intra Alpes Graias & Penninas extenſa, & cujus præcipua urbs Forum Claudii ſive Tarantaſia, in ea fuere Centrones, Salaſſi, Seduni, & Vetagri, ſicque erat ubi hodie Archiepiſcopatus Tarantaſienſis atque Epiſcopatus ei ſuffraganei.

Galliæ Portus, Vide Portugallia.

Gallia Ulterior, regio ampla Europæ, quæ aliter & melius Gallia, ſive etiam aliquando Gallia Tranſalpina. Vide Gallia.

Galliacum, *Gaillac*, oppidum Galliæ cum Abbatia in Occitania, & in Albigenſi tractu, ad Tarnim fluvium, quatuor leucis infra Albigam in occaſum Toloſam verſus, & totidem à Vauro in Septentrionem.

Galliani Saltus, qui & Aquinates, pagus Æmiliæ in Gallia Ciſpadana Plinio, nunc *Galeata*, vicus Romandiolæ in agro Forolivienſi, Meldulæ oppido & Civitellæ ad 2. mill. paſſ. vicinus.

Gallica Flavia, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis Ptolemæo. Vide Flavia Gallica.

Gallicæ Paludes, Vitruvio quæ & Stagna Adriatica, nunc *Lagune di Venetia*, intimus maris Adriatici receſſus, prope Venetiam urbem, quæ intra illas condita eſt. Vide Adriatica ſtagna.

Gallicanus Mons, in Campania Plutarcho, qui Gallicanus ſaltus Ciceroni, idem cum Maſſico, teſte Blondo cum aliis, Sueſſæ urbi finitimus, *Garro* hodie, inter Sueſſam & Sinueſſam urbes in provincia Terræ Laboris in Regno Neapolitano.

Gallicum, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, cujus meminit Antonini itinerarium, nunc ut exiſtimat Zurita, eſt *Gurrea*, oppidulum Aragoniæ ad Gallicum fluvium, inter Cæſar-Auguſtam & Oſcam, quod Forum Gallorum etiam dictum fuit

Gallicum Fretum, *le pas de Calais* Gallis, *The ſtraight of Calis* Anglis, *de Hoofden* Belgis, fretum eſt inter Galliam & Angliam, 6. leucis Gallicis latum; nempe inter Iccium portum, *Wiſſan*, & Dubrim. Dicitur etiam fretum Morinorum, & mare Germanicum ſeparat à Britannico. Vide Fretum Gallicum.

Gallicom Mare, quod Galliam Narbonenſem alluit, Plinio teſte, dicitur nunc ſinus Leoninus ſeu Lugdunenſis, *le Golfe de Lyon*, Italis *il Golfo di Lione*; eſtque pars maris Mediterranei, inter Liguſticum & Balearicum, ſive inter oram Genuenſem ad ortum & Cataloniam ad occaſum, nautis formidabilis. Ejus autem pars orientalis dicitur *la mer de Provence*, verſus oram littoralem Provinciæ.

Gallicos, fluvius Hiſpaniæ Tarraconenſis Antonino, qui poſterioribus Gallæcus, *el Rio Gallego* vulgo, oritur ex Pyrenæis montibus, in limite Benearniæ, deinde per Aragoniæ Regnum fluens in Meridiem, juxta Cæſar-Auguſtam in Iberum fluvium ſe exonerat.

Gallicus Ocianus, mare quod Galliam Celticam & Galliam Aquitanicam alluit, Plinio teſte, inter Britannicum mare & Cantabricum, ſeu pars Oceani Occidentalis inter oſtium Sequanæ fluvii & Pyrenem promontorium, nuncque *la mer de France*, cujus partes ſunt *la mer de Gaſcogne*, & *la Manche*, ut dicuntur nautæ.

Gallicus Sinus, Straboni, qui Sinus Salſus Melæ, pars eſt Gallici maris in Occitaniæ ora, inter Aphrodiſium promontorium ad radices Pyrenæorum, & Rhodani fluvii oſtia, nuncque vulgo *le Golfe de Lyon* dicitur à nautis.

Gallinaria Insula, Varroni, nunc *l'Iſolotto d'Albenga*, inſula parva eſt admodum Italiæ & verius ſcopulus, in ora occidentali Liguriæ, prope & ante Albingaunum urbem, cum turri tantum, ut ego pluries vidi.

Gallinaria, ſylva Italiæ in Campania ad Cumas Straboni, inter eas & Linternum: quam male quidam Triviæ lucum eſſe putant, nunc *la Peneta di Patria*, teſte Sanfelvio.

Gallindæ, populi Sarmatiæ Europææ, & Venedorum pars, Cluverio teſte, inter Venedos proprios, Sudenos & Hirros. Aliis ſunt Galindæ.

Gallio, *Gaillon*, caſtrum Galliæ, in Normannia provincia, verſus Sequanam fluvium, ubi Cartuſia nobilis Borbonia dicta, & peramœnus Archiepiſcopi Rothomagenſis ſeceſſus, in caſtro ſplendido, à Georgio Cardinali Ambaſiano excitato, in colle, 5. leucis ab Ebroico in ortum, & 7. ſupra Rothomagum in Meridiem diſtans.

Gallipioæ, populi Sarmatiæ Europææ, inter Hypanim & Boryſthenem fluvios, in quibus Exampeus locus, fons & fluvios, qui amaras ſuas aquas in Hypanim evomit, fluviumque dulciſſimum reddit, teſte Pomponio Mela.

Gallipolis, urbs Salentinorum in Italia Plinio, & Callipolis Melæ, olim Anxa, nunc *Gallipoli*, urbs Regni Neapolitani in provincia Hydruntina, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Hydruntino, ſedet in rupe in ora littorali ſinus Tarentini, in peninſula, parva quidem ſed culta & probe munita, atque ab aggreſſionibus tuta cum portu capaci, ſed ejus Diœceſis non extenditur ultra civitatis muros, 25. milliaribus diſtat ab Hydronto in occaſum, & 36. a Tarento in ortum hybernum Japygium promontorium verſus 24. prope Neritum, undique mari cingitur, & tantum continenti jungitur ponte ſaxis ingentibus ſuffulto, in cujus aditu caſtrum habet valde munitum.

Gallitæ, Alpina gens in Gallia Narbonenſi, ab Auguſto devicta, teſte Plinio, inter Alpes maritimas & Cottias, quorum oppidum nunc videtur quibuſdam *Guilleſtre* in Delphinatu, ad Druentiam fluvium, 3. leucis ſupra Ebrodunum in ortum Pinarolium verſus.

Galliva, *Gallive* incolis, *Galway* Anglis, urbs Hiberniæ, in Connacia provincia, Comitatus Gallivenſis caput, ad Auſobæ fluvii æſtuarium, *The Bay of Galway*, ubi lacus *Carble* in illud ſe exonerat; eſtque ſatis munita, & emporium celebre, teſte Camdeno.

Digitized by Google

GALLIVENSIS COMITATUS, pars Connaciæ provinciæ Hiberniæ, in ejus parte occidentali, vulgo *the Countie of Galway* Anglis; habetque ad ortum Sineum fluvium, ad Septentrionem Maium Comitatum, ad Meridiem Comitatum Clarenſem, ab occaſu autem clauditur Oceano; eſtque mirè fertilis. Ejus caput eſt Galliva.

GALLIZIA, & Gallicia, Regio cujus fit mentio in titulis Regis Hungariæ, pro Walachiæ Principatu ſumitur ſeu majori Walachia, teſte Leunclavio cum Sambuco, ſed Joannes Lucius exiſtimat Reges Hungariæ titulum Galliciæ ſumpſiſſe ab Halycia urbe Ruſſiæ Rubræ, ut ex Longino & Cromero refertur, non á Galac ſive Gallitia Moldaviæ oppido ad Iſtrum, ut quidam exiſtimant.

GALLOGRÆCI, populi Aſiæ Livio, qui Galatæ Græcis dicuntur: quorum Regio Galatia, & Gallogræcia, eadem cum Galatia, teſte Strabone.

GALLO BRABANTIA, tractus Belgii in Ducatu Brabantiæ, vulgo *le Brabant Ouallon* dictus, & in ejus parte meridionali, verſos confinia Hannoniæ & Namurci Comitatuum, inter Gemblacum & Nivigellam oppida, & ejus caput eſt Gamapius vicus.

GALLO FLANDRIA, tractus Belgii, & una ex duabus partibus Comitatus Flandriæ, quæ aliter & ſæpius dicitur Flandria Gallica *la Flandre Ouallone*, ſub dominio Regis Francorum, cujus caput eſt Inſulæ. Vide Flandria Gallica.

GALLOGRÆCIA, provincia Aſiæ minoris Straboni, quæ eadem eſt cum Galatia. Vide ibi.

GALLOLIGURES, populi fuere Galliæ Narbonenſis Straboni, inter Ligures ad ortum & Volcas Arecomicos ad occaſum extenſi, quorum regio nunc Provincia dicitur, vulgo *la Provence*, quanquam ipſa magis pateat quam alias Gallo Ligures. Vide Provincia.

GALLORUM AREA, ex veteri traditione *Gallerato*, oppidum Italiæ amplum, ſine mœnibus in Ducatu & agro Mediolanenſi, à Mediolano 24. mill. paſſ. in occaſum æſtivum Sextum verſus & egreſſum Ticini fluvii ex lacu Verbano, quod & Glareatum Latine dicitur, ad Atnum amnem, teſte Ferrario.

GALLORUM MONS, *Monte Gallo*, oppidulum Italiæ in Marchia Anconitana, ad radices Apennini, & ad Truenti fontes.

GALLOVIDIA, ſeu Galdia, *Galloway*, provincia eſt ampla Auſtralis Scotiæ, in ora occidua, ubi incipit meridionalis, è regione Hiberniæ & Monedæ inſulæ, a quibus tantum 15. milliaribus Scoticis diſtat. Terminatur a Meridie & occaſu mari Hibernico, à Septentrione Caricta & Coila provinciis & ab Oriente Nithia; extenditur ab ortu in occaſum ad 60 mill. paſſus, & ad occaſum anguſto Iſthmo ejus continenti adnectitur peninſula, quæ hodie *The mull of Galloway*, hoc eſt, roſtrum Gallovidiæ appellatur, alias Novantum Cherſoneſus, erant olim in hoc tractu Novantæ populi, teſte Camdeno, & dividitur nunc in tres partes, nempe in Occidentalem Gallovidiam, in qua Vicecomitatus Vigtonienſis & Regalitas Glenlucenſis, in Gallovidiam mediam quæ inter Cream & Deam fluvios, & in Gallovidiam Orientalem in qua præfectura Kircubrienſis, teſte Timotheo Ponte, ejus urbs præcipua eſt Caſa Candida *Withern*, & in ea ſunt etiam oppida Vigtonium *Wigtoun*, & Kircubria *Kircubrigh* dicta.

GALLOVISSIA, *la Galleveſſe*, tractus parvus Galliæ in Bria provincia, prope Caſtrum Theodorici ad occaſum, & Matronam fluvium, ſed ejus periere limites, dicitur aliter Bria Pediculoſa, *la Brie pouilleuſe*, eſtque inter Briam ſuperiorem, Briam inferiorem, agroſque Remenſem & Sueſſionenſem, & ejus caput eſt Caſtrum Theodorici.

GALLURA PROVINCIA, una ex quatuor partibus Sardiniæ, cujus meminit Sigonius, cum aliis, in ora orientali inſulæ ubi vergit ad Septentrionem, circuitus fuit 45. leucarum circiter, habuitque olim Principes proprios, Judices dictos, tuncque ejus primaria fuit Civitas, poſtea autem in Aragonenſium Regum poteſtatem devenit, ſicque hodie pars eſt orientalis provinciæ ſive promontorii Loci Aurei, teſte Franciſco de Vico in hiſtoria Sardiniæ: & in ea ſunt etiamnum duo tractus Gallura de Geminis, & Gallura de Poſada dicti, teſte eodem.

GALLUS, fluvius Bithyniæ, Straboni, ex Celænis montibus Phrygiæ magnæ oriens, Peſſinuntemque urbem alluens, atque in Sangarium, teſte Martiano Capella, labens, nunc *Garippo* dictus, teſte Pineto. Ejus meminit Ovidius libro 4. Faſtorum.

GALORUM, oppidum Paphlagoniæ in Aſia minori Ptolemæo, in ora Ponti Euxini, verſus Halis fluvii oſtia, inter Sinopem ad occaſum & Amiſum ad ortum, nunc *Garipo* Moletio, *Calipo* nautis dictum, uti & Caſtaldo.

GALTELLIS, urbs Sardiniæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Calaritano, nunc tantum vicus, *Galtelli* dictus, in ora orientali inſulæ & in provincia Calaritana, & 60. mill. paſſ. à Boſa in ortum, ejus vero Epiſcopatus unitus fuit Calaritano Archiepiſcopatui ab Alexandro VI. Pontifice Maximo, teſte Franciſco à Vico.

GALUM, *Gale*, urbs Indiæ in Taprobana inſula, cum arce munita & portu in parte meridionali inſulæ, alias paruit Luſitanis, nunc autem ſubeſt dominio Belgarum unitorum.

GALUM CAPUT, *la Punta de Gale*, promontorium Aſiæ in parte meridionali Taprobanæ inſulæ, in mari Indico, juxta Galum urbem.

GAMALA, urbs Cœleſyriæ Plinio, dicitur ab aliis Gabala. Vide ibi.

GAMALIBA, urbs Indiæ intra Gangem, teſte Ptolemæo.

GAMANODURUM, urbs Norici, dicitur melius Gavanodurum à Ptolemæo. Vide Gavanodurum.

GAMAPIUS VICUS, *Geneppe*, caſtrum Belgii in Ducatu Brabantiæ, Ortelio teſte, ad fontes Dilæ fluvii, Gallo Brabantiæ tractus caput, captum fuit à Gallis anno 1668. ſed poſtea dirutum & redditum Hiſpanis, 2. leucis diſtat à Nivigella in ortum Gemblacum verſus 3. & 5. à Bruxellis in Meridiem: & in eo alias degit Ludovicus XI. Rex tunc temporis Franciæ Delphinus.

GAMARINGA, pagus Germaniæ cis Rhenum, cujus fit mentio in diplomate Caroli Magni, teſte Aimoino, hodie *Gemar*, vicus Alſatiæ ad Hellelum fluvium prope Seleſtadium, Colmariam verſus, ut exiſtimat Beatus Rhenanus.

GAMBIA, *la Gambia*, fluvius notiſſimus Africæ, in Nigritia regione, ſeu melius unus ex tribus ramis præcipuis Nigri fluvii, verſus promontorium Viride in Oceanum Atlanticum ſe exonerans, vix 20. leucis à promontorio Viridi in Meridiem, inter fluvios magnum & Senegam. Ei adjacet Regnum Gambea dictum, longè ab ora in ortum, teſte Marmolio.

GAMBINUM, *Gabin*, oppidum Poloniæ majoris in Palatinatu Ravenſi. Vide Gabinium.

GAMBRIVII, populi Germaniæ Tacito, qui Gamabrivii Straboni, quorum urbs Hamburgum, teſte Peucero cum Junio, eſt urbs ampliſſima Saxoniæ inferioris, ad Albim fluvium, in Holſatia. Sed id potius conjectura aſſeritur, cum Cluverius ipſe neſciat ubi fuerint.

GAMBLA, urbs Palæſtinæ Joſepho, quæ & Camela legitur, Gamala Plinio dicta, alias in dimidia

Tribu

[illegible] tus Jordanem, deinde in Gaulanitide [illegible] verſus [illegible] Galilææ, poſtea exciſa.

G[illegible]ALAMSA, *Camma[illegible]*, urbs parva Aſiæ [illegible] & in M[illegible] inſulis, & in Ternata [illegible] Regis Ternatæ ſedes, poſtea à Luſitanis munita, & [illegible] antea parens Hiſpanis ſub præfecto [illegible] Philippinarum, nunc vero ab ipſis derelicta à [illegible].

GAM[illegible]TUM, quaſi Gaudium mundi, ex veteri [illegible] *Caſtellaccio*, teſte Merula, vel *Caſtellazzo*, [illegible] in Italiæ & Ducatus Mediolanenſis, in agro A[illegible] ad Bormiam fluvium, ab Alexandria 4. mil. paſſ. [illegible], unus ex 4. locis ex quibus Alexandria urbs [illegible], teſte Ferrario.

GANACIA, *la Ganache*, oppidum Galliæ, in provincia Pictavenſi inferiori, cum caſtro in confinio Britanniæ minoris, & 3. leucis ab ora littorali Oceani Aquitanici diſtans in ortum. Dicitur etiam Ganapia in quibuſdam actis mediæ ætatis.

GANCHINGA, *Ganching*, urbs Imperii Sinarum in Nanquinenſi provincia, cujus decima cenſetur, eſtque ampla & emporium celebre juxta fluvium *Kiang*, in limite Quiaoliæ provinciæ, & ab ea pendent 5. aliæ urbes minores, teſte Martinio.

GANOASTOGI, *les Gandaſtogé*, populi Novæ Franciæ in ejus parte meridionali, verſus fontes Ohi fluvii, inter partem orientalem lacus Erieri, & novam Eboracenſem provinciam.

GANDAVUM, antea Ganda, & olim ex veteri inſcriptione Clarinea, ut quibuſdam placet, vulgo *Ghendt* incolis, *Gand* Gallis, *Gent* Germanis, & *Gante* Hiſpanis & Italis, urbs Belgii, Flandriæ Comitatus caput, ad Scaldim fluvium, qui ibi Liſam recipit, Epiſcopalis effecta ſub Archiepiſcopo Mechlinienſi a Paulo IV. Pontifice Maximo anno 1559. eſt perampla, & Tetrarchiæ cognominis caput, ſed deficit in dies, & immenſa ſunt in urbe ſpatia ædificiis & habitatoribus vacua, arcem habens munitam anno 1540. excitatam à Carolo V. Imperatore, qui in ea anno 1500. natus erat 25. Februarii, 90. pontes pro majori parte parvos habet, & inſulas 20. capta fuit fortiter die 12. Martii anno 1678. à Ludovico Magno Francorum Rege, ſed poſtea reddita fuit Hiſpanis pace ad Noviomagum ſancita, anno 1679. & ipſis etiam ſubeſt, diſtat vero 4. leucis ab aggere Gandavenſi, & ab Antuerpia, Bruxella, Mechlinia, & Metelloburgo, fere pari decem leucarum intervallo, teſte Marchantio, hinc Gandavenſes populi dicti, *les Gandois*, qui hanc urbem incolunt.

GANDAVENSIS AGGER, *t'zas van Ghendt* incolis, *le ſas de Gand* Gallis, arx probe munita Belgii, [illegible] Comitatu Flandriæ, ab Hiſpanis excitata, & à Belgis unitis capta anno 1644. quibus etiam ſubeſt, 4. leucis diſtans a Gandavo in Septentrionem, dicitur etiam Cataracta Gandavenſis.

GANDAVENSIS TETRARCHIA, *le quartier de Gand*, pars ampla Comitatus Flandriæ, ſub quo Gandavenſis ager ſive Caſtellania, & Vaſia tractus, quatuor Officia, Agri Aldenardenſis & Cortracenſis cum Comitatu Aloſtano, ſic dicitur à Gandavo urbe ejus primaria, eſtque prima ex quatuor Tetrarchiis Flandriæ, quæ pro maxima parte ſubeſt dominio Hiſpanorum.

GANDIA, *Gandia*, oppidulum Hiſpaniæ, in Regno Valentino, cum Ducatu antiquo gentis Lenzoliæ Borgiæ, & Collegio, titulo Academiæ inſigni, in ora maris Mediterranei & ſinus Valentini. Diſtat 8. leucis a Valentia in Meridiem, & 6. à Setabi in ortum, clarum eſt natalibus S. Franciſci Borgiæ olim ipſius Ducis.

GANGANI, Hiberniæ populi Ptolemæo, qui teſte Camdeno, inhabitarunt ubi nunc Comitatus Ketrienſis in parte occidentali Momoniæ, & in confinio Connaciæ.

GANGANI, populi Indiæ extra Gangem Ptolemæo, verſus fontes Gangis, & Scythiam extra Imaum.

GANGANORUM, promontorium [illegible] um in Britannia prima, quod Ganganorum dicitur à Ptolemæo, nunc Camdeno, eſt *Lhein*, ſed [illegible] & aliis eſt, *Braychipult point*, promontorium Angliæ in Arvonia Comitatu Valliæ Principatus, & in ejus parte meridionali, in tractu parvo *Lhein* dicto, ex adverſa *Bardſey* inſulæ, 24. milliaribus Anglicis ab Arvonia diſtans in Meridiem.

GANGARA, ſeu Gagara, quæ & Getara, urbs Albaniæ in Aſia; in ora maris Caſpii Ptolemæo, [illegible] oſtia Cyrthi & Albani fluviorum, quæ & Albana urbs creditur à quibuſdam, nunc teſte Nigro, eſt *Bachu*, urbs mari Caſpio nomen tribuens, ſed aliis eſt *Citracat* in eadem regione.

GANGARÆ REGNUM, *le Royaume de Gangara*, Regnum amplum Africæ, in parte orientali Nigritiæ, verſus Nigrum fluvium & Bornum lacum, inter Regnum Caſſenam ad occaſum, & Regnum Borni ad ortum. Urbem habet primariam cognominem, teſtibus Joanne Leone, & Sanuto.

GANGARIDÆ, populi Indiæ intra Gangem Ptolemæo, qui Gangarides Plinio, verſus oſtia Gangis fluvii, & Gangetici ſinus oram; quorum pars etiam trans Gangem, eorum meminere etiam Quintus Curtius & Diodorus Siculus, erantque forſan in ea regione, in qua hodie Regnum ineſt Bengalæ, ſub dominio Magni Mogolis, eorum meminere Virgilius libro 3. Georgicorum & Valerius Flaccus.

GANGELÆ REGNUM, *le Royaume de Gangela*, Regnum Africæ in Æthiopia inferiori ſeu exteriori, verſus Angolæ Regnum, teſte Joanne Leone.

GANGES, *Ganga* indigenis, *le Gange* Europæis, fluvius Indiæ maximus, illam in duas partes ſecans, nempe in Citeriorem ſeu intra Gangem, & in Ulteriorem ſive extra Gangem, teſtibus Ptolemæo, Strabone, & aliis, oritur ex monte Imao, nunc *Dalanguer* dicto, in confinio Tartariæ magnæ, & in provincia *Kakares*, deinde in Meridiem fluens per Imperium Magni Mogolis labitur, ubi Sirinacaram, Holoballam, & Gourum rigat, & auctus fluviis Kanda, Perſeſio, Semena, & Tziotza, aliiſque plurimis ditionis Magni Mogolis, in Regno Bengalæ in plures ramos ſciſſus, in ſinum Gangeticum ab eo dictum ſe exonerat quinque oſtiis, hinc Gangeticus nomen gentis, hujus fluvii meminit Ovidius in Ibim.

GANGES, urbs Indiæ intra Gangem Straboni, quæ Gange Ptolemæo, Gangaridarum regia, verſus oſtia Gangis fluvii, ſed quid ſit hodie non conſtat.

GANGETICUS SINUS, ſinus Indiæ Ptolemæo, ſic dictus à Gange fluvio qui in eum ſe exonerat, nunc *le Golfe de Bengala*, à Regno cognomine, in ora littorali ejus intimi receſſus: pars eſt ſinus magni Oceani Indici, qui inter Indiam citeriorem & ulteriorem interſitus eſt, inter utramque peninſulam Indiæ, illum circumſtant Taprobana inſula, ora Piſcariæ, ora Coromandelis, Regna Golcondæ, Bengalæ, Arracanum, Peguanum, Martabanum, & Siami.

GANGINES, & Agangini, populi Æthiopes, ad occaſum oram maris Atlantici incolentes: teſte Oroſio, quorum regionem *la Guinea*, nunc interpretatur Ortelius.

GANGRA, Arabiæ fœlicis urbs, teſte Stephano.

GANGRA, numero plurali & Gangre, urbs Paphlagoniæ in Aſia minori Straboni, & Plinio, Archiepiſcopalis in mediterraneis, nunc *Cangria* dicta, teſtibus Leunclavio, & Caſtaldo, Turcis vero *Kienga-*

ra, ejus meminit Concilium Epheſinum, qui eam Galatiæ ſecundæ facit, & Bellounus libro 3. obſervationum [illegible] Theodoſiam Gangiorum Paphlagoniæ urbem, quam hodie *Totia* nominari addit, ad Gangram celebratum fuit Concilium anno 324.

GANGUS SINUS, *le Golfe de Gang*, ſinus magnus Oceani Orientalis, in Aſia, per Sinas latè extenſus, inter provincias Nanchinenſem, Pechinenſem, & Xantoniam ad occaſum, & Regnum Coream ad ortum. Dicitur aliter *à Enſeada de Nanquin* a Luſitanis, ſinus Nanquinenſis. Vide ibi.

GANNANUM REGNUM, *le Royaume de Gannan*, pars Indiæ Orientalis à Sinis ſic dicta, quæ ab aliis dicitur Annamiticum Regnum, *le Royaume d'Annan*, ſub quo cenſentur Regna Cocinſinæ, Laotum, & Tunchini. Vide Annamiticum Regnum.

GANNARIA EXTREMA, promontorium Africæ Ptolemæo, in regione Autolalarum, maxime in Oceanum Atlanticum extenſum contra Fortunatas inſulas; nunc *el Cabo de Non* dictum, ut exiſtimant Maffeius & Mariana.

GANNATUM, ſeu Gannapum, *Gannat*, oppidum Galliæ, in provincia Borbonenſi, ad amnem Anchalotum, in confinio Alverniæ inferioris, duabus leucis ab Aquiſpertiis in Septentrionem, uti 7. a Claromonte Molinas verſus.

GANNUM, ſive Ganos, urbs Thraciæ littoralis in Corpialica provincia, & in ora Propontidis, nunc *Gonga* dicta, teſte Philippo à Vico, eſtque inter Redeſtum ad Septentrionem 15. milliaribus & Biſanthe ad Meridiem totidem, ejus fit mentio in libris Conciliorum.

GANODURUM, oppidum Helvetiorum in Gallia Celtica, cujus meminit Ptolemæus, ubi fuerit non conſtat inter autores, Rhenanus enim & Althamerus credunt eſſe *Zurzach*, aut Lauffembergam ad Rhenum ſita oppida inter Conſtantiam & Baſileam, Scudus vero, Cognatus & Cœnalis exiſtimant fuiſſe Conſtantiam ad lacum Brigantinum in Suevia, & in limite Helvetiæ, quæ 17. milliaribus Germanicis diſtat à Baſilea in ortum Campidunum verſus 13. & 15. à Curia in Septentrionem.

GANTUM, *Gant*, Caſtrum Galliæ, in Benearnia, quarto milliari ab urbe Palenſi, in Diœceſi Laſcurrenſi, in quo natus Petrus de Marca Archiepiſcopus Pariſienſis, vir doctiſſimus.

GAOGA, *Gaoge*, quæ aliter *Kaugha*, urbs Africæ, juxta lacum, Regni & deſerti Gaogæ caput, in Nigritia, inter Nubiam ad ortum & Regnum Bornum ad occaſum, teſte Sanuto.

GARACTUM, & Varactum, *Gueret*, oppidum Galliæ, caput Marchiæ provinciæ, dicitur ab aliis Gueretum, eſtque ad fontes Vartempæ fluvii, 10. leucis à Lemovico in ortum diſtans.

GARAMA, urbs Libyæ interioris, Garamantum primaria, teſte Strabone, verſus Girgirim montem, nunc vero exciſa jacens.

GARAMANTES, populi Libyæ Plinio & Straboni, à Garamante Apollinis filio dicti, teſte Iſidoro, quorum regio perampla eſt, inter Africam & Libyam proprie dictas ad Septentrionem, Æthiopiam ſub Ægypto ad Orientem, Getulos ad Occidentem, & Nigritas ad Meridiem; ubi nunc pars major Zaaræ ſive deſerti, in Africæ meditullio, & deſerta, *Berdoa*, *Borno*, *Gaoga*, & *Lempta*, ut exiſtimat Joannes Leo.

GARAMAS, mons Aſiæ, pars Caucaſi, in finibus Iberum Vibio Sequeſtro, ex quo Phaſis fluvius Colchorum effluit.

GARAZUA, *Garazu*, oppidum Americæ Meridionalis, in Braſilia regione & in Præfectura Paranambuci, 6. leucis Hiſpanicis ab Olinda in Septentrionem. Dicitur à quibuſdam *Igaruzu*, ſed malè.

GARDA, *la Gar*[illegible] fuit Gron[illegible] regionis, in ejus part[illegible], & in o[illegible] Epiſcopalis ſub Arch[illegible] Nidroſien[illegible] ſatis capaci & tuto ſub dominio Regum [illegible] ab uno aut altero ſeculo omnino c[illegible], ejus etiam periere ruinæ.

GARDELEBIA, *Gardeleben*, oppid[illegible] niæ, in veteri Marchia Brande[illegible]urgi[illegible], ad [illegible] M[illegible]dam. 7. milliaribus Germanicis diſtans a [illegible] in Septentrionem, in confinio Ducatus [illegible]

GARDUS, qui & Vardus, & Vard[illegible] *le G*[illegible] ſeu etiam *le grand Guerdon*, fluvius Galliæ in [illegible]niæ, oritur ex Cemmenis montibus, deinde A[illegible] gat & infra pontem Gardi labitur, tandemque [illegible] danum fluvium cadit, & [illegible] cum ſe exonerat [illegible] fluvius Gardus minor dictus, *le petit Guerdon*, infra Alſiam.

GARETA, *Garet*, provincia Regni Fezzæ, in Barbaria, in ora maris Mediterranei, verſus Mulviam fluvium, & in confinio Regni Algerii, ubi etiam Gareti montes verſus Meridiem. Dividitur in tres partes, nempe in planitiem, ubi urbes & oppida, in montes & in deſerta. Ejus urbes præcipuæ ſunt, Tezzota, Megea, Caſaza, & Melilla; teſte Marmolio. Sed duæ ultimæ ſubſunt Hiſpanis.

GARGANUS, mons Apuliæ Dauniæ in Italiâ Straboni, & Ptolemæo, nunc Mons S. Angeli, ab apparitione S. Michaelis Archangeli; vulgo *il Monte Gargano*, & *il Monte di S. Angelo* indigenis, *le Mont Gargan* Gallis dicitur, eſtque in Regno Neapolitano, & in Capitanata provincia, circuitus eſt 80. milliarium cum late ſumitur, nempe cum illa parte Apuliæ quæ in Adriaticum mare excurrit, inter duo ſinus Sipontinum & Hyrium, ubi Garganum promontorium Strabonis, in hoc monte ſunt urbes Manfredonia, Hyrium, Vieſta, & Mons S. Angeli urbs, quæ ſtricte etiam dicitur Garganus mons a quibuſdam, eſtque prope Manfredoniam.

GARGAPHIA VALLIS, & Gargaphius fons Græciæ ab Herodoto in Bœotia memoratur, circa Plateas urbem, ubi Actæon à canibus inter venandum laceratus fertur. Gargaphie fons à Plinio nominatur.

GARGARA, mons & oppidum Troadis, in ſummitate montis Idæ, prope Ilium urbem, Pergamis proximum, ubi planities maximæ ubertatis, prope Garganum ſtagnum, Strabone teſte. De qua Ovidius libro 1. de arte amandi.

GARGETUS, ſeu Gargettus, pagus Atticæ Plutarcho prope Athenas, Epicuri patria, qui inde Gargettius appellatur à Cicerone & aliis. Ibi etiam Gargetias fons.

GARILIANUS, *il Garigliano*, fluvius Regni Neapolitani in provincia Terræ Laboris, cujus fit mentio in actis mediæ ætatis, dicitur melius Liris. Vide ibi.

GARIANNONUM, ſive etiam Garryenum, oppidum Icenorum in Britannia prima, ex libris Notitiarum, nunc teſte Camdeno, eſt *Burgh Caſtle*, vicus Angliæ in Norfolciæ Comitatu, ad Garrienum fluvium, 3 milliaribus ab ora Oceani Germanici, & 2. mill. paſſ. ſupra *Yarmouth* oppidum littorale quod crevit ex ejus ruinis, & Garianonum novum dici poteſt, portu gaudens capaci, 16. mill. paſſ. a Norvico in ortum, ad Garrieni fluvii oſtia.

GARISENDA TURRIS, *la torre Gariſenda*, turris Bononiæ urbi Italiæ extans, in media platea, ſatis inclinata, ſicque arte effecta à Gariſendis æmulis, ad ſimulatam ruinam inclinata, ut faſtigium præpendeat fundamenta ad pedes novem, arte ſtupenda, & quæſitam ſtudio operis deformitatem plus commen-

dante, quam turrim Aſinellorum adjacentem commendet inſolens altitudo, nec perfecta fuit, cum præ invidia ejus architectus occiſus fuerit.

GARIZIM, & Hebal, ſive Gebal, montes ſunt Palæſtinæ Joſepho, inter ſe vicini, prope Samariam, in Tribu Ephraim, poſtea in Samaria, teſte Adrichomio.

GARITES, populi Galliæ in Aquitania, teſte Cæſare, fuere ubi nunc *le pais de Gaure*, ad Egirſium fluvium, inter Auſcios & Lactorium, aliquot leucis tantum ab Aginno in Meridiem, teſte Brietio, quanquam Marlianus eos credat verſus Aginnum & Garumnam fluvium.

GARNESAIA, *Garneſey*, inſula Galliæ in mari Britannico, verſus oram littoralem Ducatus Normanniæ, cujus pars alias exitit, Anglici tamen juris. Vide Sarnia.

GAROCALI, populi Galliæ Narbonenſis Cæſari, inter Alpes, & inter Brigantium & Seguſium, ſub Brigantiis, ubi nunc mons Genebra, olim Matrona, *le mont Geneure*, in ultimo limite Delphinatus, verſus Italiam, teſte Marliano, quanquam alii credant fuiſſe in Mauriana valle, ad radices montis Ceniſii.

GARRYENUS, fluvius Britanniæ magnæ in Icenis Ptolemæo, nunc teſte Camdeno, eſt *Yare*, fluvius Angliæ in Norfolcia Comitatu, qui Norvicum urbem illius provinciæ præcipuam rigat, deinde auctus fluvio *Wanney*, in Oceanum Germanicum ſe exonerat 14. milliaribus infra Norvicum ad Garianonum oppidum.

GARSAURA, oppidum fuit Cappadociæ Straboni, inter Coropaſſum & Mazacam urbes occurrens, inde 120. hinc 680. ſtadiis diſtans.

GARTIA, *Gartz*, caſtrum Germaniæ, in Pomerania, ad Oderam fluvium, 3. milliaribus Germanicis ſupra Stetinum in Meridiem, è regione Griffenhagæ, ſub dominio Regis Sueciæ pace Weſtphalica. Alias munitum fuit, & pluries captum ultimo bello Germanico. Nunc ejus munitiones disjectæ ſunt, & ſolo æquatæ ab anno 1638.

GARUMNA, fluvius Galliæ in Aquitania, vulgo *la Garonne* indigenis, *la Garona* Hiſpanis, *la Garonna* Italis, fluviorum qui è Pyrenæis montibus exeunt maximus, ac Aquitaniam in duas partes dividens, primum in Septentrionem curſum dirigens, oritur in montibus Auræ in Arania valle Hiſpanicæ ditionis, in confinio Aragoniæ, non procul ab oppidulo Salarda, inde per Galliam fluens & per Convenas, Fanum S. Beati, Lugdunum Convenarum, Valentinam, & Fanum S. Gaudentii rigat, uti poſt Salati confluentes, Rivos & Muretum, atque Toloſam urbem Occitaniæ primariam, recepto Alburaci; hinc auctus aliquot fluviis, Tarnum haurit infra Moſſiacum, uti poſtea in occaſum tendens per Aquitaniam Ægirſium fluvium è regione Agenni, prope quam urbem labitur, ad Aquilionem recipit etiam Oldam, & Baiſam ex adverſo, inde rigatis Tonino, Marmanda, Regula, & Cadilliaco, prope Burdegalam urbem Occitaniæ præcipuam fluit, & paulo poſt recepto Duranio, ad roſtrum amborum Girunnam æſtuarium magnum efficit, nec amplius Garumna dicitur, ſicque inter Santoniam provinciam & Medullanum tractum fluens, 15. leucis infra in Oceanum Aquitanicum ſe exonerat inter Solacium Medulorum, & Roianum, ubi Andros inſula olim, nunc tantum turris Corduana ſeu Pharus, *la Tour de Cordouan* dicta, prope paſſum Aſinarium.

GARUMNI, populi Aquitaniæ Cæſari, circa Garumnam fluvium incolentes, in quibus præcipui ſunt Toloſates, Agionates, & Burdigalenſes.

GASABELA, *Gaſabela*, provincia Æthiopiæ ſuperioris ſeu Abaſſiniæ, teſte Marmolio.

GASORUS, urbs Macedoniæ Ptolemæo, quæ Gazotus Stephano, Amphipoli proxima, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Philippenſi, quæ nunc Græcis Alectryopolis, & vulgo *Leſterocori* ſive *Aleſteroſori*, ut ſcribit Molerius.

GASTANIUM, & Auguſtana caſtra, *Gaſtein*, caſtrum Germaniæ in ditione Saliſburgenſi. Vide Auguſtana.

GASTINA, *Gaſtine*, Abbatia Galliæ in Turonia provincia, & 4. leucis a Turonibus in Septentrionem, teſte Lubino viro clar.

GASTINASIUM, vocatur in quibuſdam actis mediæ ætatis *le Gaſtinois*, tractus Galliæ in provincia Inſulæ Franciæ, qui ab aliis & melius dicitur Vaſtinium. Vide ibi

GASTINETUM, *la Gaſtine*, tractus Galliæ in Pictavenſi provincia inferiori, inter Niortium, Fonteniacum, & Fontes fluvii *la Tone* dicti, ſupra Partenacum, teſte Morino.

GATÆ MONS, *le mont de Gate*, id eſt mons, lingua incolarum, mons peninſulæ Indiæ intra Gangem, extenſus ad 200. leucas à Septentrione in Meridiem.

GAVANODORUM, ſive Gabanodurus, urbs Norici Ptolemæo, quæ Juvavum, & Juvavia dicitur in itinerario Antonini, nuncque teſte Cluverio, eſt *Saltzburg*, urbs Germaniæ Archiepiſcopalis, & Saliſburgenſis ditionis caput, ad fluvium Saltzam, in Circulo Bavariæ: quamquam Lazios credat eſſe *Lamerding*, oppidulum ditionis Saliſburgenſis in confinio Stiriæ, & aliis ſit *Judenburg*. oppidum Stiriæ ſuperioris ad Muram fluvium. Vide Juvavum.

GAVARUS, *le Gaure*, fluvius parvus Galliæ in Engoliſmenſi provincia, cujus fit mentio in chartulario S. Amantii de Buxia, præterfluit Montiniacum.

GAUDIANUM, *Gozano*, pagus Italiæ in Ducatu Mediolanenſi, & in agro Novarienſi, prope Hortanum lacum, 20. mill. paſſ. à Novaria in Septentrionem Hortam verſus 4. circiter, ubi corpus S. Juliani, teſte Philippo Ferrario.

GAUDIOSA, *Joyeuſe*, oppidum Galliæ in Vivarienſi provincia, Ducatus titulo inſignitum, quod ab aliis Joyoſa dicitur. Vide ibi.

GAUDIORUM VALLIS, *Joyenval*, Abbatia Galliæ in provincia Inſulæ Franciæ, vix 2. leucis a Fano S. Germani in Laya diſtans verſus occaſum, uti 6. à Lutetia Pariſiorum.

GAUDIUS MONS, prope & extra urbem Romam, nunc Mons Marii dictus, *il Monte Mario*, verſus Tiberim fluvium, teſte Martinello.

GAUDOS, inſula maris Cretici Plinio, & Ptolemæo, hodie *l'Iſola di Gozzi* dicta, verſus oram meridionalem Cretæ inſulæ, à qua 32. mill. paſſ. diſtat in Auſtrum, uti 60. à Cydonia urbe, circuitus eſt 26. mil. paſſ. & in ea ineſt tantum caſtrum *Cachivicha* dictum, teſte Marco Boſchino.

GAUDOS, inſula parva maris Africi, prope Melitam, quæ & Gaulos. Vide ibi.

GAVERA, *Gaure*, caſtrum Belgii in Comitatu Flandriæ, ad Scaldim fluvium, Principatus titulo clarum, vix 2. leucis infra Aldenardam Gandavum verſus, ſub dominio Hiſpanorum.

GAUGAMELA, urbs Aſſyriæ, teſte Ptolemæo, & aliis, proxima Arbelis, teſte Arriano, quæ Gangamela Straboni.

GAVIRATIUM, *Ghivira*, oppidulum Italiæ, in Ducatu Mediolanenſi, vix 6. milliaribus à lacu Verbano in ortum. Ei adjacet lacus parvus Gaviratius dictus, *il Lago di Ghivira*, qui per Boziam foſſam cadit in Verbanum.

GAVIS, colonia & urbs Italiæ Frontino, 13. ab urbe milliaribus, eſt Gabii de qua ſupra, in via Præneſtina & in Latio, teſte Luca Holſtenio. Vide Gabii.

Gravium, *Gavi*, oppidum munitum Italiæ, in ditione Reipublicæ Genuenſis, intra montem Apenninum, juxta amnem Lemum, in limite Montisferrati & Ducatus Mediolanenſis; medium fere inter Genuam ad Meridiem & Dertonam ad Septentrionem.

Galaules, ſive Gaudales, populi Æthiopiæ, ante Auloles, dicti, teſte Oroſio.

Gaulos, inſula Africæ Plinio, Gaudos Straboni, vulgo *Gaudiſch* indigenis, *Gaudoſch* Arabibus, *il Gozo* Italis, & *le Goze* Gallis, inſula eſt Africæ in mari Mediterraneo, ad occaſum Melitæ inſulæ, a qua diſtat tantum 5. milliaribus verſus promontorium Mercurii, circuitus eſt 20. milliarium, ibi arx in monte edito, cui adjacet *il Gozo*, Burgus amœnus, ſubeſtque dominio Equitum Melitenſium, cum antiquitus penderet à Rege Tunetano, eſtque probe culta, & Gaudiſus etiam dicitur à quibuſdam recentioribus.

Gaumellum, oppidum Libycorum in Gallia Ciſalpina Ptolemæo. Vide Laumellum, tametſi quidam *Biella* urbem Pedemontii interpretentur.

Gauni, ut quidam legunt, populi Alpini, in finibus Inſubrum, ubi hodie *il Val di Gana*, in Comitatu Tirolis, teſte Merula. Vide Naunes.

Gaurensis Comitatus, ſeu Gaura, *le Comté de Gaure*, tractus Galliæ in Aquitania, & in Armeniaco agro, atque olim Fidentiaci pars, eſt inter ipſum, Leomaniam, Gimœſium, & agrum Condomenſem, & oppida in eo ſunt Florentia, Simpodium, & Salvitas.

Gaurium, portus Andri inſulæ in mari Ægeo, qui Gaureleon a Livio dicitur.

Gaurus, mons Campaniæ Servio & Juvenali, Gaurani montes Plinio, nunc *il Monte Barbaro* dicitur, teſtibus Loffredo & Mazzella, eſtque prope Puteolos urbem Regni Neapolitani, in provincia Terræ Laboris. Ejus meminit Statius libro 3.

Gaurus, mons Campaniæ Plinio, Maſſico, Gallicano, & Falerno junctus, *Gerro* & *Garro* hodie incolis dictus, in occaſum vergens in provincia Terræ Laboris, Maſſico in ortum extenſo, Falerno verò in Septentrionem verſus Calenum. Hinc Gauranus nomen gentis, ejus meminit Lucanus libro 1.

Gausennis, oppidum Britanniæ magnæ. Vide Caulennis.

Gaza, urbs Palæſtinæ, antiquitus in Tribu Juda ex Bibliis, & una ex quinque Satrapiis Philiſtinorum Ægyptum verſus ultima, prope oram maris Mediterranei, cum portu & caſtro verſus confinia Idumeæ, quæ ab Alexandro diruta, nova Gaza in vicino loco conſtructa eſt tempore Machabæorum, poſtea à Chriſtianis Epiſcopalis facta ſub Archiepiſcopo Cæſarienſi, hujus urbis ambas portæ fores abſtulit & in montem vicinum detulit Samſon, ſed poſtea dolo Dalilæ victus & oculis erutis Gazam ductus, ibi concuſſis columnis domus tria hominum millia ſecum oppreſſit, ut videre eſt in Bibliis: nunc urbs *Gaze* dicitur a Gallis, & *Gaza* ſive *Gazara* ab Italis, *Aza* Arabibus, ſed parva eſt & à paucis inhabitata: dividitur in ſuperiorem & inferiorem, ex quibus hæc ultima vocatur *Haret el Sagiaye*, teſte Michaele *Nau* viro clar. habetque Principem proprium, *l'Emir ou Pacha de Gaza* dictum, cui ſubeſt cum tractu adjacente, ſub dominio tamen Turcarum, eſtque Aſcaloni proxima, ab ea 14. mill. paſſ. diſtans in occaſum Raphiam verſus, & 65. ab Hieroſolymis in occaſum hybernum, teſte Adrichomio, hinc Gazeticus, ut Vina Gazetica Sidonio.

Gaza, urbs Mediæ, Strabone teſte, quæ Azaga Ptolemæo, in Atropatia, olim regia, ab Ecbatanis 450. ſtadiis, nunc *Oziaz* dicta, teſte Moletio.

Gazæorum Portus, in Palæſtina Ptolemæo, qui & Maiuma, à Conſtantino urbs Epiſcopalis effecta, Conſtantiaque dicta, à Gaza 30. tantum ſtadiis diſtans, inter Aſcalonem, & Anthedonem, in ora Palæſtinæ, verſus Ægypti limites.

Gazara, urbs Palæſtinæ, olim in Tribu Ephraim, poſtea in Samaria provincia Judææ, nunc excisa jacens, 20. milliaribus ab Hieroſolymis in Septentrionem Cæſaream verſus, & 16. a Joppe in ortum.

Gaziura, urbs Cappadociæ Straboni & Plinio, ad Irim fluvium, in confinio Paphlagoniæ, nunc exciſa, cujus rudera *Gazura* dicuntur etiamnum, ut narrat Thevetus, & hinc forſan regiuncula adjacens Gazacena dicta.

Gazorus, oppidum Palæſtinæ Ptolemæo, ad Jordanem fluvium, Callirrhoæ, & Libiadi urbi olim Epiſcopali finitimum, nunc vicus *Garat*, teſte Moletio.

Gebenna, urbs Galliæ Narbonenſis, *Geneve*. Vide Geneva.

Gebenna, mons Galliæ Straboni, ſive Cemmenus, & Gebennici montes Melæ, in longum protenſi inter Galliam Aquitanicam & Galliam Narbonenſem, hodie *les Sevennes*, ſeu & aliquando *les monts des Sevennes*, extenduntur ab occaſu in ortum per triginta leucas, nempe à Loreva circiter uſque ad fontes Ligeris fluvii in Vivarienſi provincia, in confinio Occitaniæ, Ruthenenſis provinciæ, Gabalorum, Velaunorum, & Vivarienſis. Sunt autem hi montes fertiles & bene culti, ubi quamplurimi pagi & villæ, & aliquot etiam oppida. Hinc dicitur Cemmenius tractus, *le pays des Sevennes*. Vide Cemmenus mons & Cemmenius tractus.

Gebennesium, *le Genevois*, tractus Sabaudiæ, ſic dictus in actis mediæ ætatis, vocatur ab aliis Gebennenſis tractus, eſtque Ducatus titulo inſignitus. Vide Genevenſis.

Gedanensis Sinus, *le Golfe de Dantzick*, pars maris Baltici, verſus oram littoralem Pruſſiæ provinciæ Poloniæ, & Gedanum, ubi alias Venedicus ſinus. Ejus pars eſt Puſcenſis ſinus, *Pautskervick* dictus. Vide Venedicus ſinus.

Gedanum, ſeu Danniſcum quibuſdam, *Gdansk* incolis, & Polonis, *Danske*, & corrupte *Dantzig* Germanis & Gallis, *Danzica* Italis, urbs Poloniæ perampla & probe munita, Pruſſiæ regiæ caput, in tractu Pomerania parva dicto, cujus etiam præcipua exiſtit, portu gaudet capaci & commodo ad Viſtulam fluvium, qui uno milliari Germanico infra in ſinum Gedanenſem & in mare Balticum ſe exonerat. Urbs ipſa irrigatur amnibus Rodano & Motlava, eſtque duplex, nempe antiqua & nova, verſus Meridiem & occaſum cingitur aliquot montibus, bellicis operibus munitis ab anno 1656. contra Suecos, antea pagus erat, anno 1295. in urbem mutatus à Primiſlao Polono: hinc anno 1343. urbs mœnibus cincta fuit, teſte Cluverio, & anno 1454. certis conditionibus ſe Caſimiro Poloniæ Regi ſubjecit, fuitque alias Imperialis urbs & libera, ſed poſtea ab Imperio exempta, etiamnum Hanzeatica eſt, & emporium celeberrimum, quamplurimis gaudens privilegiis ſub dominio Regis Poloniæ, & 6. milliaribus Polonicis diſtans à Mariæburgo in occaſum æſtivum, 8. ab Elbinga in occaſum, uti 24. à Regiomonte Stetinum verſus 44. à Thorunio vero 22. in Septentrionem, uti à Gneſna 30. & a Varſovia 50. circiter, fuitque patria Philippi Cluverii Geographi percelebris & doctiſſimi.

Gedrosia, provincia Aſiæ regionis in Perſarum Regno Straboni, & Plinio, cujus termini erant à Septentrione Drangiana, ab Occidente Carmania, à Meridie Oceanus Indicus, & ab Oriente India cis Gangem, à quo diviſa erat Indo fluvio, ejus urbes olim claræ fuere Arbis, Cuni, & Muſarna, eratque in ea parte, ubi nunc Sinda *Send*, provincia Perſiæ, quæ ab ortu clauditur India propria, a Meridie Ocea-

nô, ab occaſu provincia *Macran*, & à Septentrione Segiſtanæ deſerto, teſte Jacobo Gollio in notis ad Alferganum. Vide Sindia, populi Gedroſii Straboni, Gedroſi Melæ, quorum meminit Dionyſius de ſitu orbis.

GAHON, fluvius de quo fit mentio in Bibliis, & unus ex quatuor fluviis Paradiſi terreſtris, credunt recentiores eſſe Ataxem qui in Armenia majori ortus, poſtea in ortum fluens in Mare Caſpium ſe exonerat.

GELA, fluvius Siciliæ inſulæ in ejus ora auſtrali Straboni, vulgo *il fiume di Terranova* dicitur, teſte Cluverio, in Valle Netina, fontes habet prope Perguſam lacum, & deinde in Meridiem tendens, in mare Africum ſe exonerat ad Terramnovam oppidum, olim ab eo Gelam dictum, & 16. mille paſſibus ab oſtiis fluvii Salſi alias Himeræ dicti in ortum, dicitur Gelas à Plinio, & ejus meminit Claudianus de raptu Proſerpinæ libro 2.

GELÆ, populi Mediæ, in Parthiæ confinio Plinio, qui Geli Ptolemæo, ubi nunc forſan *Gilan* provincia Perſiæ, teſte Caſtaldo ex conjectura & ex nominis alluſione.

GELA, urbs Siciliæ inſulæ Straboni, & Ptolemæo, olim Epiſcopalis in ejus ora meridionali, quæ poſt Syracuſas à Rhodiis ædificata traditur, nunc *Alicata* urbs, ut credunt Fazellus, & Aretius, ſed ut pluribus probat Philippus Cluverius libro 1. Siciliæ antiquæ, eſt *Terranova* Terranova, urbecula ſatis culta Siciliæ in valle Netina, vix 500. paſſibus ab ora littorali maris Africi, Ducatus titulo inſignita gentis Cordubæ, cum arce & portu utcumque capaci ad oſtia fluvii Gelæ, 35. milliatibus diſtans ab Agrigento in ortum Syracuſas verſus 50. Populi Gelenſes Ciceroni, Gelani Plinio, urbis hujus meminit Virgilius libro 3. Æneidos.

GELBIS, fluvius parvus Trevirorum in Gallia Belgica, cujus meminit Auſonius, nunc *Kyll* dictus, teſte Marliano cum aliis, oritur in confinio Ducatus Limburgenſis, deinde per ditionem Trevirenſem fluens in Meridiem Gerolſtenium & Kilburgum oppidula rigat, & in Moſellam ſe exonerat una leuca infra Treviros.

GELBOE, mons Palæſtinæ, alias in Tribu Iſſachar, poſtea in Galilæa, & in Samariæ confinio, extenditur per 30. milliaria inter montem Thabor & à Jezrael ad occaſum, & Geneſaram lacum ad ortum, ſterilitatem adhuc ſervans & nomen, ut quidam tradunt, eſtque in plures montes diviſus.

GELDRIA, urbs Belgii in provincia cognomine. Vide Gueldria.

GELDUBA, oppidum Mœſiæ, in confinio Thraciæ, cujus fit mentio in Martyrologio Uſuardi.

GELDUBA, oppidum Ubiorum in Germania inferiori Plinio, & ex itinerario Antonini, nunc *Geldub*, & contracte *Gelb*, vicus ditionis Colonienſis in Germania, & in Rheni ripa, 9. mill. paſſ. infra Noveſium in Septentrionem, & 2. ſupra *Ordingben* oppidum in Meridiem, teſte Cluverio.

GELISA, *Geliſe* vulgo, fluvius Aquitaniæ, Eluſatium urbem alluens, & in Loſſam cadens, teſte Scaligero ex vita S. Paterculi.

GELLA, oppidum Vaccæorum in Hiſpania Tarraconenſi, in quibuſdam exemplaribus Ptolemæi, qui Tela in aliis, nunc *Santoyo* in Regno Legionenſi, quaſi Fanum S. Eutichii, teſte Gregorio *de Argaiz*, & in tractu Camporum.

GELLINHEMUM, antea *Gellinheim*, nunc *Gellheim*, vicus agri Wormatienſis intra fines Palatinatus Rheni, ad radices Tauni montis, clade Adolphi Naſſovii Imperatoris anno 1298. & ejus morte nobilis, prope Monaſterium *Roſendal*, teſte Marquardo Frehero, uno milliari Germanico diſtat à Wormatia in occaſum.

GELLUS, fluvius parvus Apuliæ Floro, Vergellus Valerio Maximo, ſuper quem Hannibal pontem ex cadaveribus interfectorum fecit, prope Cannas.

GELNHUSA, *Gelnhauſen*, urbs eſt parva Germaniæ in Veteravia provincia, à Friderico 3. Imperatore die 15. Februarii anno 1454. inter civitates Imperii collocata, eſtque etiamnum ſui juris, ſub protectione Electoris Palatini & Comitis Hanoviæ, dicitur etiam Gelhuſium à quibuſdam, eſtque ad fluvium Kinzium *Kintz*, intra fines ditionis Moguntinæ, 7. milliaribus Germanicis diſtans a Francofurto in ortum, & de ea notandum eſt, quod urbs ad Circulum Rheni ſuperioris refertur, & caſtrum ad circulum Rheni inferioris ſpectat, & gubernatur per modum Ganerbinatus, ut vocant.

GELON, & Clæon, fontes duo vicini, ad montes Celænarum Plinio in Phrygia magna.

GELONI, populi Mœſiæ inferioris in Scythia provincia, inter Thraces & Getas incolentes, ad oſtia Iſtri fluvii, a Gelono Herculis filio dicti, quos Mela proximos Agathirſis facit de quibus multa apud Plinium & Solinum leguntur, Gelanes dicuntur ab Horatio libro 2. Solebant ſe pingere, ut in prælio terribiliores apparerent, ſanguinemque equinum potabant. Horum meminit Lucanus libro 3.

GELONIUM, ſtagnum Siciliæ, ad Gelam urbem, odore ſuo tetro accedentes expellens, teſte Solino.

GEMBLACUM, oppidum Belgii Sigeberto, quod Geminiacum dicitur in itinerario Antonini, vulgo *Gemblours* incolis, *Giblou* Gallis, oppidum Belgii Hiſpani, cum cœnobio in Brabantiæ Ducatu, ad radices collis ad amnem *Orne*, in limite Comitatus Namurcenſis, 3. leucis à Namurco in occaſum Nivigellam verſus 5. & 7. à Lovanio in Meridiem, eſtque in Tetrarchia Lovanienſi, & ad illud acriter dimicatum fuit anno 1578. inter Hiſpanos & Belgas unitos, qui ad illud magna clade affecti fuere.

GEMELLA AUGUSTA, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ Plinio, cujus populi Gemellenſes dicti. Vide Tucci.

GEMETICUM, ſive etiam Gemeticenſe cœnobium, *Jumeges*, Abbatia celebris Galliæ in Normannia provincia, ad Sequanam fluvium, & in Rothumagenſi tractu, 5. leucis infra Rothomagum in occaſum, & 2. à Calidobecco in Meridiem, cum pago adjacente.

GEMINIACUM, oppidum Galliæ Belgicæ ex itinerario Antonini, nunc *Gemblours*, dicitur aliter à recentioribus Gemblacum. Vide ibi.

GEMMACUM, *Jamez*, oppidulum Galliæ in Barrenſi Ducatu, inter Moſam fluvium & Ducatum Luxemburgenſem, cujus fit mentio in actis mediæ ætatis, dicitur Jameſium à recentioribus. Vide ibi.

GEMMINUS LACUS, *Germinago*, pagus agri Mediolanenſis, in Italia, ad Verbanum lacum, à Mediolano 38. à Lucano & Vareſio oppidis 8. milliatibus diſtans, teſte Ferratio.

GEMUNDA, ſeu Gaudia mundi, *Gemund*, oppidulum Germaniæ, in Franconia, ad Mœnum fluvium, ubi recipit Salam, in ditione Epiſcopi Herbipolitani. Diſtat 4. milliatibus Germanicis ab Herbipoli in Septentrionem Fuldam verſus, & 5. à Schuvinfurto.

GEMUNDA, *Gemunmem*, oppidulum Germaniæ in Palatinatu Rheni, & in tractu Hunnorum dorſo dicto, ad Simmeram fluviolum, 4. milliatibus à Bingio in occaſum Treviros verſus, in Comitatu Sponheimenſi inferiori, ſub dominio Electoris Palatini.

GEMUNDA, *Gemund*, oppidulum Germaniæ, in Auſtria ſuperiori, ad lacum *Draun Zée*, dictum etiam ab eo *GemunderZée*, in confinio ditionis Salilburgenſis,

verſus montes, & fluvium *Draun*.

GEMUNDA, ſeu Gamunda, *Gemund*, ſeu *Schwabiſchen Gemund*, urbecula Germaniæ, Imperialis & libera, in Suevia, & in valle Raemſia juxta fluvium *Reins*, quaſi gaudia mundi dicta, muro cincta fuit anno 1110. & ſedet in confinio Ducatus Wirtembergenſis, 7. milliaribus Germanicis diſtans à Stugardia in ortum Nerolingam verſus. & Imperialis facta fuit à Friderico Ænobarbo Imperatore anno 1170.

GENABUM, oppidum Galliæ Celticæ Cæſari, Genabus Lucano, in finibus Aurelianenſium, quod quidam ex nominis alluſione interpretantur *Gien*, urbem cum ponte ad Ligerim fluvium, 15. leucis ab Aureliis in ortum, 18. à Biturico, 34. à Pariſiis, & 20. ab Agendico. Aliis autem omnibus eſt *Orleans*, Aureliæ, urbs ampla & dives, ad Ligerim fluvium, 34. leucis a Lutetia Pariſiorum in Meridiem, Aurelianenſis Ducatus & provinciæ caput, Epiſcopalis ſub Archiepiſco Pariſienſi cum Academia. Vide Aureliæ.

GENAVIUM, ſive & melius Canadium, & Cenadium, *Chanad* Hungaris, *Gingiſch* Germanis, teſte Lazio, urbs Hungariæ Trans-Danubianæ, Comitatus cognominis caput, uti & Maryſſenæ tractus, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Colocenſi, ad Maryſium fluvium, qui paulo infra cadit in Tibiſcum, ſubeſtque domigio Turcarum à multis annis, 3. milliaribus Germanicis diſtans à confinio Tranſſylvaniæ in occaſum Segedinum verſus 2. Vide Canadium.

GENAUNI, populi Vindeliciæ, in limite Rhætiæ Horatio, quorum fluvius *Glon* cum tractu adjacente, teſte Aventino, verſus Oenum fluvium, & Comitatum Tirolis, horum meminit Horatius libro 4. carminum, & male Naunes à Plinio dicti fuere.

GENEHOA REGNUM, *le Royaume de Geneboa*, Regnum Africæ, in Nigritia, in ora Oceani Atlantici, verſus oſtia fluvii Senegæ & promontorium Arſinarium; terminatur à Septentrione Regno Gualata, & ad ortum Regno Tombuti. Ejus primaria urbs Genehoa etiam dicitur; eſtque juxta fluvium Senegam, longè ab ora Oceani, teſte Joanne Leone.

GENEPUM, & Genapum *Genep*, oppidum Germaniæ, cum caſtro ferè adjacenti & munito, in Ducatu Clivenſi, ad Moſam fluvium, ubi recipit Nierſam. Antea captum fuit ab Hiſpanis, ſed poſtea receptum à Belgis unitis anno 1641. expugnatum iterum fuit à Gallis anno 1672. Belgis ejectis, & biennio poſt nempe anno 1674. reſtitutum ab iis Electori Brandeburgico cui nunc ſubeſt, 2. milliaribus Germanicis diſtans à Clivia in occaſum hybernum, & 6. à Veſalia in occaſum æſtivum.

GENESARETH, lacus Palæſtinæ Hebræis, Geneſara Plinio, alias inter Tribum Zabulon ad occaſum, & dimidiam Tribum Manaſſem ad ortum, poſtea in Galileæ finibus, qui & mare Tiberiadis dicitur, & mare Galileæ, in quem Jordanis fluvius ingreditur ad Capharnaum, & ad Scythopolim egreditur, ſic dictus à Geneſara oppido, nuncque *la mer de Galilée & de Tiberiade* vocatur, longus 18. mille paſſibus a Septentrione in Meridiem, & latus ſeptem ab ortu in occaſum, illum circumſtant in ripa occidentali Capharnaum, Tiberias, & Bethſaida, in altera ad ortum Coroſaim, & Geraſa.

GENESARETH, ſive Cenereth etiam Hebræis, Geneſara aliis, oppidum Palæſtinæ in Tribu Zabulon, poſtea Tiberias etiam dictum in Galilæa, juxta lacum ab eo Geneſaram dictum, urbs Epiſcopalis facta à Chriſtianis, nunc vicus parvus *Tabarie* dictus, ſub dominio Turcarum, 15. mill. paſſ. a Scythopoli diſtans in Septentrionem, teſte Adrichomio.

GENESBORUVIA, *Gainſboroagh* incolis, qui *Gainſbarau* pronunciant, oppidulum Angliæ in Lincolnia provincia, ad Trentam fluvium, in ipſo limite Nottinghamiæ Comitatus, & 12. mill. paſſ. à Lincolnia in occaſum æſtivum, teſte Speedo.

GENASTANUM, *Genazzano*, caſtrum Italiæ in ditione Eccleſiæ, & in Campania Romana, ad Anienem fluvium, & verſus montes in Diœceſi Præneſtina.

GENEVA, urbs Allobrogum in Gallia Narbonenſi Cæſari, nunc *Geneve* incolis, & Gallis, *Genff* Germanis, *Genevra* Hiſpanis & Italis, urbs eſt ſatis ampla & permunita, intra limites Sabaudiæ, ad Lemanum lacum, ubi ex eo effluit Rhodanus fluvius, qui in ea inſulam parvam efficit, & trajicitur duobus pontibus ligneis, & ei adjacet ex altera parte Rhodani in Geſia tractu ſuburbium amplum, vulgo *S. Gervais*, quod potius eſt pars urbis, ipſa ſedet in tumulo, eſtque Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Viennenſi, & ab Henrico primo Imperatore facta fuit Imperialis, antea ſuberat dominio proprii Epiſcopi, ſub clientela Ducis Sabaudiæ ab anno 1401. quo Odo *de Villars* ipſi vendidit Comitatum Genevæ, teſte Guichenone; nunc libera, & ſui juris eſt, ab anno 1535. quo Calvini hæreſim ſuſcepit, ejus vero Epiſcopus Anneſſio commoratur, pagis Bernenſi & Tigurino confœderata eſt, & ab Imperio exempta ab anno 1535. Academiam habens à Carolo IV. Imperatore erectam anno 1365. 15. leucis diſtat à Camberiaco in Septentrionem, uti 7. ab Anneſſio, à Lugduno autem 14. in ortum æſtivum Bernam verſus totidem, & ab ea Lacus Lemanus dicitur Genevenſis, & hinc Genevenſes dicti, *les Genevois*, vulgo Gallis, *i Geneurini* Italis.

GENEVENSIS LACUS, *le Lac de Geneve*, inter Helvetiam & Sabaudiam. Vide Lemanus lacus.

GENEVENSIS TRACTUS, *le Genevois* pars ampla Sabaudiæ, Ducatus titulo inſignita, inter Foſſiniacum tractum ad ortum, Sabaudiam propriam ad Meridiem, & Rhodanum fluvium, quo ab occaſu & Septentrione ſeparatur à Beugeſia provincia & Geſſia tractu, ubi alias Allobrogum pars, & ejus præcipua urbs eſt Anneſſium.

GENGENBACHIUM, *Gengenbach*, urbecula Germaniæ, Imperialis & libera, in Suevia provincia late ſumpta, & in Mortnavia tractu, ad Cynthium amnem *Kintzig*, condita fuit anno 714. à Pyrminio Præſule Trebocum, teſte Limneo, eſtque in clientela Auſtriacorum, uno milliari Germanico diſtans ab Offemburgo in Meridiem Sueviam propriam verſus paulo plus, & tribus ab Argentorato in ortum.

GENNUS, ſic dicitur ex veteri inſcriptione Baiona, urbs Galliæ maritima in Aquitania, quæ omnibus aliis eſt Lapurdum, & Baiona. Vide ibi.

GENTIANUM, *Genzano*, caſtrum Campaniæ Romanæ in ditione Pontificia, juxta lacum Nemorenſem, quod à quibuſdam Cynthianum dictum fuit, ſub dominio utili Ducis Cæſarini, & 18. milliaribus ab urbe Roma in ortum Tarracinam verſus.

GENTILLIACUM, *Gentilly*, vicus Galliæ, uno milliari diſtans à Pariſiis: ubi Concilium celebratum, anno 767. ſub Paulo primo Pontifice Maximo.

GENUA, urbs Hiſpaniæ Bæticæ Plinio, quæ ab aliis dicitur Urſo. Vide ibi.

GENUA, urbs Liguriæ in Gallia Ciſalpina Straboni, Plinio & aliis, perantiqua, à Magone Carthaginenſi exciſa anno 549. urbis conditæ, poſtea à Romanis reſtaurata, Janua recentioribus, nunc *Genoua* vulgo incolis, qui perſæpe *Zena* pronunciant, *Genes* Gallis, *Genova* Hiſpanis, urbs eſt Italiæ clariſſima, emporium celebre, & Archiepiſcopalis ab Innocentio II. Pontifice Maximo effecta anno 1132. urbs incenſa fuit anno Chriſti 955 à Saracenis, omnibus civibus aut jugulatis aut abductis, ſed reducti fuere ope Ducis Veneti, & urbs magnificentius reparata, caput eſt totius Liguriæ, & Reipublicæ Genuenſis ab ea

dictæ [illegible] aliquando paruit Ducibus Mediolanenſibus, uti [illegible] ibus Franciæ, poſtea in libertatem reſtituta initio [illegible] elapſi, illam nunc tuetur; urbs eſt perampla in modum Theatri leniter in collem aſſurgens, [illegible] portu capaci, at parum tuto, creſcit in dies, à [illegible] annis probe munita fuit, ſed circuitus eſt am[illegible]is, [illegible] jus cives ditiſſimi cenſentur, & multa poſſi[illegible] in Regno Neapolitano & in Hiſpania, ejus viæ antiquæ anguſtæ ſunt & tenebroſæ in meditullio urbis, ſed recentes ſont latæ admodum & pulcherrimæ, præſertim via nova dicta, in qua plurima palatia; ut pluries vidi, unde non mirum eſt ſi nomen Genuæ ſuperbæ adepta vulgo eſt, cum ſit ædificiis præclara & amœniſſima præſertim circa littus, incoliſque frequentiſſima, portum ejus claudit moles 600. paſſuum, è cujus regione excurrit promontorium, cui impoſita alia moles recens 500. paſſuum, & Pharus operis elegantis, vulgo *la Lanterna*, ubi alias caſtrum permunitum, nunc diſjectum, 270. milliaribus diſtat ab urbe Roma in occaſum æſtivum Taurinum verſus 75. à Florentia 135. in occaſum, 220. a Venetiis in occaſum hybernum, & 80. à Mediolano in Meridiem. Populi Genuenſes vulgo *i Genoeſi* Italis, *les Genois* Gallis, & *los Genoveſes* Hiſpanis, qui Genuates etiam dicti, ex veteri inſcriptione ænea, hæc urbs patria fuit Innocentii IV. Adriani V. & Innocentii VIII. Summorum Pontificum.

Genuensis Ditio, ſive Genuenſis Reipublicæ dominium, *il Genoveſato*, ſeu *lo ſtato della Republica di Genova* incolis & Italis, *le Genoveſat*, aut *l'Eſtat de la Republique de Genes* Gallis, provincia eſt Italiæ, ubi olim major pars Liguriæ, extenſa verſus oram maris Mediterranei, a quo terminatur ad Meridiem, uti ab Oriente Magno Ducatu Hetruriæ, & Ducatu Maſſæ, à Septentrione Ducatibus Parmenſi, Mediolanenſi, & Montisferrati, atque Pedemontio, ab Occidente vero Comitatu Niceenſi, Principatu Monœci, & Alpibus Maritimis, ejus longitudo ab ortu in occaſum eſt 140 milliarium circiter: latitudo vero parva eſt admodum inter oram & Montem Apenninum, & valde anguſta plurimis in locis, præſertim verſus Savonam & confinia Montis F[illegible]ti [illegible] ubi magis lata eſt, uti prope Brunetum & verſus G[illegible] extenditur ad 25. milliaria atque trans Apenninum, ſubeſtque dominio Reipublicæ Genuenſis, unde nomen ei inditum fuit. Di[illegible] autem in duas partes intermediante Genua [illegible] Metropoli; nempe in oram orientalem [illegible], *la Riviera di Genova di Levante* quæ [illegible] ad 6[illegible]. milliaria a Genua uſque ad c[illegible] fini[illegible] Ducatus Maſſæ in Hetruria: & in or[illegible] d[illegible] talem Genuenſem, *la Riviere di Genova di Ponente* quæ protenditur à Genua uſque ad Portum Herculis Monœci, & Comitatum Niceenſem; ſed inter [illegible] ipſam [illegible] ſunt Principatus Oneliæ ſub dominio Duci[illegible]; & Marchionatus Finarii prope Naulum ſub dominio Regis Hiſpaniæ, cum aliquot locis [illegible] que u[illegible] aque ora Genuenſis verſus littus [illegible] fe[illegible] & culta, accedente incolarum induſtria, [illegible] pro majori parte montuoſa ſit & ſaxis aſpera, & cum [illegible] villis magnific[illegible], præſertim verſus Ge[illegible] fer[illegible] una urbs dici queat, ſed ea loca quæ magis [illegible] emota ſunt & in montanis [illegible] ſitus inculta ja[illegible] autem ditionis caput eſt Genua; & no[illegible] quo in utraque ora, ultra urb[illegible] infra dictas [illegible] ot loca & oppida ſatis conſpicua, nempe in ora [illegible] den[illegible] Vada Sabbatia arx munita, Portus Ma[illegible] & Fanum S. Romuli, uti Gavium verſus D[illegible] enſem; & in ora orientali ſunt Rap[illegible] Sextrum Orientale, & Claverinum, cum [illegible] cibus S. [illegible] æ & portus Delphini, & ſub ipſa cenſentur [illegible] s Lunenſis agri in Hetruria, ubi Serena. S[illegible] etiam dominio Reipublicæ Genuenſis Corſica inſula, *la Corſica*, & Capraria, *la Capraia*, inſula maris Tyrrheni, de quibus vide ſuis in locis, & olim Genuenſes ſui juris fecerant Theodoſiam urbem Tauricæ Cherſoneſus, uo Peram Thraciæ urbem, & inſulas Chium, & Leſbum cum aliis in mari Ægeo, ſed ea omnia eis ablata fuere a Turcis, quibus etiamnum ſubſunt.

Genuensis Reipublicæ urbes.

Albingaunum, *Albenga.*
Albintemelium, *Vintimiglia.*
Brunetum, *Brugneto.*
Genua, *Genova.*
Naulum, *Noli.*
Savona, *Savona.*
Serezana, *Sar[illegible]ana.*

Genunii, populi in Britannia prima, quorum meminit Pauſanias, horum tractus dictus fuit Genaonia, eratque forſan Ordovicum pars, ubi poſtea Ginnethia, nunc *Nortwales*, ſeu Vallia Borealis, provincia Angliæ ex adverſo Hiberniæ.

Genusium, *Genoſa*, oppidulum Regni Neapolitani in provincia Hydruntina, ad Canaprum amnem, in confinio Baſilicatæ, vix 10. milliaribus ab ora ſinus Hydruntini.

Genusus, fluvius Macedoniæ in Taulantiis Cæſari, qui Genuſius Livio, nunc *la Vaiuſſa* interpretantur nonnulli, *Arzenza* vero Brietius, & in mare Adriaticum ſe exonerat inter Appolloniam & Dyrrachium, ejus etiam meminit Lucanus libro 5.

Geographia, Græca eſt dictio, quæ ex duobus conſtat vocibus, nempe ex *Gea* quæ Græcis terram ſignificat, & ex *Grapho* quæ ſcribo ſive deſcribo ſonat, itaque nomen hoc Geographiæ nihil aliud ſignificat quam terræ deſcriptionem, eſt itaque Geographia illa ars quæ deſcribit mundum, vel majorem portionem eorum quæ in eo ſunt veluti Provincias, Urbes, Oppida Maria, Lacus, & alias partes principales ipſius mundi, ſed de ea, & de omnibus ad eam ſpectantibus pluribus egimus in tractatu particulari de ipſa initio hujus operis, & poſt præfationem.

Geophanum, *Giffoni*, oppidulum Regni Neapolitani in provincia Principatus Citerioris, 5. milliaribus à Salerno diſſitum in ortum Acernum verſus, patria fuit Lucæ G[illegible]urici Epiſcopi Civitatenſis, & Aſtrologi percelebris.

Georgi, populi Aſiæ in Iberia Plinio, & Melæ, verſus mare Nigrum nunc etiam Georgi dicti, *Ghiargi* Turcis, *les Georgiens* Gallis, *li Giorgiani* Italis, à quibus Iberia, Colchis, & pars ſeptentrionalis Armeniæ majoris nunc Georgia nominatur, ſuntque fere omnes Chriſtiani. Vide Georgia.

Georgia, *Gurgiſtan* indigenis, *Ghiurgiſtan* Turcis, *la Georgie* Gallis, *la Giorgia* Italis, regio Aſiæ, inter Mare Caſpium ad ortum & Pontum Euxinum ad occaſum extenſa, ubi olim Colchis & Iberia, ſicque terminatur ab Occidente Mari Nigro, à Septentrione Circaſſia, Comania, & ditione magni Ducis Moſcoviæ, ab Oriente Tartaris Dageſtani, & à Meridie Servania provincia Perſiæ, Armenia majori, & Aſia minori ex parte. Alias multo amplior & Reges habuit proprios quorum ſedes regia erat Cotaris urbs, ſed lapſu temporis multum imminuta fuit tum à Turcis verſus Armeniam, & *Erzerum* urbem, tum etiam à Perſis, & ipſa regio, quæ antea plures complectebatur provincias Regi Georgiæ ſubditas, poſtea in tot Principatos diviſa fuit à ſæculo & ultra; quorum pars occidentalis ſub Turcarum clientela eſt, & pars ejus orientalis Perſarum vectigalis eſt, propriis tamen parens Principibus, ejus partes ſunt Mengrelia, Guria, & Imeretia ad occa-

ſunt ubi olim Colchis, Abaſcia ad Septentrionem, Carduelia, & Gaguetia ad ortum, ubi olim Iberia, & Samſea ad Meridiem verſus Armeniam, urbes vero præcipuæ regionis ſunt Cotatis & Tephlis. Hinc Georgi populi.

GEORGIÆ PROVINCIÆ SIVE PRINCIPATUS.

Abaſcia, *Abbaſſa.*
Carduelia, *Carduel* & *Cartuel.*
Gaguetia, *Gagheti.*
Guria, *Guriel.*
Imeretia, *Imereti*, ſeu *Baſſaſiouck.*
Mengrelia, *Odiſci.*
Samſea, *Samſchè.*

GEORGIÆ URBES.

Copuletum, *Chupuleti.*
Cotatis, *Cotatis* [illegible]
Goridis, *Ghori* [illegible]
Grimma, *Grimmi.*
Ozurietum, *Ozurgheti.*
Sebaſtopolis, *Savatopoli.*
Tephlis, *Teflis*, regionis caput, ſub Perſis.

GEORGIOPOLIS, urbs Palæſtinæ, quæ aliter Lidda dicitur. Vide ibi.

GEPHYRA, oppidum Syriæ Ptolemæo, Antiochiæ magnæ finitimum, ab ea in ortum recedens, nunc *Sermin*, teſte Nigro.

GEPIDÆ, qui & Gepides, & Gepidi, populi Europæ, inter Getas & Dacos adnumerati: quorum regio Gepidia, in Dacia, a Jordane vocatur.

GERÆA, oppidum Luſitaniæ Ptolemæo, quod nonnulli *Caceres*, oppidum amplum Extremaduræ, inter Emeritam & Caoriam urbes 9. leucis diſſitum, indigitant.

GERÆSTUS, oppidum Euboeæ inſulæ in mari Ægeo, Straboni, & Ptolemæo, quod Gereſtum Plinio, Geraſtus Demoſtheni, prope Geræſtum promontorium, in ora meridionali inſulæ ubi incipit orientalis, nunc *Gereſto* dicta, teſte Bitetio cum aliis, 25. milliaribus diſtat à Caryſto in Meridiem, uti 25. à Caphareo promontorio, 16. vero mill. paſſ. ab Andro inſula recedit in Occidentem.

GERANIA, mons & promontorium Megaridis regionis Achaiæ Plinio, inter Megaram & Corinthum, locus olim Athenienſium, valde munitus adverſus Corinthios, teſte Thucydide.

GERARDI MONS, *Geerts-berg* incolis, *Grandmont* Gallis, oppidum Belgii, in colle, in Flandriæ Comitatu, ad fluvium Teneram, 3. leucis diſtans ab Aldenarda, & 5. à Teneramunda. Pluries captum fuit à Gallis hiſce ultimis temporibus, & immunitum ſubeſt Hiſpanis.

GERASA, urbs Palæſtinæ Ptolemæo, quæ Geraſis Joſepho, & Galaſa Plinio, ad ulteriorem ripam Geneſaræ lacus, Epiſcopalis olim ſub Archiepiſcopo Boſtrenſi, & Gadaræ vicina, nunc excìſa jacens, hinc populi Geraſeni dicti.

GERAVIA, *das Gerawer* incolis, *le Geraw* Gallis, tractus Germaniæ in circulo Rheni ſuperioris, qui eſt ſuperior Comitatus Cattimelibocenſis verſus, confluentes Mœni fluvii in Rhenum, inter Comitatum Erpachium ad ortum, ditionem Moguntinam ad Septentrionem, & Meridiem, & Palatinatum Rheni ad occaſum, ſubeſt dominio propriis Principis è domo Haſſiaca, & ejus loca præcipua ſunt Geravia, unde tractus hic dictus, & Darmſtadium, a quo regiuncula ſæpe dicitur *le Lantgraviat de Darmſtat* ab exteris.

GERAVIA, *Geraw*, villa Palatinatus Rheni in Germania, prope Tri[illegible] à qua tota [illegible] la adjacens, quæ pars [illegible] Comitatus [illegible] melibocenſis, hodie *das Gerawe* nomen habet [illegible] ſub dominio Lantgravii Haſſo Darmſtadienſis [illegible] Marquardo Frehero, vix 2. milliaribus G[illegible] ſtat à Rheno fluvio, & ab Oppenheimo in ortum [illegible] nem Nigrum, ut etiam pluries vidi.

GERBOREDUM, *Gerberoy*, oppidum [illegible], in provincia Inſulæ Franciæ & in agro Bellovacenſi [illegible] leucis a Bellovaco in occaſum æſtivum, in co[illegible] cardiæ.

GERCIUS, *le Gers*, fluvius Galliæ in Aquitania, Auſcios rigans, dicitur ab aliis & melius Æ[illegible]. Vide ibi.

GERENIA, oppidum Apuliæ Dauniæ, ad Frentonem fluvium, quod a Livio Gerio dicitur [illegible] Polybio Geronium, & in Tabulis itinerariis G[illegible]. Vide Gerio.

GERENIA, oppidum Laconiæ in [illegible] Ptolemæo, quod Gerania Plinio, & Enope Homero, nunc *Paſſava* dictum, teſte Nigro, & *Sidarif*, [illegible] do, verſus ſinum Meſſeniacum, & Cardyl[illegible] pr[illegible] mum.

GERESTENIA, *Gereſtein*, caſtrum Germaniæ in Eiffalia tractu, ad Kilam fluvium, 6. milliaribus Germanicis à Treviris in Septentrionem diſtans, & in confinio ditionis Trevirenſis, ſub dominio Comitis a Manderſchido.

GERGOBIA, & Gergovia, oppidum Arvernorum in Gallia Straboni, & Bojorum Cæſari, nunc ex[illegible] jacet in monte *Gergoie* etiam dicto, ubi ejus viſuntur rudera, una leuca a Claromonte urbe Arverniæ primaria, quæ crevit ex ejus ruinis, & una leuca etiam ab Elavere fluvio, teſte Savarone cum aliis.

GERGOBIA, altera quæ & Gergobina, urbs Galliæ in Boiis Cæſari, nunc creditur *Moulins*, urbs Galliæ Borbonenſis provinciæ caput, ad Elaverem fluvium, teſtibus Paradino & Belleforeſtio, ſed alii cum Ortelio credunt pravam eſſe ſcripturam, & nullam aliam fuiſſe Gergobiam quam quæ ſupra excìſa in Arvernis prope Claromontem, quod [illegible]

GERGOLIUM, [illegible], oppidum Galliæ aliàs munitum, ad Ligerim [illegible], cum ponte lapideo in Aurelianenſi provincia, 4. leucis ſupra Aurelias in ortum Floriacum v[illegible]

GERI, populi Aſiaticæ, in Aſia Ptolemæo, ſic à Gero, vel Gerrho fluvio dicti.

GERINÆ, oppidum Æolidis mediterraneum in Aſia minori, ex Itinerario Antonini, inter Pergamum & Thyatiram.

GERIO, oppidum Apuliæ Dauniæ in I[illegible]a, quod in Itinerario Antonini eſt Geronium, & Polybio [illegible]nium, ad Frentonem fluvium, in ipſo limite [illegible] nunc teſte Cluverio, eſt *Tragonara*, oppidum Regni Neapolitani in Capitanata provincia, inter [illegible]num Luceriam, ſed Celſos Citradinus credit [illegible] funditus, quod rectius.

GERMA, urbs Galatiæ in Aſia min[illegible]æo, & Antonino, Archiepiſcopalis, in Bithyniæ [illegible] giæ confinio, ad Sagarium fluvium ſita pr[illegible] tem, nunc oppidum *Germaſte* dictum, [illegible] Leuncla vio.

GERMA, urbs Myſiæ minoris, [illegible], cujus Epiſcopus Timotheus interfuit [illegible] Calcedonenſi, teſte Luca Holſtenio.

GERMANI, populi Europæ noſſimi qui Germaniam regionem incolunt, qui & aliquando Teutones dicti fuere, hodie vulgo *die Teutschen* ſibi [illegible] uam *Teiſchen* pronuntient, *les Allemands* Gallis, *gl* [illegible] Italis, ſive etiam *gl' Allemanni* aliquando, *Alemanes* Hiſpanis, *Niemiecz* Polonis, *Niemcy* Slavis, & *Nemet* Hungaris dicti.

GE[illegible]IA

Germania, Regio perampla Europæ, quæ & Germania magna Cæſari, Tacito, Plinio, Ptolemæo, & aliis, Germania Trans-Rhenana dicta fuit etiam aliquando, à quibuſdam maxime extenditur, cum ſub ipſa comprehenderint etiam Scandinaviam ſive regiones Septentrionales, & Sarmaticæ Europææ partem, uti pluribus annuere videtur Cluverius, ſed revera multo reſtrictior fuit antiquis temporibus Germania: cujus termini erant ab Oriente Sarmatia, à qua ſeparabatur Viſtula fluvio: ab Occidente Gallia, à qua diviſa erat Rheno fluvio à fontibus ad oſtia: à Meridie Vindelicia & Noricum, à quibus diſtincta erat Danubio fluvio: & à Septentrione Oceano Germanico, & mari Suevico definita erat, teſte Ptolemæo, & hi termini ſatis concordant cum ſententia Taciti, quanquam aliter ſentiat Cluverius in gratiam ſuæ gentis tantum.

Germania, olim diviſa fuit in Iſtævones, Hermiones, & Vindilos, teſte Plinio, ſub quibus comprehendebantur omnes alii populi Germaniæ; Iſtævonum partes erant Angrivarii, Bructeri, Chamavi, Chaſſuarii, Dulgibini, Friſii, Marſi, Mattiaci, Seduſii, Tencteri, & Uſipetea: Hermionum partes fuere Alemanni, Armalauſi, Butii, Chatti, Cheruſci, Gothini, Hermanduri, Lugii ſive Lygii, Marcomanni, Matſingi, Oſii, & Quadi: ſub Vindilis autem erant Angli, Burgundiones, Carini, Cauchi, Caviones, Cymbri, Deuringi, Eudoſes, Gytones, Heruli, Huitones, Langobardi, Rugii, Saxones, Semnones, Sidini, Teutones, Vardones, & Varini: & de his pluribus Philippus Cluverius in ſua Germania antiqua, uti de urbibus ejus antiquis, quæ admodum raræ fuerunt, & de quorum ſitu, uti & de limitibus populorum, magna ineſt contentio inter doctiores, cum de his pauca admodum eaque fere incerta adducere poſſint.

Germania, nunc vulgo *Teutſchlandt* dicta indigenis, quanquam uti *Teitſchlandt* pronuncient, *l'Allemagne* Gallis, *l'Alemaña* Hiſpanis, *la Germania* Italis, ſive etiam *l'Allemagna* aliquando, *Germany* Anglis, *Duyſtland* Belgis, *Niemieczka* Polonis, *Nemes* Hungaris, & *Elemags* Græcis, pars eſt ampla Europæ & Regio percelebris, quæ nunc valde diverſos habet limites ab antiqua. Terminatur enim à Septentrione mari Baltico ſive Orientali & Jutia provincia Daniæ: ab Oriente Hungariæ Regno, uti Poloniæ Regno & Pruſſia, quæ pro parte ſunt cis Viſtulam fluvium: a Meridie ſeparatur ab Italia Alpibus, & Rheno fluvio ab Helvetia: ab Occidente vero Franciæ Regno, & Belgii provinciis: ſicque ditiones Clivenſis, Colonienſis, Juliacenſis, Leodienſis, Trevirenſis, & major pars Palatinatus Rheni, quæ antiquitus erant in Gallia, hodie ſub Germania cenſentur: uti Sueviæ major pars, Ducatus Bavariæ, Comitatus Tirolis, ditio ſeu Archiepiſcopatus Salisburgenſis, Auſtriæ pars meridionalis, & Ducatus Stiriæ, Carinthiæ, & Carniolæ, ſub quibus olim complectebantur Noricum, Vindelicia, & Pannonia ſuperior; ſed viciſſim Friſia, Groningæ dominium, Gueldriæ major pars, & Tranſiſalania, quæ antea erant Germaniæ partes, nunc ſunt in Belgio: Poloniæ Regni pars cis Viſtulam olim etiam erat Germaniæ pars: & Bohemia, quanquam ſit intra Germaniæ limites fere inſerta, Regnum tamen facit ab ea ſeparatum.

Germania, nunc dividitur in quamplurimas partea, de quibus infra, ejus longitudo à confinio Lotharingiæ & Vogeſi ad occaſum, uſque ad limites Hungariæ ad ortum, eſt 150. milliarium Germanicorum, ſive 200. leucarum Francicarum, Latitudo autem ab ora maris Baltici ad Septentrionem uſque ad Alpes in confinio Iſtriæ ad Meridiem, eſt 145. milliarium Germanicorum ſeu 220. leucarum Francicarum. Dicitur etiam Imperium Germanicum, quod in ea reſidet Imperator ab aliquot ſæculis, ex quo defecit ſtirps Caroli Magni, & quia ab ejus Principibus Electoribus eligitur. Primum autem diviſa fuit Germania à Maximiliano I. Imperatore in ſex circulos Auguſtæ anno 1500. nempe in circulos Franconicum, Bavaricum, Suevicum, Rhenanum, Weſtphalicum, & Saxonicum, & poſtea anno 1512. Germaniam iterum diviſit in novem circulos in publicis Comitiis: ſuntque eo ordine ut infra, cum primum eſſet tantum unus circulus Rhenanus, nempe ſuperior, & unus Saxonicus, nempe inferior, nec Auſtria in circulum redacta eſſet, & hæc diviſio maxime ſervatur, cum agitur de Comitiis, & de rebus ad Imperium Germanicum ſpectantibus.

Germaniæ Circuli.

Circulus Franconicus, *das Franckiſche Creiſſ* incolis, *le Cercle de Franconie* Gallis; cujus partes ſunt Epiſcopatus Herbipolitanus, Bambergenſis, & Aichſtatenſis, ditio Magiſtri ordinis Teutonici, Burgraviatus Nurembergenſis, ſive Marchionatus Culmbachienſis, & Anſpachienſis, Comitatus Hennebergenſis, Hohenloicus, Erpacenſis, & Vertheimenſis, urbeſque Norimberga, Rotenburgum ad Tubarum, Winshemium, & Schuvinfurtum, cum reliqua Franconia, & ejus directores ſunt Epiſcopus Bambergenſis & Marchio Culmbachienſis.

Circulus Bavaricus, *das Bayeriſche Creiſſ* incolis, *le Cercle de Baviere* Gallis, cujus partes ſunt Archiepiſcopatus Salisburgenſis, Epiſcopatus Ratisbonenſis, Paſſavienſis, & Friſingenſis, Ducatus Bavariæ, Palatinatus ſuperior, Landgraviatus Leuchtembergicus, & Ratisbona; hujus vero circuli directores ſunt Dux Elector Bavariæ, & Archiepiſcopus Salisburgenſis.

Circulus Austriacus, *das Oeſterreich Creiſſ* indigenis, *le Cercle d'Autriche* Gallis, cujus partes ſunt Archiducatus Auſtriæ, Ducatus Stiriæ, Carintiæ, & Carniolæ, Comitatuſque Tirolis, cum annexis, & ejus director eſt Archidux Auſtriæ.

Circulus Suavicus, *das Schwabiſche Creiſſ* incolis, *le Cercle de Souabe* Gallis, cujus partes ſunt Epiſcopatus Conſtantienſis, & Auguſtanus, Abbatia Campodunenſis, & multæ Abbatiæ in Suevia, Ducatus Wurtenbergenſis, Marchionatus Badenſis, & Burgoviæ, ditio Auſtriaca in Suevia Principatus Hohenzollerenſis, & Furſtembergicus, Comitatus Oetingenſis, Helfenſteinus, Monfortenſis, & alii: Civitateſque liberæ Sueviæ, nempe Auguſta Vindelicorum, Ulma, Memminga, Reutlinga, Eſlinga, Heilbrunna, Bibracum, Lindavia, Ravenſpurgum, Conſtantia, Halla Suevorum, Rotevila, Norlinga, Kaufbyra, Cella, Offemburgum, Campidunum, Iſna, Uberlinga, Dunkelſpila, Vangena, Boffinga, Vila, Vinfena, Leutkircha, & Cella, cum aliquot aliis, & demum libera nobilitas Sueviæ Imperio immediate ſubjecta, Directores vero Circuli ſunt Epiſcopus Conſtantienſis & Dux Wurtenbergenſis.

Circulus Rhenanus Superior, *das Ober Rheiniſche Creiſſ* incolis, *le Cercle du haut Rhin* Gallis, cujus partes ſunt Epiſcopatus Baſileenſis, Argentoratenſis, Spirenſis, & Wormatienſis, Abbatia Fuldenſis, Principatus Hirſchfeldenſis, Comitatus Sponheimenſis, Ducatus Bipontinus, Landgraviatus Alſatiæ, & Haſſiæ, Comitatus Cattimeliboci, Dietzenſis, Zigenhaimenſis, Niddanus, Waldecenſis, Naſſovienſis, Solmenſis, & alii in Veteravia, & Veſtervaldia, Comitatus etiam Saræpontanus, Salmenſis, Falckenſteinenſis, Leiningenſis, & Hanavienſis, urbeſque Argentoratum, Francofurtum ad Moenum, Spira, Wormatia, Wetzlaria, & Fridberga Veteraviæ: directoreſque hujus circuli ſunt Epiſcopus Wormatienſis & Comes Sponheimenſis, qui nunc Elector Palatinus.

Circulus Rhenanus Inferior, qui & Electoralis Rhenanus, *das Unter Rheiniſche Creiſſ*, ſive *Chur Rheiniſche Creiſſ* incolis, *le Cercle du bas Rhin*, *ou le Cercle des quatre Electeurs* Gallis, ſic dicitur quod eum conſtituunt provinciæ & ditiones Electorum Moguntini, Trevirenſis, Colonienſis, & Palatini, & circuli director eſt Elector Moguntinus.

Circulus Westphalicus, *das Weſtphaliſche Creiſſ* incolis, *le Cercle de Weſtphalie* Gallis, cujus partes ſunt Epiſcopatus Paderbornenſis, Monaſterienſis, Oſnabrugenſis, & Leodienſis, Principatus Mindenſis, Abbatia Corbeienſis, Ducatus Juliacenſis, Clivenſis, Montenſis, & Weſtphaliæ, Comitatus Marchiæ, Luppienſis, Bentheimenſis, Diepholtanus, Hoienſis, Schaumburgenſis, Oldenburgenſis, & Ravenſbergenſis, cum Principatu Friſiæ Orientalis, atque urbes Colonia Agrippina, Aquiſgranum, Tremonia, & Herwordia, Directores vero circuli ſunt Epiſcopus Monaſterienſis & Dux Juliacenſis.

Circulus Saxonicus Superior, *das Ober Sachſiſche Creiſſ* incolis, *le Cercle de la haute Saxe* Gallis, cujus partes ſunt Epiſcopatus Miſnenſis, Merſeburgenſis, Naumburgenſis, Brandeburgenſis, & Havelbergenſis, Abbatia Quedelimburgenſis, Ducatus & Electoratus Saxoniæ, Miſnia, Thuringia, Marchia Brandeburgica, Pomerania, Anhaltinus Principatus, Comitatus Mansfeldienſis, Schwartzenburgicus, Stolbergenſis, & Bareyenſis, circuli vero director eſt Dux Elector Saxoniæ.

Circulus Saxonicus Inferior, *das Nieder Sachſiſche Creiſſ* incolis, *le Cercle de la baſſe Saxe* Gallis, cujus partes ſunt Archiepiſcopatus Magdeburgenſis, Ducatus Bremenſis, Epiſcopatus Hildesheimenſis, & Lubecenſis, Ducatus Brunſvicenſis, Luneburgenſis, Megalopolitanus, Hollatiæ, & Lauvemburgenſis, Principatus Ferdenſis, Halberſtadienſis, Suverinenſis, & Ratzeinburgenſis, & urbes Hamburgum, & Lubeca, circuli vero directores ſunt Dux Bremenſis, Archiepiſcopus Magdeburgenſis, & Dux Brunſvicenſis, alternis tamen vicibus.

Germaniæ Circulis, adjunxit Maximilianus I. Imperator decimum circulum, extra Germaniam ſitum, nempe Burgundicum, *le Cercle de Bourgogne*, ſub quo cenſentur Comitatus Burgundiæ *Ober Burgund* Germanis, & provinciæ Belgii, ſed hic circulus vix dici poteſt talis, cum raro habeat votum, atque etiam deputatos in Diætis Imperii, & illius membra ſint exempta ab omni jurisdictione Imperii, & ejus provinciæ ſint liberæ ab omnibus Imperii oneribus, & Imperatoris ſuperioritate, & extra Imperium, ita ut plane ſint exemptæ, ſolaque gaudeant Imperii protectione, teſte Chifletio cum aliis, & ut conſtat ex tranſactione inita Auguſtæ Vindelicorum anno 1548. inter Imperium & Carolum V. Imperatorem, ſicque tantum inſtitutus fuit à Maximiliano ut ditiones ſuas Belgii ſervaret auxilio Germanorum, & de eo vide pluribus in voce Burgundicus Circulus.

Germaniæ Principes.

Imperator, ſub quo nunc Regnum Bohemiæ complectens Bohemiam, cum annexis Sileſia, & Moravia. Eidem etiam ſubſunt Auſtria, cum Stiria, Carinthia, Carniola, Comitatu Tirolis, Briſigavia ex parte, Burgovia, & annexis in Suevia.

Archiepiſcopus Elector Moguntinus, ſub quo ditio Moguntina, Erfordia, & tractus Eisfeldia.

Archiepiſcopus Elector Trevirenſis, ſub quo ditio Trevirenſis, & Abbatia Prumenſis ei unita.

Archiepiſcopus Elector Colonienſis, ſub quo ditio Colonienſis, & Ducatus Weſtphaliæ.

Dux Elector Bavariæ, ſub quo Bavariæ Ducatus, cum Palatinatu ſuperiori, Landgraviatu Leuchtembergico, & Comitatibus Cambenſi, & Mindelhenio.

Dux Elector Saxoniæ, ſub quo Ducatus ſeu Electoratus Saxoniæ, cum Luſatia ſuperiori, Miſnia, Epiſcopatu Miſnenſi, & Comitatibus Mansfeldienſi, & Barbienſi, & quatuor præfecturis Magdeburgenſis Ducatus.

Dux Elector Brandeburgicus, ſub quo Marchia tota Brandeburgica, Ducatus Pomeraniæ ulterioris, Magdeburgenſis, Clivenſis, & Croſſenſis, Principatus Halberſtadienſis, Mindenſis, Comitatuſque Marchiæ & Ravenſbergenſis, uti Ducatus Pruſſiæ extra Germaniam.

Princeps Elector Palatinus, ſub quo Palatinatus inferior ſive Rheni, & major pars Comitatus Sponheimenſis inferioris.

Archiepiſcopus Salisburgenſis, ſub quo ditio Saliſburgenſis, in Bavariæ circulo.

Epiſcopus Monaſterienſis, ſub quo ditio Monaſterienſis, in Weſtphalia.

Epiſcopus Leodienſis, ſub quo ditio Leodienſis.

Epiſcopus Herbipolitanus, qui & Franconiæ Dux, ſub quo ditio Herbipolitana, in Franconia.

Epiſcopus Bambergenſis, ſub quo ditio Bambergenſis, in Franconia, & partim etiam in Carinthia.

Epiſcopus Paderbornenſis, ſub quo ditio Paderbornenſis, in Weſtphalia.

Epiſcopus Oſnabrucenſis, ſub quo ditio Oſnabrucenſis, in Weſtphalia.

Epiſcopus Aichſtatenſis, ſub quo ditio Aichſtatenſis in Franconia.

Epiſcopus Argentoratenſis, ſub quo ditio Epiſcopatus Argentoratenſis in Alſatia ſuperiori & inferiori, & in Ortnavia.

Epiſcopus Auguſtanus, ſub quo ditio Auguſtana in Suevia.

Epiſcopus Baſileenſis, ſub quo ditio Baſileenſis Epiſcopatus in Circulo Rheni ſuperioris.

Epiſcopus Conſtantienſis, ſub quo ditio Conſtantienſis in Suevia.

Epiſcopus Hildesheimenſis, ſub quo ditio Hildesheimenſis in Saxonia inferiori.

Epiſcopus Paſſavienſis, ſub quo ditio Paſſavienſis in Circulo Bavariæ, parva admodum.

Epiſcopus Spirenſis, ſub quo ditio Spirenſis in Circulo Rheni ſuperioris, intra Palatinatum inferiorem, & præpoſitura Veiſſemburgenſis in Alſatia.

Epiſcopus Wormatienſis, ſub quo ditio Wormatienſis ad Rhenum, parva admodum, in Palatinatu inferiori inſerta.

Epiſcopus Lubecenſis, ſub quo tractus Oitinenſis in Holſatia, eſtque hodie ſemper ex Ducibus Holſatiæ.

Abbas Foldenſis, ſub quo Buchovia tractus in Circulo Rheni ſuperioris.

Abbas Campidonenſis, ſub quo tractus Campidonenſis in Suevia.

Abbas Corbeienſis, ſub quo tractus Corbeienſis, & Huxara ad Viſurgim in Weſtphalia.

Abbas Murbacenſis, ſub quo ditio Abbatiæ Murbacenſis in Alſatia ſuperiori.

Præpoſitus Elephanciacus, ſub quo Præpoſitura Elephanciaca in Suevia.

Dux Brunsvicensis, et Luneburgensis, Cellensis, ſub quo Ducatus Luneburgenſis & Comitatus Danebergenſis, Diepholtenſis, & Hoyæ.

Dux Brunsvicensis et Luneburgensis Hanoveranus ſub quo Ducatus Calembergicus, Gottingenſis, & & Grubenhagenſis.

Dux Brunsvicensis et Luneburgensis a Guelpherbito, ſub quo tractus Guelpherbitanus, & Brunſvicum cum ejus agro.

Dux Megalopolitanus Suerinensis, ſub quo media pars Ducatus Megalopolitani, & tractus Suerinenſis & Ratzeburgenſis, in Saxonia inferiori.

Dux Megalopolitanus Gustraviensis, ſub quo media pars Ducatus Megalopolitani, & tractus Guſtravienſis.

Dux Holsatiæ et Slesvici a Gottorpio, ſub quo media pars Ducatus Holſatiæ, & media pars etiam Ducatus Sleſvicenſis quam obtinet ſupremo jure, ſed extra Germaniam.

Duces Holsatiæ alii in Sunderburgo, in Norderburgo, in Gluesburgo, in Arenſbeca, & in Plona cum eorum agris parvis admodum in Holſatia.

Dux Vurtembergensis, ſub quo Ducatus Wuttembergenſis, in Suevia.

Dux Neoburgensis, è domo Palatina, ſub quo Ducatus Neoburgenſis in Bavaria, & Juliacenſis, & Montenſis, & Dominium Ravenſteni, in Weſtphaliæ circulo.

Lantgravius Hasso Cassellanus, ſub quo maxima pars Haſſiæ inferioris, major pars Haſſiæ ſuperioris, Smalcaldia, & Principatus Herofeldenſis.

Dux Bipontinus, è domo Palatina, ſub quo Ducatus Bipontinus.

Dux Saxoniæ Hallensis, ſub quo pars ampla Thuringiæ, uti Halla etiam ad tempus tantum.

Dux Saxoniæ Mersoburgensis, ſub quo tractus Epiſcopatus Merſoburgenſis in Thuringia, & Luſatia inferior.

Dux Saxoniæ Naumburgensis, ſub quo ditio Epiſcopatus Naumburgenſis, maxima pars Voigtiæ, & Hennebergenſis Comitatus.

Duces Saxoniæ Veimarienses tres, ſub quibus agri Veimarienſis, Eyſenacenſis & Jenenſis, cum parte Hennebergenſis Comitatus.

Dux Saxoniæ Gothanus, ſub quo agri Gothanus, Coburgenſis, & Altenburgenſis ſive Oſitia.

Dux Saxoniæ Lavemburgensis, ſub quo Ducatus Lavemburgenſis, uti pars Hadeliæ tractus in Saxonia inferiori.

Marchio Onoldinus, è domo Brandeburgica, ſub quo Marchionatus Onoldinus, ſive pars inferior Burgraviatus Norimbergenſis.

Marchio Culembachius, è domo Brandeburgica, ſub quo Marchionatus Culembachius, ſive ſuperior Burgraviatus Norimbergenſis.

Princeps Frisiæ Orientalis, ſub quo Friſia Orientalis in Weſtphaliæ circulo.

Principes Anhaltini Quinque, nempe Deſſavienſis, Bernaburgenſis, Serveſtanus, Kothenſis, & Plotskanus, ſub quibus ſunt partes cognomines Principatus Anhaltini in Saxoniæ ſuperioris circulo, ſed Principi Serveſtano ſubeſt etiam tractus Jeverenſis verſus Friſiam Orientalem.

Lantgravius Hasso Darmstadiensis, ſub quo Geravia & pars minor Haſſiæ ſuperioris.

Marchio Badensis, ſub quo ſuperior Marchionatus Badenſis, & pars Comitatus Sponhemenſis.

Marchio Durlacensis, ſub quo inferior Marchionatus Badenſis, & pars Briſigaviæ.

Lantgravius Hasso Rhenofeldensis, ſub quo inferior Comitatus Cattimeliboci ad Rhenum pro majori parte, & agri Eſchuegenſis & Rotenburgenſis in Haſſia inferiori.

Princeps Montis-Bellicardi, è domo Wurtembergenſi, ſub quo ditio Montis Bellicardi, inter Sundgoviam & Comitatum Burgundiæ.

Princeps Parvæ Petræ, è domo Palatina, ſub quo Principatus Parvæ Petræ ſive Lutzelſtenius in Alſatia, & Comitatus Veldenſis ad Moſellam.

Princeps Bircofeldæ, è domo Palatina, ſub quo Principatus Bircofeldæ, in limite Palatinatus inferioris & in circulo Rheni ſuperioris.

Princeps Nassovius Dillembergensis, ſub quo Principatus Dillembergenſis in Weſtervaldia.

Princeps Nassovius Hadamarius, ſub quo Principatus Hadamarius in Weſtervaldia.

Princeps Salmensis, ſub quo Principatus Salmenſis in Circulo Rheni ſuperioris.

Princeps Zolleranus, ſub quo Principatus Zolleranus in Sueviæ circulo.

Princeps Furstembergius, ſub quo Principatus Furſtembergicus cum annexis in Sueviæ circulo.

Princeps Arembergius, ſub quo Principatus Arembergius in Eiffalia tractu, in circulo Rheni inferioris.

In Germania, ſunt etiam alii Principes de quibus ſuis locis dicitur, & de his ſicut de ſupradictis ſint ſine præjudicio ordinum & locorum quæ eis competunt, & hi omnes Principes Germaniæ tum Eccleſiaſtici, tum Sæculares, exceptis Electoribus, dividuntur in duo Scamna, Eccleſiaſticum & Sæculare in Comitiis ſive diætis Imperii. Sunt etiam in Germania quam plurimi Comites Imperii, qui ab Imperio tantum pendent, de quibus ſuis in locis dicetur, & hi dividuntur in quatuor claſſes, nempe Weteravicam, Suevicam, Franconicam, & Weſtphalicam, & totidem habent Scamna in diætis Imperii. Sunt etiam in Germania nobiles immediati Imperii, qui diſtinguntur in tres claſſes Franconicam, Suevicam, & Rhenanam, & hi omnes Electores, Principes, Comites, Abbates, & nobiles immediati, cum urbibus liberis conficiunt Imperium Germanicum.

In Germania, poſſidet Francorum Rex Alſatiam ſuperiorem & inferiorem, & Suntgoviam provincias, atque etiam Briſacum & Friburgum urbes in Briſigavia, quæ ei conceſſæ fuere pace Weſtphalica anno 1648. atque etiam pace Noviomagenſi anno 1679. ſed non amplius ſub Imperio cenſentur, cum iiſdem tractatibus ea omnia expuncta fuerint ab Imperii matricula, ex communi Ordinum ſententia. Rex Sueciæ habet etiam in Germania Pomeraniam citeriorem, Ducatus Bremenſem, & Verdenſem, Rugiam inſulam, & Viſmariam orbem. Rex vero Daniæ poſſidet in Germania mediam partem Holſatiæ Ducatus, Comitatuſque Oldenburgenſem & Delmenhorſtenſem à paucis annis, ſed ea poſſidet tanquam Imperii feuda, uti & Rex Sueciæ jure pacis Weſtphalicæ.

Quibus omnibus additur à quibuſdam Regnum Bohemiæ, complectens Bohemiam, Moraviam, & Sileſiam, quod ita ſit intra Germaniam inſertum ut ab exteris aliquando ſub ipſa ſæpe cenſeatur, reluctantibus tamen incolis, & ipſis etiam Germanis.

Germaniæ Provinciæ et Partes.

Advocatorum tractus, *Voigtland.*
Aichſtenſis ditio, *Biſthumb Aichſtet.*
Algovia, *Algow.*
Alſatia, *Elſaſſ*, ſub dominio Francorum.

Anhaltinus Principatus, *Furſtenthumb Anhalt.*
Auſtria, *Oeſterreich.*
Bambergenſis Epiſcopatus, *Biſthumb Bamberg.*
Bavaria, *Bayern.*
Bremenſis Ducatus, *Hertzogthumb Bremen.*
Briſigavia, *Brisgaw.*
Brunſvicenſis Ducatus, *Hertzogthumb Braunschweig.*
Buchovia tractus, *Buchaw.*
Burgovia, *Burgaw.*
Carinthia, *Carnten.*
Carniola, *Krain.*
Caſſubia, *Caſſuben.*
Cliviæ Ducatus, *Hertzogtumb Cleef.*
Colonienſis Electoratus, *Churfurſtenthumb Coln.*
Chreichgovia tractus, *Chreichgaw.*
Eichsfeldia, *Eichsfeldt.*
Eiffalia tractus, *Eiffel.*
Elſgovia, *Elsgaw.*
Ferdenſis Principatus, *Furſtenthumb Ferden.*
Franconia, *Francken.*
Friſia Orientalis, *Ooſt Frieſen.*
Geravia, *Gerawer.*
Halberſtadienſis Principatus, *Furſtenthumb Halberſtad.*
Haſſia inferior, *Nider Heſſen.*
Haſſia ſuperior, *Ober Heſſen.*
Hennebergenſis Comitatus, *Graffschaft Henneberg.*
Hoyenſis Comitatus, *Graffschaft Hoya.*
Holſatia, *Holſtein.*
Hunnorum tractus, *Hundsruck.*
Juliacenſis Ducatus, *Hertzogthumb Gulick.*
Lavemburgicus Ducatus, *Hertzogthumb Lauwemburg.*
Leodienſis Epiſcopatus, *Biſthumb Luick,*
Luneburgenſis Ducatus, *Hertzogthumb Lunenburg.*
Luſatia, *Lauſſnitz.*
Magdeburgenſis Ducatus, *Hertzogthumb Meydburg.*
Marchiæ Comitatus, *Graffchaft Marck.*
Marchia media Brandeburgica, *Mittel Marck.*
Marchia nova Brandeburgica, *New Marck.*
Marchia vetus Brandeburgica, *Alte Marck.*
Marchia Uckerana, *Ucker Marck.*
Megalopolitanus Ducatus, *Hertzogthumb Mecklenburg.*
Mindenſis Principatus, *Furſtenthumb Minden.*
Miſnia, *Meißen.*
Moguntinus Electoratus, *Churfurſtenthumb Mayntz.*
Monaſterienſis Epiſcopatus, *Biſthumb Munſter.*
Montenſis Ducatus, *Hertzogthumb Berg.*
Nortgovia ſive Palatinatus Bavariæ, *Nortgow* & *Ober Pfaltz.*
Oldenburgenſis Comitatus, *Graffchaft Oldenburg.*
Ortnavia, *Ortnaw.*
Oſitia, *Oſterland.*
Oſnabrugenſis Epiſcopatus, *Biſthumb Oſnabruck.*
Paderbornenſis Epiſcopatus, *Biſthumb Paderborn.*
Palatinatus Rheni, ſive inferior, *Nider Pfaltz.*
Pomerania Citerior, *Vor Pommern.*
Pomerania Ulterior, *Hinder Pommern.*
Ravenſbergenſis Comitatus, *Graffchaft Ravenſberg.*
Rugia inſula, *Rugen.*
Salisburgenſis Archiepiſcopatus, *Erbiſthumb Saltzburg* ſive *Saltzburgerland.*
Saxoniæ Ducatus, *Churfurſtenthumb Sachſen.*
Sauria, *Saurland.*
Stellomonianus tractus, *Sternbergische.*
Stiria, *Steyer.*
Suevia, *Schwaben.*
Sundgovia, *Sundgau*, ſub dominio Francorum.
Thuringia, *Thuringen.*
Tirolis Comitatus, *Graffchaft Tirol.*
Trevirenſis Electoratus, *Churfurſtenthumb Trier.*
Vaſgovia, *Waſgow.*
Weſtphalia, *Weſtphalen.*
Weſtervaldia, *Weſterwald.*
Wetteravia, *Wetteraw.*

GERMANIÆ URBES PRÆCIPUÆ.

Amberga, *Amberg*, in Palatinatu Bavariæ.
Argentoratum, *Straſburg*, in Alſatia.
Auguſta Vindelicorum, *Augſburg*, in Suevia.
Bamberga, *Bamberg*, in Franconia.
Berolinum, *Berlin*, in media Marchia Brandeburgica.
Brandeburgum, *Brandeburg*, in media Marchia Brandeburgica.
Brema, *Bremen*, in Bremenſi Ducatu.
Briſacum, *Briſach*, in Briſigavia, ſub Gallis.
Brixinum, *Brixen*, in Comitatu Tirolis.
Brunſvicum, *Braunſchweig*, in Ducatu Brunſvicenſi.
Budiſſina, *Bautzen*, in Luſatia.
Caminum, *Camin*, in Pomerania.
Caſſela, *Caſſel*, in Haſſia inferiori.
Colmaria, *Colmar*, in Alſatia, ſub Gallis.
Colonia Agrippina, *Coln*, in Electoratu Colonienſi.
Confluentes, *Coblentz*, in Trevirenſi Electoratu.
Conſtantia, *Conſtantz*, in Suevia.
Draburgum, *Draburg*, in Carinthia.
Dreſda, *Dreſden*, in Miſnia.
Embda, *Embden*, in Friſia Orientali.
Erfordia, *Erfurt*, in Thuringia.
Francofurtum, *Franckfurt*, in Veteravia.
Francofurtum ad Oderam, *Franckfurt am Oder*, in media Marchia Brandeburgica.
Friburgum, *Freiburg*, in Briſigavia, ſub Gallis.
Friſinga, *Freiſingen*, in Bavaria.
Gorlitium, *Gorlitz*, in Luſatia.
Græcium, *Gratz*, in Stiria.
Guelpherbytum, *Wolfembuttel*, in Brunſvicenſi Ducatu.
Haguenoa, *Haguenaw*, in Alſatia, ſub Gallis.
Halberſtadium, *Halberſtad*, in Halberſtadienſi Principatu.
Halla, *Hall*, in Miſnia.
Hamburgum, *Hamburg*, in Holſatia.
Hanovera, *Hanower*, in Brunſvicenſi Ducatu.
Havelberga, *Havelberg*, in media Marchia Brandeburgica.
Heidelberga, *Heidelberg*, in Palatinatu Rheni.
Herbipolis, *Wurtzburg*, in Franconia.
Hildeshemium, *Hildesheim*, in Epiſcopatu Hildeshemenſi.
Ingolſtadium, *Ingolſtad*, in Bavaria.
Juliacum, *Gulick*, in Ducatu Juliacenſi.
Labacum, *Laubach*, in Carniola.
Lentia, *Lintz*, in Auſtria.
Leodium, *Luick*, in ditione Leodienſi.
Lipſia, *Leipſick*, in Miſnia.
Lubeca, *Lubeck*, in Holſatia.
Luneburgum, *Lunenburg*, in Ducatu Luneburgenſi.
Luppia, *Lipſtadt*, in Weſtphalia.
Magdeburgum, *Meydburg*, in Ducatu Magdeburgenſi.
Marpurgum, *Marpurg*, in Haſſia ſuperiori.
Merſoburgum, *Mersburg*, in Miſnia.
Minda, *Minden*, in Principatu Mindenſi.
Miſna, *Meiſſen*, in Miſnia.
Moguntia, *Mayntz*, in Electoratu Moguntino.
Monachium, *Munchen*, in Bavaria.
Monaſterium, *Munſter*, in Weſtphalia.
Mulhuſia, *Mulhauſen*, in Thuringia.
Naumburgum, *Naumburg*, in Miſnia.
Norimberga, *Nurnberg*, in Franconia.
Nova civitas, *Newſtadt*, in Auſtria.
Oenipons, *Inſpruck*, in Tirolis Comitatu.

Oſnabrucum, *Oſnabruck*, in Weſtphalia.
Patavia, *Paſſaw*, in Bavaria.
Petovium; *Petaw*, in Stiria.
Ratisbona, *Regenſpurg*, in Bavaria.
Roſtochium, *Roſtoch*, in Ducatu Megalopolitano.
Salisburgum, *Saltzburg*, in Aſchiepiſcopatu Salisburgenſi.
Sceleſtadium, *Schleſtadt*, in Alſatia, ſub Gallis.
Spira, *Speyr*, in Palatinatu inferiori.
Stetinum, *Stetin*, in Pomerania.
Ssraubinga, *Straubinghen*, in Bavaria.
Stugardia, *Stutgart*, in Ducatu Wirtembergenſi.
Sundis, *Straelſundt*, in Pomerania.
Suſasum, *Soeſt*, in Marchiæ Comitatu.
Tridentum, *Triem*, in Comitatu Tirolis.
Treviri, *Trier*, in Trevirenſi ditione.
Tubinga, *Tubingen*, in Ducatu Wirtembergenſi.
Veſalia inferior, *Weſel*, in Clivenſi Ducatu.
Vienna, *Wien*, in Auſtria.
Viſmaria, *Wiſmar*, in Ducatu Megalopolitano.
Vitemberga, *Witemberg*, in Ducatu Saxooiæ.
Vitopolis, *S. Weit*, in Carinthia.
Ulma, *Ulm*, in Suevia.
Wormacia, *Worms*, in Palatinatu Rheni.

Germaniæ Urbes Hanzeaticæ. Vide Hanzeaticæ urbes.

Germaniæ Urbes Liberæ, ſive Imperiales. Vide infra Imperiales urbes.

Germania, aliquaodo dividitur ex cauſa majoris facilitaris in ſuperiorem & inferiorem.

Germania Inferior, *das Unter Teutschlandt* indigenis, *la baſſe Allemagne* Gallis, dicitur ea pars Germaniæ quæ magis verſus Septentrionem extenditur, & ſub ipſa hæ provinciæ ſeu partes cenſentur, nempe Archiepiſcopatus Moguntinus, & Trevirenſis, Ducatus Bipontinus, Montenſis, Juliacenſis, & Clivenſis, Epiſcopatus Leodienſis, Archiepiſcopatus Colonieoſis, Weſtphalia, Friſia Orientalis, Ducatus Bremenſis, Haſſia, Veteravia, Buchonia, Thuringia, Voigtia, Miſnia, Luſatia, Marchia Brandeburgica, Ducatus Saxoniæ, Archiepiſcopatus Magdeburgenſis, Principatus Anhaltinus, Comitatus Mansfeldienſis, Ducatus Brunſvicenſis & Luneburgenſis, Epiſcopatus Halberſtatenſis, & Hildeſianus Ducatus Lavenburgenſis, Holſatia, Ducatus Megalopolitanus, & Pomerania.

Germansa Superior, *das Ober Teutschlandt* indigenis, *la haute Allemagne* Gallis, dicitur ea pars Germaniæ quæ magis ad Meridiem extenditur, & ſub ea cenſentur hæ provinciæ ſeu partes, Tirolis Comitatus, Carinthia, Carnia, Stiria, Auſtria, Palatinatus ſuperior cum Nordgoia, Bavaria cum Archiepiſcopatu Salisburgenſi Franconia, Suevia cum Ducatu Vurtembergenſi, Alſatia cum Sundgovia, & Briſigovia, Maschionatus Badenſis, & Palatinatus Rheni.

Germania Inferior, dicitur aliquando ab exteris, ſed abuſive Belgium, *le pais bas*, cum nec ſit in Germania nec unquam fuerit intra limites Germaniæ, exceptis partibus Gueldriæ, Brabantiæ & Hollandiæ quæ olim comprehendebansur ſub Germania inferiori, quæ sunc pars erat Galliæ Belgicæ, oiſi quis dicat ideo forſan nominari quod Gueldriæ Ducatus & dominia Ultrajectenſe & Trans-Iſalanæ ſub Germania cenſebantur aliquando, ante tempora Caroli V. Imperasoris, ſed ex his totum Belgium non poteſt dici Germania inferior, cum etiam tunc temporis Duces Gueldriæ vix ab Imperio penderent, uti & Epiſcopi Ulsrajectini, qui nec ſub Germania comprehendebantur. Vide Belgium.

Germansa Inferior, pars fuis ampla Galliæ Belgicæ, teſte Ptolemæo, verſus Rhenum & Moſellam fluvios uſque ad Oceanum porrecta, in qua Eburones, Menapii, Batavi, & Ubii populi fuere, ubi hodie ditiones Colonienſis, & Leodienſis, Ducatus Clivenſis, Juliacenſis, & Gueldriæ pars, Brabantiæ pars Borealis, & pars Hollandiæ cis Rhenum fluvium, teſte Cluverio.

Germansa Cis-Rhenana, dicta fuit olim ea pars Germaniæ quæ Cis-Rhenum extenſa, pars erat Galliæ Belgicæ, nempe Germaoia ſuperios & Germania inferior, teſte Cluverio.

Germania Gallica, dicta fuit olim eadem quæ Cis. Rhenana, quod pars eſſes Galliæ Belgicæ, nempe ſuperior, & inferior Germania, Cluverio, & aliis.

Germansa Soperior, pars ſuit Galliæ Belgicæ Ptolemæo, verſus Rhenom fluvium, & ad Galliam Lugdunenſem uſque exteoſa, cujus populi fuere Triboci, Nemetes, & Vangiones, ubi nunc Alſatia late ſumpta, & Palatinatus Rheni ſive inferior in Germania, teſte Cluverio, & Voſago monse à reliqua Gallia ſeparata eras.

Germania Trans Rnenana, dicitur aliquando Germania regio Europæ perampla, quod Trans Rhenum extenſa ſit, teſte etiam Cluverio.

Garmania Prima, qoæ & Germania ſuperior, pars fuis Galliæ Belgicæ verſus Rhenum fluvium. Vide Germania ſuperior.

Germania Secunda, quæ & Germania inferior, pars fuit Galliæ Belgicæ verſus Rheni inferiorem partem extenſa. Vide Germania inferior.

Germaniæ Regnum, dicitur Germania in actis mediæ ætatis, eo quod Regem haberet proprium, & ejus etiamnum titulo utitur Imperator Occidentis, qui ſe Germaniæ Regem vocat.

Germania Francica, *l'Allemagne Françoiſe*, ſic dicitur aliquando pars Germaniæ Cis Rhenum, quæ Francorum Regi conceſſa fuis pace Weſtphalica anno 1648. nempe Alſatia ſuperior & inferior, & Suntgovia provinciæ, uti Briſacum, atque etiam Friburgum in Briſigavia, & trans Rhenum, pace ad Noviomagum ſancita.

Germania, urbs Mœſiæ inferioris circa Thraciam, alias metropolis, & patria Beliſarii, teſte Nicolao Alemanno, & ut videre eſt in ſanctionibus Pontificum Orientalium.

Germanicia, urbs Syriæ, in Euphrateſia regione Antonino, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Hierapolitano & Patriarcha Antiocheno, ad Amanum monsem, ab Edeſſa 80. mill. paſſ. in occaſum per Zeugma, & Dolicham, à qua 27. abeſt. Quæ nunc *Mercex*, teſte Leonardo Sidonita, appellatur.

Germanicopolis, urbs Ciliciæ in Aſia minori, teſte Ammiano, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Seleucienſi.

Germanicum Impersum, *l'Empire d'Allemagne*, Regio ampla Europæ, Germaniam proprie dictam complectens, ſieque dicisur qood in ea commoratur Imperator Occidentis, & ab eo pendeas fiduciario jure pro majori parte, ſed notandum quod Germania Francica noo amplius pendet ab Imperio, quanquam ſit pars Germaniæ, cum pace Weſtphalica anno 1648. Francorum Regi conceſſa fueris ab Imperio. Vide Germaoia.

Germanicum Mare, Plinio, ſive Oceanus Germanicus Psolemæo, Mare quod Germaniam alluit ad occaſum æſtivum verſus oras Friſiæ Orientalis, Comitatus Oldemburgici, Ducatus Bremenſis, & Holſatiæ, nunc à Germanis *Teutsche meer* vocasur, Belgis *het Noortzée*, Danis *Weſt-zée*, Gallis *la mer d'Allemagne* & nautis ſæpius ejus pars meridionalis *la manche du Nord*, Anglis *the Germayn ſea* & nautis, *The Sleeve* ſæpe, pars eſt Oceani Septensrionalis, extenditurque à Freto Gallico per oras Belgii, Germaniæ, & Daniæ ad promonsoriom meridionale Norvergiæ *Lindeſne* dictum, propa fauces ſinus Codani, atque hinc ſpargitur in oras Angli-

cam & Scoticam, ſicque eſt inter Belgium, Germaniam, Daniam, Scotiam & Angliam, & ejus etiam pars eſt ſinus dictus mare Auſtrinum, *Zuyderzée* vulgo, inter provincias Belgii uniti extenſum.

GERMANICUS, locus Vindeliciæ ex itinerario Antonini, nunc *Foburg* vicus Germaniæ in Bavaria, ad confluentes Ilmü fluvioli in Danubium, teſte Cluverio.

GERMANOPOLIS, urbs Paphlagoniæ Ptolemæo, quam eamdem cum Germanicopoli faciunt, commemoratui à Juſtiniano Imperatore primo loco inter ſex civitates Paphlagoniæ, tanquam Metropolis, cujus loco Herocles & Conſtantinus Porphirogenneta ipſam Gangram ponunt.

GERMANO SARMATIA, dicitur à quibuſdam pars occidentalis Sarmatiæ Europææ inter Boryſthenem & Viſtulam fluvios extenſa, ubi nunc Poloniæ Regnum pro maxima parte. Vide Sarmatia Europæa.

GERMESHEIMUM, *Germersheim*, urbs parva Germaniæ in Palatinatu inferiori, ad Rhenum fluvium, alias fuit urbs Imperialis & libera, ſed conceſſa fuit à Carolo IV. Imperatore Ruperto Electori Palatino, & ab eo tempore ſubeſt dominio Electoris Palatini, cum ejus præfectura ſatis extenſa, uno milliari Germanico a Philippoburgo in Auſtrum, uti fere 2. à Spira Haguenoam verſus, ſed ſemidiruta fuit ultimo bello Germanico, nunc in dies reſtauratur, & in ea obiit Rodolphus primus Imperator 18. Calendis Auguſti anno 1290.

GERMIA, urbs Thraciæ, Hadrianopoli finitima, Laonico Calcondylo, nunc *Kermen* dicta, teſte Leunclavio, & hac tempeſtate clara.

GERMIANIA, *le Germian* vulgo, provincia parva Aſiæ minoris, quæ parti Cariæ veteris uti parti Lydiæ Mæomæque reſpondet, quatenus ad mediterranea Phrygiamque majorem hæ tendunt, teſte Leunclavio.

GERNE, lacus Apuliæ Dauniæ Plinio, nunc teſte Mazzella, eſt lacus Varani, *il Lago di Varano*, in Regno Neapolitano & provincia Capitanata, circuitus 16. milliarium circiter, verſus montem Garganum ad Septentrionem, & oram littoralem maris Adriatici in quod ſe exonerat, prope Hurium oppidum & Iſchitellam.

GERON, fluvius parvus Peloponneſi, ad Pylum oppidum fluens, teſte Strabone.

GERRA, urbs Aſiæ, in Arabia Fœlici Ptolemæo, & in ora ſinus Perſici, *El Catif* nunc. Hinc ſinus urbi adjacens aliquando etiam ſinus Geraicus dictus fuit.

GERRHUM, & Gerrim, urbs Ægypti maritima Straboni, & Plinio, verſus Palæſtinæ confinia, inter Caſſium & Peluſium propinquas urbes, quæ & Adipſon dicta fuit, nunc *Maſeli* vicus, teſte Moletio.

GERRHUS, fluvius Albaniæ Ptolemæo, Gerus Valerio Flacco, in Caſpium mare influens, ubi Geri populi ultra Albanam urbem in Septentrionem & Cæſii fluvii oſtia.

GERRUS, fluvius Sarmatiæ Europææ, in ſinum Carcinitem influens. De quo Herodotus libro 4. Septimus eſt ab Iſtro, nuncque *Sem* interpretatur Feuceras.

GERTIGOS, oppidum Hiſpaniæ in Luſitania ſub Gothis, nunc teſte Morali cum Beuthero, eſt *Vamba*, caſtrum Regni Portugalliæ in Beira provincia, verſus confinia Extremaduræ Legionis.

GERTRUDENBERGA, ſeu S. Gertrudis mons, *Gertruydenberg & Guytrenberg* incolis, *le mont Sainte Gertrude* Gallis, urbs Belgii parva ſed munita, in Hollandia Meridionali & prope Mervam, in confinio Brabantiæ, 2. leucis à Breda in Septentrionem diſtans, & vix 3. à Dordraco in ortum hybernum, ſub dominio provinciarum unitarum Belgii.

GERVA, urbs Armeniæ majoris Ptolemæo, quæ in codicibus Latinis Terva nominatur, Zotzuæ finitima, atque inter Artaxatam ad Septentrionem & Maguſtanam ad Meridiem, nunc *Trebiliem* dicta, teſte Leunclavio.

GERULATA, oppidum Pannoniæ ſuperioris Antonino, nunc teſte Cluverio, *Kerlburg* caſtrum Hungariæ ad Danubii ripam, 3. milliaribus Germanicis à Poſonio diſtans in Meridiem, verſus confinia Auſtriæ.

GARUM CAPUT, *el Cabo de Guer*, promontorium Africæ in Regno Marrochii, & prope Fanum S. Crucis, in ora Oceani Atlantici, in Hea provincia, teſte Joanne Leone.

GERUNDA, urbs Auſetanorum in Hiſpania Tarraconenſi Plinio, & Antonino, à Gerione condita una cum Colliberi, teſte Beuthero, nunc vulgo *Girona* incolis, *Girone* Gallis, urbs Cataloniæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Tarraconenſi, ſatis ampla, urbis pars major in plano ſedet, pars in acclivi aſſurgit duplici ponte lapideo nobilis, ob duos quibus alluitur fluvios, quorum minor Unda qui civitatem dividit, vulgo *Oignar* dicitur, alter qui à Septentrione præterfluit Sambroca, vulgo *Ter* vocatur, ſatis eſt munita, & Ducatus titulo inſignitur, 7. leucis diſtans ab ora maris Mediterranei in occaſum, & 8. à confinio Galliæ & Comitatus Ruſcinonenſis in Meridiem, uti 14. à Perpiniano Barcinonem verſus 16. Epiſcopum habuit Joannem Margarinum ſcriptis celebrem, hinc Gerundenſis nomen gentis.

GERUNIUM, oppidum Apuliæ Dauniæ Polybio, quod Gerenia & Geryon dicitur ab aliis, prope Frentonem fluvium, in limite Samnii, melius vocatur Gerio. Vide ibi.

GERUNNA, *la Gironde*, æſtuarium Galliæ in Aquitania, ſeu verius oſtium Garumnæ fluvii, incipit infra Burdegalam ad roſtrum amborum, ubi Duranius Garumnæ jungitur prope Burgum, deinde Blaviam rigans & Santoniam a Medullano tractu ſeparans, prope Antron inſulam in Oceanum Aquitanicum ſe exonerat.

GERUNTIA, *Cerenza*, urbecula Regni Neapolitani in Calabria citeriori, in ſaxo præcipiti, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Siberenenſi, ſed Cariatenſi Epiſcopatui perpetuo unita eſt, & nunc in vicum redacta eſt, paucis admodum conſtans incolis, vix 4. milliaribus diſtat à confinio Calabriæ ulterioris, 12. à Siberena in occaſum æſtivum, & 15. à Cariato in occaſum hybernum.

GERUSA, urbs Sarmatiæ Aſiaticæ littoralis Ptolemæo, quæ *S. Giorgio* nunc dici putatur à quibuſdam.

GERYON, urbs Apuliæ Dauniæ, verſus Larinum, dicitur ab aliis & melius Gerin. Vide ibi.

GERYONIS ORACULUM, locus Italiæ prope Patavium urbem Suetonio, hodie *S. Pietro* dictus, teſte Scardionio.

GESECENA, *Geſeke*, urbecula Germaniæ in Weſtphaliæ Ducatu. Vide Gieſeca.

GESIA, *le païs de Gex*, tractus Galliæ qui Gajum etiam quibuſdam, & ſub Beugeſia perſæpe comprehenditur, ejus termini ſunt a Septentrione Comitatus Burgundiæ, ab Oriente Vadum tractus pagi Bernenſis, ab Occidente Beugeſia, & à Meridie ſeparatur à Sabaudia Rhodano fluvio & partim Lemano lacu, oppidum habens cognomine Geſium dictum *Gex*, alias ſuberat Duci Sabaudiæ, ſed anno 1601. pace ad Lugdunum ſancita conceſſus fuit Regi Franciæ, & ei etiamnum ſubeſt.

GASODUNUM, oppidum Norici Ptolemæo, nunc teſte Lazio, eſt *Gaſtenthal*, vicus Auſtriæ ad Danu-

bium, ſed aliis eſt ipſa Lentia *Lintz*, oppidum cultum Auſtriæ ſuperioris caput, ad Danubium fluvium, à Patavia 6. milliaribus Germanicis in ortum Viennam verſus, & Ipſium 8. circiter.

GESSACES, mons Pannoniæ ſuperioris Pollioni, *Schekel* nunc, teſte Lazio, in Stiria, in Hungariæ confinio.

GESSATÆ, populi Galliæ Togatæ in Æmilia quibuſdam, inter Rhenum fluvium parvum & oram maris Hadriatici, qui poſtea Boii, quorum regio nunc Romandiola eſt, non tamen tota: ubi Bononia, Forum Cornelii, Ravenna, & Comaclum. Vide Geſatæ.

GESSORIACUM, urbs Galliæ Belgicæ & Morinorum navale Suetonio, Geſoriacum Antonino, nunc Ortelio & aliis, eſt Bolonia *Boulogne*, urbs Galliæ in Picardia, quæ ad alterius differentiam dicitur etiam *Boulogne ſur mer*, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Remenſi effecta ob excidium Taruannæ, eſtque probe munita, & in duas partes diviſa nempe in ſuperiorem & inferiorem, cum portu ad oſtia amnis Lianæ in mare Britannicum, 7. leucis diſtans à Caleto in Meridiem, uti 3. & dimidia ab Icio portu, hinc tractus adjacens dictus fuit Geſſoriacus pagus, nunc Bolonienſis Comitatus, *le Boulenois*. Vide Bolonia.

GESSUS, fluvius Ioniæ in Aſia minori Melæ, qui Gæſus dictus ab Herodoto, in mare Ægeum ſe exonerat prope Trogylium promontorium.

GESTRAVIA, *das Geſtraw*, tractus Germaniæ in Ducatu Megalopolitano, ubi Peucinum *Butzaw*, alias ſedes Epiſcoporum Suerinenſium, eſtque inter Viſmariam & Guſtraviam urbes.

GESTRICIA, *Geſtrik* vulgo incolis, *la Geſtricie* Gallis, Sueciæ Regni inter Nordlandias provincias una, Ferri fodinis abundans, terminatur ad occaſum Dalecarlia, & ad ortum ſinu Bothnico. Ibi oppida Gevalia in ora littorali, & Cuprimontium ſive Coperberga in mediterraneis, & ab Helſingia ſeparatur ſylva *Oedemode* dicta, teſte Pontano.

GETÆ, populi Daciæ Plinio, Dioni, & Stephano, qui aſſerunt a Græcis Getas, a Romanis Dacos appellari, innuit tamen Strabo verſus Germaniam Dacos, & ad Pontum Euxinum Getas nominati, in Scythiæ confinio, erantque ubi nunc Moldaviæ Principatus & Valachiæ pars, hinc Geticus nomen gentis, horum meminit Ovidius libro 4. Triſtium.

GETARA, urbs Albaniæ regionis Aſiæ, in ora maris Caſpii, quæ Gagara Ptolemæo, nunc *Zitracu*, urbs Zuiriæ provinciæ in Georgia.

GETH, urbs Palæſtinæ, & una ex quinque Satrapiis Philiſtinorum in Tribu Dan, poſtea in Judæa, ex qua fuit Goliath quem David funda percuſſit, ſedet in colle prope oram maris Syriaci, alias Anthedon & Agrippia dicta, ætate S. Hieronymi Diocæſarea vocabatur, poſtea Epiſcopalis ſub Patriarcha Hieroſolymitano, hinc tempore belli Sacri vocata fuit *Ibelin*, teſte Brochardo, hodie vero eſt tenuis vicus *Tebna* dictus, in Terra Sancta, teſte Michaele *Nau*, viro clariſſimo qui illas partes plu[illegible]s luſtravit, hinc Gethæus nomen gentis.

GETHSEMANI, vicus Judææ, prope Hieroſolymam. Cujus Juvencus meminit libro 4.

GETIA, oppidum Albaniæ Laonico Calchondylo, in Macedoniæ & Dalmatiæ confinio, circa Scodram urbem, vulgo *Cotzazuck* Turcis, teſte Leunclavio, id eſt *Cotzia* patria, ſcribitur etiam *Cotziazic*, teſte eodem.

GETIGANUM REGNUM, *le Royaume de Getigan*, regio Indiæ in Celebis inſula in Oceano Indico, cum urbe cognomine.

GETULI, populi Africæ in mediterraneis, qui melius dicuntur Gætuli. Vide ibi, eorum meminit Virgilius libro 4. Æneidos.

GEVALIA, *Gevals*, oppidum Geſtriciæ provinciæ, in Suecia, ad oſtium fluvii cognominis, in ora littorali ſinus Bothnici, vix 4. milliaribus Germanicis a confinio Uplandiæ in Septentrionem.

GEVINARIENSIS COMITATUS, *le Comté de Gewinar*, tractus Hungariæ ſub Auſtriacis, pars eſt Hungariæ ſuperioris verſus montes, inter Cepuſienſem Comitatum ad Septentrionem, Abanvivarienſem ad ortum, Tornenſem ad Meridiem, & Biſtricienſem ad occaſum, ſed in eo nulla urbs eſt alicujus momenti.

GEVINI, populi Sarmatiæ Europææ Ptolemæo, & Baſtarnorum pars, verſus Peucinos.

GEZAIRA, *Al Gezaira*, regio Aſiæ, ſic dicta, quaſi inſula, quod ſit inter fluvios Tigrim & Euphratem extenſa, olim Meſopotamia à Græcis vocata eadem de cauſa, & nunc ſæpius Diarbechia. Vide ibi.

GEZAIRA, *Gezaira*, tractus Africæ, in Barbaria, & una ex tribus partibus præcipuis Regni Algerii, inter Bugiam provinciam ad ortum & Tenezam ad occaſum. A Septentrione clauditur mari Mediterraneo, & a Meridie montibus, teſte Joanne Leone. Ejus primaria eſt Algerium, quæ ab Arabibus Gezaira etiam dicitur.

GHAMMA, *Ghammas*, fluvius peramplus Tartariæ magnæ, qui poſt longum curſum in mare Kaimachitarum dictum ſe exonerat, teſte Abulfeda.

GIBRÆUM, *la Guibray*, ſuburbium urbis Faleſæ, nundinis celebratiſſimum, in Normannia inferiori. Vide Faleſa.

GIBRALTARIA, *Gibraltar*, antea *Gibal Tarif* ſeu Mons *Tarif*, urbs parva Hiſpaniæ, ſed munita, ſic dicta à Duce Mauro. Sedet ad Fretum Herculeum, quod ab ea vocatur nunc *le Deſtroit de Gibraltar*, 42. leucis à Corduba in Meridiem. Antea dicta fuit Calpe, & 4. mill. paſſ. ab ea diſtant Heracleæ rudera, vulgo *Gibraltar Viejo*. Vide Calpe.

GICHTIS, oppidum Africæ propriæ in ora littorali, quod Gita dicitur ab Antonino, inter Girbam inſulam ad ortum & Tacapam urbem ad occaſum, nunc caſtrum *Galfanaçar* dictum, teſte Moletio.

GIEMUM, *Gien*, oppidum Galliæ in Hurepoeſio agro, cum ponte lapideo ad Ligerim fluvium, in ipſo limite Aurelianenſis provinciæ, & Bituricenſis, 15. leucis ſupra Aurelianum in ortum Brivodurum verſus 3. dicitur etiam Gyanum à recentioribus.

GIENGA, *Giengen*, urbecula Germaniæ, Imperialis & libera, in Suevia provincia, ad fluvium *Brentz*, inter Ulmam ad Meridiem & Nerolingam ad Septentrionem, 4. milliaribus Germanicis utrimque diſtans, & 2. a Danubio fluvio in occaſum.

GIENNUM, ſive Gienna, olim Oningis, ſive Oringis, & Aurigi, *Jaen* incolis, quanquam *Gaen* pronunciant, urbs Hiſpaniæ in Vandalitia, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Toletano, à Ferdinando Rege anno 1246. recepta, ejectis Mauris, & biennio poſt Epiſcopali ſede donata, ſedet ad radices montium *de Suſanna* cum caſtro in colle, eſtque probe culta, una leuca diſtans à fluvio *Guadalbollon* dicto, qui prope ipſam recipit amnem Suſannam, teſte Martino Ximena, 12. vero leucis à Granata in Boream Bætim fluvium verſus 4. & ab Ubeda 6. in occaſum hybernum, totidemque ab Illiturgi in ortum hybernum Accim verſus 12. & in ea obiit Ferdinandus IV. Caſtellæ Rex anno 1312. hinc Giennenſis nomen gentis.

GIENNUM, *Gien*, urbs Galliæ in Vaſtinio agro, Papirio Maſſoni. Vide Giemum & Gyanum.

GIESECA, *Geſeke*, urbecula Germaniæ in Weſtphalia propria, dicitur etiam Geſecena, eſtque ſub dominio Electoris Colonienſis, in limite ditionis Paderbornenſis, ad amnem *Weyck*, & 2. milliaribus Germanicis à Luppia diſtans in ortum Paderbornam verſus tribus.

Digitized by Google

GIFHORNIA, *Giffhorn*, urbecula Germaniæ in Saxonia inferiori. Vide Gyfhornia.

GIGANEUM, urbs Colchidis, dicitur melius Siganeum. Vide ibi.

GIGANTEUS MONS, *das Riſenberg*, mons Bohemiæ Regni, inter Bohemiam propriam & Sileſiam, verſus confinia Ducatus Jaurienſis, ubi fontes Albis fluvii.

GIGARTA, oppidum Phœniciæ Plinio, quod Gigartum dicitur à Strabone, in ora maris Syriaci, inter Tripolim ad Septentrionem & Botrym ad Meridiem, ad radices Libani montis.

GIGAS, mons ſeu promontorium Myſiæ, in Aſia, prope Abydum & Dardanum, teſte Stephano.

GIOIA, oppidum Aſturum in Hiſpania Tarraconenſi Ptolemæo, nunc *Gijon* oppidulum Hiſpaniæ in Aſturia Ovetana, cujus caput olim extitit, ſedet in planitie cum caſtro & portu in ora Oceani Cantabrici, verſus Scythicum promontorium, 5. leucis diſtans ab Oveto in Boream, uti 15 à Legione, & 13. à confinio Gallæciæ in ortum, & pro majori parte Oceano cingitur in modum peninſulæ.

GIHLOVA, ſeo Iglava, *Iglaw*, urbs parva Regni Bohemiæ, in Moravia provincia, juxta confinia Bohemiæ propriæ, ad Giblovam ſeu Iglam amnem, 8. milliaribus Germanicis a Znoimo in occaſum, & 10. à Bruna.

GILANIA, *le Gilan*, provincia Regni Perſiæ, in ora auſtrali maris Caſpii, quod ab ea perſæpe dicitur *la mer de Gilan*; ibique erat alias pars Hyrcaniæ, dicitur ſæpiur Kilania. Vide ibi.

GILANIUS SINUS, *le Golfe de Gilan*, pars eſt maris Caſpii in Meridiem verſus oram Gilaniæ provinciæ. Vide Kilanius ſinus.

GILOORNACUM, ſeu Judonia, *Geldenacken* Belgis, *Judoigne* Gallis, oppidum Belgii in Brabantiæ Ducatu, ad Gheetam fluviolum, 5. leucis diſtans à Namurco in Septentrionem, & 8. à Bruxellis in ortum.

GILFIL, fluvius Daciæ Jornandi, nunc *Geila*, fluvius Tranſſylvaniæ, teſte Lazio, ex nominis forſan alluſione.

GILOLA INSULA, *Gilole*, quæ etiam *la Batochina* dicitur, inſola ampla Aſiæ in mari Indico, & in Archipelago Molucarum, inter Macaſſariam inſulam ſen Celebes ad occaſum, & Terram Papuorum ſeu Nigrorum ad ortum. Urbem habet primariam cognominem in ora occidentali, è cujus regione ſunt quinque inſulæ Molucæ. Regem etiam habet proprium. Sed in illius ora occidentali ſunt aliquot fortalitia Europæorum, extenditur autem ad centum leucas à Septentrione in Meridiem, & ſubeſt partim Regi Giloli, & partim Regibus Lolodæ & Ternatæ, ejus autem circuitus eſt 250. leucarum.

GILOLUM REGNUM, *le Royaume de Gilolo*, regio Indiæ in Gilola inſula & in ejus ora ad occaſum, cum urbe cognomine, & ſub ipſo cenſetur major pars inſulæ Gilolæ.

GILOLUM, *Gilolo*, urbs Indiæ, Regni cognominis caput, in ora occidentali Gilolæ inſulæ etiam dictæ, 6. leucis a Ternata diſtans.

GIMOESTUM, *le Gimonx*, parvus tractus Aquitaniæ, in limite Condomenſis agri, & in Vaſconia Toloſana. Vice-Comitatus titulo inſignitus.

GIMONTUS, ſive Gimontium, *Gimont*, vicus & Abbatia Galliæ in Vaſconia, & in Virdunenſi tractu, 4. leucis ab Auſciis in ortum Toloſam verſus, ad fluviolum *la Gimone* dictum.

GINOES, fluvius Albaniæ regionis Aſiæ, qui in Cyrum influit, teſte Jornande.

GINOES, fluvius Aſſyriæ, qui ex Armeniæ montibus oriens, in Tigrim excurrit, teſte Oroſio, qui illum ſecundæ magnitudinis facit poſt Euphratem. Vide Gyndes, ſic enim ſcribitur.

GINGIRUM REGNUM, *le Royaume de Gingire*, Regnum Æthiopiæ inferioris, per quod labitur Zebeâ fluviur, eſtque verſus Zanguebariam & Regnum Melindæ, teſte Hieronymo Lobo Luſitano.

GINGIS, *Gingi*, urbs ampla Peninſulæ Indiæ intra Gangem, provinciæ cognominis caput, alias ſub Rege Biſnagariæ, nunc proprio Principi ſubeſt. Eſt permunita, cum arce in ſcopulo, 70. milliaribus à ſinu Gangetico in occaſum, & 260. à promontorio Comorino in Septentrionem. Ab ea ditio adjacens dicitur *l'Eſtat du Naique de Gingi*; eſtque inter Regnum Biſnagariæ ad Septentrionem, ſinum Gangeticum ad ortum, montes Malabariæ ad occaſum, & ditionem *Tanjaor* ad Meridiem.

GINGUNUM, oppidum Umbriæ in Italia Straboni, quod & Gingunus mons, hodie teſte Leandro, eſt *Monte Cerognone*, mons parvus cum vico cognomine agri Feretrani in Ducatu Urbinate, & in ditione Eccleſiaſtica, diſtans 5. milliaribus à Fano S. Leonis Urbinum verſus, & 6. à confinio Romandiolæ Florentinæ.

GINOPOLIS, urbs Aſiæ minoris, nunc *Ginopoli* dicta, quæ olim Joniopolis.

GIOIA, *Gioia*, caſtrum Regni Neapolitani in ora Calabriæ, dicitur ab aliis Joia. Vide ibi.

GIPPEVICUM, *Ipſvich*, oppidum Angliæ, caput Suffolciæ provinciæ, ad fluvium *Orwel*, qui 9. milliaribus infra cadit in mare Germanicum, ſatis eſt cultum & 35. milliaribus diſtat a Norvico in Meridiem Colceſtriam verſus 15.

GIR, fluvius Africæ in Libya interiori Ptolemæo, per Garamantes & Nobos labitur, & poſtea in Nitum ſe exonerat, etiamnum *Gir* dictus, teſte Marmolio.

GIRA, urbs & metropolis Libyæ interioris Ptolemæo, per quam Gir fluvius fluit.

GIRBA, inſula Africæ propriæ Antonino, quæ Lotophagitis Ptolemæo, Mirmex Polybio, Meninx Straboni, & Plinio, nunc *le Gerbi* Italis, teſte Fazello; *los Gelues* Hiſpanis, & *l'Iſle des Gerbes* Gallis, inſula eſt parva Africæ in mari Mediterraneo, ad fauces Syrtis minoris, ſeu ſinus Capſi, in ora Regni Tripolitani, cui fere jungitur, cum in eam quotidie pedibus tranſeant, & mari tantum alto opus habeant ponte ligneo, fuit ab Hiſpanis occupata ſæculo elapſo, & duplici arce munita, ſed poſtea expugnata à Turcis cum inſigni clade Hiſpanorum, probe culta eſt cum arce, turri *Reglien* dicta, & urbe *Gerbi* etiam vocata, olim Epiſcopali, eſtque fere media inter Adrumetum ad occaſum & Zoaram ad ortum.

GIRGIS, Africæ urbs, ad Syrtim minorem, teſte Procopio.

GIRGIUM, ſeu Georgia, *Girgio*, urbs Ægypti ſuperioris, juxta Nilum fluvium, caput provinciæ, vulgo *le Caſſiliſat de Girgio* dictæ.

GIRINGBOMBÆ REGNUM, ſeu & Giribumæ, *le Royaume de Giringbomba*, Regnum Africæ, in Æthiopia inferiori, cui ſubſunt quindecim Regna; eſtque juxta flumen *Gingiro* ſeu *Giring*, & eſt conterminus Regni Macoco, teſte Hieronymo Lobo Luſitano.

GIRO, *le Giroù*, fluvius parvus Galliæ in Occitania, oritur prope Podium Laurentii, & in Ledum fluvium ſe exonerat, teſte Catello.

GIRUNNA, *la Gironde*, æſtuarium Galliæ in Aquitania. Vide Garunna.

GISIRA, oppidum Africæ propriæ mediterraneum Ptolemæo, prope Ulizibram urbem, nunc *One*, teſte Caſtaldo.

GISLENOPOLIS, ſive cella S. Gisleni, & Fanum S. Giſleni, *S. Guillain*, oppidum Belgii in Hannonia, ad Haniam fluviolum, duabus leucis à Montibus in occaſum. Vide Fanum S. Giſleni.

GISNÆ,

Digitized by Google

GISNÆ, *Guines*, oppidulum Galliæ in Picardia provincia, & in recuperata ditione, Comitatus Giſnenſis caput, vix duabus leucis a Freto Gallico & à Caleto in Meridiem Ardram verſus paulo minus.

GISORIUM, *Giſors*, oppidum Galliæ, in Normannia, cum caſtro diruto ad fluvium Eptam, 14. leucis a Pariſiis in occaſum æſtivum diſtat. Dicitur & Cæſortium. Vide ibi.

GISSA, *Gieſſen* incolis, qui *Giſſen* pronunciant, urbs eſt parva Germaniæ in Haſſia ſuperiore, ſeu in Principatu ad Lanum, habens Academiam à Ludovico Landgravio inſtitutam anno 1607. 4. milliaribus Germanicis diſtans a Marpurgo in Meridiem, & 2. à Wetzlaria in ortum, eſtque ad Lanum ſeu Loganum fluvium, ſub dominio Lantgravii Darmſtadienſis, cum caſtro ſatis munito.

GISSA, inſula Illyrici in Liburnia Plinio, nunc Hermolao & Volaterrano teſtibus, eſt *Pago*, inſula maris Adriatici, Croatiæ fere adjacens, & ab ea freto 3. milliarium Italicorum tantum diſtans, ſub dominio Venetæ Reipublicæ, circuitus eſt 46 milliarium, cum oppido cognomine, etiam *Pago* dicto, extenditur verſus oram ad 16. milliaria, eſtque inter Arbam inſulam ad occaſum æſtivum, & Ænonam urbem, à qua 4. tantum milliaribus diſtat.

GITLHI, ſive Gigluæ, oppidum Mauritaniæ Cæſarienſis Ptolemæo, in mediterraneis, quod Gilva Antonino, nunc *Zezil*, & *Izli* dicitur, in Regno Algeriano, teſte Marmolio, 30. mill. paſſ. a Telenſino in Meridiem diſtans.

GITTA, pagus Palæſtinæ, in Samaria Stephano, Getta Plinio, Gittha Joſepho, à Samaria urbe 6. ſtadiis diſtans, patria Simonis Magi, teſte Zonara ex D. Juſtino.

GLACENSIS COMITATUS, ſive Glocenſis, *Glatzko* incolis, *die Graffchafſt von Glatz* Germanis, *le Comté de Glats* Gallis, tractus Bohemiæ Regni, inter Sileſiam, cujus pars olim fuit, & Bohemiam propriam, cui nunc annexus eſt, urbem habens primariam Glacium.

GLACIALE MARE, ſeu Congelatum, *la mer Glaciale*, idem Chronio, pars eſt Oceani Septentrionalis, Europam & Aſiam alluens ad Boream, verſus Spitzbergam & Novam Zemlam.

GLACIALIS REGIO, *Iſlande*, inſula perampla Oceani Septentrionalis, ſub dominio Regis Daniæ, quæ aliter & ſæpius Iſlandia dicitur. Vide ibi.

GLACIALIS OCEANUS, *l'Ocean Glacial*, ſive *la mer Glaciale*, pars eſt Oceani Septentrionalis. Vide mare Glaciale ſive Glaciale mare.

GLACIUM, ſive Glocium, *Glatz* incolis, urbs parva Bohemiæ Regni, Comitatus cognominis caput, in Bohemia propria, ad fluvium Niſſam, ad radices collis, 9. milliaribus Germanicis diſtans a Reginogradecio in ortum æſtivum, Uratiſlaviam verſus 11. & alias fuit in Sileſia, teſte Dubravio, arcem habens munitam in colle.

GLAMORGANIA, *the Glamorganshire* incolis, *le Comté de Glamorgan* Gallis, provincia ſive Comitatus Angliæ, in Vallia Meridionali, juxta Sabrinæ æſtuarium. Ab aliis dicitur Morganucia. Habet ab Oriente Monumethenſem Comitatum, & ab Occidente Maridunenſem Comitatum; ejuſque primaria eſt Cardifa. Vide Morganucia.

GLANATENA, & Glannateva, urbs Galliæ. Vide Glandata.

GLANOATA, ſeu Glanateva Capillatorum, urbs Galliæ Narbonenſis, quæ Glanatica in libro Notitiarum, Glandate nunc, *Glandeves*, urbs Galliæ in Provincia, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Ebrodunenſi, hodie exciſa jacens ad Varum fluvium, prope confinia ditionis Sabaudicæ, & Alpes maritimas, manet tantum caſtrum vetus in colle recens reſtauratum, & ex ejus ruinis excitatum fuit Intervallium oppidum, *Entrevaux*, uno milliari inde diſſitum, in ipſo limite Comitatus Niceenſis, in quo commoratur Epiſcopus.

GLANOOMIRUM, urbs Callaicorum Lucenſium in Hiſpania Tarraconenſi Ptolemæo; quæ Grandimirum Antonino, nunc Villanovano & Coquo, eſt *Mondoñedo*, urbs Gallæciæ, ſed aliis eſt *Puente Brandomil*, vicus ejuſdem provinciæ ad amnem Lezarium, vix 6. leucis Hiſpanicis diſtans ab Artabro promontorio in ortum Mindoniam verſus 10. quod melius forſan convenit, etiam ex nominis alluſione.

GLANICUS, fluvius Campaniæ in Italia, ad Acerras Plinio. Vide Clanius.

GLANIS, fluvius & palus Hetruriæ Plinio, *la Chiana* nunc. Vide Clanis. Ejus meminit Silius libro 8.

GLANNAFOLIUM, cœnobium Galliæ, nunc *Saint Maur ſur Loyre* Abbatia Galliæ in Andegavenſi provincia, ad Ligerim fluvium, 4. leucis ab Andegavo in ortum Salmurium verſus, exſtructa fuit à S. Mauro Abbate qui in ea obiit.

GLANNIBANTA, urbs Ottadinorum in Britannia prima, ex libro Notitiarum, quæ Clannoventa Antonino, nunc in ruinis jacet, & ejus rudera ſunt in Northumbria provincia Angliæ, ad fluvium *Wentsbeck*, verſus Corſtopitum, teſte Camdeno, qui alias crediderat fuiſſe *Bainbrig* vicum Comitatus Eboracenſis.

GLANUM, oppidum Deſuviatum in Gallia Narbonenſi Pomponio Melæ, Clanum Antonino, Glanum Livii cognominatum à Plinio, nunc *S. Remy* oppidulum Galliæ in Provincia, cum caſtro 4. leucis diſtans ab Arelate Cabellionem verſus, teſte Honorato *Bouche*, cum aliis, & juxta illud viſuntur plurima antiquitatis veſtigia.

GLAREATUM, *Gallerato*, oppidulum agri Mediolanenſis, in Italia, abſque mœnibus, teſte Merula, a Mediolano 24. mill. paſſ. Sextum & Angleriam verſus, dicitur etiam Gallorum area. Vide ibi.

GLARONA, *Glaris*, vicus Helvetiæ, pagi Glaronenſis ab eo dicti caput, in Valle cognomine, ad fluvium *Sarneff*, intra altiſſimos montes *Glarniſchberg* dictos, 18. mill. paſſ. diſtans ab Altorfio in ortum æſtivum, & totidem à Suitio in ortum hybernum Curiam verſus 30. fuitque olim oppidum Imperiale & liberum, ſed ad Imperio exemptum fuit anno 1352. ejus incolæ Glareani dicuntur, & Glaronenſes.

GLARONENSIS PAGUS, *le Canton de Glaris* Gallis, *die Oort von Glaris* Germanis, unus ex minoribus Cantonibus ſive pagis Helvetiæ, undique montibus cinctus, cujus termini ſunt Limagus fluvius ad Septentrionem, Rhætia ad ortum, & ad Meridiem, & pagi Suitenſis & Urania ad occaſum, ſic dicitur à Glarona vico ejus præcipuo, & quatuor pagis ſe conjunxit anno 1352. nunc inter pagos Helvetiorum octavum locum obtinet, incolis conſtans partim Catholicis & partim hæreticis, dividiturque in quindecim partes *Taguvan* dictas, teſte Plantino.

GLASCONIA, *Glaſſenburye*, pagus Angliæ in Comitatu Somerſetenſi, cum cœnobio ad Brium amnem, 12. mill. paſſ. ab æſtuario Sabrinæ in ortum, & vix 4. à Fontana urbe in Meridiem, teſte Speedo, fuitque alias urbecula Avalonia dicta. Vide ibi.

GLASQUUM, ſive Glaſcovium, *Glaſco* incolis, *Glaſque* Gallis, urbs Scotiæ Meridionalis, in Gloriana provincia, ad Glotom fluvium, Archiepiſcopali dignitate inſignita à Sixto IV. Pontifice Maximo, Academiam habens anno 1454. inſtitutam à Turubulo Epiſcopo, ſed parvi admodum nominis, ſita eſt in confinio Cuninghamiæ & Leviniæ provinciarum, 20. mil-

liaribus diſtans ab ora occidentali Scotiæ & Glotæ æſtuarii Edimburgum verſus 38. circiter, teſte Thimotheo Ponte.

GLATIUM, quæ Glacium etiam, & Glocium, *Glatz*, urbs Regni Bohemiæ, Comitatus Glacenſis caput, ad Niſſam fluvium, prope Sudetos montes, 17. milliaribus Germanicis diſtat à Praga in ortum, & 15. ab Olomuſio in Septentrionem. Vide Glacium & Glocium.

GLATOVIA, *Klataw*, urbecula Bohemiæ Regni in Bohemia propria, & in circulo Pilſenſi, ad amnem Bradaucam, 5. milliaribus Germanicis à Pilſna in Meridiem.

GLAUCI INSULA, Bœotiæ inſula Pauſaniæ, pene continenti illius juncta, prope Anthedonem, patria Glauci biſtrionis celebris, & Glauconeſus dicta a Plinio.

GLAUCONIS, inſula maris Africi, prope Melitam Ptolemæo. Vide Gaulos (eadem enim eſt.)

GLAUCUS, fluvius Colchidis, Strabone & Plinio teſtibus, in Phaſim fluvium ſe exonerat, ſimul cum Cyano, & nunc *Abaſcia* dicitur, teſte Archangelo Lamberto in ſua deſcriptione Mengreliæ.

GLAUCUS, fluvius parvus ſeu torrens Peloponneſi in Achaia propria, juxta Patras [illegible]ens, teſte Pauſania, nunc *Leucos* indigenis.

GLAUCUS SINUS, Aſiæ minoris ſinus, in Caria, nunc *il Golfo di Macre* dicitur, Caſtaldo teſte cum aliis.

GLAUDIOMAGUM, & Claudiomagum, pagus Galliæ, in finibus Biturigum Fortunato. Vide Claudiomagus.

GLEMONA, oppidum Carnorum, Paulo Diacono teſte, nunc *Gemona*, oppidulum Italiæ in Foro Julii provincia, ad Tilavemptum fluvium, ſub dominio Reipublicæ Venetæ, 3. milliaribus Germanicis diſtans ab Alpibus, & à confinio Germaniæ, & paulo plus ab Utino Villacum verſus.

GLENDELACUM, *Glendalagh* ſeu *Glandelowre*, urbs fuit Hiberniæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Dublinienſi, nunc vicus Lageniæ, in Comitatu Dublinienſi, dicitur etiam *Glandilaug* ab aliis, & ejus Epiſcopatus unitus fuit Archiepiſcopatui Dublinienſi.

GLANLUCENSIS SINUS, *The bay of Glenluz*, ſinus Scotiæ, & pars maris Hibernici, in ora Gallovidiæ provinciæ Scotiæ Meridionalis, teſte Timotheo à Ponte.

GLESSARIA, quæ & Anſtrania, inſula maris Germanici Plinio, ante littus Cimbrorum, nunc teſte Cluverio, eſt *Strand*, quæ & melius *Nort-Strandt*, inſula Daniæ in ora occidentali Jutiæ Meridionalis, ſive Ducatus Sleſvicenſis, circuitus 25. milliarium, prope Huſumum urbem & Eyderſtadiam tractum, ſub dominio Ducis Sleſvicenſis, & in ea ſunt tantum aliquot pagi & caſtra.

GLESSARIÆ INSULÆ, Plinio, nunc *Ferro* ſeu *Farre* dicuntur, in Oceano Caledonio, inter Orcades ad Meridiem & Iſlandiam ad Septentrionem, ut exiſtimat Cluverius, ſunt 16. numero, & ſic dictæ fuere à ſuccino quod ibi naſcebatur.

GLISAS, vel Gliſſas, (varie enim ſcribitur) oppidum Bœotiæ, ad Thermodontem fluvium interluentem, Coroneæ proximum, vino celebre, Straboni & Pauſaniæ.

GLISKOVATIUM, *Glicskovaz*, urbs Serviæ Regni, in planitie ad radices montis, & juxta fluvium Veternizam, cujus fontes ſunt in montibus *Uragnianska Kliſura* dictis Sclavonica lingua, & unius diei diſtant ab hac urbe.

GLOCESTRIA, *Glocester* incolis, quamquam *Glaſter* pronuncient, *Gloceſtre* Gallis, urbs Angliæ Regni, Gloceſtrienſis Comitatus caput, olim Clevum dicta, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Cantuarienſi, ſedet ad Sabrinam fluvium, & Ducatus titulo inſignitur, ſatis elegans eſt & culta, cum caſtro antiquo, 18. milliaribus diſtans a Vigornia in Meridiem Briſtolium verſus 26. & 81. à Londino in occaſum. Vide Clevum.

GLOCESTRIENSIS COMITATUS, *Gloceſter Shire* incolis, *le Comté de Gloceſtre* Gallis, provincia Angliæ, a Gloceſtria urbe primaria ſic dicta, ad Sabrinam fluvium. Habet ab Oriente Oxonienſem Comitatum, & ab Occidente Monumetenſem; ejus circuitus eſt 140. milliarium, & olim erant Dobuni populi in eo tractu.

GLOGAVIA, quæ & Glogavia major, *Glogow*, & *Glogaw*, ſeu & *Gros Glogaw*, urbs Bohemiæ Regni, in Sileſia provincia, ad Oderam fluvium, probe munita; cum arce; eſtque Ducatus Glogavienſis caput. Vix 2. milliaribus Germanicis diſtat à confinio Poloniæ, 13. ab Uratiſlavia Septentrionem verſus, uti & à Sagano.

GLOGAVIA MINOR, *Maly Glogow* incolis; *Klein Glogaw* Germanis, *le petit Glogau* Gallis, oppidum Bohemiæ Regni in Sileſia ſuperiori, in Ducatu Oppolienſi, 4. milliaribus Germanicis ab Oppolio in Auſtrum, & totidem à Niſſa in ortum hybernum diſtans.

GLOGAVIENSIS DUCATUS, *das Hertzogthumb von Glogaw* Germanis, *le Duché de Glogau* Gallis, tractus Bohemiæ in Sileſia inferiori, & in ipſo limite Poloniæ, à qua terminatur ad ortum & Septentrionem, uti Ducatibus Croſſenſi & Saganenſi ad occaſum, & Lignicenſi ad Meridiem, & ejus præcipua urbs eſt Glogavia.

GLOCIUM, *Glatz*, urbs Regni Bohemiæ, Comitatus cognominis caput, dicitur aliter Glacium, & olim fuit in Sileſia cum tractu cognomine, teſte Dubravio, cum ſit ultra montes Bohemiæ. Vide Glacium.

GLOMACI, populi Slavi, qui à Germanis Delemanci dicti fuere, & eorum regio Delemincia, eorum meminit Dithmarus, inhabitabantque ubi hodie Miſnia provincia Germaniæ, teſte Rineccio.

GLORIUM, *Glurens*, oppidulum Germaniæ in Comitatu Tirolis, ad Atheſim fluvium, in Vintsgovia tractu ad radices montium, & verſus confinia Rhætorum, 32. mill. paſſ. à Bolzano diſtans in occaſum Curiam urbem verſus 50. circiter.

GLOTA, fluvius Britanniæ majoris in ejus parte ſeptentrionali Tacito, qui Clota Ptolemæo, nunc Cluda recentioribus, *Cluyd* vulgo, fluvius Scotiæ ex præcipuis Regni per Glaſquum urbem in occaſum fluens. Vide Clota.

GLOTA, inſula Britanniæ ſecundæ Antonino, nunc teſte Camdeno, eſt *Arren* Arania, inſula Scotiæ Meridionalis in Glotæ æſtuario, a paucis annis Ducatus titulo inſignita. Oppidulum habet *Arren* dictum; eſtque circuitus 48. milliarium, inter provincias Cantiram ad occaſum, Cuninghamiam ad ortum, & Argateliam ad Septentrionem, 28. milliaribus Scoticis à Retigonio in Boream diſtans, teſte Thimotheo Ponte.

GLOTÆ ÆSTUARIUM, *The Fyrth of Clyd* vulgo, ſinus maris Vergivii ſive Hibernici, in ora Scotiæ occidentali verſus Meridiem, inter Cantiram, Knapdaliam, Argatheliam, Cuninghamiam, Covaliam, & Carrictam provincias extenſus, & aliquando etiam *Dunbarton Fyrth* vocatur ab Dunbritonio caſtro ei adjacente, teſte Timotheo Ponte.

GLOTSANA, *Clyds-Dail* indigenis, *la Clydesdale* Gallis, provincia Scotiæ Meridionalis, quæ aliter Cludesdalia, ſic dicta à Glotta fluvio qui eam mediam ſecat, ejus termini ſunt à Septentrione Sterlinia

Digitized by Google

& Levinia, ab ortu Laudonia & Tuvedia, à Meridie Anandia, & ab occaſu Nithia, Covalia, & Cuninghamia, dividitur in ſuperiorem & inferiorem, ibique erant olim Damnii populi ex parte, teſte Camdeno, nunc eorum præcipua urbs eſt Glaſquum.

GLOVERNIA, urbs Britanniæ magnæ. Vide Clevum.

GLUCSBURGUM, *Glucſbourg*, oppidulum Daniæ, cum caſtro, unde dicti Duces Holſatiæ Glucſburgenſes, vocatur etiam *Luxborg*, eſtque in parte occidentali Sleſvicenſis Ducatus, prope Flenſburgum, à quo uno milliari Germanico diſtat in ortum Sunderburgum verſus, teſte Mejero.

GLUCSTADIUM, ſive Fanum Fortunæ, & Tichopolis, *Gluckſtadt*, oppidum Germaniæ in Holſatiæ Ducatu, & in Stormaria tractu, in dextra Albis fluvii ripa ab iis qui ſecundo flumine deſcendunt, ubi is recipit amnem *Rhyn* dictum, excitatum fuit & munitum a Chriſtiano IV. Rege Daniæ anno 1610. ſicque nunc etiam Regi Daniæ ſubeſt, è regione Ducatus Bremenſis, 1. milliaribus Germanicis diſtans ab Itzehoa in Meridiem, & 6. infra Hamburgum in ortum æſtivum.

GNATIA, urbs Apuliæ Peucetiæ exciſa Straboni. Vide Egnatia, ejus meminit Horatius libro 1. Serm.

GNESNA, *Gnezna* incolis, *Gniſen* Germanis, *Gneſne* Gallis, & *Gneſna* Italis, urbs Archiepiſcopalis Poloniæ majoris, in Palatinatu Caliſicoſi, olim Poloniæ primaria & regia ſedes, nunc etiam Poloniæ majoris caput, dicta fuit antiquitus Limioſalcum, ut exiſtimat Appianus, & condita fuit à Lecho Rege gentis authore inter paludes, ſed deficit in dies, & anno 1613. fere tota civitas ingenti conflagravit incendio, 3. milliaribus Polonicis diſtans à Warta fluvio in Septentrionem, uti 7. à Caliſia, & totidem à Poſnania in ortum Torunium verſus 13. circiter, & 33. à Varſavia in occaſum æſtivum Gedanum verſus 30.

GNEVUM, *Gniew* incolis, *Meue* Germanis, oppidulum Poloniæ, in Pomerellia tractu Pruſſiæ, ad amnem Ferſam, ubi in Viſtulam fluvium ſe exonerat, 5. milliaribus Germanicis infra Graudentium in Septentrionem Gedanum verſus 7.

GNIDOS, urbs & promontorium Cariæ. Vide Cnidus. Sic Lucanus libro 8. Hinc Gnidius nomen gentis.

GNOSSUS, & Gnoſos, urbs Cretæ quondam primaria & regia Plinio, Cnoſſos Straboni, ad Idam montem, poſtea Epiſcopalis, nunc exciſa, & vicus tenuis *Ginoſa* dictus, ſeu aliis *Caſtel Pediada*, inter Gortynam ad occaſum & Lyctum ad ortum, à quo 140. ſtadiis abeſt, à littore 55. à Gortyna 200. Hinc Gnoſſius nomen gentis, & Gnoſius, ejus meminit Ovidius libro 8. Metamorphoſeon.

GOA, *Goa* volgo, urbs Aſiæ, in India citeriori, ſic dicta à Luſitanis & aliis Europæis, *Goemoat* vero indigenis, id eſt terra fertilis & humida, & *Tis-Vari* Canariis populis incolis, *Tiçuari* Luſitanis, id eſt triginta vici, cum totidem ſint in inſula parva cognomine Oceani Indici in qua ſita eſt urbs, teſte Emanuele de Faria, verſus oſtia fluvii *Mandova*, in Cuncana provincia, duabus leucis diſtans ab ora littorali. Archiepiſcopalis facta à Paulo IV. Ibi degit Prorex Luſitanus; eſtque emporium celebre, amplum, & dives cum Academia, & quanquam careat mœnibus, habet tamen tres arces in inſula & quaſi in ejus ſuburbiis. Antea ſuberat dominio Regis Decani, ſed ea quo expugnata fuit ab Alfonſo Albuquerquio anno 1510. die vigeſima quinta Novembris, à Luſitanis fortiter ſervatur. Alias Cherſoneſus dicta fuit, ut multi exiſtimant, & exſtructa fuerat 50. annis tantum ante ejus expugnationem, hinc Goenſis nomen gentis.

GOBÆUM, promontorium Galliæ Celticæ, in Armoricæ ora occidentali Ptolemæo, nunc *S. Mahé*, ſive etiam *le Cap S. Mahé*, Caput S. Mathei, ab Abbatia adjacenti ſic dictum, in intimo receſſu Britanniæ minoris ad occaſum, unde etiam dicitur in finibus terræ, eſt prope Conqueſtum oppidulum, *le Conquet*, 5. leucis diſtans ab Uxanto inſula in ortum, Breſtum verſus 4. & 17. leucis a Leona urbe diſtat in occaſum hybernum, dicitur *S. Matheus hoeck* à Belgis, & 3. leucis diſtat ab oppidulo *le Four* in Meridiem, portu gaudens ſatis tuto.

GOBANIUM, oppidum Silurum in Britannia prima, ex itinerario Antonini, nunc, teſte Camdeno, *Abergeuenny*, & contracte *Abergenny*, oppidulum Angliæ in Comitatu Monumetenſi, & in limite Valliæ, ad Iſcam fluvium, 15. milliaribus diſtans ab Iſca Legionis in Septentrionem.

GOCHUM, *Goch*, oppidum Germaniæ in Ducatu Clivenſi, ad Nierſam fluvium, dicitur etiam Gocha, ſubeſtque dominio Electoris Brandeburgici, 4. milliaribus Germanicis diſtans à Gueldria urbe in Septentrionem Neomagum verſus totidem.

GODEREA, *Goerée*, oppidulum Belgii in Hollandia, & in tractu Voornano dicto, in inſula parva cognomine, muris carens, ſed portu gaudens capaci, vulgo *Goereſche gat* dicto indigenis, *le trou de Gorée* Gallis, eſtque medium inter Brielam ad Septentrionem, & Ziriczeam ad Meridiem.

GOEREA, *Goerée*, inſula parva Africæ in Nigritia regione, & in ora Oceani Atlantici, fere juncta littori Regni *Alé*, & 3. leucis à promontorio Viridi, ubi Ara Naſſovia à Belgis exſtructa & munita, ipſis antea parens, ſed a Gallis capta & diruta anno 1677. etiamnum Francici juris eſt cum arce recenti.

GOILANDIA, *het Goylandt*, tractus Belgii uniti in Hollandia provincia, parſque Friſiæ Occidentalis, inter mare Auſtrinum ad Septentrionem, Amſtelandiam ad occaſum, & ditionem Ultrajectinam ad ortum & Meridiem, cujus caput Nardenum.

GOELLA, *la Gouelle*, tractus Galliæ in provincia Inſulæ Franciæ, & in Francia propria, juxta Dompnum Martinum oppidum, quod ejus caput exiſtit, ſed ejus periere limites.

GOESA, *Goes*, & *Ter Goes*, oppidum Belgii uniti in Zelandiæ Comitatu, & in inſula Bevelandia Auſtrali dicta, cum portu ad æſtuarium Scaldim Orientalem, 4. leucis Gallicis à Metelloburgo diſtans in ortum Bergas ad Zomam verſus 5.

GOIAMUM REGNUM, *le Royaume de Goiame*, Regnum Africæ, in Æthiopia ſuperiori, verſus Nilum fluvium, è lacu Dambeæ erumpentem, aliquot oppida parvi momenti; eſtque inter Regna Bizamum & Bagamedrum, ſub dominio Regis Abaſſinorum, teſte Hieronymo Lobo Luſitano.

GOAVUM MAJUS, *le grand Goüave*, oppidulum Americæ Septentrionalis in Hiſpaniola inſula ſive S. Dominici, cum portu in ejus ora occidentali, ubi colonia Francorum à paucis annis, & ad ſinum magnum, inter Leoganam ad ortum & Goavum minus ad occaſum.

GOAVUM MINUS, *le petit Goüave*, locus Americæ Septentrionalis, in inſula Hiſpaniola ſive S. Dominici, in ejus ora Boreali, ubi colonia Francorum à paucis annis, cum portu peramplo & optimo, in ora ſinus magni, inter Goavum majus ad ortum & Napum ad occaſum.

GOLCONDÆ REGNUM, *le Royaume de Golconda*, Regnum Aſiæ, in India intra Gangem ſive citeriori, prope ſinum Gangeticum. Habet a Septentrione Imperium Magni Mogolis, ab occaſu Regnum Decani, & à Meridie Regnum Biſnagariæ. Dicitur

aliter & melius Regnum Orixa ; eſtque amplum, & extenditur ad 260. leucas Gallicas juxta oram ſinus Gangetici in ortum. Ejus primaria urbs & ſedes regia eſt Golconda, *Golconde*, urbs ampla & elegans, unde nomen ei inditum ab Europæis, 60. leucis a portu Maſulepatano in Septentrionem, & 50. ab ora proximiori ſinus Gangetici in occaſum æſtivum. Aliæ urbes Regni præcipuæ ſunt Condapolis, Condavera; Orixa, Maſulepatanum, Narſingapatanum, & Maliapura ſive Fanum S. Thomæ.

GOLDBERGA, *Goldberg*, id eſt Aurimontium, oppidulum Sileſiæ, in Ducatu Lignicenſi, ad Cattum amnem, aurifodinis celebre circa annum 1200. vix 2. milliaribus Germanicis diſtans à Jauria in occaſum, & 3. à Lignicio in occaſum hybernum.

GOLDINGA, *Goldingen*, oppidum Poloniæ in Curlandia ſeu Curia, ad Weram fluviolum, ſub dominio Ducis Curlandiæ, & 7. milliaribus Germanicis à Vinda diſtans in occaſum Mitaviam verſus 15.

GOLNOVIA, *Golnow*, urbs parva Germaniæ, in Pomeraniæ Ducatu, ad Ihnam amnem, condita fuit anno 1188. alias ampla & probe culta, nunc autem incendiis miſere deformata & ultimis bellis Germaniæ. A paucis inhabitatur, antea erat ſub dominio Suecorum pace Weſtphalica, ſed pace ſancita anno 1679. ad Fanum S. Germani prope Pariſios, oppignerata fuit Electori Brandeburgico à Suecis pro 50. mille ſcutis.

GOLOPIA, *Gulpene* incolis, *Galope* Gallis, fluviolus Belgii in Ducatu Limburgenſi, oritur prope Limburgum & Falcoburgum rigat, deindeque in Moſam cadit 2. leucis infra Trajectum ſuperius.

GOMARA, *la Gomera* incolis, inſula Africæ, in mari Atlantico, & una ex Fortunatis inſulis, inter Teneriſam & Ferri inſulas, circuitus eſt 22. leucarum. Oppidum habens cognomine, cum portu capaci ſub dominio Hiſpanorum; aliaſque Theode dicta fuit, ut exiſtimant recentiores, hinc Gomeri populi, *los Gomeros* vulgo.

GOMORRHA, urbs fuit Judææ, in ora lacus Aſphaltitis, Sodomis propinqua, una cum illis de cœlo tacta, ac in aquis ſubmerſa. Hinc Gomorrhæus. De ea Sedulius.

GOMPHI, oppidum Theſſaliæ, in Epiri confinio Cæſari, & Straboni, ad radices montium, in Eſtiotide tractu, & verſus fontes Penei fluvii, medium fere inter Aulonem ad occaſum, & Lariſſam ad ortum, & nunc etiam *Gonfi* dictum in tabulis recentibus, ſed in vicum redactum, ejus meminit Statius libro 4. Sylvarum.

GONDULPHI CURIA, *Gondrecourt*, oppidulum Galliæ [illegible] Barenſi Ducatu, ad Ornam fluvium, in ipſo limite Campaniæ provinciæ, 7. leucis a Barro Ducio in ortum hybernum, & 8. à Fano S. Michaelis diſtans in Meridiem.

GONNUS, ſive Gonuſa, civitas Perrhæborum in Theſſalia, & in Pelaſgiotide tractu Straboni, & Stephano, à quo etiam Gonni dicitur, ſub Olympo monte, Gonnocondylus videtur Livio, quam Philippus Olympiadem appellavit, & Gonnuſa Licophroni, verſus Peneum fluvium, inter Lariſſam & Thermaicum ſinum, nunc creditur vicus *Goniga* dictus, teſte Moletio.

GONNESSIA, & Gonniſſa etiam, *Gonneſſe*, vicus cultus Galliæ in provincia Inſulæ Franciæ, & in Pariſino agro, pane ſuo celebris, 4. leucis diſtans à Pariſiis in Septentrionem Sylvanectum verſus.

GONTSANA, oppidum Mauritaniæ Tingitanæ mediterraneum Ptolemæo, *Gemaa* nunc, teſte Marmolio.

GOPLUS, *Goplo*, lacus Poloniæ majoris, in Cujavia provincia. Vide Guplo.

GORCOMIUM, *Gorcum*, urbs Hollandiæ probè munita, in Belgio unito. Vide Gorichemum.

GORDENE, provincia Armeniæ majoris Ptolemæo, quæ Gorduena Straboni, & Corduena Dioni, extenditur verſus Meſopotamiæ confinia, ubi nunc Curdi populi ex parte, teſte Caſtaldo.

GORDENIA, Plinio. Vide Gordynia.

GORDIÆUS, mons Armeniæ majoris Ptolemæo, valde excelſus, verſus fontes Tigri, Nimbarum videtur Petrus Gyllius hunc montem vocare, vicini autem Armeni vocant montem Ararath, in quo decreſcente diluvio conſtitit Arca Noë, nunc *Gibel Noë* accolis, ſi fides Theveto adhibenda eſt.

GORDITANUM, promontorium Sardiniæ inſulæ Plinio, & Ptolemæo, hodie *il Capo Monte Falcone* Cluverio, & aliis, in ora occidentali Sardiniæ, verſus Septentrionem & Herculis inſulam, vix 10. milliaribus à vico Argentera in Septentrionem, & 16. à Saſſari in occaſum æſtivum.

GORDIUM, urbs Phrygiæ magnæ Xenophonti, ad Sangarium fluvium, ubi Alexander Magnus Gordium nodum cum diſſolvere non poſſet, diſcidit, oraculo eluſo.

GORDUNI, populi Galliæ Belgicæ Cæſari, & Nerviorum pars, qui ab Ortelio ſtatuuntur ubi nunc Gandavenſis tractus in Flandriæ Comitatu, ſed Sanſon exiſtimat eos ſedes habuiſſe ubi nunc Cortracenſis Caſtellania, & Cortracum urbs ad Liſam fluvium in eadem provincia.

GORDUS, urbs Bithyniæ in Aſia minori Straboni, quæ Juliogordus Ptolemæo, Gordiucome & Juliopolis Plinio, ad Sangarium fluvium, & a Gordio parum diſſita.

GORDYNIA, oppidum Macedoniæ in Æmathia provincia Stephano, quod Gordenia Plinio, & Cordynia Melæ, ad Erigonum fluvium, inter Ædeſſam ad ortum & Elymæam ad occaſum, nunc *Gorza* vicus, teſte Moletio.

GORGON, inſula Italiæ Rutilio, quæ Urgo, Plinio, & Melæ, vulgo *la Gorgona* indigenis, *la Gorgone* Gallis, inſula eſt parva Italiæ in mari Tyrrheno, inter oram Thuſciæ ad ortum, & Corſicam ad occaſum, Caprariæ proxima, alias ſub dominio Piſanorum, nunc ſubeſt magno Duci Hetruriæ, circuitus eſt milliarium 10. in ea ineſt unicus vicus cum caſtro, eſtque tota montuoſa admodum, ut ego pluries vidi, 25. milliaribus diſtans à Liburno in occaſum hybernum, & 40. ab oſtio Macræ fluvii in Meridiem, alias habuit cœnobium S. Mariæ percelebre, eſtque in Diœceſi Piſana & ejus perſæpe fit mentio in actis mediæ ætatis, illius etiam meminit Rutilius libro primo.

GORGONES INSULÆ, Pomponio, quæ etiam Gorgades, & Heſperides aliis, ſic a Gorgonibus quæ illas inhabitaſſe feruntur dictæ, nunc inſulæ Capitis Viridis, *las iſlas de Cabo verde* Hiſpanis, teſte Mercatore, *les iſles du Cap verd* Gallis, *l'iſole di Capo verde* Italis, & *de Kapoveriſche* ſeu *de Soute Eylanden* Belgis, id eſt meridionales, ſuntque in Oceano Atlantico ſive Occidentali, verſus Africam & promontorium Viride, à quo nomen recens eis inditum fuit, decem ſunt numero, ſub dominio Regis Portugalliæ. Vide Capitis viridis inſulæ & Heſperides.

GORGONSOLA, & Gorgongiola, *Gorgonzola*, oppidulum Italiæ, in Ducatu Mediolanenſi, ad Incile *Martezana*, in dominio utili Principis Trivultii, 12. milliaribus à Mediolano in ortum.

GORICHEMUM, *Gorkum*, urbs Belgii uniti, in Hollandia Meridionali, ad Moſam fluvium, ubi recipit Vahalim. Eſt munita, & diſtat 3. leucis à Dordraco in ortum, & 2. à Viana in Auſtrum, fere è regione Vorcomii.

GORIDIS, *Ghori*, urbs Aſiæ, Carduelîæ provinciæ caput, in Georgia, ad fluvium Cyrum, & ad tadices montium, in limite Imeretiæ provinciæ, bidui tantum itinere diſtans ab urbe Teplis, teſte Archangelo Lamberto, hinc Goridenſis nomen gentis, *Ghorieli* vulgo.

GORITIA, *Gortz* Germanis, *Goritia* Italis, urbs parva ſed munita Italiæ, in Foro-Julio, ad Sontium fluvium, Comitatus ſeu regiunculæ cognominis caput, ſub dominio Auſtriacorum, ad radices montis cum caſtro antiquo in rupe, & in confinio Venetorum, inter Alpes & ſinum Tergeſtinum, vix 4. milliaribus Germanicis ab Aquileia in Septentrionem, & totidem à Palma in ortum.

GORITIENSIS COMITATUS, *il Contado di Goritia* indigenis, *das Graffschaft von Gortz* Germanis, *le Comté de Gorice* Gallis, tractus Italiæ in Foro Julienſi provincia, à qua terminatur ab Occidente, à Meridie ſinu Tergeſtino, ab Occidente Carniola, & a Septentrione Carinthia ſuperiori, ſubeſt dominio Imperatoris, uti Archiducis Auſtriæ, & pars eſt etiam tractus Carſtiæ *il Carſo* dicti, in quo tantum Monsfalconis cum ſuo agro juris eſt Veneti, hujus Comitatus urbes ſunt Goritia tractus caput, Gradiſca & Idria, habuit alias Comites proprios, ſed Friderico IV. Imperatori obvenit ex hereditate ultimi Comitis Goritiæ anno 1473. & ab Auſtriacis ſub Carniola late ſumpta comprehenditur, & in Carſtia tractu, teſte Zeilero.

GORLITIUM, *Gorlitz* incolis, *Gieſlica* Polonis, urbs Germaniæ, Luſatiæ ſuperioris caput, & permunita, inter paludes, antea ſub dominio Regis Bohemiæ, nunc autem paret Electori Saxoniæ. Sedet juxta Niſſam fluvium, 4. milliaribus Germanicis à Budiſſina in ortum, & 2. à confinio Bohemiæ.

GORMANUM, Iazygum Metanaſtarum urbs Ptolemæo, quæ in aliis codicibus Bormanum dicitur, verſus Tibiſcum fluvium, forſan nunc *Ganzer*, oppidum Tranſſylvaniæ verſus Claudiopolin, teſte Lazio.

GORMATIUM CASTRUM, *Gormaz*, & *Sant Eſtevan de Gormaz*, oppidulum Hiſpaniæ in Caſtella veteri, ad Durium fluvium, tribus leucis infra Oxomam in occaſum Arandam verſus.

GORNACUM, *Gournay*, oppidum Normanniæ, in Brayo tractu, ad Eptam fluvium, unde aliquando *Gournay ſur Epte* vocatur, 5. leucis ſupra Cæſortium, & una ſupra Novum Mercatum in Septentrionem.

GORNACUM, *Gournay*, cognomento *ſur Aronde* ab amne Aronda, ad alterius Normannici differentiam, oppidulum eſt provinciæ Inſulæ Franciæ, in confinio Picardiæ, 4. leucis à Compendio in ortum æſtivum Ambianum verſus.

GORNIACUM, *Gournay*, cognomento *ſur Marne*, vicus Galliæ in provincia Inſulæ Franciæ, cum ponte ad Matronam fluvium prope Calas, & vix 4. leucis à Pariſiis in ortum.

GORSIO, ſive ut in aliis codicibus legitur Gurſio, oppidum Pannoniæ inferioris Antonino, nunc ut exiſtimat Lazius, eſt *Corck*, vicus Hungariæ ad Zarwichium fluvium, inter Albam Regalem & Quinque Eccleſias.

GORTYNA, urbs Cretæ inſulæ Straboni, & Ptolemæo, quondam clara, & Epiſcopalis ad fluvium Lethæum, nunc exciſa jacens, ejus rudera *Gortina* vocantur in agro Candiæ, 15. mill. paſſ. ab Ida monte in ortum hybernum, & 12. ab ora meridionali inſulæ, hinc Gortynæus nomen gentis, Gortinæ meminit Lucanus libro tertio.

GORTYNA, oppidum fuit Arcadiæ, in Peloponneſo, ad Gortynium fluvium, teſte Pauſania.

GORUM REGNUM, *le Royaume de Gor*, Regio Indiæ propriæ in Imperio Magni Mogolis, & in ejus parte Boreali, verſus Turcheſtaniam regionem, cum urbe primaria cognomine.

GORZIA, *Gorze*, vicus & Abbatia Galliæ in Lotharingia, & in limite Metenſis agri, vix una leuca à Moſella fluvio, & 3. à Metis in occaſum hybernum, verſus Fanum S. Michaelis 7. circiter, eſtque in colle ad Gorziam amnem, hinc tractus adjacens dicitur Gorzienſis terra, in actis mediæ ætatis.

GORZOPÆ REGNUM, *le Royaume de Gorzopa*, Regnum parvum Indiæ intra Gangem in Canara regione, dicitur etiam *Gorpopa* à quibuſdam, & oppidum habet primarium cognomine, 40. mill. paſſibus ab Onorio diſſitum in ortum.

GOSLARIA, *Goſlar*, urbs Germaniæ in Saxonia inferiori, Imperialis & libera, intra fines Ducatus Brunſvicenſis Guelpherbitani, in Sylva Semana, condita fuit ab Henrico Aucupe Imperatore, & anno 1201. munita, & in ea Duces Brunſvicenſes jus habent protectionis, ſita eſt in limite Epiſcopatus Hildesheimenſis, 5. milliaribus ab Hildesheimo in ortum, Halberſtadium verſus 7. eſtque ad Goſam fluviolum qui paulo poſt cadit in Obacrum.

GOSTINIUM, *Goſtynin*, oppidulum & Caſtellania Poloniæ majoris, in Palatinatu Ravenſi. Nobilitatur carcere & morte Demetrii Suiſcii Magni Ducis Moſcoviæ, 2. milliaribus Polonicis, diſtans à Viſtula fluvio, & à Ploſco in Meridiem. Arcem habens tantiſper munitam.

GOTA, *Goto*, inſula Japoniæ, in Aſia, cum urbe cognomine, in ora regionis *Ximo*, inter Coream ad Meridiem, & Amacuſam ad ortum, teſte Carone.

GOTHA, *Gotha*, urbs parva Germaniæ in Thuringia, quam à Gothis conditam volunt aliqui, ſubeſt dominio Ducis à Gotha dicti, è domo Saxonica, ejus arx *Grimmeſtein*, alias permunita, diruta fuerat ſub Ferdinando primo Imperatore, ſed reparata fuit hiſce ultimis temporibus, & *Freidenſtein* vocatur, 3. milliaribus Germanicis diſtans ab Erfordia in occaſum Eyſenacum verſus 4. & ab ea tractus adjacens dicitur Gothanus ager.

GOTHANA DITIO, *das Hertzogthumb von Gotha*, tractus Germaniæ in Saxonia ſuperiori, ſub dominio Ducis Saxoniæ à Gotha dicti, è Vimarienſi linea, ſub quo ſunt Gothanus ager in Thuringia, Oſitia ſive Altenburgenſis Ducatus in Miſnia, Coburgenſis tractus, & pars Comitatus Hennebergenſis in Franconia, ex quibus Oſitia & Coburgenſis tractus ei nuper evenerunt ex hereditate Ducis Altemburgenſis.

GOTHEBURGUM, *Gotheborg* incolis, & *Gotembourg* Gallis, urbs Sueciæ permunita, cum portu, in Weſtrogothia provincia, & in ora ſinus Codani, ubi obiit Carolus IX. Sueciæ Rex anno 1660. 3. milliaribus Germanicis à Bahuſio in Meridiem diſtat, & prope ipſam ineſt arx Elburgum dicta intra rupes, diſtat autem hæc urbs 66. milliaribus Suecicis ab Holmia in occaſum, uti 50. à Calmaria, & 30. ab Hafnia in Septentrionem.

GOTHEBURGUM, *Gotembourg*, oppidulum Americæ Septentrionalis, in Nova Eboracenſi provincia, prope fluvium Auſtrinum, vix 10. milliaribus Germanicis ab ora maris Borealis, antea à Suecis extructum, ſed poſtea à Belgis captum, & deinde expugnatum ab Anglis quibus etiamnum ſubeſt.

GOTHI, qui & Gotthi etiam quibuſdam, populi fuere Sarmatiæ Europææ Stephano, Jornandi, & aliis, qui à plurimis antiquis Authoribus, & mediæ ætatis etiam, ſumuntur pro Getis, ut fusè narrat Philippus Cluverius libro 3. Germaniæ antiquæ, hi primum verſus partem ſeptentrionalem Ponti Euxini & Mæotidem paludem conſedere, atque lapſu temporis verſus Boryſthenis & Iſtri oſtia, hinc in duas partes diviſi fuere, nempe in Gothos Orientales ſeu Oſtro-Gothos,

& in Gothos Occidentales ſive Wiſigothos, qui poſtea per Thraciam, Illyricum, Italiam, & Hiſpaniam plures irruperunt, & tandem Regna Oſtro Gothorum & Wiſigothorum conſtituerunt, de quibus plura in hiſtoriis Jornandis, & aliorum. Exiſtimat Cluverius Gothos olim Gothones & Gotones dictos fuiſſe à Tacito, & primum conſediſſe verſus oſtia Viſtulæ fluvii in mare Balticum ſive Orientale, idque multis probare nititur forſan in gratiam patriæ ſuæ, ſed non validis utitur argumentis, idque tantum obtinet, ut diſtinguantur à Gutis Scandinaviæ populis, qui à multis recentioribus malè ſumuntur pro Gothis, ex ſcriptis Olai Gothi, & aliorum. Gothorum meminit Auſonius cum aliis multis.

GOTHIA LATE SUMPTA, complectebatur alias Sueciæ Regnum, tuncque dicta fuit Gothorum Regnum, ſed poſtea magis reſtricta fuit, hiſce poſterioribus temporibus complectitur tantum Gothiam propriam, id eſt partem meridionalem Regni Sueciæ, quanquam etiamnum Rex Sueciæ titulum Regis Gothorum accipiat.

GOTHIA, *Gutlandt* incolis & Danis, *Gota* Suecis, *das Gotlandt* Germanis, *la Gotie* Gallis, & *la Gotia* Hiſpanis atque Italis, pars meridionalis Regni Sueciæ, inter Sueciam propriam, Norvegiam & mare Balticum ſive Orientale, ubi olim Gutæ populi, ut exiſtimat Cluverius, dividitur in tres partes; nempe in Occidentalem Gothiam *Weſt-Gota*, quæ ad occaſum verſus Norvegiam extenditur: in Orientalem Gothiam *Oſt-Gota*, quæ ad ortum verſus mare Balticum & Sueciam propriam protenſa: & in Meridionalem Gothiam *Sud Gota*, quæ etiam Scania latè ſumpta dicitur, & ad Meridiem excurrit verſus Germaniam & Daniam, à qua tantum Freto Oreſunda ſeparatur, Gothiæ Occidentalis provinciæ ſunt Weſtrogothia, *Weſt Gota*, Dalia, *Daal*, & Vermelandia, *Wermeland*. Gothiæ Orientalis provinciæ ſunt Oſtrogothia *Oſt-Gota*, Smalandia, *Smaland*, Olandia inſula, *Oeland*, & Gotlandia inſula, *Gutland* in mari Baltico, Gothiæ autem Meridionalis provinciæ ſunt Scania, *Skone*, Hallandia, *Halland*, & Blekingia, *Bleking*. Et hæ tres ultimæ provinciæ prius erant Danici juris, nunc ſubſunt dominio Regis Sueciæ, ab anno 1658. pace ad Roſchildam ſancita, Gothiæ vero urbes præcipuæ ſunt Calmaria & Gotheburgum, hinc Gothi populi *The Gudske* dicti ſibi.

GOTHIÆ URBES PRÆCIPUÆ.

Calmaria, *Calmar*.
Corona, *Landſcroon*.
Chriſtianopolis, *Chriſtianopel*.
Daleburgum, *Daleborg*.
Gotheburgum, *Gotemborg*.
Helmoſtadium, *Helmſtat*.
Lundis, *Lunden*.
Malmogia, *Malmohe*.
Vexſio, *Vexſio*.

GOTHIA, quæ & Gallia Gothica, provincia Galliæ, ſæpius Occitania dicta, vulgo *le Languedoc*. Vide Occitania.

GOTHIA, inſula maris Baltici. Vide Gothlandia.

GOTHINI, populi fuere Germaniæ Tacito, verſus Viadrum fluvium, ad ortum Marcomanorum, ubi nunc forſan pars Sileſiæ provinciæ, prope & ſupra Uratiſlaviam, teſte Cluverio.

GOTHISCANDIA, Regio Scandinaviæ Agathiæ, poſtea Gotlandia, pars ampla Regni Sueciæ ad Meridiem, quæ eadem eſt cum Gothia regione. Vide ſupra.

GOTHLANDIA, & Gothia etiam quibuſdam, *Gutland* incolis, *Gothland* aliis, inſula Regni Sueciæ, Gothiæ pars in mari Baltico, 15. milliaribus Suecicis diſtat ab ora littorali Oſtrogothiæ in ortum. Ejus longitudo a Septentrione in Meridiem eſt 12. milliarium Suecicorum circiter, latitudo autem 5. milliarium ſimilium ab ortu in occaſum; ibique oppidum Viſbia, *Wisby*, alias urbs ampla, & emporium celebre. Paruit alias hæc inſula Regi Daniæ, cui reddita fuerat ab Equitibus Pruthenis anno 1408. pro ſumma 9000. aureorum, at conceſſa fuit Regi Sueciæ à Danis anno 1645. pace ad Bromſbroam ſancita, ſicque nunc etiam Suecis paret, capta fuerat à Danis anno 1677. ſed poſtea reddita fuit Sueciæ Regi anno 1679. pace ſancita ad Fontem Bellaqueum eodem anno, & mediante Patrocinio Francorum Regis.

GOTHORUM REGNUM, Regio ampla Europæ, ſub qua Gothiæ & Sueciæ Regna comprehendebantur ante duo, & tria ſæcula, nunc autem ſub Suecia cenſetur. Vide Gothia late ſumpta.

GOTHUNNI, populi Sarmatiæ Europææ, ex Gothis & Hunnis permixtis nominati. Quorum meminit Claudianus libro 2. in Eutropium.

GOTTINGA, *Gottinghen* incolis, *Gottingue* Gallis, urbs parva Germaniæ in Ducatu Brunſvicenſi, & in tractu Calembergico, ad Leinam fluvium; alias Imperialis & libera, ſed poſtea ab Imperio exempta, nunc Duci Hannoveræ ſubeſt, 3. milliaribus Germanicis diſtans a Duderſtadio in occaſum, verſus Haſſiam inferiorem, & 10. ab Hildeſio in Meridiem.

GOTTORPIUM, *Gottorp*, arx Daniæ, in Jutia Meridionali, exiguo ab urbe Sleſwicenſi intervallo, ſedes Ducum Sleſwici & Holſatiæ, qui hinc Duces Gotorpienſes perſæpe dicuntur, 4. milliaribus Germanicis diſtat à Flenſburgo in Meridiem Rensburgum verſus totidem, & in ea obiit Fridericus I. Rex Daniæ die 3. Aprilis anno 1533.

GOUDA, *Goude*, urbs Belgii uniti, in Hollandia, media ferme inter Ultrajectum ad ortum & Hagam ad occaſum, 5. leucis utrinque diſtans, 3. à Roterodamo, in ortum æſtivum, ad Iſalam fluvium.

GOURUM, *Gouro*, urbs Aſiæ, in India, ſatis ampla, in Regno Bengalæ, ad Gangem fluvium, 200. circiter milliaribus a Charigano urbe in Septentrionem, & totidem à ſinu Gangetico, ſub dominio Magni Mogolis.

GOZIURA, urbs. Vide Gaziura.

GRAVEDONA, *Gravedona*, oppidulum Italiæ, in Ducatu Mediolanenſi, ad lacum Larium in ejus ora occidentali, prope confinia Rhætiæ & Comitatus Clavennenſis.

GRACHIANUM, oppidum fuit Italiæ in Hetruria, nunc exciſum prope Collem urbem agri Senenſis, quæ crevit ex ejus ruinis, teſte Ughello.

GRACCHOPOLIS, poſteà Cracovia, teſte Antonino Bonfinio, *Crackow*, urbs Poloniæ minoris, Epiſcopalis & regia ampliſſima. Vide Cracovia.

GRACURIS, oppidum Vaſconum in Hiſpania Tarraconenſi Ptolemæo, prius Illurcis dicta, & à Graccho poſt victos Celtiberos reſtaurata & vocata, teſte Feſto, illud nunc dici *Agreda*, oppidum Caſtillæ veteris in limite Aragoniæ ſcribunt Moralis, & Cluſius, ſed alii exiſtimant, Gracurum eſſe *Cagurria* caſtrum Regni Navarræ prope Iberum fluvium, & Vianam oppidum, in ipſo limite Caſtellæ veteris.

GRADISCA, *Gradiſck* Germanis, *Gradiſca* Italis, arx munita Italiæ, ad Sontium fluvium, in Foro-Julio & in Comitatu Goritienſi, ſub dominio Auſtriacorum, & in confinio ditionis Venetæ, media ferme inter Aquileiam in Meridiem & Goritiam in Septentrionem 2. milliaribus Germanicis à Palma in ortum, & a Germanis ſub Karſtia tractu cenſetur.

GRADISCIA, *Gradiſck*, urbs probè munita Croatiæ, ad Savum fluvium, in ditione Turcarum, & in limite Boſniæ, 8. milliaribus Germanicis, diſtans

Digitized by Google

à Zagrabia in ortum, Poſegam verſus. Antiquis fuit Servitium, Brierio & aliis teſtibus.

Gradus, urbs Venetiæ, nunc *Grado* Italis, *Grae* incolis, urbs Italiæ in inſula parva cognomine maris Adriatici, in ora Foro-Julienſis provinciæ, ſed tamen pars Ducatus Veneti, & ſub dominio Reipublicæ Venetæ, ædificata fuit ab Aquileienſibus, urbe ſua per Attilam everſa, ubi Patriarcha ſedem diu tenuit, cum autem Aquileiam rediſſet, Gradenſes Patriarcham ſibi adſcivere tempore Caroli Magni ut ſcribunt Eginhartus, & Regino, unde Patriarchatus diviſus fuit in Aquileienſem & Gradenſem, & hic poſtea Venetias tranſlatus fuit anno 1455. a Nicolao V. ſicque Patriarcha olim Gradenſis, nunc Venetus nominatur, Gradus urbs parva eſt, ſed probe culta, continenti proxima, 12. milliaribus diſtans ab Aquileia io Meridiem, & 80. à Venetiis in ortum, dicta fuit etiam Nova Aquileia.

Graous, Rhodani oſtia in mare Mediterraneum, vulgo *les Gras* dicta, quam appellationem tribuunt etiamnum Rhodani accolæ ipſis meatibus ſeu trajectibus, per quos fluvius in mare evolvitur, reliquo fluvii ipſius oſtio arenis ferme undique obſito, hos enim trajectus *Gras* appellant, adjuncta quadam à locis vicinis aut a Pelagi natura denominatione, teſte Carolo *du Freſne* viro clariſſ. in notis ad Commenam, & de bis vide pluribus in voce Rhodanus, ſupereſt præterea ejuſdem vocabuli veſtigium in Occitania ioferiori ad Stagnum Magalonenſe, quod ad Septentrionem continenti adhæret, ad Meridiem à Gallico mari validiſſimo aggere disjungitur, haud procul à Magalona diſruptus agger iſte trajectum navibus præbet in ſtagnum, quod portus viceos præſtat, nuncque *le Grau de Palavas* dicitur, eum olim gradus Mergorii vocaretur, eſtque hodie arenis oppletus, ſunt etiam gradus duo verſus oſtia Atacis fluvii, *le Gras de Vendres*, & *le Grau de la nouvelle* dicti, infra Narbonam.

Grææ Alpes, Ptolemæo, ſive & melius Graiæ Plinio, & aliis, Graius mons Tacito, & Senecæ, montes ſunt inter Galliam Narbonenſem & Italiam, & Alpium pars; excurruntque inter Sabaudiam, & Pedemontium à monte Ceniſio, nempe ubi deſinunt Cottiæ, ad Summum Penninum, vulgo *Monte Giove* incolis, ubi incipiunt Penninæ. Vide Alpes Graiæ.

Græca Via, quæ & Herculea, in Campania, prope lacum Lucrinum erat, teſte Cicerone.

Græcs, populi Græciæ regionis, hodie *les Grecs* Gallis, *li Greci* Italis, *les Griegos* Hiſpanis, *Gree's* Anglis, *Griechs* Germanis, *Greczyn* Polonis, olim etiam dicti fuere Achæi, & Achivi, Argivi, Danai, Graii, & Hellenes in univerſum, & ſub ipſis cenſebantur etiam Dolopes, Dores, Iones, & Pelaſgi.

Græcia, Regio Europæ perampla & notiſſima; quæ Hellas Plinio, cum late ſumebatur continebat Græciam propriam, & Regnum Macedonicum, ſub quo etiam Epirus, Thracia, & Theſſalia, ſicque ejus termini erant ab Oriente Propontis, & mare Ægeum, à Meridie mare Creticum, ab Occidente mare Ionium, & pars Adriatici, à Septentrione Illyricum, Moeſia, & Pontus Euxinus, iiſdem nunc definitur limitibus, ſub dominio Imperatoris Turcarum cui tota ſubeſt à duobus ſæculis, cum antea Principes haberet proprios, hodie dicitur *la Grecia* Italis, & Hiſpanis, *la Grece* Gallis, *das Griechenland* Germanis, *the Greece* Anglis, & *Romeli* Turcis, teſte Leunclavio, cum aliis, complectiturque Thraciam, nunc *la Romanie*, Macedoniam *la Macedoine*, Livadiam olim Achaiam *la Livadie*, Moream olim Peloponneſum, *la Morée*, & inſulas maris Ægei pro maxima parte, & ad occaſum. Totius vero regionis caput eſt Conſtantinopolis, quæ Regia ſedes Turcarum exiſtit, de aliis ejus urbibus vide infra.

Grecia Propria, ſive vera & ſtricte ſumpta, Regio Europæ, pars erat maxima meridionaliſque Græciæ late ſumptæ, cujus termini ad ortum mare Ægeum, ad Meridiem Creticum, ad occaſum Ionium mare, & Theſſalia Epiruſque ad Septentrionem, ejus partes erant tres nempe Achaia ſive Hellas, Peloponneſus, & inſulæ maris Ægei pro majori parte, & quæ verſus occaſum extenſæ erant. Provinciæ Achaiæ fuere Ætolia, Attica, Bœotia, Doris, Locri, Megaris, & Phocis. Provinciæ Peloponneſi fuere Achaia propria, Arcadia, Argia, Corinthia, Elis, Laconia, Meſſenia, & Sicyonia. Inſulæ Græciæ ſunt Cephalenia, Corcyrus, Creta, Cyclades, Cythera, Delos, Eubœa, Zacynthus, & aliæ minores: & hæc de Græcia antiqua.

Græcia vera, ſive ſtrictè ſumpta, nunc pars eſt meridionalis Græciæ latè ſumptæ, ſive Romaniæ regionis ſub Turcis, ubi olim Græcia propria, dividiturque in tres patres, nempe in Livadiam, in Moream, & in inſulas maris Ægei, ex bis prima Livadia, *la Livadie*, quæ magis ad Septentrionem; ubi olim Achaia ſive Hellas, ſub qua nunc ſunt quatuor provinciæ nempe, Athenarum Ducatus *le Duché d'Athenes*, Deſpotatus ſive parva Græcia *le Deſpotat*: Livadia propria, *la Livadie*; & Stamulipa olim Bœotia, *la Stramulipa*: Secunda eſt Morea, olim Peloponneſus *la Morée*, quæ verſus Meridiem protenditur undique fere mari circumdata, & tantum tenui Iſthmo continenti juncta, in qua ſunt Clarentiæ Ducatus, *le Duché de Clarence*, tractus Belliviſus *Belvedere*, Saccania, quæ & Romania minor quibuſdam, *Saccania*, & Tzaconia *la Tzaconia*, *ou pais des Mainetes*, & ſub tertia cenſentur inſulæ maris Ægei, nempe Euboea *Negrepont*, inter alias facile nobilior & major, Cyclades, Andros, Melos, Scyros, Naxia, Cythera, Ægina, Cefalonia, Zacynthus, Leucas, & aliæ minores, hujus autem regionis præcipuæ urbes ſunt in Livadia Athenæ, in Morea Nauplia, in inſulis Chalcis.

Græciæ Urbea nunc Præcipuæ.

Athenæ, *Atines.*
Chalcis, *Negrepont.*
Corinthus, *Coranto.*
Corone, *Coren.*
Epidaurus, *Malvaſia.*
Lebadea, *Livadia.*
Leucas, *Sainte Maure.*
Methone, *Modon.*
Naupactus, *Lepanto.*
Nauplia, *Napoli de Romanie.*
Patræ, *Patras.*
Pylus, *Navarin.*
Thebæ, *Thiva.*

Græcorum Matropoles in Eoropa.

Achrida, *Ochrida*, Macedoniæ.
Anchialus, *Anchialo*, Thraciæ,
Apros, *Aprio*, Thraciæ.
Arcadiopolis, quæ & Bergulæ, *Bergas*, Thraciæ.
Athenæ, *Atines*, Atticæ.
Athyra, *Glicynero*, Thraciæ.
Berrœa, *Veria*, Macedoniæ.
Bizya, *Vizo*, Thraciæ.
Bryſis, Thraciæ.
Bydena, *Vidin*, Moëſiæ ſuperioris.
Chalcis, *Negrepont*, Euboeæ.
Chriſtianopolis, olim Megapolis, *Leontari*, Peloponneſi.
Chriſtopolis, olim Neapolis, *Chriſtopoli*, Macedoniæ.

Conſtantinopolis, *Stamboul*, Thraciæ, Patriatchalis.
Corcyra, *Corfou*, in ora Epiri.
Corinthus, *Corante*, in Peloponneſo.
Cypſella, *Capſilar*, Thraciæ.
Demetrias, *Dimitriada*, Theſſaliæ.
Dercos, *Delcon*, Thraciæ.
Didymothichos, *Dimotuc*, Thraciæ.
Dryſtra, olim Tiriſta, *Driſta*, Moeſiæ inferioris.
Dyrrachium, *Durazzo*, Macedoniæ.
Hadrianopolis, *Andrinople*, Thraciæ.
Heraclea, ſeu Perinthus, *Heraclea*, Thraciæ.
Joannina, olim Caſſiope, *Joannina*, Epiri.
Lacedæmon, *Muſithra*, Peloponneſi.
Lariſſa, *Larizza*, Theſſaliæ.
Lemnos, *Stalimini*, inſulæ cognominis.
Madita, *Maiton*, Thraciæ.
Maronea, *Marogna*, Thraciæ.
Meſembria, *Meſember*, Thraciæ.
Monembaſia, olim Epidaurus, *Malvaſia*, Peloponneſi.
Naupactum, *Lepante*, Ætoliæ.
Nauplia, *Napoli de Romanie*, Peloponneſi.
Paronaxia, ex Paro & Naxo inſulis, *Naxia*, maris Ægei.
Patræ, *Patras*, Peloponneſi.
Pharſala, *Farſa*, Theſſaliæ.
Philippi, *Filippo*, Macedoniæ.
Philippopolis, *Filippopoli*, Thraciæ.
Phula, ſeu Bulla, cum Sugdæa, in Moeſia inferiori.
Sardica, *Sophia*, Thraciæ propriæ.
Scupia, *Scopia*, Moeſiæ ſuperioris.
Selymbria, *Selivrea*, Thraciæ.
Serræ, olim Apollonia, *Serre*, Macedoniæ.
Thebæ, *Thiva* Bœotiæ.
Thebæ, *Ziton*, Theſſaliæ.
Theodoſia, *Caffa*, Tauricæ.
Theſſalonica, *Salonichi*, Macedoniæ.
Trajanopolis, *Trajanopoli*, Thraciæ.
Varna, *Varne*, Moeſiæ inferioris.
Xanthia, Thraciæ.
Zichnæ, *Zichne*, Macedoniæ.

GRÆCIA MAGNA, pars fuit Italiæ Meridionalis Straboni, & Plinio, à Septentrione in Meridiem extenſa, alias amplior, poſtea reſtricta fuit, complectebaturque tantum Brutios & Lucaniam, ubi nunc Calabria citerior & ulterior, & Baſilicata, provinciæ Regni Neapolitani, teſte Philippo Cluverio, dicta fuit ſæpius magna Græcia. Vide ibi, ejus meminit Ovidius libro 4. Faſtorum.

GRADECIUM REGINÆ, *Gratz*, & *Konigsgratz*, urbs Regni Bohemiæ, ad Albim fluvium, ubi recipit Orlitium ſedes olim Viduarum Reginarum, unde nomen ei inditum, & nuper Epiſcopali ſede inſignita fuit ſub Archiepiſcopo Pragenſi. Vide Reginæ Gradecium.

GRÆCIUM, ſive Gracium, *Gratz*, urbs Germaniæ, probe munita Stiriæ Ducatus caput, ad Muram fluvium, & olim Muroela dicta in Pannonia ſuperiori, ut exiſtimat Cluverius, caſtrum habet ſplendidum & munitum, in colle edito ubi alias Archiducum ſedes, & Academiam, 15. milliaribus Germanicis diſtans à Vienna in Meridiem, uti 11. à Neoſtadio Dravum fluvium verſus 5. & Cilleiam 13. & in ea natus eſt Ferdinandus II. Imperator anno 1578.

GRÆCUM MARE, *la mer de Grece*, pars eſt maris Ægei Græciam alluens ad ortum, & Græciæ inſulas.

GRÆCI, populi Macedoniæ, in Moeſiæ confinio, prope Strymonis fontes incolentes, teſte Thucydide.

GRÆSSA, Africæ propriæ urbs, ſtadiis 400. à Carthagine diſtans, teſte Procopio.

GRAFINIANA, ſeu Carferoniana, *la Carfagnana*, tractus Italiæ in Hetruria, & intra montem Apenninum, juxta Oſerim fluvium, ſub dominio Ducis Mutinenſis, inter Mutinenſem Ducatum ad Septentrionem, & ditionem Lucenſem ad Meridiem, cujus caput Caſtrum Novum.

GRAGUS, mons Aſiæ Horatio. Vide Cragus.

GRAIÆ ALPES. Vide & Alpes Graiæ, de quibus Petronius Poeta.

GRAIACUM, urbs Pannoniæ ſuperioris, cujus fit mentio in libro Notitiarum, quæ à quibuſdam Savaria poſtea dicta creditur.

GRAIUM, & Greium, *Gray*, urbs Galliæ in Burgundiæ Comitatu, parva ſed culta, in tumulo ad Ararim fluvium, alias probe munita & caſtro firmata, ſed capta fuit à Francis anno 1668. uti etiam anno 1674. & pauló poſt ejus munitiones disjectæ fuere, & caſtrum ejus dirutum, ſita eſt in limite Ducatus Burgundiæ, 9. leucis diſtans a Divione in ortum, & 6. à Dola in Septentrionem, & ſubeſt Gallis pace ad Noviomagum ſancita anno 1678. dicitur etiam Graiacum.

GRAIUS, mons Italiæ Tacito, & pars Alpium Graiarum, nunc *il monte di San Bernardo* dictus, à cœnobio opulento, & 20. mill. paſſ. diſtans ab Auguſta Prætoria in Septentrionem. Vide Alpes Graiæ.

GRAMPIUS, mons Britanniæ majoris Tacito, nunc interpretantur *Granzebain*, montem Scotiæ, illam in citeriorem & ulteriorem dividentem, ſic dicitur ab indigenis quaſi mons incurvus, extenditurque ab oſtiis Deæ fluvii ad ortum, uſque ad Lomundum lacum ad occaſum.

GRANATA, *la Grenade* Gallis, *la Granada* Hiſpanis, inſula Americæ Septentrionalis in mari Boreali, & una ex Antillis inſulis verſus Meridiem tendens, alias ab Hiſpanis ſic dicta, & nunc ſub dominio Francorum ab anno 1630. probe culta eſt, inter inſulam Tabaci ad ortum, à qua diſtat 25. leucis, & 36. ab ora Americæ Meridionalis in arctos, ejus circuitus eſt 28. leucarum, in ea ſunt aliquot Coloniæ Francorum, & ei adjacent plures inſululæ & Scopuli Granatini dicti, *les Grenadins*, inter quos Bequia inſula.

GRANATA, *Grenade*, oppidum Galliæ, in Aquitania, ad Garumnam fluvium, in Gaurenſi Comitatu, 3. leucis infra Toloſam in Septentrionem Verdunum verſus diſtans.

GRANATA, *Grenade*, oppidulum Galliæ in Vaſconia, ad Aturum fluvium prope Montem Martiani, & in Condomenſi agro, duabus leucis infra Aturum verſus Fanum S. Severi.

GRANATA, *Granada*, urbs nova & parva Americæ Septentrionalis, in Nicaragua regione Novæ Hiſpaniæ, verſus mare Meridionale, & juxta lacum Granatæ, ſub Hiſpanis, 18. leucis a Legione diſtans.

GRANATA, *Granada* incolis, *Grenade* Gallis, *Granata* Italis, urbs ampla Hiſpaniæ, Regni Granatenſis caput, ad Darrum & Singilim fluvios, è vicinis montibus raptim currentes, à Ferdinando Rege recepta fuit anno 1492. victis Mauris, & paulo poſt ab Alexandro VI. Pontifice Maximo Archiepiſcopali dignitate inſignita univerſa, urbs multis collibus diſtincta, inter quos gemini ceteris altiores conſurgunt, quos amnis Darrus interſecat, dividitur in quatuor partes: ea Regio quæ Maximo decoratur templo Granatæ nomine gaudet, templum habens auguſtiſſimum, in cujus Sacrario Rex Ferdinandus cum Iſabella conjuge ſepulti ſunt: ſecunda Regio ſeu pars eſt *Alhambra*, in qua Palatium Regium vetus, & Palatium novum: terna pars urbis *Alvcſim* dicitur, duobus collibus ornata: quarta urbis pars eſt *Antiquerula*, crevit ex ruinis Illiberis

Digitized by Google

liberis urbis vicinæ, unde nova Illiberis dici poteſt, & ejus Academia inſtituta fuit à Ferdinando Rege, alias ejus circuitus erat 12. mille paſſuum, eratque populoſiſſima & cultiſſima, cum Reges Mauros habebat proprios: ſed poſtea maxime defecit, & præſertim ex quo illinc ejecti ſunt Mauri, ſub Philippo III. Rege Hiſpaniæ, 36. leucis diſtat ab Hiſpali in ortum, uti 19. a Corduba, & 12. à Gienno in Meridiem, paruit dominio Maurorum per 778. annos, & hinc Granatenſes populi, *los Granadinos* Hiſpanis, *les Grenadins* Gallis.

Granata Nova, ſeu Novum Regnum Granatenſe, *el nuevo Reyno de Granada*, pars ampla Americæ Meridionalis in regione Terræ firmæ, in mediterraneis, inter Popaianum & Pariam, cujus caput Fanum S. Fidei de Bogota. Vide Novum Regnum Granatenſe.

Granata Nova, *el Nuevo Granada*, ſic dicitur aliquando ab indigenis Novum Regnum Mexicanum, Regio ampla Americæ Septentrionalis ſub Hiſpanis. Vide Novum Regnum Mexicanum.

Granata Nova, *Nuova Granada* Hiſpanis, urbs fuit parva Americæ Septentrionalis in Hiſpaniola inſula ſinus Mexicani, nunc exciſa jacet.

Granatense Regnum, *el Reyno di Granada* incolis, *le Royaume de Grenade* Gallis, provincia eſt Hiſpaniæ verſus Meridiem, ubi olim pars orientalis Bæticæ, eſtque proprie Vandalitia ſuperior, ſic dicitur a Granata urbe ejus primaria, in qua Reges Maurorum ultimi diu regnarunt; ſed tandem inde ejecti fuere à Ferdinando Rege anno 1492. hujus Regni termini ſunt à Septentrione & Occidente Vandalitia propria, ab Oriente Regnum Murciæ, & à Meridie mare Mediterraneum, montibus undique refertum eſt, inter quos eminent Alpuxaræ montes: & ex quo Philippus III. Rex Hiſpaniæ Mauros hinc expulit, totus hic tractus fere deſertus & incultus eſt, quanquam fertilis ſit, hujus Regni urbes ſunt Granata *Granada* quæ ejus præcipua, Acci *Guadix*, Almeria *Almeria*, Arunda *Ronda*, Baſti *Baza*, & Malaca *Malaga*.

Granadæ Lacus, *la Laguna de Granada*, lacus amplus Novæ Hiſpaniæ in Nicaragua regione, ſic dictus à Granata urbe ei adjacente, extenditur ab Occidente in Orientem per 35. leucas, ejus vero latitudo à Septentrione in Meridiem eſt 20. & circuitus eſt 90. leucarum circiter, dicitur etiam aliquando Lacus Nicaraguæ, & in eum cadunt plures fluvii, uti ad occaſum emiſſarium lacus Legionis, & ab eo viciſſim exit ad ortum fluvius emiſſarium dictus, *el Deſagnadero* vulgò, ſive *el rio de San Juan*, in hoc lacu ſunt plures inſulæ, ex quibus ſex præcipuæ probe cultæ ſunt, teſte Joanne à Turrecremata.

Granceium, quod & Granciacum, *Grancay*, caſtrum Galliæ in Campania provincia, & in ipſo limite Burgundiæ Ducatus, 8. leucis diſtans à Caſtellione ad Sequanam in ortum hybernum, & totidem à Lingonibus in occaſum hybernum etiam.

Granuimontium, ſeu Grandis mons, *Grandmont*, cœnobium amplum Galliæ, in provincia Lemovicenſi, caput Ordinis Grandimontenſis, fundati à S. Stephano Abbate, qui obiit anno 1056. diſtat 6. leucis à Lemovico in ortum æſtivum.

Granoipratum, *Grandpré*, caſtrum & oppidulum tenue Galliæ in Campania provincia, ad Aroſam fluvium, 12. leucis diſtans a Remis in ortum Sabathanacum verſus 5.

Granois, oppidulum fuit Galliæ, in Lotharingia, circa Tullum urbem, cujus mentio in vita S. Eliphi martyris.

Granois Sylva, *Grand Selve*, Abbatia Galliæ in Occitania ſuperiori, & in agro Toloſano.

Granovicus Sinus, pars maris Septentrionalis, inter Moſcoviam propriam, & Lappiam Moſcoviticam excurrens, cujus meminit Saxo Grammaticus, dicitur à Joanne Gotho, & a recentioribus mare Album, Gallis *la mer Blanche*, Belgis *de Witte zée* quod idem ſignificat, uti & *Bielo More* Ruſſis.

Grani Palatium, & Grani Thermæ, urbs Germaniæ Luitprando, & Grani Aquæ Reginoni & aliis. Vide Aquiſgranum.

Grantanum, promontorium Corſicæ inſulæ Ptolemæo, quod & Graniacum legitur, nunc *il Capo d'Erbicara* dicitur, teſte Cluverio, in ora orientali Corſicæ verſus Meridiem, & prope portum veterem, 9. milliaribus à Portu Syracuſano in Septentrionem, uti 15. a Boniſacio, Pineto autem eſt *il Capo di Santa Manza* in viciniis.

Granicus, fluvius Aſiæ minoris in Myſia minori Straboni, & Quinto Curtio, ex Ida monte profluens, & deinde in Boream tendens, in Propontidem ſe exonerat, inter Cyzicum ad ortum, & Lampſacum ad occaſum, cujus fontes 20. ſtadiis diſtant ab ortu Scamandri, & 120. à Scepſi, nuncque dicitur à quibuſdam *Granico*, ſed à Nigro *Lazzara* vocatur, hic primum inter Alexandrum Magnum & Perſas non procul a Cyzico pugnatum eſt, & in ea pugna 100. millia Perſarum cæſa ſunt, teſtibus Plutarcho & Juſtino.

Granius, fluvius Suſianæ Plino, qui Grunus dictus ab Arriano, in ſinum Perſicum decurrens.

Granni, populi Pannoniæ ſuperioris Jornandi, forſan juxta Grannium fluvium incolentes, circa Strigonium urbem, quæ *Gran* dicitur.

Grannopolis, urbs Galliæ Narbonenſis in Allobrogibus Sidonio Apollinari, hodie *Grenoble*, Delphinatus caput, melius dicitur Gratianopolis. Vide ibi.

Gransonium, *Granſon*, oppidulum Helvetiæ, juxta lacum Novi Caſtri. Subeſt Bernatibus & Friburgis, cum Præfectura adjacente. Ibi iterum victus, anno 1476. die 2. Martii ab Helvetiis Carolus Burgundiæ Dux ultimus. Uno milliari Helvetico diſtat a Novo Caſtro in Meridiem, & 3. à Friburgo in occaſum.

Granta, urbs Britanniæ majoris à Beda memorata, nunc Latine Cantabrigia dicta, *Cambridge* Angliæ, *Caer-grant* Britannice, urbs Angliæ, caput Comitatus Cantabrigiæ, qui etiam ab authoribus mediæ ætatis *Grantebrige Scira* dicitur. Vide Cantabrigia.

Granus, *le Gran*, fluvius Hungariæ Tranſdanubianæ, ex confinio Poloniæ oriens, & in Danubium ex adverſo Strigonii urbis, cui nomen communicat, influens.

Grassa, *Graſſe*, urbs Galliæ in Provincia, olim forſan Grinnicum dicta, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Ebredunenſi, loco Antipolis cui ſucceſſit in Epiſcopali ſede, ſita eſt in colle, ſed elegans & probe culta, 3. leucis diſtans ab Antipoli in occaſum, uti 7. à Nicea, erantque aliàs in illo tractu Deceates populi Galliæ Narbonenſis.

Grassa, *la Grace*, ſive *la Graſſe*, vicus & Abbatia Galliæ in Occitania inferiori, & Carcaſſonenſi agro, à Carolo Magno extructa, ad radices montium Corbariæ, & 4. leucis diſtans à Carcaſſone in ortum hybernum, 6 verò à Narbone in occaſum.

Gratia, urbs Bithyniæ mediterranea Antonino, Cratia Ptolemæo, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Claudiopolitano, inter illam ad occaſum 24. & Ancyram ad ortum 106. mill. paſſ. ad Parthenium fluvium.

Gratia Dei, *Gracias à Dios*, oppidum Americæ Septentrionalis in Nova Hiſpania, & in Hondura provincia, ad radices montium, ubi antea Regium tribunal, quod poſtea Guatimalam tranſlatum fuit, nuncque deficit in dies à paucis inhabitatum.

Digitized by Google

GRATIÆ PORTUS, *le Havre de Grace*, urbs permunita Galliæ cum valida arce, in Normannia, & in Caletenſi tractu. Vide Portus Gratiæ.

GRATIANA, oppidum Pannoniæ Saviæ Procopio, *Gradiſcha*, teſte Lazio, in Boſſinæ confinio, medium inter Zagabrim ad occaſum & Poſſegum ad ortum, 8. milliaribus Hungaricis. Dicitur aliter Gradiſca. Vide ibi.

GRATIANOPOLIS, urbs Africæ propriæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Carthaginenſi, cujus fit mentio in libris Conciliorum, & cujus meminit D. Auguſtinus libro de Civitate Dei.

GRATIANOPOLIS, urbs Allobrogum in Gallia Narbonenſi, quæ Acuſio etiam Ptolemæo, & Cularo dicta, uti Grannopolis quibuſdam, nunc *Grenoble* incolis, *Granobla* Italis, urbs Galliæ, Delphinatus caput, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Viennenſi, ad Iſaram fluvium, ubi recipit Dracum, & Parlamenti ſedes, ad radices montium in Grannopolitana valle, à Gratiano Imperatore & ejus inſtauratore dicta, culta eſt atque munita, 13. leucis diſtans à Vienna in ortum, & 16. à Lugduno in ortum hybernum, à Monmeliano vero 7. in occaſum hybernum, uti 8. à Camberiaco.

GRATIANOPOLITANUS AGER, *le Graiſivodan*, tractus Galliæ in Delphinatu, intra Montes & verſus Iſaram & Dracum fluvios, ubi olim Allobrogum pars, terminatur à Septentrione Sabaudia propria, ab Oriente Mauriana valle, & Brigantino tractu, à Meridie Vapincenſi, & ab Occidente Dienſi tractu & Viennenſi, urbem habens unicam Gratianopolim, unde nomen ei inditum eſt, cum Griſivodana vallis nomen ſit corruptum.

GRATIOSA, *la Gracioſa* Luſitanis, *la Gracieuſe* Gallis, inſula maris Atlantici, & una ex Accipitrum inſulis, parva & culta, 15. leucis Hiſpanicis diſtat à Tertia in Septentrionem; ſubeſtque dominio Regis Portugalliæ.

GRAUDANTIUM, *Grudzanez* incolis, *Graudentz* Germanis, Pruſſiæ Polonicæ ſeu Regiæ oppidum amœnum & munitum, ad Oſſæ in Viſtulam influentis oſtium, diſtat 9. milliaribus Polonicis à Taurino in Septentrionem, & 11. à Mariæburgo in Meridiem Arcem habet; diciturque etiam Grudentum.

GRATELINA, *Gravelines* Gallis, *Grevelingen* Belgis, urbs Flandriæ Francicæ permunita, in ora littorali, & ad Agnionis fluvii oſtia, medio itinere inter Caletum ad occaſum & Dunquercam ad ortum, 3. leucis utrinque diſtans, & una a Burburgo. Capta fuit à Francis anno 1644. & iterum anno 1658. à quo tempore ipſis ſubeſt, pace ad Pyrenæos confecta.

GRAVASANDA, *Graves-End*, oppidulum Angliæ, in Cantio, cum portu ad Tameſis æſtuarium, 5. milliaribus Anglicis a Roffa in occaſum Londinum verſus 15.

GRAVIA, *Graeff* incolis, & Germanis, *Grave* Gallis, urbs parva Belgii uniti in Brabantiæ Ducatu, ad Moſam fluvium, caput eſt Cuicanæ regiunculæ adjacentis, *le pais de Cuck*, & olim Carvo dicta fuit, ut exiſtimat Cluverius, vendita fuit Joanni III. Brabantiæ Duci anno 1323. ab Ortone Cuickenſi domino, unde poſtea ſemper remanſit Brabantiæ pars, expugnata fuit à Belgis unitis anno 1602. & ipſis poſtea conceſſit pace ad Monaſterium ſancita, capta fuit à Gallis anno 1672. & ab ipſis poſtea derelicta anno 1674. ſed poſt longam obſidionem, cum fere diruta eſſet, nunc denuo reſtauratur, eſtque in confinio Gueldriæ, 3. leucis à Neomago in Meridiem, & 6. à Buſcoduco in ortum, Genepium verſus totidem, 9. vero à Venloa, in planitie prope Paludem *Peel*.

GRATES, populi Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Callaicis Plinio, quorum urbs videtur Tyde, ad Minium fluvium. Vide Tyde

GRAVINA, *Gravina* incolis, *Gravine* Gallis, urbs Regni Neapolitani in Apulia, & in provincia Bariana, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Acheruntino, Ducatus titulo inſignitur Urſinæ gentis, eſtque probe culta ad radices Apennini montis, in limite Baſilicatæ, 9. milliaribus à Mateola in Septentrionem, & 54. ab Acherontia in ortum, Barium verſus 34.

GRATIONARIUM, urbs Germaniæ Ptolemæo, hodie Bambergam urbem Franconiæ interpretatur Petrus Appianus. Vide Bamberga.

GRAVISCÆ, urbs olim & colonia Italiæ in Hetruria, verſus oram littoralem maris Tyrrheni Ptolemæo, & ex Itinerario Antonini, à Pyrgis 180. ſtadiis in occaſum, teſte Strabone, & jam ejus tempore in oppidulum redacta, nunc funditus exciſa jacet in planitie ſub montibus Cornetanis, 5. milliaribus a fluvio Marta in ortum, Centumcellas verſus, in provincia Patrimonii, & ex ejus ruinis extructa fuit Cornuetum *Corneto*, teſte Cluverio, urbs ejuſdem provinciæ, Epiſcopalis, in colle prope Martam fluvium, in ditione Eccleſiaſtica, quæ ſic Graviſcæ novæ dici poteſt. Vide Cornuetum, de Graviſcis Virgilius libro 10. Æneidos.

GREGUA, ſive Græca, *la Gregua*, inſula parva Aſiæ in Oceano Orientali, & ex Latronum inſulis, ab Hiſpanis ſic dicta & primum detecta, ſed etiamnum ſui juris eſt.

GRAIFFENBERGA, ſeu Gryphimons, *Greiffenberg*, oppidulum Sileſiæ in Ducatu Jauvienſi, ad Quiſſum fluvium in limite Luſatiæ ſuperioris, & Bohemiæ propriæ, 4. milliaribus Germanicis à Gorlitio diſtans in ortum.

GREIUM, & Greyacum, *Gray*, urbs Comitatus Burgundiæ in Gallia, ad Ararim fluvium. Vide Gratum.

GRETNA, *Grein*, vicus Germaniæ in Auſtria ſuperiori, ad Danubium fluvium cum caſtro capaci in colle adjacenti, teſte Zeylero.

GRATNANA, *Gret*, & *Griet*, caſtrum Germaniæ, cum portu in Weſtphalia, & in ora Friſiæ Orientalis, 10. mille paſſibus ab Embda diſtans in Septentrionem.

GRILLANE, urbs fuit Sardiniæ inſulæ, ubi nunc Caſtrum *Orgoſolo*, teſte Franciſco a Vico.

GRIMA, *Grim*, oppidulum Germaniæ, in Miſnia provincia, ad Muldam fluvium, 3. milliaribus Germanicis à Lipſia Miſnam verſus diſtat, ſub dominio Ducis Electoris Saxoniæ.

GRIMMA, *Grimmi*, urbs Georgiæ regionis, in Gaguetia provincia, etiamnum ſatis culta pro ratione locorum, teſte Archangelo Lamberto.

GRIMSA, *Gryms Ey*, inſula Oceani Septentrionalis, & prope oram ſeptentrionalem Iſlandiæ inſulæ, quæ culta eſt.

GRINARIO, oppidum Vindeliciæ, cujus fit mentio in itinerariis, nunc teſte Cluverio, eſt *Knaringen*, caſtrum Germaniæ in Suevia, & in Marchionatu Burgaviæ, ad amnem *Carnlach*, vix mille paſſibus à Burgavia oppido in occaſum Ulmam verſus.

GRINNAS, oppidum Batavorum Tacito, nunc Divæo, Junio, & aliis, eſt *Rhenen*, oppidulum Belgii uniti in dominio Ultrajectino, ad Rhenum fluvium, in ipſo limite Gueldriæ, & 3. leucis infra Arenacum in occaſum, inter Noviomagum & Ultrajectum.

GRINNICENSIS URBS, & Grinnicenſes populi Sidonio, a Grinnico urbe Galliæ Narbonenſis, nunc *Graſſe*, in Provincia, teſte Belleforeſtio, Antipoli vicina. Vide Graſſa.

GRIPSWALDIA, *Gripſwalde*, urbs munita Germaniæ, in Pomeraniæ Ducatu. Dimidio milliari à ma-

ri Baltico diſtat, cum portu ſatis commodo; eſtque media inter Sundam ad Septentrionem, & Volgaſtiam ad ortum, fuit olim urbs Imperialis & libera, ſed poſtea ab Imperio exempta. Habet Academiam anno 1456. a Wartiſlao IX. Pomeraniæ Duce fundatam; & poſt diuturnam obſidionem capta fuit anno 1631. a Suecis, quibus etiamnum ſubeſt pace Weſtphalica, capta fuit anno 1678. ab Electore Brandeburgico intra paucos dies, ſed poſtea Suecis reddita anno ſequenti, mediante potenti Patrocinio Francorum Regis, & pace ad Fanum S. Germani prope Pariſios ſancita anno 1679.

GRISACUM, *Griſac*, caſtrum Galliæ, in monte ſitum, in Gabalorum tractu Occitaniæ, prope Loſeram montem, patria fuit Urbani V. Pontificis Maximi, de Griſaco antea dicti.

GRISIVODANA VALLIS, recentioribus quibuſdam, quæ & Gratianopolitana, *le Graiſivodan*, tractus Galliæ in provincia Delphinatus, juxta Iſaram fluvium, cujus unica urbs eſt Gratianopolis, dicitur melius Gratianopolitanus ager. Vide ibi.

GRISONES, *Punten* indigenis & Germanis, *les Griſons* Gallis, & *li Grigioni* Italis, populi Rhætiæ intra Alpes, & ad fontes Rheni & Oeni fluviorum, qui & Rhæti proprie dicti, ubi olim Rhæti Alpini, quod ſint intra Alpes, ſunt autem ſui juris, & omnes inter ſe ſociati ſunt anno 1471. unde dicuntur ſæpe a Germanis *Graw Punter*, & a Gallis *les Ligues Griſes*, id eſt fœdera Griſonum: ſuntque inter Helvetios, Sueviam, Comitatum Tirolis, Dominium Venetum, & Ducatum Mediolanenſem. Illius regionis ſunt duæ partes, ſcilicet Griſones proprii, ſub quibus ſunt tria fœdera; nempe Fœdus ſuperius ſive Canum, *Ober-punt*, in quo ſunt novemdecim Communitates ſive territoria: Fœdus Cathedrale, ſive domus Dei, *Gottbes-punt*, in quo ſunt viginti, & una communitates ſive territoria: & Fœdus decem juriſdictionum, *Zehen Gerichten-punt*, ſub quo ſunt decem communitates ſive juriſdictiones parvæ; & Griſonum ſubditi, nempe Vallis Tellina, & Comitatus Clavennenſis, & Bormienſis. Regionis caput eſt Curia. Vide Rhætia.

GRISONUM URBES.

Bormium, *Bormio*.
Clavenna, *Chiavenna*.
Curia, *Coira & Chur*.
Sondrium, *Sondrio*.

GRODNA, *Grodno*, urbs Poloniæ, in Lithuania & in Palatinatu Trocenſi, partim in colle, & partim in planitie ſita, cum ponte ad Memelium fluvium, & arce in editiori loco, à Rege Stephano extructa, ubi ſæpe celebrantur Comitia Lithuaniæ. Capta fuit à Moſchis anno 1655. & ab ipſis miſerè vaſtata, 20. milliaribus Germanicis diſtans a Vilna in occaſum hybernum, & 7. ab Auguſtovia; aliaſque Ducatus titulo inſignita, & in ea obiit Stephanus Batorius Poloniæ Rex anno 1586. die 12. Decembris.

GROLLA, *Grol* incolis, *Grolle* Gallis, urbs Belgii uniti, in Gueldria & in Tetrarchia Zutphanienſi, parva ſed munita, ad Slincam amnem, à Belgis unitis expugnata anno 1617. ipſis etiamnum paret. Eſt in confinio Weſtphaliæ, & ditionis Epiſcopi Monaſterienſis, 4. leucis à Zutphania in ortum, capta fuit anno 1672. à Gallis, & poſtea ab ipſis derelicta anno 1674.

GRONEBURGUM, *Groneburg* antea, nunc Tavaſtia, *Tavaſthus*, locus præcipuus Tavaſtiæ provinciæ Finlandiæ, in Suecia, & in mediterraneis. Vide Tavaſtia.

GRONELANDIA, ſeu Gronia, & Regio Viridis, *Gronelandt* Danis & Germanis, quanquam *Grenelandt* pronuncient, *Green-land* Anglis & Belgis, *le Groenland* Gallis, & *la Terre-verte* Nautis Gallis, quod idem ubique ſonat, pars ampliſſima Terræ Arcticæ, ad Septentrionem ſupra Iſlandiam inſulam extenſa, ab Erico Ruſo Iſlando detecta anno 982. primumque habitata, & poſtea à Norvegis & Danis perſæpe luſtrata verſus oram littoralem, unde & Regibus Norvegiæ tributaria fuit, Epiſcopos etiam habuit aliquot per quatuor ſæcula in urbe Garda ſub Archiepiſcopo Nidroſienſi, ſed poſtea à Norvegis intermiſſa fuit navigatio, & anno 1379. nobis poſtremum de incolis terræ iſtius aliquid conſtitit, ſed ejus pars auſtralis detecta fuit ſub finem ſæculi elapſi, & initio hujus ſæculi, verſus oram tantum a quibuſdam peritis Nautis Baffinio, & Martino Forbishero Anglis, Georgio Munchio Dano, & aliis, pauca vero de ea dici poſſunt, cum nulla ſit urbs in ea regione, ſed tantum aliquot portus & ſinus a Nautis & piſcatoribus Gallis, Anglis, Danis, & Belgis frequentati, in ora Iſlandiæ obverſa, & ab ea 120. milliaribus Anglicis ad minus diſtante in occaſum, uti *Beeren-fioerd*, id eſt Urſorum ſinus, *Schage fioerd*, *Erichs-haven*, id eſt Erici portus, ſinus *Kodes-fioerd*, *Breida-fioerd*, & *Nyding fioerd*, & in parte occidentali freto Daviſio obverſa, ſunt Caput Farvelum ſive Vale, Fretum Forbisherii, Caput Deſolationis, Brilæ portus *Brielsche haven*, Delphorum portus *Delfsche haven*, fluvius *Bals* dictus, cum aliquot aliis locis, & hæc pars meridionalis Gronelandiæ vocatur ſæpe Gronelandia Nova à nautis, quod a ſæculo tantum detecta fuerit, cum pars verſus Septentrionem extenſa dicatur Gronelandia vetus, & in ejus ora fere nihil ſit niſi glacies continua & quamplurimi montes Glaciales, *Isbergen* dicti, ſed tamen à paucis annis Belgæ uniti detexerunt partem Gronelandiæ magis ad Boream extenſam, ubi terra *Landt van Broer Ruys*, ſive tractus a Fratre *Ruys* detectus anno 1655. ſub altitudine 74. graduum latitudinis, terra *Bacy Landt* ſive tractus *Bacy*, per *Gael Hamkes* inventa anno 1654. ſub altitudine 75. graduum latitudinis, Terra ſive tractus Edami, *het Landt van Edam* detectus anno 1655. ſub altitudine 76. graduum latitudinis, & tractus ſive Regio Lamberti, *het Landt van Lambert*, detecta anno 1670. ſub altitudine graduum 78. latitudinis, hinc Gronelandii populi, *les Groenlandois* Gallis, *Groenlanders* Anglis.

GRONIA, *Gronelandt* Danis, pars ampla Terræ Arcticæ, quæ & ſæpius quanquam corrupte vocatur à recentioribus Granelandia. Vide ibi.

GRONINGA, *Groeningen* indigenis, *Groningue* Gallis, urbs Belgii uniti, ampla & probe munita, provinciæ dictæ Groningenſis dominii caput, cum alias fuerit Friſiæ primaria, ad Huneſim fluviolum ubi recipit Aham, Epiſcopali dignitate inſignita fuerat ſub Archiepiſcopo Ultrajectino, à Paulo IV. Pontifice Maximo. Gaudet Academia 23. Auguſti anno 1615. inſtituta, & ſubeſt dominio provinciarum fœderatarum Belgii, arcem habens recens munitam, & fruſtra obſeſſa fuit ab Epiſcopo Monaſterienſi anno 1672. diſtat 3. leucis Gallicis à Damma in occaſum Leovardiam verſus 8. & 3. ab ora Oceani, fuitque olim urbs Imperialis & libera, ſed poſtea ab Imperio exempta, teſte Bertio.

GRONINGENSE DOMINIUM, ſive Groninganum, *het Groeningerlandt* incolis, *la Seigneurie de Groningue* Gallis, provincia Belgii uniti, ſub dominio provinciarum fœderatarum, cum alias fuerit pars Friſiæ propriæ, ſive Friſia Cis-Lavicana dicta, nunc ejus termini ſunt à Septentrione mare Germanicum, & vadoſa æſtuaria: ab Occidente Friſia, à qua ſeparatur Lavica fluvio: a Meridie Tranſiſalania: & ab Oriente Friſia Orientalis, à qua dividitur Dullarto ſinu, olim Friſia minor etiam dicta fuit, & hodie in actis publicis, dicitur Groninga & Omlandia, *ſtadt Groninge, en Om-*

melanden incolis, *la Ville de Groningue & les Ommelandes* Gallis, id eſt *le pais d'alentour*, ſicque revera dividitur in duas partes, nempe in Groningam urbem, ejuſque territorium parvum, *Gho und Woldrecht* dictum; & in Omlandiam, ſub qua tractus occidentalis *Weſter Quartier*, Huneſigoa ſive Huneſgonia, *Hunſingo*, Fivelgonia *Fivelingo*, præfectura vetus *Old Ampt*, & Weſtervoldia *Weſterwoldt*, hujus provinciæ urbes ſunt Groninga ejus primaria, & Damma. Suberat alias dominio Epiſcoporum Ultrajectenſium, ex quibus ſponte tranſiit ad Ducem Gueldriæ anno 1515. & deinde dedit ſe Carolo V. Imperatori anno 1536. ſicque Auſtriacis paruit uſque ad annum 1594. quo capta a Belgis unitis, ipſis etiamnum ſubeſt.

GROSESTUM, urbs Epiſcopalis Hetruriæ, vulgo *Groſſeto*, in agro Senenſi, prope Umbronem fluvium, ab ora littorali 7. mille paſſibus Senas verſus ad 40. Vide Roſetum.

GROTKAVIA, *Grotkau*, urbs Bohemiæ Regni, in Sileſia ſuperiori, Ducatus cognominis caput, media inter Niſſam ad Meridiem, & Bregam ad Septentrionem, eſtque parva, in dominio Epiſcopi Uratiſlavienſis.

GROTKAVIENSIS DUCATUS, *das Hertzogthumb von Grotkau* incolis, *le Duché de Grotka* Gallis, tractus Bohemiæ in Sileſia ſuperiori; Epiſcopo Uratiſlavienſi parens à temporibus Preciſlai Pogarelli Epiſcopi, qui illum emit a Boleſlao Lignicenſium & Bregenſium Duce, & Eccleſiæ Uratiſlavienſi conjunxit, extenditur inter Oppolienſem Ducatum ad ortum, Munſterbergenſem ad occaſum, Bregenſem ad Septentrionem, & Bohemiam propriam ad Meridiem, & ejus urbes ſunt Grotkavia & Neiſſa, teſte Henelio.

GRUBENHAGA, *Grubenhagen*, caſtrum Germaniæ, in Saxonia inferiori, & in ditione Brunſvicenſi, Ducatus titulo inſignitum, verſus montes, & prope Leinam amnem, 3. milliaribus Germanicis à Gottinga in Septentrionem, & 4. a Corbia in ortum diſtans.

GRUBENHAGENSIS TRACTUS, *das Grubenhagiſche* indigenis, tractus Germaniæ in Ducatu Brunſvicenſi, ſic dictus à caſtro Grubenhaga, extenditur inter Eichfeldiam, & tractus Calembergicum atque Guelpherbitanum, ejus unica urbs eſt Eimbeca, ſubeſtque dominio Ducis Brunſvicenſis Hannoverani.

GRUDENTUM, *Graudentz*, oppidum Poloniæ in Pruſſia Regia. Vide Graudentium.

GRUDII, populi Galliæ Belgicæ Cæſari, & Morinorum pars verſus Oceanum Germanicum; fuere ubi nunc Tetrarchia Brugenſis, *le quartier de Bruges* in Comitatu Flandriæ, teſtibus Becano & Ortelio.

GRUMENTUM, urbs fuit Italiæ in Lucania Livio, & Ptolemæo, olimque Epiſcopalis, nunc *Agromento*, caſtrum Regni Neapolitani in Baſilicata provincia, ſeptem milliatibus ſupra Turſiam in occaſum, teſte Luca Holſtenio, & prope Saponariam, ad confluentes Soræ in Acirim fluvium, ubi nunc ejus diruta mœnia conſpiciuntur, & ejus Epiſcopatus unitus fuit Marſicenſi.

GRUNINGA, *Gruningen*, oppidulum Germaniæ in Saxonia inferiori, & in Principatu Halberſtadienſi, nunc ſub dominio Electoris Brandeborgici.

GRYNIUM, oppidum Æolidis in Aſia minori Straboni, quod Grynia Plinio, in ora maris Ægei, ubi Apollo colebatur inde Grynæus dictus, a Cyro Congylo dono datum, uti poſtea Alcibiadi à Pharnabazo, 12. mille paſſibus diſtans à Cumis in Meridiem, uti 8. à Tenino in occaſum.

GUADALAXARA, *Guadalajara* incolis, quaſi fluvius petrarum, *Guadalacare* Gallis, oppidum Hiſpaniæ, in Caſtella nova, Algarriæ tractus primarium ad fluvium *Henares*, 4. leucis a Compluto in ortum diſſitum, & 9. a Madrito, alias Carraca dictum fuit. Vide ibi.

GUADALAXARA, provincia Novæ Hiſpaniæ dicitur in tabulis quibuſdam ea quæ ab incolis Xaliſca vocatur, ſive Nova Galitia. Vide ibi.

GUADALAXARA, *Guadalajara* incolis, urbs Americæ Septentrionalis in Nova Hiſpania, & in Xaliſca provincia ſive Nova Gallæcia, cujus caput exiſtit, eſtque ſatis culta ad fluvium *Baranja* dictum, exſtructa fuit anno 1531. ab Hiſpanis quibus etiam ſubeſt, eſtque Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Mexicano ab anno 1570 & in qua Juridica ſedes, ſive Senatus illarum partium, vulgo *la Audienca de Guadalajara* dictus, & prope lacum Chapalam, diſtans 40. leucis Hiſpanicis ab ora maris Auſtrini in Septentrionem, & 80. a Mexico in occaſum.

GUADALUPIA, *Guadalupe*, oppidulum Hiſpaniæ in Extremadura provincia Regni Legionis, in limite Caſtellæ Novæ, juxta fluviolum *Guadalupejo* dictum, & ad radices montis cognominis, dicitur aliter Aquæ Lupiæ. Vide ibi.

GUADALUPIA, *la Guadaolupe*, ſeu *la Guardeloupe*, inſula Americæ Septentrionalis, una ex Antillis, & ea præcipuis totius tractus, ſub dominio Francorum ab anno 1627. Ibi multæ coloniæ & arces, inſula eſt valde rigua & fertilis; habetque in circuitu 60. circiter leucas, in duas partes ſecatur, nempe in Magnam terram, *la grande Terre*, & in Terram inferiorem *la baſſe Terre* vulgo, diſtat a Dominica 12. leucis in Boream, & 6. a Marigalanta, 15. autem ab Antiqua inſula in Meridiem. Ab antiquis illius tractus accolis vocatur *Curucueira*. Urbem habens ſatis cultam & tres arces in ora littorali.

GUADALIMARSUS, *el rio Guadalimar*, fluvius Hiſpaniæ, oritur in limite Caſtellæ novæ, & deinde in occaſum fluens per Vandalitiam, receptis *Guadarmena* & *Almudiel* fluviis, in Bætim ſe exonerat, 3. leucis infra Biatiam, teſte Martino Ximena, & una infra Cazlonam, forſanque olim dictus fuit Tagus ſive Tigus Parnaſus a Juliano.

GUADARRAMA, *el rio Guadarrama*, fluvius parvus Hiſpaniæ in Caſtella Nova, oritur ex monte cognomine *el Puerto de Guadarrama* dicto, hinc prope Eſcuriale fluens, & in Meridiem tendens in Tagum ſe exonerat, infra Toletum.

GUADAXARA, *Guadaxaraz*, fluviolus Hiſpaniæ in Caſtella Nova, oritur ex montibus Toletanis & in Tagum ſe exonerat paulo infra Toletum.

GUADELA, *Guadel*, urbs Aſiæ, in Perſia, in ora ſinus Armuziani, cum portu frequenti & capaci, in provincia *Kherman* dicta.

GUADIELA, *la Guadiela*, fluvius parvus Hiſpaniæ in Caſtella Nova, in Tagum ſe exonerat prope Zuritam caſtrum.

GUADICIA, *Guadix*, urbs Hiſpaniæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Hiſpalenſi, in Regno Granatenſi, & ad fluvium *Fardes*. Vide Acci.

GUAGANA, *Guagan*, inſula Aſiæ in Oceano Orientali, & una ex Latronum inſulis, parva eſt, & vix ab Europæis nomine nota.

GUAIANGAREUM, *Guayangareo*, urbs Americæ in Nova Hiſpania, quæ aliter & ſæpius Valliſoletum dicitur, *Valladolid*, in Mechoacania provincia. Vide Valliſoletum.

GUAIANA, *la Guaiana*, Regio Americæ Meridionalis, quæ aliter Guiana dicitur. Vide ibi.

GUAIAQUILUM, *Guayaquil*, & *Santiago de Guayaquil*, oppidum Americæ Meridionalis, in parte Boreali Peruæ, in ora littorali maris Pacifici, cum portu capaci è regione Punæ inſulæ, 50. leucis Hiſpanicis diſtat à Quito in Meridiem, in præfectura Quiti, ad *Guayaquil* fluvii oſtium.

GUAIRA, *la Guaira*, provincia Americæ Meridionalis, quæ pars eſt Paraguaiæ regionis, inter partem auſtralem Braſiliæ ad ortum, Paranam ad Meridiem, & Paraguaiam propriam ad occaſum. Ejus primaria urbs dicta etiam Guaira ſeu Civitas regia, *Guaira ſeu Ciudad real, ò Oliveros*, juxta fluvium Paranam, antea ſub dominio Hiſpanorum, nunc diruta jacet.

GUALATA, *le Royaume de Gualata*, Regnum Africæ, in Nigritia regione, verſus Oceanum Atlanticum. Habet a Septentrione Zanhagam deſertum, ab ortu Tombutum Regnum, & à Meridie Genehoam Regnum, cum urbe cognomine.

GUALDUM, *Gualdo*, caſtrum Italiæ in Marchia Anconitana, ad radices Apennini montis, & in ipſo limite Umbriæ, ſub dominio Summi Pontificis, excitatumque fuit anno 1180. ex Tadini ruinis, teſte Jacobillo.

GUAMANGA, *Guamanga*, urbs Americæ Meridionalis, in Perua, media inter Civitatem Regum ad occaſum & Cuſcum ad ortum, 90. leucis utrinque diſtans, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Limano, & in præfectura Limana, eſtque ſatis culta in planitie, vix 2. leucis à Fodinis *de Guancabelica*, & dicitur etiam Fanum S. Joannis de Victoria de Guamanga.

GUANAHANIA, ſeu inſula S. Salvatoris, *Guanahani*, inſula Americæ Septentrionalis, & una ex Lucaiis in mari Boreali, inter Guanimam inſulam ad Septentrionem, & Triangulum ad Meridiem, cum portu capaci & tuto, prima ex omnibus inſulis in partibus Novi orbis detecta fuit anno 1492. die Jovis 11. Octobris à Chriſtophoro Colono, ſive Colombo, & ab eo dicta inſula S. Salvatoris; quod ſic vitam ſervaverit contra Hiſpanos, qui eum occidere volebant, niſi eo die fœlici eventu terram detexiſſet.

GUANCABILICA, *Guancabilica*, urbecula Americæ Meridionalis in Perua, & in Limana præfectura, 3. leucis à Guamanga in occaſum æſtivum, ubi fodinæ, dicitur aliter Oropeſa. Vide ibi.

GUANIMA, *Guanima*, inſula Americæ Septentrionalis, & una ex Lucaiis, oblonga & à Septentrione in meridiem extenſa per 12. leucas, detecta à Chriſtophoro Colono, & ab eo dicta inſula S. Mariæ Conceptionis, eſt inter inſulas Cigateam ad Septentrionem & Guanahaniam ad Meridiem.

GUANUCUM, *Guanuco*, oppidum Americæ Meridionalis in Perua, verſus lacum Chincacocham, & fontes fluvii Xauxæ, ad pedes montium, ſub Hiſpanis, dicitur etiam *Leon de Guanuco*, ſive *Guanuco de los Cavalleros*, teſte Lubino viro clariſſimo.

GUARDIA, cognomine Alſeria, *Guardia Alferes*, urbecula Regni Neapolitani in Comitatu Moliſino, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Beneventano, ad Tifernum fluvium, 5. milliaribus diſtans à Larino in occaſum, & 13. a Termulis, uti ab ora maris Adriatici in Meridiem, ſed fere deſerta jacet ob aeris inclementiam.

GOARDIA, *la Guarda*, urbs Hiſpaniæ in Regno Portugalliæ, in Beira provincia, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Olyſipponenſi, loco Igæditæ orbis exciſæ cui ſucceſſit, inter Cauriam & Lamacum 14. leucis utrimque diſtans, 11. vero à Viſeo in ortum.

GUARDIA, *le Lac de Guarde*, lacus Africæ, in Nigritia, per quem tranſit Niger fluvios, inter Regna Gagum & Canum, teſte Joanne Leone.

GUARDISTALLUM, poſtea Vaſtalla & Guaſtalla, *Guaſtalla* indigenis, *Guaſtalle* Gallis, oppidum Italiæ in Longobardia, & in Ducatu Mantuano, prope Padum fluvium, Ducatus etiam titulo inſignitum, & regiunculæ cognominis caput, in ipſo limite Ducatus Mutinenſis, medium fere inter Mantuam ad Boream & Regium Lepidi ad Meridiem, hic Concilium habitum fuit anno 1106. ſub Paſchali II. Pontifice Maximo, nunc ſubeſt Duci Mantuano ex quo obiit ejus Dux ultimus anno 1677.

GUARGALÆ REGNUM, *le Royaume de Guargala*, Regnum & deſertum Africæ, in regione Biledulgeridia, cum oppido cognomine, inter Gademeſſum ad ortum & Tegortinam ad occaſum, verſus montes & Zaharam tractum, teſte Sanuto.

GUASTECA, *Guaſteca*, provincia Americæ in Nova Hiſpania, quæ antea Tlaſcala dicta fuit ab ejus urbe tunc præcipua, extenditur a Septentrione in Meridiem inter ſinum Mexicanum ad ortum, & Themiſtitaniam ſive provinciam Mexicanam ad occaſum, & ſub ipſa cenſentur Guaxaca & Panuca provinciæ, ejus vero urbes præcipuæ ſunt Guaxaca, Xalapa, Panucum, & Fanum S. Jacobi de vallibus, teſte Thoma *Gage* Anglo.

GUASTUM AMONIUM, *il Guaſto di Amone*, oppidum amplum Italiæ, in Regno Neapolitano & in Aprutio citeriori, in ora littorali maris Adriatici. Unde Marchiones *del Vaſto* dicti, è gente Avalo, prope oſtia fluvii Trigni. Dicitur & Vaſtum Amonium.

GUATIMALA, ſeu Fanum S. Jacobi de Guatimala, *Santiago*, ſeu *de Guatimala*, urbs Americæ Septentrionalis, in Nova Hiſpania & in provincia Guatimala dicta, in valle juxta fluvium Mitataiam, prope montem ignivomum, ubi Senatus, ſive conventus juridicus totius regionis, ſub Hiſpanis, vix 13. leucis Hiſpanicis ab ora maris Auſtrini; eſtque Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Mexicano, & dicitur etiam *Quauhtemallan* ab indigenis, Academiam habens à Philippo IV. Hiſpaniæ Rege erectam anno 1628. & ipſa extructa fuit anno 1524. diſtat vero 300. leucis à Mexico in ortum hybernum Nicaraguam verſus 200. hinc Guatimalenſes populi, *los Guatimaltecos* vulgo.

GUATIMALA, *Guatimala*, provincia Novæ Hiſpaniæ, in America Septentrionali, juxta mare Auſtrinum ad Meridiem, habens ad Septentrionem Honduram provinciam, ad ortum Nicaraguam, & ad occaſum Soconuſcum. Ejus primaria dicitur Guatimala, ſub dominio Hiſpanorum, & ab ea una ex tribus partibus Novæ Hiſpaniæ dicitur præfectura generalis Guatimalæ, ubi Senatus ſive ſedes juridica, *la Audiença de Guatimala* vulgo.

GUATIMALÆ PRÆFECTURA, *la Governaçion de Guatimala* regio, Americæ Septentrionalis, & una ex tribus partibus Novæ Hiſpaniæ magis in ortum extenſa, inter mare Boreale ad Septentrionem, & mare Auſtrinum ad Meridiem, ſub qua cenſentur provinciæ Guatimala, Hondura, Nicaragua Vera Pax, Ora dives, Soconuſca, & Veraqua.

GUAXACA, *Guaxaca & el Val de Guaxaca* exteris, *Huaxaca* indigenis, *Oaxaca* Hiſpanis provincia & vallis Novæ Hiſpaniæ, & Guaſtacaniæ pars in America Septentrionali, a mari Boreali ad mare Auſtrinum extenſa, inter provincias Guaſtecam propriam ſive Tlaſcalam antiquam ad occaſum & Chiapam ad ortum, antea Marchionatus titulo inſignita fuit Gentis Corteſiæ, nunc Gentis Pignatellæ. Ejus primaria urbs eſt Guaxaca, ſub Hiſpanis, eſtque pars præfecturæ generalis Mexicanæ & fertilis admodum.

GUAXACA, *Guaxaca*, urbs Americæ in Nova Hiſpania, provinciæ cognominis caput, & Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Mexicano, in valle fertili admodum & rigua, eſtque ſatis colta verſus Alvaradum fluvium, 80. leucis diſtans à Mexico in ortum hybernum, & 100. a Chiapa in occaſum.

GUAXTECA, & Guaſteca, *Guaxteca*, provincia Novæ Hiſpaniæ in America, quæ ab indigenis dicitur Huaxteca. Vide Guaſteca.

GUAYAQUILUM, *Guayaquil*, urbs Americæ in Perua. Vide Guaiaquilum.

Guatimalæ Sinus, *la Baia de Guatimala*, ſinus in mari Auſtrino, & in ora provinciæ Guatimalæ, prope Fanum S. Jacobi.

Guaena; *Guben*, oppidulum Germaniæ, in Luſatia inferiori, ad fluvium Niſſam, 5 milliaribus Germanicis a Francofurto in Meridiem, & 4. à Cotbuſio, ſub dominio Ducis Saxoniæ Merſoburgenſis.

Guberum Regnum, *le Royaume de Guber*, Regnum Africæ, in Nigritia, cum urbe primaria cognomine, inter Guineam ad Auſtrum, & Nigrum fluvium, & lacum Guardiæ ad Septentrionem, teſte Marmolio.

Gucheum, *Guchen*, urbs Imperii Sinarum in Quanſia provincia, cujus quintum locum obtinet, juxta fluvium *Ta*, in tractu valde riguo, in limite Quantuniæ provinciæ, & in ejus juris dictione cenſentur novem urbes minores, teſte Martinio.

Gudavarium Caput, *el Cabo Gudavari*, promontorium Indiæ intra Gangem, & in ora Regni Orixæ ad Gangeticum ſinum, verſus Maſulepatanum emporium, male dicitur Guadavarium in quibuſdam tabulis.

Guduſca, locus Bulgariæ, nunc *Brunicevo* dictus, ubi olim Guduſcani populi, teſte Joanne Lucio Tragurienſi.

Gueihoeum, *Gueiboeu*, urbs Imperii Sinarum in Honania provincia, cujus quarta exiſtit, & ab eo pendent quinque urbes minores, ſedetque juxta fluvium *Guei*, teſte Martinio.

Gueldria, & Geldria etiam aliquando, *Gelder*, & *Gelderlant* incolis, *la Gueldre*, ſive *le Duché de Gueldre* Gallis, *la Gueldria* Italis & Hiſpanis, una ex provinciis Belgii, Ducatus titulo inſignita, cujus termini ſunt à Septentrione Tranſilalania provincia & mare Auſtrinum: ab Occidente Ultrajectinum dominium & Hollandia: à Meridie Brabantia & Ducatus Juliacenſis: ab Oriente vero Cliviæ Ducatus & ditio Monaſterienſis Epiſcopi. Olim multo minor fuit, ſed ei perpetuo unitus fuit Comitatus Zutphanienſis anno 1079. qui antea ſuberat proprio Comiti, & anno 1270. ei etiam unita fuit Noviomagum cum ſua Tetrarchia ſive Betuvia, quæ antea pars erat Hollandiæ, ſicque hodie dividitur in quatuor partes ſive Tetrarchias, nempe in Tetrarchiam Rutemondanam ſeu Gueldriam ſuperiorem, *le quartier de Ruremonde* ſive *le haut quartier de Gueldres* ad Meridiem, quæ etiamnum ſubeſt Hiſpanis: & in Tetrarchiam Noviomagenſem ſeu Betuviam, *la Betuve, ou le quartier de Nimegue*: Tetrarchiam Arenacenſem ſeu Veluviam, *la Veluve, ou le quartier d'Arnheim*; & Tetrarchiam Zutphanienſem, *le quartier de Zutphen*, quæ tres poſteriores magis ad Septentrionem protenſæ ſubſunt dominio provinciarum unitarum Belgii, & inter ipſas primarium locum obtinent ſub nomine Ducatus Gueldriæ, cujus caput & præcipua urbs eſt Noviomagum, uti & totius provinciæ, quæ alias Duces habuit proprios, quibus deficientibus anno 1543. in Carolo ab *Egmont*, Belgio unita fuit a Carolo V. Imperatore, ſicque Hiſpanis paruit uſque ad finem ſæculi elapſi, quo à Belgis unitis occupata ipſis poſtea remanſit, hinc Gueldrenſis nomen gentis, *Geldriſche* ſibi, *Gueldrois* Gallis, & notandum quod in plurimis tabulis recentibus male ſeparatur Tetrarchia Zutphanienſis à Gueldria provincia cujus pars exiſtit à ſex ſeculis, & ſub ipſa ſemper cenſetur ab indigenis & aliis.

Gueldriæ urbes Clariores.

Arenacum, *Arnheim*, ſub Belgis.
Doeſburgum, *Doesbourg* ſub Belgis.
Gueldria, *Gueldre*, ſub Hiſpanis.
Noviomagum, *Nimegue*, Gueldriæ primaria, ſub Belgis.
Rurremunda, *Ruremonde*, ſub Hiſpanis.
Venloa, *Venlo*, ſub Hiſpanis.
Zutphania, *Zutphen*, ſub Belgis.

Gueldria, vulgo *Gelder* incolis, *Gueldre* Gallis, urbs Belgii in provincia cognomine, ad Nierſam amnem, media inter Rhinobergam ad ortum & Venloam ad occaſum; egregè munita, ſub dominio Hiſpanorum, eſtque in Gueldria ſuperiori.

Gueldria, *Gueldria*, arx Aſiæ, in India intra Gangem, prope ſinum Bengalæ, in ora Coromandelis & Regni Narſingæ, nuper a Belgis exſtructa & munita.

Guelpherbytanus Tractus, *das Wolfembutliche* incolis, tractus Germaniæ, & pars Ducatus Brunſvicenſis, ab ortu in occaſum extenſa ſub dominio Ducis Brunſvicenſis Guelpherbitani ab eo dicti, inter Luneburgenſem Ducatum, Epiſcopatum Hildesheimenſem, Principatum Halberſtadienſem, & tractum Calembergicum, ejus autem præcipuæ urbes ſunt Brunſvicum & Guelpherbytum.

Guelpherbytum, *Wolfembuttel*, quanquam *Wolfembuttle* pronuncient, urbs probe munita Germaniæ in Saxonia inferiori, & in Ducatu Brunſvicenſi, ad Onacrem fluvium, Ducum ſedes & caput tractus cognominis, intra paludes, & eam Sueci perdere conati ſunt ætate noſtra, 2. milliaribus Germanicis diſtat a Brunſvico in Meridiem Goſlariam verſus 4. & 6. ab Hildesheimo in ortum.

Guenga, *Guenga*, fluvius Indiæ intra Gangem, oritur in Regno Decani, verſus montes Gatæ, deinde per Regnum Orixæ labitur, & in ſinum Gangeticum ſe exonerat, dicitur a Luſitanis Ganga.

Guerranda, *Guerande*, urbs Galliæ, in Britannia minori, & in Comitatu Nannetenſi, verſus oram littoralem Oceani Aquitanici, inter oſtia Ligeris & Vidanæ fluviorum, ubi ſalinæ, prope Crociliacum portum, & 14. leucis infra Nannetas in occaſum, & alias Aula Quiriaca dicta fuit, teſte Argentreo.

Guerense Promontorium, *le Cap de Guer*, in Africa & in Regno Marrochii, dicitur aliter Gerum promontorium. Vide ibi.

Gueretum, *Gueret*, urbs Galliæ, in Marchia provincia, ad fluvium Gartempam, 12. leucis diſtans a Lemovico in ortum, dicitur ab aliis Garactum. Vide ibi.

Guescarta, *Gueſcar*, oppidum Hiſpaniæ in Regno Granatenſi, cum caſtro ad radices montis Sagræ, & inter fluvios *Guardadar* & *Branate* dictos, vocatur etiam *Hueſcar*, & Ducali titulo inſignitur. Vide Hueſcaria & Oſca quod melius.

Guerus, *le Guyer*, fluvius Galliæ in Delphinatu. Vide Guia.

Guertium, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, poſtea Bamba dicta, ubi obiit Receſuindus Gothorum Rex, teſte Hauberto Hiſpalenſi, nunc *Bamba* vicus Caſtellæ veteris prope Valliſoletum.

Gueta, *Guete*, oppidum Hiſpaniæ in Caſtella Nova, ad amnem Caudam in planitie, cum caſtro antiquo, & olim Ducatus titulo inſignitum fuit.

Guetaria, *Gueturi*, oppidulum Hiſpaniæ in Ipuſcoa provincia, cum portu capaci in ora littorali, & caſtro munito, prope oſtia Orii fluvii, & 3. leucis à Fano S. Sebaſtiani in occaſum. Patria fuit Joannis Sebaſtiani *Cano* nautæ periti, qui primus orbem terrarum circumdedit ſub Ferdinando Magellano.

Gugerni, populi fuere Germaniæ inferioris in Gallia Belgica, juxta Rhenum fluvium Tacito, & Plinio, infra Coloniam Agrippinam, poſtea Sicambri

dicti, inter Ubios ad Meridiem & Uſipetes ad Septentrionem, erantque ubi nunc Cliviæ Ducatus in Germania, teſte Cluverio.

Guia, ſeu Guivia, *le Guyer*, fluvius parvus Galliæ in Delphinatu, dicitur etiam Guerus a quibuſdam, ad Labiſconem ſeu pontem Bellovicinum labitur, & Galliam à Sabaudia ſeparans, in Rhodanum ſe exonerat 12. leucis ſupra Lugdunum, ut ego pluries vidi.

Guiana, *la Guiane*, regio ampla Americæ Meridionalis, quæ aliquando etiam Guaiana dicitur, terminatur à Septentrione & Oriente mari Boreali, ab Occidente Terra firma, & a Meridie Braſilia, & Parimæo lacu, dividitur in duas partes, nempe in Guianam proprie dictam, quæ in mediterraneis, ubi exiſtimant eſſe urbem Manoam, & in Caribanam, ſive oram Caribarum, quæ ad Septentrionem, verſus oram littoralem, quæ regio humidior exiſtit, & à 30. circiter annis inhabitatur ab Europæis, ſcilicet à promontorio Arauſicano ſive Condæo ad fluvium Orenocum, & in ea Galli obtinent inſulam Caianam, & arces *Vuia*, *Corron*, & *Sinamary*, Angli *Marony* arcem cum aliquot aliis; & Belgæ arces ad oſtia fluviorum *Berbice*, *Boron*, *Eſſequebe*, & *Suriname* in ora.

Guillelmi Scouteni Insula, *het Willem Schouten eylandt*, inſula Oceani Orientalis ſeu Indici verſus Auſtrum, in ora Boreali terræ Papuorum, ſic dicta à Guillelmo Scouteno Hollando, qui primus eam detexit anno 1617. cum orbem circum navigaret cum Jacobo Macreo, dicitur aliter Schuteni inſula.

Guillelmostadia, ſeu Guillelmopolis, *Willemſtat*, oppidum parvum Belgii uniti, in Hollandia Meridionali, & in ipſo limite Brabantiæ, à Guillelmo Principe Arauſicano conditum & dictum, 4. leucis diſtans à Breda in occaſum, & paulo plus à Fano S. Gertrudis, & 4. etiam à Bergis ad Zomam in Septentrionem.

Guimaranium, *Guimaranes*, oppidum Hiſpaniæ, in Regno Portugalliæ, & in provincia Interamnenſi ſive inter Durium & Minium, Ducatus titulo inſignitum, 3. leucis diſtans à Braccara in ortum, verſus montes. Olim Araduca dictum fuit, teſte Vaſconcello, & in eo natus eſt Alphonſus I. Portugalliæ Rex anno 1094. dicitur ab aliis Vimaranum. Vide ibi.

Guina, *Guines*, oppidulum Galliæ, in Picardia provincia, & in recuperata dirione, ut vulgo aiunt, prope Caletum urbem, vix 2. leucis ab ea in Meridiem, & totidem ab ora Oceani; Comitatumque ſeparatum facit Guiſnenſem dictum, qui olim pars fuit Bolonienſis, & ſitum eſt intra paludes.

Guinea, *la Guinée* Gallis & Anglis, *à Guinea* Luſitanis, regio ampla Africæ, quæ à Luſitanis in duas partes dividitur, nempe in Guineam ſuperiorem, *à Guinea alta* Luſitanis, quæ ab aliis Guinea ſimpliciter dicitur, & in Guineam inferiorem, *à Guinea baxa* Luſitanis; ſub qua cenſentur Regna Congi & Angolæ.

Guinea, *la Guinée*, quæ & Guinea ſuperior, regio Africæ perampla, inter Nigritiam ad Septentrionem, & mare Atlanticum ad Meridiem, & inter Regnum Congi late ſumptum ad Orientem, & montem Leonis ad Occidentem. Regio eſt abundans & fertilis ab ortu in occaſum valde extenſa, & ab Europæis admodum frequentata. Dividitur in tres partes, nempe in Guineam propriam, quæ media eſt, in Malegueram, quæ ad occaſum, & in Regnum Benini ad ortum.

Guinea Propria, *la Guinée*, pars eſt ampla Guineæ regionis Africæ late ſumptæ, verſus oram Oceani extenſa, inter Malegueram regionem ad occaſum, à quo ſeparatur promontorio Palmarum, & Regnum Benini ad ortum, à quo etiam partitur fluvio *de la Volta* dicto: dividitur autem in duas partes, nempe in oram Auream, *la Coſte dor* Gallis, *Goud cuſt* Belgis. quæ ad ortum protenditur, inter Aſienum atque Voltam fluvios; & in oram Dentium, *La coſte des Dens* Gallis, *Quaquacuſt* Belgis, ad occaſum extenſa, inter promontorium Palmarum & Aſienum fluvium quo ſeparatur ab ora Aurea, & in his partibus, præſertim in ora aurea ſunt plurimæ arces Anglorum, Suecorum, Danorum, & Belgarum ex quibus præcipuæ ſunt Mina, Moura ſive Naſſovia, Caput Corſum, Cormentinum, & Fridericoburgum, detecta primum fuit Guinea anno 1365. à Gallis, qui in illius ora habuerunt aliquot colonias, ut pluribus probat Nicolaus *Villaut*, qui illas partes nuper luſtravit; & in ea regione ſunt Regna Accara, Fantinom, Ferum, Acaheum, & alia minoris nominis. Vide ora Aurea & ora Dentium.

Guinea Nova, *la nouvelle Guinée*, pars Aſiæ recens detecta. Vide Nova Guinea.

Guipuscoa, *la Guipuſcoa*, aliis & melius Ipuſcoa, provincia Hiſpaniæ, alias Regno Navarræ annexa, ſed à trecentis annis ab eo revulſa, & Biſcaiæ attributa, à qua terminatur ad occaſum, uti Alava ad Meridiem, Oceano Aquitanico ad Septentrionem, & Navarra ad ortum cum parte Galliæ; a qua ſeparatur Bidaſſoa amne. In ea urbes præcipuæ ſunt Toloſa, *Toloſa*, provinciæ caput, Fanum S. Sebaſtiani, *San Sebaſtian*, & Fons rapidus, *Fontarabia*, hinc Guipuſcoanus nomen gentis. Vide Ipuſcoa.

Guisia, & Guiſium caſtrum, *Guiſe*, oppidum Galliæ, in Picardia provincia, & in Teoraſcia tractu, ſatis munitum, cum caſtro ad Oeſiam fluvium, verſus confinia Hannoniæ. Fruſtra obſeſſum fuit ab Hiſpanis anno 1650. Hinc dicti fuere Duces Guiſii è domo Lotharingica.

Gula. *la Gueule*, flovius parvus Belgii in Comitatu Flandriæ, Oſtendam rigat, & juxta ipſam in mare Germanicum ſe exonerat.

Gulnovia, *Golnow*, oppidum Germaniæ in Pomerania Vide Golnovia.

Gulus, fluvius Mauritaniæ Cæſarienſis Ptolemæo, in mare Africum exiens.

Gumanapius, *Gumanapi*, mons Indiæ, in inſulula cognomine, prope Bandam inſulam, cui fere adjacet in Oceano Indico, unde ſæpe dicitur *la Grenade de Banda* à nautis Gallis, ex eo etiam quod ignes evomat, eſtque valde exceſſus.

Guntia, oppidum Rhætiæ in Vindelicia, ex libris Notitiarum, & Antonini itinerario, nunc teſtibus Velſero & Cluverio, eſt *Guntzberg*, oppidulum Sueviæ in Algea tractu, ad fontes Guntiæ fluvioli, 14. mill. paſſ. à Campoduno in Boream Auguſtam Vindelicorum verſus 39.

Guntzburgum, *Guntzburg*, oppidulum Germaniæ in Sueviæ circulo, & in Burgoviæ Marchionatu, cujus caput exiſtit ſub Auſtriacis, cum caſtro ſplendido ad Guntiam fluviolum, qui paulo poſt in Danubium cadit, 3. milliaribus Germanicis infra Ulmam in ortum æſtivum.

Gunugi, oppidum Mauritaniæ Cæſarienſis Plinio, quod Guniicis Antonino, & Canuccis Ptolemæo, nunc *le Cap de Tenez*, caſtrum Regni Algerii, teſte Molerio, in ora prope promontorium Apollinis & caſtra Germanorum, inter Lar caſtrum & Juliam Cæſaream ex Antonino, ſed aliis eſt *le Cap de Menſin*, ante inſulas Columbarum in ora Regni Algeriani; ex tabulis Nautarum, 37. leucis ab Algerio in occaſum.

Guplo, *Guplo*, lacus parvus Poloniæ, in Palatinatu Breſtienſi, 6. milliaribus Polonicis diſtans à Breſtia in occaſum, & 8. à Lancicia in Septentrionem. Longitudinis eſt 6. milliarium ſimilium circiter à Septentrione in Meridiem, latitudinis autem dimi-

dii milliarii ; diciturque aliter Goplus. Ei adjacet Kruivichia arx, ubi Popielus II Poloniæ Princeps à muribus devoratus fuit.

Gureum, & Gurca, *Gurck*, urbs Germaniæ in Carinthia inferiori, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Salſburgenſi, ſedet ad fluvium *Gurck* qui mox cadit in Olezam, in limite ditionis Salisburgenſis, 6. milliaribus Germanicis diſtans a Villaco in Septentrionem, uti 5. à Clagenfurto, ejus Epiſcopus Straſburgæ oppido commoratur, capitulo Gurei reſidente, & hic Epiſcopus vi pacti concluſi cum Ferdinando I. Imperatore à domo Auſtriaca duabus vicibus individuis, & tertia ubi vacaverit ſedes ab Archiepiſcopo Saliſburgenſi conſtituitur, cum Epiſcopatum inſtituerit & fundaverit Gebhardus Archiepiſcopus Saliſburgenſis anno 1073. de ejus menſa, ideo Archiepiſcopi iidem reſervaverunt ſibi jus perpetuum eos eligendi, & etiam inveſtiendi, cum juramento fidelitatis, ſicque hic Epiſcopus Gurcenſis non cenſetur inter Imperii Principes, neque habet locum aut ſeſſionem in Comitiis Imperii, teſte Viguleo Hundio, cum aliis.

Gurgense Monasterium, *Gorze*, Abbatia celebris Lotharingiæ, 3. leucis à Metis diſtans in occaſum hybernum verſus Fanum S. Michaelis, & vix una a Moſella fluvio. Vide Gorzia.

Guria, *Guriel* vulgo, & *Ghuria* etiam quibosdam, provincia Georgiæ regionis in Aſia, ubi olim pars meridionalis Colchidis, ejus termini ſunt a Septentrione Mengrelia, à qua ſeparatur Phiſi fluvio, ab occaſu mare Nigrum & pars Aſiæ minoris, a Meridie Armenia & Samſca provincia, ab Ortu vero Imeretia, in ea nullæ ſunt urbes alicujus momenti, teſte Archangelo Lamberto, & ſæpe ſub Mengrelia late ſumpta comprehenditur, cum ab ea aliquando pendeat, hinc Gurius nomen gentis *Gurieli* vulgo.

Gurulis, oppidum Sardiniæ olim geminum Ptolemæo, vetus & novum, circa inſulæ medium, in parte ſeptentrionali, utrumque exciſum, nunc rudera *Gurula* dicta, teſte Moletio cum aliis.

Gusarapis, urbs fuit Sardiniæ inſulæ, nunc vicus *Buſaqui* dictus, antea in provincia Arborenſi, nunc autem in Calaritana, teſte Franciſco à Vico.

Gustaviburgum, *Guſtaveburg*, arx fuit Germaniæ in Franconia, & in Geravia tractu, ad confluentes Moeni fluvii in Rhenum, vix mille paſſibus ſupra Moguntiam excitata fuit à Guſtavo Adolpho Sueciæ Rege anno 1632. ſed poſtea derelicta anno 1635. nunc in ruderibus jacet in ditione Electoris Moguntini, ut ego pluries vidi.

Gustroviensis Tractus, pars Ducatus Megalopolitani in Germania verſus ortum extenſa, ſub dominio Ducis Guſtrovienſis dicti, ſub quo pars major Vendenſis tractus, & dominii Roſtochii media pars ejus vero præcipua urbs eſt Guſtrovium.

Gustrovium, *Guſtrow*, urbs parva Germaniæ, in Ducatu Megalopolitano, & Ducum ſedes, cum arce ſplendida, 7. milliaribus Germanicis diſtat á Viſmaria in ortum, & 4. à Roſtochio in Meridiem.

Gutæ, populi Scandinaviæ Ptolemæo, quorum regio nunc Gotia, *Gotlandt*, in Regno Sueciæ, ut Ortelio videtur, & Cluverio. Vide Gothia.

Gutkovia, *Gutkow*, oppidum Germaniæ, in Pomerania citeriori, ad *Panim* fluvium, Comitatus cognominis caput. Vix 3. milliaribus Germanicis diſtat a Gripſualdia in Meridiem, & 4. a Volgaſtia in occaſum, ſub dominio Suecorum.

Gutskoviensis Comitatus, *die Graffschaft von Gutkow*, tractus Germaniæ & Pomeraniæ citerioris pars, inter Stetinenſem Ducatum ad ortum & Meridiem, dominium Bardenſe ad occaſum, & mare Balticum ad arctos, in eo ſunt Gutzkovia, & Gripſualdia, ſubeſt dominio Regis Sueciæ pace Weſtphalica, & ipſi redditus fuit anno 1676. ab Electore Brandeburgico qui illum biennio antea ſui juris fecerat.

Gutta Jugiter Manans, locus Latii, cujus fit mentio in Martyrologio Romano, nunc teſtibus Marliano & Fulvio, eſt *le Tre Fontane*, Abbatia SS. Vincentii & Anaſtaſii, ſeu trium Fontium ad Aquas Salvias, 2. milliaribus à Cœnobio S. Pauli, & 3. ab urbe Roma, ubi S. Paulus Apoſtolus martyrio coronatus.

Guttalus, fluvius Germaniæ Plinio, & Solino, qui teſtibus Althamero, & Cluverio, nunc eſt *Oder*, Odera, fluvius qui Ptolemæo Viadrus dicitur, & aliis Viader, atque Jadet, & in Mare Balticum ſe exonerat infra Stetinum, rigatis prius Sileſia, Marchia, & Pomerania. Vide Odera & Viadrus.

Guttones, populi Germaniæ Plinio, qui iidem cum Gotis, ſeu Gottis Ptolemæo eſſe videntur, teſte etiam Cluverio.

Guzarata, *le Guzarate*, Regnum Aſiæ, in India intra Gangem. Alias Reges habuit proprios, nunc autem ſubeſt imperio Magni Mogolis. Dicitur etiam perſæpe Regnum Cambaiæ à Cambaia urbe ipſius primaria ; eſtque inter ſinum Indi fluvii ad Septentrionem, & Regnum Decani ad Meridiem, verſus oram Oceani Indici. Ejus urbes præcipuæ ſunt Cambaia, Surrata, Amedebatum, Dium, & Damanum, hinc Guzaratæ populi, *les Guzarateb* vulgo.

Gyanum, quæ & Glemum antea, *Gien*, urbs Galliæ in Vaſtinio tractu, cum ponte lapideo ad Ligerim fluvium, in ipſo limite Bituricenſis provinciæ & Belſiæ, 13. leucis ſupra Aurelianum diſtans in ortum hybernum Brivodurum verſus 3. & 34. à Pariſiis in Meridiem, Bituricum verſus 18. quam quidam exiſtimant fuiſſe Genabum antiquitus dictam, forſan ex nominis alluſione.

Gyarus, ſive Gyaros, inſula parva maris Ægei Straboni, & Plinio, una Cycladum, nunc *Joura* incolis & Gallis, *Jura* Italis, ut exiſtimant recentiores, parva eſt, & incolis vacua ab aliquot ſæculis, eſtque inter Andron, Tenon, & Ceam inſulas, quanquam Lucas Holſtenius interpretor *Caloiero* ſcopulum, & ſint etiam qui credant eſſe *Fero* inſululam inter Icariam & Miconum, ſed prior interpretatio magis probatur.

Gyas, pars Agri Syracuſani in Sicilia Plutarcho, nunc *la Cava di Giorgia*, teſte Aretio, Cluverio autem eſt *Longarino & Cuba*, in eodem tractu.

Gyfhornia, *Gyfhorn*, oppidum Germaniæ in Saxonia inferiori, & in Ducatu Luneburgenſi, ad Alleram fluvium, ſub dominio Ducis Cellenſis dicti, 3. milliaribus Germanicis diſtans à Brunſvico in Septentrionem Luneburgum verſus, & 5. à Cella in ortum, caſtrum habens antiquum.

Gygæus, lacus Lydiæ Herodoto, qui & Colous, prope Exuſtam & Sardes urbes, inde 40. ſtadiis diſtans, juxta quem Halyattis erat ſepulchrum. Meminit illius Propertius libro 3.

Gyuarium, locus Ciliciæ, in Aſia minori, circa Pondadum, ad Amani montis anguſtias, cujus meminit Curopalates. Sed quid ſit hodie, non conſtat.

Gygas, promontorium Phrygiæ, ſeu Troadis, prope Dardanum urbem, Strabone teſte.

Gymnasiæ, dicuntur à Græcis inſulæ maria Iberi in Hiſpania Tarraconenſi, quæ Baleares à Latinis dicuntur, teſtibus Dioſcoride, & Plinio. Vide Baleares.

Gymnetæ, populi Hiſpaniæ Tarraconenſis, teſte Sexto Avieno, unde forſan Gymneſiis inſulis nomen inditum.

GYMNETÆ, populi Indiæ intra Gangem, qui centenos annos excedunt, ut ſcribit Crates Pergamenus, & non pauci eos Macrobios appellant, teſte Plinio.

GYMNETES, populi Æthiopiæ ſub Ægypto, ſic dicti, quod nudi incedant, teſte Plinio.

GYMNOSOPHISTÆ, populi Indiæ intra Gangem, in diverſis provinciis ſparſi, qui in ſylvis habitabant, & nudi incedebant, de quibus Cicero libro, 5. quæſtionum Tuſculanarum, & Plinius libro 7. nunc autem *les Jogues* dicuntur, ut exiſtimat Maphæus.

GYNÆCOCRATUMENI, populi Sarmatiæ, circa Tanais oſtia incolentes, cum Amazonibus connubia certis pactis ineuntes ſi credimus Plinio, ut mares vitis, feminæ matribus crederent.

GYNÆCOPOLIS, urbs & nomus fuit Ægypti Straboni & Plinio. Sic dicta, quod à mulieribus condita, vel inhabitata eſſet.

GYNDES, fluvius Aſſyriæ poſt Euphratem maximus, Plinio teſte, qui Gindes Tibullo, Senecæ, Oroſio, & Ammiano, oritur ex Mantienis montibus in Armenia, & in Tigrim ſe exonerat, illum Cyrus exercitum ſuum contra Babylonios retardantem multis foſſis imminuit, ſed de ejus recenti nomine altum inter ſcriptores hujus temporis ſilentium.

GYPSARA, portus Mauritaniæ Cæſarienſis Ptolemæo, inter Mega promontorium & Sigam urbem, nunc *Torre Dunes* vicus in ora Regni Algeriani, teſte Moletio, & ex tabulis Nautarum.

GYRAS, mons Teni inſulæ maris Ægei, Heſychio teſte.

GYRBI, populi fuere Arabiæ fœlicis, teſte Plinio.

GYRSSOENNI, populi Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Bæticæ confinio, quorum meminit Plutarchos in vita Sertorii, eorum urbs nunc Giennum, *Jaen* creditur à Morali, & Mariana, ſed tantum ex levi conjectura, cum hæc urbs ſit intra fines Bæticæ antiquæ, & nunc in Vandalitia.

GYRTON, urbs Macedoniæ in Stymphalia tractu, Livio, & Plinio, Gyrtone Ptolemæo, Phlægyæ olim dicta Straboni, & Andreis Pauſaniæ, a Lychnido in Meridiem recedens, ad radices montium, nunc *Tachi volicati* dicta, teſte Nardo.

GYRUS, mons Ætoliæ ad Acheloum fluvium, Calydoni orbi prominens Plutarcho; unde & ipſe Calydon, ſeu mons Calydonis nominatur, Plutarcho teſte.

GYTHITES, inſola juxta Æthiopiam ſub Ægypto Ptolemæo, nunc forte *Genamani* dicitur, ut exiſtimat Ortelius ex tabulis.

GYTHIUM, oppidum Macedoniæ, cujus meminit Livius in bello Macedonico, ejus incolæ Gytheatæ ab eodem vocantur.

GYTHIUM, oppidum Peloponneſi in Laconia, & navale Lacedæmoniorum Ptolemæo, quod Gytheum Ciceroni, nunc vicus *Paleapoli* dictus, teſte Nigro, in ora ſinus Laconici, prope oſtia Eurotæ fluvii, unde ſinus Gytheates Plinio nominatur, portu gaudet capaci & tuto, 20. mill. paſſ. diſtans a Sparta in Meridiem Tenarium promontorium verſus 25. circiter.

GYTHONES, populi Sarmatiæ Europææ Ptolemæo, verſus Suevicum mare & oſtia Viſtulæ fluvii inhabitantes, ubi nunc Pruſſia provincia Poloniæ, iidem videntur cum Gothinis & Gothis, teſte Cluverio. Vide Gothi.

GYZES, portus Africæ in ora Lybiæ & in Marmarica, dicitur melius Zygis à Ptolemæo. Vide ibi.

H

HAB, Palæſtinæ urbs, Guillelmo Tyrenſi teſte.

HABASSA, ſeu Abaſſia, & Abaſſinia, *l'Abyſſinie*, ſeu *le païs des Abiſſins*, regio eſt Africæ, ubi alias maxima pars Æthiopiæ ſuperioris. Vide Abaſſinia.

HABOR, cujus fit mentio 4. Regum, pro flumine ponit Benjamin Tudelenſis, in terra Gozan, dicitur etiam Abor, & forſan Chabor, in Armenia regione.

HABUS, *das Friſch Haff*, ſinus parvus maris Orientalis ſive Baltici per Pruſſiam extenſus, inter Regiomontem ad ortum, & oſtia Viſtulæ Elbingamque ad occaſum.

HABUS, fluvius Britanniæ magnæ Ptolemæo, dicitur melius Abus, nunc *Humber*, fluvius Angliæ in Eboracenſi provincia. Vide Abus.

HACOTINA, Armeniæ urbs, Antonino teſte, circa Euphratem fluvium, qua Taurum montem perlabitur. Simlerus tamen legit Locorena.

HADELIA, *das Hadellant*, tractus Germaniæ in Saxonia inferiori, inter Oceanum Germanicum & Bremenſem Ducatum, verſus oſtia Albis & Viſurgis, ejus pars occidentalis ſubeſt Duci Saxoniæ Lauvemburgico, ubi arx *Otterendorp*, pars vero orientalis obi *Niembius*, tractus eſt Ducatus Bremenſis nunc ſub Suecis.

HADEMARIUM, ſive Hadamarium, *Hademar*, oppidulum Germaniæ in Circulo Rheni ſuperioris, & in Veſtervaldia provincia, Principatus titulo nuper inſignitum gentis Naſſoviæ Catholicæ, caput eſt tractus adjacentis, prope Loganum fluvium, 4. milliaribus Germanicis diſtans à Confluentiis in ortum, & 7. à Moguntia in Septentrionem.

HADERSLEBIA, ſeu Hatterſlebia, *Haderſleben*, urbs Daniæ, in Jutia Meridionali, & in Ducatu Sleſvicenſi, verſus oram littoralem maris Baltici & Fioniam inſulam, cum portu ſatis capaci. Pluries capta fuit a Suecis precedenti bello Danico, ſed poſtea reddita. Ei adjacet arx Joanniburgum & Hanſburgum dicta, à Joanne Holſatiæ Duce exſtructa, ſubeſt Regi Daniæ cum præfectura adjacenti, eſtque media inter Coldingam ad Septentrionem & Apenrodam ad Meridiem, fere 4. milliaribus Germanicis utrimque diſtans, uti à Fionia inſula in occaſum, ſeptemque à Flenſburgo in Septentrionem, & in ea natus eſt Fridericus III. Rex Daniæ die 28. Martii 1609.

HADRIA, quæ & Adria, & Atria, urbs Piceni Livio, patria Hadriani Imperatoris, nunc vulgo *Atri*, urbs Regni Neapolitani in Aprutio Ulteriori, colli aſpero impoſita, prope amnem *Piomba* dictum Aterno in Epiſcopali dignitate ſubrogata ab Innocentio IV. Papa, atque Piennenſi perpetuo unita. Vide Atria.

HADRIA, quæ & Adria, & Atria quibuſdam, urbs Italiæ in Venetia, vulgo *Adria*, urbecula ditionis Venetæ in Romandiola Veneta ſive in Peninſula Rhodighina, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Ravennate, nunc aquis pro majori parte abſorpta, & à piſcatoribus culta, ideo admodum parva, & male culta ob aëris gravitatem, hinc mari Hadriatico nomen inditum. Vide Adria.

HADRIANÆ, urbs Lyciæ mediterranea ex antiqua inſcriptione, quam Aldus Manutius adfert, nunc

forſan *Eliopoli*, teſte Ortelio.

HADRIANI MOLES, Romæ, Procopio & aliis, quæ & Hadriani ſepulchrum aut monumentum, poſtea Arx Creſcentii, quod is eam tenuerit, nunc *il Caſtel S. Angelo* incolis, *le Chaſteau S. Ange* Gallis, locus Romæ ad Tiberim fluvium, à Summis Pontificibus in arcem firmiſſimam converſus, in quam ex Vaticano Palatio via occulta per ædes interſitas itur, ſita eſt prope pontem Ælium, & a paucis annis novis operibus bellicis munita fuit ab Urbano VIII. Pontifice Maximo, ad tutelam urbis Romæ.

HADRANUM, oppidum Siciliæ Silio, & Plutarcho, Adranum aliis, *Aderno* vulgo, in valle Nemorenſi, ad montis Ætnæ radices, 7. mill. paſſ. à Centuripis diſtans in ortum Catanam verſus 16. Populi Hadranitani Plinio.

HADRIANI MURUS, in Britannia majori Spartiano, Vallum Antonino, murus ingens inter Britanniam primam & ſecundam, ab Hadriano Imperatore conſtructus vel inchoatus & à Severo perfectus, ad Barbaros arcendos, ne in Britanniam primam incurrerent, teſte Beda, nunc *The Picts Wall* Anglis, & *The Scotish Waith* Scotis, hoc eſt vallum Scotorum & Pictorum, per 80. millia paſſuum perductum, teſte Camdeno, quamquam aliqui crediderint fuiſſe inter Cludi & Caruni fluviorum oſtia in Scotia, & ejus etiam veſtigia extant in provincia Sterlingenſi. Vide Murus Picticus.

HADRIANOPOLIS, urbs Bithyniæ in Honoriade tractu, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Claudiopolitano.

HADRIANOPOLIS, urbs Græciæ in Ætolia, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Naupactenſi, nunc excisa, cujus mentio in Chalcedonenſi Concilio.

HADRIANOPOLIS, urbs Piſidiæ in Aſia minori, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Antiochiæ Piſidiæ, cujus meminit Concilium Nicenum

HADRIANOPOLIS, urbs Thraciæ Ptolemæo, quæ prius Uſcudama, ut Ammianus, & Oreſta ut Lampridius ait, vel Oreſtias ut Zonaras ſcribit, vulgo Turcis *Endrem*, Italis *Andrinopoli*, & Gallis *Andrinople*, urbs Archiepiſcopalis ſub Patriarcha Conſtantinopolitano, ad Hebrum fluvium ſita, capta fuit à Turcis anno 1402. factaque eorum ſedes regia ante captam Conſtantinopolim, dicitur etiam Adrianopolis, & creſcit in dies, eſtque Thraciæ præcipua poſt Conſtantinopolim à qua diſtat 150. mill. paſſ. in occaſum Philippopolim verſus, & 80. a mari Ægeo in Septentrionem, & à paucis annis in ea perſæpe commoratur magnus Turcarum Dominus.

HADRIANOTHERAS, oppidum Mœſiæ, ab Hadriano Imperatore exſtructum, & a venationis ſtudio nomen ſortitum, ut ratio nominis indicat, ac innuit etiam Spartianus.

HADRIATICA STAGNA, paludes maris Hadriatici in intimo ejus receſſu Servio, Adrianorum paludes & Gallicæ paludes aliis, prope Venetias, & intra quas Veneta urbs conſtructa mirabiliter fuit, unde vulgo *le Lagune di Venetia* dicuntur, & extenduntur à Septentrione in Meridiem inter inſulas Claudiam, Metamaucum, & alias, & continentem Italiæ Ducatuſque Veneti.

HADRIATICUM MARE, quod & Adriaticum, & Superum Plinio, Adriaticum Straboni, Tacito, & Melæ, Hadriaticus ſinus Plinio, Hadrianum Lucano, Hadria quoque Poëtis, & Adria, mare inter Italiam & Illyricum extenſum ab occaſu in ortum æſtivum, nunc ſinus Venetus, vulgo *il Golfo di Venetia* Italis & etiam aliquando *Mare Adriatico*, Gallis vero *le Golfe de Veniſe*, & Germanis *das Venediger Meer*, pars ampla maris Mediterranei, ſic dicitur nunc a Venetiis urbe illius oræ præcipua & quod Reſpublica Veneta ſe dominam maris Hadriatici vocat, quare & quotannis Dux cum Senatu conſcendens Bucentaurum die Aſcenſionis Domini in mare jacit annulum, quaſi ſibi ſponſam accipiat, & hoc mare tutum reddunt Veneti, pluribus navibus bellicis & triremibus in ipſius cuſtodiam illud ſemper excurrentibus contra piratas, & ideo in eo nulla ſinunt navigia bellica præter ſua. Ejus partes ſunt ſinus Illyricus, *le Golfe du Drin*, ſinus Rhizonicus, *le Golfe de Cattaro*, ſinus Carnarius ſeu Flanaticus, *le Golfe Carnario*, ſinus Tergeſtinus, *le Golfe de Trieſte*, ſinus Naronenſis, *le Golfe de Narenta*, ſinus S. Crucis, *le Golfe de Sainte Croix*, ſinus Urias *le Golfe de Rhodi*, & ſinus Sipontinus, *le Golfe de Siponto*; eſtque plurimis inſulis refertum verſus oram littoralem Illyrici. Illud circumſtant Albania, Dalmatia, Morlachia ſeu Croatia Auſtralis, pars Carniolæ; uti Iſtria, provincia Foro-Julii, Marchia Tarviſina, Ducatus Venetus, peninſula Rhodigina, ditionis Venetæ; Ducatus Ferrarienſis, Romandiola, Ducatus Urbinas, & Marchia Anconitana, ditionis Eccleſiæ; Aprutium, Capitanata, provincia Bariana, & provincia Hydruntina, quæ ſunt provinciæ Regni Neapolitani, atque inter Aulonem Albaniæ ad ortum & Hydruntum ad occaſum mari Mediterraneo ſive potius Ionio miſcetur; ibique dicitur *la Bocca del Golfo di Venetia*, id eſt os ſinus Veneti, ubi ejus latitudo eſt tantum 60. milliarium, ſed extenditur in longum ferè ad 570. milliaria.

HADRIATICUS SINUS, *il Golfo di Venetia* Italis, dicitur ſæpius Hadriaticum mare. Vide ibi.

HADRUMETUM, urbs Africæ littoralis Melæ, quæ Hadrumentum Plinio & Tacito. Vide Adrumetum.

HÆBUDÆ, inſulæ Britanniæ magnæ, quæ & Ebudæ dictæ, nunc prope oram occidentalem Scotiæ Regni, unde inſulæ Occidentales vocantur. Vide Ebudæ & Occidentales inſulæ.

HÆGALOS, mons Atticæ ſylvoſus Pauſaniæ, Athenis proximus, Parnaſſoque monti vicinus: quos montes Statius libro 12. Thebaidos memorat.

HÆMIMONTOS, provincia Thraciæ, quæ & Hæmonia vocata a quibuſdam, ſic dicta ab Hæmo monte, à quo terminatur ad Septentrionem, uti Ponto Euxino ad ortum, & Hebro fluvio ad Meridiem, eſtque proprie Thraciæ pars ſeptentrionalis verſus Mœſiam inferiorem, cujus urbes præcipuæ Adrianopolis, Anchialus, & Nicopolis ad Hæmum, & ejus meminit Ammianus Marcellinus.

HÆMON, fluviolus Bœotiæ Plutarcho, Chæronæam urbem alluens, qui & Thermodon Plutarcho & Herodoto dicitur, in Cephiſum influens.

HÆMUS, mons Thraciæ maximus, illam à Mœſia inferiori dividens Melæ, Plinio, & Straboni, adeo excelſus eſt ut ex ipſius jugis Pontus Euxinus conſpiciatur, in longum protenditur ab occaſu in ortum, & ad Meſembriam urbem deſinit, ex eo effluunt Hebrus & Strymon fluvii, & hujus pars Scombrus ab Ariſtotele, & Scomius à Thucydide vocatur, nunc varia habet nomina, Turcis enim *Balkan*, Slavis *Cumoniza*, & Italis *Coſtegnazzo* ſive *la Catena del mondo* dicitur, teſtibus Pineto & Cuſpiniano, *Praſovo* autem Laonico, hinc Hæmimontus & Hæmonia provincia juxta montem, hujus montis meminit Virgilius libro 2. Georgicorum.

HÆREI, montes Siciliæ, in ejus meditullio prope Ennam. Vide montes Aerei.

HÆSUSA, fluvius Macedoniæ, in Ionium mare ad Apolloniam influens Vibio Sequeſtri. Fortè qui nunc *Vaiuſſa* dicitur,

HAFNIA, ſeu Haphnia & Haunia etiam aliquando, *Kiobenhaven* incolis, *Koppenhagen* Germanis, *Kopenhaven* Belgis, *Copenhague* Gallis, & *Copenhaga*

Google

Hiſpanis & Italis, urbs Daniæ regia, Selandiæ inſulæ caput, ampla & permunita in planitie, cum arce valida recenti, & portu capaciſſimo juxta Oreſundam fretum, & è regione Scaniæ provinciæ, vocata fuit *Stagelburg* ab initio, poſtea *Axelhus* ab Abſalone Vido Archiepiſcopo Lundenſi, qui arcem ibi excitarat, teſte Pontano, nomenque ſenſim mutatumque fuit in *Kiobmanshaven*, quod portum mercatorum ſignificat, anno 1161. Academiam habet celebrem anno 1479. inſtitutam, & fruſtra obſeſſa fuit a Sueciæ Rege anno 1659. eique adjacet ad ortum Amagria inſula cui ponte jungitur ligneo, & anno 1660. Archiepiſcopatus titulo inſignita fuit, diſtat autem 4. milliaribus Danicis à Roſchildia in ortum verſus oram littoralem Scaniæ 3. à Coronæburgo 4. in Meridiem, uti 30. à Gothemburgo, 45. a Calmaria in occaſum, & 70. ab Holmia.

Haga, ſive etiam Haga Comitis, *Sgraven hage* incolis, *la Haye* Gallis, præcipuus totius Hollandiæ burgus, & urbis magnæ ad inſtar, ubi fieri ſolent comitia provinciæ, & etiam totius Belgii confœderati. Ibi palatium alias Comitis Hollandiæ, vix una leuca patva ab ora Oceani Germanici diſtat, inter Lugdunum Batavorum ad Septentrionem & oſtium Moſæ ad Meridiem.

Haga, *la Haye*, cognomento *en Touraine*, oppidum Galliæ. in Turonenſi provincia, ad Crauſiam fluvium, in ipſo confinio Pictavenſis provinciæ. Diſtat 10. leucis a Turonibus in Auſtrum, totidem à Pictavio in ortum æſtivum, & 4. à Caſtro Heraldi, patria fuit Renati *Des Cartes* Philoſophi celeberrimi anno 1650. Holmiæ in Suecia extincti.

Haganoa, *Hain*, Germaniæ oppidulum in Miſnia provincia, ad amnem *Reder*, in confinio Saxoniæ Ducatus, & vix 2. milliaribus Germanicis à Miſna in ortum æſtivum.

Hagenoa, & Haguenoa, *Hagenau* incolis, *Haguenau* Gallis, urbs Germaniæ in Alſatia inferiori, ad amnes Matram & Sornam. Muro primum cincta fuit anno 1164. a Friderico Ænobarbo Imperatore, qui ibi etiam palatium Cæſareum condidit, & eam Imperialem ſeu liberam fecit, eſt ex quatuor Imperii pagis ſive vicis, alias ſub clientela domus Auſtriacæ, nunc autem ſub dominio Regis Francorum pace Monaſterienſi, fruſtra obſeſſa fuit ab Auſtriacis anno 1675. ſed poſtea ejus munitiones dirutæ fuerunt, & ipſa peſſime habita fuit ultimo bello Germanico, vix duobus milliaribus Germanicis diſtat a Rheno fluvio in occaſum Tabernas verſus 4. tribus vero ab Argentorato in Septentrionem, & in dies reſtauratur.

Hagenoensis Præfectura Provincialis, ſeu Avocatia, *Landtvogtey von Hagenau* indigenis, *le Balliage de Haguenau* Gallis, tractus Germaniæ in Alſatia inſertus fere totus, qui aliter dicitur præfectura provincialis decem Civitatum Imperialium, quod in ipſo ſint decem Civitates Imperiales in Alſatia ſitæ, nempe Hagenoa, Colmaria, Seleſtadium, Viſſemburgum, Landavia, ſuperior Ehenheimum, Roſenhemium, Monaſterium in Valle S. Gregorii, Cæſaris mons, & Turichemium, cum eorum dependentiis, & alias ad eam pertinuerat Mulhuſium urbs Sundgoviæ, nunc fœderi Helvetico juncta, & conceſſa fuerat hæc præfectura provincialis Electori Palatino ab Imperatore Sigiſmundo, pro 50. millibus florenorum hypotecæ loco, Ferdinandus autem primus Imperator eam ſummam reluit anno 1558. & deinde domui Auſtriacæ univit, teſte Limnæo, ſed per pacem Weſtphalicam anno 1648. conceſſa fuit Francorum Regi, cum omnibus locis & juribus quæ à dicta præfectura dependent, ſicque etiamnum Francici juris eſt.

Hagia, quæ & Aia aliis, urbs Cariæ, juxta limites Lydiæ Porphyrogennetæ, nunc *Aia luni* dicta à Turcis, id eſt urbs S. Joannis Evangeliſtæ, teſte Leunclavio, nomine a Græcis mutato.

Hagnaus, ſeu, & melius, Henius, *l'Haiſne*, fluvius parvus Belgii, in Comitatu Haonoviæ cui nomen dedit. Oritur in confinio Namurcenſis provinciæ, deinde prope Montes labitur, & ad Condatum in Scaldim ſe exonerat, ejus fit mentio in Vita S. Landelini Preſbyteri. Vide Henius.

Hajacanum Regnum, *le Royaume de Haiacan*, regio ſeu pars Indiæ propriæ, in Imperio magni Mogolis, in ipſo limite Regni Perſarum, à quo terminatur ad occaſum & Meridiem, uti Attochio Regno ad Boream, & Buckorio Multanoque Regnis ad ortum, verſus Indum fluvium.

Hajalon, ſeu Aialon, locus Palæſtinæ, cujus fit mentio in libro Joſue, cum valle primo ab Amorrhæis habitata & contigua valli Terebinthi, vicum quoque ſic dictum juxta Nicopolim in ſecundo lapide Æliam pergentibus ſcribit Maſius.

Hailbrunna, Latine ſalubris fons, *Hailbrun*, & *Heilbron*, urbs Germaniæ in Suevia provincia, ad Neccarum fluvium, in limite Ducatus Wirtembergenſis, ſic dicta à copia ſaluberrimorum fontium. Imperialis facta fuit anno 1240. a Friderico 2. Imperatore, & tunc muro cincta, nunc etiam eſt ſui juris, diſtatque 2. milliaribus a Wimpfena in Meridiem, & 8. à Spira in ortum, cum ponte lapideo ad Neccarum.

Hainovia, *Hayn*, oppidulum Sileſiæ provinciæ Bohemiæ, cum arce in Ducatu Lignicenſi, prope Catium fluvium, duobus milliaribus Germanicis à Lignitio diſtans in occaſum Saganum verſus.

Hairum, *le deſert de Hair*, deſertum Libyæ, in Regno Targa, & in ejus parte meridionali, verſus Nigritiam; extenditurque ad centum leucas circiter inter Ignidum deſertum ad ortum & Zuenzigam Regnum ad occaſum, teſtibus Joanne Leone & Sanuto.

Hala, *Hall*, urbs Saxoniæ clara, ubi Salinæ, inter Torgam & Lipſiam. Vide Halla.

Halale, vicus Ciliciæ, in radicibus Tauri montis, teſte Capitolino, poſtea Fauſtin[illegible]s dictus, a Marco Aurelio Antonino Imperatore, ac de Fauſtinæ uxoris nomine, quæ ibi obiit, appellatus. Vide Fauſtinopolis.

Halani, populi Sarmatiæ Marcellino, Perſis finitimi, Ortelio referente. Fortè Alani, populi Sarmatiæ Europææ. Vide ibi.

Halara, *Halar*, urbs Iſlandiæ inſulæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Nidroſienſi, in parte ſeptentrionali inſulæ, ſed ſine mœnibus, & paucis conſtans incolis, ſub dominio Regis Daniæ. Dicitur ab aliis Holar. Vide ibi.

Halberstadiensis Principatus, *das Furſtenthumb von Halberſtad* Germanis, *la Principauté de Halberſtad* Gallis, tractus eſt parvus Germaniæ, in Saxonia inferiori, antea ſub proprio Epiſcopo ex conceſſione Caroli Magni Imperatoris, qui Epiſcopatum fundaverat, nunc ſub Electore Brandeburgico pace Weſtphalica, una cum Comitatibus *Reinſtein* & *Hohenſtein*, in introitu ſylvæ Hercyniæ verſus Turingiam, & Dinaſtiis Lora & *Klettenberg* ut feuda dicti Principatus. Terminatur à Septentrione Ducatu Brunſvicenſi, uti etiam Magdeburgenſi, & à Meridie Principatu Anhaltino; eſtque ab ortu in occaſum extenſus per 9. milliaria Germanica. Ejus caput eſt Halberſtadium.

Halberstadium, quaſi Alberti urbs, *Halberſtad*, urbs Germaniæ in Saxonia inferiori, olim Pheugarum dicta, ut credunt Appianus & Irenicus, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Moguntino ab anno 819. loco Salinſtadii, caput eſt Principatus cognomi-

nis ad amnem *Horheim*, & olim Imperialis fuit & libera, ſed poſtea ab Imperio exempta, ſuberat dominio proprii Epiſcopi, ſed pace Weſtphalica Epiſcopatus in Principatum mutatus eſt, ſub dominio Electoris Brandeburgici, cui nunc ſubeſt, 7. milliaribus Germanicis diſtans à Magdeburgo in occaſum & totidem à Brunſvico verſus Meridiem, & ejus Epiſcopi addicti erant Confeſſioni Auguſtanæ ab anno 1586.

HALCYONIÆ, inſulæ duæ Macedoniæ, prope Pallenen peninſulam, quarum una Pallene, altera Phoſtonia à Suida & Stephano dicitur; vel circa Halcyonem, oppidum Theſſaliæ, ad ſinum Maliacum.

HALCYONIUM STAGNUM, & mare. Vide Alcyonium.

HALÆNUS, fluvius Britanniæ magnæ Ptolemæo, qui ab interpretibus Alaunius dicitur. Vide ibi.

HALES, fluvius Ioniæ frigidiſſimus, ad Colophonem fluens Pauſaniæ, qui Halens Lycophroni, & Haleſus Plinio dici videtur.

HALESA, urbs Siciliæ Ciceroni, & Plinio, quæ Alæſa Ptolemæo, & Aleſa Antonino, Epiſcopalis fuit in ora Boreali inſulæ, ad oſtia Haleſi fluvii, nunc exciſa jacet ubi caſtrum *Caronia* dictum, teſte Fazello, in Valle Demonæ, inter Aluntium ad ortum & Cephaledium ad occaſum, & 12. milliaribus ab Alontio, ſed Cluverio teſte, eſt vicus *Toſa* dictus in eadem provincia ſeu valle, in viciniis Caroniæ caſtri, ubi quamplurima rudera etiam viſuntur, hinc populi Haleſini Ciceroni, ibi fluvius Haleſus, ex Haleſo monte proximo Ætnæ fluens, vulgo *Pollina* dictus, in mare Tyrrhenum ſe exonerat ad Haleſam.

HALASIUS, mons Arcadiæ, in Peloponneſo, cum fluvio cognomine, teſte Strabone.

HALESUS, fluvius Aſiæ minoris in Lydia, ex Timolo monte penes Colophonem fluens, teſte Plinio.

HALETES, fluvius Lucaniæ Pauſaniæ, & Ciceroni, nunc *Halente* dictus, teſte Cluverio, in mare Tyrrhenum ſe exonerat prope Veliam oppidum Principatus Citerioris, ab eo 3. milliaribus diſtans.

HALI, [illegible]mani ſunt apud Plinium libro 4. in vetuſtioribus codicibus, teſte Ortelio; in recentioribus autem pro eo Alii legunt appellativè.

HALIA, oppidum erat Peloponneſi in Argia provincia, & prope Troezenen urbem, teſte Thucydide.

HALIACMON, fluvius Macedoniæ, teſte Claudiano de bello Getico, qui ab aliis vocatur Aliacmon. Vide ibi.

HALIARTUS, oppidum Peloponneſi in ora Meſſeniæ, Pauſaniæ. Vide Aliartus.

HALIARTUS, oppidum Græciæ in Boeotia, teſte Strabone, juxta Copaidem lacum. Vide Aliartus uti ſcribitur ab aliis.

HALICARNASSUS, urbs Aſiæ minoris Ptolemæo, in Caria regione, & in Doride provincia, in ora littorali, ad ſinum Ceramicum, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Stauropolitano, patria Dionyſii, & Herodoti, & olim Cariæ caput, nunc exciſa jacet, & a Nigro vocatur *Caſtel S. Pietro*, locus munitus in ora, ſed ut pluribus ſcribit Coriolanus Cippicus Tragurienſis, eſt *Tabia* locus in ora, ubi eſt penioſula, & inter urbis ruinas viſuntur veſtigia monumenti quod Artemiſia, Regina viro ſuo Mauſolo ſtruxit, quod inter orbis miracula numeratum fuit, erat prope Miletum, & 36. milliaribus à Gnido in ortum, quanquam alii exiſtiment ejus rudera nunc *Boudron* dici, è regione Coi inſulæ. Non longe Salmacis fons cujus meminit Ovidius.

HALICSA, *Halitz*, oppidum Poloniæ, in Ruſſia Rubra & in tractu Halicienſi dicto, ad Tyram fluvium, cum arce munita. Alias urbs fuit magni nominis & Regni Ruſſici caput, Rexque proprie Halicienſis vocabatur non Ruſſiæ, quia hæc tota in plurimas Tetrarchias ſciſſa, proprios Duces habebat, ſed quos inter Primatum & quaſi Monarchiam Duces Kovienſes tenebant, teſte Starovolſcio Archiepiſcopalique dignitate inſignita fuerat à Gregorio XI. Pontifice Maximo, ſed poſtea ejus Archiepiſcopatus tranſlatus fuit Leopolim anno 1414. nunc autem oppidum deficit in dies a paucis inhabitatum, 16. milliaribus Polonicis à Leopoli diſtans in ortum hybernum.

HALICIENSIS TRACTUS, *le territoire de Halitz*, regiuncula Poloniæ, & una ex quatuor partibus Ruſſiæ Palatinatus, magis ad Meridiem extenſa, montibus Tranſſylvaniæ ab occaſu hyberno, à Meridie autem Valachiæ ſylvis cincta*, Tyra fluvio quaſi per medium ſecta, cujus pars auſtralior trans Tyram poſita hodie Pocucia appellatur, ejus vero oppidum præcipuum eſt Halicia.

HALICYÆ, urbs Siciliæ inſulæ, in ejus parte occidentali Stephano, & aliis, nunc exciſa, ubi caſtrum *Salemi* dictum, teſte Cluverio, in Valle Mazaræ, inter Entellam ad ortum & Lilybæum promontorium ad occaſum, populi Halicyenſes Ciceroni & Plinio.

HALLA, cognomento in Oeni valle, *Hall. in Inthal*, oppidum Germaniæ in Tirolis Comitatu, ad Oenum fluvium, unde ei cognomen, 2. milliaribus Germanicis infra Oenipontem in ortum.

HALLÆ, *Hall*, Gallis *Haut*, oppidulum Belgii in Hannonia, & in confinio Brabantiæ, ubi Eccleſia devotione erga Beatam Virginem celebris, ejus muri diruti fuere anno 1677.

HALLA, cognomento Sueviæ, *Schwabiſche Hall* incolis, *Hall en Souabe* Gallis, urbs parva Germaniæ in Suevia, Imperialis & libera ab anno 1360. ſita eſt inter præruptos montes, & a Salinis initium & nomen adepta eſt, dividitur a Cocharo fluvio in duas partes, nimirum in urbem & ſuburbium, quæ ambæ ponte conjunguntur, & officinas Salinarias habet 111. in quibus Sal coquitur, pluries capta fuit tricennali bello Germanico, ſita eſt in confinio Ducatus Wirtembergenſis, cujus pars olim fuit, 6. milliaribus Germanicis diſtans ab Hailbrunna in ortum, & 8. à Nerolinga in occaſum æſtivum.

HALLA, *Hall*, urbs Germaniæ in Saxonia ſuperiori, & in Miſnia, parva ſed ſatis culta, ſub dominio proprii Ducis, quanquam ſit pars Ducatus Magdeburgenſis, ad Salam fluvium ſita, cum arce urbi imminente Mauricıburgo dicta, pagus fuit alias *Dobreder* dictus, qui anno 981. ab Othone II. Imperatore converſus eſt in urbem, ſic nunc vocatam propter quatuor fontes ſalis qui in ea ſunt, fuitque alias Imperialis & libera, ſed poſtea ab Imperio exempta, 3. milliaribus Germanicis diſtat à Merſoburgo in Septentrionem Magdeburgum verſus 10. & 5. à Lipſia in occaſum æſtivum, & ejus Dux è domo Electorali Saxoniæ, qui ideo Dux Saxoniæ Hallenſis dicitur, poſſidet etiam agrum adjacentem, cum media fere parte Thuringiæ & aliquot locis in Ducatu Magdeburgenſi.

HALLANDIA, *Hallind* indigenis, *Halland* exteris, pars Gothiæ Meridionalis, & provincia antea Regni Daniæ, nunc autem Regni Sueciæ ab anno 1645 pace ad Bromſbroam, terminatur ab Oriente & Septentrione Weſtrogothia, ab Occidente ſinu Codano, & a Meridie Scania, ejus oppida ſunt Helmoſtadium, *Helmſtad*, provinciæ caput, Laholmia *Laholm*; & Varburgum *Varburg*. Extenditur autem à Septentrione in Meridiem per 60. mill. paſſ. juxta ſitum Codanum. Sed ejus latitudo ab ortu in occaſum, vix eſt 15 mill. paſſ. & dividitur in Septentrionalem & Meridionalem, ſub quibus ſunt plura terri-

Google

toria *Herrit* dicta, & alias Ducatus titulo inſignita fuit, hinc Hallandenſis nomen gentis.

HALLANDIÆ CAPUT, *Hallands-Als* indigenis, *Col* exteris, & nautis, promontorium Gothiæ Meridionalis, ad fauces Oreſundæ freti extenſum in ſinum Codanum, 7. milliaribus Danicis ab Hellinburgo in Septentrionem.

HALMYDESSUS, oppidum Thraciæ Plinio, quod Almydeſſus Ptolemæo, & Salmydiſſus Xenophonti, nunc *Stagnara*, teſte Moletio in ora Ponti Euxini, inter Boſphorum Thracium & Apolloniam, ſive inter Philiæ & Thinia promontoria.

HALMYRIS, lacus Mœſiæ inferioris Plinio, quem efficit Danubius fluvius, non longe à ſuis oſtiis, & ſupra Iſtropolim, hujus meminit quoque Calliſtus, ejus circuitus eſt 65. milliarium, & à Pinero vocatur Lacus Beatæ Mariæ Danubianæ, *le Lac de Noſtre-Dame du Danube* Gallis, ſed ab incolis dicitur *le Lac de Caraſui*, ut didici à viris doctis illarum partium.

HALONÆ, oppidum Ioniæ, in Cariæ confinio, prope Mæandrum fluvium, teſte Niceta, vulgo *Solbazar* à Turcis dictum, teſte Leunclavio.

HALONE, inſula Propontidis, ante Cyzicum urbem, ad Proconneſum, teſte Plinio.

HALONNASUS, inſula maris Ægei Plinio, inter Samothraciam ad occaſum & Cherſoneſum Thraciæ ad ortum, 15. mill. paſſ. diſtans, eſtque parva admodum.

HALONNESUS, altera inſula parva maris Ægei, Ioniæ adjacens, prope Erythras, & inter Corycum & Argenum promontoria, teſte Strabone.

HALUNTIUM, oppidum Siciliæ in ora Boreali, Ciceroni, quod aliis Aluntium, nunc excisum, & ei ſuffectum eſt oppidum S. Philadelphi, *S. Filadelfo* vulgo, teſte Fazello, Populi Haluntini Ciceroni. Vide Alontium.

HALYCIDON, portus Maſſilienſium in Gallia Narbonenſi Pomponio Melæ, nunc teſte Honorato *Bouche*, eſt ipſemet portus Maſſilienſis, *le Port de Marſeille*, ad Maſſiliam urbem Provinciæ.

HALIS, fluvius Aſiæ minoris Straboni, & Ptolemæo, qui Calis quibuſdam, fontes habet in Galatia, & juxta Gangre labitur, hinc auctus aliquot fluviis, & rigaris pluribus urbibus tum Galatiæ tum Paphlagoniæ, ibi in Pontum Euxinum & ſinum Amaſenum ſe exonerat, 20. milliaribus ab Amiſo in occaſum, nuncque *Aytoxu* dicitur à Turcis, teſte Buſbequio; & *Caſilirmar*, quod amnem rubrum ſignificat, teſte Petro Gyllio, ejus meminit Valerius Flaccus libro 5. Argonautarum.

HALYS, fluvius Lydiæ, cujus meminit Herodotus. Hic Crœſo fatalis fuit, ejus meminit Ovidius libro 4. de Ponto.

HALYZIA, oppidum Epiri in Acarnania Xenophonti, Halyzea Ciceroni, & Plinio, Alyzia Straboni, ad dextram Acheloi fluvii ripam verſus oſtium in mare Ionium, ubi Lacedemonii ab Athenienſibus navali pugna victi, teſte Xenophonte, nunc eſt *Alcipo*, oppidulum tractus parvæ Græciæ, prope oram, teſte Luca Holſtenio; & ſere ex adverſo caſtri *Natalico*, cujus meminit Sophianus, & quod eſt in Ætolia ad ſiniſtram ripam Acheloi fluvii, ſed Franciſcus Sangallus *Trigordon* nunc vocari ſcribit, ubi magna ſuperſunt antiquitatum veſtigia.

HALYZONES, populi Scythiæ Europææ, qui & Halezones, ſic dicti quod undique mari circumdentur, teſte Herodoto libro 4.

HAMÆ, oppidum fuit Campaniæ in Italia, teſte Livio, in monte prope Cumas urbem exciſam, ubi ſylva adhuc nomen retinens, *la Selva de Hami*, à lacu Tripergolino parum diſtans, à Cumis 3. mill. paſſ. in provincia Terræ Laboris.

HAMAXICI, populi Sarmatiæ Europææ Straboni, inter oſtia Boryſthenis & Mæotidem paludem inhabitantes.

HAMAXOBII, populi Sarmatiæ Europææ Straboni, & Ptolemæo, Hamaxobitæ Melæ, ſic dicti quod vitam non in domibus ſed in plauſtris degerent, Hamaxa enim Græcis plauſtra ſignificant, extendebantur verſus confinia parvæ Scythiæ, ubi nunc para meridionalis Ruſſiæ magnæ ſive Moſcoviæ regionis, ſatis à Palude Mæotide remoti, teſte Vadiano cum aliis.

HAMAEIA, *Hambie*, caſtrum Galliæ cum Abbatia in Normannia inferiori, & in agro Conſtantienſi, in ora maris Britannici, 4. leucis à Conſtantia in Meridiem Granvillam verſus.

HAMAURGUM, quaſi Hammonis caſtrum, *Hamburg* indigenis, *Hambourg* Gallis, *Hamborgo* Italis, urbs Germaniæ clariſſima, & emporium percelebre in Saxona inferiori & in Holſatia Ducatu, ad Albim fluvium, Imperialis tamen & libera eſt ſuique juris, atque ex præcipuis Hanzeaticis urbibus, olim Archiepiſcopali dignitate inſignis, ſed ſedes Bremam tranſlata fuit. Probe munita eſt in Stormaria tractu, & creſcit in dies amplitudine & numero civium, portu gaudens capaci, & huc uſque navigia ſubvehuntur per Albis æſtuarium, quanquam 18. milliaribus Germanicis diſtat ab ejus oſtio, & ab ora maris Germanici in ortum, uti 6. à Stada, à Brema vero 15. in ortum æſtivum Lubecam verſus 9.

HAMABURGUM, *Hainburg*, Germaniæ oppidulum, in Auſtria inferiori, ad Danubium fluvium qui ex adverſo recipit Moravam fluvium, ſedet in colle, in ipſo limite Hungariæ, 6. milliaribus Germanicis infra Viennam in ortum, Poſonium verſus 3. & crevit ex ruinis Carnunti oppidi in viciniis.

HAMELA, fluvius Angliæ, quibuſdam eſt *Arun*, fluvius Suſſexiæ, Arundeliam oppidum rigans, & paulo infra in mare Britannicum ſe exonerans, teſte Speedo.

HAMELIA, *Hamelen*, urbs Germaniæ in Saxonia inferiori, & in Ducatu Brunſvicenſi, inter Hildeſiam ad ortum & Paderbornam ad occaſum, ad Viſurgim fluvium, inter ditiones Epiſcopi Hildesheimenſis & Comitis Lippiæ, eratque alias in ditione Abbatis Fuldenſis, antequam Albertus Dux Brunſvicenſis ipſam reciperet in ſuam protectionem, quæ verſa fuit ſucceſſu temporis in juriſdictionem territorialem, ſubeſt nunc dominio Ducis Brunſvicenſis Hannoveræ, & juxta ipſam Auſtriaci grandi clade affecti fuere à Suecis & Luneburgiis anno 1633. ad caſtrum *Ottendorp* dictum.

HAMILTONIUM, *Hamilton*, caſtrum Scotiæ Meridionalis, in Lothiana provincia, Ducatus titulo inſignitum à Carolo I. Rege.

HAMMÆUM LITTUS, promontorium Arabiæ fœlicis Plinio, Ammonium Ptolemæo, ad Arabiæ emporium, in ora maris Indici ſeu Rubri, nunc *le Cap d'Aden* interpretatur Moletius.

HAMMANIENSES, populi Africæ, inter Naſamones & Troglodytas, teſte Solino.

HAMMARIA, quæ Hamaria, & Hameria, *Hammer*, ſeu *Lille Hammer*, urbecula eſt Norvegiæ, antea Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Nidroſienſi, in præfectura Aggerhuſia, & in confinio Dalecarliæ provinciæ Sueciæ, ſed parva eſt admodum, diſtans 30. milliaribus Suecicis à Bergis in ortum & 20. ab Anſloga in Septentrionem, & ejus Epiſcopatus unitus eſt Anſloenſi, ſub quo nunc cenſetur.

HAMMONA, *Ham*, urbs Germaniæ in Weſt-

phalia. Vide Hamum.

Hammonii, populi Arabiæ fœlicis Plinio, qui Ammonii Ptolemæo, ad Ammonii ſive Hammonium litus incolentes.

Hammonis Fons, in Marmarica Plinio, qui lacus parvus Vibio Sequeſtri, noctu fervens, interdiu rigens, ad Hammonis oraculum.

Hamptoni Curia, *Hamptoncourt*, caſtrum Angliæ, in Midleſexia provincia, cum palatio ſuperbo Regum Angliæ, à Thoma Cardinali Volſæo alias excitato, & ab Henrico VIII. Rege poſtea perfecto, ad Tameſim fluvium, 8. milliaribus ſupra Londinum in occaſum.

Hamum, & Hammona, *Ham*, urbs munita & parva Germaniæ, in Weſtphalia, ad Luppiam fluvium, in Comitatu Marchiæ, & in confinio Diœceſis Monaſterienſis, 5. milliaribus Germanicis diſtat à Monaſterio in Meridiem Arenſbergam verſus, ſub dominio Electoris Brandeburgici. Dicitur etiam Hamma à quibuſdam; urbs eſt Hanzeatica, & capta fuit a Gallis anno 1673. ſed poſtea reddita.

Hamum, ſeu Hametum, *Ham*, urbs Galliæ ſitu munita, in Picardia provincia, & in Vetomanduis, ad Somonam fluvium, media ferè inter Peronam ad Septentrionem & Noviodunum ad Meridiem, 4. leucis à Quintinopoli, in occaſum hybernum.

Hancheum, *Hancheu*, urbs Imperii Sinarum in Chequianenſi provincia, cujus præcipua exiſtit, à qua pendent 7. aliæ urbes minores, eſtque perampla & probe culta, juxta fluvium *Che* dictum, teſte Martinio.

Hanchunum, *Hanchung*, urbs Imperii Sinarum in Xenſia provincia, cujus tertia cenſetur prope fluvium *Han*, ampla eſt & ab ea pendent 15. aliæ urbes, ſedetque in tractu montuoſo admodum, teſte Martinio.

Hania, *l'Haiſne*, fluvius parvus Belgii, qui ab aliis Henius dicitur, in Hannonia provincia quæ ab eo nomen ſumpſit, oritur ſupra Binchium & Hannoniam propriam bifariam ſecans, prope Montes urbem labitur, ubi Trullam fluviolum recipit, deinde Fanum S. Giſleni rigat, & tandem ad Condatum in Scaldim ſe exonerat.

Hannabontum, *Hennebont*, oppidum Galliæ in Britannia minori, aliàs permunitum, ad Blabiam fluvium, 4. leucis ab ora Oceani Aquitanici, & 3. à Blabia oppido in Septentrionem.

Hannonia, *le Haynaut* Gallis, *das Henegow* Germanis, *l'Hannonia* ſive etiam *l'Enau* aliquando Hiſpanis & Italis, provincia eſt ampla Belgii, ab Hania fluvio parvo ſic dicta, atque olim Saltus Carbonarius, alias multo minor fuit, complectebaturque tantum ejus partem orientalem ubi Hannonia propria, & ejus pars occidentalis erat provincia ſeparata, dicta Comitatus Valentianarum, ſed ab aliquot ſeculis Hannoniæ unita eſt, & ſub ipſa comprehenditur, eam Scaldis fluvius alluit ex parte & Hanius bifariam ſecat, terminatur ab Oriente Brabantia, Comitatu Namurcenſi & Leodienſi ditione, à Septentrione Flandria Imperiali ſeu Comitatu Aloſtano, ab Occidente Flandria Gallica, & à Meridie Picardia provincia, ejus partes ſunt Hannonia propria, ſeu Comitatus Montenſis, tractus inter Moſam & Sabim, territorium Valentianarum, Brachbantium, & Auſterbantium, & ejus pars fuit tractus ditionis Leodienſis inter ipſam, Moſam fluvium, Campaniam, & Namurcenſem Comitatum, extenſus. Hæc provincia alias Comites habuit proprios, ſed tandem Jacoba ejus ultima Comitiſſa Hannoniam ceſſit per vim Philippo Duci Burgundiæ anno 1438. ſicque aliis Belgii provinciis unita fuit, nunc ſubeſt pro maxima parte dominio Regis Francorum, nempè agri ſive præfecturæ Valentianarum, Malbodii, Landrecii, Bavaci, & Querceti, cum Auſterbantio & tractu inter Moſam, & Sabim, & Comitatus Montenſis tantum ſubeſt Regi Hiſpaniæ, ex parte: totius provinciæ primaria eſt Montes, unde dicta fuit alias Comitatus Montenſia, hinc Hannonii populi, *les Hennuiers* vulgo.

Hannoniæ Urbes.

Athum, *Ath*, ſub Hiſpanis.
Avenna, *Aveſnes*, ſub Francis.
Bochanium, *Bouchain*, ſub Francis.
Condatum, *Condé*, ſub Francis.
Landrecium, *Landrecies*, ſub Francis.
Malobodium, *Maubeuge*, ſub Francis.
Montes, *Mont*, ſub Hiſpanis.
Philippovilla, *Philippeville*, ſub Francis.
Quercetum, *le Queſnoy*, ſub Francis.
Valentianæ, *Valenciennes*, ſub Francis.

Hannovera, *Hannover* incolis, *Hannovre* Gallis, urbs Germaniæ, in Ducatu Brunſvicenſi, ſatis munita in Calenbergenſi tractu, ad Leinum fluvium, & Ducum ſedes, 3. milliaribus Germanicis infra Hildeſium in Septentrionem Novoſtadium verſus, & 6. à Brunſvico in occaſum, fuitque olim urbs Imperialis & libera, ſed poſtea ab Imperio exempta. Ejus Princeps, qui eſt ex Ducibus Brunſvicenſibus, poſſidet mediam partem Ducatus Brunſvicenſis cum territoriis Calembergenſi & Grubenhagenſi: ubi urbes Hannovera, Hamela, Embeca, Neoſtadium, & Gottinga.

Hannovia, *Hayn*, Bohemiæ Regni oppidum in Sileſia, & in Ducatu Lignicenſi. Vide Hainovia.

Hannusum, *Hannuye*, oppidulum Belgii in Brabantiæ Ducatu, & in Tetrarchia Lovanienſi, ad amnem Geetam, in ipſo limite ditionis Leodienſis & Comitatus Namurcenſis, 2. leucis diſtans à Fano S. Trudonis in Meridiem.

Hanovia, *Hanaw*, oppidum munitum & amplum Germaniæ, in Veteravia, medium inter Francofurtum ad occaſum & Aſciburgum ad ortum, ſub dominio proprii Comitis. Sedet ad Kinzium fluvium, qui paulo infra cadit in Mœnum; & varias bello tricennali Germanico expertum eſt vices.

Hanoviensis Comitatus, *die Graffchaft von Hanaw*, tractus Germaniæ in Veteravia tractu, prope Mœnum fluvium, & verſus Francofurtum, intra ditionem Electoris Moguntini, ſic dicitur ab Hanovia ejus unico oppido, paretque proprio Comiti, cui ſubeſt etiam Comitatus Lichtembergenſis in Alſatia inferiori, cum aliquot locis in eadem provincia.

Hantonia, *the Hantſhire* incolis, *le Comté de Hant* Gallis, provincia ſeu Comitatus Angliæ Occidentalis. Terminatur à Meridie mari Britannico & Vecti inſula, ab occaſu Dorcetia & Viltonia provinciis, uti à Septentrione Betcheria, & ab Oriente Suſſexia; eſtque ſatis ampla & culta. Ejus caput eſt Vintonia, *Vincheſter*, ſuntque etiam in ea Suthamptonia, *Southampton* oppidum, Portus oſtium, *Portſmouth*, & Rumſea, *Rumſey*, in mediterraneis, & in eo tractu erant Belgæ populi ex parte, teſte Camdeno.

Hanyanga, *Hanyang*, urbs Imperii Sinarum in Huquania provincia, cujus ſecundum locum obtinet, ab ea pendet alia urbs minor, ſedetque ad fluvium *Han*, teſte Martinio.

Hanzeaticæ Urbes, ſeu Anzeaticæ, *die Hanſee-Statte* indigenis, *les Villes Anſeatiques*

Gallis, urbes ſunt Germaniæ pro maxima parte, quæ commercii cauſa convenerunt poſt piratica Danorum & Normannorum bella ante ſex ſæcula, & fœdus inter ſe inierunt quo commercium tutum redderent, collatiſque pecuniis etiam Claſſes inſtruxerunt & multa bella geſſerunt. Multa illarum præclare geſta refert Crantzius, & hoc conſtat illarum ope gravia bella olim fuiſſe compoſita, diſcordias vicinorum Principum ſopitas, & pacem ſæpe reſtitutam, quod magnum crederetur momentum ipſorum potentia allatura ſi ſe alterutri parti adjunxiſſent. Sic dictæ fuere illæ urbes aut à veteri voce Germanica *Hen*, hoc eſt fœdus ſeu ſocietas, aut à nomine Teutonico Hanſa, hoc eſt immunitas, quia illæ urbes multis privilegiis gaudebant. Lubeca ex aliorum conſenſu caput eſt totius fœderis Hanzeatici, cum ſit medio pene loco ſita, tum ob urbis & civium potentiam & in ea ſunt archivia Societatis, quanquam nunc illarum urbium fama maxime imminuta ſit. Dividuntur autem Hanzeaticæ urbes in quatuor claſſes, quas vocant provincias, quarum prima Lubecenſis *Lubeck*, habet ſub ſe 13. urbes, nempe Lubecum quinque Vandalicas & ſeptem Pomeranicas. Secunda eſt Colonienſis *Coln*, quæ anno 1481. Hanzeaticarum urbium numerum auxit, & habet ſub ſe 30. urbes ſcilicet Coloniam Agrippinam, Clivicas tres, Marchicas duas, Weſtphalicas undecim, Gueldricas ſeptem, Tranſiſalanas tres, & Friſicas tres. Tertia provincia eſt Brunſvicenſis *Braunschweig* & habet ſub ſe Brunſvicum & alias urbes Saxonicas duodecim. Quarta provincia eſt Gedanenſis *Dantzik*, & habet ſub ſe Gedanum & alias novem urbes Pruſſicas & Ruthenicas, ſicque numerus urbium Hanzeaticarum eſt 66 & alias quatuor Emporia illis conſtituta fuere Novogardia in Ruſſia, Londinum in Anglia, Brugæ in Flandria, & Bergæ in Norvegia, ſed lapſu temporis hæc immutata fuere, nam ex Novogardia tranſlatum fuit emporium ad Revaliam & deinde ad Narvam, & pro Brugis Antuerpia ſubſtituta fuit, hæ autem urbes ſic ſe habent.

Hanzeaticæ urbes in Provincia Lubecensi.

Anclamum, *Anclam*, in Pomerania.
Colberga, *Colberg*, in Pomerania.
Golnovia, *Golnow*, in Pomerania.
Gripſvaldia, *Gripſwald*, in Pomerania.
Hamburgum, *Hamburg*, in Holſatia.
Lubeca, *Lubeck*, in Holſatia.
Luneburgum, *Lunenbourg*, in Luneburgenſi Ducatu.
Roſtochium, *Roſtock*, in Ducatu Megalopolitano.
Stargardia, *Stargart*, in Pomerania.
Stetinum, *Stetin*, in Pomerania.
Stolpa, *Stolpe*, in Pomerania.
Straleſunda, *Straelſund*, in Pomerania.
Wiſmaria, *Wiſmar*, in Ducatu Megalopolitano.

In Provincia Coloniensi.

Arenacum, *Arnheim*, in Gueldria.
Bilefeldia, *Bilefeld*, in Comitatu Ravenſbergico.
Bolſverda, *Bolſvaert*, in Friſia.
Campi, *Campen*, in Tranſiſalania.
Colonia Agrippina, *Coln*, in Electoratu Colonienſi.
Coſfeldia, *Coesfeldt*, in Weſtphalia.
Daventria, *Deventer*, in Tranſiſalania.
Duiſburgum, *Duyſburg*, in Ducatu Clivenſi.
Elburgum, *Elburg*, in Gueldria.
Emericum, *Emerick*, in Ducatu Clivenſi.
Groninga, *Groeningen*, in Groniugenſi dominio.
Hamum, *Ham*, in Comitatu Marchiæ.
Hardervicum, *Harderwick*, in Gueldria.
Hervordia, *Hervorden*, in Weſtphalia.
Lemgovia, *Lemgow*, in Weſtphalia.
Lippia, *Lippſtat*, in Weſtphalia.
Monaſterium, *Munſter*, in Weſtphalia.
Noviomagum, *Nimegue*, in Gueldria.
Oſnabrucum, *Oſnabruck*, in Weſtphalia.
Paderborna, *Paderborn*, in Weſtphalia.
Ruremonda, *Ruremonde*, in Gueldria.
Stavera, *Staveren*, in Friſia.
Suſatum, *Soeſt*, in Comitatu Marchiæ.
Tremonia, *Dortmund*, in Comitatu Marchiæ.
Venloa, *Venlo*, in Gueldria.
Veſalia, *Weſel*, in Ducatu Clivenſi.
Unna, *Unna*, in Comitatu Marchiæ.
Warburgum, *Warburg*, in Weſtphalia.
Zutphania, *Zutphen*, in Gueldria.
Zwolla, *Zwol*, in Tranſiſalania.

In Provincia Brunsvicensi,

Brema, *Bremen*, in Saxonia inferiori.
Brunſvicum, *Braunſchweig*, in Ducatu Brunſvicenſi.
Buxtehuda, *Boxtehude*, in Ducatu Bremenſi.
Eimbeca, *Eimbeke*, in Ducatu Brunſvicenſi.
Goſlaria, *Goſlar*, in Ducatu Brunſvicenſi.
Gottinga, *Gottingen*, in Ducatu Brunſvicenſi.
Hamelia, *Hamelen*, in Ducatu Brunſvicenſi.
Hannovera, *Hannover*, in Ducatu Brunſvicenſi.
Hildeshemum, *Hildesheim*, in Saxonia inferiori.
Magdeburgum, *Meydburg*, in Saxonia.
Minda, *Minden*, in Weſtphalia.
Stada, *Staden*, in Ducatu Bremenſi.
Ulſa, *Ulzen*, in Ducatu Luneburgico.

In Provincia Gedanensi.

Berga, *Berghen*, in Norvegia.
Brunſberga, *Brunſberg*, in Pruſſia.
Culma, *Culm*, in Pruſſia.
Dorpatum, *Derpt*, in Livonia.
Elbinga, *Elbing*, in Pruſſia.
Gedanum, *Dantzick*, in Pruſſia.
Regiomons, *Konigsberg*, in Pruſſia.
Revalia, *Revel*, in Livonia.
Riga, *Rig*, in Livonia.
Torunium, *Toorn*, in Pruſſia.

HAOAXUS, *Haoaxe*, & *Aoaxe* fluvius Africæ, oritur è vaſtis montibus in Abaſſinia, in confinio provinciarum Xaoæ & Oggæ; auctúſque undis alterius fluminis dicti *Machi*, Orientem verſus excurrit in Regnum *Adel*, quod vulgo à Luſitanis appellatur Regnum *Zeila*, cujus primariam dictam *Auca Gurrele* præterlabitur. Dicitur hic aquarum mole nihilo minor eſſe Nilo, & 600. millia paſſuum curſu ſuo conficit & in ſinum Arabicum ſe exonerat; & quod Ægyptiis Nilus, id ipſum Adelis præſtat fluvius Haoaxus, teſte Hieronymo Lobo Luſitano, qui illas partes luſtravit.

HAPHNIA, *Copenhagen*, urbs Selandiæ inſulæ & Daniæ Regni primaria, diſtans 9. milliaribus Danicis à Varingburgo in Septentrionem Elſenorum verſus; fuitque obſeſſa per aliquot menſes à Rege Sueciæ hiſce poſterioribus annis, irrito tamen conatu. Dicitur etiam Hafnia. Vide ibi.

HAPSELIA, *Hapſel*, urbs parva Livoniæ, in Eſtonia provincia, & Vickia tractu, ad ſinum par-

vum cognominem in ora maris Baltici. Fuit antea Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Rigenſi. 2. milliaribus Suecicis diſtans à Lehalio in Septentrionem, & 11. à Revalia in occaſum; ſubeſtque Regi Sueciæ.

Harara, *Harray*, inſula Scotiæ, & Ebudarum una, ſive potius pars meridionalis Leogi inſulæ, quæ ab ipſa tenui Iſthmo ſeparatur, atque extenditur ad 16. milliaria tantum, teſte Timotheo à Ponte.

Haraldburgum, *Haraldburg*, caſtrum eſt Roſchildiæ urbis in Zelandia inſula Regni Daniæ. Vide Roſchildia.

Harburgum, *Harburg*, oppidulum munitum Germaniæ, in Ducatu Luneburgenſi, ad Albim fluvium, vix 2. milliaribus Germanicis ab Hamburgo in Meridiem, & 6. à Luneburgo in occaſum, ſed parvum eſt & malè cultum, cum caſtro.

Harcurtium, *Harcourt*, oppidulum Galliæ, cum caſtro, in Normannia provincia & in Ebroicenſi tractu, vix 5. leucis ab Ebroico in occaſum æſtivum, & 2. à Bellomontio in Septentrionem. Hinc dicti Principes Lotharingi & Comes bello percelebris hiſce ultimis temporibus.

Hardebium, *Hardeby*, vicus Angliæ in Comitatu Lincolnienſi, in quo obiit Eleonora Caſtellæ Eduardi primi Angliæ Regis anno 1298.

Hardervicum, *Harderwick*, urbs parva Belgii uniti, in Ducatu Gueldriæ, & in Velavia tractu, dicitur etiam Hardrovicum à quibuſdam, eſtque Hanzeatica, cum Academia parva ab anno 1648. menſe Aprili, in ora maris Auſtrini, à quo non parvum quotidie accipit damnum, capta fuit anno 1672. à Gallis qui eam biennio poſt reliquerunt, cum prius ejus munitiones diruiſſent, primum anno 1229. muro lateritio cincta fuit, 7. leucis diſtans ab Ultrajecto in ortum æſtivum Campos verſus, & 6. à Daventria in occaſum.

Harflevium, *Harfleur*, oppidum Galliæ, in Normannia provincia & in Caletenſi tractu, ad Sequanæ æſtuarium, 3 leucis diſtat ab Honflevio in Septentrionem, & vix 2. à Portu Gratiæ in ortum, dicitur etiam Hareflutum à quibuſdam.

Harfordia, *Harford*, urbs parva Angliæ, ad Leam amnem, 15. milliaribus à Londino in Boream Cantabrigiam verſus. Ab ea provincia adjacens dicitur Harfordienſis Comitatus, *Harfordshire*, inter Cantabrigienſem Comitatum & Midleſexiam.

Harfordiensis Comitatus, *the Hartfordshire* incolis, quam uti *Hertfordshire* pronunciant, *le Comté de Harford* Gallis, provincia Angliæ, terminatur à Septentrione Cantabrigia Comitatu, ab Oriente Eſſexia, ab Occidente Bedfordia Comitatu, & à Meridie Medio Saxonia, ſeu Midleſexia provincia, ejus caput eſt Harfordia, & erant olim in eo tractu Cattieuchlani populi, ut Camdenus exiſtimat.

Haristallum, ſeu Heriſtallum, locus celebris in hiſtoria Caroli Magni, auctoribus Eginarto, Reginone, & Aimoino, qui eum ad Wiſeſeram amnem deſcribunt. Vide Heriſtallum.

Harlebeca, *Harlebeck*, oppidulum Belgii in Comitatu Flandriæ, ad Legiam fluvium, in Caſtellania Cortracenſi, una leuca infra Cortracum in in ortum æſtivum Gandavum verſus.

Harlecum, *Harlech*, urbecula tenuis Angliæ in Wallia Boreali, & in Mervinia Comitatu, cujus caput exiſtit, ſedet in ora littorali in abruptiſſima rupe, quæ à ſitu nomen accepit, *Harlech* enim ſupra ſaxum Britannis denotat, teſte Camdeno, & ab Eduardo primo extructa fuit in tractu *Ardudwy*, ſed parva eſt admodum, & deficit in dies, 20. mille paſſibus diſtans ab Arvonia in Meridiem.

Harlemensis Lacus, ſive mare *Haerlemerzee* accolis, *la mer d'Harlem* Gallis, lacus Hollandiæ Borealis, ſic ab Harlemo urbe adjacente dictus, & inter ipſam, Lugdunum Batavorum, & Amſterodamum extenſus, & à tribus ſæculis ſic factus maris eluvione; ubi alias plurimi pagi.

Harlemum, *Haerlem* incolis, *Harlem* Gallis, urbs Belgii uniti, in Comitatu Hollandiæ, & caput Kennemariæ tractus Weſt-Friſiæ, Epiſcopalis effecta ſub Archiepiſcopo Ultrajectino a Paulo IV. Pontifice Maximo anno 1559. ſedet ad amnem Sparam prope lacum Harlemenſem, eſtque ampla & culta, capta fuerat & miſere vaſtata ab Hiſpanis primo bello Belgico, nunc autem ſubeſt Reipublicæ provinciarum unitarum, & in ea ars Typographica creditur excogitata, una leuca diſtat ab ora maris Germanici in ortum, Amſtelodamum verſus 3. ab Alcmaria vero 5. in Meridiem Lugdunum Batavorum verſus totidem.

Harlepolium, *Hartlepoole*, oppidulum Angliæ Septentrionalis, in ora littorali Diœceſis Dunelmenſis, 10. milliaribus Anglicis à Dunelmo in ortum hybernum, & 5. à confinio Eboracenſis provinciæ in Septentrionem.

Harlinga, *Harlingen*, urbs Belgii uniti, Friſiæ poſt Leovardiam primaria, munita, & expugnatu difficilis, quia circumpoſita regio inondari poteſt, in Weſtergoa tractu. Gaudet portu ſaos capaci in ora maris Auſtrini, & ſubeſt dominio provinciarum unitarum Belgii, à Leovardia 3. leucis diſtans in occaſum, in ora littorali.

Harma, ſive Horma, oppidum Palæſtinæ, in Tribu Juda, nunc forſan *Rama*, teſte Benjamino Tudelenſi.

Harma, vicus erat Bœotiæ, in finibus Tanagræorum Stephano. Alius ejuſdem nominis fuit in Attica.

Harmastis, urbs Aſiæ in Iberia regione Plinio, quam Ptolemæus Armactica vocat, ad Cyrum fluvium, nunc forſan *Teflis*, urbs Georgiæ præcipua, ex tabulis recentibus, quanquam alii credant eſſe *Cori*, oppidum illius regionis.

Harmatus, oppidum Troadis Thucydidi, in ora ſinus Adramytteni, contra Methymnam urbem Leſbi. Populi Harmatopolitæ Plinio.

Harpadium, oppidum Hirpinorum in Italia, olimque Hirpinum dictum, nunc *Arpaia*, vicus Regni Neapolitani in provincia Principatus Ulterioris, & in confinio Terræ Laboris. Vide Hirpinum & Caudium.

Harpagia, locus Græciæ in Euboea inſula Stephano, ubi Ganymedem à Jove raptum Poetæ fabulantur, ſic à rapina dictus.

Harpagia, ſive Harpagium, oppidulum Myſiæ in Aſia minori, prope oſtia Granaci fluvii in Propontidem, teſtibus Thucydide; & Strabone, inter Cyzicum & Parium.

Harpasa, urbs Cariæ, ad Harpaſum fluvium Plinio, prope Prioen & Mæandrum fluvium, in limite Ioniæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Stauropolitano.

Harpinnates, fluvius Peloponneſi, per Elidem fluens, & Harpinnum oppidum alluens, teſte Pauſania.

Harpis, oppidum Moëſiæ inferioris Ptolemæo, ad Danubii oſtia. Vide Arpis & Arpii.

Harponium, oppidum Lucaniæ, in Italia Diodoro, dicitur etiam Arponium. V. de Arponium. Vide ibi.

Harria, *Harrland* incolis, *l'Harrie* Gallis, provincia Livoniæ, in Eſtonia, in ora littorali ſinus Finnici, ubi Revalia, *Revel*, totius Eſtoniæ caput,

caput, ſub dominio Suecorum.

HARTZARODA, *Harzerode*, caſtrum Germaniæ, in Saxonia ſuperiori & in Principatu Anhaltino, ad Selkam amnem, 12. mill. paſſ. a Northuſia in ortum æſtivum Magdeburgum verſus, ubi ſedes fuit unius ex quinque Principibus Anhaltinis.

HARUDES, populi Transrhenani, in Galliam Celticam circa fines Sequanorum ac Æduorum deducti ab Arioviſto Rege, eorum meminit Julius Cæſar, qui ſint hodie non conſtat.

HARUDOPOLIS, ſic dicta fuit olim Conſtantia, urbs Germaniæ ad Rhenum fluvium, teſte Junio. Vide Conſtantia.

HARVICUM, *Harvich*, oppidum munitum Angliæ, cum portu capaci, in Eſſexia provincia, in ora Oceani Germanici, ubi Stura fluvius in eum ſe exonerat, prope confinia Suffolciæ Comitatus.

HARUM, *Haro*, oppidum Hiſpaniæ in Caſtella veteri, & in Ruſconia tractu, ad Iberum fluvium, ubi recipit Tironem, 3. leucis à Nageta in Septentrionem, teſte Roderico Mendeſio Sylva.

HASA, fluvius Germaniæ, prope quem Carolus Magnus ſecunda vice Saxones magna clade affecit, teſte Eginharto.

HASBANIA, *Haſpengou* indigenis, *la Hasbaye* Gallis, ſive etiam *le Comté d'Hasbain*, tractus Germaniæ in ditione Epiſcopi Leodienſis, inter Brabantiam, Moſam, & Leodium urbem extenſus, cujus caput Fanum S. Trudonis, *Saint Truyen*, ejus meminit Sigebertus, & ejus etiam fit mentio in diviſione Regni Lotharii facta anno 870. inter Carolum Calvum Imperatorem & Ludovicum, extendebatur etiam olim Lovanium uſque, unde nunc ejus pars occidentalis ſub Brabantia cenſetur.

HASBATA, *Hasbata* Hiſpanis, *Hasbat* Gallis, provincia eſt Regni Fezzæ in Africa, magis in Septentrionem extenſa, verſus Fretum Herculeum, à quo terminatur ad Septentrionem, uti Oceano Atlantico ad Occidentem, mari Mediterraneo & Aſgara Provincia ad Meridiem, ubi olim pars Mauritaniæ Tingitanæ, & ejus præcipuæ urbes ſunt Arzilla, Cepia, & Tingis, ſed hæ ultimæ Europæis ſubſunt.

HASCORA, quæ & Eſcura, *Haſcora*, provincia Regni Marochii, inter provincias Duccalam ad Septentrionem, Marochiam ad Meridiem, & Tedleſiam ad ortum. Ejus urbs præcipua Elmadina dicitur.

HASPAHAMUM, ſeu Aſpahamum, *Hiſpaham* ſeu *Haſpaham*, urbs Aſiæ, Perſiæ nunc præcipua, ampliſſima & ſplendida, cum ſuperbiſſimo Palatio Regio & tribus amplis ſuburbiis, in provincia *Hyerach* dicta. Ubi commoratur ſæpius Perſarum Rex; creſcitque in dies. Sunt qui credant dictam fuiſſe Hecatompilon antiquitus, alii vero Aſpam; eſtque ferè media inter Tabriſium ad Septentrionem & Armuzium ad Meridiem. Vide Aſpahamum.

HASSALATUM, *Haſſelt*, oppidulum Germaniæ in Leodienſi ditione, ad Demeram fluvium, verſus Brabantiam, & 5. leucis à Trajecto ad Moſam in occaſum, in Loſſenſi Comitatu.

HASSELETUM, *Haſſelt*, oppidulum Belgii in Tranſiſalania provincia, ad Vectam fluvium, una leuca à Zuvola in Septentrionem, & 2. a Campis in ortum, ſub dominio provinciarum unitarum Belgii.

HASSI, populi Galliæ Belgicæ Plinio, qui & Baſſi, ut legit exemplar Venetum, quorum oppidum videtur Baſſea Meiero, & Ortelio, ſed Cluverius iis vehementer contradicit, quod non obſervarint Haſſos iſtos nomine vitiatos in littore poni à Plinio, ipſoſque ultimos, inter Bellovacos & Sequanam fluvium.

HASSIA, *die Heſſen* incolis, *la Heſſe* Gallis, provincia Germaniæ, Lantgraviatus titulo clara, id eſt Comitis provincialis, in circulo Rheni ſuperioris, inter Weſtphaliam ad Septentrionem, Weſtervaldiam & Veteraviam ad occaſum, Franconiam ad Meridiem, & Thuringiam Ducatumque Brunſvicenſem ad ortum: dividitur in ſuperiorem & inferiorem.

HASSIA SUPERIOR, ſeu Principatus ad Lanum, *das Furſtenthumb an der Lohn*, & *Ober Heſſen* incolis, cujus caput Marpurgum ad occaſum extenditur, eique junctus eſt Comitatus Niddanus à plurimis annis.

HASSIA INFERIOR, *Nieder Heſſen*, magis ad ortum extenditur, & ejus caput eſt Caſſela, & ei junctus eſt Comitatus Ziegenheimi.

HASSIÆ, etiam unitus eſt Comitatus Cattimeliboci, qui etiam dividitur in ſuperiorem *Ober Catzenellobogen*, qui aliter Geravia, & in inferiorem *Nider Catzenellobogen*; pendent etiam ab Haſſia major pars Comitatus Schaumburgici, cum Principatu Herofeldenſi, & Smalcalda, & Franchenſteino in Comitatu Hennebergico, nunc autem tota ditio Haſſiaca ſubeſt tribus Principibus, ex quibus præcipuus Landgravius Caſſelenſis.

HASSIÆ CASSELENSIS LANDGRAVIO, parent Haſſia inferior tota, major pars Haſſiæ Superioris ad ortum, & Boream cum Marpurgo, Herofeldenſis Principatus, Smalcada cum annexis, pars Comitatus Schaumburgi, Comitatus Ziegenheimi, & pars orientalis Comitatus Valdecenſis.

HASSIÆ DARMSTADIANSI LANDGRAVIO, ſubſunt Comitatus Cattimelibocenſis ſuperior, ſeu Geravia tractus, inter Rhenum & Moenum, ubi Darmſtadium, pars minor Haſſiæ ſuperioris ſeu Principatus ad Lanum, ubi Giſſena, & Butzbachium, cum Comitatu Niddano, & Braubachium cum aliquot aliis locis, in inferiori Comitatu Cattimelibocenſi.

HASSIÆ RHENOFELDENSI LANDGRAVIO, parent maxima pars Comitatus Cattimeliboci inferioris, ubi Fanum Sancti Goari, & Rhenofelda, cum Eſcuvega, Rotenburgo, & aliquot aliis locis in Haſſia inferiori.

HASSIÆ URBES.

Caſſela, *Caſſel.*
Herofelda, *Hirſchfeldt.*
Marpurgum, *Marpurg.*
Smalcada, *Smalkalden.*
Zigenehemium, *Ziegenhaim.*

HASTA, urbs Liguriæ, ad Tanurum flovium, cujus meminit Claudianus, dicitur ab aliis Aſta. Vide ibi.

HASTINGA, *Haſtings*, oppidulum Angliæ, cum portu in Suſſexia provincia, ubi victus fuit & occiſus Haraldus Rex Angliæ, die 14. Octobris anno 1066. à Guillelmo Notho ſeu Conquiſtore Duce Normanniæ, qui ex eo Angliam ſubjugavit, & poſteris hæreditariam reliquit.

HATTONIS CASTRUM, *Hattonchaſteau*, oppidum Galliæ in Barenſi Ducatu, ad amnem *Hatton*, in colle, & olim pars Virdunenſis tractus, 5 leucis diſtans à Virduno in ortum hibernum Nanceium verſus 9.

HATRA, oppidum Meſopotamiæ verſus Tigrim, à Trajano expugnatum, teſte Ammiano.

HATTEMIUM, *Hattem*, oppidulum Belgii uniti in Ducatu Gueldriæ, ad Iſalam fluvium, in ipſo limite Tranſiſalaniæ, 4. leucis infra Daventriam

Zuvolam verſus 5. & Campos.

Hatuanum, *Hatuan*, oppidum munitum Hungariæ, ſub dominio Turcarum, juxta fontes fluvii *Zagywa*, in Comitatu Novogradenſi, 5. milliaribus Germanicis à Vacia in ortum æſtivum, Agriam verſus 6

Havana, *la Havana*, portus celeberrimus & capaciſſimus Americæ Septentrionalis, in Cuba inſula verſus Septentrionem, & è regione Capitis Floridæ, ubi appellunt claſſes Hiſpaniæ, oppidum ei adjacet permunitum, dictum *la Havana* ſeu *San Christoval de la Havana*, cum valido Hiſpanorum præſidio & arce, & in eo commorarut Epiſcopus S. Jacobi de Cuba.

Havana, *la Havana*, provincia Cubæ inſulæ in America Septentrionali, cujus caput Fanum S. Chriſtophori, quod ab eo perſæpe Havana dicitur. Vide ibi.

Havana, *la Havana*, ſic dicitur ſæpe inſula ampla Americæ Septentrionalis in mari Boreali, quæ ab Europæis etiam ſæpius vocatur Cuba, *Cuba* vulgo, ſub dominio Regis Hiſpaniæ, urbem habens præcipuam Havanam dictam. Vide Cuba.

Havela, *Havel*, fluvius Germaniæ in Marchia Brandeburgica, qui Habola dictus fuerat in media ætate.

Havelberga, *Havelberg*, urbs parva Germaniæ in Circulo Saxoniæ inferioris, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Magdeburgenſi, ſedet in Prignitio tractu Marchiæ Brandeburgicæ, ad Havelam fluvium qui uno milliari infra in Albim ſe exonerat, 10. milliaribus Germanicis diſtans à Magdeburgo in Septentrionem, & 12. à Berolino in occaſum, ſub dominio Electoris Brandeburgici, ejus Epiſcopi Confeſſioni Auguſtanæ addicti erant ab anno 1556.

Havelia, *das Havelandt*, tractus Germaniæ in media Marchia Brandeburgica, juxta Havelam fluvium, ſub dominio Electoris Brandeburgici, & ejus caput eſt Havelberga.

Haugustalduium, monaſterium fuit & Eccleſia Angliæ in Lindisfarnia inſula Bedæ, Hauguſtaldia & Auguſtaldia aliis, nunc *Holy Iland* dicta, in ora littorali Northumbriæ provinciæ, Epiſcopali dignitate inſignita ſub Archiepiſcopo Eboracenſi ab Aidana Scoto, ſed poſtea irruentibus Danis, Dunelmum tranſlata fuit ſedes Epiſcopalis, & nunc ejus locus in ruderibus jacet, teſte Speedo cum aliis. Vide Lindisfarnia.

Hayna, *Hayn*, oppidulum Germaniæ in Miſnia provincia, & in Miſnenſi tractu, ſub dominio Electoris Saxoniæ. Vide Haganoa.

Hazabroca, *Hazebrouck*, vicus amplus Belgii in Comitatu Flandriæ, 2. leucis diſtans ab Aria in ortum æſtivum Ipras verſus, ſed bello deformatus, ſub dominio Francorum.

Hebdomum, ſuburbium erat Byzantii, ab eo 7. mill. paſſ. diſtans, teſte Procopio.

Hebræi, populi notiſſimi Palæſtinæ, ab Heber pronepote Sem, teſte Divo Iſidoro. Vide Judæi, eorum meminit Statius libro 5.

Hebrides, inſulæ Britanniæ majoris, quæ aliis Hebudes & Ebudæ, nunc *The Westernes Iles* dictæ incolis, *les Isles Ebrides* Gallis, ſunt in Oceano Deucaledonio, & verſus oram occiduam Scotiæ Regni, unde eis nomen recens inditum, quadraginta quatuor ſunt ex quibus decem tantum ſunt præcipuæ. Vide Ebudæ, & Occidentales inſulæ.

Hebromagus, ſive & melius Ebromagus, pagus Galliæ in Aquitania, cujus meminit Auſonius epiſtola 24. ſæpius dicitur Ebromanus, nunc *Embrau*, caſtrum Santoniæ provinciæ, teſtibus Vineto & Petro de Marca, ad Garumnæ æſtuarium, prope Blaviam, 2. leucis ab ea recedens in occaſum æſtivum. Vide Ebromagus.

Hebron, urbs Palæſtinæ, antea Cariath Arbe, id eſt, civitas quatuor, quod quidam Græca voce Tetrapolim interpretati ſunt: civitas antiquiſſima, 7. annis ante Tanim Ægypti condita, ſub Chananæis urbs fuit Regia, poſtea in Tribu Juda, & Levitis data, totius Tribus maxima, & Davidis Regis per ſeptem annos Regia, Eleutheropolis Antonino dicta, tempore Chriſtianorum Epiſcopali ſede inſignita; qua tandem deſtructa, nova Hebron in vicino loco conſtructa eſt, nunc oppidum eſt ſatis cultum, quod ab indigenis *Elkhalil* vocatur, in memoriam Abrahæ Patriarchæ quem hic ſepultum fuiſſe exiſtimant, eſtque partim in colle, & partim in planitie ad ejus radices, ſed ſine muris, teſte Michaele *Nau*, & 20. mill. paſſibus diſtat ab Hieroſolymis in Meridiem.

Hebrus, fluvius ingens Thraciæ Straboni, Plinio, & aliis, antea Rhombus dictus Plutarcho, vulgo *la Mariza* Leunclavio, & aliis, oritur ex Hæmo monte, in limite Macedoniæ, deinde in ortum fluens Philippopolim rigat & Hadrianopolim, hinc in Meridiem tendens, auctus aliis fluviis Trajanopolim luſtrat, & Doriſcum, tandemque prope Ænum in mare Ægeum ſe exonerat, ejus meminit Virgilius libro 4. Georgicorum.

Hebudæ, inſulæ Scotiæ adjacentes. Vide Ebudæ & Hebridæ.

Hecatbs, inſula parva maris Ægei, prope Delum, quæ & Pſammite Suidæ, ſic ab Hecate dicta, de qua Ovidius libro 7. Metamorphoſeon.

Hecatombeum, locus Achaiæ, in Peloponneſo, citra Dymam urbem, ab Hecatombæ ſacrificio, Polybio.

Hecatompedum, oppidum Epiri Ptolemæo, in Chaonia tractu, Elyme urbi finitimum, nunc teſte Nicolao Sophiano, eſt *Sopoto*, oppidum munitum Albaniæ in monte arduo, a Venetis alias captum & malè habitum, nunc etiam paucis conſtans incolis.

Hecatompolis, Creta inſula, ſic dicta à centum urbibus, quibus ſub Minoe Rege conſtabat, teſte Euſtathio.

Hecatompolys, urbs Parthiæ maxima, & Regia, in Parthia propria Polybio, Straboni, & Quinto Curtio, à centum portis dicta, inter Ecbatanam ad occaſum æſtivum & Alexandriam Ariæ in ortum hybernum, nunc creditur a Caſtaldo *Hiſpaham*, urbs Perſiæ Regia, & *Jesd* aliis.

Hecatompilos, dicta fuit etiam Thebæ urbs Ægypti à numero portarum, teſte Polybio.

Hecatonnesi, inſulæ plures parvæ maris Ægei, inter Leſbum & Troadis oram Herodoto, numero 20. teſte Strabone, 40. apud Timoſthenem, ſed 100. nomen ipſum indicat; potiùs ſcopuli quàm inſulæ, in ſinu Adramitteno.

Hecla, *Hekla*, ſive *Hekli pial* mons Iſlandiæ perамplus & ignivomus, ex quo non tantum ignes, ſed etiam fulgura emicant permixta quaſi fulminibus. Eſt in parte meridionali inſulæ, quæ ab indigenis *Sunnlendingafiordungur* dicitur, verſus urbem *Schalholt* Epiſcopalem.

Hectodurum, ſive Hectodurus, oppidum Rhætiæ in Vindelicia Ptolemæo, nunc Lazio teſte, eſt *Echtal*, caſtrum Sueviæ, ſed Bertius exiſtimat eſſe *Leutkirck* urbeculam Germaniæ Imperialem in Suevia, ad amnem *Eſchach*. Vide Ectodurus.

Hedena, & Hedinum, *Hedin*, urbs parva ſed munita Belgii Francici in Arteſia provincia, ad Quantiam fluvium, in limite Picardiæ, excitata fuerat anno 1554. ab Hiſpanis, eo loci ubi vicus *le Meſnil* dictus, contra Gallos, à quibus pluries ca-

Digitized by Google

pta, & ultimo anno 1639. tandem Regi Franciæ ceſſit pace ad Pyrenæos ſancita, ſita eſt intra paludes, 4. leucis diſtans à Monſtrolio in ortum, & 8. ab Abbavilla in Septentrionem.

HEDETA, oppidum Hedetanorum in Hiſpania Tarraconenſi Ptolemæo, quod etiam Edeta dicitur, & Leria quibuſdam, nunc teſtibus Cluſio, & Morali, eſt *Lliria*, caſtrum Regni Valentiæ, ad Turiam fluvium, 4. leucis a Valentia in occaſum æſtivum, & 3. à Sagunto in Meridiem, hinc populi Hedetani vel Edetani, qui Sedetani Plinio, & Livio.

HEDONACUM, vicus Bœotiæ, ubi Narciſſi fons, qui & Donacum legitur, teſte Pauſania.

HEDONIS, ſive Edonis, tractus Macedoniæ Ptolemæo, in Thraciæ confinio, verſus oram ſinus Strymonici, ubi Hedones populi Stephano, & urbes Philippi & Strymon.

HEDROS, inſula Britanniæ majoris Ptolemæo, in mari Hibernico, quæ Edros etiam dicitur, Aodros Plinio, nunc *Bardſey* dicta, id eſt Avium inſula, Angliæ adjacet, in ora Walliæ Borealis, & Arvoniæ Comitatus, teſte Camdeno, & parva eſt admodum, prope Ganganorum promontorium. Vide Edros.

HEDUA, orbs Galliæ Celticæ Sidonio Apollinari, quæ Auguſtodunum, & Augoſta Heduorum aliis, nunc *Autun*, urbs Galliæ in Burgundiæ Ducatu, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Lugdunenſi. Vide Auguſtodunum.

HEDUI, populi Galliæ Celticæ Plinio, qui Ædui dicti à Cæſare, & aliis, erant ubi nunc Auguſtodunenſis tractus in Burgundia. Vide Ædui.

HEDYLIUM, mons Bœotiæ Suidæ, à Parnaſſo Cephiſo fluvio diviſus. Hedilius Plutarcho.

HEDYPHON, Babyloniæ regionis fluvius Straboni, qui fortè Hedypnus Plinii, quem ſcribit in Eulæum recipi.

HEOALEOS, mons Atticæ nemoroſus, cujus meminit Statius libro 12. Thebaidos.

HEGETMATIA, urbs Germaniæ Ptolemæo, quæ a Villanovano creditur Lignitia, *Lignitz*, urbs Sileſiæ, Ducatus titulo inſignita. Vide Lignitia.

HEGONIS, promontorium Macedoniæ Ptolemæo, in Paraxia tractu, nunc *Egospotamos* dicitur à Nigro, eſtque in ora ſinus Thermaici, inter Theſſalonicam & Caſſandream, ad oſtia Chabris fluvii.

HEGOVIA, *le Hegow*, tractus Germaniæ, in Sueviæ circulo, inter lacum Cellenſem ad ortum & Sylvam Nigram ad occaſum, vix ad 6. milliaria Germanica extenſus, ubi ſunt Langraviatus Nellemburgicus, ſub Auſtriacis, cum oppido *Stocack* dicto, Duellium arx, ſive Duellium altum, *Hohent-Wiel*, ſub Duce Wirtembergico, & aliquot alia loca.

HEGUA, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ Plinio, Ægua Straboni, Ategua vero Cæſari & aliis. Vide Ategua.

HEIDEBA, orbs Cimbricæ Cherſoneſi Saxoni Grammatico, nunc teſte Crantzio, eſt *Sleſwick*, urbs Daniæ, Jutiæ Meridionalis ſive Ducatus Sleſvicenſis ab ea dicti caput, & Epiſcopalis ab anno 948. ſub Archiepiſcopo Lundenſi ad Sliam fluvium, media inter Flenſburgum ad Septentrionem, & Renſburgum ad Meridiem, ſub dominio Ducis Sleſvicenſis qui ſedem habet in Gottorpia arce ei adjacenti. Vide Sleſvicum.

HEIDELBERGA, quaſi Myrtilorum mons, *Heidelberg*, urbs Germaniæ, Palatinatus Rheni caput, in Chreichgovia tractu, ſita eſt in planitie ad radices montis, cum ponte ligneo ad Nicrum fluvium, & caſtro eleganti & probe culto, in qua ſedes eſt Electoris Palatini, in colle ei adjacente, ut multoties vidi, feudum eſt Eccleſiæ Vormacienſis ab anno 1225. quo Ludovicus Elector Palatinus primus ab ea Eccleſia inveſtitus fuit de Heidelbergæ caſtro, & civitate veteri, ſub Henrico Epiſcopo Vormacienſi, Robertus Palatinatus poſtea Imperator Heidelbergam ampliavit, & pagum *Bergheimb* dictum cum ea per modum ſuburbii conjunxit anno 1392. teſte Marquardo Frehero, pluries capta & vaſtata fuit ab Hiſpanis, & aliis, durante bello tricennali Germanico, & ejus etiam celebris Bibliotheca in Eccleſia S. Spiritus exiſtens, & a N. Fuccaro partim erecta, Romam tranſlata fuit, nunc tamen urbs in dies reparatur, Academiam habens anno 1346. inſtitutam a Roberto Electore Palatino, vix 2. milliaribus Germanicis diſtat a Manheimo in ortum, & 3. à Spira in ortum æſtivum, & in ejus caſtro ineſt cadus vere ſtupendus propter ejus magnitudinem, à moderno Electore Carolo Ludovico reſtauratus, quo major haud ullus nec politior.

HEILIGENSTADIUM, ſeu urbs ſancta, *Heiligenſtat*, oppidum Germaniæ in Saxonia inferiori, Eisfeldiæ tractus caput, ad Leinæ fluvium fontes ſub dominio Electoris Moguntini, uno milliari Germanico diſtans à Verra fluvio in Septeotriooem Duderſtadium verſus paulo plus.

HEILSBERGA, *Heilsberg*, oppidum Poloniæ in Pruſſia Regia, cum arce in Varmia tractu ad Allam fluvium, ubi ſedes Epiſcopi Varmienſis, condita fuit anno 1240. & 8. milliaribus Germanicis diſtat à Regio monte in Meridiem.

HELA, *Heila*, oppidulum Poloniæ, in Pruſſia Regia, ad apicem ſinus Putiſcani, *Pautzkerwick* dicti, & pro majori parte à mari Baltico circumdatur, anno 1572. hoc oppidulum incendio oborto conflagravit, poſtea utcumque reparatum fuit, diſtat 4. milliaribus Germanicis à Gedano in Septentrionem.

HELECTRIDES, inſulæ Oceani Septentrionalis. Vide Electrides.

HELELLOS, *l'Ill*, fluvius Germaniæ, oritur prope Ferretam, in Sundgovia; deinde per Alſatiam ſuperiorem labens, Mulhuſium, Enſisheimum, Colmariam, Schleſtadium, & Benofeldam rigat, uti & Argentoratum, infra quam Rheno miſcetur, una cum Bruſchio.

HELENA, urbs Galliæ Narbonenſis Oroſio, Zozimo, & aliis, nunc *Elne* Gallis, *Elna* Hiſpanis, urbs Galliæ in Comitatu Ruſcinonenſi, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Narbonenſi, ſed ejus ſedes Epiſcopalis tranſlata fuit Perpinianum anno 1604. à Clemente VIII. antea ſuberat dominio Regis Hiſpaniæ, nunc autem Franciæ denuo adjecta ab anno 1640. ſedet in colle, ad fluvium *Tech*, qui una leuca diſtat ab ora maris Mediterranei & ſinus Leonini, ipſa parva eſt admodum, & antea vocabatur Illiberis, hicque antiquitus fuit caſtrum Helenæ, ubi factione Magnentii Tyranni occiſus fuit Conſtans Imperatoris Conſtantini Filius, cujus caſtri extant adhuc rudera paulo infra ipſam, quæ 3. leucis Gallicis diſtat in Septentrionem à Caucoliberi, cui in Epiſcopatu ſucceſſit, Perpinianum verſus totidem.

HELENA, quæ & Helenopolis, urbs Bithyniæ, teſte Procopio, ad oram Propontidis, & oſtia Draconis fluvii. Vide Helenopolis.

HELENE, & Helena, inſula maris Ægei, quondam Cranae Straboni, & Plinio, ſic dicta ab Helena, ibi à Paride ſtuprata, teſte Mela, nunc *Macroniſo*, teſtibus Nigro, & Sophiano, parva eſt & à paucis inhabitata, vix 5. milliaribus diſſita a Sunio promontorio Atticæ Ceam inſulam verſus, & 50. ab Ægina in ortum.

HELYNIUM, inſula parva Ægypti Euſtathio, Helenios Stephano, ad Canopum urbem.

HELENOPOLIS, urbs Aſiæ minoris in Bithynia, à Conſtantino Imperatore condita, ad Draconem fluvium, & ſic dicta in honorem Helenæ matris, teſte Procopio, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Nicomedienſi, verſus oram Propontidis, & prope Pruſam, & confinia Moeſiæ, cujus fit mentio in libris Conciliorum & in vita S. Joannis Chryſoſtomi.

HELENOPOLIS, urbs Germaniæ, cujus fit mentio in actis mediæ ætatis, nunc Francofurtum ad Moenum, *Francfurt*, ut ſcribit Sebaſtianus Munſterus, ſed quando & à quibus dicta ſic fuit non addit, urbs eſt Veteraviæ provinciæ eleganter exſtructa, cum ponte lapideo ad Moenum fluvium, unde ei cognomen inditum ad alterius differentiam, eſtque nundinis ſuis celebris & Electionibus Imperatorum. Vide Francofurtum.

HELENOPONTUS, & Hellenopontus, Aſiæ minoris regio, cujus fit mentio in Authenticis, & in Concilio Conſtantinopolitano, pars erat Ponti, eratque inter Cappadociam ad ortum & Meridiem, Paphlagoniam ad occaſum, & Pontum Euxinum ad Septentrionem, ut ex Porphyrogenneta dignoſcitur, ſub ipſa complectebatur etiam aliquando pars Paphlagoniæ & Cappadociæ, & ejus metropolis fuit Amaſia.

HELERNI LUCUS, circa urbem Romam & Tiberim fluvium erat, Ovidius 6. Faſtorum ejus meminit.

HILEUTHERII, populi Galliæ Celticæ Cæſari, poſtea ſub Aquitanica comprehenſi, eorum termini erant ab Occidente Cadurci à Meridie Volcæ Tectoſages, ab Oriente vero & Septentrione Rutheni, ubi nunc Albigenſis provincia *l'Albigeois*, & eorum primaria erat Albiga, teſte Brietio cum aliis.

HELGELANDIA, ſeu etiam Heligelandia, *Heiligelandt* incolis, *l'Iſle Saincte* Gallis, inſula parva Daniæ, alias Actania dicta, in Oceano Germanico, & verſus oram Jutiæ occidentalem, alias amplior fuit, circuitus nempe 18. mill. paſſuum, ſed anno 820. pro majori parte maris inundatione abſorpta fuit, uti poſtea etiam anno 1300. ſicque nunc ejus circuitus eſt tantum unius milliarii Germanici, eſtque verius ſcopulus præaltus cum uno vico tantum, ſub dominio Ducis Sleſvicenſis, teſte Joanne Mejero, 6. milliaribus Germanicis diſtans ab ora littorali Ducatus Sleſvicenſis in occaſum.

HELIA, *Eyle* antea, nunc *Haly*, tractus Hiberniæ inſulæ in Momonia provincia, & in Comitatu Tiperarienſi, prope confinia Lageniæ, ubi alias Roſcræa urbs Epiſcopalis, nunc diruta, teſte Uſſerio.

HELIA, inſula parva admodum Siciliæ inſulæ, in ora ejus occidua Plinio, ante Drepanum urbem.

HELIA, urbs Angliæ Bedæ, quæ Elia, & Elys aliis, nunc *Ely*, urbs Angliæ in Comitatu Cantabrigiæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Cantuarienſi, ſedet ad Uſum fluvium, & ſic dicitur ab Anguillis, quas Angli *Eeles* vocant, quorum ibi ingens copia ob multas paludes quibus cingitur. Vide Elys, & Elia.

HELICE, oppidum Peloponneſi, in Achaia tractu Polybio, & Pauſaniæ, in ora ſinus Corinthiaci, Buræ proximum, ab Ægio 40. ſtadiis diſtans, aquis pene abſorptum, teſte Plinio, ejus rudera nunc *Niora* dicuntur, teſte Moletio, & ejus meminit Ovidius libro 15. Metamorphoſeon.

HELICON, fluvius Macedoniæ in Pieria tractu, Pauſaniæ, qui Pharybus Ptolemæo, Baphyrus Livio, & Bephyrus Lycophroni dici videtur, nunc *il Faribo*, ut quibuſdam placet.

HELICON, fluvius Siciliæ Ptolemæo, nunc *l'Olivero* dictus, teſte Fazello, in ora ſeptentrionali, & in valle ſive provincia Demonæ, in mare Tyrrhenum ſe exonerat prope Tyndarium oppidum.

HELICON, mons Græciæ in Bœotia, qui etiam Helycon Plinio, & Pauſaniæ, Muſis ſacer, & à Poetis decantatiſſimus, Parnaſſo vicinus, teſte Strabone, videtur eſſe Parnaſſi pars, in Helicone ſepulchrum erat Orphei, atque fontes Hippocrene ſeu Caballinus, & Aganippe, & ad eum quoque urbes Theſpiæ, Aſcra, Niſſa, hodie *Zagaya* dictus, ut quidam tradunt, ejus meminit Ovidius libro 2. Metamorphoſeon, hinc Heliconius, & Heliconidæ Muſæ.

HELIGENSTADIUM, ſeu urbs Sancta, *Heiligenſtat*, oppidum Germaniæ in Ducatu Brunſvicenſi, & in Eisfeldia tractu, ſub dominio Electoris Moguntini. Vide Heiligenſtadium.

HELIOPOLIS, urbs Ægypti Ptolemæo, & Arriano, quæ Solis urbs Plinio, & Hebræis On, ab Iſraëlitis, cum eſſent in Ægypto condita, teſte Divo Iſidoro, à Babylone dimidii diei itinere diſtans ad Septentrionem, verſus Nilum fluvium, poſtea Epiſcopalis effecta tempore Chriſtianorum, vulgo *Bethſemes* dicta, teſte Guillandino, ſed Jacobus Golius ſcribit nunc *Ain Kems* dici, & fere in ruderibus jacere, hic Mithras Rex primus obeliſcos erexit, Solique dicavit, auctore Plinio, libro 36.

HELIOPOLIS, urbs Coeleſyriæ, ad Libanum montem Plinio, & Ptolemæo, olim Epiſcopalis, poſtea metropolis effecta ſub Patriarcha Antiocheno, montibus altiſſimis undique vallatur, & nunc *Balbec* dicitur, teſte Poſtello, cum Leunclavio, eſtque fere media inter Damaſcum & Tripolim, & 32. mill. paſſ. ab Abyla diſſita, ex itinerario Antonini.

HELIOPOLIS, urbs fuit Aſiæ minoris, in Phrygia, apud Michaëlum Glycam, ſtatuam hinc advexiſſe Conſtantinum Imperatorem & Conſtantinopoli columnæ impoſuiſſe idem addit.

HELIOPOLIS, quaſi Solis oppidum, ſic dicitur aliquando Solvedelia, *Soltwedel*, oppidum Germaniæ in Marchia Brandeburgica, inter Gardelebiam & Danebergam. Vide Solvedelia.

HELISUS, fluvius Peloponneſi, à Statio libro 4. Thebaidos memoratus.

HELIUM, oſtium Rheni, quod & Occidentale Cæſari, & Tacito, ſeu & Moſæ oſtium, erat juxta Helium caſtrum, in parte meridionali Bataviæ, ubi Brilla Hollandiæ oppidum ſitum eſt, vocaturque nunc *Die Maes* incolis, *la Meuſe* Gallis, teſtibus Ortelio, & Cluverio.

HELLAS, aliquando ſumitur à quibuſdam pro tota Græcia, proprie autem fuit pars Græciæ, quæ aliter Achaia dicta fuit: ſub qua fuere Attica, Megaris, Bœotia, Phocis, Locri, Ætolia & Doris Straboni, & Plinio. Terminabatur à Septentrione Macedonia & Theſſalia, ab Oriente mari Ægeo, ab Occidente mari Ionio, & à Meridie ſinu Corinthiaco & ſinu Saronico. Hæc Regio nunc *la Livadie* dicitur, ſubeſtque tota dominio Turcarum, hinc populi Hellenes dicti. Vide Achaia.

HELLAS, oppidum fuit Theſſaliæ, teſte Strabone, inter Pharſalum & Melitæam, hinc dicta fuit pars Theſſaliæ, teſte Pauſania.

HELLENES, oppidum Callaicorum in Hiſpania Tarraconenſi Straboni, nunc *Pontevedra*, oppidum Gallæciæ in ejus ora occidentali, ut exiſtimat Mariana.

HELLENOPOLIS. Vide Helenopolis.

Hellespontıcum Mars, pars admodum parva maris Ægei, verſus Helleſponti fauces extenſa, inter Cherſoneſum Thraciæ, & Aſiam minorem.

Hellspontus, anguſtiæ maris, ſive Fretum, inter Aſiam minorem ad ortum, & Thraciam Europæ regionem ad occaſum Straboni, & Plinio, nomen habens, ut narrant, ab Helle filia Athamantis Regis Thebarum, quæ ibi decidens ſubmerſa fuit, varie etiam ab antiquis nominatur, nempe Seſtiacum pelagus, & Abydi freta Auſonio, Abydenum fretum Appiano, Ægeum fretum Pacuvio, Pontus Phryxæus Lucano, Phryxæi æquora Valerio Flacco, Athamantidis fluentum Apollonio, nunc vulgo *il Stretto di Gallipoli* Italis, teſte Caſtaldo, *le détroit de Gallipoli* Gallis, ab urbe Callipoli ei adjacente. Extenditur à Septentrione in Meridiem per 45. fere milliaria, nempe à Propontide uſque ad mare Ægeum, maxime autem reſtringitur verſus Auſtrum, inter Seſtum Europæ, & Abydum Aſiæ arces munitas Turcarum, quæ vulgo, *les Dardanelles* dicuntur, unde etiam vocatur *le détroit des Dardanelles*, & ejus fauces ad Meridiem, *les bouches des Dardanelles* perſæpe, ibique ad 8. ſtadia tantum reſtringitur, teſte Xenophonte, & ad 7. teſte Plinio, ejus meminere Ovidius libro 4. Faſtorum, & Virgilius libro 4. Georgicorum.

Hellspontus, provincia Aſiæ minoris Ptolemæo, pars Myſiæ Propontidi expoſita; in qua urbes ſunt Cyzicus, Parium, Lampſacus, Abydus, cum Dardano. Populi Helleſpontii Plinio. Hinc Helleſpontiacus, & Helleſponticus nomen gentis, ut Helleſpontiaca Sibylla, quæ vixit Solonis & Cyri temporibus, teſte Lactantio.

Hellaviones, ſive Hilleviones, populi fuere Scandinaviæ Plinio, qui Helvæones Ptolemæo, & ut exiſtimat Cluverius, habitabant in ea regione, ubi hodie Hallandia provincia Sueciæ Regni in Gothiæ Meridionali, prope fauces ſinus Codani. Ortelius eos putat quos Dalecarlos hodie vocant. Hilleviones enim Cimbrica lingua, quæ Scandinavica eſt, Monticolam ſignificat. Habitant enim hi ad Sevonem montem, Riphæis non minorem, ut loquit Plinius.

Hellopes, populi Epiri Plinio, circa Dodonem, quorum locus Hellopia Straboni, vulgo *Lopeſia*, teſte Pineto.

Hellum, ſive Helellos, & Elcebus, vicus Germaniæ ſuperioris in Triboccis, nunc teſtibus Ortelio, & Cluverio, eſt *Elle*, vicus Alſatiæ inferioris, in Germania, ad Ellum fluvium, verſus Argentoratum, uno milliari à Benofelda. Vide Elcebus.

Hellus, *Helle Aa*, & *Helligh*, fluvius Gothiæ regionis in Scania provincia, Chriſtianoſtadium rigat, & paulo infra in mare Balticum ſe exonerat ad Ahuſium.

Helmestadium, *Helmſtadt* ſeu & *Halemſtat*, Hemopolis quibuſdam, oppidulum Germaniæ, & vix alicujus nominis, aliàs ſub proprio Abbate; nunc autem paret Duci Brunſvicenſi Guelpherbytano ab anno 1490. eſtque in limite Ducatus Magdeburgenſis, medium inter Magdeburgum & Brunſvicum, in eo inter inſtituta fuit Academia die 15. Octobris 1576. à Julio Duce Brunſvicenſi, hinc Academia Julia dicitur.

Helmostadium, *Helmſted*, oppidum munitum, cum portu. in Hallandia provincia, & in ora littorali ſinus Codani, verſus limites Scaniæ. Subeſt dominio Regis Sueciæ ab anno 1645. pace ad Bromſbroam confecta.

Helmontium, *Helmont*, oppidulum Belgii uniti in Brabantia, cum caſtro antiquo, caput eſt Campiniæ Brabanticæ, in Tetrarchia Boſcoducenſi, & ſubeſt dominio provinciarum Belgii uniti, vix tribus milliaribus ab Eindhovia diſtans, eſtque medium inter Boſcum Ducis & Ruremundam.

Heloaus, fluvius parvus magnæ Græciæ Diodoro, qui Elorus Athenæo, Eleſporus Polybio, & Elleporos Æliano, prope Cauloniam fluens in ſinum Locrenſem, ubi Græci à Dionyſio ſeniore victi.

Helorus, & Helorum, urbs Siciliæ everſa, cum fluvio cognomine. teſte Silio. Vide Elorus.

Helos, Pteleon, & Dorion, tria oppidula Laconiæ, ad ſinum Laconicum proxima, teſte Statio libro 4. Thebaidos.

Helsingforoia, *Helſingfort*, urbecula Sueciæ, in Nylandia parte Finniæ, in ora littorali ſinus Finnici, ubi recipit amnem Wandam. Gaudet portu cuicumque capaci.

Helsingia, *Helſinghlandt*, provincia Sueciæ Regni in Suevonia, inter Dalecarliam ad occaſum, Iempriam & Medelpadiam ad Septentrionem, & ſinum Bothnicum ad ortum, ubi oppidum præcipuum *Hudwickswald* dictum.

Helsingia Late Sumpta, provincia ampla Regni Sueciæ, & Nordlandicarum provinciarum pars, ſub qua Helſingia propria, Middelpadia, Angermannia, & Botnia, teſte Pontano.

Helsingoburgum, *Elſinborch* oppidum munitum Scaniæ provinciæ, cum caſtro & portu juxta Ore undicom fretum, & è regione Zeelandiæ inſulæ & Elſenoræ urbis, antea ſub dominio Regis Daniæ; ſed ab anno 1658. factum eſt Suecici juris pace ad Roſchildam, & in eo obiit Chriſtophorus Bavarus Daniæ Rex anno 1448. captum fuerat à Danis anno 1676. ſed poſtea receptum à Suecis anno ſequenti.

Helvæ, ſeu & Elva, *Elvas* incolis, *Telves* Caſtellanis, urbs Hiſpaniæ in Portugalliæ Regno, & in Tranſtagana provincia, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Eborenſi, ſedet in colle, cum caſtro juxta Caiolam amnem, & in limite Extremaduræ provinciæ Legionis, probe munita fuit à paucis annis, ideoque fruſtra obſeſſa fuit anno 1659. à Caſtellanis Hiſpanis, qui ibi etiam grandi clade affecti fuere à Luſitanis. Epiſcopalis facta fuit anno 1555. à Paulo IV. Pontifice Maximo, & vix 2. leucis diſtat ab Ana fluvio, 11. vero ab Ebora in ortum Pacem Auguſtam verſus 4.

Helvæones, populi Ptolemæo, qui Helvecones à Tacito dicti, & Hellevіones aliis. Vide ſupra Helleviones.

Helvetii, populi Galliæ Celticæ Cæſari, Plinio, Straboni, & Tacito, in Ambrones, Tigurinos, Tugenos, & Urbigenos diviſi; eorum termini erant Rauraci & Vindelicia ad arctos, Rhætia ad ortum, Sequani ad occaſum, & Allobroges, Seduni & Veragri ad Meridiem, hinc Regio dicta fuit Helvetia, nunc *la Suiſſe*, & eorum urbes præcipuæ fuere Aventicum, Eburodunum, Salodurum, Vindoniſſa, Vitodurum, & Urba, de his pluribus Philippus Cluverius; ſub Gallia Belgica comprehenſi fuere antiquiſſimis temporibus, teſtibus Ptolemæo, & Plinio, uti poſtea ſub Gallia Lugdunenſi. Vide Helvetia.

Helvetia, Regio Europæ, olim Galliæ pars, poſtea Germaniæ attributa, per tria fere ſæcula, nunc vero ſui omnino juris, & Suitia aliquando dicta à recentioribus a pago cognomine, vulgo *la Suiſſe* indigenis Gallice loquentibus, & *Schwitzerland* incolis Germanicè loquentibus, & ſæpe etiam *die Eydgnoſchafft* quaſi confœderatorum terra Germanis, *l'Elvetia* Italis, *la Helvecia* Hiſpanis, & *Szwayczarska* Polonis, ubi olim Helvetii populi, ejus termini ſunt à Septentrione Rhenus fluvius quo

à Germania ſeparatur, ab ortu Lacus Brigantinus & Rhenus quibus à Germania etiam dividitur, & à Rhætia, ab occaſu Comitatus Burgundiæ provincia Regni Galliæ, à Meridie vero Lemanus lacus, Valleſia, & Ducatus Mediolanenſis, ſicque nunc magis extenditur quamolim, cum ſub ipſa cenſeantur Baſileenſis ager, & præfectoræ Italicæ, eſtque pro majori parte montibus & lacubus referta, ex quibus præcipui ſunt lacus Lemanus, Brigantinus, Cellenſis, Tigurinus, Neocomenſis, quatuor urbium Sylvaticarum ſive Lucerinus, Thunenſis & Biennenſis. Ejus vero populi Helvetii etiam dicti, vulgo *les Suiſſes* Gallico ſermone & Gallis, *Schwitzer* Germanico ſermone, *li Suizzeri* Italis, ſeu etiam *li Sguizzari* quibuſdam, & *los Eguiçaros* Hiſpanis, partimque Gallicè & partim Germanice loquuntur, & eorum præcipua urbs eſt Baſilea.

Helvetia, olim paruit Regibus Francorum primæ & ſecundæ ſtirpis, & deinde Burgundiæ Regibus, & tunc diviſa fuit Helvetia biſariam, nempe in pagum Alemannicum, ſub quo erant Turgea & Tigurinus ager, & in Burgundiam minorem ſub qua cenſebantur Argovia, & Aventicenſis tractus, teſtibus Stumpſio, & Simlero; ſed deficientibus Burgundiæ Regibus, in ditionem Imperatorum Germaniæ tranſiit anno 1032. uti poſtea Ducum Sueviæ & Ducum Zeringhenſium, quibus ſucceſſere Duces Auſtriæ, ſed cum durius vexarentur Helvetii ab Alberto Auſtrio Rodolphi Imperatoris filio, Suioi, Uraoii, & Sylvanii, fœdus inter ſe inierunt anno 1308. uti poſtea in perpetuum anno 1315. dictique omnes Suitii à pago in quo primum pro libertate pugnatum eſt. Iis junxerunt ſe Lucernates anno 1332. Tigurini anno 1351. Glanorenſes anno 1352. Tugii eodem anno 1352. Bernates, qui antea ſui juris erant, aliis uniti fuere anno 1352. Friburgenſes adſcripti fuere fœderi anno 1481. una cum Solodurnis. Baſileenſes ſe fœderi Helvetico conjunxere anno 1501. uti Scaphuſiani, demúmque Abbatiſcellenſes fœderi etiam juncti fuere anno 1513. Et hi omnes conficiunt tredecim pagos Helvetiæ, qui ſui juris ſunt, nec quicquam pendent ab Imperio, nec ſub Germania cenſentur, Rempublicam ſeparatam conſtituentes.

Helvetia, dividitur perſæpe ab exteris in in tres partes, nempe in tredecim pagos, in eorum Socios & in ſubditos, ſed eorum Socii extra Helvetiam ſunt; & revera diſtinguitur tantum in tredecim pagos & eorum ſubditos, ſicque Helvetiæ partes hodie ſunt octo, nempe Argovia *l'Argow*, Aventicenſis tractus *Wiſtliſpurgow*, Baſileenſis ager, *le Canton de Baſle*, Nuithonia *Uchlandt*, præfecturæ Italicæ ſive Tranſalpinæ, *Belinzona & les quatre Baillages d'Italie*, Tigurinus tractus *Zurichgow*, Turgea *Turgow*, & Vadum *le pais de Vaud*, ſed tamen vulgo dividitur in tredecim pagos ſive Cantones, *les treize Cantons* Gallis, *die 13. Oort* Germanis, *li Cantoni* Italis, ſub quibus ſunt populi qui ipſorum communi Imperio reguntur: & ex his pagis ſeptem ſunt Catholici, nempe Lucerna, Friburgum, Salodurum, Tugium, Urania, Sylvania, & Suitia, quatuor proteſtantes ut vocant, ſcilicet Tigurum, Berna, Baſilea, & Scaphuſia, & duo mixti, nimirum Glarona, & Abbatiſcella, ſic autem ſe habent ordine inter ipſos recepto.

Helvetiæ Pagi seu Cantones:

Tigurinus pagus, *le Canton de Zurich*.
Bernenſis pagus, *le Canton de Berne*,
Lucernenſis pagus, *le Canton de Lucerne*.
Urania pagus, *le Canton de Uri*.
Suitienſis pagus, *le Canton de Schwitz*.
Sylvanienſis pagus, *le Canton d'Under Wald*.
Tugienſis pagus, *le Canton de Zug*.
Glaronenſis pagus, *le Canton de Glaris*.
Baſileenſis pagus, *le Canton de Baſle*.
Friburgenſis pagus, *le Canton de Fribourg*.
Solodorenſis pagus, *le Canton de Soleurre*.
Schaphuſinus pagus, *le Canton de Schafhouſe*.
Abbatiſcellenſis pagus, *le Canton d'Appenzel*.

Helvetiæ Urbes Præcipuæ.

Baſilea, *Baſle*.
Berna, *Berne*.
Friburgum, *Fribourg*.
Lauſana, *Lauſane*.
Lucerna, *Lucerne*.
Salodurum, *Soleurre*.
Scaphuſia, *Schafhouſe*.
Tigurum, *Zurich*.

Helvetiæ Subditi, ſive ditiones & loca quæ communi pagorum Imperio reguntur intra eorum limites ſunt Raperſvila, *Raperſwil*, quæ quatuor minoribus pagis paret: Bada, *Baden*, Bremogartum *Bremgartem*, Mellinga, *Mellingen*, & Certiacum *Zurzach*, octo veteribus pagis; Turgea propria, *le Turgow*, Comitatus Rotenſis, *le Comté de Roure*, & Sarunetes, *le Comté de Sargans*, ſeptem antiquiores pagos agnoſcunt dominos, uti Rheguſci, *le Rhintal*, quibus etiam præſunt Abbatiſcellenſes, Bilitio, *Belinzona*, ab Uranus, Suiois, & Sylvanis regitur. Quatuor autem Præfecturæ Italicæ, videlicet Luganenſis, *de Lugano*, Locarnenſis, *de Locarno*, Mendriſiana, *de Mendriſio*, & Madiana, *de Madia*, alias in Ducatu Mediolanenſi, in poteſtatem Helvetiorum tranſierunt anno 1512. & his imperant omnes Helvetii, præter Abbatiſcellenſes, qui nondum uniti erant fœderi.

Helvatiorum Socii, & confœderati, ſunt omnes fere extra Helvetiam, exceptis Abbate & urbe S. Galli quorum ditiones intra ejus limites inſertæ ſunt, ſicque ſub ipſa non cenſentur, ex his Sociis primi ſunt Abbas S. Galli, *l'Abbé de S. Gal*, qui anno 1454. fœdus perpetuum fecit cum quatuor pagis Tigurino, Lucernenſi, Suitienſi, & Glaronenſi, urbs S. Galli *Saint Gal*, eodem anno ſe conjunxit quatuor pagis ſupradictis, uti etiam Bernenſi & Tugienſi, alii Socii ſunt Griſones, qui & Rhæti, *les Griſons*, ab anno 1497. quo perpetuum fœdus cum ſeptem primis pagis Helvetiæ percuſſerunt, Valleſia *le Vallais*, qui anno 1533. fœdus fecit cum ſeptem pagis Catholicis, Mulhuſia, *Mulhauſen*, in Sundgovia, anno 1515. omnibus pagis ſe conjunxit, uti Rotevilla in Suevia, *Rotweil*, anno 1519. Bienna *Bienne* recepta eſt ut fœderatæ cum Bernatibus anno 1547. Geneva *Geneve*, cum Bernatibus & Tigurinis ſolis contraxit, & Neocomum *Neufchaſtel* cum Bernatibus.

Helvetum, urbs Germaniæ ſuperioris, nunc teſtibus Beato Rhenano & Simlero eſt Seleſtadium *Schleſtat*, urbs Alſatiæ inferioris, prope Helellum fluvium.

Helvia Recina, urbs fuit Italiæ, in Piceno, cujus tantum ſuperſunt rudera, *Recina Rouinata* dicta, ad Potentiam fluvium erat, verſus Maceratam; & ex ejus ruinis crevit Recinetum urbs in vicinus.

Helvii, populi Galliæ Narbonenſis Cæſari, qui Helvi Plinio, & Elui Straboni, fuere inter Velaunos ad Boream, Gabalos ad occaſum, Volcas Arecomicos ad Meridiem, & Tricaſtinos Segalaunoſque

Digitized by Google

ad ortum, ubi nunc Vivarienſis provincia, *le Vivarais*, in Occitania, teſte Dalechampio, & eorum præcipua urbs fuit Albia Auguſta, quæ & Alba Helviorum.

HALVILLUM, quod & Suillum, oppidulum Umbriæ, cujus meminit Antoninus, nunc teſte Cluverio, eſt Sigillum *Sigello*, caſtrum ditionis Eccleſiaſticæ in Marchia Anconitana, & in ipſo limite Ducatus Urbinatis, ad radices Apennini montis, inter Calem ad Septentrionem & Nuceriam ad Meridiem.

HELVINA, fons Latii, in agro Aquinate Juvenali, qui nunc appellatur *Elvino*, teſte Joanne Scopa.

HELVINUM, ſive Helvinus, fluvius Italiæ Ptolemæo, terminus inter Picentes & Prætutios, nunc teſte Cluverio, *il Salinello*, in Aprutio ulteriori provincia Regni Neapolitani, & in mare Adriaticum ſe exonerat prope Juliam novam, inter Turdinum & Viciolam fluvios.

HEMASINI, Dalmatiæ populi, teſte Plinio.

HEMEROSCOPIUM, promontorium Hiſpaniæ Tarraconenſis Straboni, idem eſt quod Artemiſium, Dianium, & Ferraria, nunc *el Cabo Martin*, in Regno Valentiæ, teſte Mariana cum aliis, in mare Mediterraneum excurrit, & ejus pars media dicitur *la Punta del Emperador*. Vide Dianium promontorium, & Ferraria.

HEMESA, urbs Syriæ Plinio, Archiepiſcopalis ſub Patriarcha Antiocheno, ab Arethuſa 16. mill. paſſ. diſtans. Vide Emiſſa.

HEMICHARA, oppidum Siciliæ inſulæ Ptolemæo, in mediterraneis, quod melius Imachara dicitur, nunc *Traina* caſtrum Vallis Nemorenſis, teſte Cluverio. Vide Imachara.

HEMODES INSULÆ, Pomponio Melæ, quæ Hemodæ & Æmodæ etiam dicuntur, à quibuſdam ſtatuuntur intra fauces ſinus Codani, ſive maris Baltici. ubi nunc Daniæ inſulæ, inter Jutiam & Sundicum fretum, ſed Cluverius exiſtimat eas fuiſſe ubi hodie Schetlandicæ inſulæ, *Schetlandt & Hitlandt* ſupra Scotiæ Regnum, & Orcades inſulas ad Boream, ſeptem ſunt numero quarum præcipua Mainlandia dicta. ſub dominio Regis Daniæ, teſte Golnitio. Vide Schetlandia & Hitlandia.

HEMODUS, mons Indiæ. Vide Emodus.

HEMOPOLIS, *Halberſtat*, urbs Germaniæ in Saxonia inferiori, teſte Zeilero. Vide Halberſtadium.

HEMOPSUESTIA, urbs Ciliciæ in Aſia minori Procopio, quæ Mopſos Plinio. Vide Mopveſtia.

HENETI, populi Paphlagoniæ in Aſia minori Straboni, qui Eneti dicti fuere à Stephano, verſus oram Ponti Euxini incolentes.

HENOCHEUM, *Hengcheu*, urbs Imperii Sinarum, in Huquania provincia, cujus decima cenſetur, ſita eſt juxta fluvium *Ching*, teſte Martinio, & ſub ipſa ſunt 8. urbes minores.

HENIOCHI, populi Sarmatiæ Aſiaticæ, inter Coracem montem Caucaſi partem, & oram Ponti Euxini, poſt Colchos in occaſum incolentes, teſtibus Plinio, & Ptolemæo, à Lacedæmoniis oriundi, qui poſtea Sanigæ ſive Saginæ dicti fuere, apud quos montes Heniochi, qui & Coraxici, teſte Plinio, dicuntur, horum tractus nunc dicitur Avogaſia, Circaſſiæ pars, & eorum meminit Valerius Flaccus libro 6.

HENIUS, *l'Haiſne*, fluvius parvus Belgii, in Hannonia provincia cui nomen tribuit. Oritur ſupra Binchium in limite Namurcenſis Comitatus; deinde in occaſum prope Montes labens, Fanum S. Ghiſleni rigat, & ad Condatum in Scaldim influit; ſicque Hannoniam bifariam ſecat, dicitur Hania ab aliis.

HENNEBERGA, *Henneberg*; caſtrum Germaniæ, in Franconia, in colle ſitum, juxta amnem *Strew*, à quo tractus adjacens dicitur Comitatus Hennebergenſis. Diſtat 8. milliaribus Germanicis à Fulda in ortum, & 7. a Suvinfurto in Septentrionem; ſubeſtque dominio Ducis Saxoniæ Naumburgenſis.

HENNEBERGENSIS COMITATUS, *die Graffschaft von Henneberg*, tractus Germaniæ, in Franconiæ circulo, inter Haſſiam ad occaſum, Thuringiam ad Septentrionem & ad ortum, ditionemque Herbipolitanam ad Meridiem, ad novem milliaria Germanica extenſus ab ortu in occaſum. Ejus oppida præcipua ſunt Mainunga, *Meinungen* & Smalcada, *Smalkalden*, aliaſque Comites habuit proprios: ſed deficiente maſcula ſtirpe per obitum Georgii Erneſti ultimi Comitis anno 1583. Comitatus devolutus eſt ad Duces Saxoniæ, è quibus Elector Saxoniæ retinuit quinque ex duodecim partibus Comitatus, adeo ut Domui Vimarienſi remanſerint tantum ſeptem ex 12. partibus. Haſſia Caſſelenſis civitatem & præfecturam Smalcaldam, & dominium Franchenſteini accepit, Schleuſingam poſſidet Dux Naumburgenſis, cum parte quæ antea ſuberat Electori Saxoniæ, reliqua loca invicem diviſerunt Weimariæ & Gothæ Duces, regimen commune Comitatus Hennebergenſis eſt in *Meinungen*, ad Verram fluvium.

HENNIACUM LIETARDI, *Hennim-Lietard*, burgus Galliæ cum Abbatia in Arteſiæ Comitatu, 3. leucis ab Atrebato in ortum æſtivum Inſulas verſus.

HENRICÆUM CAPUT, *le Cap Henry*, promontorium Americæ in Virginia. Vide Caput Henricæum.

HENUINUM, ſeu Arx Hennuina, *le Fort Hennuin*, munitio Flandriæ in ditione Francorum. Vide Arx Hennuina.

HEORTA, ſive Eorta, oppidum Pannoniæ inferioris in Scordiſcis Straboni, nunc *Hardberg*, caſtrum Hungariæ inferioris verſus Raſciam, ut exiſtimat Wolfgangus Lazius.

HEPHÆSTI MONS, & Hephæſtium, oppidum Lyciæ, ad Chimæram montem, teſte Plinio.

HEPHESTIA, inſula Africæ in mari Mediterraneo, vulgo *Kemmuna* incolis, *Comino* vero Italis & aliis Europæis, eſtque parva admodum inter Melitam & Gaulos inſulas adjacentes, arcem habens munitam in monte, à quibuſdam vocatur Lampæ & ab Ortelio Feſta, eique adjacet alia inſulula minor, *Cominotto* dicta.

HEPHESTIAS, oppidum Lemni inſulæ maris Ægei Plinio, in ejus ora Boreali, nunc caſtrum *Cochino* dictum, teſte Hugone Favolio, & *Cachino*, teſte Porcaccio.

HEPHÆSTUS, urbs Epiſcopalis in Ægypto, cujus meminit Concilium Epheſinum tertium.

HEPTACOMETÆ, qui & Moſynoeci, populi Sarmatiæ Aſiaticæ Straboni, & Melæ, qui Moſyni Plinio, & Byzeres etiam Stephano, inter Euxinum mare, Caucaſum montem, & Colchos inhabitantes.

HEPTAPOLIS, & Heptanomos, regio Ægypti, quæ 7. urbibus & totidem nomis conſtabat, teſte Dionyſio.

HEPTAPOROS, fluvius parvus Troadis, ex Ida monte profluens Plinio, qui Dracon à Procopio

dici videtur, teſte Ortelio.

Hepta-Ydaton, lacus Sabinorum Dionyſio Halicarnaſſeo, qui Septem aquæ Ciceroni, prope Maruvium, nunc *il lago di Santa Suſanna* inter Reate & Velinum lacum, ut exiſtimat Cluverius. Vide Septem aquæ.

Hera, oppidum Æolidis, Pauſania teſte, in ora ſinus Smyrnæi, quod ab aliis Ioniæ tribuitur.

Heraclea, inſula & urbs Italiæ, olim Epiſcopalis in Venetia regione, in inſula Æquilio, teſtibus Blondo, & Nigro, a Divo Magno Opitergino extructa, teſte Paulo Diacono, poſtea exciſa, & ex ejus ruinis excitata fuit urbs nova, *Cittanuova* in Venetorum ditione, quæ & ipſa exciſa jacet, & Leander ipſam inſulam ſic vocat.

Heraclea, inſula parva maris Ægei, nunc *la Raclia* dicta, inter Giarum & Parum, à qua 20. mill. paſſ. diſtat, ejus circuitus vix eſt 8. milliarium caſtrum habens dirutum, & nunc deſerta eſt.

Heraclea, urbs Syriæ Ptolemæo, ad Tauri montis radices, & in Ciliciæ confinio, nunc etiam oppidulum *Heraclia* dictum, teſte Bellonio, ab Adana 40. mill. paſſ. diſtans in ortum.

Heraclea, quæ Siris antea, urbs magnæ Græciæ in Lucania Straboni, & Plinio, ad Siris fluvii oſtia, in ora ſinus Tarentini, nonc diruta jacet, ita ut vix ejus ſuperſint rudera, in ora Baſilicatæ provinciæ, teſte Cluverio, 34. mill. paſſ. à Thuris in Septentrionem, & paulo plus a Tarento in occaſum hybernom, bujus navale etiam Heraclea vocatur a Strabone ab ipſa urbe 24. ſtadiis diſtans.

Heraclea, urbs Macedoniæ Plinio, & Livio, in Lynceſtide tractu, unde Heraclea Lynceſtidis dicta fuit, poſtea Epiſcopalis, nunc *Zenorva* dicta, teſte Nardo, inter Lychnidum ad occaſum & Ædeſſam ad ortum.

Heraclea, urbs Thraciæ Ammiano, quæ & Perinthus Ptolemæo, & antea Mygdonia dictà, nunc *Araclea*, teſtibus Leunclavio, & Sophiano, urbs Archiepiſcopalis, ſed male culta, cum portu capaci & tuto in ora Propontidis, deficit in dies, 52. mill. paſſ. diſtans à Conſtantinopoli in occaſum, & 70. à Callipoli in Septentrionem.

Heraclea, oppidum Cretæ inſulæ Plinio, in ſeptentrionali ora, quod Heraclium Straboni, & Ptolemæo, olim navale Gnoſſiorum, nunc caſtrum *Caſtel Mirabello* dictum, teſte Pincto, in agro Matii, in monte undiqoe fere mari circumdato, cum vico adjacente & portu ſatis tuto.

Heraclea, Siciliæ urbs Ciceroni, & Ptolemæo, quæ & Minoa Livio, à Minoe Rege condita, & a Carthaginenſibus everſa, in ora meridionali inſulæ, nunc exciſa jacens ad oſtia Halici fluvii, prope promontorium *il Capo Bianco* dictum, teſte Fazello, 20. mille paſſibus ab Agrigento in occaſum Thermas verſus totidem fere, populi Heraclienſes Ciceroni.

Heraclea, urbs Libycorum in Gallia Narbonenſi Plinio, & Antonino, à quo Coccabaria cognominatur, poſtea exciſa, ex ejus ruinis crevit *Saint Gilles*, oppidulum Occitaniæ ad Rhodanum fluvium, inter Arelatem ad Boream, & Aquas mortuas ad Meridiem, ut exiſtimat Joannes Poldus, alii tamen exiſtimant fuiſſe obi vicus *les Saintes Maries* dictus, in Provincia, ad oſtia Rhodani fluvii in mare Gallicum, & in ipſo limite Occitaniæ.

Heraclea, quæ & Heracleum, orbs Syriæ in Cyrreſtica tractu Straboni, & Ptolemæo, hanc poſtea Gagalicam nuncupatam ſcribit Calliſtus, & *Italica* nunc dici putat Bonacciolus.

Heraclea, urbs Ægypti, cognomine magna, ad Nilum fluvium, quæ Herculis urbs magna appellatur a Ptolemæo, 40. mille paſſibus à Memphi diſſita in Meridiem, hinc Heracleopolites nomos.

Heraclea, altera urbs Ægypti, quæ Herculis parva Ptolemæo, ad Bubaſticum fluvium, & inter Bubaſtem urbem & Peluſium, in Ægypto inferiori.

Heraclea, item urbs Ægypti in ora maris Mediterranei, Canopo finitima, & ad Heracleoticum oſtium Nili fluvii ab ea ſic appellatum, Ptolemæo teſte.

Heraclea, urbs Taoricæ Cherſoneſi in ora Boreali Plinio, quæ Heracleum Straboni, & Ptolemæo, ad Moeotidem paludem, nunc vicus etiam *Heraclia* dictus, ot Bonnacciolus exiſtimat, alii tamen eſciſam ſcribunt.

Heraclea, urbs fuit Hiſpaniæ Bæticæ, juxta Fretum Herculeum, & ad radices montis Calpe: cujus rudera nunc *Gibraltar viejo* dicuntur, cum portu ſatis capaci, 4. mille paſſibus à Gibraltaria urbe.

Heraclea ad Lathmon, quæ & Carica nominatur a Plinio, & Lathmius à Strabone, à vicino monte, urbs Cariæ in ora littorali maris Ægei & ſinus Latbmiaci, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Stauropolitano, nunc oppidum *Palatia* dictum, teſtibus Caſtaldo & Moletio, ſed *Haſſio porto* hodie dici vult Bonacciolus in ſuo Strabone Italico, ſedet inter Miletum & oſtia Mæandri fluvii, 30. milliaribus ab Epheſo in Meridiem.

Heraclea Phthiotidis, ſic dicta urbs Theſſaliæ in Phthiotide tractu Straboni, quæ & Trachinia Plinio, ad radices Oetæ montis, ante fauces Thermopylarum & prope Aſſarum fluvium, ad hanc ſe combuſſit Hercules, ut pluribus narrant hiſtorici, nunc vicus *Comaro* dictus, teſte Pineto, prope oram littoralem, cum arce in colle prærupto 15. mill. paſſ. a Launa.

Heraclea Ponti, urbs Aſiæ minoris in Bithynia Ptolemæo, & Straboni, Mariandynorum caput, ab Hercule condita, teſte Mela, in ora maris Euxini, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Claudiopolitano, nunc oppidulum *Penderachi*, teſtibus Nigro, & Caſtaldo, ſob dominio Turcarum, 120. milliaribus diſtans à Boſphoro Thracio in ortum, uti 40. ab oſtio Sangarii fluvii Sinopen verſus.

Heraclea Sintica, cognomine, urbs Macedoniæ, teſte Ptolemæo, in Sintica tractu, verſus Orbelum montem & confinia Thraciæ, quæ none vulgo *Bagna Bebuſſo*, ſeu *Bilibuſca* vocatur, ſubeſtque Archiepiſcopo Sardicenſi, teſte Luca Holſtenio.

Heracleopolis, oppidum Italiæ in magna Græcia Straboni, Heracleæ navale in ora ſinus Tarentini & ad Siris fluvii oſtia, 4. mille paſſibus ab Heraclea, nunc in ruderibus jacens, exiſtimat tamen Cluverius idem fuiſſe cum ipſa Heraclea, ſicque ſcriptum eſſe in libris Strabonis errore librariorum loco Heracleæ urbis, quod ſatis probabile.

Heracleum, promontorium Cappadociæ, in Aſia minori Ptolemæo, in mare Euxinum excurrens, inter Themiſcyram urbem & oſtia Thermodontis fluvii ad occaſum, nunc *il Capo di Limon* dictus, teſte Moletio.

Heracleum, promontorium Sarmatiæ Aſiaticæ, cum oppido cognomine Plinio, in confinio Colchorum, & in ora Boreali maris Euxini, nunc *Cacari* dictum, teſte Gerardo Mercatore, 100. mill. paſſ. diſtans à Dioſcuriade ſive Sebaſtopoli in occaſum.

Digitized by Google

HERACLIUS, fluvius Phocidis, in Græcia, teſte Pauſania, juxta Bulidem oppidum fluens, qui ex ea hodie nominatur, *il Fiume di Bulia* dictus, ex recentioribus quibuſdam.

HERACUM, promontorium Sardiniæ inſulæ, nunc *el Cabo dela Maza* dictum, teſte Franciſco de Vico.

HERÆA, oppidum Arcadiæ in Peloponneſo, Polybio, & Pauſaniæ, ad Alpheum fluvium, & Megalopoli propinquum, nunc *Ravoli*, teſte Moletio.

HERÆI, montes Siciliæ, in ejus meditullio, teſte Diodoro, ſatis extenſi, nunc *i Monti Sori* dicuntur, inter Maronem montem & Noaram oppidum in Valle Nemorenſi, & eorum jugum vocatur *il Monte Arteſino*, teſte Cluverio.

HERÆUM, urbs Sardiniæ inſulæ Ptolemæo, nunc diruta jacet, ubi caſtrum *Hiento* dictum, teſte Franciſco de Vico, in provincia Loci aurei.

HERÆUM, urbs Thraciæ, teſtibus Pauſania & Stephano. Eam juxta Perinthum fuiſſe videtur ex Herodoro, ad Arzum fluvium, nunc *Recrea*, ut quidam credunt.

HERÆUS PORTUS, Bithyniæ portus in Aſia minori, & ad fauces Boſphori Thracii Procopio, hodie *il molo di San Giovanni Calamoto*, prope Chalcedonem, teſte Petro Gyllio, cum promontorio cognomine.

HERAS, quæ & Junonis inſula, Africæ inſula & una ex Fortunatis in mari Atlantico Ptolemæo, aliis Autolola, nunc *Madera* videtur Ortelio, ſed Sanſon credit eſſe unam ex duabus Salvaticis dictis, vulgo *le Salvage*, quæ ad Occidentem extenditur inter Maderam ad Septentrionem, & Canarias ad Meridiem.

HERATIA, inſula maris Ægei Plinio, una Sporadum, *Herachia* ex tabulis recentibus, Schinuſſæ proxima, ab ea parum in ortum recedens.

HERATUM, ſeu urbs Roſarum, *Herat*, urbs Regni Perſiæ in Choraſana regione, & ex præcipuis harum partium, cum caſtro munito, *Sckemirem* nomine. amplam ſub ſe habet juriſdictionem & quatuor præfecturas, teſte Gollio.

HERBADILLA, civitas fuit Galliæ in Britannia minori, haud procul à Nannetis, nunc exciſa, & locus etiam *Herbauges* dicitur, ejus fit mentio in vitis Sanctorum.

HERBANUM, urbs Hetruriæ Plinio, nunc omnibus eſt Urbs vetus, *Orvieto*, urbs Italiæ Epiſcopalis, in ditione Summi Pontificis & in provincia Patrimonii S. Petri, ſitu munitiſſima, quia undequaque rupibus & præcipitiis vallata, prope Peliam fluvium, ubi Clanim excipit, vix 4. milliaribus à Tiberi fluvio in occaſum, & 12. ab Aquula in Septentrionem, & ab ea tractus adjacens dicitur ager Orvietanus, *il Territorio d'Orvieto*. Vide Urbs Vetus, & Oropitum.

HERBESSUS, oppidum Siciliæ Plinio, quod Erbeſſus Ptolemæo, Erbeſſum Polybio, nunc locus eſt parvus Siciliæ, *le Grotte* dictus in Valle Mazaræ, intra montes, prope Halicum amnem, teſtibus Fazello, & Cluverio, 24. mill. paſſibus ab Agrigento diſtans in Septentrionem Panormum verſus circiter 45.

HERBESSUS, urbs Siciliæ, quæ & Herbeſus Polybio, & Livio, nunc exciſa, ubi caſtrum *Palazzuolo* dictum, teſte Cluverio, in Valle Netina, 20. milliaribus diſtans à Syracuſis in occaſum verſus montes, & 16. à Leontinis in Meridiem, hinc populi Herbeſſenſes Plinio, ejus meminit Silius libro 14.

HERBIPOLIS, *Wurtzburg* incolis, *Vurtzbourg* Gallis, *Herbipoli* Italis, urbs Germaniæ, Franconiæ præcipua, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Moguntino, ad Mœnum fluvium, cum caſtro permunito in colle ex adverſa parte fluvii, *Marienberg* dicto, ſatis eſt culta cum Academia parva. Ejus Epiſcopus ditiſſimus eſt etiam Dux Franconiæ, & amplum habet territorium in provincia adjacenti, olim forſan Artaunum dicta fuit à Ptolemæo, teſte Petro Appiano, & diſtat 19. milliaribus Germanicis à Moguntia in ortum, uti 15. à Francofurto Bambergam verſus 11. & Norimbergam 13. fuitque olim urbs Imperialis & libera, ſed poſtea ab Imperio exempta, nunc ſubeſt dominio proprii Epiſcopi.

HERBIPOLITANUS EPISCOPATUS, *das Biſthumb von Wurtzburg* incolis, *l'Eveſché de Vurtzbourg* Gallis, provincia Germaniæ, in Franconia, conceſſa Epiſcopo Herbipolitano una cum Ducatu Franconiæ à Carolo Magno. Mœno fluvio in duas partes ſcinditur; extenditurque per 15. milliaria Germanica a Septentrione in Meridiem; ſed non æque lata eſt ab ortu in occaſum, vixque aliquando ad 10. milliaria ſimilia extenditur. Terminatur ab Oriente Epiſcopatu Bambergenſi, ab occaſu ditione Moguntina, Comitatu Verthemenſi, & Fuldenſi Abbatia, à Septentrione Comitatu Hennebergenſi, & a Meridie ditione Anſpachienſi. Ejus urbes ſunt Herbipolis, *Wurtzburg*, quæ ejus primaria, Ochſenfurtum, *Ochſenfurt*, Gamundia, *Gemund*, & Regis curia, *Konigshoven*, & ſub ipſo cenſetur etiam pars Comitatus Reineccani in vicinis.

HERBITA, urbs Siciliæ inſulæ Diodoro, & Ptolemæo, in mediterraneis, poſtea exciſa, ex cujus ruinis crevit *Nicoſia*, oppidulum in vicinis intra montes, in Valle ſive provincia Demonæ, 10. milliaribus ab Enna diſtans in Septentrionem, & 9 à Traina in occaſum, teſtibus Aretio, & Cluverio, hinc populi Herbitenſes Ciceroni.

HERBORNA, *Herborn*, oppidulum Germaniæ in Weſterwaldia provincia, & in Comitatu Naſſovio Dilemburgico, cum Academia parva admodum erecta anno 1585. a Joanne Comite Dilemburgico, ſeu verius Collegio, 4. milliaribus Germanicis diſtans à Marpurgo in occaſum, & 3. à Giſſa.

HERCULANEUM, oppidum Italiæ in Campania Plinio, & Melæ, quod Herculanum Ciceroni, nunc teſtibus Sanfelicio, & Cluverio, eſt *la Torre del Greco*, vicus Regni Neapolitani cum caſtro, in ora Terræ Laboris & ſinus Neapolitani, ad radices montis Veſuvii, 8. milliaribus à Neapoli in ortum hybernum Stabias verſus 10. ut egomet vidi. Dicitur Herculea urbs ab Ovidio libro 15. Metamorphoſeon.

HERCULANEUS, rivus Latii in via Sublacenſi, cujus meminit Frontinus, 62. mill. paſſ. ab urbe Roma in ortum diſtans.

HERCULEA VIA, in Campania, inter Avernum lacum & mare Tyrrhenum, ad Puteolos, teſte Propertio.

HERCULEUM FRETUM, *le deſtroit de Gibraltar* Gallis, *el Eſtrecho de Gibraltar* Hiſpanis, *il Stretto di Gibiltarra* Italis, fretum eſt quo mare Mediterraneum Oceano jungitur, inter Hiſpaniam ad Septentrionem & Mauritaniam ad Meridiem, ubi ejus latitudo eſt quatuor leucarum circiter, inter montes Calpen & Abylam, ubi magis reſtringitur; ejus autem longitudo ab ortu in occaſum eſt 12. leucarum Hiſpanicarum. Illud circumſtant à parte Hiſpaniæ Gibraltaria & Tariffa, à parte autem Mauritaniæ ſeu Africæ Septa, Alcaſaria, & Tingis, in ejus ora. Vide Fretum Herculeum.

HERCULEUM, promontorium Britanniæ majoris, in Damnoniis Ptolemæo, quod etiam Herculis

promontorium, nunc teſte Speedo, eſt *Hertlands point*, in parte Angliæ occidentali, & in provincia ſive Comitatu Devoniæ, in mare Vergivium excurrens, medium fere inter Boleriom promontorium ad occaſum & Briſtolium ad ortum, in limite Cornubiæ, & 34. milliaribus Anglicis ab Exonia in occaſum æſtivum.

Herculeum, promontorium Brutiorum in Italia Straboni, vulgo *il Capo Spartivento*, melius dicitur Herculis promontorium. Vide ibi.

Herculeum Tybur, *Tivoli*, urbs Italiæ in ditione Eccleſiæ, ad Anienem fluvium, ut ibi legitur ex inſcriptione antiqua. Vide Tybur.

Herculeus Lacus, in Sicilia; cujus meminit Diodorus, parvus eſt admodum, nuncque *il Lago de Lentini* dicitur, teſte Fazello, in Valle Netina prope Leontinos.

Herculia, urbs Pannoniæ inferioris Antonino, quæ ad Herculem in libro Notitiarum, erat forſan in eo loco ubi Buda vetus, *Alt Offen* Germanis, caſtrum Hungariæ ad Danubium fluvium, uno milliari Germanico ſupra Budam in Septentrionem Strigonium verſus, teſte Lazio.

Herculis Castra, ſive Herculeum, oppidum Ubiorum in Germania inferiori Ammiano Marcellino, nunc *Erkelens*, oppidum Gueldriæ ſuperioris, inſerium tamen Ducatui Juliacenſi, teſte Ortelio, alias munitum ab Hiſpanis quibus ſubeſt, ſed à Gallis captum fuit anno 1674. & ejus munitiones ſolo æquatæ, ſedet verſus Ruram fluvium, vix 3. milliatibus Germanicis à Juliaco diſtans in Septentrionem Gueldriam verſus ſex.

Herculis Civitas, magna & parva cognominatæ in Ægypto, Ptolemæo. Vide Heraclea.

Herculis Columnæ, locus Germaniæ Tacito, cujus apud Friſios meminit in libello de Germania, quidam *Duvelsculeꝫ* interpretatur, locum ſic dictum in Tranſiſalania provincia, inter Groningam & Covordam urbes, teſte Ortelio, ſed contra de his ſcribit Hadrianus Junius in ſua Batavia.

Herculis Columnæ, ſi Hiſpanis credimus, fuere in Gaditana inſula Hiſpaniæ Bæticæ, & in ejus parte occidentali, prope Gaditanam urbem, in Vandalitia, ubi etiamnum oſtendunt duas turres, *las Columnas de Hercoles* dictas.

Herculis Fanum, locus Hetruriæ Ptolemæo, inter oſtia Anſeris fluvii & Feroniæ lucum, ubi nunc pagus *Maſſaciuccoli*, in ora lacus cognominis; ibique viſuntur ruinæ Templi dicti *il Tempio d'Ercole* etiamnum ab indigenis. Eſt in ditione Reipublicæ Lucenſis, ſed in limite territorii Piſani, 9. milliaribus à Luca diſtans in occaſum, & 5. a pago *Librafatta* in occaſum æſtivum, ut didici ab incolis illarum partium, quanquam Cluverius credat fuiſſe vicum *Mazzaroſa*, 3. milliaribus inde diſtantem.

Herculis Fanum, locus Gadium inſulæ Hiſpaniæ Bæticæ Straboni, nunc vulgo *el Caſtillo*, teſte Ortelio, in ora ad ortum.

Herculis Fanum, in Melita inſula Ptolemæo, ſic dictus fuit olim locus Melitæ ubi templum erat Herculi dicatum, unde à Græcis Hercules Melitis fuit vocatus, & templi veſtigia uſque in præſentem diem apparent in ora orientali inſulæ, prope portum *Marꝫa Sirocco* dictum, teſte Quintino Heduo.

Herculis Insula, parva admodum in mari Tyrrheno, & una ex Æoliis inſulis, cujus fit mentio in Tabula itineraria, nunc teſte Cluverio, eſt *Baſiluzzo*, inſula circuitus duorum milliarium, & 10. à Lipara diſtans in ortum, ſed incolis vacua.

Herculis Insulæ, Sardiniæ adjacentes in ora occidentali Plinio, prope Gorditanum promontorium; ex his major, quæ & proprie Herculis inſula, nunc *Aſinaria* dicitur, teſtibus Ortelio, & Cluverio, circuitus eſt 30. milliarium, ad urbem Saſſarim pertinens, in ea ſunt quatuor turres cum arce, vulgo *il Caſtillacio*, & portu *porto Eſcuela* dicto, in ejus parte meridionali, totaque ſylvis referta eſt, minor vero Herculis inſula, vocatur *l'Iſla Piana*, parva admodum & majori adjacens.

Herculis Monoeci Portus, oppidum Liguriæ in Gallia Ciſalpina Straboni, & Plinio, vulgo *Monaco* incolis, & aliis, *Mourgues* Provincialibus, oppidum eſt parvum ſed probe munitum Italiæ, in ora occidentali Genuenſi, in rupe ſitum, cum caſtro ſuperbo quamvis antiquo, & portu valde tuto, in ipſo limite Comitatus Niceenſis, 6. mille paſſibus a Nicea diſtans Albium Intemelium verſus, proprio parens Principi è gente Grimalda, qui inde ejectis Hiſpanis anno 1641. recepit præſidium Gallicum, ſicque etiamnum eſt ſub clientela Francorum Regis, ditionem habens valde anguſtam in ora littorali, ubi tantum Mentonum *Menton* oppidulum & vicus *Roccabruna* dictus, Monoeci meminit Virgilius libro 6. Æneidos.

Herculis Portus, in Sardinia inſula Ptolemæo, nunc *Carbonara* dictus, aut *il Capo Ferrato* ſive *Chiaficana*, teſte Franciſco de Vico, in provincia ſive promontorio Calaritano, & in ejus parte meridionali.

Herculis Portus, in Hetruria Plinio, & Antonino, vulgo *Porto Ercole*, oppidulum eſt Hetruriæ in agro Senenſi, & in parte orientali montis Argentarii, ſub dominio Hiſpanorum, cum arce & portu parvo ſed ſatis tuto, ut ego pluries vidi, prope Coſam urbem exciſam, 5. milliaribus ab Orbetello diſtans in Meridiem, & 12. à portu Telamonis.

Herculis Portus, oppidum Italiæ in Brutiis, in ora maris Tyrrheni Straboni, prope Lametinum ſinum, hodie pagus *le Formicole* dictus, in Calabria ulteriori, teſte Barrio, vix mille paſſ. à Tropæa urbe Vibonem verſus, quod etiam probatur à Luca Holſtenio.

Herculis Promontorium, in Britannia majori & in Damnoniis Ptolemæo, nunc *Hertland point*, in Devoniæ Comitatu, teſte Camdeno. Vide Herculeum promontorium.

Herculis Promontorium, in Brutiis & in Italia Straboni, vulgo *il Capo di Spartivento* dictum, teſtibus Barrio, & Cluverio, nomen habet à diſpertiendo ventum, eſtque in Calabria Ulteriori, & in intimo ejus receſſu ad Meridiem, ubi in ortum tendit, juxta Ionium mare.

Herculis Promontorium, in Mauritania Tingitana Ptolemæo, inter Myſocaram portum & Tamuſigam urbem in Oceanum Atlanticum excurrens, nunc interpretantur *il Capo Cantin*, in Regno Marrochii & in Duccala provincia, prope Azafiam, teſte Mercatore.

Herculis Pyrgos, ſive Turris, oppidum Cyrenaicæ maritimum Ptolemæo, nunc *Camera*, ſive etiam *la Torre Camera*, teſte Marmolio, caſtrum in Regno Barcæ & in ora Syrtis majoris, prope Diarrhæam portum, inter Boreum & Drepanum promontoria.

Herculis Tractus, *het t'landt van Arckel*, ager uniti Belgii in Hollandia Meridionali, verſus Gorichemum, eſtque parvus admodum.

Herculius, fluvius Phocidis Pauſaniæ, juxta Bulim fluens. Vide Heraclius.

Hercuniates, populi fuere Pannoniæ in-

ferioris, inter Dravum & Danubium fluvios, Strabone teſte.

HERCYNIA, ſylva Germaniæ maxima Cæſari, Tacito, & aliis, longa itinere 60. dierum, teſte Mela, lata 9. teſte Cæſare, dicta fuit etiam Orcynium nemus, & Hercynius ſaltus, & ejus portiones fuere Bacenis, Bohemica, Gabreta, Martiana, & Semana, ſicque partes Hercyniæ late ſumptæ ſunt ſylva Nigra, *Schwartzwaldt* in Briſigavia; Othonia ſylva, *Odenwaldt*, verſus Heidelbergam; *Steigerwaldt*, inter Herbipolim & Bambergam; *Weſterwaldt*, inter Loganum & Sigam fluvios; *Speshart Waldt*, inter Francofurtum ad Mœnum & Buchoviam tractum; *Auf den Hartz*, in Brunſvicenſi Ducatu; in Thuringia *Thuringerwaldt*, & in Bohemia *Behemerwaldt*, teſte Rhellicano in aonotationibus ad Cæſarem & Cluverio, nunc autem plurimis in locis exciſa, multo anguſtioribus limitibus reſtringitur, & Bohemiam propriam circumdat, hinc à Germanis *Behemerwaldt* appellatur, & verſus Thuringiam *Thuringerwaldt*, a Gallis autem *la Foreſt de Boheme*, & ab ea montes adjacentes dicti fuere Hercynii, qui & Sudeti, ejus meminit Claudianus de victoriis Stiliconis.

HARDONIA, oppidum Apuliæ Livio, & Straboni, Erdonia Ptolemæo, Ardonia aliis, alias Epiſcopali dignitate inſignitum, poſtea exciſum, nunc vicus *Ardona* dictus, in Capitanata provincia Regni Neapolitani, inter Cerbarom & Carapellam fluvios, teſte Luca Holſtenio, quanquam Cluverius male Cedognam exiſtimarit. Vide Erdonia.

HEREBACTOM, promontorium Sardiniæ inſulæ, in ejus ora ſeptentrionali, contra Corſicam maxime extenſum, nunc *el Capo de la Feſta*, ſeu *de Santa Reparata* dictum, teſte Franciſco de Vico.

HEREDITARIÆ PROVINCIÆ, *les païs hereditaires* Gallis, pars ampla Germaniæ in qua ſunt plures provinciæ ſub dominio Domus Auſtriacæ, ſic dictæ ſunt quod ei obvenerint ex hereditate, nempe Auſtria, Stiria, Carinthia, Carniola, Stitia, & Tirolis Comitatus cum annexis. Vide provinciæ Hereditariæ.

HEREFORDIA, *Hereford*, urbs Angliæ, Herefordienſis Comitatus ab ea dicti caput, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Cantuarienſi, ad Vagam fluvium *Vuye*, in Walliæ Meridionalis confinio, & trans Sabrinam, crevit ex ruinis Ariconii urbis dirutæ in viciniis, teſte Camdeno, & dicta fuit antiquitus Anglice *Fernlega*, id eſt ſaltus Silvis, & eo occiſus fuit S. Ethelbertus Anglorum Orientalium Rex ab Offa Merciorum Rege, unde urbis incrementum, 60. milliaribus diſtat ab Oxonio in occaſum, uti 25. à Gloceſtria, & 100. à Londino, à Briſtolio vero 40. in Septentrionem.

HEREFORDIENSIS COMITATUS, & Herefordia, *the Hereford Shire* incolis, *la Comté de Hereford* Gallis, provincia Angliæ, ſic dicta ab Herefordia urbe primaria in confinio Walliæ Meridionalis, quam habet ad occaſum, uti Monumetiam ad Meridiem, Vigorniam ad ortum, & Salopiam Comitatum ad Septentrionem; ibique alias fuere Silures populi ex parte, teſte Camdeno.

HERENATIUM, oppidum Germaniæ inferioris, ad Rhenum fluvium in quibuſdam exemplaribus Antonini, melius dicitur in aliis Arenatium, & Arenacum, vulgo *Arnheim*. Vide Arenacum.

HERENOPOLIS, urbs Ciliciæ, ex veteri inſcriptione, quæ & Neronias. Vide Irenopolis.

HERENTALIA, & Herentalium, *Herentals*, oppidulum Belgii, in Brabantiæ Ducatu, & in Tetrarchia Antuerpienſi, 5. leucis ab Antuerpia in ortum, ad fluviolum Neetam parvum, ſub dominio Hiſpanorum.

HEREUS, mons Siciliæ Vibio Sequeſtri, ſive & melius Heræi montes, nunc *i Monti Sori* dicti, teſte Cluverio, in medio inſulæ, & eorum jugum *Artiſino* dicitur, teſte Fazello. Vide Heræi.

HERIOEM, urbs fuit Syriæ, Epiſcopalis ſub metropoli Emiſſena, teſte Guillelmo Tyrenſi Archiepiſcopo.

HERICURIA, *Hericourt*, oppidulum Germaniæ in Comitatu Montis Bellicardi, inter Alſatiam & Comitatum Burgundiæ, una leuca tantum a Monte Bellicardo diſtans in Septentrionem, verſus Volagum montem.

HERINUM, oppidum Brutiorum in Italia Stephano, vulgo nunc *Regina*, caſtrum Calabriæ Citerioris, 12. milliaribus a Conſentia diſtans in Septentrionem Beſidianum verſus, teſte Barrio, quanquam aliis ſit *Reina*, vicus ejuſdem provinciæ inter Conſentiam & Lampetiam.

HERISTALLUM, cognomento Francicum, palatium olim regium Galliæ, à quo Pipinus Heriſtallius, Caroli Martelli pater Major domus Regiæ cognomentum induit, nunc vicus Germaniæ ad Moſam fluvium, *Herſtal* dictus, vix una leuca infra Leodium, & in ditione Leodienſi, cum antea eſſet juris Brabantini, ſpectatque ad gentem Naſſoviam, crebra ejus fit mentio in vita Caroli Magni & Ludovici Pii Imperatorum.

HERISTALLUM, cognomento Saxonicum, locus Germaniæ celebris in Hiſtoria Caroli Magni, ejus hibernis, & Pipini & Ludovici filiorum ejus Conventu anno 797. teſtibus Eginarto, Reginone, & Aimoino, hodie adhuc locus *Herſtell* ſupereſt, eſtque caſtrum Weſtphaliæ in colle, ad Viſurgim fluvium, in ditione Epiſcopi Paderbornenſis, & in ipſo limite Brunſvicenſis Ducatus, & antiquitus deſignata hic fuerat ſedes Epiſcopalis à Carolo Magno, ut conſtat ex monumentis Paderbornenſibus, arcem habuit ab Haſſis anno 1637. incenſam.

HERIUS, fluvius Galliæ Celticæ Ptolemæo, quid ſit non conſtat; & non temere dubitat Ortelius utrum ſit *la Vilaine*, fluvius parvus, qui ab aliis dicitur Vidana ſeu Vicenonia; alluitque Rhedones urbem Britanniæ minoris primariam.

HERIUS, inſula Galliæ, multis eſt *Noirmoutier* inſula parva Galliæ, in ora Pictavenſis provinciæ, à qua anguſto admodum freto ſeparatur, prope Bovinum inſulam, & in confinio Britanniæ minoris.

HERMÆA, promontorium Africæ propriæ Ptolemæo, quod & Mercurii promontorium Plinio, & Livio, vulgo *il Capo Bon* dicitur à Fazello, Caſtaldo, & aliis, in Regno Tunetano, & in mare Mediterraneum maxime excurrit ad Septentrionem, verſus Pantalaream inſulam & Siciliam, inter Carthaginem & Hadrumetum, 70. milliaribus diſtans à Tuneto in Septentrionem Siciliam verſus 100. circiter.

HERMÆA, quæ & Mercurii inſula, Sardiniæ adjacens Plinio, in ejus ora orientali, prope promontorium *il Capo Cavallo*; inter Poſadam & Siniſcolam, nuncque *la Tavolara* dicitur ab incolis, teſte Cluverio, quanquam aliter ſentiat Franciſcus a Vico.

HERMÆUM, locus Myſiæ, in Aſia minori, ad Helleſpontum, inter Parium ad Septentrionem, & Lampſacum ad Meridiem, inde 70. hinc 200. ſtadiis diſtans, Polyæno teſte.

HERMÆUM, promontorium Sardiniæ inſulæ Ptolemæo, in ora occidentali, nunc *il Capo della Caccia* dicitur à Cluverio, & Magino. eſtque prope Algaram urbem, ab ea 15. mille paſſibus diſtans in occaſum.

HERMÆUM, promontorium Thraciæ parvum, ad Boſphorum Sozomeno, vulgo *Neocaſtro* Europæis, ut ait Petrus Gyllius, & *Genichiſar* Turcis, teſte Leunclavio, 5. milliaribus a Conſtantinopoli diſſitum in ortum æſtivum.

HERMANDURI, Germaniæ populi Tacito, qui & melius Hermunduri dicti à Plinio, habitabant ubi nunc Voigtia, & partes Thuringiæ & Franconiæ, ut Cluverius exiſtimat. Vide Hermunduri.

HERMANNOPOLIS, *Hermanſtadt*, urbs ampla Tranſſylvaniæ. Vide Cibinium.

HERMANSTEINUM, *Hermanſtein*, id eſt Hermanni lapis, arx Germaniæ munitiſſima, quæ etiam Erenberti lapis dicta, *Eerenbreitſtein*, ſedet in rupe undique prærupta, oppoſita Confluentiis, ad Rhenum fluvium, ubi recipit Moſellam, cum ponte ligneo, ſub dominio Electoris Trevirenſis, palatium habens ad ejus radices ſuperbiſſimum, à Philippo Chriſtophoro *de Soeteren* excitatum, ut ego pluries vidi, & celebris eſt longa obſidione ſua anno 1637. quo fame tantum capta fuit, 8. milliaribus Germanicis diſtat à Moguntia in occaſum æſtivum Coloniam verſus 10. circiter, dicitur etiam Ehrenbreitſeinanum caſtrum, & ei adjacet burgus *Philipsthal* vocatus, id eſt Philippi vallis, à ſupra dicto Electore excitatus.

HERMINIUS, mons Hiſpaniæ in Luſitania Aulo Hirtio, qui Erminius Dioni, nunc *el Monte Armino* dictus, in Portugalliæ Regno, teſte Andrea Reſendio, in quo Portus Alacris urbs, & Maruanum, atque Alacretum oppida in Trans Tagana provincia, verſus confinia Regni Legionis, aliis vero eſt *el Monte de la Strella* in ora Oceani, ſed Reſendio indigenæ magis fidendum, quanquam Joannes Mariana Herminios montes locat inter Durium & Minium fluvios.

HERMIONE, urbs Africæ, teſte Procopio.

HERMIONE, oppidum Peloponneſi in Argia tractu Straboni, & Polybio, inter Naupliam ad occaſum & Scyllæum promontorium ad ortum, in ora ſinus Argolici, qui etiam aliquando ab eo ſinus Hermionicus dictus fuit, vulgo *le Golfe de Napoli de Romanie*, oppidum autem nunc dirutum jacet, & ejus ruinæ *Maria* dicuntur, teſte Moletio, ejus meminit Virgilius in Cirin.

HERMIONES, populi fuere Germaniæ Plinio, & Tacito, valde potentes, & ex tribus præcipuis populis illius regionis; habebantque ſub ſe Cheruſcos, Chattos, Hermunduros, Alemannos, Armalauſios, Marcomannos, Quados, Gothinos, Oſios, & Lugios, ſicque erant in parte meridionali Germaniæ antiquæ, & uſque ad Danubium fluvium extenſi, in ea circiter parte, ubi hodie Bohemia propria, Sileſia, Moravia, pars ſeptentrionalis Auſtriæ & Bavariæ, Norgovia, Haſſia, Turiogia, & major pars Franconiæ, ut exiſtimat Cluverius 3. Germaniæ antiquæ.

HERMON, mons Palæſtinæ in Galilæa, qui & minor dicitur ad differentiam alterius, ad torrentem Ciſon, haud procul à monte Gelboe, ut annotavit Andreas Maſius, ad cujus radicea Naim urbs exciſa hodie ſita viſitur.

HERMON, mons Palæſtinæ in Trachonitide, & pars Libani, cujus fit mentio in Deuteronomio, & à Libano ad montes Galaad extenſus, qui & Sarion, & Seon, & Sanit dictus, erat in dimidia Tribu Manaſſe, ipſam à Syria & Arabia deſerta ſeparans, dictus fuit etiam Baal Hermon à Fano Baal, teſte Adrichomio.

HERMONASSA, Aſiæ minoris oppidum in Cappadocia, & in Ponto Polemoniaco Straboni, & Ptolemæo, cum portu in ora Ponti Euxini, inter Polemonium ad occaſum & Cetaſuntem ad ortum, *Lavona* nunc, ut quibuſdam placet.

HERMONASSA, urbecula Mœſiæ inferioris Plinio, & Pomponio Melæ, quæ Hermonactus Ptolemæo, in ora Ponti Euxini, 30. mill. paſſ. ab oſtio Boreali Iſtri, verſus oſtia Tyræ fluvii, nunc teſte Nigro, *Moncaſtro*, oppidum Beſſarabiæ cum ſinu parvo, quod *Bialogrod* dicitur à Moldavis, & *Belgrad* Turcis quibus ſubeſt.

HERMONASSA, ſive Hermoneſſa, urbs parva Sarmatiæ Aſiaticæ Ptolemæo, in Boſphorano tractu, prope Corocondamam, in ora Ponti Euxini, & prope fauces Boſphori Cimmerii, nunc vicus *Gudeſcia* dictus quibuſdam, & *Matriga* Nigro.

HERMOPOLIS, urbs Ægypti Straboni, & Plinio, ad Nilum fluvium, nunc *Beneſuaif*, teſte Joanne Leone, inter Cynopolim & Antinoum, urbs probe habitata, ubi lini optimi copia, à Cayro, ut vocant, 120. mill. paſſ. in Meridiem diſtans; Hermetis urbs & Hermupolis Ptolemæo dicta.

HERMUNDURI, populi Germaniæ Plinio, qui Tacito Hermanduri dicti, Hermionum pars, habitabant circiter in eo tractu, ubi nunc Voigtia, ſive Advocatorum tractus, *Voigtlandt*, pars auſtralis Thuringiæ, & pars ſuperior Franconiæ, ut exiſtimant Cluverius, & Bertius.

HERMUS, fluvius Aſiæ minoris Straboni, nunc *le Sarabat* dictus, Caſtaldo teſte, fontes habet in Phrygia magna, verſus Docimæam, deinde in occaſum tendens, auctus Crya, Hyllo, & Pactolo fluvus, per Lydiam & Æolidem fluit, ac in Ægeum mare Smyrnæumque ſinum labitur, auro clarus, inter Phocæam, & Smyrnam, de quo Virgilius libro 2. Georgicorum.

HERNOALIA, *Herndall*, tractus Norvegiæ Regni, cis Sevum montem, juxta Jemptiam provinciam, Suecis conceſſus à Daniæ Rege anno 1645. pace ad Bromſebroam confecta: & ex ea pendent adjacentes ditiones, ſcilicet Nomedalia, Hellegelandia, Froſtena, Iudera, Heroa, & aliæ, antea ſub Præfectura Nidroſiana, nunc Suecici juris, ſicque hodie ſub Suecia cenſetur.

HERNICI, populi Italiæ in Latio, verſus montes Straboni, & Livio, quorum tractus Hernicus ager Plinio, Hernica terra Ovidio, Hernica Saxa à Virgilio, ſic dicti fuere à ſaxis quæ incolebant, teſte Feſto, Herna enim à Marſis & Sabinis ſaxa appellabantur, à Septentrione Marſis & Æquis conjungebantur, ab Oriente vero, Meridie, & Occidente Volſcis ambiebantur, & hos à Pelaſgis, quorum colonia fuerunt, ortos ſcribit Macrobius libro 5. Saturnalium, eorum urbes erant Alatrium, Anagnia, Ferentinum, & Verulæ, teſte Cluverio; erantque ubi nunc pars Campaniæ Romanæ, verſus fontes Liris & Anienis fluviorum, ſub dominio Summi Pontificis, & in confinio Regni Neapolitani.

HERODIUM, caſtellum Judææ, inter Hieroſolymam & Hiericuntem, prope Thecuam oppidum, *Tacuach*, nunc, teſte Poſtello, ab Hieroſolymis 60. ſtadiis, teſte Joſepho.

HEROFELDA, *Hirſchfeld*, oppidulum Germaniæ, in Haſſia provincia, ad Fuldam fluvium, antea Abbatia celebre, Imperiale fuit & liberum, poſtea ab Imperio exemptum, & ſub dominio proprii Abbatis cum tractu adjacente, nunc in ditione Lantgravii Haſſo Caſſellani, pace Weſtphalica, cum titulo Principatus, 5. milliaribus Germanicis diſtat à Folda urbe in Septentrionem, & 7. a Caſſela in Meridiem.

HEROPOLIS, urbs Ægypti Ptolemæo, quæ

Heroum urbs Plinio, nunc *Herou*, ſive *Heroua*, oppidum Ægypti prope intimum receſſum ſinus Arabici, 90. mille paſſibus à Peluſio, & ab ora maris Mediterranei in Meridiem, verſus Arſinoem urbem, & *Suez* interpretantur quidam.

Heroopolites Sinus, pars ſeptentrionalior ſinus Arabici, verſus Boream maxime extenſa, teſte Arriano, nunc *le Golfe de Suez*, inter Arabiam Petræam & Ægyptum, teſte Mercatore.

Herta Turris, Pannoniæ inferioris locus Jornandi, nunc *Erdewdy*, locus cum cœnobio in Hungaria, in inſula Danubii fluvii, prope rudera Teutoburgi urbis exciſæ, teſte Lazio, inter Barbiam & Bononiam, 5. milliaribus Hungaricis diſtans, ad confluentes Dravi fluvii, & 3. a Murſa in ortum.

Hertfordiensis Comitatus, *the Hartfordshire*, provincia Angliæ. Vide Hartfordienſis.

Heroli, populi quos Jornandes ex Scandinavia egreſſos, prope Mæotidem paludem habitaſſe ſcribit, poſteaque Longobardos appellatos, teſte Aimoino, in Pannonia, ac Norico, & demum in Italia conſediſſe.

Hervodia, *Hervoden* incolis, *Herford* Gallis, urbs parva Germaniæ, in Weſtphaliæ circulo, & in Comitatu Ravenſbergico, Imperialis & Hanzeatica, ſicque ſui juris antea, ſed occupata fuit anno 1647. ab Electore Brandeburgico, tanquam poſſeſſore Comitatus Ravenſbergici, cujus membrum eſſe dicitur, capta fuit a Gallis anno 1673. ſed paulo poſt reddita, eidem Electori etiam ſubeſt, & 10. milliaribus Germanicis diſtat à Monaſterio in ortum Mindam verſus 5. & in ea ineſt Abbatia Monialium, cujus Abbatiſſa eſt Princeps Imperii.

Herus, Herio & Herius, inſula parva Galliæ, in ejus ora littorali in Oceano Aquitanico, ubi Herenſe Monaſterium, nunc Nigrum Monaſterium dicta, & Herius. Vide ibi.

Herzegovina, ſive Ducatus S. Sabæ, *Caratze-dag-ili* Turcis, id eſt regio ſaltus nigri, *Herzegovina* incolis, *l'Herzegovine* Gallis, ſive *le Duché de Saint Saba*, pars ſuperior Regni Boſniæ, antea Chulmia dicta, verſus Dalmatiam extenſa ad occaſum & Meridiem, ſub dominio Turcarum, & ejus præcipuum oppidum eſt Fanum S. Sabæ, & dicitur etiam Ducatus montis Nigri, teſte Leunclavio, & Duces antea habuit proprios ex gente Coſſacia Veneta.

Hessa, vel Hæſa, urbs fuit Siciliæ, de qua Silius libro 14.

Hesdinum, *Hedin*, urbs munita Galliæ in Arteſia. Vide Hedena.

Hesperia, Hiſpania & Italia à Poëtis appellantur, ab Heſpero Rege Atlantis fratre, vel ab Heſpero ſtella Veneris: Græci enim ſic Italiam vocant, quod illis ſit ad occaſum, Itali verò eadem de cauſa Hiſpaniam Heſperiam appellant. Virgilius Italiam magnam Heſperiam vocat. Horatius Heſperiam ultimam dicit Hiſpaniam. Hinc Heſperius nomen gentis. Ovidio libro 4. Faſtorum. Heſperiæ meminit Virgilius libro 4. Æneidos.

Hespersa, urbs Cyrenaicæ regionis, quæ & Berenice, teſte Mela.

Hesperides, inſulæ Africæ in Oceano Atlantico Melæ, & Plinio, quæ & Gorgones, atque Gorgades aliis, nunc creduntur inſulæ Capitis Viridis, *las Iſlas de Capo Verde* Luſitanis, *les Iſles du Cap Verd* Gallis, & *de Soute Eylanden*, ſeu *de Kapoverſche* Belgis, ſic dicuntur quod ſint verſus promontorium Arſinarium ſive Capitis Viridis, à quo diſtant 150. leucis in occaſum, à Luſitanis detectæ & coli cœptæ, nunc etiam ſubſunt dominio Regis Portugalliæ, decem ſunt numero, in quibus maxima ſalis copia. Earum præcipua eſt S. Jacobi inſula, *Santiago*, in qua urbs Ripa magna, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Olyſſiponenſi, & aliquot caſtra. Aliæ ſunt inſula Sanctæ Luciæ, *Santa Luzia*, probè culta & ampla, ad Septentrionem S. Jacobi, S. Nicolai inſula, *San Nicolao*, ampla etiam & culta, prope Sanctam Luciam, inſula S. Vincentii, *San Vicente*, circuitus 90. mill. paſſ. uti inſula S. Antonii, *à ilha de Sant Antonio*, quæ ſatis culta. Minores verò ſunt inſulæ Salis, *do Sal*, Boni viſus, *de Boa viſta*, Maii, *do Mayo*, Ignium, *do Fuego*, & Bravæ, *Brava*. Sunt tamen qui credant Gorgades fuiſſe inſulas Capitis Viridis, Heſperides autem fuiſſe quæ nunc Cuba, Hiſpana, & aliæ inſulæ in America Septentrionali & in mari Boreali, verſus ſinum Mexicanum, cùm dixerint antiqui Heſperides diſtare itinere 40. dierum ab ora Africæ. Sed de his nihil certi dici poteſt.

Hesperii Æthiopes, populi Africæ Melæ, & Ptolemæo, in Æthiopia inferiori, & in ejus parte occidua, inter Oceanum Æthiopicum ad occaſum, & Æthiopiam ſub Ægypto ad ortum, ubi nunc Regna Congi, Loangi, Anzicanorum, Angolæ, & Biafaræ in illis partibus, teſtibus Barroſio & Sanſone.

Hesperii, populi Libyæ circa Atlantis montis promontorium, quos deſcribit Max. Tyrius, horum quoque meminit Strabo, apud quos Lethæum fluvium deſcribit & Heſperitas Libycos vocat.

Hesperidum Horti, in Africa, quos Solinus ad Lixum urbem Mauritaniæ Tingitanæ deſcribit. Plinius vero ad Syrtim magnam, & Tritonem fluvium, ſicuti & Claudianus; Ptolemæus autem, etiam cum Plinio alibi, in Cyrenaica regione, ad Berenicem urbem. De quibus mira Poëtæ fabulantur, & eorum meminit Virgilius libro 4. Æneidos.

Hesperium Cornu, promontorium Africæ in ora Oceani Atlantici Ptolemæo. Heſperium promontorium Melæ, & Plinio, nunc Ortelio teſte, eſt Caput Viride, *el Cabo Verde*, promontorium Nigritiæ magis ad occaſum extenſum, ſed Briet io & Sanſoni, eſt *el Cabo de Serra Liona*, promontorium montis Leænæ in parte occidentali Guineæ regionis, ubi quædam coloniæ Europæorum, & 70. leucis Hiſpanicis circiter ab oſtio meridionali Nigri fluvii diſſitum.

Hesperium Mare, pars eſt ampla Oceani Æthiopici, inter Æthiopicum prope dictum & Atlanticum, verſus Heſperios Æthiopes, & nunc *la mer de Guinée* dicitur à Gallis, & *el Mar do Guinea* Luſitanis.

Hesperius Oceanus. Vide Heſperium mare.

Hesperius Sinus, *le Golfe de Saint Thomas*, pars eſt Oceani Æthiopici, & ejus intimus receſſus, inter oram Regni Benini, & Regni Biafaræ, inſulamque S Thomæ, inter Guineam ſuperiorem & inferiorem.

Hesron, oppidum Palæſtinæ in Judæa, cujus fit mentio in libro Joſue, nunc vicus *Antiopa*, teſte Brochardo, dictum fuit etiam Aſor, ut quidam credunt.

Hesseni, populi Palæſtinæ, apud quos mira eſt columbarum copia, teſte Tibullo.

Hetlandicæ Insulæ, ſeu Schetlandicæ, *Hitland*, ſeu *Schetland*, in Oceano Ducaledonio. Vide Schetlandicæ.

Hetriculum, oppidum Brutiorum in Italia Livio, hodie *Lataraco*, caſtrum Regni Neapolitani in Calabria Citeriori, teſte Barrio, in Diœceſi

S. Marci, 6. mille paſſibus à Marcopoli, quot à Totano Lampetiam verſus totidem.

HETRURIA, ſeu Etruria, regio eſt Italiæ ſatis ampla Plinio, & Livio, inter mare Tyrrhenum ad occaſum & Meridiem, montem Apenninum ad Septentrionem, & Tiberim fluvium ad ortum comprehenſa. Ejus pars major, quæ ad occaſum extenditur, Tuſcia, incolis nunc *la Toſcana* dicitur, Gallis *la Toſcane*: cujus partes ſunt quatuor, nempe ditio Florentina, *il Fiorentino*, ditio Piſana, *il Piſano*, ditio Senenſis, *il Seneſe*, quæ parent Magno Duci Hetruriæ, & ditio Lucenſis, *il Lucheſe*, quæ Rempublicam ſeparatam facit. Minor Hetruriæ portio, & quæ magis extenditur ad ortum, ſubeſt Summo Pontifici, & in ea ſunt provincia Patrimonii Sancti Petri, *la provincia del Patrimonio*, ſub qua cenſentur etiam Ducatus Caſtrenſis, *lo Stato di Caſtro*, & territorium Urbevetanum, *l'Orvietano*; & territorium Peruſinum, *il Perugino*, quod nunc pars eſt Umbriæ, & notandum quod ſub majori parte Tuſcia dicta, comprehenduntur Principatus Plumbini cum Ilua inſula, & Status præſidii ad Orbetellum & montem Argentarium, quæ omnia ſunt partes agri Senenſis, & ſubſunt dominio Hiſpanorum.

HETRURIÆ MAGNUS DUCATUS, *il Gran Ducato di Toſcana*, ſive *la Toſcana* incolis, major Hetruriæ pars in Italia, ſub dominio Magni Ducis, è gente Medicæa, cui hunc titulum conceſſit B. Pius V. cum antea vocaretur Dux Florentiæ & Senarum, ei ſubſunt ditiones ſive agri Florentinus, Piſanus, & Senenſis, Argous portus in Ilua inſula, Burgus S. Sepulchri in Umbria, Comitatus Pitiliani Apua, & inſulæ Planaſia, Gorgon, Igilium, Giaoutum, & mons Chriſti in mari Tyrrheno.

HETRURIÆ URBES NUNC EXSTANTES.

Acula, *Aquapendente*, in ditione Eccleſiæ.
Aretium, *Arezzo*, in ditione magni Ducis.
Balneoregium, *Bagnarea*, in ditione Eccleſiæ.
Centumcellæ, *Civitavecchia*, iu ditione Eccleſiæ.
Cloſium, *Chinſi*, in ditione magni Ducis.
Cornuetum, *Corneto*, in ditione Eccleſiæ.
Cortona, *Cortona*, in ditione magni Ducis.
Feſcennia, *Citta Caſtellana*, in ditione Eccleſiæ.
Florentia, *Fiorenza & Firenze*, magni Ducis ſedes.
Groſſetum, *Groſſeto*, in ditione magni Ducis.
Liburnus portus, *Livorno*, in ditione magni Ducis.
Luca, *Luca*, ſui juris Reſpublica.
Miniatopolis, *San Miniato*, in ditione magni Ducis.
Mons Alcinus, *Montalcino*, in ditione magni Ducis.
Mons Phyſcon, *Monte Fiaſcone*, in ditione Eccleſiæ.
Mons Politianus, *Monte Pulciano*, in ditione magni Ducis.
Oropitum, *Orvieto*, in ditione Eccleſiæ.
Peruſia, *Perugia*, in ditione Eccleſiæ.
Piſæ, *Piſa*, in ditione magni Ducis.
Piſtoria, *Piſtoia*, in ditione magni Ducis.
Sereſana, *Sarzana*, in ditione Genuenſi.
Sena, *Siena*, io ditione magni Ducis.
Sutrium, *Sutri*, in ditione Eccleſiæ.
Tuſcania, *Toſcanella*, in ditione Eccleſiæ.
Viterbium, *Viterbo*, in ditione Eccleſiæ.
Volaterræ, *Volterra*, in ditione magni Ducis.

HETRUSCI, populi Hetruriæ Plinio, & Straboni, qui & Tuſci, ſive Tuſci, & Etruſci.

HEUDANA, ſeu Heuſdenum, *Heuſden*, oppidum permunitum Belgii uniti, in Hollandiæ Comitatu, prope Moſam fluvium, & in ipſo limite Brabantiæ, medium fere inter Vorcomium & Sylvam Ducis.

HEVALDI, populi Germaniæ, inter Albim & Oderam extenſi, teſte Helmoldo, qui & Hevelli dicti à Dithmaro, verſus fluvios Habolam & Doxam, & eorum præcipua urbs erat Binneburgum, ut colligitur ex annalibus Merenſibus.

HEVESENSIS COMITATUS, *le Comté de Hewecz*, provincia ſeu tractus Regni Hungariæ, ſub dominio Turcarum, inter Zabolcienſem Comitatum ad Septentrionem, Peſtenſem ad occaſum, & Zolnocenſem ad Meridiem, inter Tibiſcum & Zagywam fluvios, & ejus locus præcipuus eſt Heveſium, *Hewecz* oppidulum.

HEXI, urbs Hiſpaniæ Bæticæ Melæ, Sexi Ptolemæo, Sexitania Athenæo, *Velez Malaga* nunc, teſte Henrico Coquo cum aliis, ad oram litoralem, Regni Granatæ, inter Selambinam, & portum magnum oppida, à Malaca urbe 5. leucis. Illiberim ſive Granatum verſus. Floriano autem eſt *Motril*, oppidum prope Selambinam, inde leuca 1. Malacam verſus recedens.

HEXAMILIUM, *Hexamili* à Græcis, *Xamili* à Turcis, dicitur Iſthmus Corinthiacus, ſive anguſtus aditus, quo terra patet acceſſus in Peloponneſum, inter duo ſinus Corinthiacum & Saronicum, ſicque vocatur quod 6. mill. habeat tantum, ubi magis reſtringitur, & alias probe munitum fuerat à Venetis contra Turcas, qui munitiones everterunt, & provinciam ſui juris fecerunt.

HEXAMILIUM, urbs Thraciæ Ptolemæo, quæ aliter Lyſimachia dicta, excitata à Lyſimacho, cum Cardia in vicinis everſa concidiſſet, nunc etiam *Hexamili* dicta, teſte Sophiano, & Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Heraclienſi, ſita eſt ad Iſthmum Thraciciæ Cherſoneſi, in ora maris Ægei, 8. mill. paſſibus à Callipoli urbe diſtans in Septentrionem.

HEXAPYLUM, locus Siciliæ eminens ad Syracuſas, Plutarcho, quæ hodie *Mongibelliſio*, nominatur, teſte Fazello.

HEYLON, urbs Epiſcopalis Syriæ, ſub ſede Boſtrenſi, teſte Guillelmo Tyrenſi Archiepiſcopo Gallo.

HEZIONGABER, portus maris Rubri, in ſinu Elanitico, ex Sacris literis, quo Reges Hebræi utebantur ad navigationes, teſte Divo Hieronymo, qui & Eſſia dictus.

HIBERNI, populi Europæ, qui Hiberniam inſulam inhabitant Ptolemæo, & aliis, nunc vulgo *Erenagh* ſibi dicti, *Iriſh* Anglis, *Irren* Germanis, *gl'Irlandeſi* Italis, & *les Irois*, ſeu etiam *les Irlandois* Gallis, malè autem *les Hibernois* vocantur à quibuſdam indoctis, & olim diviſi fuere in plures populos quorum præcipui fuere Auteri, Brigantes, Cauci, Darni, Eblani, Erdini, Gangani, Menapii, Nagnatæ, Robogdii, & Venicnii, quorum meminit Ptolemæus, & de his fuſius Guillelmus Camdenus & Waræus.

HIBERNIA, inſula perampla Europæ, Cæſari, quæ Juverna Melæ, Iverna Ptolemæo, Ierna Straboni, & Stephano, & Iris Diodoro, una eſt ex inſulis Britannicis, in Oceano Occidentali ſive Britannico, unde etiam dicta fuit à Ptolemæo Britannia minor, vulgo nunc *Erin* incolis, *Tverdon* Britannis & Walliæ populis, teſte Camdeno, *Ireland* Anglis, *l'Irlande* Gallis, *Irlandt* Germanis, *Yerlandt* Belgis, & *l'Irlanda* Italis & Hiſpanis. Iſidorus atque Beda Scotiam eam appellarunt a Scotis illius incolis, unde & Scotiæ nomen cum Scotis ipſis in Britanniam penetraſſe volunt. Protenditur Hibernia à Septentrio-

ne in Meridiem prope Angliam, & ad ejus occaſum, ſed multo minor ipſa, vix 30. milliaribus Anglicis ab ea ſeparata, ſeu a Vallia ad ortum mari Verginio, à quo etiam alluitur a Meridie, uti ab Occidente mari Occiduo, & à Septentrione mari Deucaledonio, vix 13. milliaribus Anglicis diſtans à Scotia Auſtrali, extenditurque a Septentrione in Meridiem per 200. millia paſſuum, ſed ab ortu in occaſum non excedit 110. millia paſſuum, ubi magis lata, ejus incolæ Hiberni dicti, & peſſime habiti ſunt hiſce ultimis temporibus ab Anglis, qui totam inſulam ferro flammaque vaſtarunt, tempore Olivarii Cromwelli, & majorem incolarum partem in Virginiam Americæ Septentrionalis regionem tranſportarunt. Subeſt Hibernia ab aliquot ſæculis Regibus Angliæ, qui dicti fuerunt Hiberniæ domini, jam inde ab Henrico ſecundo, uſque ad Henricum VIII. qui primus Rex Hiberniæ dictus eſt: dividitur inſula in quatuor partes ſive provincias, *Cugie* dictas indigenis, nempe in Lageniam ad ortum, *Cugie Lein* incolis, *Leinſter* Anglis, in qua Dublinum urbs primaria; Momoniam ad Meridiem, *Cugie Moun* incolis, *Mounſter* Anglis; Ultoniam ad Septentrionem *Cugie Ully* incolis, *Ulſter* Anglis; & Connaciam ad occaſum *Cugie Canaght* incolis, *Connaught* Anglis, ſub quibus ſunt triginta duo Comitatus ſeu regiunculæ. In Momonia provincia, ſunt ſex Comitatus, Limericenſis, Kerrienſis, Corcagienſis, Waterfordienſis, Clarienſis, & Typeratienſis ſeu Sanctæ Crucis. In Lagenia provincia, ſunt Comitatus duodecim, Midia orientalis, Midia occidentalis, Kilkennienſis, Catherloghenſis, Comitatus Regis, Comitatus Reginæ, Kildarienſis, Vexfordienſis, Dublinienſis, Louthenſis, Lonfordienſis, & Wickloenſis. In Connacia provincia, ſunt Comitatus quinque, Gallivenſis, Mayenſis, Slegi, Letrimenſis, & Roſcomenſis, & in Ultonia provincia ſunt novem Comitatus, Dungaliæ ſivo Tyrconellenſis, Tyronenſis, Londino Derienſis, Fermanaghenſis, Cavanenſis, Monaghanus, Antrimenſis, Dunenſis, & Armachanus. Totius vero inſulæ præcipua urbs eſt Dublinum *Dublin*, in ejus ora orientali, & in ea ſunt quatuor Archiepiſcopatus, & 35. Epiſcopatus, cum olim eſſent 50. & dividitur etiam aliquando Hibernia ab Anglis in duas partes, nempe in provinciam Anglicam, *the English pale* vulgo ipſis, id eſt Anglica clauſura, ſub qua ſunt Comitatus Luthenſis, Dublinenſis, Kildarienſis, & Mediæ in Lagenia, & in provinciam Hibernicam *the Irish-rie* vulgo, ſub qua reliqua inſula cenſetur, de ejus vero urbibus & partibus ſingulis. Vide infra.

HIBERNIÆ COMITATUS SIVE PARTES MINORES.

Antrimenſis, *Cunntaé Anntruim* incolis, *County of Antrim* Anglis, in Ultonia.

Armachanus, *Cunntaé Ardmacha* incolis, *County of Ardmagh* Anglis, in Ultonia.

Caterloghenſis, *Cunntaé Cheatharloigh* incolis, *County of Catherlagh*, ſeu *of Carlow* Anglis, in Lagenia.

Cavananſis, *Cunntaé an Chavain* incolis, *County of Cavan* Anglis, in Ultonia.

Clarenſis, *Cunntaé an Chlair* incolis, *County of Clare* Anglis, in Momonia.

Corcagienſis, *Cunntaé Chorcoige* incolis, *County of Cork* Anglis, in Momonia.

Derienſis, *Cunntaé Duirrè*, vel *Cunntaè Duirre à Choluimchille* incolis, *County of Derry*, ſeu *of Londonderry* Anglis, in Ultonia.

Dublinenſis, *Cunntaé Balaithcliach* indigenis, *County of Dublin* Anglis, in Lagenia.

Duoenſis, *Cunntaé an Duin* indigenis, *County of Downe* Anglis, in Ultonia.

Dungalenſis, *Cunntaé Dhuinnangall*, vel *Cunntaé Thireaconnil* indigenis, *County of Dungall*, vel *Tyrconnell* Anglis, in Ultonia.

Fermanaghenſis, *Cunntaé Fearmanagh* indigenis, *County of Fermanagh* Anglis, in Ultonia.

Gallivenſis, *Canntaé na Gaillibhe* indigenis, *County of Gallway* Anglis, in Connacia.

Kerrienſis, *Cunntaé Chiaroighe* indigenis, *Kerry County* Anglis, in Momonia.

Kildarienſis, *Cunntaé Chilleadara* indigenis, *County of Kildare* Anglis, in Lagenia.

Kilkennienſis, *Cunntaé Chillcacoinne* indigenis, *County of Kilkenny* Anglis, in Lagenia.

Letrimenſis, *Cunntaé Liatruim* indigenis, *County of Lethrim* Anglis, in Connacia.

Limericenſis, *Cunntaé Luiminiogh* indigenis, *County of Limerick* Anglis, in Momonia.

Longoſordienſis, *Cunntaé an Lungphuirt* indigenis, *County of Longford* Anglis, in Lagenia.

Luthenſis, *Cunntaé Lughaigh* indigenis, *County of Louth* Anglis, in Lagenia.

Majonenſis, *Cunntaé Mhaigheodh* indigenis, *County of Mayo* Anglis, in Connacia.

Midiæ Comitatus, ſive & Midiæ Orientalis, ſed raro, *Cunntaé na Midh* indigenis, *County of Meath*, ſeu & *East Meath* Anglis, in Lagenia.

Midiæ Occidentalis Comitatus, *Cunntaè Jair Midh* indigenis, *County of West Meath* Anglis, in Lagenia.

Monaghanus, *Cuntaé Manachain* indigenis, *County of Monaghan* Anglis, in Ultonie.

Reginæ Comitatus, *Cunntaè Loighſaigh* indigenis, *Queens County* Anglis, in Lagenia.

Regis Comitatus, *Cunntaé an Riogh* indigenis, *Kings County* Anglis, in Lagenia.

Roſcomenſis, *Cunntaè Reoſſacomam* indigenis, *County of Roſcomon* Anglis, in Connacia.

Slegenſis, *Cunntaé Shligiogh* indigenis, *County of Sligo* Anglis, in Connacia.

Typeratienſis, *Cunntaé Thobruidearun* indigenis, *County of Tiperary* Anglis, in Momonia.

Tyronenſis, *Cunntaé Thioroghain* indigenis, *County of Tyrone* Anglis, in Ultonia.

Vaterfordienſis, *Cunntaé Phurtlairge* indigenis, *County of Waterford* Anglis, in Momonia.

Vexfordienſis, *Counté Loghagarmuim* indigenis, *County of Wexford* Anglis, in Lagenia.

Vickloenſis, *Cunntaé Chilleamanntain* indigenis, *County of Wicklow* Anglis, in Lagenia.

HIBERNIÆ URBES PRÆCIPUÆ.

Armacha, *Ardmacha* indigenis, *Armagh* Anglis, in Ultonia.

Atlona, *Ballathluain* indigenis, *Atlone* Anglis, in Connacia.

Caſſilia, *Caiſſiull* indigenis, *Caſſell* Anglis, in Momonia.

Caterlogum, *Cheatharloigh* indigenis, *Carlow* Anglis, in Lagenia.

Corcagia, *Corcaigh* indigenis, *Cork* Anglis, in Momonia.

Deria, *Dnirre à Coluimbchille* indigenis, *Londonderry* Anglis, in Ultonia.

Dublinum, *Balaithcliach* indigenis, *Dublin* Anglis, in Connacia, & inſulæ præcipua.

Dundalcum, *Dundalaguin* indigenis, *Dundalk* An-

glis, in Lagenia.

Dunum, *Dunpatrruicg* indigenis., *Down* Anglis, in Ultonia.

Galliva, *Gallibhe* indigenis, *Gallway* Anglis, in Connacia.

Kilchennium, *Ciollchoinné* indigenis, *Kilkenny* Anglis, in Lagenia.

Kilmora, *an Chiſtinbor* indigenis, *Kilmore* Anglis, in Ultonia.

Limericum, *Luimineach* indigenis, *Limerik* Anglis, in Momonia.

Liſmora, *Lioſmor* indigenis, *Liſmore* Anglis, in Momonia.

Pontana, *Droichiadatha* indigenis, *Drogheada* Anglis, in Lagenia.

Rupes Ferquiſii, *Charig Farriſe* indigenis, *Knock-Fergus* Anglis, in Ultonia.

Vaterfordia, *Portlairge* indigenis, *Waterford* Anglis, in Momonia.

Vexfordia, *Logh garmuin* indigenis, *Wexford* Anglis, in Lagenia.

Vicloa, *Chilleamanntain* indigenis, *Wicklow* Anglis, in Lagenia.

Hibernia, *Ireland*, inſula parva admodum Americæ in mari Boreali, & Bermudæ adjacens ad Septentrionem, ab Anglis ſic dicta, cum eis pareat, & in ea ſunt aliquot manſiones tantum.

Hiaernicum Mare, olim Vergivium, *the Irish Sea* Anglis, *la Mer, ou la Manche d'Irlande*, ſive etiam *la Manche de l'Oueſt* Gallis, pars eſt Oceani inter Angliam & Hiberniam extenſa. Vide mare Hibernicum.

Hibernicus Oceanus, olim Vergivius, pars Oceani Hiberniam alluens præſertim, inter Angliam & Hiberniam, idem eſt mari Hiberoico. Vide ſupra.

Hielmerus, *Hielmer*, lacus Sueciæ Regni, inter Sudermanniam & Nericiam proviocias, ſeu inter Orebrum & Torſiliam urbes extenſus.

Hiemale Caput, *le Cap d'Hyver* Gallis, *Het Verwinter hoeck* Belgis, promontorium in parte ſeptentrionali Novæ Zemblæ, in mari Glaciali & verſus terras Arcticas.

Hienipa, Hiſpaniæ Bæticæ oppidum, nunc vulgo *Alcala de Guadaria*, oppidulum Vandalitiæ, a. leucis ab Hiſpali diſtans in ortum, ad amnem Guadairam, teſte Roderico Caro in antiquitatibus Hiſpalis, eſtque in colle, & probe cultum, cum caſtro veteri.

Hiera, inſula maris Cretici, ſive Myrtoi, quam Plinius, inter Aſtypalæam ad ortum, & Theraſiam ad occaſum emerſiſſe ſcribit, nunc etiam *Giera* dicta, ſed parva eſt, & deſerta.

Hiera, inſula Siciliæ adjacens, verſus ejus promontorium Occidentale, Ptolemæo, quæ Theraſia, & Maritima dicta fuit ab Antonino, vulgo *Marittamo*, circuitus eſt 15. mill. paſſuum cum caſtro ſatis culto, Thymno abundat, & 20. milliaribus diſtat à Drepano urbe in occaſum, & ad eam victi fuere Pœni à Romanis, duce Catullo.

Hiera, quæ Latine Sacra, inſula Siciliæ Plinio, & Melæ, Thermeſſa & Vulcania, una ex Æoliis, nunc *Volcano*, teſte Fazello, alias Græcis Hepheſtias, eſt in mari Tyrrheno, Liparæ vicina ab ea 4. mille paſſibus diſtans in Meridiem, ignes emittens, ſed parva & deſerta.

Hiera, quod & Sacrum, promontorium Aſiæ minoris in Lycia, in ora maris Mediterranei Straboni, inter Antiphellum & Attaliam urbes, contra Chelidonias inſulas tres parvas, à quibus denominationem haber, vulgo *il Capo delle Chelidonie* ex tabulis nauticis.

Hiera, fluvius Bithyniæ Plinio, illam à Galatia ſecernens: qui & Hierus, ejus meminit Virgilius libro 9. Æneidos.

Hiera Petra, urbs Cretæ inſulæ Ptolemæo, quæ Hierapytna Straboni, & Plinio, Hierapydna Dionyſio, id eſt Sacra Petra, vulgo *Gerapetra* Sophiano, ſive etiam *il Caſtel di Gerapetra*, caſtrum cum portu utcumque tuto in ora meridionali inſulæ Cretæ, & in Territorio Sitiæ, alias Epiſcopali dignitate inſignis, ſed poſtea ejus Epiſcopatus Sitiæ unitus fuit, ſedet prope montem *Malaura*, vix 10. milliaribus ab ora ſeptentrionali inſulæ, & 26. à Setia in occaſum, & ſubeſt dominio Turcarum ab aliquot annis.

Hieracium, *Gieraci*, urbs Regni Neapolitani in Calabria ulteriori, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Rhegino in colle, 3. milliaribus ab ora maris Ionii, & vix uno à ruderibus Locris, ex cujus ruinis excitata fuit, & alias dicta fuerat Fanum S. Cyriacæ in media ætate. Vide Locri.

Hieracum Insula, id eſt Accipitrum, Sardiniæ adjacens Ptolemæo, prope ejus oram meridionalem, vulgo *l'Iſola di San Pietro* dicitur ab incolis, teſtibus Leandro, & Franciſco a Vico, *l'Iſle de Saint Pierre* Gallis, Plumbeæ inſulæ proxima, contra Sulci urbem exciſam, portum habet ſatis capacem, & circuitus eſt 25. milliarium.

Hierapolis, orbs Cariæ in Aſia minori, teſte Stephano.

Hierapolis, urbs Cretæ inſulæ, teſte Stephano.

Hisrapolis, Parthiæ urbs, in qua obiiſſe Divum Matthæum ſcribit Dorotheus.

Hierapolis, urbs Phrygiæ magnæ Straboni, & Plinio, prope Mæandrum fluvium, in Aſia minori, primum Epiſcopalis; poſtea Archiepiſcopalis ſub Patriarcha Conſtantinopolitano, proxima Laodiceæ, uti & Tripoli, nunc a Turcis dicta *Bambouck-Kale*, quaſi Turris Goſſipii, teſte Ricautio, quanquam Tavernerius interpretetur *Aphiom-Caraſar*, ex conjectura, eſique hodie diruta cum plurimis antiquitatis veſtigiis, locus à Philidelphia urbe Lydiæ 35 mille paſſibus diſtat in Meridiem, in confinio Cariæ, ibi puteus amplus nebulas noxias exhalans, teſte Strabone, Populi Hierapolitæ dicti à Plinio, hujus meminit Venantius Fortunatus.

Hierapolis, urbs Syriæ in Cyrrheſtica provincia Straboni, & Ptolemæo, quæ Bambyce Plinio dicta, Epiſcopali dignitate inſignita, vocata fuit etiam Hieropolis propter celeberrimum Atargatæ Deæ Syriæ templum, quod Lucianus deſcribit, & de quo pluribus Seldenus, urbs ipſa poſtea Menba ſive Manba dicta fuit ab Orientalibus, & Menbigium Latinis, vulgo *Menbige*, ſed fere collapſa eſt; & in vici formam redacta, teſte Gollio in notis ad Alferganum, ab Aleppo bidui itinere diſtans, & ab Euphrate vix die uno diſſita. Scio pleroſque credidiſſe Hierapolim nunc eſſe Alepum, ſed Cedreni & Zonaræ, qui ſub Imperatoribus Græcis ſcripſere, teſtimonio dignoſcitur, Alepum olim dictam fuiſſe Berrhœam, ut pluribus etiam & doctiſſime probat Jacobus Gollius, in iiſdem notis ad Alferganum, & ut videre eſt in voce Berrhoea.

Hierasson, urbs Arabiæ, Epiſcopalis ſub Becerra, teſte Guillelmo Tyrenſi Archiepiſcopo Gallo.

Hierasus, fluvius Daciæ Ptolemæo, qui Gerazus Ammiano, Sorata Scythis, vulgo *Pruth* dictus, teſtibus Cromero, & Mercatore, oritur in Ruſſia rubra provincia Poloniæ, deinde in ortum fluens per

Valachiam

Valachiam, uti poſtea in Meridiem, infra Axiopolim in Iſtrum ſe exonerat.

HIERICHO, & Jericho, urbs Palæſtinæ in Sacris litteris, olim in Tribu Benjamin, poſtea in Judæa, Hiericus dicta Straboni, & Plinio, notiſſima fuit in veteri Teſtamento, quod Joſue eam ſepties circumiens cum arca Domini, muri ejus firmiſſimi corruerint, & diruta fuerit urbs, quæ a Jebuſæis condita fuerat, Chriſtianorum tempore Epiſcopali ſede cohoneſtata fuit, nunc in viculum redacta, & *Rihba* dicta, voce Arabica quaſi odor, teſte Michaele *Nau*, qui illas partes nuper luſtravit, Palmis abundat, unde aliquando civitas Palmarum appellata fuit, 150. ſtadiis diſtans ab Hieroſolymis in ortum, Jordanum fluvium verſus 60. teſte Adrichomio.

HIEROCÆSAREA, urbs fuit Lydiæ Ptolemæo, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Sardiano, ſed quid ſit hodie conſtat.

HIEROCÆSARSA, urbs Syriæ Euphratenſis in Comagene regione, apud quoſdam Cæſaræa tantum ſcribitur.

HIEROCEPIA, oppidum Cypri inſulæ Straboni, in ejus ora occidentali, inter Paphum & Acamanthum, contra Hierocepiam inſulam parvam, nunc vicus eſt *le Bourg de Hierochipe* dictus, teſte Stephano Luſignano, inſulam vocat Plinius, contra Paphum novam.

HIEROGERMA, urbs Phrygiæ minoris Ptolemæo, inter Scepſim & Ilium, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Cyziceno, quæ & Germa in libris Conciliorum nominatur, ab aliis tribuitur Myſiæ minori,

HIEROMIACE, fluvius Syriæ in Judæa Plinio, Gadaram urbem præterfluens, & in Geneſaram lacum excurrens.

HIERON, id eſt Sacrum, promontorium Hiberniæ, nunc *Grenore*, in Lagenia, non longè à portu Wexfordienſi, teſte Waræo, ſunt qui locum Salangam, & poſtea montem Domini dictum volunt.

HIERON OROS, promontorium Cretæ Ptolemæo, *Monte Sacro* nunc, teſte Pineto, in ora auſtrali, ad Hierapytnam, nomen hoc forte interpretari non locum eſt.

HIERON STOMA, hoc eſt, Sacrum oſtium, unum ex oſtiis Iſtri, in Moeſia inferiori Ptolemæo, ad Peucem inſulam, eſtque majus & meridionalius aliis.

HIERONESUS, inſula Siciliæ Plinio, & Polybio, eadem Hieræ, ut videtur.

HIEROS, ſinus Aſiæ, juxta Aradi urbem in ora Phœniciæ, teſte Stephano.

HIEROSOLYMA, & Jeruſalem, urbs Palæſtinæ notiſſima, & Judææ caput Plinio, Straboni, & aliis, cujus ſæpiſſime fit mentio in Sacris litteris, Jebus urbi nomen fuit a Jebuſæis, cum Iſraclitæ terram promiſſam ingrederentur; eamque in Tribuum deſcriptione ponit Joſue in Tribu Benjamin, oboleto Jebus nomine, poſtea Hieruſalem ab Iſraelitis dicta fuit, & a Græcis Jeroſolyma, quæ totius Judææ metropolis munitiſſima Straboni, olim Davidici Regni, omniumque Regum Juda ſedes fuit, ideo civitas David dicta, longè clariſſima urbium Orientis, non Judææ modo, dicta etiam civitas ſancta, in qua redemptionis noſtræ myſteria Dominus corporaliter exhibuit, a Tito Imperatore Romano everſa fuit, deinde ab Ælio Adriano Imperatore reſtaurata, Ælia etiam vocata à quibuſdam, nunc *Jeruſalem* Gallis, & Anglis, *Gieruſalem* Italis, & *Elkods* Turcis, id eſt urbs Sancta, teſte Michaële *Nau*, eſtque nunc Terræ Sanctæ præcipua, in monte & loco eminenti ſita, & in ea ſunt etiam Mons Syon à Meridie, & Mons Calvariæ, ubi Crucifixus eſt Dominus noſter, urbs fontes non habet excepto fonte Syloe per vallem Joſaphat fluente ſed in ea ſunt ciſternæ plurimæ, & olim fuit Archiepiſcopalis, poſtea procurante Juſtiniano Imperatore, Patriarchalis effecta, quinque Archiepiſcopis ſibi attributis, Tyrenſi, Cæſarienſi, Nazareno, Boſtrenſi, & Petrenſi. Eam Sacro Dei cultui reſtituit Conſtantinus Magnus, & præclaris multis operibus ornavit, inter quæ maxime eluxit Templum Sepulchri Domini noſtri Jeſu Chriſti, quod olim extra urbem erat, hujus Imperatoris exemplo Omar Saracenorum Imperator, urbe ſui juris facta, novum Templum in monte Moriah, ubi quondam extitiſſet Salomonis, extruxit ſuis, quod uti novum Templum extremum Arabes dixerunt, teſte Gollio, ſubeſt autem dominio Turcarum ab anno 1515 circiter, cum antea pareret Soldano Ægypti, ſed parvi eſt circuitus, & vix decem millia incolarum continet, à Turcis ad arcendos Arabes mœnibus cincta, deficit in dies, & à Poetis Solyma nominatur. Vi capta fuerat à Chriſtianis die Veneris 15. Julii anno 1099. ſub Urbano II. Pontifice Maximo, & Philippo I. Francorum Rege, ipſiſque poſtea patuit fere per ſæculum, ſub propriis Regibus, diſtat vero 25. milliaribus à Joppe, & à littore maris Syrii in ortum, mare Mortuum verſus 30. eſtque inter Damaſcum & Cayrum, de hac urbe plurimi ſcripſere, ſed ejus loca Sacra fuſe deſcripſit, & delineavit Bernardinus Amicus à Gallipoli Ordinis S. Franciſci: & notandum quod Religioſi hujus ordinis habent loca Sacra urbis Hieroſolymitanæ cum aliquot aliis in Terra Sancta, ex liberalitate Roberti Regis Neapolitani ex familia Andegavenſi ab anno 1325. & etiamnum ſervant ſub Clientela Regum Francorum, ut dignoſcitur ex Pontificiis diplomatibus.

HIEROSOLYMITANI MONTES, ſic dicuntur à Scriptoribus mediæ ætatis, montes Terræ Sanctæ in Judæa, verſus Hieroſolymam ejus urbem præcipuam.

HIEROSOLYMITANUM REGNUM, *le Royaume de Jeruſalem* Gallis, Regnum Aſiæ in Syria propria, ubi alias Judæa, & poſtea Terra Sancta; primum regio titulo inſignitum fuit, ſub Godefrido Bullionæo anno 1099. quo à Chriſtianis recuperatum fuit, ejectis inde Saracenis, qui illud iterum ſui juris fecerunt, anno 1188. ſicque devenit ad Soldanos Ægypti, & deinde lapſu temporis ad Turcas, quibus etiam ſubeſt, diviſum autem erat hoc Regnum in quatuor partes, ex quibus prima & præcipua erat Regnum Hieroſolymitanum proprie dictum, verſus Meridiem, initium habens à rivo qui eſt inter Byblum & Berithum urbes maritimas Phœnicis, & finem in ſolitudine quæ eſt ultra Darum, quæ reſpicit Ægyptum; Secunda Comitatus Tripolitanus; Tertia Principatus Antiochenus; & Quarta Comitatus Edeſſanus verſus Euphratem fluvium, teſte Guilelmo Tyrenſi Archiepiſcopo, & tres hi Principatus ſive partes à Rege Hieroſolymitano pendebant fiduciario jure, ſed & in Regno proprio Hieroſolymitano erant etiam ſub ipſo Rege, Princeps Galilææ qui & dominus Tyberiadis, Comes Joppenſis, & Aſcalonæ, & dominus Berythi, dominus Sidonis, dominus Cayphæ, dominus Cæſareæ, dominus Montis Regalis, & totius terræ trans Jordanem, dominus Arſur, & dominus Ibelyn, teſtibus Willelmo Tyrenſi Archiepiſcopo & Marino Sanuto.

HIERSUM, *Hiers*, oppidulum Galliæ in Provincia, & in ora littorali, contra Stoecades inſulas quibus nomen recens ab eo inditum fuit, & 2. leucis diſtat à Telone in ortum, & olim Olbia dictum fuit.

HIERUS, ſeu Sacer, fluvius parvus Corſicæ in-

ſulæ Ptolemæo, nunc *l'Orbo* dictus, teſte Ortelio, oritur prope locum etiamnum dictum *Sacra*, & in mare Tyrrhenum ſe exonerat in ora orientali inſulæ, 12. milliaribus ab Aleria urbe exciſa in Meridiem.

HIERUSALEM, urbs Judææ præcipua. Vide Hieroſolyma.

HIGLANDIA, *Highland*, pars eſt occidentalis Regni Scotiæ, quæ ſic dicitur ab incolis illarum partium quaſi regio montuoſa. Vide Scotia.

HIGNATIA VIA, Straboni, quæ & Egnatia, Via militaris Ciceroni, a mari Ionio ad Helleſpontum uſque per Macedoniam perducens, longa 530. mill. paſſ. teſte Strabone, tantum eſt intervallum inter Dyrrachium ad occaſum & Callipolim urbem Thraciæ in ora Helleſponti ad ortum.

HII, inſula Scotiæ adjacens ad occaſum Bedæ, quæ *Iona* hodie, teſte Camdeno, nominatur. Populi Hienſes.

HILARA, ſive Ilarus, *l'Iler*, fluvius Germaniæ in Suevia, oritur in confinio Tirolis, deinde in Septentrionem fluens Campodunum rigat, & juxta Ulmam in Danubium labitur.

HILARENSE OPPIDUM, fuit in Africa propria, verſus Carthaginem, teſte Divo Auguſtino epiſt. 262.

HILDESHEIMENSIS EPISCOPATUS, ſeu Hildeſienſis, *das Biſthumb von Hildesheim* incolis, *l'Eveſché d'Hildesheim* Gallis, tractus Saxoniæ inferioris, ſub dominio proprii Epiſcopi, qui ſolus Catholicus in tota Saxonia. Fundatus fuit Epiſcopatus a Ludovico Pio Imperatore; habebatque antea juriſdictionem majorem, cum ejus partes erant Comitatus *Winzenburg*, *Peine*, *Daſſel*, *Woldenberg*, *Paſenburg*, & *Sladen*, cum aliis territoriis; ſed cum Joannes ex Saxonica Lavenburgica familia Epiſcopus Hildeſienſis, cum Ducibus Brunſvicenſibus bellum gereret, omnibus bonis exutus fuit, & melior pars Epiſcopatus in Brunſvicenſes Duces tranſiit, quibus & poſſeſſionem illam firmavit Carolus V. ſieque nunc ejus territorium eſt imminutum, pro majori parte Ducatu Brunſvicenſi cinctum; ſed ad ortum terminatur Principatu Halberſtadienſi, & a Septentrione Ducatu Luneburgenſi. Extenditur ab ortu in occaſum ad 10. milliaria Germanica; & ejus urbes ſunt Hildesheimum, tractus caput, Peina, & Vinthuſia.

HILDESIA, & Hildeshemium, *Hildesheim*, urbs Germaniæ in Saxonia inferiori, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Moguntino effecta à Ludovico Pio Imperatore, ſedet ad amnem *Innerſte*. Epiſcopus ſolus eſt Catholicus in tota Saxonia, & ipſa Imperialis eſt & libera, ſuique juris ſub clientela ipſius Epiſcopi, vix 2. milliaribus Germanicis diſtat à confinio ditionis Brunſvicenſis, 7. à Cella in Meridiem & 6. ab Hamelia in ortum.

HIMBA, inſula maris Hibernici, una Æmodum, Ihonæ finitima, ab ea 10. mill. paſſ. recedens, ut quidam exiſtimant Scotiæ ſcriptores.

HIMELLA, fluvius parvus Sabinorum in Italia Vibio Sequeſtri, nunc *l'Aia* dictus, teſtibus Ligorio, & Cluverio, in Sabina provincia ditionis Eccleſiæ, oritur prope Caſperiæ rudera, & verſus Cures fluens in Tiberim labitur, 6. milliaribus infra Manleanum in ortum hybernum, ejus meminit Virgilius libro 7. Æneidos.

HIMERA, fluvius Siciliæ inſulæ Ptolemæo, ex ejus præcipuis, vulgo *il Salſo* Leandro, & Fazello, qui ex Nebrodide monte prope Petram oppidulum oriens, in Auſtrum fluit per vallem Netinam in limite Vallis Mazaræ, & in mare Africum ſe exonerat ad Phintiam oppidum; ſic vulgo dicitur quod Salſas aquas habet.

HIMERA, alter fluvius Siciliæ Straboni, & Livio, vulgo *Termine* dictus, ſive *il Fiume di Termine*, teſte Cluverio, oritur ex monte Nebrodide, non longè à priore in meditullio inſulæ, deinde in occaſum & Septentrionem decurrens, Vallem Mazaræ ſeparat a Valle Demonæ, & in mare Tyrrhenum ſe exonerat fere 22. milliaribus a Panormo in ortum, ad Thermas Himeræ, Solinus hunc dulcem hauſtu eſſe teſtatur, alterum vero amarum, ejus meminit Silius libro 14.

HIMERA, orbs Siciliæ Ciceroni, & Stephano, ad oſtia Himeræ fluvii & Thermas, exſtincta, a Zanclæis condita, & ab Hannibale Carthaginenſi everſa ex qua Thermæ urbs vicina cognominatur.

HIMERIA, urbs fuit Meſopotamiæ, in Oſrhoena regione, & Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Edeſſeno, teſte Guillelmo Tyrenſi, nunc exciſa jacens.

HINDELOPA, *Hindelopen*, oppidulum Belgii uniti in Friſia provincia, & in Weſtergoa tractu, in ora maris Auſtrini, vix 2. leucis a Stavera in Septentrionem Harlingam verſus 4. & è regione Texeliæ inſulæ.

HINGHOA, *Hinghoa*, urbs Imperii Sinarum, in provincia Fochienſi, cujus ſeptima exiſtit, & ex ea pendet alia urbs minor, in regione admodum feraci & culta, teſte Martinio.

HIPPADIS PELAGUS, pars Oceani Æthiopici Ptolemæo, verſus Africam, inter Dioſcoridis inſulam, & Aromata promontorium ad Septentrionem, & Menuthiam inſulam ad Meridiem: & vulgo *la mer d'Ethiopie* dicitur, ſeu etiam *la mer de Zangebar* à regione ei adjacente, ut exiſtimant recentiores.

HIOLCOS. Vide Iolcos.

HIONA, inſula Scotiæ, oræ occiduæ adjacens, una Hebridum, ſive Ebudarum, clariſſima. Vide Hii & Iona, nam idem videtur eſſe.

HIPPANIS, *le Bog*, fluvius Poloniæ. Vide Hypanis.

HIPPARIS, fluvius parvus Siciliæ inſulæ Pindaro, qui Iporus Ptolemæo, nunc *la Camarana* dictus, nomine ab urbe quam alluit accepto, & per oram meridionalem inſulæ fluit, teſte Fazello.

HIPPI, promontorium Africæ Ptolemæo, ad Syrtim magnam, hodie *il Capo di Sorta*, teſte Marmolio, prope Villam Philæni, in Cyrenaicæ confinio.

HIPPI, inſulæ 4. parvæ Ioniæ, velut ſcopoli verſus Erythras urbem adjacentes, Strabone teſte.

HIPPICI, montes Sarmatiæ Aſiaticæ; Tauri montis portio Ptolemæo, nunc *Mazanſci* incolis, Mercatore teſte.

HIPPIUS, mons Phrygiæ minoris, prope Ilium.

HIPPO, quæ & Vibo, colonia & urbs Brutiorum in magna Græcia Plinio, Melæ, & Plutarcho, Hipponium Straboni, cui & Vibo Valentia, Vibon & Valentia Stephano, nunc *Monte-Leone*, urbs Calabriæ ulterioris, teſte Barrio, cum aliis, olim fuit Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Conſentino, ſed poſtea ſedes Epiſcopalis Miletum orbem proximam tranſlata fuit, ſub Gregorio VII. Pontifice Maximo, ſita eſt in colle, 4. milliaribus diſtans ab ora maris Tyrrheni, eſtque ſatis culta, prope ſinum Hipponiatem, ejus navale Bevona dictum fuit, nunc etiam *Bivona*, ſed incolis vacuum, urbs ipſa 20. milliaribus diſtat a mari Ionio in occaſum, & 38. à Conſentia in Meridiem Rhegium verſus 50. circiter.

HIPPO, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis in Carpetanis Hauberto Hiſpalenſi, nunc *Tepes*, oppidulum Caſtellæ novæ.

HIPPOCRENE, fons Bœotiæ Plinio, & Pau-

ſaniæ, ad Heliconem montem, qui & Caballinus apud Perſium dicitur, haud procul à Thebis. De quo plura apud Plinium, & ejus meminit Ovidius libro 5. Faſtorum, ſic dictus fuit quod ab ungula Pegaſi equi productus traditur, ſi Poëtis fides.

Hippocura, urbs Indiæ intra Gangem Ptolemæo, quam Caſtaldus interpretatur *Onor* urbem peninſulæ Indiæ intra Gangem, in ora littorali Malabariæ, aliis autem ex conjectura, eſt *Liſpor*, oppidum munitum Regni Decani, in tractu *Balagate* in mediterraneis, 70. leucis Hiſpanicis ab ora maris Indici in ortum, verſus ſinum Gangeticum 60. tantum.

Hippola, urbs fuit Peloponneſi, in Laconia tractu, in ora littorali ſinus Meſſeniaci, & ad radices Taygeti montis, aliquot milliaribus à Tænario promontorio in occaſum. Jam diruta erat tempore Pauſaniæ.

Hippomoloi, populi Thraciæ, teſte Theodoreto: ſed, teſte Euſtathio, erant in Sarmatia Europæa, & Galactophagi dicuntur.

Hippon, urbs Africæ propriæ Straboni, & Ptolemæo, quæ Hipporegius etiam dicitur à quibuſdam, olim Epiſcopalia, cui Divus Auguſtinus Epiſcopus præfuit, nunc *Bona* dicta ab Hiſpanis, teſte Mercatore, *Bone* à Gallis, urbs eſt parva & male culta, ſed munita, cum portu capaci, in ora regionis Conſtantinæ, in Regno Algerii, arcem habens in colle, ab Africanis *Beled el Ugneb* dicitur, teſte Marmolio, & 50. mill. paſſ. diſtat a Tabraca in occaſum Cullo verſos 76. & a Cirtha 80. in ortum æſtivum, ejus meminit Silius libro 3.

Hippon, cognomine Diarrhytos, urbs fuit Africæ propriæ Ptolemæo, & Antonino, nunc caſtrum Regni Tunetani, in Africa, & in ora maris Mediterranei, cum portu commodo: quod à quibuſdam *Biſerta vecchia* dicitur, ab aliis autem *Razamilara*, in ora inter Uticam ſeu Biſettam ad ortum, & Tabracam ad occaſum; pauciſque conſtat incolis, 120. mill. paſſ. ab Hippone in ortum.

Hippo Regius, urbs Africæ propriæ. Vide Hippon.

Hipponensis Sinus, *le Golfe de Bone*, ſinus maris Mediterranei in ora Africæ & Regni Algeriani, ab Hippone urbe dictus, vocatur etiam à quibuſdam recentioribus Bonæ ſinus, eſtque ſatis parvus.

Hipponiates Sinus, Straboni & Ptolemæo, qui Lametinus à Lametia, & Terinæus à Terina, ſinus eſt maris Tyrrheni, alias in ora Brutiorum, ſic ab Hipponio urbe dictus, Vibonenſis appellatus à Plinio, nunc *il Golfo di Santa Euſemia* ab oppido cognomine adjacenti, teſte Pirrho Ligorio cum aliis, eſtque in ora Calabriæ ulterioris in Regno Neapolitano.

Hipponium, promontorium Brutiorum, in Italia Lycophroni, ad Hipponiatem ſinum, & prope Hipponium urbem, nunc *il Capo Zambrone*, in Calabria ulteriori & in ora maris Tyrrheni, teſte Barrio, prope Hipponiatem ſinum, & vix 5. milliaribus à Tropea.

Hipponon, Ægypti urbs Antonino, quæ forte Hippon in libro Notitiarum.

Hippopodes, Populi Septentrionales, ſic dicti, quod pedes habeant equinos, ut Solinus fabulatur, inſulas quaſdam incolentes. De quibus & Plinius libro 4.

Hipporeæ, populi Æthiopiæ, ſub Ægypto, apud Plinium.

Hipporum, ſive melius Hypporum, oppidum Brutiorum in magna Græcia, ex itinerario Antonini, ſic dictum quaſi ſub montibus ſcilicet Apenninis, nunc teſte Barrio, eſt *Felo*, caſtrum Calabriæ ulterioris in Regno Neapolitano, inter Apenninum & oram maris Tyrrheni, prope Roſarnum oppidulum.

Hippos, Colchidis regionis fluvius Ptolemæo, & Plinio, nunc *Schemiſchari* accolis, teſte Archangelo Lamberto.

Hippos, urbs fuit Syriæ in Judæa Ptolemæo, quæ Hippon Plinio, Epiſcopalis ſub Patriarcha Hieroſolymitano, in Trachonitide tractu, haud procul à lacu Geneſara.

Hippuris, inſula maris Ægei, & una Cycladum Plinio. Vide Anaphe, eadem enim eſt.

Hippuriscos, Cariæ inſula, teſte Stephano.

Hira, oppidum fuit Peloponneſi, Pylo proximum & verſus oram littoralem, cujus meminit Homerus,

Hira, ſive Hire, mons Meſſeniæ in Peloponneſo Stephano, & Suidæ.

Hirlandi, populi Hirlandiæ inſulæ, quorum ſæpe fit mentio in actis mediæ ætatis, dicuntur melius Hiberni. Vide ibi.

Hirlanota, Europæ inſula, & una ex Britannicis, ſic dicta in aliquot hiſtoriis mediæ ætatis, quæ ab aliis & ſæpius Hibernia vocatur. Vide ibi.

Hirminius, fluvius Siciliæ inſulæ Plinio, nunc *il Mauli* dictus, in valle Netina, atque etiam aliquando *il Fiume di Raguſa* ab oppido quod alluit, & in Meridiem fluens in mare Africum ſe exonerat, inter Camarinam ad occaſum, & Pachynum promontorium ad ortum, teſtibus Fazello, & Cluverio.

Hirpini, populi Italiæ Straboni, & Ptolemæo, Samnitum conſanguinei in ſecunda regione, atque ideo ſub ipſis comprehenſi, eorum termini erant à Septentrione Samnites, uti etiam partim ab Occidente, uti etiam partim Campania, à Meridie Picentini & pars Lucaniæ, & ab Oriente Apulia, erantque in eo tractu, ubi nunc major pars provinciæ Principatus Ulterioris dictæ, *il Principato Oltra*, in Regno Neapolitano, teſtibus Leandro, Cluverio, & aliis, eorum vero urbes fuere Abellinum, Compſa, Æculanum, Equus Tuticus, & Herdonia. Horum meminit, Silios libro 8.

Hirpinum, ſive Irpinum, oppidum Hirpinorum in Italia, Cicerone teſte, quod poſtea Harpadium appellatum fuit, nunc protſus exciſum jacens, teſtibus Blondo, & Volaterrano, locus nunc *l'Arpaia* dicitur, eſtque vicus provinciæ Principatus Ulterioria, in monte ad vallem Caudinam, & in limite Terræ Laboris. Vide Caudium.

Hirri, populi Germaniæ, qui, Cluverio teſte, habitabant forſan ubi nunc Ducatus Livoniæ. Alii autem videntur habitaſſe ubi Nilandia hodie, in Finnia provincia Sueciæ. Horum tantum Plinius meminit, ſicque de his nihil certi dici poteſt.

Hirsesroa, id eſt Cervimontium, *Hirschberg*, oppidulum Bohemiæ in Sileſia, & in Ducatu Jaurenſi, ad Boberum fluvium ubi recipit Zazum, 7. milliaribus Germanicis à Suvidnitio diſtans Gorlitium verſus 8. circiter.

Hirtna, quaſi Hirchia, inſula Scotiæ, una Hebridum, extrema in Septentrionem vergens, ſic ab hircorum copia, & magnitudine dicta, ut quidam tradunt, à Scotia verſus Iſlandiam recedens.

Hisara, fluvius Vindeliciæ. Vide Iſara.

Hisarci, ſive Hiſarſi, ut habent alii codices, populi Inſubriæ Alpini Plinio, quorum pagus adhuc *Iſarſo*, & *Arciſate*, pagus alius vicinus, nominantur, teſtibus Caſtilionæo, & Merula, in Ducatu Mediolanenſi.

Hispalensis Ager, *el territorio de Sevilla*,

tractus Hiſpaniæ in Vandalitia, ſic dictus ab Hiſpali urbe ejus primaria, dividitur in quatuor partes *repartimientos* dictas, quorum nomina ſunt Axaraſum *el Axaraſe*, mons Conſtantinæ *la Sierra de Conſtantina*, Campinia, *la Campina, ò vanda Moriſca*, & mons Arucitanus *la Sierra de Aroche*, teſte Roderico Caro.

HISPALIS, urbs Hiſpaniæ Bæticæ caput Plinio, à quo etiam dicta Colonia Romulenſis, Hiſpal Silio, Iſpalis Ptolemæo, vulgo *Sevilla* incolis, *Syvilha* Luſitanis, *Seville* Gallis, *Siviglia* Italis, & *Sevil* Anglis, Hiſpaniæ urbs perampla, Archiepiſcopalis, & Vandalitiæ propriæ ſive inferioris caput, prope Bætim fluvium, atque emporium celeberrimum, cum Academia, & totius Vandalitiæ conventus juridicus, caſtrum habet antiquum, *Alcazar* dictum, ſedetque in planitie in regione feraci, & in adverſa ripa fluvii Bætis ineſt ſuburbium amplum, *Triana* dictum, quod ponte ſublicio urbi conjungitur, de antiquitatibus Hiſpalis vide Rodericum Carum, & urbs quæ ab Hercule Libyco, Gerionibus victis, condita fertur, à Ferdinando Rege recuperata fuit anno 1248. Mauris inde ejectis, diſtat 16. leucis ab ora Oceani in ortum Cordubam verſus 22. à Granata 36. in occaſum verſus Olyſipponem 55. & totidem à Toleto in Meridiem, ejus territorium fuit cultiſſimum, & in eo ad duo pagorum millia numerata fuerunt, cum Mauris ereptum fuit à Ferdinando Rege, ſed nunc incolarum infrequentia, in magnam raritatem delapſi ſunt, Hiſpalis meminit Silius libro 3. patria fuit Ferdinandi IV. & Henrici II. Caſtellæ Regum, & in ea obiere Reges etiam Caſtellæ Ferdinandus III. anno 1252. & Alphonſus X. anno 1284. hinc Hiſpalenſis nomen gentis *Sevillaño* vulgo ſibi, *Sevillan* Gallis.

HISPALIS, *Sevilla*, urbecula Americæ Septentrionalis, in parte Boreali inſulæ Jamaicæ, in ſinu Mexicano, portu gaudens ſatis tuto, ſed nunc fere deſerta jacet ſub dominio Anglorum, cum antea pareret Hiſpanis, à quibus extructa fuerat.

HISPANA, inſula perampla Americæ Septentrionalis, vulgo *l'Eſpañola* Hiſpanis, & *l'Eſpagnole*, ſeu *la Saint Domingue* Gallis, in mari Boreali, partim Gallis, & partim Hiſpanis ſubdita, vocatur ſæpius ex conſuetudine ſed male Hiſpaniola. Vide ibi.

HISPANI, populi Europæ qui Hiſpaniam Regionem incolunt, olim etiam Iberi dicti, quorum antiqui perſæpe meminere, hodie vulgo *los Eſpañoles* ſibi, *les Eſpagnols* Gallis, *li Spagnuoli* Italis, *Spaniards* Anglis, *Spaniers* Germanis, *Hiſpans* Polonis, & *Spagniaerden* Belgis, eorum meminit Claudianus libro 2. in Rufinum, uti & Ovidius libro 15. Faſtorum cum aliis, hinc etiam Hiſpanus nomen gentis.

HISPANIA, Regio Europæ ampla & notiſſima Cæſari, Plinio, Ptolemæo, & aliis, quæ à Poëtis Heſperia, & olim Iberia ab Ibero fluvio, Galliæ contigua, ab ea Pyrenæis montibus ſeparata verſus ortum, à tribus aliis lateribus mari inſtar peninſulæ circumdata, nempe à Septentrione & Occidente Oceano, à Meridie vero & partim etiam ad ortum mari Mediterraneo, cujus peninſulæ iſthmus eſt Pyrene mons, ſive Pyrenæi montes, 80. leucis Hiſpanicis inter duo maria excurrentes ab ortu hyberno in ortum æſtivum, nunc vulgo *la Eſpaña* dicitur ab incolis, *l'Eſpagne* Gallis, *la Spagna* Italis, *Spain* Anglis, *Hiſpanska* Polonis, *Spanien* Germanis, & *Spangien* Belgis, corio bovino figura ſimilis, ac quadrilatera parem ferme latitudinem longitudini habens, ejus circuitus eſt 550. leucarum Hiſpanicarum, longitudo vero ab Artabro promontorio ad Aphrodiſium eſt 190. leucarum ſimilium, & à Sacro promontorio ad Aphrodiſium eſt 200. leucarum, latitudo vero à Freto Herculeo ad Scythicum promontorium eſt 150. leucarum ſimilium.

HISPANIA, apud veteres primum in duas diviſa fuit, teſte Plinio, Citeriorem nempe & Ulteriorem, poſtea in tres partita fuit, ſcilicet in Tarraconenſem, Bæticam, & Luſitaniam, ex quibus Bætica & Luſitania ſub Ulteriori complectebantur, Tarraconenſis vero ſub Hiſpania Citeriori; in Bætica erant quatuor Conventus, nempe Aſtygitanus, Cordubenſis, Gaditanus, & Hiſpalenſis, atque populi Baſtuli, Turdetani & Turduli: in Luſitania erant Conventus Emeritenſis, Pacenſis, & Scalabitanus, & populi Luſitani, Celtici, & Vettones: in Hiſpania Tarraconenſi, quæ major erat, & alias duas ſimul junctas magnitudine ſuperabat, erant ſeptem Conventus, nempe Aſturicenſis, Braccarenſis, Cæſarauguſtanus, Carthaginenſis, Clunienſis, Lucenſis, & Tarraconenſis; atque populi præcipui Aſtures, Arevacæ, Baſtetani, Cantabri, Callaici, Carpetani, Celtiberi, Conteſtani, Edetani, Lacetani, Vaccæi, & Vaſcones: ſicque Hiſpania diviſa erat in quatuordecim Conventus, teſte Plinio, & 18. populos præcipuos, hinc ſub uno Rege Gothis Imperantibus fuit, poſtea victo Roderico, à Mauris occupata, lapſu temporis multis paruit Regibus & Principibus, quos hic enumerare longum eſſet; donec a Chriſtianis recuperata, quatuor habuit Reges, Caſtellæ ſeu Legionis, Aragoniæ, Portugalliæ & Navarræ. Sæculo elapſo rurſus ad Monarchiam redierat ſub uno Rege Philippo ſecundo, occupata Portugallia poſt obitum Henrici Regis, ſed ſub Philippo quarto iterum Portugallia ab ea avulſa eſt, anno 1640. quo Joannem quartum ſibi conſtituit Regem: ſicque nunc Regnum ſeparatum facit, proprio Regi ſubditum, quanquam Reges Caſtellæ ſemper dicantur ab exteris Reges Hiſpaniæ. quod incepit tantum anno 1496. reclamantibus tamen Regibus Portugalliæ.

HISPANIA BÆTICA, quæ & Bætica, una ex tribus Hiſpaniæ partibus, magis in Meridiem tendens, ſub qua olim fuere Baſtuli, Turdetani, & Turduli populi, ejus termini erant ad ortum & partim ad Boream Hiſpania Tarraconenſis, ad occaſum & partim ad Septentrionem Luſitania, ad Meridiem vero habebat Oceanum, fretum Herculeum, & mare Mediterraneum, ſicque erat ubi nunc Vandalitia inferior, *l'Andaluzia* vulgo; & Vandalitia ſuperior, quæ ſæpius dicitur Regnum Granatenſe, *el Reyno de Granada*, & ejus urbes præcipuæ fuere Hiſpalis, Corduba, & Gades. Vide Bætica.

HISPANIA CITERIOR, pars fuit perampla Hiſpaniæ, magis ad Septentrionem & ortum extenſa, quæ aliter & ſæpius dicitur Hiſpania Tarraconenſis. Vide ibi.

HISPANIA LUSITANICA, ſive Luſitania, una ex tribus partibus Hiſpaniæ, in occaſum extenſa inter Oceanum Atlanticum, Bæticam, & Hiſpaniam Tarraconenſem, diviſa erat in tres Conventus, nempe Emeritenſem, Pacenſem, & Scalabitanum, teſte Plinio, & in ea erant Populi Luſitani, Vettones, & Celtici; nunc autem pro Portugallia interpretatur, vulgo *el Portugal*, quanquam non ex æquo ſibi reſpondeant. Vide Luſitania.

HISPANIA TARRACONENSIS, una ex tribus partibus Hiſpaniæ aliis multo major, Plinio teſte, quæ ab ortu in occaſum extendebatur ad 660. millia paſſuum, à Templo Veneris ad Nerium promontorium, ejus termini erant ad ortum Montes Pyrenæi, quibus à Gallia diviſa erat, ad Septentrionem mare Cantabricum, ad Meridiem mare Mediterraneum, & Bætica, & ad occaſum Luſitania & mare Atlanticum; & in ea erant ſeptem Conventus

Digitized by Google

& plures populi præcipui, nempe Aſtures, Arevacæ, Callaici, Carpetani, Celtiberi, Vaccæi, & Vaſcones, cum aliis; ſicque erat ubi hodie Regna Caſtellæ novæ, Caſtellæ veteris, Gallæciæ, Aragoniæ, Legionenſe, Navarræum, Valentinum, & Murcianum, cum Aſturia, Biſcaia, & Catalonia. Vide Hiſpania.

Hispania Ulterior, una fuit ex duabus Hiſpaniæ partibus, ſed altera minor, magis ad occaſum & Meridiem protenſa, ſub qua comprehendebantur Bætica & Luſitania. Vide ibi.

Hispania, nunc dividitur in ſeptemdecim partes, quæ poſtea reducuntur ad tres Coronas ſeu tria Regna. Caſtellæ & Aragoniæ Regna cum ſuis appendicibus & pertinentiis ſubſunt Regi Catholico. Portugallia autem cum Algarbia parent proprio Regi è gente Brigantina.

Hispaniæ Partes, ſub Corona Caſtellæ ſunt Caſtella vetus, ſive Caſtellæ veteris Regnum, *Caſtilla la vieja*, Caſtella nova ſeu Regnum Toletanum, *Caſtilla la nueva*, Vandalitia *l'Andaluzia*, Granatenſe Regnum, *el Reyno de Granada*, Murciæ Regnum, *el Reyno de Murcia*, Regnum Legionenſe, *el Reyno de Leon*, Galæcia, *la Galizia*, Navarræ Regnum, *el Reyno de Navarra*, Biſcaia cum annexis, *la Biſcaia*, Aſturiæ, *las Aſturias*, & Extremadura, *la Eſtremadura*. Sub Corona Portugalliæ ſunt Portugalliæ Regnum, *el Reyno de Portugal*, & Algarbia, *el Algarve*. Sub Corona autem Aragoniæ ſunt Aragoniæ Regnum, *el Reyno de Aragon*, Valentiæ Regnum, *el Reyno de Valencia*, Majoricæ Regnum, *el Reyno de Mallorca*, & Catalonia, *la Cataluña*. Antea etiam Hiſpaniæ pars erat Comitatus Ruſcinonenſis, ſed a quadraginta annis ab ea revulſus, Francorum Regno unitus eſt, a quo alias disjunctus fuerat, cum ſit pars antiquæ Galliæ Narbonenſis.

Hispaniæ Regis Dominio, ſubſunt etiam extra Hiſpaniam Regnum Neapolitanum, in Italia, *le Royaume de Naples*, uti Regnum Siciliæ, *la Sicile*, & inſula Sardinia, *la Sardaigne*: Hæc autem pendent à corona Aragoniæ.

Hispaniæ Regi, ſubſunt etiam extra Hiſpaniam, uti Regi Caſtellæ, una ex tribus partibus Belgii verſus Meridiem extenſa, quæ & Belgium Hiſpanum dicitur, ubi major pars Brabantiæ, *la pluſpart du Brabant*, major pars Luxemburgenſis Ducatus, *la pluſpart du Duché de Luxembourg*, pars Flandriæ, *partie de la Flandre*, pars Hannoniæ, *partie du Haynaut*, pars Ducatus Limburgi, *partie du Duché de Limbourg*, Namurcenſis Comitatus *le Comté de Namur*, & minima pars Gueldriæ, *le haut quartier de Gueldre* vulgo. Ei ſubſunt etiam in Italia Ducatus Mediolanenſis, *le Duché de Milan*, Marchionatus Finarii, *le Marquiſat de Final*, in ora Liguſtica, Status præſidii, ut vocant, ubi Orbetellum, *Orbetello & ſes annexes*, in Hetruria, uti etiam cuſtodia Plumbini, *Piombino*, & Portus longi, *Porto longone*, in Ilva inſula; uti in Africa urbes ſeu oppida Septa, *Centa*, Oranum, *Oran*, Portus magnus, *Marſalquivir*, Melilla *Melilla*, Lixos *Larache*, & Rupes Velia, *el Peñon de Velez*, & inſulæ Canariæ, *les Canaries*: In Aſia autem Philippinæ inſulæ, *les Philippines*, ex parte tantum, uti quædam ex inſulis Latronum.

Hispaniæ Regi, ſubeſt etiam major pars Americæ, ſive Indiæ Occidentalis, nempe hæ regiones, Nova Hiſpania cum annexis provinciis, *la nouvelle Eſpagne*, Florida ex minima parte, *petite partie de la Floride*, & inſulæ Cuba, *la Cuba*, Hiſpaniola, *la Eſpañola* ſeu *San Demingo* ex parte, & S. Joannis Portus divitis, *San Juan de Puerto ricco*, cum adjacentibus; Terra firma late ſumpta, *la Terre ferme*, in America Meridionali, cum annexis, Regnum Popayani, *le Popayan*, Novum Regnum Granatenſe, *le nouveau Royaume de Grenade*, Perua, *le Perou*, Regnum Ciles, *le Chili*, ex parte, & Paraguaria, *le Paraguay*, cum provinciis adjacentibus.

Hispaniæ Pars est, etiam Regnum Portugalliæ, proprio parens Regi, cui ſubſunt Portugallia *le Portugal*, & Algarbia *l'Algarve*, in Hiſpania; extra Hiſpaniam autem ejus dominio ſubſunt Braſilia, regio Americæ Meridionalis, *le Brezil*, inſulæ Accipitrum ſeu Tertiæ, *les Azores*, Madera, *l'Iſle Madere*, & inſulæ Capitis Viridis, *les Iſles du Cap Vert*, in Oceano Atlantico, uti aliquot arces in Regno Congi & in ora Zanguebariæ, in Africa, cum aliquo tractu Malabariæ, in India intra Gangem, ubi etiam Goa *Goa*, Dium, & plurimæ arces. Sed de his fuſius in voce Portugalliæ.

Hispaniæ Partes et Provinciæ.

Alava, *el Alava*.
Algarbia, *el Algarve*.
Algarria, *el Algarria*.
Alpuxara, *las Alpuxaras*.
Aragonia, *el Aragon*.
Aſturia Overenſis, *Aſturia de Oviedo*.
Aſturia Sanctæ Julianæ, *Aſturia de Santillana*.
Beira, *la Beira*.
Biſcaia, *la Biſcaia*.
Bureva, *la Bureva*.
Camporum tractus, & Campenſis ager, *la Tierra de Campos*.
Campus Calatravæ, *el Campo de Calatrava*.
Caſtella nova, *Caſtilla la Nueva*.
Caſtella vetus, *Caſtilla la vieja*.
Catalonia, *la Cataluña*.
Cerretania, *la Cerdeña*.
Ebuſus, *la Iſla de Juiſa*.
Empuritanus tractus, *el Ampurdan*.
Extremadura Legionis, *la Extremadura de Leon*.
Extremadura Portugalliæ, *la Extremadura de Portugal*.
Gallæcia, *la Galizia*.
Granatæ Regnum, *el Reyno de Granada*.
Interamnenſis provincia, *el Entre Douro e Minho*.
Ipuſcoa, *la Guipuzcoa*.
Laminitanus ager, *el Campo de Montiel*.
Legionenſe Regnum, *el Reyno de Leon*.
Liebana provincia, *la Lievana*.
Majorica inſula, *Mallorca*.
Mancia, *la Mancha*.
Minorica inſula, *Menorca*.
Montanus tractus, *la Sierra*.
Montes Mariani, *la Sierra Morrena*.
Murciæ Regnum, *el Reyno de Murcia*.
Navarra, *la Navarra*.
Portugallia, *el Portugal*.
Ripacurtia, *la Ribagorça*.
Ruconia, *la Rioja*.
Saiagus ager, *el Sayago*.
Serena, *la Serena*.
Tractus Captarius, *la Tierra Cabrera*.
Tranſmontana provincia, *Tra los montes*.
Trans Tagana provincia, *el Alemtejo*.
Valentiæ Regnum, *el Reyno de Valencia*.
Vallis Placentiæ, *la Vera de Placencia*.
Vandalitia, *la Andaluzia*.

Hispaniæ Urbes Præcipuæ:

Abula, *Avila*, Caſtellæ veteris.
Acci, *Guadix*, Granatenſis Regni.
Alcala Regalis, *Alcala Real*, Vandalitiæ.

Almeria, *Almeria*, Regni Granatenſis.
Anticaria, *Antequera*, Regoi Granatenſis.
Arcenſium colonia, *Arcos*, Vandalitiæ.
Aronda, *Ronda*, Regni Granatenſis.
Afindum, *Medina Sidonia*, Vandalitiæ.
Aſſigi, *Ecija*, Vandalitiæ.
Aſturiga, *Aſtorga*, Regni Legionenſis.
Auria, *Orenſe*, Gallæciæ.
Ballegarium, *Balaguier*, Cataloniæ.
Barbaſtrum, *Balbaſtro*, Aragoniæ.
Barcino, *Barcelona*, Cataloniæ.
Baſti, *BaZa*, Regni Granatenſis.
Biatia, *Baeça*, Vandalitiæ.
Bilbilis, *Calatayud*, Aragoniæ.
Bracara, ſeu Auguſta Bracara, *Braga*, Portugalliæ.
Brigantia, *BraganZa*, Portugalliæ.
Burgi, *Burgos*, Caſtellæ veteris.
Cæſar-Auguſta, *Zaragoſſa*, Aragoniæ.
Cæſariaoa, *Xerez de la frontera*, Vandalitiæ.
Calaguris, *Calahorra*, Caſtellæ veteris.
Calciata, *San Domingo de la CalZada*, Caſtellæ veteris.
Calpe, *Gibraltar*, Vandalitiæ.
Caronium, *la Coruña*, Gallæciæ.
Carthago nova, *Cartagena*, Morciæ.
Cauria, *Coria*, Extremaduræ.
Celſona, *Solſona*, Cataloniæ.
Cetobriga, *Setuval*, Portugalliæ.
Civitas Regalis, *Ciudad Real*, Caſtellæ novæ.
Civitas Roderici, *Ciudad Rodrigo*, Legionenſis Regni.
Complutum, *Alcala de Henares*, Caſtellæ novæ.
Compoſtella, *Compoſtella*, Gallæciæ.
Concha, *Cuenca*, Caſtellæ novæ.
Conimbrica, *Coimbra*, Portugalliæ.
Cordoba, *Cordona*, Vandalitiæ.
Daroca, *Daroca*, Aragoniæ.
Dertuſa, *Tortoſa*, Cataloniæ.
Ebora, *Evora*, Portugalliæ.
Eliocrata, & Illorcis, *Lorca*, Murciæ.
Emerita, *Merida*, Extremaduræ.
Fanum Luciferi, *S. Lucar de Barameda*, Vandalitiæ.
Fanum S. Sebaſtiani, *San Sebaſtian*, Ipoſcoæ.
Flaviobriga, *Bilbao*, Biſcaiæ.
Flavionavia, *Santander*, Biſcaiæ.
Fons Rapidus, *Fuenteravia*, Ipuſcoæ.
Gades, *CadiZ*, Vandalitiæ.
Gerunda, *Girona*, Cataloniæ.
Giennum, *Jaen*, Vandalitiæ.
Granatum & Granata, *Granada*, Granatenſis Regni.
Guarda, *Guarda*, Portugalliæ.
Helvæ, *Elvas*, Portugalliæ.
Jaca, *Jacca*, Aragoniæ.
Ilerda, *Lerida*, Cataloniæ.
Iliturgis nova, *Andujar*, Vandalitiæ.
Lacobriga, *Lagos*, Algarbiæ.
Lameca, *Lamego*, Portugalliæ.
Legio, *Leon*, Legionenſis Regni.
Leria, *Leria*, Portugalliæ.
Lobetum, *Albarazin*, Aragoniæ.
Loxa, *Loja*, Granatenſis Regni.
Lucus, *Lugo*, Gallæciæ.
Madritum, *Madrid*, Caſtellæ novæ, ubi ſedes regia.
Majorica, *Mallorca*, Regni cognominis.
Malaca, *Malaga*, Granatenſis Regni.
Methymna campeſtris, *Medina del campo*, Legionenſis Regni.
Mindon, *Mondoñedo*, Gallæciæ.
Miranda, *Miranda de Douro*, Portugalliæ.
Murcia, *Murcia*, Regni Murciæ.
Nagara, *Najera*, Ruſcooiæ.
Norba Cæſarea, *Alcantara*, Extremaduræ.
Oliventia, *Olivenza*, Portugalliæ.
Olyſippo, *Liſboa*, Portugalliæ, ubi ſedes regia.
Oriola, *Orihuela*, Valentiæ Regni.
Oſca, *Hueſca*, Aragoniæ.
Ovetum, *Oviedo*, Aſturiæ.
Palentia, *Palencia*, Legionis Regni.
Pax Auguſta, *Badajox*, Extremaduræ.
Pax Julia, *Beja*, Portugalliæ.
Pharus, *Faro*, Algarbiæ.
Pintia & Valliſoletum, *Valladolid*, Caſtellæ veteris.
Placentia, *PlaZencia*, Extremaduræ.
Pompelona, *Pamplona*, Navarræ.
Portus alacris, *Portalegre*, Portugalliæ.
Portus Cale, *Porto*, Portugalliæ.
Salmantica, *Salamanca*, Legionenſis Regni.
Scalabis, ſive Irenopolis, *Santarem*, Portugalliæ.
Segobia, *Segovia*, Caſtellæ veteris.
Segobriga, *Segorue*, Valentiæ Regni.
Seguntia, *SiguenZa*, Caſtellæ oovæ.
Sentica, *Zamora*, Legionenſis Regni.
Setabis, *Xativa*, Valenciæ Regni.
Srella, *Eſtella*, Navarræ.
Sylvæ, *Silves*, Algarbiæ.
Tarraco, *Tarragona*, Cataloniæ.
Taurum, *Toro*, Legionenſis Regni.
Terulum, *Teruel*, Aragoniæ.
Toletum, *Toledo*, Caſtellæ novæ.
Tude, *Tuy*, Gallæciæ.
Turiaſo, *TarraZona*, Aragoniæ.
Torris Julia, *Trugilho*, Extremaduræ.
Tutela, *Tudela*, Navarræ.
Valentia, *Valencia*, Valentiæ Regni.
Ubeda, *Ubeda*, Vandalitiæ.
Vicus, *Vich*, Cataloniæ.
Viſcum, *Viſeu*, Portugalliæ.
Urgellæ, *la Ceu d'Urgel*, Cataloniæ.

HISPANIA NOVA, *la nueva Eſpaña* Hiſpanis, *la nouvelle Eſpagne* Gallis, regio præcipua Americæ Septentrionalis, & alias Regnum ampliſſimum. Vide Nova Hiſpania.

HISPANIA TRANSFRETANA, pars fuit Africæ Hiſpaniæ obverſa, trans fretum Gaditanum; ſic dicta in Notitia Imperii & tempore Conſtantini, & quæ alio nomine vocata fuit Mauritania Tingitana, erat autem in eo tractu ubi hodie Regna Fezzæ & Marrochi in Barbaria. Vide Mauritania Tingitana.

HISPANIOLA, *la Eſpañola* Hiſpanis & aliis, inſula perampla Americæ Septentrionalis, que *Ayti* dicta ab incolis. A Chriſtophoro Columbo ſive Colono detecta fuit anno 1492. & poſtea ab Hiſpanis dicta & exculta. Dicitur etiamnum, & ſæpius à Gallis, Anglis & Belgis, *la Saint Domingue*, à Dominicopoli ejus primaria. Sita eſt in mari Boreali, habetque ad occaſum Cubam & Jamaicam inſulas, ad Septentrionem Lucaias inſulas, & ad ortum Antillas & inſulam S. Joannis de Portu divite. Ejus longitudo eſt 130. leucarum Hiſpanicarum ab ortu in occaſum; latitudo autem eſt 60. & 18. leucis diſtat à Cuba inſula, & ejus circuitus eſt 350. leucarum. Subeſt partim dominio Hiſpanorum, qui in ea aliquot habent urbes, uti etiam Franci colonias in parte Boreali & occidentali inſulæ verſos Cubam inſulam. Alias tota inſula diviſa fuit in quatuordecim provincias, nunc vero in duas partes, Francicam ſive Francici juris ad occaſum, & Hiſpanam ad ortum, ſunt in

parte Hiſpana, Dominicopolis inſulæ urbs primaria in ora meridionali, Conceptio de planitie, Fanum S. Jacobi, & Compoſtella, quæ omnes Regi Hiſpaniæ ſubſunt: in parte vero Francica ſunt, ſinus parvus, promontorium, Trifluvius, Leogana, Goavum majus, Goavum minus, Nipum, & ſinus magnus. Vide inſula S. Dominici.

HISPANUM MARE, Plinio, quod & Ibericum Ptolemæo, & aliis, ac Balearicum dicitur, mare Mediterraneum, ubi Hiſpaniæ latus orientale, partemque meridionalem alluit, *el mar de Eſpaña* vulgo indigenis, *la mer d'Eſpagne* Gallis.

HISPELLUM, urbs Italiæ in Umbria Plinio, quæ Iſpellum Straboni, Iſpelum Ptolemæo, olim Epiſcopali dignitate inſignis, quæ Colonia Julia Hiſpella dicta fuit in veteri inſcriptione, ut in Goltzii Theſauro, nunc teſte Leandro cum aliis, eſt *Spello*, oppidulum Umbriæ in ditione Summi Pontificis, in colle ſitum, ubi Theatrum & alia antiquæ illius magnitudinis extant veſtigia, 3. milliaribus diſtat à Fulginio in occaſum æſtivum Aſſiſium verſus & Peruſiam 8. hinc Hiſpellas nomen gentis, ejus meminit Silius libro octavo.

HISTONIUM, colonia & urbs Frentanorum in Italia Plinio, quæ Iſtonium Ptolemæo, & Hiſconium in veteri inſcriptione, nunc *il Guaſto*, ſive *il Guaſto d'Amone*, oppidum Aprutii Citerioris in Regno Neapolitano, prope oram maris Adriatici & Trinii fluvii oſtia diſtans 16. milliaribus ab Anxano in ortum Thermulas verſus 12. Marchionem habens antiquum ex Avaloſia gente.

HISTRIA, Regio Italiæ Ptolemæo, quæ Iſtria Plinio, Straboni, & Melæ, vulgo *l'Iſtria* incolis, *l'Iſtrie* Gallis, *die Hyſtereich* Germanis, pars fuit Galliæ Tranſpadanæ, nunc ſubeſt dominio Reipublicæ Venetæ, dicitur melius Iſtria. Vide ibi.

HITLANDIÆ, *Hitlandt*, inſulæ maris Septentrionalis, ad Boream Scotiæ, ſic dictæ à Belgis, quæ ab aliis Schetlandia dicuntur *Schetland* vulgo. Vide Schetlandia.

HITOS, Comagenæ oppidum, inter Catamanam, & Niſum, teſte Simlero.

HIULCA, palus Pannoniæ inferioris Sexto Aurelio, nunc ad Cibalim urbem, quam Probus Imperator circa Sirmium ſiccari juſſit, teſte Flavio Vopiſco. *Polina* hodie dicitur in Hungaria, ut quidam credunt.

HOAICHINGA, *Hoaiching*, urbs Imperii Sinarum, in Honania provincia, cujus quinta eſt, intra montes, teſte Martino Martinio, & ab ea pendent 5. urbes minoris nominis.

HOAIGNANUM, *Hoaignang*, urbs Sinarum Imperii in Nanchinenſi provincia, cujus octava exiſtit, & ejus pars Borealis dicitur *Tenching*, ſita eſt prope Croceum fluvium, teſte Martinio, intra paludes, & ab ea pendent 9. urbes minoris notæ.

HOANCHEUM, *Hoancheu*, urbs eſt Sinarum, in Huquania provincia, cujus quinta eſt, prope fluvium *Kiang* dictum, ad radices montium, & ſub ipſa ſunt 8. urbes minores, teſte Martinio.

HOCHIENUM, *Hochien* ſive *Hokien*, urbs Imperii Sinarum in Pechinenſi provincia, in qua tertium locum obtinet, ſicque dicitur, quaſi Interamnica, quod ſita ſit inter fluvios, & in ejus territorio ſunt 17. urbes, teſte Martinio.

HOEICHEUM, *Hoeicheu*, urbs Sinarum in provincia Quantunia, cujus quarta cenſetur, in loco feraci admodum verſus oram Oceani Sinici, & ſub ipſa ſunt 9. urbes minores, teſte Martinio.

HOEICHEUM, *Hoeicheu*, urbs Sinarum Imperii, in Nanchinenſi provincia, cujus 14. locum obtinet, ſedet in ejus parte meridionali verſus Chequianenſem provinciam, in tractu montuoſo, teſte Martinio, & in ejus territorio ſunt 5. urbes minores, gaudetque emporio celebri.

HOCKERIA, ſeu Pomeſania, *Hockerlande*, tractus Pruſſiæ, & una ex ejus tribus partibus, ſive circulis, ut vocant, ſub dominio Electoris Brandeburgici, circumcingitur pro majori parte Pruſſia Regia, à Meridie vero terminatur à Polonia magna, & ejus partes ſunt Hockeria tractus, & Pomeſania, ſed nullam urbem habet alicujus nominis.

HODANUM, ſive Hoſdanum, & Hodencum, *Houdan*, urbecula Galliæ, in provincia Inſulæ Franciæ, ad Vegeriam amnem, 12. leucis à Pariſiis in occaſum Drocum verſus 4. diſtat, in tractu feraci, in limite Belſiæ.

HOHENSTENIUS COMITATUS, ſeu Alti Lapidis *die Graffſchaft Hohenſtein*, tractus Germaniæ in Saxonia ſuperiori, ſub dominio Electoris Brandeburgici, tanquam Principis Halberſtadienſis, inter Brunſvicenſem Ducatum & Thuringiam cujus pars exiſtit, ſive inter Northuſiam & Eiſchfeldiam tractum, caſtrum habens primarium cognomine.

HOLA, *Halar* incolis, urbs parva Iſlandiæ inſulæ, in Oceano Caledonio, & in ora Boreali inſulæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Nidroſienſi, ſubeſt dominio Regis Daniæ ori Norvegiæ Regi cum univerſa inſula, eſtque parvi circuitus, prope ſinum *Skagafiord* dictum.

HOLACHIUS COMITATUS, id eſt Altæ Flammæ Comitatus, *die Graffſchaft Hohenloe* incolis, *le Comté de Holach* Gallis, tractus Germaniæ in Franconia, & in ipſo limite Sueviæ, juxta Cocharum fluvium, ſub proprio Comite, inter Marchionatum Anſpachium & Ducatum Virtembergenſem, ibi Oringa *Oeringen* caſtrum primarium.

HOLLANDI, populi Belgii uniti qui Hollandiam provinciam inhabitant, olim Batavi dicti, vulgo *Hollander* ſibi, *les Holandois* Gallis, *los Olandeſes* Hiſpanis, *Hollanders* Anglis, *gli Olandeſi* Italis, & *Holandczyk* Polonis. Vide Hollandia.

HOLLANDIA, *Holland* incolis, Anglis, & Germanis, id eſt terra Concava, *la Hollande* Gallis, *la Olanda* Hiſpanis & Italis, & *Holanderska Ziemia* Polonis, provincia præcipua Belgii fœderati, Comitatus titulo inſignita, ſub dominio Ordinum generalium provinciarum fœderatarum, qui ab ea ſæpe dicuntur ab exteris Ordines Hollandiæ, *les Eſtats de Hollande*, ampla eſt admodum, & mire rigua, atque fertilis. Terminatur autem à Septentrione mari Auſtrino, ab Occidente mari Germanico, à Meridie Zelandia & Brabantia, & ab Oriente dominio Ultrajectino, Gueldria, & partim etiam mari Auſtrino: & notandum quod alias magis extenſa fuit ad ortum, cum in ipſa fuerit Noviomagenſis tractus, qui nunc Gueldriæ pars; erantque olim in hac provincia Batavi populi pro majori parte, uti Friſii minores in ejus parte ſeptentrionali.

HOLLANDIA, varie diviſa fuit diverſis temporibus, cum alias Hollandia Borealis non ultra Harlemum producta ſit, ut etiam probat Joannes Iſacius Pontanus, imo ut colligitur ex omnibus titulis Hollandiæ, hæc provincia diviſa fuit ante duo ſæcula in quatuor partes, nempe in Hollandiam Septentrionalem, *la Nort-Hollande*; in Hollandiam Meridionalem, *la Sud-Hollande*; in Voornanum tractum, *le païs de Voorn*; & in Kenmariam ſive Friſiam Occidentalem, *la Weſt-Friſe*; quæ magis ad Boream extendebatur, ex his.

HOLLANDIA SEPTENTRIONALIS, *Nort-Holland*, complectebatur Delflandiam ſeu Moſelandiam, Rhenolandiam, & Schielandiam tractus, cum agro Voordenſi, ſicque extenſa erat

intet Friſiam Occidentalem ad Septentrionem, & Hollandiam Meridionalem, Voornanumque tractum ad Meridiem, ejuſque præcipuæ urbes erant Delphi, Gouda, Lugdunum Batavorum, & Roterodamum, cum Haga burgo cultiſſimo, & urbis ad inſtar.

Hollandia Meridionalis, *Sud-Holland*, extendebatur inter Hollandiam Septentrionalem ad Boream, & Brabantiam ad Meridiem, ſicque ſatis anguſta erat, complectebaturque tractus Altenenſem, Ablacenſem, Crimpenſem, & inſulam Dordracenſem, cum agris Puttiæ, Leerdami, Goricomii, Clunderæ, Montis S. Gertrudis, Iſſelmundæ, Vianæ, & Bonaventuræ, ejus autem urbes erant Dordracum provinciæ caput, Goricomium, Vorcomium, Mons S. Gertrudis, & Heuſda.

Hollandiæ Tertia pars, erat Voornanus tractus, *t'Land van Voorn*, parvus admodum, & ex aliquot inſulis conflatus, extenſus inter Hollandiam Septentrionalem ad Boream, & Zelandiam ad Meridiem, eratque antiquitus Zelandiæ pars: in eo vero erant inſulæ Voornia propria, Goderea, & Somerſdica, ſive Trans-Flacqueana: ejus autem unica urbs erat Briela

Hollandiæ Quarta pars, erat Friſia Occidentalis, *West-Vriesland* ſive Kenmaria, inter Hollandiam Septentrionalem ad Meridiem, & mare Auſtrinum ad Septentrionem, quæ cœteris major, & ejus partes erant Weſt Friſia ſeu Friſia Occidentalis propria, Kenmaria, Amſtelandia, Goelandia, & Waterlandia ſive tractus aquatum, cum Texelia & Flevo inſulis: Urbes autem præcipuæ illius partis erant Alcmaria, Amſterodamum, Harlemum, Horna, & Enchuſa, ſed hæc diviſio fere obſoleta eſt, cum ejus tantum fiat mentio in regiſtris cameræ computorum.

Hollandia, ab aliis in plures partes dividitur, quæ peculiaria nomina ſortiuntur, nempe in Kenmariam, Waterlandiam, Goelandiam, Schielandiam, Rhenolandiam, Voornanas inſulas, Delflandiam ſive Moſelandiam, & ſimiles, ſed nunc maxime communis & uſu recepta diviſio, eſt in Hollandiam Meridionalem *Sud-Holland*, & in Hollandiam Septentrionalem *Nort Holland*, quæ & Friſia Occidentalis *West Vriesland* dicitur; uti eam pluribus deſcribit Guicciardinus cum aliis, quanqoam publica diplomata tantiſpet diſcriminent, in quibus dicuntur Ordines Hollandiæ, & Friſiæ Occidentalis: & ex his Hollandia Meridionalis longe altera potentior eſt & amplior, cum in ea ſint ſex urbes majores, in quibus Dordracum totios provinciæ primaria, & Amſterodamum urbs percelebris & ampliſſima.

Hollandia, dicitur ſæpiſſime apud exteros Belgium fœderatum & unitum, ſive pars ſeptentrionalis Belgii, quæ Rempublicam efficit Provinciarum fœderatarum ſive unitarum, vulgo *la Hollande*, ab Hollandia provincia ejus præcipua, & ſub ea, ſive melius ſub Belgio fœderato ſunt ſeptem provinciæ nempe Gueldriæ Ducatus, Hollandia, Zelaodia, Friſia, Dominium Ultrajectinum, Trans-Iſalania, & Dominium Groningæ cum Omlandia ſive tractu adjacenti.

Hollandiæ, ſeu melius Ordinum fœderati Belgii dominio ſubſunt etiam, in Belgio partes ſeptentrionales Flandriæ, & Brabantiæ, & Embda in Friſia Orientali, cum Trajecto ad Moſam in Brabantia, & majori parte Ducatus Limburgenſis ſive tractus Ultramoſani: in Africa Mina, & aliquot fortalitia in ora Guineæ & Nigritarum: in America aliquot inſulæ Antillæ: in Aſia vero eis ſubſunt Malaca in India extra Gangem, Batavia in Java inſula, Moluccæ inſulæ in mari Indico pro parte, aliquot arces in ora ſinus Bengalæ, Columbum cum aliis locis in Taprobana inſula, & Cocinum, Cananora, & aliæ urbes in ora Indiæ intra Gangem. Vide provinciæ Unitæ & provinciæ fœderatæ.

Hollandiæ Urbes Præcipuæ.

Alcmaria, *Alcmaer*.
Amſterodamum, *Amſterdam*.
Delphi, *Delpht*.
Dordracum, *Dort*, provinciæ caput.
Enchuſa, *Enchuyſen*.
Gouda, *Goude*.
Harlenium, *Harlem*.
Horna, *Hoorn*.
Lugdunum Batavotum, *Leyden*.
Roterodamum, *Rotterdam*.

Hollandia Nova, *Het niew Hollands* Belgis, *la nouvelle Hollande* Gallis, Regio perampla terræ auſtralis, recens fortuito detecta ab Hollandis, nempe anno 1644. & ab ipſis nomen ſortita. Sedet ad Meridiem novæ Guineæ & inſularum Moluccarum, in Oceano Indico. Sed vix luſtrata eſt verſus oram littoralem. Ejus partes ſunt terræ Concordiæ & terra Petri Nuitii in parte occidentali illius regionis, ſed in ea nulla eſt colonia neque locus Europæis aut etiam Belgis ſubditus.

Holmetins Tractus, *le païs du Houlme* ſive *le Houlme*, ager parvus Galliæ in Normannia inferiori, inter Olinam fluvium & confinia Cenomanenſis provinciæ, teſte Vaſlotio, ubi nullum oppidum alicujus momenti.

Holmi, ſeu Seleucia Hormia, urbs fuit parva Ciliciæ aſperæ, in Aſia minori Straboni, quæ Olmi Plinio, in ora maris Cilicii, & ad oſtia Calicadri fluvii, 20. milliaribus à Corycio in occaſum diſſita Antiochiam Piſidiæ verſus 80. circiter, nunc diruta jacet.

Holmia, *Stockholm* incolis & aliis, *Stecolna* Rutenis, urbs ampla Sueciæ, & Regni caput, in Uplandia provincia, in confinio Sudermaniæ, eratque antea parvi momenti, ſed à duobus ſæculis facta eſt ſedes regia, eſtque emporium percelebre, cum arce ſplendida, & portu valde tuto, cum ſita ſit in inſula ad fauces Melleri lacus, loco quidem opportuno, ſpectatoribus tamen ob vicinas rupes minus grato, habet duo ſuburbia, quorum auſtrale in littore peninſulæ *Toren*, boreale in Attundia ſitum eſt, & plurimas ei commoditates affert Mare Balticum ſive Orientale, à quo diſtat tantum 7. milliaribus Suecicis in occaſum, & 9. ab Upſalia in Meridiem Gedanum verſus 75. à Gotheburgo 66. in ortum, à Calmaria 55. in Septentrionem, & 70. ab Hafnia etiam in ortum æſtivum, 120. vero à Nidroſia circiter, hinc Holmienſes populi, & dicitur etiam ſæpe Stocholmia à Pontano, & à recentioribos quibuſdam.

Holobassia, *Holobaſſe*, orbs Indiæ propriæ in Imperio Magni Mogolis, & in Regno Bengalæ, ad Gangem fluvium ubi recipit Geminum, in ipſo limite Sambaliæ provinciæ, & dicitur etiam *Halabaſſa* quibuſdam.

Holsatia, ſeu Holſatiæ Ducatus olim Notdalbingia, vulgo *Holſtein*, id eſt petra Concava, ſive *Landt tho Holſtein* incolis, *l'Holſace* Gallis, *l'Holſatia* Hiſpanis & Italis, provincia Germaniæ, in Saxonia inferiori, & perſæpe in Daniæ Regno comprehenſa, cum partim Regi Daniæ ſubjaceat, & partim Duci Holſatiæ Sleſvicenſi, eratque olim pars Cimbricæ Cherſoneſi. Terminatur à Septentrione Ducatu Sleſvicenſi ſeu Iutia Meridionali, ab occaſu mari Germanico,

Digitized by Google

nico, ab ortu mari Baltico ſive Orientali, & Ducatu Lavemburgenſi, à Meridie autem Ducatibus Bremenſi & Luneburgenſi, à quibus ſeparatur Albi fluvio. Dividitur autem in quatuor tractus ſive partes, nempe in Ditmarſiam, *Dithmarſen*, Holſatiam propriam, *Holſtein*, Stormariam, *Stormaren*, & Wagriam, *Wageren*. Ejus urbes præcipuæ ſunt Lubeca, *Lubeck*, & Hamburgum, *Hamburg*, quæ Imperiales ſunt, ſeu liberæ, & Hanzeaticæ. Regi Daniæ ſubſunt in Holſatia, Glucſtadium, Crempa, Renſberga, Segeberga, Meldorpium, Brunſbuta, Steinberga, Hanroua; pars Comitatus Pinnebergenſis, ubi Pinneberga, Uterſena, & Wedelia, cum Ditmarſia Meridionali: Duci autem Holſatiæ Sleſvicenſi parent Chilonium, Bordesholmia, Oldenburgum, Lunda, Heyda, Tertovia, Rhinbeca, Cyſmaria, Ditmarſia Septentrionalis, & pars Comitatus Pinnebergenſis ubi Barmſteda, hinc Holſati populi.

Holsatiæ Urbes.

Chilonium, *Kiell*, in Holſatia propria.
Crempa, *Krempen*, in Stormaria.
Glucſtadium, *Gluckſtadt*, in Stormaria.
Hamburgum, *Hamburg*, in Stormaria.
Lubeca, *Lubeck*, in Vagria.
Renſburgum, *Rensborg*, in Holſatia propria.

Homborgum, *Homburg* incolis, *Hombourg* Gallis, oppidum permunitum Germaniæ, in Valgovia tractu, & in ditione Comitis Saræpontani cum arce, in colle prærupto, vix 5. leucis Francicis diſſitum à Bipontio in Septentrionem, captum fuit anno 1679. à Francis quibus etiamnum ſubeſt.

Homelea, fluvius Angliæ, in ejus ora meridionali Bedæ, nunc teſte Ortelio, eſt *Humble*, fluviolus Hantoniæ Comitatus, contra Vectim inſulam in mare Britannicum influens.

Homeritæ, populi Arabiæ fœlicis Plinio, & Ptolemæo, quorum regio eſt juxta oram ad ortum, extra fauces ſinus Arabici, & eorum Regia Arabia emporium; forſan erant, ubi nunc Regnum Adeni *el Reyno de Aden* Hiſpanis, teſte Caſtaldo ex tabulis.

Homile, oppidum Magneſiæ tractus in Theſſalia Ptolemæo, quod Homolium aliis. Vide ibi.

Homola, mons Theſſaliæ excelſus, Othrymonti vicinus, teſte Plinio, Omole Straboni, Homolus Stephano, Omolium Livio, mons & Pelii pars, cujus incolæ Homoles dicuntur, ejus meminit Virgilius libro 7. Æneidos.

Homolium, oppidum Magneſiæ tractus in Theſſalia Plinio, & Straboni, quod Homile Ptolemæo, in Macedoniæ confinio, nunc *Lamina* interpretatur Moletius, ſed an benè, cum aliis Lamia eſſe videatur.

Homona, oppidum Piſidiæ in Aſia minori Plinio, quod Homonada Tacito, ad radices Tauri montis, & in limite Iſauriæ, 30. mille paſſibus à Selga diſtans, hinc populi Homonades.

Honania, *Honan*, provincia eſt Sinarum Imperii, in ejus parte ſeptentrionali, & in mediterraneis, inter provincias Xanſiam ad Septentrionem, Xenſiam ad occaſum, Huquaniam ad Meridiem, & Xantoniam Nanchinenſemque ad ortum, ejus primaria orbs eſt Caifunga, *Caifung*, aliæ vero urbes præcipuæ ſeptem ſunt, nempe Queita *Queite*, Changra *Changte*, Gueiboeum *Gueibo*, Hoaichinga *Hoaiching*, Honania *Honan*, Nanyanga *Nanyang*, & Juninga *Juning*, teſte Martino Martinio.

Honania, *Honan*, urbs Imperii Sinarum in provincia Honania, cujus ſexta cenſetur, ad fluvium *Co*, teſte Martinio, ampla eſt & culta intra montes, & ab ea pendent tredecim urbes minores.

Honiscota, *Hontſcote*, Burgus cultus Belgii in Comitatu Flandriæ, & in Caſtellania ſive agro Bergenſi, inter Vinocibergam & Dixmudam, ſub dominio Francorum.

Hondura, *Honduras* Hiſpanis, id eſt profunda, *les Hondoures* Gallis, provincia ampla novæ Hiſpaniæ, in America Septentrionali, juxta mare Boreale & ſinum Honduræ ab ea dictum, à quibus terminatur ad Septentrionem, & ad ortum, uti etiam ab occaſu Guatimala, & à Meridie Nicaragua provinciis. Subeſtque dominio Hiſpanorum. Ejus longitudo eſt 200. leucarum circiter ab ortu in occaſum, latitudo vero 100. ferè leucarum; eſtque ſub Præfectura Guatimalæ, & dicitur etiam *la Tierra de Hibueras*, id eſt Regio Citrinarum cucurbitarum. Ejus primaria urbs eſt Valliſoletum, *Valladolid*, incolis *Commaiagua*, Epiſcopalis ab anno 1558. Aliæ urbes ſunt Gratia Dei, *Gracias à Dios*, & nova Turris Julia, *Trugilho*.

Honduræ Caput, *el Cabo de Honduras*, promontorium Americæ in Nova Hiſpania, & in provincia Hondura, in mare Boreale excurrit contra Turrim Juliam novam.

Honduræ Sinus, *el Golfo de Honduras*, pars maris Borealis, in America, & in ora Novæ Hiſpaniæ, inter Honduram provinciam ad Meridiem, & Yucataniam ad Septentrionem, eſtque plurimis inſulis refertus: ejus intimus receſſus ad occaſum dicitur *el Golfo de las Hibueras* ab Hiſpanis, & ejus pars eſt ſinus Dulcis.

Honflorium, ſeu Honflorium, *Honfleur*, urbs Galliæ, in Normannia provincia, in ora littorali maris Britannici, & ad æſtuarium Sequanæ, ex adverſo Harflevii, à quo diſtat 3. leucis in Meridiem, & quatuor a Portu Gratiæ.

Honorias, tractus Aſiæ minoris, & pars Ponti; in qua Heraclea, Tium, Claudiopolis, Cratia, & Hadrianopolis urbes, ex libris Notitiarum, *Bolli* hodie ex tabulis recentibus.

Honosca, urbs maritima Hiſpaniæ Tarraconenſis, inter Iberum fluvium & Carthaginem novam, teſte Livio: nunc forte *Villa Joyoſa*, in Regno Valentiæ, ut credit Ortelius ex conjectura.

Hontensis Comitatus, *le Comté de Sag*, provincia parva Regni Hungariæ, ſub dominio Turcarum, in ipſo limite ditionis Auſtriacæ, & in Hungaria ſuperiori, inter Comitatus Novigradenſem ad Meridiem, Strigonienſem ad occaſum, Barſenſem ad Septentrionem, & Borzanienſem ad ortum, & ejus locus præcipuus eſt *Sag* caſtrum, unde ei nomen inditum fuit.

Hoplias, qui & Hopolites, & Iſomantos, fluvius Bœotiæ, juxta Coroneam urbem in Philiarum fluvium influens, teſte Plutarcho.

Hor, mons Arabiæ Petrææ, in finibus Edom, ex Bibliis. Vide Or.

Horatii Flacci Villa, locus erat Latii, prope urbem Romam Publio Victori, qui nunc *San Giouanni in Campo Oratio* dicitur, teſte Blondo, ſed Kircherus exiſtimat fuiſſe, juxta Anienem fluvium in Sabina provincia ditionis Eccleſiæ, ubi hodie *Sant Antonio* villula prope Tybur.

Horbatii, populi Illyrici, quorum Regio Croatia, *Crabaten* ſeu *Krabaten* vulgo dicitur, teſte Lazio. Vide Croatia.

Horchianus Vicus, oppidum Hetruriæ ex tabulis Deſiderii Regis, ſic dictum ab Horchia Dea, ibi culta, ut ſcribunt nonnulli, nunc *Vitorchiano*, caſtrum eſt provinciæ Patrimonii in ditione Eccleſiæ, vix 6. milliaribus à Viterbio in ortum æſti-

vum Tiberim fluvium verſus totidem, & 8. à Polymartio.

Horoacha, fluvius parvus Germaniæ in Thuringia, cujus meminit Venantius Fortunatus, nunc *Herdach* dictus, ut exiſtimat Vignerius.

Horbonium, urbs Apuliæ, alias Epiſcopalis, nunc funditus exciſa, prope Luceriam urbem Capitanatæ, dicitur ab aliis Ordeonium. Vide ibi.

Horbonienses. populi Apuliæ Dauniæ Plinio, quorum urbs fuit Hordonia & Erdonia exciſa. Vide Erdonia.

Horeb, mons Arabiæ petrææ. Vide Oreb.

Horesti, populi Britanniæ ſecundæ Tacito, ultra Tavum fluvium extenſi, & verſus oram Oceani Germanici, quorum tractus nunc Anguſia Comitatus dicitur, *le Comté d'Angus*, teſtibus Hectore Boethio, & Camdeno.

Horisius, fluvius Phrygiæ minoris, juxta Troadem urbem fluens, teſte Plinio.

Horma, oppidum Albotarum in Macedonia Ptolemæo, Albanopoli propinquum, nunc *Coria* caſtrum, teſte Moletio.

Hormiæ, urbs Latii. Vide Formiæ.

Horminius, mons Bithyniæ Ptolemæo. Vide Hyppius, & Ormenius.

Hurna, *Horn*, urbs parva ſed munita Belgii uniti, in Comitatu Hollandiæ, & in Friſiæ Occidentalis tractu, olim Imperialis & libera, poſtea ab Imperio exempta, cum portu capaci in ora maris Auſtrini; eſtque emporium celebre, 4. leucis diſtans ab Alcmaria in ortum, & 6. ab Amſtelodamo in Septentrionem, 3. autem ab Enchuſa in occaſum.

Horna, *Horn*, olim *Heurn*, oppidulum Germaniæ in Leodienſi ditione, cum caſtro lepido, vix una leuca à Moſa fluvio, & à Ruremunda in occaſum, 6. vero à Trajecto ad Moſam in Septentrionem, eſtque caput Comitatus Hornani ſub dominio Epiſcopi Leodienſis.

Hornanom Caput, *Hoorn Caep* Belgis, *le Cap de Horne* Gallis, promontorium Americæ Meridionalis, in terra Ignium, à Jacobo *le Maire* detectum. Vide Caput Hornanum.

Hornanus Comitatus, *le Comté d'Horn*, tractus Germaniæ, & pars Loſſenſis Comitatus, ſub dominio Epiſcopi Leodienſis, inter Gueldriam ſuperiorem ad ortum, Tetrarchiam Boſcoducenſem ad Septentrionem, & Loſſenſem Comitatum ad occaſum & Meridiem, ſic dicitur ab Horna caſtro, ſed nulla urbs ineſt alicujus momenti, habuit alias Comites proprios, quibus deficientibus ſæculo elapſo rediit ad Epiſcopatum Leodienſem.

Hornia Insula, *het Hoornſe Eylandt* Belgis, *l'Iſle de Horne* Gallis, inſula eſt maris Pacifici, à Jacobo *le Maire* Belga Hornano detecta anno 1616. Vide inſula Hornia.

Horta, *Orta*, oppidulum agri Novarienſis, in Ducatu Mediolanenſi, cum lacu parvo cognomine, cujus meminit Paulus Diaconus, 5. milliaribus diſtat ab Arona, & totidem à lacu Verbano in occaſum, 22. à Novaria in Septentrionem, 7. autem à confinio Pedemontii.

Horta, urbs Italiæ in Hetruria. Vide Hortanum.

Hortanum, urbs Italiæ in Hetruria Plinio, quæ Orta Paulo Diacono, nunc *Orti*, urbecula ditionis Eccleſiaſticæ, in provincia Patrimonii, Epiſcopalis, ſed Epiſcopatui Civitatis Caſtellanæ perpetuo unita ab anno 1437 ab Eugenio IV. Pontifice Maximo, ſedet in colle ad Tiberim fluvium, ubi recipit Narem fluvium, in ipſo limite Umbriæ, & prope Ocriculum, 34. milliaribus ab urbe Roma in Septentrionem Tudertum verſus, & 14. à Viterbio in ortum, ſub dominio Summi Pontificis, ſed d[illegible] in dies.

Hortanus Lacus, *il Lago di Orta* lacus parvus Italiæ, in Ducatu Mediolanenſi & in agro Novarienſi, prope Gaudianum, & verſus Ripariam tractum, ubi inſula Sancti Julii.

Hortus Diaboli, *Teuffels garten* incolis, tractus parvus Germaniæ in Carniola provincia & in ejus parte Vindorum Marchia dicta inter Lugeam paludem & Japidiam Carnariumque [illegible] intra Alpes.

Hospitale, *Spital*, oppidulum Germaniæ in Carinthia, ad Liſeræ fluvii in Dravum confluentes.

Hostia, urbs Latii, ad oſtia Tiberina, prorſus exciſa, dicitur melius Oſtia. Vide ibi.

Hostilia, oppidulum Galliæ Ciſalpinæ Plinio, & ex itinerario Antonini, vulgo etiam *Oſtiglia* dicitur, eſtque oppidulum Italiæ in Mantuano Ducatu, ad Padum fluvium, & 30. milliaribus à Ferraria in occaſum diſtans Mantuam verſus 24. contra Reverum caſtrum, in altera Padi ripa.

Hostunium, *Oſtuni*, urbs Regni Neapolitani in provincia Hydruntina, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Brundusino, ſatis ampla & culta, Ducatus titulo inſignita, vix 2. milliaribus diſtans ab ora maris Adriatici, inter Brundusium ad ortum hybernum, inde 16. milliaribus diſtans, & Monopolim ad occaſum æſtivum 20.

Hottentotæ, *les Hottentots*, populi Africæ in ejus parte meridionali verſus promontorium bonæ Spei, qui ab Europæis Cafri dicuntur. Vide Cafri & Cafretia, ubi fuſius de his.

Hoxtera, & Hoxatia, *Hoxter* & *Henxter*, oppidum Germaniæ in Weſtphalia, ad Viſurgim fluvium, & in ditione Abbatiæ Corbeienſis ab anno 822. dicitur ſæpius Huxaria. Vide ibi.

Hoya, *Hoye*, oppidulum Germaniæ, cum arce in Weſtphalia, ad Viſurgim fluvium, à quo regiuncula adjacens dicta Comitatus Hoyenſis, ſub dominio Ducis Brunſvicenſis Cellenſis, 2. milliaribus Germanicis diſtat à Verda in Meridiem, & 3. à Neoburgo in Septentrionem.

Hoya, *Hoy*, inſula parva Oceani Caledonii, & Orcadum meridionalior verſus Pitieum Fretum. Vix 3. milliaribus diſtat à Mainlandia inſula Orcadum præcipua in Meridiem. Per 8. milliaria in longum protenditur, & in latum per quinque, ſuntque in ea montes excelſi.

Hoyensis Comitatus, *die Graffſchaft von Hoye* incolis, *le Comté de Hoye* Gallis, tractus Germaniæ in Weſtphalia, alias ſub proprio Comite, ſed ex quo Otto ultimus Comes obiit anno 1582. ex ejus hereditate obvenere Duci Brunſvicenſi Cellenſi Præpoſituræ *Hoye*, *Nieuburg*, *Liebenau*, & vetus atque novum *Bruchauſen*, Duci autem Brunſvicenſi Guelpherbitano obtigerunt *Stolzenau*, *Ehrenburg*, *Barenburg*, *Sicke*, *Stelgeberg*, *Siedenburg*, & *Diepenau*, Lantgravio vero Haſſiæ ceſſerunt Præfecturæ *Ucht* & *Freudenburg*, de quibus rurſus inveſtiti ſunt Comites Teclenburgici & Benthemienſes, Comitatus autem caput eſt Novoburgum.

Hradium Reginæ, *Kralowihrades* incolis, *Koningsgretz* Germanis, urbs Bohemiæ, ad Albim ſita, & recens Epiſcopatu decorata, ſub Archiepiſcopo Pragenſi, ab Alexandro VII. Pontifice Maximo. dicitur etiam Reginogradecium. Vide ibi.

Huaxteca, *Huaxteca*, provincia Americæ Septentrionalis in Nova Hiſpania, quæ ab exteris ſæpius Guaxteca dicitur. Vide ibi.

Huchbum, *Huchen*, urbs eſt Imperii Sinarum.

in Cheguanenſi provincia, cujus tertium locum obtinet, ſedet juxta lacum *Tai* dictum, teſte Martinio, & ab ea pendent 5. urbes minores.

Hudsonium Fretum, *le détroit de Hudſon* Gallis, *the ſtraigt of Hudſon* Anglis, Fretum Americæ Septentrionalis oblongum & ſatis latum, ab Henrico Hudſonio Anglo detectum anno 1612. & ab ipſo ſic dictum, inter Terras Arcticas ad Septentrionem, & Terram-Laboratoris ad Meridiem, extenditurque ad 150. leucas ab ortu in occaſum, teſte Radiſſone Patiſino, qui illas partes pluries luſtravit.

Hudsonius Sinus, *la Baye de Hudſon*, ſive etiam *la Baye du Nord* Gallis, *the Bay of Hudſon* Anglis, ſinus peramplus Americæ Septentrionalis, & pars maris Borealis, verſus Terras Arcticas, ab Henrico Hudſonio Anglo luſtratus anno 1612. & ab ipſo nomen ſortitus, extenditur à Septentrione in Meridiem, & maxime procurrit verſus Novæ Franciæ confinia, 200. leucis tantum diſtans à Quebeco in Boream, uti paulo minus à lacu Huronum, ejus pars ad occaſum æſtivum eſt ſinus Buttonius, & in eum ſe exonerant plurimi fluvii, in ejus parte meridionali, quorum præcipui ſunt Nemiſcus, *la riviere Nemiſco*, ubi colonia Anglorum, Outabittibius, *la riviere des Outabittibi*, ubi colonia Anglorum, Monſonius, *la riviere des Monſoni*, Kiriſtinorum, *la riviere des Kiriſtinous*, Aſſinibolarum, *la riviere des Aſſinibouels*, *la riviere Penachiſchioven*, ubi colonia Anglorum, *la riviere Kechiſchiaven*, ubi colonia Anglorum, & *la riviere des Pechicouroumiou* dicti: æſtus vero maris perſæpe ad tres aut quatuor leucas recedit ab ejus ora auſtrali, in qua ſunt coloniæ Anglorum ad oſtia fluviorum, ſed parvæ admodum & à pauciſſimis tantum inhabitatæ, teſtibus Ludovico *Jolliet*, & Radiſſone Gallo Pariſino qui illas partes pluries luſtrarunt à paucis annis.

Huduvicsuvaldum, *Hudwicſwaldt*, oppidum Helſingiæ, in Sueciæ Regno, ad Bothnicum ſinum, & in littore, verſus Medelpadiam provinciam.

Hufna, *Ween*, inſula parva ſinus Codani in Ore-Sunda freto, *Oreſund*, media inter Scaniam & Zelandiam inſulam. Pendet à Scania, & ideo ſubeſt Regi Sueciæ, ibi arx fuit Uraniburgus, excitata à Tychone Brahe Mathematico percelebri ſub Chriſtiano IV. Rege Daniæ, nunc in ruinis jacens.

Huescaria, *Hueſcar*, oppidum Hiſpaniæ in Regno Granatenſi, cum caſtro, inter fluviolos *Guardadar* & *Baranate*, & ad radices Sagræ montis, Ducatus titulo notum, eſt in limite Caſtellæ Novæ, & verſus Baſtim urbem, & olim dictum fuit Oſca, ut quidam exiſtimant.

Hufalizia, & Ofalizia, *Hofalize*, oppidum Belgii in Ducatu Luxemburgenſi, alias *Houlez* dictum, ad Urtum fluvium, medium fere inter Leodium ad Septentrionem, & Luxemburgum ad Meridiem, vix 2. leucis a Rupe oppido diſſitum, & malè *Homfalize* dicitur in quibuſdam tabulis recentioribus.

Huionum, ſive & melius Juhonum, oppidum Germaniæ Tacito, quod a Pighio, & aliis creditur Huium *Huy*, oppidum Leodienſis ditionis, contradicentibus tamen Lipſio & Cluverio, qui Juhonum [illegible]unt, & Juhones ſtatuunt inter Sigam & Lo[illegible]um fluvios. Vide Juhonum.

Hullum, *Hull*, ſive etiam *Kingſton upon Hull*, antea Petnaria, urbs probè munita Angliæ, in Eboracenſi provincia, ad Abi fluvii oſtia, ubi recipit Hullum amnem. Armamentarium habet inſtructiſſimum, & prima contra Carolum primum Regem rebellaverat ultimis motibus Angliæ, anno 1642.

Hulstum, *Hulſt*, urbs parva, ſed probe munita Belgii, in Comitatu Flandriæ, & in Tetrarchia Gandavenſi. Capta fuit Belgis unitis anno 1645. ipſis etiamnum ſubeſt, eſtque ex quatuor Officiis, ut vocant, diſtat 5. leucis ab Antuerpia in occaſum, duabus ab Axela in ortum, & 5. a Teneramunda in Septentrionem, 7. a Gandavo in ortum æſtivum Bergas ad Zomam verſus.

Huma, ſive Uma, *Uma*, oppidulum Sueciæ, ad oſtium fluvii cognominis, in Bothnia Occidentali, & prope ſinum Bothnicum. Hinc tractus adjacens dicitur *Uma Lapmark*; eſtque pars Lappiæ Suecicæ.

Humana, urbs Italiæ in Piceno Melæ, & cujus fit mentio in libris Conciliorum, olim Epiſcopalis, nunc diruta jacens, & ejus nunc tantum ſuperſunt rudera, *Humana rouinata* dicta, in Marchia Anconitana, & in ora maris Adriatici, ejus Epiſcopatus ſuppreſſus fuit a Martino V. Pontifice Maximo, anno 1422. & Anconæ unitus, vixque 6. milliaribus diſtat a Laureto in Septentrionem Anconam verſus.

Hundesfelda, *Hundsfeld*, id eſt campus caninus, oppidulum Sileſiæ, ad Weidam fluvium in Ducatu Olſnenſi, uno milliari Germanico ab Uratiſlavia in ortum, ubi Henricus V. Imperator a Boleſlao Polono victus & fugatus fuit anno 1109.

Hungaria, & Hungariæ Regnum, Regio ampla Europæ, quæ vulgo *Mag'ar* incolis dicitur, *Wegierska* Polonis & Slavis, *Ungarn* Germanis, *la Hongrie* Gallis, *Hungarie* Belgis, *l'Ongaria* Italis, & *la Ungria* Hiſpanis, ubi olim Pannonia inferior, pars orientalis Pannoniæ ſuperioris, & Jaziges Metanaſtæ. Terminatur a Septentrione Polonia ſuperiori & Ruſſia rubra, mediante Carpatho monte, ab Oriente Tranſſylvania, ab Occidente Moravia, Auſtria, & Stiria. & à Meridie Croatia, Boſnia & Servia, extenditur ab ortu in occaſum ad 65. milliaria Germanica, & à Septentrione in Meridiem ad 60. milliaria ſimilia.

Hungaria, diviſa fuit alias in 75. Comitatus ſive tractus, qui poſtea ad 54. contracti ſunt, ex quibus viginti quatuor ſubſunt Turcis, ſuntque alii meliores & ampliores, reliqui omnes Comitatus Auſtriacum agnoſcunt dominium, ex quibus quatuor verſus Carpathum montem, & Tibiſcum fluvium ſunt Principis Tranſſylvaniæ, in clientela tamen Auſtriacorum, & major pars Comitatus Cepuſienſis cum 12. oppidis ſubſunt Regi Poloniæ à 260. annis, hinc populi Hungari dicti *les Hongrois* Gallis, *gl'Ongari* Italis, *Hungariſchen* & *Ungeriſchen* Germanis, & *Wegrzyn* Polonis.

Hongaria Austriaca, *la Hongrie a l'Auſtriche*, pars Regni Hungariæ ad Septentrionem & occaſum extenſa, ſic dicta quod ſubſit dominio Imperatoris, è gente Auſtriaca, uti Regis Hungariæ. Vide Hungariæ Regnum.

Hungaria Cis Danubiana. Vide Hungaria inferior.

Hungaria Inferior, *la baſſe Hongrie*, pars minor Regni Hungariæ, ad occaſum & Meridiem extenſa, cis Danubium fluvium, unde etiam cis Danubiana vocatur.

Hungaria Polonica, pars parva Hungariæ ſuperioris, ſub dominio Regis Poloniæ ferè à tribus ſæculis, nempe duodecim oppida ſive caſtra Comitatus Scepuſienſis, intra montem Carpathum, in ipſo limite Poloniæ minoris.

Hungaria Superior, *la haute Hongrie*, pars ampla Regni Hungariæ, magis ad ortum & Septentrionem extenſa, trans Danubium fluvium, unde aliquando Trans Danubiana dicitur.

Hungaria Trans Danubiana. Vide Hungaria ſuperior.

Hungaria Turcica, *la Hongrie aux Turcs*, pars major Regni Hungariæ ad ortum & Meridiem, ſic dicta quod à centum quinquaginta annis ſubſit Imperio Turcarum. Vide Hungariæ Regnum.

Hungariæ Regi, alias parebant cum Hungaria, etiam Tranſſylvania, quæ ab ea ſeparata fuit a Joanne Rege anno 1541, habetque etiam Principem proprium: Valachia nunc proprio Principi parens ſub clientela Turcarum: uti etiam Moldavia: Sclavonia proprie dicta, cujus maxima pars ſubeſt nunc dominio Turcarum, minor vero ad occaſum Imperatori paret: Croatia cujus pars eſt Turcici juris ad ortum, & Auſtriaci ad occaſum: Dalmatia quæ pro majori parte ſubeſt Turcis, exceptis aliquos urbibus in ora littorali, quæ Venetis ſubſunt, & quas eis vendiderant Reges Hungariæ: Servia quoque, & Bosnia Hungariæ Reges agnovere dominos, antequam jugum Ottomanicum reciperent.

Hungariæ Regnum, nunc complectitur tantum Hungariam propriam, cum Sclavonia, dividiturque in ſuperiorem & inferiorem, Danubio fluvio. Hungaria inferior ſive cis Danubiana eſt inter Danubium & Savum, verſus Meridiem & occaſum. Hungaria autem ſuperior ſeu Trans Danubiana, eſt inter Danubium fluvium, & Tranſſylvaniam Poloniamque, verſus ortum, & Boream, illius Reges eliguntur in Diætis ſeu Comitiis Regni: ſed ejus maxima pars verſus Meridiem extenſa ſubeſt dominio Turcarum à centum quinquaginta annis, cum Buda urbe Regni primaria, minor vero portio ad Septentrionem ſubeſt dominio Regis, qui in præſentia eſt Imperator, diciturque Hungaria Auſtriaca, cujus caput eſt Poſonium; ſed urbes Hungariæ ſuperioris verſus fontes Tibiſci, & Poloniam gubernantur à Magiſtratibus, eodem modo fere quo civitates liberæ Germaniæ.

Hungariæ Comitatus seu Provinciæ
Sub Austriacis.

Abahvivarienſis, *Abanvivar.*
Aruenſis, *Arua.*
Barzodienſis, *Barzod.*
Bihorienſis, *Kalo.*
Biſtricienſis, *Biſtricz.*
Caſtriferrenſis, *Sarvar.*
Cepuſienſis, *Czepuſſ.*
Comarienſis, *Komara.*
Gevinarienſis, *Gewinar.*
Javarenſis, *Gewer.*
Liptovienſis, *Lypcze.*
Maramaroſienſis, *Maramaruſſ.*
Muſonienſis, *Muzon.*
Nitrienſis, *Neytracht.*
Peregienſis, *Peretzaz.*
Poſonienſis, *Poſon.*
Riſienſis, *Kreiſſ.*
Sagorienſis, *Sellia.*
Sarienſis, *Sarocz.*
Semlynienſis, *Semlyn.*
Sopronienſis, *Sopron.*
Tornenſis, *Torna.*
Tranſchinienſis, *Tranſchyn.*
Turocenſis, *Ouvar.*
Varaſdienſis, *Varaſdin.*
Veſprimienſis, *Veſprim.*
Ugogbenſis, *Ugoza.*
Unghenſis, *Unghwar.*
Zagrabienſis, *Zagrabia*
Zaladienſis, *Zalawar.*
Zatmarienſis, *Zatmar.*

Hungariæ Comitatus sive Provinciæ
Sub Turcis.

Albenſis, *Ekekes Feyerwar*
Baranienſis, *Baranyvar.*
Barienſis, *Bars.*
Bathienſis, *Bath.*
Bodrogenſis, *Bodrogh.*
Chanadienſis, *Chanad.*
Hewelenſis, *Hewecz.*
Hontenſis, *Sag.*
Novigradenſis, *Novigrad.*
Orodienſis, *Czongrad.*
Pelyſienſis, *Pelycz.*
Peſtenſis, *Peſt.*
Poſegienſis, *Poſega.*
Sigetenſis, *Szygeth,*
Simigienſis, *Zegzard.*
Sirmienſis, *Szerem.*
Strigonienſis, *Gran.*
Temeſvenſis, *Temeſvar.*
Tolnenſis, *Tolna.*
Toramtalienſis, *Thurtur.*
Valkonienſis, *Valpon.*
Zabolienſis, ſive Dabocenſis, *Chegt.*
Zolnocenſis, *Zolnok.*

Hungariæ Urbes Præcipuæ
Sub Austriacis.

Arrabo, *Gewer*, & *Raab.*
Caſſovia, *Caſchaw.*
Comaria, *Komara.*
Eperiæ, *Eperies.*
Filecum, *Fileck.*
Nitria, *Neytracht.*
Papa, *Papa.*
Poſonium, *Poſon*, & *Preſbourg.*
Tyrnavia, *Tirnaw.*
Tokaium, *Tokay.*
Varaſdinum, *Varaſdin.*
Veſprimium, *Veſprim.*
Zagrabia, *Zagrab.*

Hungariæ Urbes Præcipuæ
Sub Turcis.

Agria, *Erlaw.*
Alba Regalis, *Ekekes Feierwar*
Poſega, *Poſega.*
Buda, *Bude*, & *Offen.*
Caniſia, *Caniſa.*
Canadium, *Chanad.*
Colocia, *Colocz.*
Hatuanum, *Hatuan.*
Lippa, *Lippa.*
Murſa, *Ezeck.*
Neoſelium, ſeu Nova domus, *Owar*, & *Newhauſel.*
Peſtum, *Peſt.*
Quinque Eccleſiæ, *Otegiazar.*
Segedunum, *Seged.*
Sigetum, *Zygeth.*
Sirmium, *Czreim.*
Strigonium, *Gran* & *Estregan.*
Temeſvarinum, *Temeſwar.*
Vacia, *Waitzem.*
Varadinum, *Varadin.*
Zolnochium, *Zolnock.*

Hungaro-Ulachia, pars Regni Hungariæ,

ſic dicta à Græcis, teſte Leunclavio, quod complectatur partem Valachiæ quæ ad Hungariam pertinet.

Huninga, *Huningen* incolis, *Huningue* Gallis, vicus Germaniæ in Sundgovia provincia ad Rhenum fluvium, paulo infra Baſileam, ubi arx munita hoc anno excitata à Gallis quibus ſubeſt, in tutelam illius provinciæ, cum oppido adjacente.

Hunni, qui & Huni, populi Sarmatiæ Europææ, qui etiam poſtea Avares dicti, teſte Paulo Diacono, ab Agathia diſtinguntur in Cetriguros, Ultizuros, & Borgundos, eoſque circa paludem Mæotidem deſcribit; unde poſtea in Pannoniam migrarunt; eorum pars Attila Duce in Gallias venit, ſed cum ibi maxima clade affecti fuiſſent in Catalaunicis campis, à Meroveo Francorum Rege, & Aetio Romanorum Duce, in Pannoniam redire coacti ſunt, eique nomen Hungariæ dederunt, horum meminit Claudianus libro primo in Rufinum.

Hunnicuria, & Hunnonis curia, *Honnecourt*, oppidulum Galliæ in Picardia provincia, ad Scaldim fluvium, in confinio Arteſiæ & Cameraceſii tractus, ubi acriter dimicatum inter Gallos & Hiſpanos anno 1642. ſitum eſt prope Caſtelletum, & 3. leucis diſtat à Cameraco in Meridiem.

Hunnorum Tractus, ſeu pagus, *Hundſruck*, quaſi dicas dorſum canis, tractus Germaniæ, ubi alias Hunnorum coloniæ, inter Rhenum, Moſellam & Navam fluvios, cujus pars ſeptentrionalis ſubeſt dominio Electoris Trevirenſis, & pars meridionalis Electori Palatino, & minuta portio Lantgravio Haſſiæ Rhenoſeldenſi, & Marchioni Badenſi, ſub ipſo comprehenditur Comitatus Sponheimenſis, & ejus urbes atque oppida ſunt Confluentes, Bacharacum, Bodobriga, Fanum S. Goari, & Simmera.

Hunnum, oppidulum Ottadinorum in Britannia prima, cujus meminit Provinciarum notitia, nunc teſte Camdeno, eſt *Seventhale*, caſtrum Angliæ in Northumbria provincia, ad murum Picticum, 18. milliaribus à Novo caſtro in occaſum.

Huntingtonia, ſeu Huntingtonienſis Comitatus, *the Huntingtonshire* incolis, *le Comté de Huntington* Gallis, provincia Angliæ, ubi olim Iceni populi ex parte, teſte Camdeno, terminatur à Septentrione & occaſu Northantonia Comitatu, ab ortu Cantabrigia, & à Meridie Bedfordia, parva eſt & paludibus referta pro parte, & ejus caput eſt Huntingtonia urbs.

Huntingtonia, ſeu Hontingtonia, *Huntington*, urbs parva Angliæ, ad Uſam fluvium, media inter Bedfordiam ad occaſum & Eliam ad ortum, 10. milliaribus à Cantabrigia in occaſum æſtivum. Ab ea tractus adjacens dicitur, Comitatus Huntingtonienſis, eſtque prope paludes.

Huquania, *la province de Huquang*, provincia ſeu Regio ampla Imperii Sinarum in mediterraneis, inter alias ſeptimum locum obtinens, & à Septentrione in Meridiem extenſa, terminatur ad arctos Honania provincia, ad Orientem Quianſia, ad Meridiem Quanſia, & ad Occidentem Suchuenſi provincia, & in ea ſunt quindecim urbes majores, quarum præcipua eſt Vuchanum *Vuchang*, aliæ ſunt Hanyanga *Hanyang*, Siangianum, *Siangiang*, Teganum *Tegan*, Hoancheum *Hoangcheu*, Kingcheum *Kingcheu*, Yocheum *Tocheu*, Changxa *Changxe*, Paochinga *Paoching*, Hengcheum *Hengcheu*, Changta *Changte*, Xincheum *Xincheu*, Juncheum *Juncheu*, Chingtienum *Chingtien*, & Chingianum *Chingyang*, teſte Martinio.

Hurdaspalense Coenobium, cujus meminit Eulogius, nunc teſte Morali, eſt locus *Urdache* dictus, in Aquitania, & in Laputdenſi tractu, ad Pyrenæorum montium radices, in ipſo limite Navarræ Regni, una leuca à confinio Hiſpaniæ, & 5. à Baiona in Meridiem, & antea ab Hiſpanis occupatus fuerat.

Hurepesium, tractus Galliæ. Vide Hurepoeſium.

Hurepoesium, *le Hurepois*, tractus Galliæ in provincia Inſulæ Franciæ, inter Belſiam ad occaſum, Briam ad ortum, a qua ſeparatur Sequana fluvio, & Vaſtinum tractum ad Meridiem, alias fuit pars Belſiæ magnæ, & ejus urbes ſunt Corbolium, Caſtrum, & Firmitas Aleppi.

Hurones, *les Hurons*, populi Americæ Septentrionalis, in parte Boreali Novæ Franciæ, verſus lacum cognominem, & populos Otavacos.

Huronum Fluvius, *la riviere des Hurons*, fluvius magnus Americæ Septentrionalis, in Nova Francia, & in ejus parte occidentali. Dicitur aliter fluvius Otavacorum, eſtque valde extenſus ab occaſu æſtivo in ortum hybernum, & in fluvium Sancti Laurentii ſe exonerat prope inſulam Montis Regalis.

Huronum Mare Dulce, *la mer Douce des Hurons*, lacus Americæ Septentrionalis maximus, in Nova Francia, & maris ad inſtar propter amplitudinem, unde ab indigenis dicitur *Michigané*, id eſt magnus lacus, ejus circuitus eſt 700. leucarum, ut narrant incolæ harum partium, extenditur vero ad 200. leucas in longum, & in hunc lacum ſe exonerant lacus Illinorum, & lacus Superior, ut pluribus ſcribit Abbas Galineus qui nuper illas oras luſtravit, uti & Radiſſonus.

Hus, urbs parva in Auſitide provincia Syriæ & in Arabiæ confinio, patria Job, nunc *Omps*, teſte Thoma Minadoio.

Husumum, *Huſum*, urbs Daniæ in Jutia, & in parte meridionali Ducatus Sleſvicenſis, ad Heverum æſtuarium parvum, prope oram Oceani Germanici, & Strandiam Borealem inſulam, ut vocant, cum arce præclara Ducum excitata anno 1581. ſub dominio Ducis Holſatiæ Gottorpienſis, uno milliari Germanico cum dimidio diſtat a Fridericoſtadio in Septentrionem, & 4. à Sleſvico in occaſum. Munita fuerat à paucis annis, ſed nuper ejus munitiones dirutæ fuere à Daniæ Rege.

Hunum, *Huy*, & *Hu* Gallis, *Hoey* Belgis, oppidum Germaniæ inferioris, in Leodienſi ditione, & in Condruſenſi tractu, medium inter Leodium ad ortum & Namurcum ad occaſum, fuitque ſæpe everſum, cum caſtro in monte, & ponte lapideo ſed ſemidiruto ad Moſam fluvium, 5 leucis à Leodio. Dicitur aliter Huyum, ſeu Huionium, olim Benefactum, & captum fuit à Gallis anno 1675. poſtea vero ejus munitiones dirutæ fuere anno ſequenti.

Huxaria, *Hoxer*, & *Heuxer*, oppidum Germaniæ in Weſtphalia, olim Villa Regia dictum, ſedet ad Viſurgim fluvium, cum ponte lapideo, ſub dominio Abbatis Corbeienſis ab anno 822. ex donatione Ludovici Pii Imperatoris, & è regione Ducatus Brunſvicenſis, dimidio milliari Germanico ſupra Corbeiam, & 7. a Paderborna in ortum.

Huya, inſula parva Oceani Germanici, in ora Angliæ, cujus mentio apud ſcriptores mediæ ætatis, quod ſit non conſtat niſi forſan ſit *Holy Iland*, ſeu inſula Sacra, littori Angliæ & Northumbriæ provinciæ ferè adjacens, 6. milliaribus à Bervico, & à confinio Scotiæ in Meridiem Bamburgum verſus.

Hyadetæ, inſulæ maris Britannici Straboni, corrupte forſan, ut exiſtimant Caſaubonus & Camdenus, qui ſcribit eſſe quæ Siadæ ab Antonio dicuntur, vulgo *les ſept Iſles*, dictæ ſeptem inſulæ in Gallia, & in ora Boreali Britanniæ minoris verſus Trecorium.

Digitized by Google

Hyæa, urbs fuit Locrorum Ozolorum in Græcia, apud Stephanum. Hujus etiam meminit Thucydides.

Hyala, urbs Indiæ intra Gangem, ad Indi fluminis oſtium, teſte Diodoro.

Hyampolis, oppidum Phocidis Stephano, quod & Anemoria Straboni, in Bœotiæ confinio, Chæroneæ & Coroniæ finitimum, nunc *Jampoli*, in tabulis recentibus, ubi Hyampolus vertex montis ad Parnaſſum, cujus meminit Plutarchus, uti & Statius libro ſeptimo Thebaidos.

Hybla Major, oppidum Siciliæ inſulæ Thucydidi, & Livio, nunc Paternio, vulgo *Paterno*, oppidum Siciliæ in Valle Demonæ, ad radices montis Ætnæ, in colle prope Simethum montem, teſte Cluverio, 4. milliaribus ab Adrano in Meridiem, 10. à Centuripe in ortum hybernum, & 19. à Catana in occaſum, & Principatus titulo inſignitur, populi Hyblæi dicti a Thucydide, & Hyblenſes à Plinio.

Hybla Minor, ſive Heræa, oppidum Siciliæ inſulæ Antonino, & Stephano, nunc *Raguſa*, oppidulum Vallis Netinæ in Sicilia, in edito colle ſitum, teſte Cluverio, 15. milliaribus diſſitum ab ora maris Africi in Septentrionem, & 28. à Syracuſis in occaſum hybernum.

Hybla Parva, urbecula fuit Siciliæ, in ejus ora orientali Stephano, quæ & Galeotis, & Megara dicta, ejus rudera viſuntur ad oſtia Allabi fluvii, inter Auguſtam ad Septentrionem, & Syracuſas ad Meridiem, teſte Cluverio, quanquam alii credant eam fuiſſe, ubi nunc vicus in valle Netina, *Melilli* dictus, in illo tractu, ſed à mari tantiſper remotus.

Hyccara, urbs Siciliæ in ora Boreali Plutarcho, & Diodoro, nunc excisa jacens, cujus ruinæ adhuc extant loco *Garbolangi* vocitato, cum turri ſuperſtructa, perſeverat autem priſci nominis veſtigium, quod locus ille Murus Carini appellatur, *Muro Carini* vulgo incolis, quod antea dicebant *Muro d'Iccarini*, id eſt murus Hyccarinorum, 10. milliaribus à Panormo in occaſum, teſte Fazello, patria fuit Laidis, Stephano teſte.

Hyccarum, oppidum Siciliæ Stephano, quod *Vicari* eſſe videtur, caſtrum in Valle ſive provincia Mazaræ, teſte Aretio, inter Panormum & Agrigentum, ſed alii omnes cum Hyccara confundunt. Vide Hyccara.

Hyoæ, Lydiæ urbs, in Aſia minori, circa Tmolum montem Straboni, & Stephano: forſan eadem cum Sardibus.

Hydaspes, fluvius Aſiæ Quinto Curtio, per Suſianam verſus Suſam urbem fluens, de quo Virgilius libro quarto Georgicorum.

Hydaspes, fluvius Indiæ intra Gangem Quinto Curtio, & terminus itineris Alexandri Magni, cum Aſiam ſubjugaret, in Indum fluvium influens, nunc *le Rowey* dicitur, ut recentiores exiſtimant, & Lahorium urbem amplam Indiæ propriæ rigat, de illo Lucanus libro octavo.

Hydia, oppidum Siciliæ inſulæ Ptolemæo, in finibus Leontinorum, nunc exciſum jacet, & in ejus ruderibus extat tantum unica turris rotunda, *Cadra* dicta, in Valle Netina, teſte Fazello.

Hydra, inſula parva Africæ propriæ, in mari Mediterraneo, circa Carthaginem.

Hydra, *Idra*, inſula Græciæ in mari Ægeo, circuitus 20. mill. paſſ. 30. mill. paſſ. diſtans a Theramnia, ſed incolis vacua.

Hydra, oppidum fuit Græciæ in Ætolia Straboni, & Ptolemæo, nunc exciſum.

Hydra, promontorium Æolidis, in Aſia minori, inter Myrinam & Phocæam urbes.

Hydralis, fluviolus ad Byzantium, in Barbyſem influens Nicetæ, nunc *Belgrado*, teſte Gyllio.

Hydruntina Provincia, *la Terra d'Otranto* incolis, *la Province d'Otrante* Gallis, provincia eſt Regni Neapolitani, fere in modum peninſulæ extenſa ad ortum, inter mare Adriaticum ad ortum, & partim ad Septentrionem, ſinum Tarentinum ad Meridiem, provinciam Barianam ad Septentrionem, & Baſilicatam ad occaſum, ubi olim fuere Salentini populi & Calabri. Ejus primaria fuit Hydruntum, unde ei nomen inditum: nunc autem eſt Aletium, & inde ſæpe vocatur ab indigenis provincia Aletina, *la Provincia di Lecce*, eſtque ſeptima inter alias Regni Neapolitani provincias, & in ea etiamnum degunt plurimi Græci, in ejus parte meridionali.

Hydruntinæ Provinciæ Urbes.

Aletium, *Lecce*, provinciæ caput.
Brunduſium, *Brindiſi*.
Caſtellaneta, *Caſtellaneta*.
Gallipolis, *Gallipoli*.
Hoſtunium, *Oſtuni*.
Hydruntum, *Otranto*.
Mateola, *Matera*.
Neritum, *Nardo*.
Tarentum, *Taranto*.

Hydruntum, urbs Calabrorum in Italia Straboni, Ptolemæo, Livio, & Procopio, vulgo *Otranto* indigenis, *Otrante* Gallis, urbs eſt Regni Neapolitani, Archiepiſcopalis in provincia Hydruntina ab ea dicta, in ora maris Adriatici, probe munita eſt, cum arce à Mahumete II. miſere vaſtata anno 1480. ſed poſtea fortiter recepta fuit Chriſtianis, & nunc ſubeſt Regi Hiſpaniæ cum provincia adjacente, cujus primaria olim fuit; ſed nunc multum defecit, 45. milliaribus diſtans à Brunduſio verſus Meridiem, uti 20. ab Aletio, & 24. a Gallipoli in ortum, verſus oram proximiorem Epiri 60. circiter, & 19. a Japygio promontorio in Septentrionem, ubi Hydrus fluvius parvus, Galatæ [illegible], hinc Hydruntinus nomen genti *Otrantini* [illegible], cujus meminit Lucanus libro quinto.

Hydrus, mons Italiæ in Salentinis, teſte Pomponio Mela, nunc *il Capo d'Otranto* dicitur ab accolis, & *le Cap d'Otrante* a Gallis, eſtque promontorium Regni Neapolitani in provincia Hydruntina, & prope Hydruntum urbem in mare Adriaticum excurrens, ubi deſinit Ionium mare, quanquam omittatur in tabulis Magini, & in aliis etiam qui eum poſtea ſecuti ſunt.

Hyorussa, inſula maris Ægei Straboni. Vide Andros, & Cea.

Hyela, oppidum Brutiorum in magna Græcia Herodoto, nunc ut exiſtimat Gabriel Barrius, eſt *Bonfatti*, caſtrum Regni Neapolitani in Calabria citeriori, prope oram maris Tyrrheni, 18. milliaribus ab oppido Sancti Marci in occaſum.

Hyela, urbs Lucaniæ maritima in Italia Straboni. Vide Velia.

Hyelium, oppidum Phrygiæ in Aſia minori, ad Meandrum fluvium, teſte Niceta.

Hyetussa, inſula Aſiæ minoris in ora Cariæ Plinio.

Hygris, oppidum Sarmatiæ Europææ Ptolemæo, in ora paludis Mæotidis, inter oſtia Tanais & Gerri fluminum, nunc *Sabardi*, ut exiſtimat Villanovanus.

Hyla, fluvius Myſiæ Aſiaticæ Plinio, qui Hylas Solino, & Capellæ, Pruſam urbem alluens, ubi fons & lacus Hyla dictus, ab Hyla puero ibi ſub-

merſo, de quo Virgilius libro 3. Georgicorum.

Hyla, ſeu Ila, *Yle*. inſula Scotiæ Regni ferè rotunda, Ebudarum una, ad Meridiem Juræ inſulæ, circuitus 45. milliarium Scoticorum circiter; vixque 14. milliaribus diſtans à Scotia, & a Cantira provincia in occaſum, 20. autem à parte ſeptentrionali Hiberniæ. In ea ſunt tantum aliquot caſtra cum oppido *Kilcholmkil* dicto. Scribitur etiam Yla inſula, & 25. milliaribus diſtat à Mula inſula in Meridiem, Hiberniam verſus 30. & 48. a Novanto promontorio in occaſum æſtivum.

Hylæa, Regio Scythiæ Europææ ſeu parvæ Scythiæ Plinio, in qua Georgi ſeu Agricolæ Scythæ, verſus Boryſtenem fluvium, & Nomades, ſeu Pecuarii Scythæ verſus Pontum Euxinum & ſinum Carcinitem, teſte Ortelio, ubi hodie pars Tartariæ minoris, ejus meminit Valerius Flaccus libro 6. Argonaut.

Hylias, fluvius parvus Brutiorum in Italia, cujus meminit Thucydides, in agro Thuriorum, nunc teſte Barrio, eſt *il Triunti*, in Calabria Citeriori, ſed Cluverius exiſtimat eum eſſe fluviolum qui nunc *la Canera* dicitur, & 3. milliaribus a Cariato in mare Ionium ſe exonerat.

Hyllaicus, portus fuit Græciæ, in Peloponneſo, juxta Meſſenem, teſte Herodoto.

Hyllis, peninſula Illyrici Plinio, adjacens regioni Bulinorum, circuitus 30. mill. paſſuum, nunc *Sabioncello* dicitur, nulla in ea civitatum veſtigia inſunt, ſed tantum rudera Prætorii maritimi ab Antonino & Peutingero memorati, in portu Hylleo Apollonii, nunc *Mirara*, vel *Sant Arcangelo*, teſte Joanne Lucio viro clariſſ. Extenditur autem hæc peninſula ab ortu in occaſum, eſtque in Dalmatia, inter Pharium ad Septentrionem, Melitam ad Meridiem, & Corcyram nigram ad occaſum; ſub dominio Reipublicæ Raguſinæ, hinc Hylli populi Stephano.

Hyllus, fluvius Lydiæ, in Hermum influens: qui & Phrygius a Strabone, & Livio appellatur, ex Phrygia ortum ducens.

Hylophagi, populi fuere Æthiopiæ, teſte Diodoro Siculo.

Hylycus, fluvius Argiæ, qui & Taurius, ſive Taurus Athenæo dicitur, inter Hermionen & Trœzenen in mare fluens, teſte Pauſania.

Hymani, Liburniæ populi, teſte Plinio.

Hymettus, mons Atticæ, Athenis proximus Straboni, & Plinio, qui & Cecropius dictus fuit, nunc *il Monte Himetto*, teſte Brietio cum Bertio, ſive *il Monte di Atina*, ut alii tradunt, juxta quem Helice oppidulum erat, a Turcis *Cosbachi* dicitur, ejus circuitus eſt 20. mill. paſſ. & ejus meminit Martialis libro 13.

Hymmas, vicus Antiochiæ Syriæ, ad quem victam Zenobiam ſcribit Jornandes. Scribitur etiam Hymas ab aliis.

Hynidos, Aſiæ minoris oppidum, in Caria, teſte Plinio, fortè Idymos Ptolemæi.

Hynilon, urbs Aſiæ, Epiſcopalis ſub ſede Amidenſi teſte Guillelmo Tyrenſi Archiepiſcopo.

Hypacyris, fluvius Scythiæ Europææ Herodoto, qui Pacyris Plinio, & Carcinites aliis, una cum Gherro fluvio in ſinum Carcinitem cadit, prope Carcinem urbem, ſed quid ſit in præſentia non conſtat, quanquam Peucerus *Deſna* interpretatur ex conjectura.

Hypæa, inſula Galliæ Narbonenſis Plinio, quæ & Hypata, nunc teſtibus Brietio, & Honorato Bouche, enim aliis, eſt *l'Iſle du Levant*, ſive etiam *l'Iſle du Titan*, una ex tribus quæ Stocehades ſeu Olbienſes dicuntur, oræ Provinciæ adjacentes, vulgo *les Iſles de Hieres*, & ipſa Hypæa 12. leucis diſtat a Telone in ortum, uti 24. a Maſſilia, & vix dimidia leuca ab altera inſula *Portecro*, 15. vero à Fano Sancti Torpeti in Meridiem uti 3. ab ora Provinciæ, ut pluries vidi cum illas partes luſtrarem anno 1653. & ſequentibus.

Hypæpa, urbs Lydiæ Straboni, & Ptolemæo, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Epheſino, ſive Sardiano, inter Tmolum montem & Cayſtrum fluvium ſita, nunc etiam *Ipepa* dicta quibuſdam, Thyatiræ proxima. Hypæpæ Pauſaniæ, uti & Ovidio libro 11. Metamorphoſeon.

Hypania, oppidum Peloponneſi, in Elide regione Ptolemæo, quod Epina Straboni, vel Hypana eidem, & Epion Stephano, in Triphylia tractu prope Alpheum fluvium nunc *Accumba*, teſte Nigro.

Hypanis, fluvius Sarmatiæ Europææ Herodoto, Plinio, & aliis, nunc eſt *le Bog*, fluvius Poloniæ, teſte Mercatore, oritur in Podolia quam ſeparat a Volhinia, deinde rigatis Chmielnico, Braclovia, uti aliquot aliis urbibus, & Palatinatu Braclavienſi, in duas partes ſecto, in Boryſthenem, & paulo poſt cum ipſo in Pontum Euxinum ſe exonerat, & ejus curſus eſt circiter 200. milliarium ab Occidente in Orientem, ejus meminit Ovidius libro 15. Metamorphoſeon, eſt autem diverſus à Buge fluvio *Bug*, qui in Viſtulam cadit infra Varſoviam.

Hypanis, item fluvius ab Ariſtotele, ad Cimmerium Boſphorum memoratur, & in Caracondamem ſe exonerat.

Hypasis, fluvius Indiæ Citerioris, in Indum influens, qui & Hypani dictus à Strabone, & Propertio, Hydaſpes vero Plinio, & Quinto Curtio. Vide Hydaſpes.

Hypata, urbs fuit Theſſaliæ, quondam regionis primaria Ariſtoteli, ad ſinum Maliacum, ad radices montis Oetæ.

Hypatis, fluvius Siciliæ Silio, qui Hipparis Pindaro, nunc *il fiume di Camarana* Fazello, & Cluverio. Vide Hipparis.

Hypatus, mons Bœotiæ, Thebis imminens Pauſaniæ, qui *il Monte di Tives* dicitur ab exteris.

Hyperborei, montes Sarmatiæ Melæ, Ptolemæo, & Plinio, qui & Riphæi dicti, nunc *Cameni Poias*, id eſt cingulum mundi vocantur, & eorum vertex *Stolp*, teſte Mercatore, cum Heberſtenio, ſuntque in parte ſeptentrionali Ruſſiæ Magnæ, ſive Moſcoviæ, verſus Obyum & Dwinam fluvios, quanquam veteres hos circa Tanaïs fluvii fontes deſcribant, ubi hodie nullos eſſe montes docent teſtes oculati & fide digni.

Hyperborei, populi Sarmatiæ, qui ab omnibus antiquis ſtatuuntur verſus Septentrionem, ſed ſitu valde inconſtanti, Ptolemæo ſunt in Sarmatia Aſiatica, Pomponio Melæ ultra Amazones, Plinio ultra Aquilonem, & Pauſaniæ ſupra Arimaſpios, de his ubi ſint & cur ſic dicantur conſule Macrobium libro 2. de ſomno Scipionis; nunc autem creduntur ubi nunc *Peczora* provincia in Septentrionali Moſcoviæ, verſus Vaiganum fretum & Obium, teſtibus Herbeſtenio, Mercatore & Ortelio Hyperb. Eorum meminit inter alios Virgilius libro 7. Æneidos.

Hyperboreum Mare, pars eſt Oceani Septentrionalis, ſive Glacialis, & nunc *la mer de Moſcovie*, & *la mer de Tartarie* dicitur, Moſcoviam ad Septentrionem alluens, & Tartariam Moſcoviticam.

Hyperboreus Oceanus, pars Oceani Septentrionalis Vide Hyperboreum mare.

Hyperia, fons Meſſeniæ provinciæ Pelopon-

neſi, teſte Strabone, & ejus etiam meminit Valerius Flaccus libro 4. Argonaut.

Hyperea, & Hyperia, fons Theſſaliæ prope Pharſalum & Phthiam Straboni, ſeu prope Pheras & Attacem, teſte Plinio.

Hyperia, fons Theſſaliæ, prope Pheras oppidum, teſte Sophocle, quæ aliis eſt Hyperea. Vide ſupra.

Hyppius, fluvius Bithyniæ Plinio, qui Hypius Stephano, nunc *Lippe* dictus à Caſtaldo, & aliis, Hypiam oppidum alluit, & prope Heracleam Ponti in mare Euxinum labitur, inter Sangarium & Lycum fluvios ejuſdem oræ.

Hyppius, mons Bithyniæ Plinio, qui & Horminius ſive Ormenius dicitur, *Armendag* hodie appellatur à Turcis, teſte Leunclavio.

Hypræ, ſeu Ipræ, *Yperen* incolis, *Ipres* Gallis, urbs Galliæ in Belgio & in Comitatu Flandriæ, ſatis munita, Epiſcopalis recens ſub Archiepiſcopo Mechlinienſi. Vide Ipra.

Hyprensis Tetrarchia, *le quartier d'Ipres*, tractus Belgii in Flandriæ Comitatu, ſub dominio Francorum. Vide Iprenſis Tetrarchia.

Hypsa, fluvius Siciliæ Ptolemæo, & Plinio, nunc *il Belici* dictus, teſte Faaello, per Vallem Mazaræ labitur in oram auſtralem, & juxta Selinuntem in mare Africum ſe exonerat, & à Silio Hyſpa dicitur.

Hypsaltæ, populi Thraciæ, teſte Plinio, qui Hypſelitæ dicti a Stephano.

Hypsela, oppidum Pamphyliæ in Aſia minori Straboni, Pergæ finitimum, in Ciliciæ confinio, nunc *Alaſcebar* dictum, teſte Leunclavio.

Hypsele, oppidum fuit Ægypti, teſte Ptolemæo.

Hypsipylæa Terra, Lemnos, inſula maris Ægei, appellata ab Hypſipyle Regina, teſte Ovidio

Hypsus, quæ & Hypſopolis, urbs Phrygiæ magnæ ex libris Conciliorum, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Synnadenſi: quæ Turcis *Alaſchehyr*, teſte Leunclavio, dicitur, & *Upſu* etiam.

Hyrcania, Regio Aſiæ in Perſarum Regno Straboni, Ptolemæo, & aliis, cujus termini erant à Septentrione mare Hyrcanum ſic ab ea dictum, ab ortu Margiana, ab Occidente Media, & à Meridie Parthia propria, erat pars Parthiæ late ſumptæ, ubi nunc Taberiſtania, *le Taber ſtan* provincia Regni Perſiæ, quæ alio nomine *Mazenderan* dicitur, teſte Gollio, & ejus urbes olim claræ fuere Hyrcania, Zadracarta, & Adraſpa, hinc populi Hyrcani dicti, quorum meminit Virgilius libro 7. Æneidos.

Hyrcania, urbs Perſarum Regni, Hyrcaniæ regionis caput Ptolemæo, & Trogo, ſed quæ ſit hodie non conſtat.

Hyrcanum Mare, Ptolemæo, quod Caſpium etiam ab aliis auctoribus nominatur, ad inſtar ingentis lacus, ab aliis maribus omnino ſeparatum in Aſia, inter Sarmatiam Aſiaticam, Perſarum Regnum, & Scythiam intra Imaum; Hyrcanum dictum fuit, quod oram Hyrcaniæ rigat, nunc vulgo *la mer Caſpie* Gallis, ſive *la mer de Bachu* ab urbe cognomine, & *la mer de Sala* ab urbe *Salacinits* in ora, *il Mare Caſpio* Italis, *the Caſpian Sea* Anglis, *het Caſpiſe Zee* Belgis, *Gualenskoi More* Ruſſis, Gurgianum mare *la mer de Georgie* [illegible]menis, *Dario Gilan*, ſive *la mer de Gilan*, *de Taberiſtan*, atque *de Mazenderan* Perſis, a provinciis Perſiæ ei vicinis, & Arabibus *Bahar Curzum*, quod nomen habet commune cum ſinu Arabico, & mare clauſum ſignificat, de variis ejus nominibus [illegible] Texeiram, terminatur à Septentrione Regno Aſtracani, ditionis Moſcoviticæ, Calmuchiis populis, & Bucharia regione; ab Oriente Mauralnaharia regione; ab Occidente Circaſſis populis, & Tartaris Dagheſtaniæ dictis, uti Sirvania provincia Perſiæ; à Meridie autem Gilania, Taberiſtania, & Choraſania provinciis Perſiæ, & in illud ſe exonerant plurimi fluvii, quorum præcipui ſunt Aibitorva, Araxes, Jaicus, Jaicubius, Jaxartes, Kiſarius, Oxus, Rha, & Tetius, extenditur à Septentrione in Meridiem ad ſexcenta mill. paſſ. nempe ab ora Bucharíæ ad oram Gilaniæ, ſed ab Oriente in Occidentem ad 450. milliaria tantum, ut tradunt recentiores qui illud navigarunt, quod melius convenit cum ſententia Agrippæ in Plinio, cum alii antiqui & multi recentiores & Joannes Perſa etiam illud extenderint ad 800. mill. paſſ. in longitudinem: ejus vero circuitus eſt 1700. mill. paſſ. ut dignoſcitur ex accurata tabula nautica illius Maris recens à Moſchis facta, de eo pluribus ſcribit Olearius qui illas partes luſtravit. Vide Caſpium mare, ejus meminit Propertius libro ſecundo.

Hyrcanus Sinus, pars maris Caſpii ſeu Hyrcani, in Meridiem extenſa inter Hyrcaniam & Margianam, nunc *le Golfe de Mazenderan* quibuſdam.

Hyrgis, fluvius Scythiæ Europææ, in Tanaim influens Herodoto: qui incolis *Scoſna* appellatur, teſte Mercatore.

Hyria, oppidum Ciliciæ in Aſia minori, ad Calycadnum fluvium, Stephano teſte, Seleuciæ urbi vicinum ad 15. milliaria in Septentrionem, uti 35. à mari Cilicio. Populi Hyrienſes Plinio & Livio.

Hyrias Sinus, Melæ, nunc *il Golfo di Rodi*, pars maris Hadriatici in ora Capitanatæ provinciæ Regni Neapolitani, inter Leſinam urbeculam ad occaſum & Apeneſte. Vide Urias ſinus

Hyrie, ſive Hyries, lacus parvus Hyriæ Bœotiæ regionis, circa Aulidem, cum oppido cognomine olim apud Homerum, Strabonem, Plinium, & alios.

Hyris, promontorium Bythyniæ, ad Boſphorum Thraciæ, circa Chalcedonem urbem, quod & Euron appellatur, teſte Stephano.

Hyrium, oppidum Apuliæ Dauniæ maritimum, in Italia Ptolemæo, quod Hyria Herodoto, & Hurium aliis, nunc *Rodi* dictum, teſtibus Nigro, & Leandro, in Capitanata provincia Regni Neapolitani, eſtque oppidulum in ora maris Adriatici, ad Gargani montis radices & in ejus ora Boreali, 25. milliaribus diſtans a Leſina in ortum Apeneſte verſus 15. eſtque nunc parvi momenti. Populi Hyrini dicti fuere à Plinio quorum meminit Dionyſius Afer de ſitu orbis.

Hyrmine, oppidum erat Peloponneſi, in Elide Straboni, quod Hyrmina Stephano.

Hysiæ, oppidum fuit Bœotiæ, ad montis Cithæronis radices, Pauſania teſte.

Hyspa, fluvius Siciliæ Silio. Vide Hypſa.

Hyssus, ſeu Hyſſi, portus Aſiæ minoris in Cappadocia, in ora Ponti Euxini, teſte Arriano, 15. milliaribus à Trapezunte in occaſum, & 40. circiter à Ceraſunte in ortum, ad oſtia Hyſſi fluvii, quanquam aliqui eum ponant 15. milliaribus a Trapezunte in ortum.

Hyta, *Hyth*, portus Angliæ, cum caſtro [illegible] unito, in Cantio provincia, & ad fretum Gallicum, medius inter Ripam & Dub[illegible]un.

Hytanis, fluvius Carmaniæ Plinio, in ora Carmanici ſinus, & prope fauces Perſici ſinus inter oſtia Bagradæ fluvii Perſidæ, & Armuzam urbem, qui Andanis à Ptolemæo dici videtur

I.

IABADII INSULÆ, id eſt hordei, inſulæ Aſiæ in Oceano Indico ſive Eoo Ptolemæo, quæ olim etiam Chryſe dictæ fuere à Plinio, eas varii varie interpretantur, Mario Nigro eſt *Java* inſula ampla Indiæ, ſed recentiores multi exiſtimant eſſe Japoniæ inſulas, *le Japon*, in Oceano Orientali, ad ortum Sinarum Imperii. Vide Japonia.

JABRUDA, urbs erat Syriæ Ptolemæo, Laodiceæ Scabioſæ proxima.

JACATRA, *Jacatra*, urbs Indiæ, in Java inſula, antea Calappa vocata, quæ a Belgis unitis expugnata principio hujus ſæculi, Batavia dicta eſt ab ipſis; eſtque urbs ampla & permunita, 12. leucis à Bantamo in ortum, arcem habens adjacentem etiam *Jacatra* dictam, uti ipſa vocatur adhuc ab incolis illarum partium. Vide Batavia.

JACCA, urbs Vaſconum in Hiſpania Tarraconenſi Ptolemæo, *Iacca*, etiamnum vulgo dicta, urbs eſt Hiſpaniæ in Aragonia, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Cæſar-Auguſtano, ad Aragonium fluvium, & ad Pyrenæorum montium radices, quæ à Pompeio Magoo condita putatur, caput erat antiqui Comitatus Aragoniæ, & arcem habet ſitu munitam, extructam anno 1592. diſtat 16. leucis Hiſpanicis à Cæſar-Auguſta in Septentrionem, uti 8. ab Oſca, verſus confinia Galliæ 8. circiter.

JACOBÆA INSULA, *the James Iſland* Anglis, *l'Iſle de Jacques* Gallis, pars ampla Terræ Arcticæ valde in Septentrionem extenſa, inter fretum Hudſonium, Cumbriæ ſinum, Fretum Daviſium, & Baffinium ſinum, extenditur ab occaſu hyberno in ortum æſtivum, & ſic dicta fuit ab Anglis in honorem Jacobi Regis, ſed ejus oras tantum luſtrarunt, & in ea nullam habent coloniam, quanquam perampla ſit.

JACOBÆUS FLUVIUS, *the Jaimes River*, fluvius Americæ Septentrionalis in Virginia regione, ſic dictus ab Anglis, qui ab indigenis *Pouvatan* vocatur, Jacobipolim rigat, & poſtea in ſinum Cheſopeacum labitur.

JACOBIPOLIS, *Jameſtowne* Anglis, *Jameſtan* Gallis, urbs Americæ Septentrionalis, & Virginiæ præcipua, ab Anglis excitata, & ſic dicta à Jacobo Rege magnæ Britanniæ, juxta fluvium Pouvatanium ſive Jacobæum, aliquot milliaribus à mari remota.

JACOBIPOLIS, *Jameſtown*, oppidum Hiberniæ in Lagenia provincia, ad Shennum fluvium, in limite Connaciæ, ab Anglis extructum & ſic dictum.

JACOBIPOLIS, *Santiago* Hiſpanis, *Santiogue* Gallis, urbs parva Americæ Meridionalis in Hiſpaniola inſula, ab Hiſpanis excitata ipſis etiam ſubeſt. Vide Fanum Sancti Jacobi.

JACOBIPOLIS, *Santiago de Chile*, urbs Americæ Meridionalis, Regni Ciles caput, ad radices montium. Vide Fanum Sancti Jacobi.

JACOBI SINUS, *the James bay* Anglis, ſinus Americæ Septentrionalis, ſeu potius pars ampla ſinus Hudſonii, maximè in Auſtrum extenſa verſus Novam Franciam, & in ora Novæ Walliæ Meridionalis; ſic dictus à Thoma Jacobo Anglo, qui primus illas oras luſtravit anno 1631.

JACTUM, fluvium videtur deſcribere in Liguria Plinius libro 3. eumque aliqui *Grana* interpretantur, qui in Padum ante Tanarum influit per Montem Ferratum fluens, ſed Gaſpar Varrerius jactum appellative legendum docet, ut intelligantur jacta flumina.

JADA, fluvius parvus Germaniæ Reginoni, vulgo *Jader*, eſt in Weſtphaliæ circulo, & in Comitatu Oldenburgico, juxta caſtrum Jada, *Jade* dictum, & poſt brevem curſum ſe exonerat in ſinum *die Jade* inundatione maris factum, & cum eo poſtea in Oceanum Germanicum, prope oſtia Viſurgis fluvii, ab eo Friſia Orientalis diviſa fuit alias bifariam, nempe in Cis-Jadanam, quæ nunc proprie Friſia Orientalis, & in Trans-Jadanam, ubi hodie Comitatus Oldenburgicus.

JADRA, fluvius Illyrici Vibio Sequeſtri, nunc *la Salona* Italis, *Solin* Slavis, fluvius eſt Dalmatiæ, qui prope Salonæ ruinas in mare Adriaticum ſe exonerat, teſte Joanne Lucio, 4. milliaribus à Spalato diſtans, uti etiam ex tabulis Peutingerianis colligitur, & ejus meminit Lucanus libro 4.

JADER, fluvius Germaniæ Ptolemæo, qui & melius Viader ſcribitur, vulgo *l'Oder*, ut etiam exiſtimat Cluverius. Vide Viader.

JADERA, colonia & urbs Illyrici Plinio, atque Ptolemæo, Liburniæ caput, vulgo *Zara* Italis, *Zadar* Slavis, & *Zare* Gallis, urbs Dalmatiæ Archiepiſcopalis & permunita, in ora maris Adriatici, à quo undique cingitur, alias ſuberat Regi Hungariæ, hodie vero Reipublicæ Venetæ paret ab anno 1409. quo eis vendita fuit cum Novigrado, inſula Pagi, & aliis locis ejus diſtrictus à Ladiſlao Rege Neapolitano, qui illam obtinebat, pro Ducatis centum millibus, teſte Joanne Lucio Tragurienſi, 180. milliaribus diſtat à Venetiis in ortum, uti 100. à Pola urbe Iſtriæ, & 40. à Sibenico in occaſum æſtivum, ab ea tractus adjacens dicitur *il Contado di Zara*, territorium ſive Comitatus Jaderæ. Populi Jadertini Plinio, vulgo nunc *i Zaratini* dicti ab Italis.

JAFANAPATANUM, ſeu Jafanaportus, *Jafanapatan*, urbs Indiæ, in parte ſeptentrionali Ceylani inſulæ, cum arce, ſub dominio Belgarum unitorum. Caput eſt Regni cognominis, & 60. milliaribus diſtat ab ora proximiori Coromandeliæ in ortum.

JAFANAPATANUM REGNUM, *le Royaume de Jafanapatan*, Regio eſt parva Ceylani inſulæ, in ejus parte ſeptentrionali, verſus ſinum Gangeticum & Manariam inſulam, cum urbe primaria cognomine.

JAGATH, oppidum Mauritaniæ Tingitanæ Ptolemæo, intra fretum Herculeum, *Targa* nunc, teſte Marmolio, Abylæ uni ex columnis Herculis propinquum, in Fezzano Regno.

JAGNIEVUM, *Jagnievo*, urbs Regni Serviæ, ſatis culta in planitie intra montes, vix dimidii diei itinere à Monte novo diſtans, ſub dominio Turcarum, & in ea ſunt plurimi Catholici.

JAGODNA, *Jagodna*, oppidum Serviæ Regni, ſatis cultum in tractu feraci.

JAICUBIUS, *Jaicuby*, fluvius Tartariæ, in mare Caſpium ſe exonerans, in ora Bochariæ regionis, inter fluvios Jaicum ad occaſum, & Kaſarium ad ortum, ut dignoſcitur ex tabula accurata Maris Caſpii.

JAKOTYNUM, *Jakotyn*, oppidulum Poloniæ, in Ucrania regione, & in Palatinatu Kyovienſi, trans Boryſthenem, cum arce munita, juxta fluvium *Supoi*. 8. milliaribus Polonicis ſupra Elmiazoviam in Septentrionem, & 11. à Kiovia in ortum, nunc ſub Moſchis.

JALOFÆ, *les Jalofes*, populi Africæ in Nigritia

regione, inter oſtia fluviorum Gambeæ & Senegæ.

JALYSUS, oppidum Rhodi inſulæ, in ora Aſiæ Straboni, quod Jalyſſus Ptolemæo, & Jalyſum Plinio, à Rhodo urbe 8. milliaribus diſtans, nunc pagus *Uxilica* dictus, teſte Nigro, hic imago Protogenis opus, erat adeo pulchra, ut Demetrius Rex illius potiundæ gratia bellum Jalyſiis intulerit, teſte Aulo Gellio.

JAMA, *Jamagorod*, arx Sueciæ permunita, in Ingria, & in margine fluenti, *Jamſche Reck* nuncupati, qui Imperii Moſcovitici clavis, cum tota Præfectura ſibi ſubjecta anno 1617. beneficio pacis in Suecorum poſſeſſionem venit: è regione arcis transfluentum quoddam municipium Ruſſi, ſed Suecorum juris, inhabitant. 3. milliaribus Germanicis diſtat à Narva Livonica.

JAMAICA, *la Jamaica* Hiſpanis & Anglis, *la Jamaique* Gallis, inſula ampla Americæ Septentrionalis in mari Boreali, quæ primum à Chriſtophoro Columbo detecta fuit, & dicta S. Jacobi inſula, inde ſemper Hiſpanis paruit uſque ad annum 1654. quo Angli tempore Olivarii *Cromwel* eam ſui juris fecerunt pro maxima parte, unde etiamnum ipſis tota ſubeſt, dividitur in tredecim partes ſive tractus, nempe S. Andreæ, S. Annæ, S. Catharinæ, S. Davidis, S. Elizabeth, S. Georgii, S. Jacobi, S. Joannis, S. Thomæ, Clarendonii, & Portus Regii, cum duobus aliis quorum nomina ignorantur, fertilis eſt inſula admodum atque a paucis annis probe culta ratione magnitudinis, 20. leucis Hiſpanicis diſtans a Cuba inſula in Meridiem, Carthaginem novam verſus 150. & 35. ab Hiſpaniola inſula in occaſum, extenditur ab ortu in occaſum in longitudinem ad 170. milliaria Anglica; à Septentrione vero in Meridiem lata eſt 70. milliarium ſimilium, ejus vero circuitus eſt 350. mill. paſſ., ejus præcipuus portus *Port-Royal* dicitur in parte meridionali, cum arce & oppidulo, ſed Fanum Sancti Jacobi, *Santiago*, eſt totius inſulæ primaria urbs etiamnum, Melilla vero, Hiſpalis, & Oriſtanium urbes hodie fere dirutæ jacent.

JAMAISTSRA, *Jamaiſtero*, Regio Japoniæ, in parte occidentali inſulæ Niphoniæ, ſub qua ſunt duodecim provinciæ, ſeu Regna, ut ipſi vocant, nempe Aquia, Bingum, Bitcum, Fochium, Idzuum, Inaba, Ivamum, Mimalaca, Nangatum, Suvum, & Tajimum, teſtibus Cardino & Catone.

JAMAMA, *Jamama*, urbs Arabiæ fœlicis, regionis cognominis caput, ad fluvium *Aſtan*, prope confinia Arabiæ deſertæ, 250. milliaribus diſtat à ſinu Perſico in occaſum verſus Meccam.

JAMBA, *Jamba*, Regio ſeu provincia Indiæ propriæ, in Imperio Magni Mogolis, verſus Gangem fluvium, inter Patnam provinciam ad ortum, Naugracutum ad Septentrionem, Lahorium ad occaſum, & Bakariam ad Meridiem, urbem habens primariam cognominem.

JAMBA, *Jamba*, urbs Indiæ cis Gangem, provinciæ cognominis caput, in Imperio Magni Mogolis. Vix 80 milliaribus diſtat à Gange fluvio in ortum Lahorium verſus.

JAMBUM, *Jamby*, urbs Indiæ, cum portu in parte auſtrali Sumatræ inſulæ, inter fretum Malacæ in Septentrionem & Palimbanum in Meridiem. Aliquot milliaribus diſtat ab ora orientali, & valde frequentatur à Belgis.

JAMBIUM REGNUM, *le Royaume de Jamby*, Regio Indiæ ſatis parva in Sumatra inſula Oceani Indici, verſus oram orientalem, & urbem habens primariam cognominem.

JAMESA, fluvius Britanniæ magnæ Ptolemæo, qui Thameſis Cæſari, & aliis, nunc *Thames* Anglis, *la Tamiſe* Gallis, fluvius Angliæ præcipuus. Vide Thameſis.

JAMESCUM, alias Gommacum, *Jametz*, oppidulum Lotharingiæ antea munitum, in confinio Luxemburgenſis ditionis, ſub dominio Regis Francorum ab aliquot annis. Sedet inter Monmedium ad Septentrionem, & Danvillerium ad Meridiem, vix 2. leucis utrinque, & paulo amplius à Stenæo in ortum, nuncque ejus munitiones dirutæ ſunt.

JAMNA, oppidum Minoris Balearis Ptolemæo, quæ Jamno Plinio & Melæ, nunc teſte Gerundenſi Epiſcopo, eſt *Cittadella*, oppidum Hiſpaniæ, Minoricæ inſulæ caput, in ejus ora ad occaſum, è regione Balearis majoris, ſatis munitum cum portu utcumque capaci.

JAMNA, urbecula Palæſtinæ maritima Stephano, quæ Jamnia Antonino, Jamnis Plinio, & Jamnetorum portus Ptolemæo, olim in Tribu Dan, poſtea in Judæa, quæ ſub Chriſtianorum imperio Epiſcopalis fuit ſub Archiepiſcopo Cæſareæ, hodie vicus *Zania*, teſte Maſio, 10. mille paſſibus diſtans à Joppe in Meridiem Azotum verſus 25. circiter.

JANASUM, urbs Callaicorum Lucenſium in Hiſpania Tarraconenſi Pomponio Melæ, à plurimis confunditur cum Flavio Brigantio, & nunc Villanovano & aliis, eſt Compoſtella *Compoſtella*, urbs Hiſpaniæ Gallæciæ primaria, Archiepiſcopalis effecta loco Emeritæ Auguſtæ. Vide Compoſtella.

JANCOMÆ REGNUM, *le Royaume de Jancoma*, Regnum Indiæ extra Gangem, ſub dominio Regis Peguani.

JANICULENSIS PONS, unus ex Romæ pontibus ad Tiberim, ſic dictus à Janiculo monte, qui & Aurelius, à Marco Antonino Pio è marmore ædificatus, teſte Marliano, qui poſtea civilibus bellis demolitus, nunc Pons Sixtus, *il Ponte Siſto* vulgo dicitur, ab ejus reſtauratore Sixto IV. Pontifice Maximo, ut etiam dignoſcitur ex inſcriptione ibi appoſita.

JANICULUM, ſic dicta fuit primum urbs Roma, ſive illius arx, teſte Macrobio libro 1. Saturnalium cum aliis.

JANICULUS MONS, unus ex ſeptem urbis Romæ collibus, Publio Victori, & aliis, qui & Janiculenſis dictus à quibuſdam, hodie Mons Aureus vocatus, & corrupto vocabulo Montorius, vulgo *Montorio*, ubi Eccleſia S. Petri in Montorio dicta, S. Petri crucifixione illuſtris, ut ſæpiſſime vidi, ejus meminit Virgilius libro 8. Æneidos.

JANOVITIUM, *Janowitz*, caſtrum Bohemiæ propriæ, prope Caurzimam urbem, ubi Auſtriaci fuſi & grandi clade affecti fuere à Suecis, Duce Leonardo Torſtenſonio, anno 1645. Diſtat 6. milliaribus Germanicis à Praga in occaſum hybernum verſus Moraviam.

JANUA, urbs clariſſima Liguriæ, cujus ſæpe fit mentio in actis mediæ ætatis, quæ veteribus Genua, *Genoua* vulgo, & hinc Januenſes populi dicti. Vide Genua.

JANUARIS FLUVII PRÆFECTURA, *à Capitania de Rio de Janeiro*, provincia Braſiliæ in ejus ora meridionali, inter Præfecturas Spiritus ſancti ad Septentrionem, & Sancti Vincentii ad Meridiem, & verſus oram littoralem maris Braſilici, ſic dicitur à Januario fluvio qui per eam labitur, ſub dominio Regis Portugalliæ, & ejus præcipua urbs eſt Fanum Sancti Sebaſtiani, *San Sebaſtian*, nuper Epiſcopalis facta ſub Archiepiſcopo Sancti Salvatoris.

JANUARIUS FLUVIUS, *el Rio de Janeiro* Luſitanis, *Ganabara* indigenis, & *la Riviere de Geneure* Gallis, fluvius amplus Americæ Meridionalis in Braſilia regione, qui aliquot auctus fluviis, in Oceanum

Braſilicum ſe exonerat in ora auſtrali regionis, ubi portu gaudet capaciſſimo, prope Fanum Sancti Sebaſtiani, & in provincia Præfectura fluvii Januarii ab eo dicta.

JANUENSES, dicuntur populi Liguriæ in actis mediæ ætatis, ab urbe Janua, qui nunc & ſæpius Genuenſes vocantur. Vide ibi.

JANVILLA, ſeu Hienvilla in actis mediæ ætatis, *Janville*, oppidum Galliæ in Belſia provincia, in planitie perampla, vix una leuca diſtans à Turiaeo, & 9. ab Aurelianis in Septentrionem Carnutes verſus totidem.

JANVILLA, *Joinville*, urbs Galliæ, quibuſdam Joanvilla. Vide ibi.

JAOCHEUM, *Jaocheu*, urbs eſt Imperii Sinarum in Quianſia provincia, cujus ſecunda cenſetur, ſedet in planitie juxta fluvium *Po*, & ab ipſa pendent ſex minores urbes, teſte Martinio.

JAPARA, *Japara* Luſitanis, *Japar* Gallis, urbs Indiæ, Regni cognominis caput, in parte ſeptentrionali Javæ inſulæ, juxta fluvium Japaram, & 25. milliaribus à mari Indico in Meridiem 100. circiter à Materano in ortum hybernum, & 210. à Batavia in ortum.

JAPARÆ REGNUM, *le Royaume de Japar*, Regio Indiæ in Java inſula, & in ejus parte Boreali, cujus Rex ex præcipuis eſt Javæ, urbem habens primariam cognominem cum aliquot aliis minoris notæ.

JAPIDIA, Regio ſive pars Illyrici Ptolemæo, & aliis, quæ antiquitus triplex fuit; nempe Japidia prima, à fontibus Timavi amnis uſque ad Iſtriam extenſa; Japidia ſecunda, ab Arſia fluvio uſque ad Tedanium flumen: & Japidia Inalpina dicta, in montibus Albio, & reliquis Alpibus ſupra Iſtriam ſe extendentibus excurrens, teſte Joanne Lucio: tota autem Japidia pars erat occidentalis Illyrici, verſus Iſtriam, Liburniam & ſinum Flanaticum, cujus populi Japodes dicti fuere à Strabone, ibi nunc pars meridionalis Carniolæ, *Krain*, & pars occidentalis Croatiæ Auſtriacæ, teſte Lazio, cum majori parte tractus *il Carſo* dicti.

JAPODES, populi Illyrici Straboni, qui Japydes Ptolemæo, verſus Iſtriam & Liburniam extenſi, quorum Regio Japidia dicta fuit, uti ſupra, horum veſtigium elucet in tractu etiamnum *Jappenaw* dicto, in Carniola regione, teſte Lazio, ibi Japydum oppidum, teſte Servio, Japix Plinio. Eorum meminit Virgilius libro 3. Georgicorum.

JAPONIA, ſive Japonicæ inſulæ, Regio ampla Aſiæ in Oceano Orientali ſive Sinico, vulgo *Niphon* indigenis dicta, *Gepuen* Sinis, id eſt Oriens, unde forſan nomen recens ei inditum fuit ab Europæis, cum à Luſitanis, *Japaon*, & ab Anglis & Belgis *Japan* dicatur, *le Japon* à Gallis, & *il Giapone* ab Italis, terminatur ab Occidente Oceano Sinico, quo ſeparatur à Corea inſula & à Sinarum Imperio; ad Boream dividitur à regione Eſonis Oceano Orientali, & freto Sangario; ad ortum vero & Meridiem alluitur Oceano Orientali. Tota regio admodum fertilis, abundans & culta eſt, cum plurimis urbibus magni momenti, quamquam ſatis montuoſa, & vix diſtat 100. milliaribus à Corea regione in ortum, ejus longitudo ab occaſu hyberno in Orientem æſtivum vix eſt 750. mill. paſſ. ubi major eſt à Septentrione in Meridiem non excedit 300. millia paſſuum, quanquam de ejus parte ſeptentrionali magna ſit contentio etiamnum inter recentiores, cum aliqui Japoniam credant magis extenſam verſus Arctos, & Eſonis regionem, & ejus oram in illis partibus diſtare itinere 27. dierum ab Jedo urbe regionis præcipua in Septentrionem, & complectitur tres inſulas nempe, Niphoniam quæ ampliſſima eſt, & cæteris longe major, ad ortum & Septentrionem maxime extenſa, Saicocam quæ ad occaſum, & Xicocam quæ ad Meridiem vergit, teſtibus Carone, Cardino, & Brietio, & in his ſunt ſexaginta octo Regna, ſive potius provinciæ, nempe quinquaginta quatuor in Niphonia inſula, decem in Saicoca inſula, & quatuor in Xicoca: ſed hæc Regna ſive provinciæ ſubſunt dominio Regum viginti unius, qui tamen illa omnia poſſident uti feuda, & ſub clientela Imperatoris Japoniæ, teſte Franciſco Carone, nunc autem Japonia cum inſulis adjacentibus dividitur in ſeptem partes ſeu regiones, quarum nomina ſunt Jamaiſtera *Jamaiſtero*, Ietſenga *Jetſengo*, Jetſeſena *Jetſeſen*, Ochia *Ochio*, Quantoa *Quanto*, Saicoca *Saikoch*, & Xicoca *Chinckoch*, totius regionis caput fuit Meacum *Meaco*; ſed ab aliquot annis ſedes regia tranſlata fuit Jedum *Jedo*, quæ nunc primaria urbs cenſetur, hinc Japonenſes populi, *les Japonois* vulgo Gallis, *los Japoneſes* Hiſpanis, *the Japanners* Anglis & Belgis.

JAPONIÆ REGNA SIVE PROVINCIÆ.

Amacuſa, *Amacuſa*, in Saicoca regione.
Aquia, *Aqui*, in Jamaiſtera regione.
Aquita, *Aquita*, in Ochia regione.
Aua, *Aua* ſeu, *Auwa*, in Ochia.
Auva, *Auwa*, in Xicoca regione.
Ayzua, *Ayzu*, in Ochia.
Figena, *Bigen* & *Biſen*, in Jetſenga regione.
Bingum, *Bingo*, in Jamaiſtera.
Biteum, *Bitchu* & *Bitchiou*, in Jamaiſtera.
Bugenum, *Bugen*, in Saicoca.
Bungum, *Bungo* & *Boungo*, in Saicoca regione.
Caium, *Cai*, in Quantoa regione.
Canga, *Canga*, in Jetſeſena regione.
Canzula, *Canzula*, in Ochia.
Cavacum, ſive Ozaca, *Cavachi*, in Jetſenga.
Chicuanum, *Chicuien*, in Saicoca.
Chicungum, *Chicungo* & *Sickingo*, in Saicoca.
Conzucum, *Conzuque*, in Quantoa.
Devanum, *Deva* & *Devano*, in Ochia.
Farima, *Farima*, in Jetſenga.
Fiſenum, *Fiſen*, in Saicoca.
Finda, *Finda*, in Jetſeſena.
Fiogum, *Fingo*, in Saicoca.
Firandum, *Firando*, in Saicoca.
Fitacum, *Fitaqui* & *Fitayts*, in Ochia.
Fiunga, *Fiuga* ſive *Fiungo*, in Saicoca.
Fochium, *Foqui*, in Jamaiſtera.
Idzoum, *Idzu*, in Jamaiſtera.
Idzuum, *Idzu*, in Quantoa.
Idzumum, *Idzumi* & *Iſumi*, in Jetſenga.
Jechinum, *Iechien*, in Jetſeſena.
Jetchuum, *Ietchu*, in Jetſeſena.
Inaba, *Inaba*, in Jamaiſtera.
Ingum, *Ingo* & *Inga*, in Jetſeſena.
Juvamum, *Iuvami*, in Jamaiſtera.
Ixum, *Ixe* ſeu *Iche*, in Jetſeſena.
Iyum, *Iyo* & *Gio*, in Xicoca.
Micava, *Micauva*, in Quantoa.
Mimalaca, *Mimalaca*, in Jamaiſtera.
Minum, *Mino*, in Jetſeſena.
Mulaxium, *Mulaxi*, in Ochia.
Nambum, *Nambu*, in Ochia.
Nangatum, *Nangato*, in Jamaiſtera.
Nivata, *Nivata*, in Quantoa.
Notum, *Noto*, in Jetſeſena.
Quinocunum, *Quinocuni*, in Jetſeſena.
Sangamum, *Sangami*, in Quantoa.
Sanuquium, *Sanuqui*, & *Saniko*, in Xicoca.

Satſuma, *Satſuma*, in Saieoca.
Surunga, *Surunga* ſeu *Surnga*, in Quantoa.
Suum, *Suno*, in Jamaiſtera.
Tajimum, *Tajima* & *Taiſima*, in Jamaiſteta.
Tamba, *Tamba*, in Jeſtenga.
Tantomum, *Tatomi*, in Quantoa.
Tota, *Toto*, in Xicoca.
Tzuconum, *Tzutoni* & *Tſounoconny*, in Jetſenga.
Vacaſa, *Vacaſa*, in Jetſenga.
Vomum, *Vomi*, in Jetſeſena.
Voſumum, *Voſumi*, in Saicoca.
Vovarum, *Vovary* & *Owary*, in Jetſeſena.
Voxum, *Voxu*, in Ochia.
Utum, *Uto*, in Saicoca.
Xima, *Xima*, in Jerſenga.
Ximoſa, *Ximoſa* & *Simoſa*, in Oebia.
Ximotucum, *Ximotcuque* & *Simotske*, in Ochia.
Xinanum, *Xinano* & *Sinano*, in Quantoa.
Yamata, *Yamata*, in Jetſenga.
Yamaxirum, *Yamaxiro*, in Jetſenga.

JAPONIÆ URBES PRÆCIPUÆ.

Amacuſa, *Amacuſa*, in Regno cognomine.
Amangucium, *Amanguci*, in Suvo Regno.
Arima, *Arima*, in Regno Figeni.
Ava, *Ava*. in Regno cognomine.
Bungum, *Bungo*, in Regno cognomine.
Dungum, *Dongo*, in Regno Iyo.
Farima, *Farima*, io Regno Farima.
Firandum, *Firando*, in Regno cognomine.
Jedum, *Iedo*, regionis caput, in Mulaxio Regno.
Meacum, *Meaco*, in Regno Yamaxiro.
Nangaſacum, *Nangaſachi*, in Regno Figeni.
Oyama, *Oyama*, in Regno Jetchuo.
Ozaca, *Ozaca*, in Regno Cavaco.
Sacaium, *Sacay*. in Regno Idzumo.
Surunga, *Surunga*, in Regno cognomine.
Vomura, *Vomura*, in Figeni Regno.

JAPYGIA, regio Italiæ, verſus mare Adriaticum in ortum extenſa, antiquiſſimis temporibus magis protendebatur, cum ſub ipſa cenſerentur Apulia & Meſſapia ſeu Calabria, ut ex Strabone colligunt Ortelius, & Cluverius, ſed poſtea reſtricta fuit, & complectebatur tantum Meſſapiam, in qua Calabri & Salentini populi fuere, & nunc provincia Hydruntina, *la Terra d'Otranto* vulgo, pars Regni Neapolitani, ſub Hiſpanis, populi Japyges dicti à Plinio, Japygiæ meminit Ovidius libro 15. Metamorphoſeon. Vide Meſſapia.

JAPYGIUM, promontorium Italiæ io Salentinis Ptolemæo, quod & Salentinum dictum fuit, & Acra Japygia Plinio, nunc *il Capo di Sancta Maria di Leuca*, in Hydruntina provincia Regni Neapolitani, in mare Ionium valde eacurrit ad ortum, juxta fauces maris Adriatici, 60. mille paſſibus diſtans ab Acroceraunіis montibus Epiri in occaſum Tarentum verſus 75. & 24. ab Hydrunto in Meridiem.

JAQUÆ, *les Jacques*, populi Africæ, ea Guinea regione orti, barbari admodum & feroces, qoi in Æthiopia inferiori ſedes fixerunt, inter Abiſſiniam & Regna Monoemogi & Congi, ſed nullas babent urbes; vocantur aliquando *Giaguas* ſeu *Giaquas* à Regni Congi incolis, ſed ſe ipſos Gallas vocant *Imban Gallas*, & *os Gallas* Luſitanis, onde ſæpius dicuntur à recentioribus Gallæ, & Abiſſinos maximis cladibus affecerunt à ſæculo & dimidio, teſte Hieronymo Lobo Luſitano cum aliis. Vide Gallæ.

JARESIUS AGER, *le Jarez*, tractus Galliæ in Lugdunenſi provincia, inter Pilam montem ad ortum, & Ligerim fluvium ad occaſum, in limite Forenſis provinciæ ſuperioris, infra Fanum S. Stephani, ſed ejus veri periere limites.

JAROANUM, promontorium Phrygiæ majoris Ptolemæo, quod ab aliis Phrygiæ minori tribuitur, io ora maris Ægei, inter Aſſum urbem ad occaſum, & Scepſim ad ortum, nunc *il Capo di Sancta Maria* dicitur à nautis Chriſtianis, teſte Leunclavio, cum Sophiano, & *Bababourne* a Turcis, & à quibuſdam confunditur cum Gargara promontorio.

JARGOLIUM, *Jargeau*, oppidum Galliæ in Præfectura Aurelianenſi & in Sicalonia tractu, dicitur etiam à quibuſdam Gergolium, eſtque io valle amæniſſima ſitum, cum ponte lapideo ad Ligerim fluvium cui inſidet, alias munitum fuerat ab Hæreticis, ſed nunc ejus munitiones disjectæ ſunt, 4. leucis diſtans ab Aurelis in ortum Caſtrum novum verſus 2. & Floriacum 4. circiter.

JARMUTHUM, *Yarmouth*, vulgo, quanquam *Yermue* pronuncient, oppidulum Angliæ in Norſolcia Comitatu, ad oſtia Garryeni in Oceanum Germanicum, dicitur ſæpius Garianonum. Vide ibi.

JARNACUM, & Jarniacum, *Jarnac*, oppidulum Galliæ, in Inguliſmenſi provincia, ad Carentonum fluvium, prælio ibi dato anno 1569. memorabile, medium ferè jacet inter Engoliſmam ad ortum & Santones ad occaſum.

JAROMITIA, *Iaromitz*, qoibuſdam Jaromierſa, oppidulum Regni Bohemiæ, ad Albim fluvium, 2. milliaribus Germanicis ſupra Reginogradecium diſſitum in Septentrionem, & 12. à Praga in ortum.

JAROSLAVIA. *Iaroſlaw*, oppidum amœnum Regni Poloniæ, in Roſſia Rubra, cujus arcem Sanus fluvius alluit, anno 1625. pro majori parte incendio deflagravit.

JAROSLAVIA, *Iaroſlaw*, urbs ampla Ruſſiæ magnæ ſeu Moſcoviæ, provinciæ cognominis caput, cum arce lignea; diſtatque 45. milliaribus Polonicis à Moſcua in Septentrionem, ad Volgæ ripam. Dicitur etiam Ieroſlovia. Vide ibi.

JAROSLAVIÆ DUCATUS, *le Duché de Iaroſlaw*, provincia Moſcoviæ ſatis ampla, ioter Vologdam ad Septentrionem & Roſtoviam ad Meridiem, verſus Volgam fluvium. Alias Principes habuit proprios, quos Joannes Baſilides Ruſſorum Monarcha Principatu ſpoliavit, eorumque ditionem ſui juris fecit.

JARSATH, urbs Mauritaniæ Cæſarienſis Ptolemæo, in ora maris Mediterranei, inter Saldas urbem ad ortom & Audum promontorium ad occaſum, ſed quid ſit hodie non conſtat, quamquam *Tedelez* credatur à Caſtaldo, & *Gien* ab aliis.

JASONIUM, locus prope Byzantium in Thracia Dionyſio, nuoc *Diplociana* Græcis, & *Biſitas* Turcis dictus, teſte Petro Gyllio.

JASONIUM, ſeu Jaſonius, mons ingens Mediæ, pars Tauri montis, ad lævam portarum Caſpiarum, teſte Strabone.

JASONIUM, promontorium Aſiæ minoris in Cappadocia Ptolemæo, cum fluvio cognomine apud Plinium, inter Polemonium ad occaſum, & Cyteorum ad ortum, in ora Ponti Euxini, nunc *il Capo di San Tomaſo* dictum à nautis, ut ſcribit Moletius.

JASPIS, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis in Conteſtanis Ptolemæo, quod & melius Aſpis dicitur ab Antonino, ounc teſte Hieronymo Zurita, *Aſpe viejo* dicitur, eſtque caſtrum Regni Valentini, una leuca tantum ab Illici diſſitum in Septentrionem, & 3. ab Alone urbe in occaſum Murciam verſus.

JASSA, locus in deſerto, ubi Iſraëlitæ caſtra me-

Digitized by Google

tati ſunt, ut legimus in libro Numer. capite 21.

Jassis, populi Pannoniæ, Ptolemæo teſte, circa Dravum fluvium incolentes, qui Jaſii dicti fuere à Plinio.

Jasssum, *Iaſſy* incolis & Polonis, *Ias* Gallis, urbs Valachiæ Principatus, ad fluvium *Pruth*, cum arce munita in qua aliquando Principis ſeu Vaivodæ ſedes, alias à Coſaccis capta, nunc ſervatur à Turcis cum valido ipſorum præſidio, diſtat tantum 30. mill. paſſ. à confinio Poloniæ Regni in Meridiem, & 50. circiter à Soczova in ortum, à Camenecio vero 120. in ortum hybernum, & forſan olim dicta fuit Auguſta Daciæ urbs, ut exiſtimant recentiores, ſed male in omnibus tabulis recentibus ſub Moldavia comprehenditur, cum ſit in Valachia.

Jassius Ssnus, Plinio, hodie *il Golfo di Milaſſo*, pars eſt maris Ægei, in ora Aſiæ minoris, & Cariæ regionis, inter Poſidium promontorium & Mindum urbem, ſicque dicitur ab Jaſſo urbe ei adjacente.

Jassus, urbs Cariæ maritima in Aſia minori Ptolemæo, & Polybio, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Stauropolitano, ſita ad ſinum Jaſſium ab ea dictum, in ora maris Ægei, & in limite Ioniæ, ſcribitur Jaſus ab Antonino, nunc *San Pietro* interpretatur Pinetus, ſed teſte Ricautio, eſt *Askem-Kaleſi*, id eſt caſtrum *Askem* urbecula fere diruta cum portu, & media inter Epheſum ad Septentrionem & Mindum ad Meridiem, 40. milliaribus utrinque diſtans, uti 15. à Mileto, & 55. ab Halicarnaſſo in Boream, hinc populi Jaſſei Straboni, hujus urbis meminit Ovidius libro 3. Amorum.

Jastus, fluvius Scythiæ intra Imaum montem, teſte Ptolemæo.

Jatamana, lacus lunæ, in Athamania tractu Theſſaliæ, ubi Fanum nympharum, teſtibus Antigono, & Vibio Sequeſtri.

Jatinum, urbs Galliæ Celticæ Ptolemæo, & Meldarum caput, unde etiam ſæpius Meldæ dicitur, nunc *Meaux*, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Pariſienſi ab anno 1622. cum antea eſſet ſub Archiepiſcopo Senonenſi, caput eſt Briæ provinciæ Campaniæ annexæ, ſedetque in planitie ampliſſima ad Matronam fluvium, 10. leucis à Lutetia Pariſiorum diſtans in ortum Remos verſùs 20. & Catalaunum. Vide Meldæ.

Jatres, urbs Arabiæ Petræ. Vide Medina.

Jatrus, fluvius Mœſiæ inferioris Josnandi, qui Jeterus Plinio, nunc *la Iantra* dicitur, ut collegi ex accurata tabula manuſcripta illarum partium, quanquam ab aliis *Iſchar* credatur, oritur ex Hæmo monte, deinde rigata Ternobo urbe, & recepto Roſſita fluvio, in Septentrionem tendens in Danubium fluvium labitur infra Nicopolim.

Jatur, urbs Indiæ intra Gangem, teſte Ptolemæo.

Java, *la Iava* omnibus, *la Giava* Italis, inſula perampla Aſiæ, in mari Indico, ab Oriente in Occidentem extenditur ſpatio 200. leucarum. Ad occaſum habet Sumatram inſulam, à qua ſeparatur freto Sundæ. Ad ortum ei adjacent aliquot minores inſulæ. Ad Meridiem habet Oceanum Auſtralem, & ad Septentrionem inſulam Borneum, à qua tamen diſtat 45. milliaribus Germanicis. In ea ſunt novem Regna, nempe Bantami, Iacatræ, Iaparæ, Tubani, Iortani, Paſſarvani, Panarucani, Palimbuani, quæ ſunt in ora Boreali inſulæ, & Materani, in ora auſtrali, cujus Rex totius inſulæ eſt præcipuus; habentque urbes cognomines. Tota inſula dives eſt aromatum proventu & abundantia; ideoque valde ab Europæis frequentatur, præſertim ab Anglis & à Belgis unitis, qui inibi habent Bataviam arcem permunitam. Sed pars meridionalis inſulæ nondum luſtrata fuit ab Europæis; eratque alias una ex tribus inſulis Sindæ à Ptolemæo memoratis, ut Sanſon probare nititur, hinc Iavani populi *les Iavans* vulgo Gallis, *los Iavos* Luſitanis, *the Iavanners* Anglis & Belgis.

Javæ Insulæ Urbes Præcipuæ.

Balambuanum, *Balambuan.*
Bantamum, *Bantam.*
Batavia, alias Jacatra, *Batavia.*
Japara, *Iapara.*
Jortanum, *Iortan.*
Materanum, *Materan.*
Panarucanum, *Panarucan.*
Paſſarvanum, *Paſſaruan.*
Saraboa, *Saraboy.*
Tubanum, *Tuban.*

Javarinensis Comstatus, *le Comté de Gewer*, ſeu *de Iavarin*, tractus eſt Regni Hungariæ, ſub dominio Auſtriacorum, in Hungaria inferiori, juxta Arrabonem fluvium, inter Schutiam inſulam ad Septentrionem, & Comitatus Comarienſem ad ortum, Caſtriferrenſem ad Meridiem, & Muſunienſem ad occaſum, ſicque dicitur ab ejus primaria urbe Arrabone ſive Javarino.

Javarinum, *Raab* incolis, *Gewer* Germanis, *Iavarin* Gallis, & *Giavarino* Italis, urbs Hungariæ inferioris, Comitatus cognominis caput, & Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Strigonienſi, alias & melius Arrabo dicta, parva eſt ſed probe munita, ad Arrabonem fluvium ubi is Danubio congreditur, è regione parvæ Schutiæ inſulæ, verſus confinia ditionis Turcarum, à quibus capta fuit anno 1591. ſed poſtea recepta mirabili audacia à Domino de *Vaubecourt* nobili Gallo, ſubeſt etiamnum Auſtriacis, & 5. milliaribus Germanicis diſtat a Comara in occaſum. Vide Arrabo.

Jaula, *Iaula* urbs Indiæ in parte orientali Ceylani inſulæ, & Regni cognominis caput, aliquot milliaribus diſtans ab ora littorali, ſed paucis conſtat incolis ob aſperitatem regionis, teſte Emanuele de Faria.

Jaulæ Regnum, *le Royaume de Iaula*, Regnum parvum Indiæ, in parte meridionali Ceylani inſulæ, urbem habens primariam cognominem, quæ à quibuſdam Jala dicitur, unde etiam provincia adjacens Jalæ Regnum vocatur in tabulis recentibus.

Jauna, fluvius Galliæ. Vide Icauna.

Jauria, *Iawer*, urbs Regni Bohemiæ in Sileſia inferiori, quæ à quibuſdam etiam Javoria dicitur, parva eſt ſed ſatis culta, & Ducali titulo inſignita, à qua pendet tractus adjacens, arcem habens antiquam, vix 2. milliaribus Germanicis diſtat à Lignitio in Meridiem, & 6. ab Uratiſlavia in occaſum.

Jauriensis Ducatus, ſeu Javorienſis, *das Hertzogthumb Iawer* incolis, *le Duché de Iaure* Gallis, tractus Bohemiæ Regni in Sileſia inferiori, inter Luſatiam ſuperiorem ad occaſum, Bohemiam propriam ad Meridiem, & Ducatus Lignicenſem & Suvidnicenſem ad ortum, urbem habens præcipuam Jauriam dictam.

Jaurua, *le Jaur*, fluvius parvus Galliæ in Occitania inferiori, oritur prope Fanum S. Pontii Tomeriarum, & in Orbam ſe exonerat prope *Pujoli* caſtrum, teſte Catello.

Jaxamatæ, populi Sarmatiæ, ad Mœotidem paludem, Mela teſte, prope Tanais fluvii oſtia, Satharchis finitimi. Vide Exomatæ.

JAXARTÆ, populi Scythiæ intra Imaum Ptolemæo, inter Sacas populos ad ortum, & Sogdianam regionem ad occaſum, ubi nunc pars ampla Mauralnahriæ regionis ſeu Trans Oxianæ, ut dignoſcitur ex tabulis Abulfedæ.

JAXARTES, fluvius ingens Sogdianorum Plinio & Ptolemæo, qui Sogdianam regionem à Jaxartis ſeparat, nunc *Seibun* dictus, teſte Abulfeda, & ut ſcribit Gollius in notis ad Alſerganum, oritur ex montibus Balachxiis & in occaſum æſtivum fluens Chog.ndam urbem rigat, & in mare Caſpium ſe exonerat inter duo oppidula *Carakus* & *Paganſa* dicta.

JAYCZA, *Iaycza*, urbs Boſniæ Regni præcipua, & olim ſedes regia, ſita eſt in monte arduo, cum caſtro munitiſſimo, prope Varbam fluvium, verſus limites Croatiæ, ſub dominio Turcarum, fere à centum ſeptuaginta annis, & olim forſan Æmate dicta fuit, ut quidam exiſtimant, 5. milliaribus Germanicis diſtans à Banialuca, uti 8. à Dravo fluvio in Meridiem, & 15. à Jadera in ortum hybernum.

JAZITHA, Lybiæ interioris oppidum, teſte Ptolemæo.

JAZYGES, qui & Jaaiges Mœotæ dicti, populi Sarmatiæ Europææ Straboni, fuere verſus paludem Mœotidem, inter Naubaros ad occaſum, & Roxolanos ad ortum. Eorum oppida fuere Lianum, Acra, & Cnema, teſte Mercatore, forte ubi nunc pars orientalis Tartariæ minoris, eorum meminit Valerius Flaccus libro 6. Argonaut.

JAZYGES METANASTÆ, populi Europæ Ptolemæo, & Straboni, origine Sarmatæ, & olim ſub Sarmatia comprehenſi, poſtea vero in Dacia late ſumpta: eorum termini erant ab Occidente fluvii Vaga, & Danubius, quo ſeparabantur à Pannonia, a Meridie etiam Danubius, ab Oriente Dacia vera, & à Septentrione Carpathus mons, erantque valde extenſi, eo in tractu ubi nunc præcipua pars Hungariæ ſuperioris, ſive Trans Danubianæ, *la haute Hongrie*, quæ nunc ex majori parte ſubeſt dominio Auſtriacorum, præſertim verſus Boream.

IBALIA, mons Dalmatiæ, nunc *il Monte Negro* dictus, verſus Scodram urbem & Labeatim paludem.

IBAN, urbs Armeniæ majoris, Baaſpracaniæ regionis metropolis apud Curopalatem, & Cedrenum, nunc *Van* dicta, teſte Leunclavio, parva eſt ſed probe munita, cum caſtro ſub dominio Turcarum à centum ſere annis, & in limite Perſiæ, olim Artemita dicta fuit, ut exiſtimant doctiores, eſtque prope ingentem lacum Arſiſſam. Vide Artemita.

IBANI PRÆFECTURA, *le Beglierbeglic de Van*, provincia Turcomaniæ in Aſia ſub dominio Turcarum, & in ea ſunt novem Sangiacatus ſeu Præfecturæ minores, verſus confinia Perſiæ, nempe *Adilagivas*, *Ergiſchi*. *Muſda*, *Barkiri*, *Kiſari*, *Eſpaird*, *Ekrad*. *Benikutur*, & *Berdea*, teſte Ricautio Anglo.

IBERA, oppidum Illercaonum in Hiſpania Tarraconenſi, cujus meminit Livius, uti etiam Sextus Avienus, in ſua ora maritima, ſed Hibera ſcribit, uti Antonius Auguſtinus, nunc quibuſdam videtur *Flix*, caſtrum munitum in Catalonia ad Iberum, ſed aliis eſt ipſa Dertuſa *Tortoſa*, urbs Epiſcopalis Cataloniæ, paulo ſupra oſtia Iberi fluvii in mare Mediterraneum. Vide Dertuſa.

IBERIA, dicta fuit à Græcis Hiſpania Europæ regio apud Strabonem, & Plinium, ab Ibero fluvio qui eam ſecat, hinc populi Iberi & Iberus nomengentis, Iberiæ meminit Claudianus de laudibus Serenæ.

IBERIA, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, nunc exciſum, ubi *Ibros* viculus Hiſpaniæ in Vandalitia provincia, vix una leuca à Biatia in Septentrionem, teſte Martino Ximena, & prope Bætim fluvium.

IBERIA, regio Aſiæ Straboni, & Ptolemæo, inter Albaniam ad ortum, & Colchidem ad occaſum, Armeniæ majori ad Meridiem contermina, ad Septentrionem montibus Caucaſeis à Sarmatia Europæa ſeparata, nunc Georgia propria dicitur, incolis *Chartueloba*, Aſiaticis *Gurgiſtan*, & Gallis *la Georgie*, eſtque pars orientalis Georgiæ late ſumptæ ſub dominio proprii Principis, in clientela tamen Regis Perſarum, ubi provinciæ Carduelia *Carduel*, & Gaguetia *Gagheti*, teſte Archangelo Lamberto, ibi urbes alias celebres Armotica ſive Harmaſtis, & Artaniſſa. Populi Iberes Straboni & Iberi Virgilio & aliis, *les Georgiens* nunc a Gallis dicti, & *Chartueli* ſibi, eorum meminit Virgilius libro 3. Georgicorum.

IBERICUM MARE, & Iberum, *el mar de España* Hiſpanis, *la mer d'Eſpagne* Gallis, pars eſt ampla maris Mediterranei, oram Hiſpaniæ alluens a freto Gaditano ad occaſum uſque ad Aphrodiſium promontorium in limite Galliæ.

IBERIUM, *Ivry*, oppidulum tenue Galliæ in Normannia provincia, ad Eburam fluvium, in cujus vicinio acriter dimicatum inter Gallos anno 1590. ſedet ad radices collis, in limite Belſiæ, cum caſtro diruto in colle, 4. leucis diſtans à Drocis in Septentrionem, & 15. à Lutetia Pariſiorum in occaſum, dictum fuit etiam Ibreium.

IBERUS, fluvius Hiſpaniæ Tarraconenſis maximus Straboni, Plinio & aliis, nunc *el Ebro* indigenis, *l'Ebre* Gallis, qui inter Pyrenæos & Idubedam montes, æquo ab utroque disjunctus ſpatio fluit, oritur ex montibus Aſturum in Caſtella veteri, juxta vicum & Turrim *Mantillas*, ex duplici fonte *Fuentibre* dicto, 5. leucis ab oppido *Aquilar del Campo*, in confinio Aſturiæ S. Julianæ, deinde partem ſeptentrionalem Caſtellæ veteris rigat, Ruconiam & Alavam provincias, & Navarræ Regnum, uti urbes Mirandam, Lucronium, Calagurim, & Turelam, hinc recepto Arga fluvio, paulo poſt lintrium capax efficitur, poſtea Aragoniæ Regnum bifariam ſecans, juxta Cæſar-Auguſtam labitur, recipitque fluvios Salonem, Gallæcum, Martinum, Gaudalopium, & Secorim, cum quibuſdam aliis minoribus, tandem per partem occidentalem Cataloniæ fluens, ibi tribus leucis infra Dertuſam in mare Mediterraneum ſe exonerat, & in ejus oſtio tres inſulas parvas efficit *Alfachs* dictas; antiquitus nomen dedit Hiſpaniæ, quam dividebat in Citeriorem & Ulteriorem, ſed poſtea Hiſpania Ulterior ad ſolam Bæticam reſtricta fuit, hujus fluvii meminit Silius libro ſeptimo.

IBERUS, fluvius parvus Hiſpaniæ Bæticæ, nunc *el Rio Tinto* dictus, teſte Floriano à Campo, in Oceanum ſe exonerat inter oſtia Bætis & Anæ fluviorum, & olim etiam Urium dictus fuit. Vide ibi.

IBERUS, fluvius Iberiæ regionis Aſiæ Plinio, ex Caucaſo monte in Cyrum fluvium majorem defluens.

IBORA, urbs Cappadociæ in Aſia minori, teſte Porphyrogenneta.

IBIDA, urbs Scythiæ parvæ ad Iſtrum, teſte Procopio.

IBIRTHA, urbs Arabiæ fælicis, teſte Ptolemæo.

IBISSA, ſive Ipſium, *Ips*, & *Ibs*, oppidum Germaniæ in Auſtria inferiori, ad Danubium fluvium, ubi recipit Ibiſſam fluviolum, & 10. milliaribus

Germanicis infra Lentium in ortum diſtans Viennam verſus 15.

Ibliodurum, ſeu Ibliodurus, oppidulum Mediomatricum in Gallia Belgica, cujus fit mentio in itinerario Antonini, inter Divodurum & Virdunum, quod interpretantur *la Beuville* vicum Lotharingiæ, aliis autem eſt *Conflans* cognomento *en Jarniſy*, oppidulum Galliæ & in Barrenſi Ducatu ad Otnam fluviolum, 7. leucis à Virduno Divodurum verſus, quod melius convenit poſitioni Antonini.

Ibriones, populi Germaniæ Jornandi, qui Brionea Paulo Diacono, quos Marcus Welſerus inter Lycum & Oenum flumina in Bavariæ finibus ſtatuit. Aliis videntur eſſe *Prynner*, incolæ montis Pyrenæi, in Tirolis Comitatu. Vide Briones.

Iburgum, *Iburg*, caſtrum Germaniæ in Weſtphalia, & in ditione Epiſcopi Oſnabrugenſis, ubi perſæpe commorantur Epiſcopi, in limite ditionis Monaſterienſis, & 3. fere milliaribus Germanicis ab Oſnabruga in Meridiem Luppiam verſus.

Icaria, inſula maris Ægei Ptolemæo, quæ Icaros Plinio, & Stephano, nunc vulgo *Nicaria*, ſeu etiam *Nicouri* dicta, ut quidam tradunt, oblonga eſt & culta, urbeculam habens Epiſcopalem ſub Archiepiſcopo Rhodio, ſic dicta fuit ab Icaro quem volantem ibi decidiſſe amiſſis alis fabulantur, cum prius Pergamus diceretur, teſte Pauſania in Bœoticis, ejus circuitus eſt 40. mill. paſſ. circiter, inter Samum inſulam ad ortum 28. & Naxum ad occaſum 60. milliaribus: ſeu inter Chium ad Septentrionem 40. milliaribus, & Pathmum ad Meridiem 25. diſtans, longius autem à Delo, alias ſuberat Juſtinianis Genuenſibus Chii inſulæ dominis, ſed à duobus fere ſæculis Turcarum dominio ſubeſt, extenditurque ab ortu in occaſum, ejus meminit Ovidius libro 4. Faſtorum & libro 1. Triſtium.

Icarium, inſula ſinus Perſici, oſtio Euphratis objecta Straboni, & Arriano, quæ Ichara dicitur à Plinio, & Ptolemæo, nunc *Carge*, teſte Caſtaldo, quanquam recentiores aliqui *Elchadr* dici exiſtiment, & credat Gollius Icarium ſive Icharam eſſe *Baharein*, inſulam unionum piſcatione celebrem.

Icarium Mare, *la Mer de Nicaria*: pars eſt Ægei maris Ptolemæo, verſus Icariam inſulam, à qua nomen ſortita eſt, & oram Ioniæ regionis Aſiæ minoris

Icarta, urbs Indiæ intra Gangem, teſte Ptolemæo.

Icarus, fluvius Scythiæ, in Oxum fluvium Sogdianorum fluens, Plinio teſte.

Icarius, mons Atticæ, teſte Plinio.

Icarusa, fluvius Sarmatiæ Aſianæ, apud Cercetas, teſte Plinio.

Icauna, *l'Yonne*, fluvius Galliæ. Oritur in Burgundiæ Ducatu apud Auguſtodunenſes è montibus Morundiæ, *de Morvant*, prope caſtrum Chinonium. Urbem luſtrat Clameciacum in provincia Nivernenſi, deinde Crevantium oppidum, ubi recipit Curam amnem, & poſtea Antiſſiodurum urbem Burgundiæ, ubi primum lintrium majorum capax eſt, Hinc receptis Serino & Armancione fluminibus, juxta Jogniacum & Senones urbes labitur; & demum ad Monaſteriolum ſeu Montem Regium, ut volunt quidam, *Montreau faut Yonne*, in Campania provincia Sequanæ fluvio miſcetur, 17. leucis ſupra Lutetiam Pariſiorum in Meridiem.

Iccius Portus, Morinorum portus in Gallia Belgica Cæſari, qui Itius Straboni, & Icius portus etiam aliis unde breviſſimus in Britanniam trajectus, ubi fuerit magnam litem concitavit, multi cum Geſſoriaco confundunt, autumant alii eſſe Audomaropolim, quæ antea dicta fuit *Sitiu*, plurimi credunt eſſe Caletum, nulla tamen auctoritate freti; ſed ego viſis illis partibus anno 1673. & attente obſervatis loci ſitu & aliis omnibus, exiſtimo cum Camdeno, Brietio, & indigenis illius tractus, Iccium portum eſſe locum Galliæ Caleto vicinum, in Comitatu Bolonienſi, & in Picardia provincia, quem indigenæ *Wiſſan* vocant, Angli *Witſant*, Flandri *Iſten*, & nautæ *Eſſen*, nomine parum mutato, qui nunc vicus ad fretum Gallicum, ubi antea oppidum & portus arenis oppletus; ſed quem ſperant brevi debere priſtinæ commoditati reſtitui, 3. leucis cum dimidia diſtat à Caleto in occaſum, totidem à Bolonia in Septentrionem, & tantum à proximiori ora Angliæ in ortum hybernum, eſtque prope Iccium promontorium de quo infra, & prope Stationem navalem *la rade de Saint Jean* dictam. & de hoc portu Iccio, quod ſit Wiſſanvicus Bolonienſis Comitatus, nuper pluribus & doctiſſime ſcripſit Carolus *du Freſne* Ambianus Dominus *du Cange*, Franciæ Quæſtor vir clariſſimus, in ejus diſſertatione 28. in notis ad vitam S. Ludovici Regis Franciæ, ubi hanc opinionem ita probat, ut nullum poſtea reliquerit ambigendi locum, teſte etiam Franciſco *de la Poterie* viro clariſſimo, & indigena,

Iceni, populi Britanniæ magnæ Tacito, qui Icini dicti fuere in itinerario Antonini, à Ptolemæo Simeni, ſed corrupte, & à Cæſare Cenimagni, habitabant in parte orientali Britanniæ magnæ, & eorum regio Trinobantibus finitima erat, ab eis in Septentrionem recedens, uti à Cathieuchlanis in ortum, ad Orientem vero & Septentrionem terminata fuit mari Germanico, & eorum primaria urbs erat Venta Icenorum, in ea regione fuit poſtea Regnum Eaſt-Angliæ ſive Angliæ Orientalis, & nunc provinciæ Suffolcia, Norfolcia, Cantabrigienſis & Huntingdonenſis in Regno Angliæ, teſtibus Camdeno, Lelando & aliis.

Icesia, quæ & Hiceſia, & Hiceſium, inſula Siciliæ, & una ex Æolis Ptolemæo, nunc *Panari* dicta, teſte Fazello, Didymæ proxima, & Liparæ, ab ea 8. mill. paſſ. in ortum diſtans, Strongylem verſus circuitus 6. ſed incolis deſtituta, Thermiſſa dicta fuit etiam a Strabone ob aquas calidas.

Ichana, Siciliæ oppidulum Stephano, in ora orientali inſulæ, prope Pachynum promontorium, nunc exciſum & ejus rudera nunc *Macira* vocantur, prope Motycam in Valle Netina, teſte Cluverio, hinc Ichanenſes populi Plinio.

Ichara, inſula ſinus Perſici, in ora Perſiæ Plinio, ante Euphratis oſtia, nunc *Carge* dicta ex tabulis, & teſte Caſtaldo, ſed à quibuſdam recentioribus *Elchadr* dicitur, vocata fuit etiam alias Icarium ab Arriano, ſed non eſt *Baharen* inſula ejuſdem ſinus, ut Maphæus & Gollius exiſtimant.

Ichnæ, oppidum erat Macedoniæ, ad Axii fluvii oſtium, teſtibus Strabone & Plinio,

Ichnusa, inſula Herodoto. Vide Sardinia, eadem enim eſt. Silius libro 12. ejus meminit.

Ichthiophagi, populi Aſiæ, qui teſte Agatharchide, erant in ora Oceani inter Carmaniam ad occaſum, & Gedroſiam ad ortum, ſicque ab eſu piſcium dicti fuere.

Ichtiophagi, populi Sinarum Ptolemæo, qui, ut exiſtimant recentiores, erant in his partibus ubi nunc provinciæ Nanquinenſis & Xantonia in parte orientali Imperii Sinarum, ſed id ex conjectura tantum.

Ichtys, promontorium Peloponneſi Ptolemæo, in Elide, & in ora maris Ionii, inter Chelonatem ſinum & oſtia Alphei fluvii, nunc *Iardan* dictum, teſte Andrea Thevero.

Iciani, ſive Icianos, oppidum Icenorum in

Britannia magna, ex itinerario Antonini, nunc teſte Camdeno, eſt *Ichborong*, vicus Angliæ in Norfolciæ Comitatu, quanquam *Ichbaraw* vulgo pronuncient. Talboto autem eſt *Thesford* oppidulum ejuſdem tractus.

ICIUM, ſive Iccium, promontorium Morinorum in Gallia Belgica Ptolemæo, prope Icium portum, nunc *les Mottes Noires* Gallis, *Blackneſſ* Anglis, *Swarteneſſ* Belgis, promontorium Galliæ in Picardiæ ora, prope vicum *Wiſſan*, 4. leucis à Caleto in occaſum & 6. leucis tantum à Cantio promontorio Angliæ, ut ego bis diligenter inſpexi, & teſte etiam Franciſco *de la Poterie* indigena viro clariſſimo.

ICIODORUM, *Iſſoire*, urbs Galliæ in Alvernia inferiori, quod ab aliis Iciodurum dicitur. Vide ibi.

ICIODURUM, *Iſſoire*, urbs Galliæ in Alvernia inferiori provincia, prope Elaverem fluvium, in tractu feraci, 6. leucis à Claromonte in Meridiem Brivatem verſus, dicitur etiam Icciodorum, & Iſſorium.

ICIUS PORTUS, Ptolemæo. Vide Iccius, utroque enim modo legitur, & Itius.

ICONIUM, urbs Cappadociæ, Lycaoniæ primaria, in Aſia minori Ptolemæo, & Plinio, nunc vulgo *Cogni*, etiamnum ampla & probe culta, Archiepiſcopalis eſt, & Caramaniæ latè ſumptæ caput, in qua degit totius regionis Præfectus ſub dominio Turcarum, ejus Archiepiſcopo ſuffragantur urbes Epiſcopales Canna, Batatha, Derbe, Laranda, Amblada, Homanada, Lyſtra, & Perta, & diſtat circiter centum milliaribus ab ora maris Pamphyliæ in Septentrionem Ancyram verſus.

ICOSIUM, urbs & colonia Mauritaniæ Cæſarienſis Plinio, & Melæ, Epiſcopalis alias ſub Archiepiſcopo Cæſarienſi, in ora littorali maris Mediterranei, ſic dicta quod à 20. Herculis Comitibus condita ſit, teſte Iſidoro libro 15. Originum, nunc Caſtaldo eſt *Aochara*, oppidulum in Teneza provincia Regni Algerii, ſed Sanſon exiſtimat eſſe *Briſcha*, oppidum littorale in eadem provincia, via 20. mill. paſſibus à priori diſſitum in ortum, & medium inter Oranum ad Orientem, & Algerium ad Occidentem.

ICTISUNA, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis Hauberto Hiſpalenſi, & olim Epiſcopalis, poſtea à Mauris exciſa, ubi nunc *Aitona*, caſtrum Hiſpaniæ in Catalonia, ad Sicorim fluvium, in ipſo limite Aragoniæ, & una leuca infra Ilerdam, teſte Gregorio Argaizo.

ICTODURUM, locus Galliæ Narbonenſis ex itinerariis, nunc eſt *la Rochette*, caſtrum Delphinatus in Vapincenſi tractu, inter *Chorges* oppidum & Vapincum, teſte Nicolao Chorieto, viro clariſſimo.

ICTOMULUM, locus Galliæ Tranſpadanæ Straboni, qui & Ictimulum, nunc videtur *Victimolo*, vicus Pedemontii in agro Vercellenſi intra montes, ubi quondam aurifodinæ, ſi Plinio fides adhibenda eſt.

ICULISMA, *Angouleſme*, urbs Galliæ in Aquitania Auſonio. Vide Inguliſma, & Engoliſma; ſic enim appellatur.

ICUS, inſula parva maris Ægei Straboni, & Stephano, prope Pelaſgicum ſinum, atque inter Eubœam inſulam ad Meridiem, & Peparethum ad Septentrionem, eſtque parva admodum & nullius nominis apud recentiores.

IDA, mons Cretæ inſulæ Ptolemæo, qui Idæus Plinio, cæteris inſulæ altior, & aliquando nive conſperſus, nunc etiam *il Monte Ida* dictus, & *il Monte Giove*, verſus Candiam urbem, ut ſcribit Marcus Boſchinus Venetus, in ſua deſcriptione Cretæ recentis, non autem *Pſiloriti*, ut vult Bellonius, cum ab eo longè diſtet in ortum.

IDA, mons Phrygiæ minoris ſive Troadis in Aſia minori, Paridis judicio celebris, altiſſimus totius Helleſponti, ut tradit Diodorus Siculus, apud quem ejus deſcriptio, paucis milliaribus diſtat à Trojæ ruinis, & inter Abydum & Æſapum fluvium, prope Cyzicum in Myſia minori protenditur, & ejus Cacumen Gargarus nominatur, pluribus fontibus irriguum facit Athenæus, ab eo nempe originem ſumunt quindecim ad minimum flumina, ſed fama quam natura majora, & quorum plurima Plinius ſuo tempore exaruiſſe tradit, adeo ut non immerito Horatius Idam aquoſam vocet, dicitur etiam Ide, & ejus meminit Ovidius libro 13. Metamorphoſeon.

IDÆUS, ſinus Troadis, à monte Ida dictus Straboni, qui & Adramyttenus, nunc *le Golfe de Andramitti*, inter Myſiam & Leſbon inſulam. Vide Adramittenus ſinus.

IDALIUM, oppidum Cypri inſulæ Plinio, & Stephano, ad Idalum montem, nunc teſte Stephano Luſignano, eſt vicus Cypri, *le Bourg Dalim* dictus, ejus meminit Virgilius libro decimo Æneidos, hinc Idalius nomen gentis.

IDANIS, ſeu etiam Idanus, *l'Ain* & *l'Ains*, malè à quibuſdam *le Dain*, fluvius Galliæ. Oritur in Burgundiæ Comitatu ex Jura monte, prope Noſeretum & verſus fontes Dubis fluvii, deinde in occaſum tendens auctus aliquot fluviolis, poſtea in Meridiem fluens per Breſſiam, ipſamque à Beugeſia ſeparans, tandem in Rhodanum ſe exonerat, 5. leucis ſupra Lugdunum.

IDEA, oppidum erat Lydiæ, ad montem Sipylum, teſte Pauſania, quod Idæa Straboni, & quod abſorptum in paludem verſum eſt quæ Sale dicitur, Plinio teſte.

IDESSA, urbs Iberiæ, ad radices Moſchici montis, & in confinio Colchidis, quæ etiam Phryxium & Phryxi dicta fuit, teſte Strabone.

IDICRA, urbs fuit Mauritaniæ Cæſarienſis, ut colligitur ex Itinerario Antonini Auguſti.

IDENSIS, oppidum ſeu pagus fuit Hiſpaniæ Bæticæ, in Conventu Cordubenſi, ex veteri inſcriptione. locus adhuc *Idia*, teſte Morale, nominatur.

IDOMENÆ, oppidum erat Macedoniæ, in Æmathia tractu, Thucydide teſte, quod Idomene Ptolemæo, inter Doberum & Atalantam, Europo proximum, hinc populi Idomenenſes Plinio, Gordiniis finitimi.

IDRIA, *Idria*, oppidulum Italiæ, in provincia Foro-Julienſi, & in Comitatu Goritiæ, ad amnem Idriam etiam dictum, ſedet ad radices Alpium, ſub dominio Auſtriacorum, in limite Carniolæ, & 16. mille paſſibus diſtat à Goritia in ortum æſtivum.

IDRINUM, *Idro*, oppidum Italiæ, in ditione Reipublicæ Venetæ, & in agro Brixiano, juxta lacum Idrinum, verſus confinia Comitatus Tirolis.

IDUBEDA, fluvius Hiſpaniæ Tarraconenſis Plinio, in Edetanis, nunc teſte Beuthero, *el Rio de Millas* dicitur, oritur in Aragoniæ parte meridionali, deinde per Regnum Valentiæ fluens, in mare Balearicum ſe exonerat, inter Iberum & Turiam fluvios, è regione Colubrariæ inſulæ.

IDUBEDA, mons Hiſpaniæ Straboni, & Ptolemæo, à Pyrenæis ortus, & in Regnum Portugalliæ uſque perductus, nunc varia pro locorum diverſitate ſortitur nomina, & primum in Biſcaia, *los Montes Segura*, & in Alava provincia, *los Montes de Alcoſſua* dicitur, deinde in Caſtella veteri, *los Montes d'Occa*, ab Auca urbe antiquiſſima, cujus rudera etiamnum viſuntur, hinc *la Sierra la Hez*, & *la Sierra d'Urbion* verſus Ruconiam provinciam, deinde in confinio Caſtellæ novæ, & Caſtellæ veteris, *la Sierra d'Aienza*

ra d'Atienza, & *Somoſierra*, poſtea *la Sierra d'Avila* in Caſtella veteri, juxta Abulam urbem, *los Montes de Toledo* in Caſtella nova, & tandem in Extremadura provincia Regni Legionis, *la Sierra de Pico*, & etiam *la Sierra de Tornavaccas*, atque *la Sierra de Gata*, in ipſo limite Regni Portugalliæ, in quod etiam extenditur, ut ſcribit Olivarius in Melam, & Juvaldus dictus fuit poſtea in actis mediæ.

IDUMÆA, quæ Edom in Sacris litteris, ab Edom filio Eſau, Divo Iſidoro teſte, nomen habens, & Idume Lucano, Regio Aſiæ, Syriæ latè ſumptæ pars, vicina Judææ ad Meridiem, Judæam inter, Arabiam, & Ægyptum, & ipſa aliquando Judææ pars, aut ſaltem Judææ ſubdita, extenditur verſus oram littoralem maris Mediterranei, eſtque Regio valde ſterilis, & arenoſa, ſub dominio Turcarum, ſed nulla re inſignis, & à quibuſdam etiam nunc *Bidumi* vocatur. Populi Idumæi Plinio, eorum meminit Martialis l. 2.

IDUMANIE, ſive Idumania, fluvius Trinobantum in Britannia Magna Ptolemæo, qui & Jumanius dictus à quibuſdam, nunc teſte Camdeno, eſt *Blackwater*, id eſt aqua nigra, fluvius parvus Angliæ in Eſſexia provincia, qui poſtea in Chelmerum ſe exonerat ad Camalodunum, quanquam Ortelius crediderit eſſe *Stoure* fluvium, Eſſexiam à Suffolcia ſeparantem.

IDUNUM, oppidum Ambiſontiotum in Norico Ptolemæo, & in confinio Rhætiæ, nunc interpretatur *Windisch Matray*, oppidulum Germaniæ, in ditione Archiepiſcopi Salilburgenſis, ad amnem Iſolam qui paulo infra cadit in Dravum fluvium, vix 10. mil. paſſ. diſtans ab Alpibus, & paulo minus à confinio Carinthiæ Ducatus, quanquam Aventinus credat eſſe *Idenaw*, caſtrum Bavariæ prope Ditmaningum oppidulum, 2. milliaribus Germanicis à Burchuſia, ſed ſitus non congruit.

IDZUMUM REGNUM, *le Royaume de Idzumi*, pars Japoniæ in Jetzenga regione, & in ejus parte occidentali, juxta magnum ſinum Meacenſem, cum oppido cognomine.

IDZUUM REGNUM, *le Royaume de Idzu*, pars Japoniæ in Jamaiſtera regione, teſte Cardino, & in ejus ora ad occaſum, inter Regna Foquium & Ivamum, cum oppidulo cognomine.

IDZUUM REGNUM, alterum, *le Royaume de Idzu*, pars eſt parva Japoniæ in Quanroa regione, & in ejus ora meridionali, verſus oram Oceani Eoi ſive orientalis, cum oppido cognomine, teſte Carone.

JEBUSÆI, populi Palæſtinæ, in Judæa ex Bibliis, ſic a Jebus filio Chanaan dicti, à quo Hieroſolyma condita eſt, unde illa Iebus priùs appellata, teſte Divo Hieronymo.

JECHINUM REGNUM, *le Royaume de Jéchien*, pars Japoniæ in Jetſeſſena regione, & in ejus ora Boreali, prope Jetſengam, oppidum habens primarium cognomine, teſte Carone.

JECORA, *Jecker*, fluviolus Germaniæ in Leodienſi ditione, oritur in ipſo limite Brabantiæ, deinde in ortum fluens Tungros rigat, & ad Trajectum ſuperius in Moſam ſe exonerat, diciturque a Gallis *le Jar*.

IECURRIS, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis in Cantabronum tractu, olim Epiſcopalis, teſte Hauberto Hiſpalenſi, nunc *Tecora*, viculus Caſtellæ veteris in Ruconia tractu, vix 2 leucis à Lucronio diſtans.

JEOI SINUS, *le Golfe de Jedo*, pars Oceani Orientalis in ora meridionali Japoniæ, & prope Jedum urbem, teſte Carone.

JEDUM, *Jedo*, ſeu *Tedo*, urbs perampla Aſiæ, & ex duabus Japoniæ primariis, in Niphonia inſula, ubi ſedes regia Imperatoris Japoniæ ab aliquot annis. Eſt in Quantoa regione, 125. mill. paſſ. à Meaco diſtans in ortum, habet Palatium ſuperbiſſimum recens extructum, & undique deauratum, ipſa vero creſcit in dies, teſte Carone.

JEHAN-ABADUM, *Jehan-Abad*, urbs ampla Indiæ intra Gangem, in Imperio Magni Mogolis, ad amnem Geminum, quæ antea Dellium dicta fuit. Vide ibi.

JELLA, vel Jelleia, oppidum Galliæ Ciſpadanæ Straboni, nunc quibuſdam videtur *Seradella*, caſtrum Ducatus Mediolanenſis in agro Ticinenſi, prope Padum fluvium, inter Dertonam ad occaſum, & Placentiam ad ortum, 10. milliaribus à Ticino diſtans.

JEMPTIA, *le Iemptland*, provincia aliàs Norvegiæ, nunc Sueciæ, quæ antea ſub dominio Regis Daniæ, ſed anno 1645. effecta eſt Sueeici juris pace ad Bromſbroam confecta. Habet ad ortum Angermaniam, ad Meridiem Medelpadiam, ad occaſum Helſingiam, & ad Septentrionem Norvegiam. Ibi nullæ urbes, ſed tantum tria caſtra, *Reſſundt*, *Docre*, & *Lidh* dicta.

JENA, æſtuarium Britanniæ majoris Ptolemæo, nunc *Créefyrth*, ſinus parvus maris Hibernici, ſeu potius æſtuarium in Scotia Meridionali, ad oſtia fluvii *Crée* in Gallovidia provincia, ad ortum urbis Lucopibiæ, & è regione Monedæ inſulæ, teſtibus Ortelio, & Camdeno.

JENA, *Jena*, urbs parva Germaniæ in Thuringia provincia, ad Salam fluvium, ſub dominio Ducis Saxoniæ Weimarienſis, duobus milliaribus Germanicis diſtans à Weimaria in ortum, uti ſex ab Erfurto, 9. autem à Lipſia in occaſum hybernum, & 3. à Naumburgo in Meridiem, Academiam habet anno 1555. erectam, ſed parvam, & in ea commoratur unus ex Ducibus Weimarienſibus.

JENDUS, *Jende*, ſeu *Pajende*, lacus Sueciæ, in Finnia regione, & Tavaſtbia provincia, à Septentrione in Meridiem extenſus, prope Savolaxiam provinciam.

JENEKOPIA, *Jenkopingen*, urbs parva Sueciæ, in Smalandia, Oſtro-Gothiæ regionis provincia. Tota lignea eſt, nec muris clauſa, ad Meridiem lacus *Wetber* poſita, a quibuſdam *Jonekoping* dicitur, & 16. milliaribus Suecicis diſtat ab ora maris Orientalis ſive Baltici in occaſum, & in confinio Weſtrogothiæ, ſeu Gothiæ Occidentalis.

JENGANUM, *Jengan*, urbs Imperii Sinarum in Xenſia provincia, cujus octavum locum obtinet, & ab ea pendent 18. urbes minoris notæ, ſita eſt in tractu valde montuoſo, & juxta lacum *Lieu* dictum, teſte Martinio.

JENUM, *Jeno*, arx Tranſſylvaniæ, probe munita in montanis, & verſus montem Carpathum.

JENISCEA, *le Jeniſcey*, fluvius Moſcoviæ Borealis, prope Tingoeſios populos, peramplus & longè major Obio. Ab ortu habet excelſos montes, inter quos & ignivomos quoſdam ſulphur identidem ejicientes, ab occaſu planum inſigniter fertile; inundatque campos ad 70. circiter milliaria Germanica verno tempore hic fluvius, non ſecùs quàm Nilus Ægyptum, teſte Iſaaco Maſſa.

JENPINGA, *Jenping*, urbs Sinarum Imperii, in Fochienſi provincia, cujus quinta cenſetur, teſte Martinio, ſedet ad radices montis, juxta fluvios *Min*, & *Si* dictos, & ab ea pendent ſex urbes minoris nominis in tractu valde montuoſo.

JENUPARÆ REGNUM, *le Royaume de Jenupar*, Regio ſeu provincia Indiæ propriæ, in Imperio Magni Mogolis, & in ejus meditullio, inter provinciam *Pengab* ſive quinque aquarum ad Septentrionem, & Delliam ad Meridiem, urbem habens primariam cognominem.

JENUPARA, *Jenupar*, urbs Indiæ intra Gangem,

cum Regno ſeu provincia cognomine, in ditione Magni Mogolis, ad amnem *Coul*, ferè media inter Dellium ad Meridiem, & Lahorium ad Septentrionem, 130. milliaribus utrinque; eſtque verſus montes.

JERABRICA, oppidum Hiſpaniæ in Luſitania, ex itinerario Antonini, nunc teſtibus Andrea Reſendio, Varrerio, & Morali, eſt *Alanquer*, oppidum Portugalliæ in Extremadura provincia, prope Tagum fluvium, inter Olyſſipponem ſupra 7. & Scalabim ſupra 5. leucas, aliis autem quibuſdam eſt *Povos* pagus, vix 4. mille paſſibus inde diſtans.

JERNA, fluvius parvus Hiſpaniæ Tarraconenſis Pomponio Melæ, *Jerne* adhuc, in Gallæcia, prope Celticum promontorium, Straboni mons eſt, à quo forte fluvius ſcaturit.

JERNUS, fluvius Hiberniæ Ptolemæo, in ejus parte meridionali, nunc ut exiſtimant Camdenus, & Waræus, eſt Kilmarus *Kilmar*, fluvius ſive potius æſtuarium oblongum Hiberniæ in Momonia provincia, & in agro Kerrienſi, inter ſinus Bantrenſem & Dingliæ.

JEROSLAVIA, *Jeroſlaw*, urbs Moſcoviæ, Ducatus cognominis caput, cum arce, ad Volgam fluvium, 40. mill. paſſ. diſtat à Roſtovia in Septentrionem, & 140. à Moſcua, 150. autem à Novogroda parva in occaſum.

JEROSOLYMA, urbs Judææ. Vide Hieroſolyma.

JERVIA, *das Jerwenland*, tractus Sueciæ in Livonia regione, & in Eſthonia provincia, inter Harriam, Wirriam, & Eſthoniam propriam, & ejus præcipuus locus eſt caſtrum *Witenſtein* dictum.

JERUSALEM, *Jeruſalem*, urbs alias Judææ caput, nunc Terræ Sanctæ præcipua, ſub dominio Turcarum. Vide Hieroſolyma.

JESONIS REGIO, *la Terre d'Ieſo*, pars terræ Arcticæ recens detecta, ad Septentrionem Japoniæ. Vide Eſonis terra.

JESRAE, urbs Arabiæ, quæ nunc *Medina Talnabi*, teſte Poſtello, ſepultura Mahumethis pſeudo-Prophetæ, dicitur ab aliis Jatreb. Vide Medina.

JESSELMERÆ REGNUM, *le Royaume de Jeſſelmere*, Regio ſeu provincia Indiæ propriæ in Imperio Magni Mogolis, verſus ejus partem meridionalem, terminatur ab ortu Bando Regno, a Meridie Guzaratæ Regno, & ab occaſu Tatta provincia, diciturque etiam *Giſlemere*, & *Siermel* a quibuſdam.

JESSELMERA, *Jeſſelmere*, ſeu & *Giſlemere*, urbs ampla Indiæ, Regni cognominis caput, in ditione Magni Mogolis, intra montes. Urbs ipſa diſtat 120. milliaribus a fluvio Indo in ortum, & totidem à confinio Regni Guzaratæ in Septentrionem.

JESSENÆ, oppidulum alias Tricaſſium in Gallia Lugdunenſi, nunc *Jeſſeins*, vicus Campaniæ provinciæ ad Albulam fluvium, prope Bellum locum, & è regione Trannæ, duabus leucis infra Barrum ad Albulam in Septentrionem, & ſeptem à Trecis in ortum diſtans.

JESUALUM REGNUM, *le Royaume de Jeſual*, Regnum Indiæ extra Gangem, ſub dominio Magni Mogolis, inter Udeſſæ Regnum ad ortum, & Patnam ad occaſum. Ibi urbs præcipua Rajapora.

JESUPOLIS, *Jeſupol*, oppidulum munitum Poloniæ, cum caſtro, in Podolia provincia, & in limite Pocuciæ, in ſiniſtra Biſtris fluentis ripa.

JETAS, oppidum Siciliæ inſulæ Silio, quod Jetæ dicitur à Stephano, nunc *Jato*, caſtrum ſitum in monte editiſſimo, & undique prærupto, juxta Crimiſſum fluvium, in Valle ſive provincia Mazaræ, à Chriſtianis inde ejectis Saracenis, ſub Friderico II. Imperatore exciſum, nunc tantiſper reparatum, 16. milliaribus diſtat ab Alcamo in Meridiem, & paulo minus à Juliano, a Panormo vero circiter 30. milliaribus in Meridiem. Populi Jetini Ciceroni, & Jetenſes Plinio.

JETCHUUM REGNUM, *le Royaume de Jetchu*, pars Japoniæ in Jetſeſena regione, & in ejus parte Septentrionali, teſte Cardino, inter Findam & Notum Regna, cum oppido cognomine, & monte ignivomo.

JETERUS, fluvius Mœſiæ Plinio, ex Hæmo monte fluens. Vide Jatrus.

JETSESENA, *Jetſeſen*, una ex quinque regionibus ſeu partibus Niphoniæ inſulæ, in Japonia: ſub qua ſunt decem provinciæ ſeu Regna, teſte Carone, ſcilicet Canga, Finda, Jechuenum, Jetchuum, Ingum, Iximu, Minum, Notum, Voarium, & Vomium, terminatur ad ortum Quantoa regione, & ad occaſum Jetſenga.

JETSENGA, *Jetſen*, Regio Niphoniæ inſulæ, in Japonia, ſub qua duodecim continentur provinciæ ſeu Regna, teſte Briccio, cum Carone; nempe Bigenum, Cavachium, Farima, Idzumium, Jamaxitum, Jamatum, Quinocinum, Tamba, Tzunocunum, Vacaſa, & Xima. Ejus primaria eſt Meacum, urbs perampla & antea totius Japoniæ caput. Dicitur etiam illa Regio *Jetſengo* à quibuſdam; habetque ad ortum Jetſeſenam, & ad occaſum Jamaiſteram regiones.

JEVERIA, *Jever*, oppidulum Germaniæ in Weſtphalia, alias ſub dominio Comitis Friſiæ Orientalis, ſed poſtea Comitatui Oldenburgico annexum, nunc cum dominio adjacente ſubeſt Principi Anhaltino Serveſtano, ex quo obiit ultimus Comes Oldenburgicus, cum ſit feudum fœmininum, eſtque inter Friſiam Orientalem, & Jadam æſtuarium, 12. mille paſſibus ab ora Oceani Germanici.

JEVUISSI, populi Angliæ, quorum fit mentio in actis mediæ ætatis, dicti fuere ſæpius Saxones Occidentales. Vide ibi.

JEZRAEL, ſive etiam Jeſraël, urbs Palæſtinæ in Tribu Iſachar, & in limite dimidiæ Tribus Manaſſæ, poſtea in Galilæa regione, ſedeſque fuit Achab Regis Iſrael, antea dicta fuit *Carethi*, nunc pagus eſt *Zerethin* dictus, teſte Poſtello, & patria fuit Naboth.

JEZRAEL, urbs Palæſtinæ, & ſexta in octava parte Tribus Juda, poſtea in Judæa, inter Jatam & Jucadam, vix 10. milliaribus a mari Mortuo, teſtibus Ortelio & Adricomio, nunc in ruinis jacens.

IGÆDITA, urbs Hiſpaniæ in Luſitania, olim Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Emeritenſi, ex libris Conciliorum, nunc Morali, *Idanha à Velha*, oppidulum Portugalliæ in Beira provincia, verſus confinia Extremaduræ Legionis; 7. leucis à Cauria in occaſum diſtans, & 6. ab Alcantara in Septentrionem, verſus Guardam, quæ illi in Epiſcopali dignitate ſucceſſit 12. & ei adjacet caſtrum *Idanha à Nueva*, quod Igædita nova dici poteſt. Populi Igæditani.

IGENIA, oppidum Britanniæ majoris, in parte occidentali. Unde populi Igeni, ut quidam conjiciunt Taciti verbis, ſed qui ſint hactenus incompertum eſt, nec obſtat quod dicunt de tractu *Teg-engle* dicto, in Flintenſi Comitatu Valliæ, quod formoſam Angliam ſignificat, cum id ſit quod formoſo ſitu intuentibus arrideat, teſte Camdeno.

IGILGILI, ſive Igilgilium, urbs Africæ in Mauritania Sitifenſi Plinio, & Ptolemæo, olim Epiſcopalis in confinio Numidiæ, nunc teſte Marmolio, cum aliis, eſt *Gigeri*, oppidulum Barbariæ in Regno Algerii, cum portu parvo in ora maris Mediterranei, diſtat à Ruſucuro 140. milliaribus circiter in ortum, uti à Salde ſive Bugia 60. circiter, verſus oſtia Am-

pſagæ fluvii 20. captum fuit à Gallis anno 1664. ſed poſtea ab ipſis derelictum, populi Igillitani, & Epiſcopus Igillitanus, hinc forte apud Victorem Uticenſem.

IGILIUM, quæ Egilium Plinio, & Iginium Melæ, vulgo *il Gigho* incolis, *l'Iſle du Lys* Gallis, inſula parva, & montuoſa Italiæ in mari Tyrrheno, cum caſtro & vico in ditione Senenſi, ideoque ſub dominio Magni Ducis Hetruriæ, ſed in ſpiritualibus pendet ab Abbate Trium Fontium prope & extra Romam, 10. milliaribus diſtans à monte Argentario, & 19. à Coſa urbe exciſa in occaſum hybernum, de ea Rutilius libro 1.

IGLAVIA, quæ & Giblovia, *Giblowa* incolis, *Iglaw* Germanis, urbs Bohemiæ Regni in Moravia provincia, ad Iglam fluvium, & in ipſo limite Bohemiæ propriæ, ſatis culta 8. milliaribus Germanicis à Budoviſſa diſtans in ortum.

IGMANUS, fluvius Aquitaniæ. Vide Sigmanus, ſic enim apud Ptolemæum legitur.

IGNIACUM, *Igny*, Burgus Galliæ, cum Abbatia in Campania, & in Tardanenſi tractu, 5. leucis à Remis in occaſum Fatam verſus.

IGNATIA, urbs Apuliæ exciſa Straboni. Vide Egnatia.

IGNIUM REGIO, *la Tierra del Fuego* Hiſpanis, *la Terre des Feux* Gallis, pars Americæ Meridionalis, & inſula ampliſſima inter Freta Magellanicum & Mæreum, ſic dicta à Ferdinando Magellano, qui primus eam detexit. In ea nulla eſt urbs, & ab Europæis luſtrata fuit tantum verſus oram littoralem; ejus autem promontorium auſtrale dicitur Caput Hornanum, *le Cap de Horn* à Belgis, qui primi illud detexerunt, & ad Septentrionem ſeparatur tantum à continenti Americæ meridionalis Freto Magellanico.

IGUVIUM, urbs Umbriæ in Italia Ciceroni, quæ Inginium Silio dici videtur, poſtea Eugubium, *Gubio*, urbs Ducatus Urbinatis in ditione Summi Pontificis, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Urbinate, ſedet in amœna planitie, ad montis Apennini radices, & lanificio clara eſt, 26. milliaribus diſtans ab Urbino in Meridiem Aſſiſium verſus 12. & 16. à Peruſia in ortum æſtivum, Populi Inginini & Iguini dicti à Plinio. Vide Eugubium.

IHONA, & Ioſa, inſula Scotiæ. Vide Hiona, variè enim ſcribitur.

IHORA, *Ihor*, urbs Indiæ, in Peninſula extra Gangem, & in tractu Malacæ, Regni cognominis caput, cum portu prope promontorium Sincapuræ, 150. mille paſſibus à Malaca in ortum hybernum.

IHORIUM REGNUM, *le Royaume de Ihor*, Regio Indiæ in intimo receſſu peninſulæ extra Gangem ad Auſtrum, & à regione Sumatra inſulæ, cum urbe primaria cognomine, ejus Rex potens eſt in illis partibus, plurieſque Malacam tentavit, irrito tamen conatu.

ILA, fluvius Britanniæ majoris Ptolemæo, nunc *Wiſle*, fluvius parvus Scotiæ Borealis, teſte Camdeno, in Comitatu Cathaneſia, ubi in Oceanum Germanicum ſe exonerat inter Beruvium promontorium ad Septentrionem, & Varar æſtuarium ad Meridiem.

ILA, *Ile*, inſula Scotiæ & Æbudarum meridionalior, quæ ab aliis Epidium inſula dicitur, prope promontorium Epidium, ut exiſtimat Camdenus. Vide Epidium inſula.

ILACA, *Ilak*, provincia Mawaralnahræ regionis, Sashæ tractui contermina, extenditur juxta fluvium cognominem, à *Naubachs* ad Farganam, urbem habens primariam *Ilak* etiam dictam, teſte Abulfeda.

ILACURIS, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis Ptolemæo, in finibus Carpetanorum, nunc caſtrum Caſtellæ novæ; quod Moletius vicus, *Caros de los Infantes* dici teſtatur: dicitur etiam Ilarcuris.

ILANTIUM, *Ilantz*, oppidulum Rhætiæ propriæ, ad Rhenum fluvium, in aditu Vallis Leguntinæ, ubi Comitia publica trium fœderum Rhætiæ celebrari ſolent, eſtque in fœdere Cano ſive ſuperiori.

ILARUS, *Iler*, fluvius Germaniæ, qui Ilera etiam dicitur, fontes habet in confinio Comitatus Tirolis ſupra caſtrum *Oberdorf*, deinde per Sueviam fluens Campidunum rigat, & prope Memmingam labitur, tandemque in Danubium cadit ad Ulmam.

ILCINUM, *Montalcino*, urbs Italiæ in Hetruria, & in agro Senenſi, Epiſcopalis nemini ſuffraganea, parva ſed probe culta, in colle excelſo, anno 1462. Epiſcopali ſede inſignita fuit a Pio II. nunc ſubeſt dominio Magni Ducis Hetruriæ, 9. milliaribus diſtans à Pientia in occaſum, hinc Ilcinius nomen gentis, *Montalcineſe* vulgo.

ILCUSSIUM, *Ilkuſch* & *Ileuſſia*, oppidum Poloniæ minoris, in Palatinatu Cracovienſi, 5. milliaribus Polonicis diſtat à Cracovia in occaſum Slaucoviam verſus; eſtque in tractu Severienſi Ducatu dicto, & celebre fodinis argentum plumbo mixtum ſuppeditantibus.

ILDUM, ſeu Ildus, oppidum Illercaonum in Hiſpaniæ Tarraconenſi, ex itinerario Antonini, nunc pagus eſt *Salſadella* dictus, in parte ſeptentrionali Regni Valentini, vix 8. milliaribus ab ora maris Mediterranei diſtans, & 32. à Segobriga in ortum hybernum, ut quidam exiſtimant.

ILLERCAONES, populi fuere Hiſpaniæ Tarraconenſis Ptolemæo, qui Ilercaonenſes dicti à Livio, & Illurgavonenſes à Cæſare, erant inter Sedetanos & Edetanos populos ad occaſum, & mare Balearicum Iberique fluvii oſtia ad ortum, ubi nunc pars ſeptentrionalis Regni Valentiæ, & pars Cataloniæ Principatus trans Iberum fluvium, teſte Ortelio, & circa Dertuſam.

ILERDA, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, Ilergetum caput Cæſari, & Plinio, nunc *Leyda* incolis, *Lerida* Hiſpanis & aliis, urbs eſt probe munita Hiſpaniæ in Catalonia, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Tarraconenſi, ſita eſt modico in colle qui paulatim in vallem deſinit, ad Secoris fluvii ripam, ea anno 1143. ejectis Mauris recuperata fuit, pluries vero capta, & tentata fuit hiſce ultimis temporibus, & Academiam habet parvi admodum nominis, inſtitutam anno 1300. diſtat 18. leucis Hiſpanicis à Tarracone in Septentrionem, 011 à Dertuſa, à Barcinone vero 25. in occaſum æſtivum Cæſar-Auguſtam verſus 20. Ejus meminit Lucanus libro 4.

ILERGETES, populi Hiſpaniæ citerioris Plinio, & Ptolemæo, circa Ilerdam urbem incolentes; quorum urbes Ilerda, Oſca; oppida, Burtina, Bergidum, Berguſia, Celſa. Nonnulli Urgellam urbem caput Ilergetum faciunt, ſed errant.

ILIENSES, populi Sardiniæ Plinio, & Livio, circa medium illius incolentes, quorum tractus *Ilena*, teſte Pineto; forſan iidem fuere atque Diagebrenſes.

ILINOÆ, populi Germaniæ Ptolemæo, qui Elyſii Tacito eſſe videntur. Horum urbem, nunc *Lignitz*, ut interpretatur Ortelius, in Sileſia, inter Gorlitium urbem Luſatiæ ad occaſum, 9. & Uratiſlaviam primariam Sileſiæ ad ortum, 6. milliaribus Germanicis diſſitam.

ILINI, *les Ilinois*, populi Americæ in Nova Francia, & in ejus parte meridionali, qui & aliquando *les Ililinous* dicuntur quaſi homines, ſuntque extenſi inter oram meridionalem lacus Ilinorum ab ipſis

dicti', & fluvium Ohium, teſte Jolietto.

Ilinorum Lacus, *le Lac des Ilinois*, lacus Americæ Septentrionalis in Nova Francia, valde extenſus, qui ſic vocatur ab Ilinis populis verſus ejus partem meridionalem degentibus, dicitur aliter magnus lacus, *le grand Lac* Gallis, *Mitchiganeng* indigenis, & extenditur à Septentrione in Meridiem, eſtque maximi circuitus in parte occidentali Novæ Franciæ. Vide lacus Ilinorum.

Ilipa, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ Livio, in Turdetanis, nunc teſte Morali, eſt *Zalamea de la Serena*, caſtrum Vandalitiæ intra montes, 18. leucis ab Auguſta Emerita in Meridiem, & 12. ab Hiſpali in occaſum æſtivum, forſanque dictum fuit etiam Elepla, olim urbs Epiſcopalis de qua in libro Conciliorum fit mentio.

Ilipla, quæ & Elepla, in libris Conciliorum, urbs Hiſpaniæ Bæticæ, olim Epiſcopalis, nunc *Niebla* Vandalitiæ oppidum, ut ex nummis aliiſque antiquis monumentis oſtendit Rodericus Carus libro 3. antiquitatum Hiſpalenſium, eſtque ad fluvium *Tinto*, cum caſtro, 12. leucis ab Hiſpali in occaſum,

Ilipula, mons Hiſpaniæ Bæticæ, in Turdolis, nunc etiam *el monte de Ilipula*, ſeu *Ilipulitano* dictus, in Regno Granatenſi, teſte Franciſco Ximena, vix 2. leucis diſtans à Granato in ortum Accim verſus, & in eo apparent rudera urbis quam Ilipulam minorem fuiſſe multi exiſtimant.

Ilissus, & Iliſſus, fluvius Atticæ parvus Plinio, & Plutarcho, ſeu torrens, cum oppido cognomine, per fines Athenienſium fluens, ipſas Athenas ex adverſo Cephiſi alluens, mari ad Piræum exceptus, nunc fere exſiccatus, ejus meminit Statius libro 12. Thebaidos.

Ilissus, fluvius parvus Imbri inſulæ in mari Ægeo, teſte Plinio.

Ilissus, *Ils*, fluvius parvus Germaniæ in Bavaria inferiori, oritur in limite Bohemiæ, deinde in Meridiem tendens in Danubium ſe exonerat, è regione Patavii & Oenoſtadii.

Iliturgis, quæ in nonnullis codicibus Ilurgis, urbs Hiſpaniæ Bæticæ Ptolemæo, ad Bætim fluvium, exciſa a Scipione, una cum Caſtulone, quod ad Carthaginenſes defeciſſent, quæ Iliturgis dicta a Plinio, cui Forum Julium cognominatur, nunc in ruderibus jacet, & locus *Anduxar el viejo* dicitur, ſive alio nomine *los Villares*, vix una leuca diſtans ab urbe *Anduxar*, teſtibus Morali, & Franciſco Ximena, in Vandalitia provincia Hiſpaniæ, ad Bætim fluvium, & in Diœceſi Giennenſi, inter Cordubam ad occaſum, & Ubedam ad ortum, & ibi obiit S. Euphraſius Epiſcopus.

Ilium, quæ & Troja, urbs Phrygiæ minoris Homero, Virgilio, & aliis, inter Idam montem & oram litturalem, à qua 1500. paſſ. diſtat, Poëtis decantatiſſima, à Græcis everſa, poſtea reædificata, & Epiſcopali ſede ornata, ſub Archiepiſcopo Cyziceno, modo jacens, & ejus rudera *Troja* adhuc dicta, teſte Sophiano, a Dardano urbe 13. mill. paſſ. diſtant. Ejus meminit inter alios Virgilius libro 2. Æneidos. Hinc Ilius & Iliacus nomen gentis Horatio, & Ovidio libro 14. Metamorphoſeon.

Illa, *Lille*, fluvius Galliæ, in Aquitania. Oritur in Lemovicenſi provincia; deinde per Petrocorios labens, ibi Veſunnam regionis primariam rigat & Muſſidanum oppidum: poſtea ad Cutracum Dorniam fluvium recipit: & denique juxta & infra Liburniam in Duranium fluvium ſe exonerat.

Illarco, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis Plinio, nunc quibuſdam eſt *Alarcon*, oppidum Hiſpaniæ in Caſtella Nova, ad Sucronem fluvium, medium fere inter Toletum ad occaſum, & Valentiam ad ortum, tametſi ſitus apud Plinium non congruere videtur.

Illiberis, fluvius Galliæ Narbonenſis Straboni, in Sardonibus, qui Illeris Ptolemæo, & Illebernis Athenæo, idem Thici, nunc *le Tech* dictus, teſte Vatrenio, oritur ex Pyrenæis montibus, deinde per Ruſcinonenſem Comitatum fluens, Arulas & Ceretum rigat, uti Helenam urbem, infra quam mari Mediterraneo miſcetur. Vide Thicis.

Illiberis, oppidum Galliæ Narbonenſis Plinio, in Sardonibus, ad Illiberim fluvium, nunc interpretantur Elnam *Elne* urbem Galliæ, in Ruſcinonenſi Comitatu, Epiſcopalem ſub Archiepiſcopo Narbonenſi, prope oram maris Mediterranei, ad Thicim fluvium. Falluntur autem qui Illiberim confundunt cum Caucoliberi, quia licet ſit in Ruſciconenſi Comitatu, multum diſtat à ſitu quem obtinuiſſe Illiberim conſtat ex Livio. Vide Melam libro 2. capite 5. & Plinium libro 3. capite 4. dicitur Illyberis Straboni, & Elliberri Melæ, fuitque antea Hiſpaniæ annexa, ſed poſtea Galliæ reddita, hiſce ultimis temporibus, & pace ad Pyrenæos ſancita anno 1659. Vide Helena & Elna.

Illiberis, urbs Turdulorum in Hiſpania Bætica Ptolemæo, quæ Plinio Eliberi, & in libris Conciliorum, olim Archiepiſcopalis, poſtea exciſa, ejus rudera, nunc *Elvire* dicuntur, teſte Floriano à Campo, eſtque viculus in Regno Granatæ, in monte *Sierra Elbira* dicto adhuc ab incolis, juxta fluvium *Cubillas*, Granato urbe Hiſpaniæ quæ illi ſucceſſit & nova Illiberis dici poteſt duabos leucis diſtans verſus Septentrionem, Populi Illiberitani dicti, de Illiberis nomine, ſitu, & antiquitatibus, vide Mendoſam ad Concilium Illiberitanum, quod habitum fuit anno 305. apparet autem ex lapidibus antiquis habuiſſe cognomen Florentiæ, quanquam Granatenſes exiſtimant Illiberim fuiſſe, ubi nunc Granatum urbs, teſte Franciſco Bermudo de Pedraſa in hiſtoria Eccleſiaſtica Granatenſi, ex pluribus ruderibus, & inſcriptionibus antiquis in eadem urbe etiamnum extantibus, in ejus parte *Alcaçava* dicta ſive ſuperiore, quod probabile, cum in loco *Elvire* nulla ſint veſtigia antiquitatis, ſed tantum rudera.

Illici, urbs Conteſtanorum in Hiſpania Tarraconenſi Plinio, quæ Illice Melæ, Illicias ſive Ilicias Ptolemæo, olim Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Toletano, nunc teſte Vaſæo, *Elche*, oppidum Regni Valentiæ in Hiſpania, verſus oram maris Mediterranei, & ſinus Illicitani à quo tantum 3. leucis diſtat verſus Sorabim fluvium, eſtque ſatis cultum, 5. leucis ab Oriola diſſitum, & 4. ab Alone, dictumque fuit etiam Elicona in hiſtoriis mediæ ætatis.

Illicitanus, portus Hiſpaniæ Tarraconenſis in Conteſtanis Ptolemæo, qui aliis Illicitatus, quaſi Illicis portus, nunc *el puerto d'Alicante* incolis, ad Alonem urbem Regni Valentiæ in Hiſpania, in ora maris Balearici.

Illicitanos Sinus, pars maris Mediterranei, ſeu Balearici Melæ, nunc *el Golfo d'Alicante*, in ora Hiſpaniæ, & Regni Valentiæ, prope Alonem urbem, inter Artemiſium promontorium ad Septentrionem, & Scombrariam ad Meridiem.

Illipula, urbs Turdulorum in Hiſpania Bætica Ptolemæo, quæ & Illipa major, & Italica Plinio, nunc *Peñaflor* caſtrum Vandalitiæ, in colle aſpero, prope & infra confluentes Singilis in Bætim fluvium, teſte Morali, 12. leucis diſtans ab Hiſpali in ortum Cordubam verſus 9. excitet.

Illipulitanus, mons Hiſpaniæ Bæticæ, nunc *el Monte de Valparaiſo* dictos, in Regno Granatenſi, & juxta Granatam urbem.

Illiricum, *Lerice*, vicus Italiæ cum portu

in ora orientali Liguriæ, dicitur ſæpius Ericis portus. Vide ibi.

ILLITUROIS, urbs Hiſpaniæ Plinio. Vide Iliturgis.

ILLORET, urbs Hiſpaniæ citerioris Plinio, in Baſtitanis, circa Taderi fluminis tractum, quæ Luri à Livio nominatur, ubi Cneus Scipio cum Romanis à Pœnis cæſus, dicta fuit Eliocroca à quibuſdam, olimque Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Toletano, nunc *Lorca*, oppidum Regni Murciæ, ad fluvium *Guadalentin*, teſte Morali, in collis declivi, cui arx olim munita imminet, diſtatque 3. leucis tantum à confinio Regni Granatenſis in ortum Murciam verſus.

ILLUGO, & Illugonenſe municipium, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, nunc teſte Franciſco Ximena, eſt *Sant Eſteuan del puerto*, caſtrum Vandalitiæ in Diœceſi Giennenſi, prope confinia Caſtellæ novæ, dicitur melius Ilugo. Vide ibi.

ILLURCIS, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, poſtea Gracchuris à Graccho dicta, teſte Feſto.

ILLURO, oppidum Laletanorum in Hiſpania Tarraconenſi Plinio, & Melæ, quod Diluron à Ptolemæo dici videtur, nunc *Alora*, vicus Cataloniæ prope Betullonem, teſte Morali, ſed Brietio eſt *Mataro*, oppidum Cataloniæ Principatus Hiſpaniæ, in ora maris Mediterranei, prope Betullonem, & medium inter Barcinonem ad occaſum & Blandam ad ortum, quanquam non deſint qui credant eſſe *Arenys* oppidulum in viciniis.

ILLYRICUM, regio ampla Europæ Plinio, Illiris Ptolemæo, Illyria Stephano, mari Adriatico ad Meridiem expoſita, à Septentrione Pannoniæ contermina, Savo fluvio ſeparante, inter Iſtriam ad occaſum, & Macedoniam & Mœſiam ad ortum, ſicque intelligitur Illyricum proprium olim magis extenſum, & ad 400. mill. paſſ. longum, & latum ubi maxime ad 150. ſed apud recentiores longitudo ejus minor deprehenditur, cujus populi Illyrii dicti à Polybio, & Illyrici aliis, & quorum meminit Ovidius libro 1. de Arte amandi.

ILLYRICUM ANTIQUUM, proprios habuit Reges; terminabaturque Titio flumine, & montibus Scardo & Ceraunis. Illyrico autem a Romanis occupato, ejus pars, quæ intra Drilonem fluvium & montes Ceraunios continebatur, tractu temporis in Macedonicum nomen tranſiit, & Epirus nova dicta fuit. Sed Illyricum Regnum reſtrictum fuerat inter flumina Naronem & Drilonem: poſtea tamen extendebatur uſque ad Carnos; ita ut comprehenderet Illyricum proprium, Dalmatiam, Liburniam, tres Japidias, Carnos, & Iſtriam. Illyricum autem proprium erat ea regio quæ intra amnes Naronem & Drilonem ſita, victo Gentio ejuſdem Rege, à Romanis in provinciam redacta fuerat. Sub Auguſto Japidia prima cum Iſtria & Carnis Italiæ additæ fuerunt. Sed poſtea Imperio Romano diviſo in Orientale & Occidentale, Illyricum etiam maxime extenſum & ſimili modo diviſum fuit.

ILLYRICUM OCCIDENTALE, ſive Occidentis, regio Europæ, quæ poſt diviſionem Imperii Romani habebat has provincias. Noricum Mediterraneum, Noricum Ripenſe, Pannoniam ſuperiorem, Pannoniam inferiorem, Saviam, Valeriam, Illyricum proprium, & Dalmatias, quæ Præfecto Italiæ parebant, unde Dalmatiæ uti Italiæ proximæ inter Italicas provincias aliquando cenſitæ fuerunt, teſte Joanne Lucio, & ut colligitur ex notitia Imperii.

ILLYRICUM ORIENTALE, ſive Orientis, regio Europæ, cui poſt diviſionem Imperii Romani attributæ fuerunt Diœceſes Macedoniam, & Daciam, ſub Macedonia erant Achaia, Macedonia, Theſſalia, Creta, Epirus vetus, & Epirus nova, ſub Dacia erant Dacia Mediterranea, Dacia Ripenſis, Mœſia prima, Mœſia ſecunda, Dardania, & Prævalitana, quæ Præfecto Prætorii Illyrici parebant, quamobrem auctores quando Illyricum nominant verſus tempora Conſtantini Magni, ut plurimum de Illyrico Orientali intelligendi ſunt, & de his pluribus in notitia Imperii.

ILLYRICI, vero urbes præcipuæ fuere Aſerivium, Delminium, Enona, Epidaurus, Jadera, Liſſus, Narona, Salo, Scardona, Tragorium, & Ulcinium.

ILLYRICUM HODIERNUM, & proprie dictum apud auctores Latinos, continet Dalmatiam, Croatiam, Boſnam, & Sclavoniam. Ab Italis vero uno nomine *la Schiavonia* dictum fuit, *Windenlandt* à Germanis, & *l'Eſclavonie* à Gallis. De his fuſius Joannes Lucius Traguriuus vir doctiſſimus in ſuo opere de Regno Dalmatiæ, & de his vide pluribus ſuis in locis præſertim in Dalmatia.

ILLYRICUM MARE, *la mer de Dalmatie*. Vide Illyricus ſinus.

ILLYRICUS SINUS, ſic dictus fuit antiquitus mare Univerſum, quod eſt inter Italiam & Illyricum uſque ad intima ſinus ejuſdem, quod deinde Liburnicus ſinus, poſtea ab Atrienſibus Tuſcis intima ſinus colentibus Adriaticum mare, quod non extendebatur ultra Epidamnum ex parte Illyrici, & montem Ariona ſive Garganum ex parte Italiæ; reliquum vero uſque ad fauces ſinus Ionium mare dicebatur: ipſumque Adriaticum mare dictum fuit Dalmaticum mare poſt declinationem Imperii. Tandem ſinus integer dictus fuit ſinus Venetus, *le Golfe de Veniſe*. De his fuſius Joannes Lucius. Vide Adriaticum Mare.

ILLYRICUS SINUS, parvus ſinus maris Adriatici, in Illyrici ora, qui vulgo *il Golfo dello Drino* dicitur, *le Golfe du Drin* Gallis, à Drilone fluvio ibi ſe exonerante. Illic notandum quoſdam ignaros ſcribere *il Golfo di Lodrino*, & fingere Lodrinum urbem; ſed toto cœlo errant, cum nulla ſit urbs Lodrinum dicta in illis partibus; & in eo loco ubi finxere Lodrinum, ſita eſt urbs Liſſus, *Aleſſio*, ut videre eſt apud omnes qui de illis partibus ſcripſere. Vide Drilonis ſinus.

ILMENUS LACUS, *le Lac d'Ilmen*, lacus Moſcoviæ, in Principatu Novogardiæ magnæ. Urbem cognominem rigat, & per fluvium Voldgam in Ladogam lacum ſe exonerat, teſte Iſaaco Maſſa, qui illas partes luſtravit.

ILSTA, *Ilſt*, oppidulum Belgii confœderati, in Friſia provincia, & in tractu Weſtergoa dicto, prope Snecam, vix 2. leucis ab ora maris Auſtrini, & 4. à Leovardia in Meridiem.

ILUA, inſula Italiæ Ptolemæo, Melæ, & Plinio, qui addit eam à Græcis Æthalia vocari, nunc *l'Elba* Italis, *l'Iſle d'Elbe* Gallis, eſtque in mari Tyrrheno contra Plumbinum urbem Hetruriæ, à qua diſtat decem milliatibus tantum, ferro abundat, & ejus circuitus eſt 40. milliarium Italicorum, ut ego pluries vidi, ſuntque tantum in ea quinque parrochiæ, ultra Argoum portum, & Portum longum arces, alias pars erat ditionis Senenſis hæc inſula, quæ nunc paret Principi Plumbini, ſub clientela tamen Hiſpanorum, qui in ea habent Portum longum, *Portolongone* arcem probe munitam in colle, & magnus Dux Hetruriæ ibi gaudet tantum portu Argoo, *Porta Ferraro* oppido permunito. Populi Ilvates Livio, Ilvæ meminit Virgilius libro decimo Æneidos.

ILUGO, & municipium Ilugonenſe, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, nunc interpretantur *Sant Eſteuan*

del Puerto, vicum Hiſpaniæ in Vandalitia, ad radices montium Marianorum, via 2. leucis à fluvio *Guadalimar*, & 7. ab Ubeda in Septentrionem, teſte Martino Ximena.

ILUMBERITANI, populi Hiſpaniæ citerioris Plinio, qui Lumbritani etiam dicti fuere à Latinis recentioribus, horum oppidum nunc videtur *Lumbier*, Vaſconice *Irumberri*, urbs antiqua Regni Navarræ, ad Ochagaviam fluvium qui paulo infra cadit in Aragonium, una leuca tantum à Sangueſa, uti à limite Aragoniæ Regni, & 6. à Pompelone, teſte Oihenarto in notitia Vaſconiæ.

ILUROAVONENSES, populi Hiſpaniæ citerioris Cæſari, & Livio, verſus Secorim fluvium, melius dicti fuere Ilercaones, de quibus ſupra. Vide Ilercaones.

ILURGIS, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ Ptolemæo, quod Ilurgia Polybio, & Appiano, nunc *Llora*, oppidulum Regni Granatenſis intra montes, in Vandaliæ confinio, 6. leucis à Malaca in occaſum æſtivum, uti 2. à Carthama Hiſpalim verſus, teſte Morali.

ILURO, urbs Galliæ in Aquitania, cujus meminit Antoninus, & quæ Elorona dicitur à Sidonio, nunc *Oleron*, urbs Galliæ Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Auſcenſi, in Benearniæ Principatu, ad Gabarum Oloronenſem ab ea dictum, olim deſtructa fuerat à Normannis, poſtea vero reparata anno 1080. à Centullo Comite, teſte Petro de Marca Archiepiſcopo Pariſienſi, ſedet ad radices Pyrenæorum montium, 20. leucis diſtans ab Auſciis in occaſum hybernum, uti 4. à Palo, à Tarba vero 10. in occaſum, & 5. tantum à confinio Aragoniæ.

ILZA, *Ilz*, & *Iſilz*, oppidum Poloniæ minoris, in Palatinatu Sandomirenſi, cum arce Epiſcopi Cracovienſis, ad radices montis Calvi.

IMACHARA, oppidum Siciliæ Ptolemæo, nunc *Traina*, oppidum in Valle ſive provincia Demona, in monte excelſo prope Simethum fluvium, teſte Cluverio, & 20. mill. paſſ. ab Ætna monte diſtans in occaſum, Populi Imacharenſes Ciceroni.

IMAUS, mons Aſiæ maximus Straboni, & Plinio, & pars Tauri montis, ſeu ab ipſo deciſus, qui per Scythiam longe lateque extenſus, illam dividit in citeriorem, ſive in Scythiam intra Imaum; & in ulteriorem, ſive Scythiam extra Imaum, teſte Ptolemæo, extenditur etiam verſus partem ſeptentrionalem Indiæ propriæ, quam ſeparat à Scythia. Emaon dicitur ab Arriano, & videtur Poſtello, Sephar mons, cujus in ſacris litteris memoria eſt. Varia hodie pro locorum diverſitate apud incolas ſortitur nomina, in Tartaria deſerta vocatur *Moreghar*, in Tartaria vera *Belgian*, ſive *Bengiar*, atque etiam *Althai*, ubi dicunt eſſe ſepulchra Imperatorum Tartariæ, teſte Ramuſio, & in Indiæ propriæ confinio, ſeu in Imperii Magni Mogolis limite, *Dalanguer* dicitur, & *Naugracut* à quibuſdam, verſus fontes Gangis fluvii, in parte ſeptentrionali Indiæ veræ, de eo Pontanus libro 5. Uraniæ.

IMBARUS, portio montis Tauri, in Armenia majore apud Strabonem.

IMBRASUS, fluvius parvus Sami inſulæ Plinio, ex quo illa Imbraſia dicta fuit, ejus meminit Virgilius libro 12. Æneidos.

IMBRINIUM, locus Samnii in Italia, cujus meminit Livius.

IMBRESTIA, locus Italiæ in magna Græcia, circa Locros, cujus fit mentio apud Alphanum Salernitanum in vita duodecim fratrum Martyrum.

IMBROS, inſula maris Ægei Straboni, & Plinio, quæ Imbrus Livio, nunc *Lembro*, teſte Sophiano, & *l'Embro* quibuſdam, oræ Thraciæ fere adjacet, inter Lemnum inſulam ad occaſum 22. mille paſſibus & Cherſoneſum Thraciæ 27. ad ortum diſtans, ejus circuitus eſt 27. milliarium, teſte Plinio, cum urbecula cognomine & Epiſcopali in ora orientali, hinc terra Imbria libro 1. Triſtium.

IMELACA, *Emeley*, urbs Hiberniæ Inſulæ in Momonia provincia, & in agro Tipperarienſi, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Caſſelienſi, olim urbs celebris, & *Imeca Ibair* dicta, nunc vicus exiguus, & ejus Epiſcopatus unitus Caſſelienſi Archiepiſcopatui, anno 1568. teſte Waræo, 12. mill. paſſ. diſtat à Caſſela.

IMERETIA, *Imereti*, provincia ampla Georgiæ regionis, propes montes & in mediterraneis, verſus fontes Phaſis fluvii, dicitur etiam aliquando *Baſſaſiouch*, eſtque inter Mengreliam, Guriam, & Cardueliam provincias, ſub dominio proprii Principis, & ejus præcipuum oppidum eſt Cotatis *Cotatis*, ad Phaſim fluvium.

IMMANICELLUM, & Immacellum, & Manicelum, (tot modis legitur) pagus Liguriæ & agri Genuenſis, qui Auguſtino Juſtiniano dicitur Immaticeo forte, à Genoa 6. mill. paſſ. ad ædem S. Urciſceni, vel Urcicinii.

IMOLA, olim Forum Cornelii, nunc *Imola*, urbs ditionis Eccleſiæ in Italia, & in Romandiola provincia, ad Vatrenum fluvium, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Ravennate, & ejus Epiſcopus erat Alexander VII. cum in Summum Pontificem electus fuit anno 1655. Vide Forum Cornelii.

IMPERIALES URBES, *Reichſtadt*, & *Freye-Reichs-Statte* vulgo dictæ, urbes ſunt Germaniæ liberæ, ſive ſui juris effectæ ab Imperatoribus Germanis, ante tria vel quatuor ſæcula, quæ etiamnum pro parte liberæ ſunt, & immediate ab Imperio pendent, dividunturque in duas claſſes, ſive Scamna, ut vocant, nempe in Scamnum Rheni, *die Rheiniſche Banck* indigenis, *le Banc du Rhin* Gallis; & in Scamnum Sueviæ, *die Schwabiſche Banck* incolis, *le Banc de Souabe* Gallis, quod earum pars præcipua ſit in illis partibus, quanquam etiam per quinque alios Imperii circulos ſparſæ ſint, ſed earum plurimæ nunc ſubſunt Imperii Principibus, ſicque cenſentur ab Imperio exemptæ, harum omnium notitiam ſatis accuratam invenies infra, in earum Catalogo; ſed notandum quod præcipuæ ſint Argentoratum, Colonia, Auguſta Vindelicorum, Aquiſgranum, Francofurtum ad Moenum, Brema, Hamburgum, Leodium, Lubeca, Norimberga, Ratiſbona, Roſtochium, Spira, & Ulma: in Scamno Rhenano ſunt urbes circulorum Rheni ſuperioris, Weſtphaliæ, & Saxoniæ ſuperioris, & inferioris, eo nempe ordine, Colonia Agrippina, Aquiſgranum, Argentoratum, Lubeca, Wormatia, Spira, Francofurtum ad Moenum, Goſlaria, Brema, Mulhuſia, Northuſia, Tremonia, Fridberga, Wetzlaria, Gelnhuſa, & Hervordia: in Scamno autem Suevico, ſunt urbes circulorum Franconiæ, Bavariæ, & Sueviæ hoc etiam ordine, ſcilicet Ratiſbona, Auguſta Vindelicorum, Norimberga, Ulma, Ezelinga, Reutlinga, Nordlinga, Rotenburgum ad Tuberum, Halla Sueviæ, Memminga, Lindavia, Dinckeſpyla, Biberacum, Ravenſpurgum, Schwinfurtum, Campodunum, Winshemium, Caufbura, Wyla, Wangena, Iſna, Pfullendorpium, Offenburgum, Leutkirchum, Wimpina, Weiſſemburgum in Nortgavia, Gienga, Gengenbachium, Cella, Buchorna, Alena, Buchovia, & Bopfinga.

IMPERIALIS, *el Imperiale*, urbs parva Americæ Meridionalis, in Regno Ciles, juxta fluvium cognominem, 4. leucis Hiſpanicis diſtans ab ora maris Pacifici. Ante paucos annos reſtaurata fuit ab Hiſpanis, quibus etiam ſubeſt, cum antea peſſime

fuerit accepta ab Araucanis.

Imperium Germanicum, *das Teutſch Reich* indigenis, *l'Empire d'Allemagne* Gallis, ſic vocatur aliquando Germania regio ampla Europæ, quod in ea ab aliquot ſæculis tranſlata ſit ſedes Imperii Occidentis, quod exortum eſt in Carolo Magno Francorum Rege, eſtque pars Imperii Romani, unde etiamnum dicitur à Germanis *das Heiligh Romiſch Reich*, id eſt Sacrum Imperium Romanum, complectiturque tantum Germaniam proprie dictam, non autem Bohemiæ Regnum, & ejus Imperator eligitur ab octo Imperii Electoribus. Vide Germania.

Imum Pyrenæi, ſeu Imus Pyrenæus, oppidum Galliæ in Aquitania Antonino, quod nunc dicitur Fanum Sancti Joannis Pedeportuenſis, *Saint Jean pied de Port*, oppidum Navarræ inferioris in Siſa tractu, ad Nivam amnem, cum caſtro munito, ſub dominio Regis Franciæ. Vix 2. leucis diſtat a confinio Hiſpaniæ, 9. à Pompelone in ortum hybernum 8. a Iiaiona in Meridiem, & 4. à Roncevalle intra Pyrenæos montes.

Inabæ Regnum, *le Royaume d'Inaba*, pars parva Japoniæ in Jamaiſtera regione, cum oppido cognomine, teſte Cardino, inter Regna Fochium & Tajimam, in ejus parte ſeptentrionali.

Inaccessibiles, ſive Aproſitos, inſula Oceani Atlantici Plinio, nunc interpretantur inſulam Sancti Blandini, *l'Iſle de Saint Borodon*. Vide Aproſitos.

Inachium, oppidum Peloponneſi ad Inachum fluvium in Argia regione, teſte Plinio. Vide Coryphaſium.

Inachorium, oppidum inſulæ Cretæ Ptolemæo, nunc pagus in ora ejus occidentali, inter Cherſoneſum parvam & Criumetopon promontorium, *Inachori* vulgo ex tabulis recentibus, teſte Mercatore.

Inachus, fluvius Peloponneſi, per Argiam regionem fluens, quæ ex eo Inachia apud veteres nominatur, Strabone & Plinio teſtibus, & in ſinum Argolicum inter Naupliam & Praſiam exiens, nunc *Planizza*, teſte Sophiano, ejus meminit Virgilius libro 7. Æneidos.

Inachus Alter, fluvius Acarnaniæ, in Achelonm influens, teſte Strabone, & de eo Ovidius libro 1. Metamorphoſeon.

Inarime, & Arime, inſula Italiæ in Campania Homero, quæ Ænaria Plinio, & aliis, Pithecuſæ Straboni, Pithecuſſæ Stephano, & Appiano, nunc *Iſchia*, inſula Regni Neapolitani in ora Terræ Laboris, & ad fauces ſinus Puteolani, cum urbe cognomine, Epiſcopali ſub Archiepiſcopo Neapolitano, inde 18. mill. paſſ. diſtans, circuitus eſt 20. Prochytæ vicina, ab ea avulſa, fretoque anguſto diviſa, ante Miſenum promontorium. Vide Iſchia, de ea Ovidius libro 14. Metamorphoſeon.

Inatamana, lacus Lunæ, & fons in Athamania tractu Epiri, in Theſſaliæ confinio, bibentes in inſaniam vertens, teſte Antigono.

Incarus, portus Galliæ Narbonenſis, ex itinerario Antonini, nunc teſte Ortelio, eſt *Cary* pagus Galliæ in Provincia, cum portu tantiſper capaci in ora maris Mediterranei, 13. mill. paſſ. fere diſtans à Maſſilia in occaſum Maritimam verſus, dicitur Caetus in quibuſdam exemplaribus & forſan melius, & Calcaria etiam aliis.

Incetaria, portus Hetruriæ, inter Portum Herculis 3. mill. paſſ. & Almianam fluvium 8. ex itinerario Antonini, dicitur ab aliis Cetaria, teſte Luca Holſtenio, forſan *Porto San Stefano* Cluverio. Vide Cetaria Domitiana.

Incibilis, urbs Illercaonum in Hiſpania citeriori Livio, quæ Indibilis ex itinerario Antonini, & etiam Tiara Julia, quæ 24. mill. paſſ. diſtat a Dertuſa in occaſum ex Antonino, ſeu 27. ex Livio, nunc ex diſtantiis antiquorum, eſt *Trayguera*, caſtrum Hiſpaniæ in Regno Valentiæ, ad amnem *Servol*, verſus confinia Cataloniæ, vix 10. milliaribus à Cherſoneſo, & ab ora maris Mediterranei, & 60. a *Chelva* oppido, quod male pro Incibili quidam ſuſpicati ſunt.

Inculisma, urbs Galliæ in Aquitania Auſonio, nunc Inguliſma & Engoliſma, *Angoulesme*, urbs Galliæ, Engoliſmenſis provinciæ ab ea dictæ caput, vocatur ſæpius Engoliſma. Vide ibi.

Inculismenses Provincia, *l'Angoumois*, provincia Galliæ, in Aquitania, ubi olim Ageſinates populi, verſus Carentonium fluvium. Dicitur ſæpius Engoliſmenſis provincia. Vide ibi.

Indaoo, *Stathagen*, oppidulum Germaniæ, in Weſtphalico circulo, & in Comitatu Schawemburgico, 5. milliaribus Germanicis à Minda diſtans in ortum Hanoveram verſus totidem, teſte Zeilero.

Inde, oppidulum Germaniæ, cujus fit mentio in actis mediæ ætatis, nunc Bollandus interpretatur S. Cornelii Monaſterium, *Sanctis Cornelis Munſter*, oppidulum & cœnobium Germaniæ, ad Deutam fluviolum, intra fines Ducatus Juliacenſis, & in limite Ducatus Limburgenſis, uno milliari Germanico ab Aquiſgrano diſtans in Meridiem.

Indi Sinus, *le Golfe de l'Inde* Gallis, *o Golfo de lo Indo* Luſitanis, ſinus Oceani Indici, ſic dictus quod in eum ſe exonerat Indos fluvius, eſtque in ora Indiæ propriæ & Regni Guzaratarum, vocatur etiam aliquando ſinus Reſbutarum, & olim Canthi ſinus dictus fuit, ut exiſtimant. Vide ibi.

India, regio Aſiæ ampliſſima & nobiliſſima Straboni, Plinio, & aliis; quæ Evilath in Sacris litteris dici putatur, & ab Indo fluvio nomen habet, nunc *Indoſtan* indigenis, *l'Inde* Gallis, *la India* Hiſpanis, *l'India* Italis, Polonis, & Anglis, *Indien* Germanis, dicitur etiam perſæpe Indiæ Orientales, *les Indes orientales* Gallis, *East India* Anglis, *Ooſt Inde* Belgis, *las Indias Orientales* Hiſpanis, & *l'Indie Orientali* Italis, ad differentiam Americæ, quæ à multis licet improprie dicitur Indiæ Occidentales, ejus termini ſunt à Septentrione Scythia & Sogdiana regiones, à quibus dividitur Imao & Emodis montibus; ab Oriente Sinarum Imperium: ab Occidente Perſarum Imperium, verſus Indum fluvium: à Meridie vero Oceanus Indicus, & ſinus Gangeticus. Hanc regionem Ptolemæus in duas dividit à Gange fluvio in Indiam nempe intra Gangem, quæ ad occaſum, & in Indiam extra Gangem cognominatam, quæ ad ortum.

India Orientalis, quæ vere & proprie eſt India, vulgo *les Indes Orientales*, dividitur nunc in tres partes præcipuas: nempe in Indiam verſus Septentrionem, ſeu Imperium Magni Mogolis inter Gangem & Indum, quæ ab incolis *Indoſtan* dicitur: in Peninſulam Indiæ intra Gangem, ſeu ad occaſum; & in Peninſulam Indiæ extra Gangem ſeu ad Orientem. In parte ſeptentrionali ſeu Imperio Magni Mogolis ſunt 35. Regna aut provinciæ amplæ. In Peninſula Indiæ intra Gangem ſunt quatuor partes præcipuæ, nempe Regna Decani, Orixæ, & Narſingæ ſeu Biſnagariæ, cum Malabaria: ſub quibus plurima alia Regna minoris famæ. In India extra Gangem ſunt quatuor partes præcipuæ, nempe Regna Peguanum & Avæ ad Septentrionem, Siamum ad Meridiem, & Cocinſinæ ad ortum: ſub quibus etiam quamplurima Regna comprehenduntur, Po-

puli Indi, *les Indiens* Gallis, *les Indios* Hiſpanis, *Indians* Anglis, *Indyczye* Polonis, *Indianiſche* Germanis, & *gli Indiani* Italis. Hinc Indicus nomen gentis, Indiæ meminit inter alios Ovidius libro 4. Metamorphoſeon.

INDIÆ PARS SEPTENTRIONALIS, quæ proprie India, *l'Indoſtan*, ſeu Imperium Magni Mogolis, *l'Empire du grand Mogol* Gallis, tota ſubeſt Mogolis Imperio a centum quinquaginta annis tantum. Terminatur à Septentrione Tartaria magna & Regno Thibeto, ab occaſu Ragno Perſiæ, ab ortu fluvio Coſmino, quo à reliqua India extra Gangem dividitur, à Meridie ſinu Gangetico & Peninſula Indiæ intra Gaogem. Sed aliquot Regna trans Gangem fluvium & verſus Chiamæum lacum & confinia Sinarum Reges habent proprios. Mogolis regia eſt Agra, *Agra*; & ei ſubſunt 35. Regna, ſeu provinciæ peramplæ.

INDIÆ PROPRIÆ, SEU IMPERII MAGNI MOGOLIS REGNA.

Agra, *Agra*.
Attochium, *Attoëk*.
Bacarium, *Bakar*.
Bachiſcum, *Bakiſch*.
Bandum, *Bando*.
Bengala, *Bengala*.
Berarum, *Berar*.
Bucorium, *Bucher*.
Cabulum, *Cabul*.
Cacharum, *Kakares*.
Candiſium, *Candis*.
Canduana, *Kanduana*.
Caſſimera, *Caſſimere*.
Chitorium, *Chitor*.
Dellum, *Delli*.
Gorum, *Gor*.
Guzarata, *Guzarate*.
Haiacanum, *Haiacan*.
Iamba, *Iamba*.
Jenupara, *Ienupar*.
Jeſſelmera, *Ieſſelmere*.
Jeſualum, *Ieſual*.
Malvæum, *Malvay*.
Mevatum, *Mevat*.
Multanum, *Multan*.
Natvæum, *Narva*.
Naugracutium, *Naugracut*.
Patna, *Patna*.
Pengabum, *Pengab*.
Pitanum, *Pitan*.
Sambalium, *Sambal*.
Siba, *Siba*.
Soretum, *Soret*.
Tatta, *Tatta*.
Udeſſa, *Udeſſa*.

INDIÆ PROPRIÆ, SEU IMPERII MAGNI MOGOLIS ORBES PRÆCIPUÆ.

Agra, *Agra*.
Amedebatum, *Amedebat*.
Aſmera, *Aſmeere*.
Attochium, *Attok*.
Bandum, *Bando*.
Barocum, *Baroche*.
Breampora, *Breampore*.
Cabulum, *Cabul*.
Cambaia, *Cambaia*.
Damanum, *Daman*.
Dellum, *Delli*, ſeu & melius *Iehan Abad*.
Gualeorum, *Gualeor*.
Gourum, *Gouro*.
Holobaſſia, *Holobaſſe*.
Jenupara, *Jenupar*.
Lahorium, *Lahor*.
Multanum, *Multan*.
Surata, *Surate*.
Tatta, *Tatta*.

INDIÆ PENINSULA INTRA GANGEM, *la presqu'isle de l'Inde deçà le Gange* Gallis, *Balabad* indigenis, terminatur à Septentrione India propria ſeu Imperio Magni Mogolis, ab ortu ſinu Gangetico, ab occaſu autem & à Meridie mari Indico. In ea ſunt quamplurima Regna, & notandum eſt quod Indiæ peninſula intra Gangem, multo major ſit quam vulgo notatur in omnibus tabulis Geographicis, & magis protenditur ab ortu in occaſum, ut teſtantur omnes docti qui illas partes luſtrarunt.

PENINSULÆ INDIÆ INTRA GANGEM REGNA.

Auriola, *Auriole*, in Malabaria.
Badara, *Badara*, in Malabaria.
Balagata, *Balagate*, in Decano.
Baticala, *Baticala*, in Malabaria.
Batimena, *Batimena*.
Bipurium, *Bipur*, in Malabaria.
Biſnagaria, *Biſnagar*.
Calecoulanum, *Calecoulan*, in Malabaria.
Calecutum, *Calicut*, in Malabaria.
Cananorium, *Cananor*, in Malabaria.
Changanara, *Changanar*, in Malabaria.
Chombæum, *Chombais*, in Malabaria.
Cochinum, *Cochin*, in Malabaria.
Coromandelum, *Coromandel*, in Biſnagaria.
Cota, *Cota*, in Malabaria.
Coulanum, *Coulan*, in Malabaria.
Cranganora, *Cranganor*, in Malabaria.
Cucuranum, *Cucuran*, in Malabaria.
Cunchanum, *Cunchan*, in Decano.
Curiga, *Curiga*, in Malabaria.
Decanum, *Decan*.
Gorzopa, *Gorzopa*, in Canara.
Mangatum, *Mangate*, in Malabaria.
Matta, *Marte*, in Malabaria.
Mouticum, *Moutique*, in Malabaria.
Mutertum, *Muterte*, in Malabaria.
Narſinga, *Narſinga*, in Biſnagaria.
Onorium, *Onor*, in Canara.
Orixa, *Orixa*.
Panhapelum, *Panhapel*, in Malabaria
Panurum, *Panur*, in Malabaria.
Porcanum, *Porca*, in Malabaria.
Punhalum, *Punhali*, in Malabaria.
Tamulum, *Tamul*, in Biſnagaria.
Tanorum, *Tanor*, in Malabaria.
Tienlicum, *Tienlique*, in Biſnagaria.
Travancorium, *Travancor*, in Malabaria.
Trivilaria, *Trivilar*, in Malabaria.
Tutucorinum, *Tutucorin*, in ora Piſcariæ.

Sunt etiam Regna ſeu Principatus ampli Gingis, *de Gingi*, Maduræ, *de Madure*, & Tanjorii, *de Tanjaor*, alias ſub Regno Biſnagariæ.

Ex his notandum eſt Regna Malabariæ pro majori parte eſſe parvi admodum circuitos, ita ut aliquando vix Principatus exæquent: & Regna Badaræ, Bipurii, Chombæi, Cucurani, Curigæ, Mangati, Moutici, Panuri & Tanori ſunt ſub clientela Regis Calecuti, ſicque potius *Raja* dicendi ſunt patrio vocabulo, id eſt Principes.

Indiæ Peninsulæ intra Gangem Urbes Præcipuæ.

Andaganara, *Andanagar*, in Regno Decani.
Angamala, *Angamale*, in Malabaria.
Barcelora, *Barcelor*, in Canara.
Calecurum, *Calecut*, in Malabaria.
Cananorium, *Cananor*, in Malabaria.
Candegrium, *Chandegry*, in Biſnagatia.
Caulum & Ciaulum, *Chaul*, in Regno Decani.
Cochinum, *Cochin*, in Malabaria.
Cranganora, *Cranganor*, in Malabaria.
Condapolis, *Condapoli*, in Orixæ Regno.
Coulanum, *Coulan*, in Malabaria.
Dabulum, *Dabul*, in Regno Decani.
Doltabadum, *Deltabad*, in Regno Decani.
Gingis, *Gingi*, in Biſnagaria.
Goa, *Goa*, in Regno Decani.
Golcouda, *Golconda*, in Regno Orixæ.
Madura, *Madure*, in Biſnagaria.
Maliapura, *Maliapur*, in Biſnagaria.
Mangalora, *Mangalor*, in Canara.
Maſulepatanum, *Maſulepatan*, in Regno Orixæ.
Natſinga, *Narſinga*, in Biſnagaria.
Negapatanum, *Negapatan*, in Coromandelia.
Viſapora, *Viſapor*, in Regno Decani.

Indiæ Extra Gangem Peninsula, *la Preſqu'Iſle del'Inde de là le Gange* Gallis, *Zirbad* indigenis, id eſt Regio vento oppoſita, ſubeſt plurimis Regibus, uti major pars Indiæ extra Gangem. Sed Regna in ejus parte Boreali contenta, inter Sinas nempe ad ortum & ditionem Magni Mogolis ad ad occaſum, vix nomine nota ſunt Europæis. Peninſula autem ipſa terminatur ab Oriente ſinu Siami, ab occaſu ſinu Gangetico, à Septentrione India extra Gangem, & à Meridie freto Sundæ, quo dirimitur à Sumatra inſula; aliaſque Aurea Cherſoneſus dicta fuit. Regna autem tam peninſulæ quàm illius partis Indiæ extra Gangem, quæ non pendet à Magno Mogole, communiter reducuntur ad quatuor partes, quòd alias pro majori parte ab ipſis penderent.

Indiæ Extra Gangem Regna.

Abdiara, *Abdiara*, ſub Peguano Regno
Attacanum, *Arracan*, ſub Regno Avæ.
Ava, *Ava*.
Bacaium, *Bacay*, ſub Regno Peguano.
Brama, *Brama*, ſub Regno Avæ.
Cablan, *Cablan*, ſub Regno Peguano.
Camboia, *Camboia*, ſub Regno Siami.
Canaranum, *Canarane*, ſub Regno Avæ.
Caorium, *Caor*, ſub Regno Peguano.
Caſſubum, *Caſſubi*, ſub Regno Peguano.
Cacomæum, *Chacomas*, ſub Regno Peguano.
Ciampaa, *Chiampaa*, ſub Cocinſina.
Cocinſina, ſeu Annamiticum Regnum, *la Cochinchine*.
Comotæum, *Cometay*, ſub Regno Avæ.
Jangoma, *Jangoma*, ſub Regno Peguano.
Ihorium, *Ibor*, ſub Regno Siami.
Junçalanum, *Junçalan*, ſub Regno Siami.
Lanianum, *Laniang*, ſub Regno Siami.
Largaræum, *Largaray*, ſub Regno Peguano.
Ligorium, *Ligor*, ſub Regno Siami.
Malaca, *Malaca*, ſub Regno Siami.
Mandranella, *Mandranelle*, ſub Regno Peguano.
Manarium, *Manar*, ſub Regno Peguano.
Marſinum, *Marſin*, ſub Regno Avæ.
Martavanum, *Martavan*, ſub Regno Peguano.
Moantæum, *Moantay*, ſub Regno Peguano.
Pahanum, *Pahang*, ſub Regno Siami.
Panum, *Pan*, ſub Regno Siami.
Patanum, *Patane*, ſub Regno Siami.
Peguanum, *Pegu*, in regione cognomine.
Pera, *Pera*, ſub Regno Siami.
Pronum, *Pron*, ſub Regno Peguano.
Queda, *Qneda*, ſub Regno Siami.
Siamum, *Siam*, in regione cognomine.
Singora, *Singora*, ſub Regno Siami.
Tanaſſerium, *Tanaſſerim*, ſub Regno Siami.
Tanguum, *Tangu*, ſub Regno Peguano.
Tazatæum, *Tazatay*, ſub Regno Peguano.
Tavæum, *Tavay*, ſub Regno Peguano.
Tincum, *Tinco*, ſub Regno Peguano.
Tipoura, *Tipoura*, & *Tipra*, ſub Regno Peguano.
Totæum, *Totay*, ſub Regno Peguano.
Tranſiana, *Tranſiane*, ſub Regno Peguano.
Tunchinum, *Tunchin*, ſub Cocinſina.
Vilepum, *Vilep*, ſub Regno Peguano.

Indiæ Extra Gangem Urbes Præcipuæ.

Arracamum, *Arracam*, in Regno cognomine.
Canarana, *Canarane*, in Regno cognomine.
Carpa, *Carpa*, in Regno Bramæ.
Junçalanum, *Junçalan*, in Regno cognomine.
Ihora, *Ibor*, in Regno cognomine.
Keccium, *Keccio*, in Regno Tunchini.
Leuvecum, *Leuveck*, in Regno Camboiæ.
Ligora, *Ligor*, in Regno cognomine.
Malaca, *Malaca*, in Regno cognomine.
Martavanum, *Martavan*, in Regno cognomine.
Odia, *Odia*, ſive *Udia*, in Regno Siami.
Patana, *Patane*, in Regno cognomine.
Peguum, *Pegu*, in Regno cognomine.
Queda, *Queda*, in Regno cognomine.
Tanaſſerium, *Tanaſſerim*, in Regno cognomine.

Sunt, etiam in Aſia quamplurimæ inſulæ Indiæ, nempe Borneum, Celebes ſeu Macaſſaria, Ceylanum ſeu Taprobana, Gilolum, Java, Maldiyæ, Moluccæ, Sumatra, & aliæ: quæ omnes ſunt in Oceano Indico. Sed de his fuſiùs ſuis in locis.

Indiæ Insularum Regna Præcipua.

Acemum, *Achem*, in Sumatra inſula.
Balambuanum, *Balambuan*, in Java inſula.
Baticalonum, *Baticalon*, in Taprobana inſula.
Bendarmaſſia, *Bendarmaſſen*, in inſula Bornei.
Borneum, *Borneo*, in inſula cognomine.
Campera, *Camper*, in Sumatra inſula.
Caudea, *Candy*, in Taptobana inſula.
Cauripana, *Cauripana*, in Celebis inſula.
Chilaum, *Chilao*, in Taprobana inſula.
Cionium, *Cion*, in Celebis inſula.
Columbum, *Colombo*, in Taprobana inſula.
Getiganum, *Getigan*, in Celebis inſula.
Gilolum, *Gilolo*, in Gilolo inſula.
Jafanapatanum, *Jafanapatan*, in Taptobana inſula.
Jambiom, *Jamby*, in Sumatra inſula.
Japara, *Japara*, in Java inſula.
Jortanum, *Jortan*, in Java inſula.
Loloda, *Loloda*, in Gilolo inſula.
Macaſſaria, *Macaſſar*, in Celebis inſula.
Maldivarum, *des Maldives*, in inſulis Maldivis.
Materanum, *Materan*, in Java inſula.
Palimbanum, *Palimban*, in Sumatra inſula.

Panaſucanum, *Panarucan*, in Java inſula.
Paſſarvanum, *Paſſarvan*, in Java inſula.
Pedirium, *Pedir*, in Sumatra inſula.
Sanguinum, *Sanguin*, in Celebis inſula.
Solorium, *Solor*, in Molucis inſulis.
Sopara, *Supara*, in Celebis inſula.
Ternatum, *Ternate*, in Molucis inſulis.
Tidorium, *Tidor*, in Molucis inſulis.
Triquinamala, *Triquinamale*, in Taprobana inſula.
Tubanum, *Tuban*, in Java inſula.

INOIA OCCIOENTALIS, *l'Inde Occidentale*, pars ampla orbis, quæ ſæpius dicitur Indiæ Occidentales, ſive America. Vide ibi.

INOIÆ MAJORAS, *les grandes Indes*, ſic vocatur perſæpe India propria, ſive Indiæ Orientales à Nautis Europæis, quod magis ab Europa diſtent, ſive quod longior ſit navigatio ad illas adeundas quam ad Americam, cùm revera multo minores ſint America.

INDIÆ MENORAS, *les petites Indes*, ſic vocatur ſæpe America pars ampla orbis, ſive Indiæ Occidentales à nautis Europæis, quod minus diſtent ab Europa quam India Orientalis, ſeu quod ad ipſas adeundas minor ſit navigatio, cum ipſæ multo majores ſint India Orientali.

INOIÆ OCCIOENTALES, *les Indes Occidentales* Gallis, *las Indias Occidentales* Hiſpanis. *West Inde* Belgis. *West Indies* Anglis, & *l'Indie Occidentali* Italis, pars ampla orbis à duobus ſæculis detecta, & ſic nunc ſæpius vocata ab Europæis, præſertim à nautis, & ab Hiſpanis ex invidia contra Luſitanos, & ad differentiam Indiæ Orientalis, quod etiam divitiis maximis affluat, & auri atque argenti fodinis, unde etiam indigenæ, *los Indos* dicuntur ab Hiſpanis, vocatur autem melius America. Vide ibi, ſed Indiarum Occidentalium denominatio uſu recepta eſt, dividitur autem ab Hiſpanis in duas partes, nempe in Septentrionalem & Meridionalem.

INOIÆ SEPTENTRIONALES, *las Indias del Norte*, ſic vocatur ab Hiſpanis pars media Indiarum Occidentalium, verſus Boream extenſa, teſte Antonio de Herrera, quæ aliquando etiam dicitur Nova Hiſpania ab ejus potiori parte, ſive America Septentrionalis, & Mexicana ab ejus urbe præcipua, & de ea fuſius in voce America Septentrionalis.

INOIÆ MARIDIONALES, *las Indias de Mediodia*, ſic vocatur aliquando ab Hiſpanis pars media Indiarum Occidentalium verſus Meridiem protenſa, quæ ſæpe etiam dicitur Perua ab ejus præcipua parte, teſte Antonio de Herrera, ſive America Meridionalis & Peruana, & de ea fuſius in voce America Meridionalis.

INOIÆ OCCIOENTIS, *las Indias de Poniente*, ſic vocantur aliquando ab Hiſpanis inſulæ Aſiæ, in Oceano Orientali extantes, inter mare Auſtrinum & Oceanum Sinicum, eo quod ſint verſus Occidentem, reſpectu Americæ ſivæ Indiarum Occidentalium, nempe Philippinæ inſulæ, Molucæ inſulæ latè ſumptæ, & inſulæ Latronum ſive Mariæ Annæ, dicuntur alites & ſæpius Inſulæ Occidentis, *las Iſlas de Poniente*, teſtibus Turrecremata & Herreta. Vide Inſulæ Occidentis.

INOIÆ ORIENTALES, pars ampla Aſiæ, ſic dicta a Nautis, & ab aliis etiam Europæis, vulgo *les Indes Orientales* Gallis, *Oost Inde* Belgis, & *las Indias de Levante* Hiſpanis, quæ melius vocatur India Orientalis. Vide ibi.

INDIAILIS, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis. Vide Incidibilis.

INDICIACUS, pagus Arvernorum in Gallia Aquitanica, cujus ſit mentio in aliquot authoribus, labente jam Imperio Romano, nunc interpretantur Fanum S. Flori *S. Flour*, urbem Galliæ in Alvernia Epiſcopalem ſub Archiepiſcopo Bituricenſi, 20. leucis a Claromonte diſtantem, & 10. à Rutenis. Vide Floropolis.

INDICUM MARE, *la mer des Indes* Gallis, *el mar de las Indias* Hiſpanis, pars eſt Oceani Orientalis, Indiæ utriuſque oram intra & extra Gangem alluens, uti etiam Ceylanum inſulam, Maldivas, Sumatram, Javam, aliaſque inſulas quamplurimas. Vide Oceanus Indicus.

INDICUS OCEANUS, pars ampla Oceani Orientalis Indiæ oram alluens, *l'Ocean Indien*, ſeu *la mer des Indes*. Vide Oceanus Indicus.

INOICUS SINUS, nunc *le Golfe de l'Inde* Gallis, pars Oceani Indici, juxta oſtia Indi fluvii, qui in eum ſe exonerat, eſtque inter Regnum Tattæ & Guzaratæ. Vide Indi ſinus.

INOIGETI, ſeu Indigetes, populi Hiſpaniæ citerioris Plinio, & Ptolemæo, qui Endigeti in codice Græco, erant ubi nunc tractus Empuritanus dictus, *l'Ampurdan*, in Cataloniæ Principatu, verſus oram maris Mediterranei, inter Comitatum Ruſcinonenſem, & confinia Galliæ, à qua ſeparatur Pyrenæis montibus ad Septentrionem, & Sambrocæ fluvii oſtio ad Meridiem, & eorum urbes fuere Emporiæ & Rhoda.

INDOSCYTHIA, Regio Aſiæ, Indiæ Citerioris pars, circa Indi fluvii oſtia, teſte Ptolemæo, forſan ubi nunc Tattæ, & Bucorũ Regna.

INOUS, fluvius Indiæ maximus & notiſſimus Straboni, Plinio, & aliis, nunc *Sinde* accolis, teſte Nigro, *l'Inde* Gallis, *el Indo* Hiſpanis & Italis, oritur ex Tauri montis parte excelſiſſima, in Caſſimerio Regno, in Imperio Magni Mogolis, verſus confinia Tartariæ magnæ, deinde paulo poſt in Meridiem longo decurſu fluens, & per provincias Attochium, Multanum, Bucoriam, & Tattam labens, urbibus cognominibus rigatis, auctus fluviis *Send*, *Behat*, *Nilab*, *Ravée*, *Ceul*, & aliis, in Oceanum Indicum, & in ſinum etiam Indicum ab eo dictum ſe exonerat quinque oſtiis, in Tattam Regnum, inter Regnum Guzaratæ, & confinia Perſiæ, ejus meminit Ovidius libro tertio Faſtorum.

INOUSTRIA, oppidum erat Galliæ Ciſpadanæ, ad Padum fluvium, teſte Plinio, nunc exciſum jacens, ubi campus *Luſtria* dictus, prope Verrucam in Pedemontio, teſte Franciſco Auguſtino ab Eccleſia Epiſcopo Salutiarum, quanquam alii exiſtiment eſſe Bodincomagum. Vide ibi.

INERLOTHSA, urbs exciſa Scotiæ Regni in Abria provincia.

INESSA, quod & Ineſſum Thucydidi, oppidum fuit Siciliæ inſulæ, Inueſſa Straboni, Eineoſia Diodoro Siculo, poſtea Æthna edito loco ſitum, ubi nunc cœnobium S. Nicolai de Arenis in valle Demonæ, ad radices montis Æthnæ in Meridiem, & 12. mille paſſibus à Catana in occaſum Adranum verſus, teſte Cluverio, quanquam Fazellus crediderit eſſe *Maſcali* caſtrum.

INFANTIS CAPUT, *el Cabo de Infante*, promontorium Africæ in parte meridionali Cafreriæ regionis, & ad ortum Capitis Bonæ Spei, à Joanne Infante ſic dictum.

INFANTIS FLUVIUS, *el Rio do Infante*, fluvius maximus Africæ, oritur in Regno Monomotapæ, & poſt longum curſum in Oceanum Æthiopicum ſe exonerat in ora meridionali Cafreriæ regionis, ſicque dictus fuit à Joanne *Infante* Luſitano, qui primus eum detexit anno 1487. teſte Emanuele de Faria.

INFERNATES, & Supernates, populi Italiæ,

Google

qui mare inferum & ſuperum accolunt, teſte Plinio.

INFERUM MARE, pars maris Mediterranei Plinio, nunc *il mar di Toſcana*, & *il mar Tirreno*, idem cum Tyrrheno: quod ab oſtio Macræ fluvii uſque ad fretum Siculum protenditur. Tuſcum quoque nominatur, teſte etiam Plinio.

INGÆVONES, populi Germaniæ Plinio, quos Hermolaus Ingriones à Ptolemæo dici putat, erant in parte Germaniæ Septentrionali, verſus mare Vendicum, & fauces ſinus Codani, ubi nunc Jutia, & Scania provinciæ, cum inſulis Fionia & Selandia, ut Cluverius exiſtimat.

INGAUNI, populi Liguriæ Straboni, quorum urbs Albingaunum, in ora Liguſtica, à qua & ipſi Albingauni nominantur, teſte Vopiſco.

INGELHEIMUM, *Ingelheim*, oppidulum Germaniæ in Palatinatu inferiori, prope Rhenum fluvium, cum caſtro, in quo natus anno 732. S. Carolus Magnus Francorum Rex & Imperator celeberrimus, dicitur etiam *Nider Ingelheim*, id eſt inferius, ad differentiam vici fere adjacentis *Ober Ingelheim* dicti, ſive ſuperioris, & 2. milliaribus Germanicis diſtat à Moguntia in occaſum, Bingium verſus totidem, ut ego pluries vidi, fuitque olim urbs Imperialis, ſed ab Imperio exempta fuit anno 1402. à Ludovico Imperatore, nunc ſubeſt Electori Palatino, & in inſula Rheni, prope ipſam obiit Ludovicus Pius Francorum Rex & Imperator anno 840.

INGENA, urbs Abrincatuorum in Gallia Celtica Ptolemæo, quam Legediam quoque dictam quidam volunt, poſtea Abrincæ, vulgo *Auranches*, urbs Galliæ in Normannia, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Rothomagenſi, ad fluviolum *See*, prope Oceanum Britannicum. Vide Abrincæ.

INGERIS, *l'Indre*, fluvius Galliæ, oritur in Bituricenſi provincia, ubi Chatream alluit & Caſtrum Rodulphi; indeque Turones ingreſſus, Caſtilionem ad Ingerem & Lochiam lambit, infraque Monbaſonium demum Ligeri miſcetur, paulò poſt Carum fluvium. Dicitur etiam Anger in actis mediæ ætatis.

INGERMANNIA, *Ingermanland*, provincia Sueciæ. Vide Ingria.

INGINIUM, & Inginum, urbs Umbriæ, quæ *Gubbio* eſſe videtur. Vide Iguvium, & Eugubium. De ea Silius libro 8.

INGLINI, dicti ſunt à Græcis recentioribus Angli populi Europæ, in Britannia magna, teſte Niceta. Vide Angli.

INGOLSTADIUM, *Ingolſtadt*, urbs Germaniæ in Bavariæ Ducatu, cum ponte ad Danubium fluvium, alias pagus erat, ſed à Ludovico Bavaro Imperatore in urbem converſus, nunc eſt permunita, & à Guſtavo Adolfo Suecorum Rege fruſtra tentata fuit anno 1632. Academia gaudet ſatis celebri, & vix 3. milliaribus Germanicis diſtat ab Aichſtadio in ortum hybernum, & totidem a Neoburgo in ortum, Ratiſbonam verſus ſeptem circiter, Auriapolis etiam dicitur à quibuſdam.

INGRIA, provincia Regni Sueciæ, Livoniæ adjacens, *Ingermanland* vulgo incolis, *l'Ingrie* Gallis, & *Iſera* Ruſſis, inter Moſcoviam ad ortum & Livoniam ad occaſum, prope Ladogam lacum & Finnicum ſinum. Paruit Ruſſis priuſquam Suecici fieret juris, & ibi oppidum præcipuum Notteburgum, in ora lacus Ladogæ.

INGRIONES, populi Germaniæ Ptolemæo, quorum ſitus erat verſus mare Suevicum, & de his pluribus Cluverius, qui exiſtimat dici debuiſſe Ingæones, & eoſdem eſſe atque Ingævones Plinii, de quibus ſupra.

INGUINI, populi Umbriæ Plinio, quorum urbs Iguvium, & Eugubium poſtea. Vide ibi.

INGULISMA, *Angouleſme*, urbs Galliæ in Aquitania, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Burdegalenſi, & Inguliſmenſis provinciæ ab ea dictæ caput, ſedet ad Carentonium fluvium, & Ducatus titulo inſignitur, 12. leucis diſtans a Mediolano Santonum in ortum, dicitur ſæpius Engoliſma. Vide ibi.

INGULISMENSIS PROVINCIA, *l'Angoumois*, provincia Galliæ in Aquitania, verſus Carentonium fluvium, inter provincias Lemovicenſem ad ortum, Santoniam ad occaſum, Pictavenſem ad Septentrionem, & Petrocoricenſem ad Meridiem, ubi olim Ageſinates populi, vocatur ſæpius Engoliſmenſis provincia. Vide ibi.

INGUM REGNUM, *le Royaume d'Ingo*, pars Japoniæ in Jetſeſena regione, cum oppido cognomine, inter Regna Jamatum ad occaſum, & Vovarium ad ortum, teſte Cardino.

INHAMBANUM REGNUM, *le Royaume d'Inhambano*, Regnum Africæ, in Æthiopia inferiori, inter Regnum Monomotapæ ad Septentrionem, & Cafreriam Regionem ad Meridiem. Ejus primaria urbs *Tonge* dicitur.

INHAMIORUM REGNUM, *le Royaume d'Inhamior*, Regnum parvum Africæ, in Cafreria regione Æthiopiæ inferioris, & verſus Cuamam fluvium, & confinia Regni Monomotapæ, cujus clientelaris eſt.

INIA, ſive Inias, oppidum Brutiorum, in Italia Stephano, quod alii legunt Ixias, hunc teſte Barrio, eſt *Carolei*, caſtrum Calabriæ citerioris in agro Conſentino, & in monte Apennino, 4. milliaribus Italicis à Conſentia in occaſum, mare Tyrrhenum verſus 6. circiter.

INICERUM, quod & Incerum ex aliis codicibus, oppidum Pannoniæ Saviæ Antonino, nunc ut videtur Lazio, & Ortelio, eſt *Chernich*, caſtrum Sclavoniæ regionis, ad Savum fluvium, in ipſo limite Croatiæ, inter Zagrabiam urbem ad occaſum & Gradiſcam oppidum ad ortum, 5. milliaribus Germanicis utrimque diſtans, ſub Auſtriacis, quanquam alii credant eſſe *Garnockz*, in eadem regione, & in Poſegienſi Comitatu.

INNERNIUM, *Innerneſſe*, oppidum munitum Scotiæ Septentrionalis, in Moravia provincia, cum portu ad Moraviæ æſtuarium; è regione Canonrici, & verſus Oceanum Germanicum. Diſtat 30. milliaribus Scoticis ab Aberdonia in occaſum, & arcem habet à Cromwello excitatam.

INOPUS, fluvius parvus admodum Deli inſulæ in mari Ægeo, Strabone & Plinio teſtibus.

INOULLODISLAVIENSIS PALATINATUS, ſive Præfectura, *Wojewodztwo Inoulodiſlawskje* incolis, *le Palatinat d'Inowlocz* Gallis, tractus Poloniæ majoris in Cujavia, qui ab aliis Juniuladiſlavienſis dicitur. Vide ibi.

INSANI, montes Sardiniæ inſulæ Livio, qui Mænomena Ptolemæo. Vide ibi.

INSUBRES, populi Galliæ Tranſpadanæ Straboni, Plinio, & aliis, eorum termini erant ad Septentrionem Orobii populi, ad ortum Cenomani, à quibus diviſi fuere Addua fluvio, ad occaſum Lævi, mediante Ticino fluvio, & ad Meridiem Pado a Liguribus ſeparati fuere, ut pluribus probat Cluverius, eorum Regio Inſubria dicta fuit apud Livium, & alios, poſtea Lævi populi ſub ipſa comprehenſi fuere, ſicque eorum urbes fuere Mediolanum regionis caput, & Laus Pompeia, uti Novaria, & Ticinum quæ ſub Lævis prius cenſebantur. Inſubria, nunc *il Ducato*, ſeu *lo Stato di Milano*, ſolet appellari ab incolis, *le Duché de Milan* Gallis, quanquam Ducatus

Mediolanenſis magis pateat, partem Liguriæ complectens, quæ ab illa Pado ſecernitur. Alexandria enim, Dertona, & Bobium urbes Liguſticæ in Ducatu prædicto cenſentur.

Insubria, pagus agri Mediolanenſis in Ducatu cognomine, *Seprio* volgo, ad Oronam fluviolum, ſi Caſtillionæo, & Merulæ credimus, inter Mediolanum 16. & Vareſium 12. mill. paſſ. occurrens.

Insubria, Regio Italiæ Tranſpadanæ. Vide Inſubres.

Insula, eſt pars terræ quæ undique mari aut aquis alluitur, ut ſunt Sicilia, Corſica, Sardinia, & aliæ innumeræ, & vulgo *une Iſle* dicitur a Gallis, *Iſla* Hiſpanis, *Iſola* Italis, *Eylandt* Belgis, *Yland* Anglis, *Inſel* Germanis, *Wyſep* Polonis, & *Illan* Hybernis.

Insula, *Lille*, urbs perampla Belgii, Flandriæ Gallicæ caput, ſub dominio Francorum, dicitur ſæpius Inſulæ. Vide ibi.

Insula, *Iſola*, urbs parva admodum Regni Neapolitani, in provincia Calabriæ Ulterioris, Epiſcopalis tamen ſub Archiepiſcopo Siberenenſi, quatuor milliaribus à mari Ionio diſſita, ſex à Lacinio promontorio, & 18. à Siberena in Meridiem, bis direpta fuit à Turcis, & à paucis annis tantum muris cincta fuit, cum à paucis inhabitetur.

Insula Adæ, *l'Iſle-Adam*, oppidulum Galliæ in provincia Inſulæ Franciæ, & in Inſula Oeſiæ fluvii, vix una leuca infra Bellomontium Pontiſaram verſus paulo plus, & ferè 8. a Lutetia Pariſiorum diſtans in occaſum.

Insula Albiorum, *l'Iſle en Albigeois*, oppidulum Galliæ in Occitania, & in Albigenſi provincia, ad Tarnum fluvium, 5. leucis infra Albigam in occaſum.

Insula Arabum, *Geziret el Arab*, ſic dicitur Arabia Regio ampla Aſiæ, quod pro majori parte aquis ambiatur, ad inſtar ingentis inſulæ, nempe Oceano Arabico ſive mari Ærythræo, ſinu Perſico, ſino Arabico, & Euphrate fluvio. Vide Arabia.

Insula Arpinas, oppidum alias Volſcorum in Latio, Ciceroni, nunc *l'Iſola*, caſtrum tenue Regni Neapolitani, in provincia Terræ Laboris, in inſula parva Liris fluvii, vix 3. milliaribus ab Arpino in occaſum, & totidem à confinio ditionis Eccleſiæ, 5. autem à Sora in Meridiem. In hac inſula celebre fuit alias monaſterium Sancti Dominici: unde locus ſive inſulæ hodie vulgo *San Domenico di Sora* dicitur, ubi Eccleſia ſupereſt cum exiguo hoſpitio, teſte Luca Holſtenio.

Insula Atlantis, regio ampliſſima, cujus meminit Plato, quid ſit non certo conſtat. Sed Sanſon pluribus probare nititur eandem eſſe regionem, quæ à duobus ſæculis detecta ab Europæis, ab ipſis vocata fuit America, ſeu aliter Indiæ Occidentales: quod etiam plurimis conjectoris non caret; Regio eſt perampla, & valde à Septentrione in Meridiem extenſa ſub duarum ampliſſimarum peninſularum forma. Sed an ſit continens aut inſula verſus partem Borealem nondum conſtat, quanquam plurimi exiſtiment eſſe etiam inſulam verſus partem ejus ſeptentrionalem, quod etiam probabile multis de cauſis. Vide America.

Insula Barbara, *l'Iſle Barbe*, inſula parva Galliæ in Arari fluvio, cum cœnobio in Lugdunenſi provincia, dimidia leuca ſupra Lugdunum in Septentrionem, & in limite Breſſiæ.

Insula Bocardi, *l'Iſle Bouchart*, oppidum Galliæ, in inſula Vigennæ fluvii, in Turonenſi provincia, & in limite Pictavenſi, cum duplici ponte ligneo, ſeptem leucis diſtat à Cæſarodimo Turonum in occaſum æſtivum, Mirabellum verſus.

Insula Dai, *l'Iſle Dieu*, inſula parva Galliæ, in Oceano Aquitanico, & in ora Pictavenſis provinciæ, vix 2. leucis ab ea diſſita in occaſum, & 3. ab inſula Nigri Monaſterii in Meridiem.

Insula Dai, *l'Iſle Dieu*, vicus Galliæ cum Abbatia in Normannia, & in Caletenſi tractu, prope Andellam fluvium, 4. leucis a Rothomago in ortum.

Insula Eugenii, *Inis-Owen*, tractus Hiberniæ in Ultonia provincia, & in Comitatu Londino-Derienſi, qui licet inſula dictus, revera peninſula eſt, & Iſthmo continenti Hiberniæ annectitur, & in eo eſt *Londondery*, urbs antea Deria dicta, teſte Waræo.

Insula Franciæ, *l'Iſle de France*, provincia Franciæ perampla, & una ex præcipuis Regni Præfecturis, inter Picardiam ad Septentrionem, Campaniam ad ortum, Normanniam ad occaſum, & Belſiam ad Meridiem. In ea comprehenduntur agri Bellovacenſis, Noviomenſis, Sueſſionenſis, Sylvanectenſis, Laudunenſis, Valeſium, Vexinus Francicus, Francia propriè dicta, Hurepoeſium, & Vaſtinienſis tractus, cum minori parte Briæ. Ejus præcipua urbs eſt Lutetia, ſeu Pariſii, *Paris*, totius Regni caput & ſedes regia.

Insula Hispana, *l'Eſpañola* indigenis, inſula perampla Americæ Septentrionalis, in mari Boreali, quæ & inſula S. Dominici dicitur, *l'Iſle Saint Domingue* Gallis. Vide Hiſpaniola.

Insula Jacobæa, *the James Iſle*, pars ampla Terræ-Arcticæ, ad Septentrionem Freti Hudſonii, ab Anglis detecta, & ſic dicta, quod undique mari Glaciali ſive Septentrionali ſeparatur ab aliis partibus Terræ Arcticæ, ut recentiores exiſtimant. Vide Jacobæa inſula.

Insula Jordani, *l'Iſle en Jourdain*, urbs parva Galliæ, in Aquitania, ad Savam fluvium, in Armeniacenſi Comitatu, 5. leucis diſtat à Toloſa in occaſum Auſcios verſus, & olim Caſtrum Ictium dicta fuit, teſte Vitali in Vita S. Bertrandi.

Insula Papæ, ſic dicitur à Græcis Syros inſula maris Ægei, 30. mill. paſſ. ab Eubœa diſſita in ortum, quod ejus incolæ ſint Catholici pro maxima parte. Vide Syros.

Insula Phasianorum, *l'Iſle des Faiſans*, inſula parva admodum Galliæ in Vaſcitania, in flumine Vedaſo, & in ipſo limite Hiſpaniæ, & Ipuſcoæ provinciæ, vix una leuca ſupra oſtium dicti fluvii in Meridiem, ad radices montium Pyrenæorum, & vix dimidia leuca à vico *Andaye* dicto, in Vaſcitania provincia, & à vico *Irun* in Ipuſcoa, una vero ab arce Fonte rapido, ubi pax ſancita inter Reges Franciæ & Hiſpaniæ, die 7. Novembris annos 1659 intra domum ligneam, hujus tractatus cauſa in prædicta inſula exſtructam.

Insula Sacra, inſula Latii in Italia, quam bina Tiberis oſtia faciunt, Procopio teſte cum aliis, nunc vulgo *l'Iſola grande* dicta, inter Oſtiam urbem exciſam, & Portum, in ora maris Tyrrheni, 12. milliaribus ab urbe diſtans in Meridiem. Vide Sacra inſula.

Insula Sacra, *Holy iland*, inſula parva Angliæ in Oceano Germanico, prope oram Northumbriæ provinciæ, olim Lindisfarnia dicta fuit. Vide ibi.

Insula Sancta, *Heiligelandt* incolis, *l'Iſle Sainte* Gallis, inſula parva admodum Daniæ, in Oceano Germanico, verſus oram Ducatus Sleſvicenſis à quo pendet, dicitur ſæpius Helgelandia. Vide ibi.

Insula Sanctæ Agnetis, *l'Iſle de Sainte Agnes*, inſula Angliæ in mari Verginio, & Silurum una, ſed parva. Vide Silures.

Digitized by Google

INSULA SANCTÆ HELENÆ, *l'Iſle de Sainte Heleine*, inſula Angliæ in mari Verginio, inter Silures una, & parva admodum.

INSULA S. MARIÆ, *l'Iſle de Sainte Marie*, inſula Angliæ in mari Verginio, & inter Silures præcipua, cum caſtro munito.

INSULA SANCTI AMANDI, *l'Iſle de Saint Amand*, tractus Belgii Francici in Hannonia provincia, ſic dictus quod extendatur inter fluvios Scaldim & Scarpam, in confinio Flandriæ Comitatus, ubi Fanum S. Amandi, vocatur ſæpius Auſtrebantum. Vide ibi.

INSULA S. ANTIOCI, *l'Iſola di Sant'Antiogo*, inſula maris Mediterranei, Sardiniæ adjacens, in ejus ora meridionali, quæ aliter & ſæpius Sulcitana dicitur. Vide ibi.

INSULA S. BLANDANI, *la Iſla de San Borondon*, inſula Oceani Atlantici, 40. leucis Hiſpanicis circiter diſtans in occaſum à Palma, quæ inter Canarias Occidentalior eſt: ſic dicitur per corruptionem, cùm antea vocaretur *la Iſla de San Blandon*, à S. Blandano Scoto, qui in ea alias Eremiticam vitam egit, ut ſcribunt, vocatur etiam *la Encubierta*, quod difficile inveniri poſſit à Nautis, unde creditur ea quæ olim Aproſitos ſive inacceſſibilis vocata fuit, & de ea pluribus agit Joannes *Nuñez de Peña* in hiſtoria Canariarum; quanquam alii multi de ea valde dubitent, an revera exiſtat, aut etiam unquam extiterit.

INSULA S. COLOMBANI, *Cholmkill*, inſula Scotiæ Regni, in Scotia Occidentali, prope Mulam, parva eſt admodum, ſed ſatis culta, in qua caſtrum Sodora dictum, ubi degit Epiſcopus inſularum occidentalium Scotiæ; ibi etiam Regum antiquorum tumuli, in quorum primo ſunt corpora Scotiæ Regum 48. in ſecundo Regum Hiberniæ quatuor, & in tertio Regum Daniæ, ubi Reges octo. Inſula verò, quæ Rona etiam dicitur, ferè adjacet promontorio meridionali Mulæ inſulæ, vix ab eo uno milliari Scotio diſtans.

INSULA S. DOMINI, *San Domino*, una ex Tremitanis inſulis in mari Adriatico, verſus Apuliam & montem Garganum. Vide Diomedeæ inſulæ, & Tremitanæ.

INSULA S. GENESII, *l'Iſle Saint Genais*, inſula parva Galliæ in Provincia, prope fauces ſinus Aſtromelæ in mare Mediterraneum, ubi excitatum Martigium oppidum *Martigues*, anno 1230. prope rudera Fani S. Geneſii. Vide Martigium & Maritima.

INSULA S. JULII, in Longobardia Paulo Diacono, nunc *l'Iſola di San Giulio*, inſula parva Ducatus Mediolanenſis, intra lacum Hortanum, ubi Horta, oppidum Novarienſis Epiſcopi, à Novaria 24 mille paſſibus diſtans.

INSULA S. MARTINI, *l'Iſle de Saint Martin*, ſic dicitur perſæpe à Belgis & Anglis, Rea inſula Galliæ, in ora Santoniæ & Alnetenſis tractus, ab ejus loco præcipuo. Vide Rea.

INSULA SANCTI MARTINI, *l'Iſle de Saint Martin*, inſula Angliæ in mari Verginio, ſatis parva & Silurum una.

INSULA TIBERINA, quæ & Lycaonia inſula, quam Tiberis fluvius Romæ efficit, vulgo *l'Iſola di San Bartolomeo*, ſub monte Aventino, ejus meminit Ovidius libro 1. Faſtorum.

INSULA VIRIDIS, oppidum Hiſpaniæ Wadingo, quod aliter dicitur Algezira, *Algezira*, in Vandalitia, ad Fretum Herculeum. Vide Algezira.

INSULÆ MARIS ÆGEI.

INSULA ÆGIALIA, *Cecerigo* Venetis, *Cecerigote* Gallis, parva & deſerta, circuitus 15. milliarium, inter Cretam & Cytheram, tota montuoſa eſt, eique adjacent Scopuli *Poro* & *Poreſſa* dicti.

INSULA ÆGINA, *l'Egina*, in ſinu Saronico, cum oppido & caſtro, verſus oram Ducatus Athenarum.

INSULA ALONESSUS, *Pelagniſi*, tota montuoſa eſt, cum paucis incolis & duplici portu, eſtque verſus oram Macedoniæ, & Thermaicum ſinum, ei adjacent aliquot inſululæ.

INSULA AMORGUS, *Amorgo*, ſatis ampla & culta, cum oppido cognomine, aliquot vicis & duplici portu, illam circumſtant Scopuli aliquot.

INSULA ANAPHE, *Nanfio*, oblonga eſt, & circuitus 30. milliarium, ſed parum culta, cum caſtro in colle, ei adjacent ad Meridiem inſula *Fera* parva admodum, & tres Scopuli.

INSULA ANDROS, *Andro*, ampla & probe culta, cum urbe cognomine in Scopulo, & ponte continenti inſulæ juncta, atque portu ſatis tuto, ei adjacent aliquot Scopuli. Vide Andros.

INSULA ANTIMELOS, *Antimilo*, parva eſt, & tota montuoſa, prope oram Meli inſulæ, à qua parum diſtat ad Septentrionem, & ab ea nomen ſortitur, ſed incolis vacua eſt.

INSULA ANTIPAROS, *Antiparit*, ſatis parva, paucis milliaribus diſtans à Paro inſula in occaſum, & ab ea ſic dicta; caſtrum habens cum paucis incolis, ei adjacent ad occaſum duæ inſululæ *Sigilo*, & *i Rocchi* dictæ.

INSULA ASTYPALÆA, *Stampalia*, oblonga eſt verſus Cretam inſulam, & ſatis culta, cum ejus circuitus ſit 65. milliarium, urbeculam habens in ejus parte meridionali, cum duplici portu; & illam circumſtant inſululæ aliquot, nempe *Serpa* ad occaſum, *Deonia*, *Pianoſa*, *Zafarana* ad Meridiem, & *Conupi*, *Placida*. & *Scrofa*, cum Scopulis *i Porcelli* & *Hieruncule* ad ortum.

INSULA CALAURIA, *la Sidra*, verſus oram Peloponneſi, & Scyllæum promontorium, parva eſt & malè culta, cum aliquot Scopulis adjacentibus.

INSULA CARPATHUS, *Scarpanto*, oblonga eſt cum duplici portu, oppido cognomine, eſtque ſatis ampla & culta, inter Cretam & Rhodum, eique adjacent ad ortum *Saria* inſulula, & *Fanari* inſulæ duæ ad occaſum.

INSULA CASSOS, *Caſſio*, parva eſt & deſerta, ad occaſum hybernum Carpathi inſulæ, cum aliquot Scopulis.

INSULA CEA, *Zea*, ſatis ampla eſt, & culta verſus Atticam, cum oppido cognomine, & portu valde tuto, ejus vero circuitus eſt 40. mill. paſſ.

INSULA CHALCIA, *Carchi*, parva, ſed culta, cum portu, & caſtro cognomine prope Limoniam, & 10. milliaribus à Rhodo in occaſum.

INSULA CHRYSE, *Santi-Strati*, parva eſt & deſerta, verſus Lemnum inſulam cum portu tuto.

INSULA CHIUS, *Scio*, ampla eſt, & probe culta, prope oram Aſiæ minoris, urbem habens cognominem in ejus parte orientali cum plurimis vicis, & illam circumſtant inſulæ parvæ *Venetico* ad Meridiem, & *Strongilo* ad ortum.

INSULA CICYNETHUS, *Pondico*, parva admodum in ora ſeptentrionali Eubœæ, cum aliquot Scopulis.

Insula Cimolis, *l'Argentera*, parva eſt prope Melon, cui fere adjacet ad ortum, & incolis vacua ferè eſt.

Insula Claros, *Calamo*, ſatis ampla eſt, inter Coon & Leron inſulas, tota montuoſa eſt, cum caſtro cognomine, & aliquot vicis, eique adjacet *Aiaglia* inſula parva ad occaſum cum octo Scopulis.

Insula Coos, *Stanchio*, quæ & aliquando *Lango*, ampla eſt, oblonga, & prope culta, verſus oram Aſiæ minoris, duas urbes habet, *Stanchio* & *Arangia* dictas, cum plurimis vicis, cum ſit admodum fertilis, & ei adjacent inſulæ parvæ *Capra*, *Caprone*, *Jali*, & *Zecchini* dictæ.

Insula Creta, *la Candia* Italis, *Criti* Græcis totius Ægei latiſſima, ab ortu in occaſum extenſa ad 250. milliaria, ſed multum reſtringitur à Septentrione in Meridiem, & ejus circuitus eſt 540. milliarium, tota montuoſa, & in quatuor partes diviſa, ſub dominio Turcarum à paucis annis, cum antea pareret Venetis, qui ægre Sudam, Grabuſam, & Spinamlongam arces littoreas ſervare potuerunt. Vide Creta.

Insula Crusa, *Cruſia*, parva, verſus oram Aſiæ minoris, inter Samum & Mandriam, cum portu capaci, ſed deſerta, & in ejus viciniis ſunt inſulæ parvæ *Dipſo* ſive *Lipſo*, & *Tragia*, & Scopuli *li Formi* vocati.

Insula Cythera, *Cerigo*, circuitus eſt 60. milliarium, verſus oram meridionalem Peloponneſi, ſub dominio Venetorum, eſtque ſatis culta, cum caſtro cognomine, & portu valde tuto. Illamque circumſtant aliquot inſulæ ſive Scopuli *Dragonere*, *Do*, *Aſſo*, & *Lango* vulgo.

Insula Cythnos, *Gaura*, parva eſt, & parum culta, inter Ceam & Delum inſulas.

Insula Delos, *Sdilet*, parva eſt admodum & *s'Dili* etiam vocatur à Græcis, quod duplex videatur ob Rheniam ei ferè conjunctam, quæ major eſt, nunc ſine incolis eſt prope Myconum, & ei adjacent duo Scopuli *Cevaduſſa* dicti.

Insula Dia, *la Standia*, verſus oram ſeptentrionalem Cretæ, & Candiam urbem, parva eſt cum duplici portu, ſed incolis vacua.

Insula Dromos, *Dromo*, oblonga ſed parum culta, & circuitus 20. milliarium, prope Peparethum inſulam, quæ ei vicina eſt ad ortum, ad occaſum vero ei fere adjacet inſulula S. Heliæ, *San Ilia* vulgo.

Insula Eleus, *Gatoniſi*, parva eſt, cum portu verſus oram Ioniæ, ſed incolis vacua, & habet quatuor Scopulos in viciniis.

Insula Euboea, *Negrepont*, Græciæ adjacens, & ab ea anguſta freto diviſa, eſtque ampla & probe culta, urbem habens primariam cognominem, & prope ejus oram meridionalem ſunt inſulæ parvæ *Spitiint*, *Microniſia*, & *Cavaleni* dictæ, cum aliquot aliis minoris notæ. Vide Euboea.

Insula Gyarus, *Giura*, parva eſt & deſerta, inter Andron & Scyron atque Ceam.

Insula Halana, *Macroniſo*, prope Sunium promontorium Atticæ, à paucis inhabitatur, eſtque parvi circuitus.

Insula Heraclea, *Raclia*, parva eſt, circuitus 6. milliarium, ad Meridiem Naxi inſulæ, & inter Chicton inſululam ad ortum, & Schinuſam ad occaſum, cum paucis admodum incolis.

Insula Hydra, *Idra*, circuitus 20. milliarium, montuoſa eſt, & deſerta, verſus Thermiam inſulam.

Insula Icaria, *Nicaria*, ſatis ampla eſt, oblonga & culta, ſed valde montuoſa, cum oppidulo cognomine, eique vicina eſt ad occaſum inſula parva *Stapodia*, & paulo longius aliæ duæ, *Dragoneſi* & *Fero* dictæ, parvæ admodum.

Insula Imbros, *l'Embro*, prope Cherſoneſum Thraciæ, & fauces Helleſponti, extenditur in longum, eſtque ſatis culta, cum portu tuto & arce in monte.

Insula Ios, *Nio*, ampla & culta, cum duplici portu, & caſtro cognomine, ab ea parum diſtant ad occaſum inſula parva *Cardiani*, & verſus ortum aliæ minores duo *Amici* dictæ.

Insula Jura, *la Jura*, parva eſt, & deſerta ad ortum Aloneſi, & eam circumſtant inſulæ parvæ admodum, *l'Arſura*, *Piper*, *Praſoniſi*, & *Vitopula* dictæ.

Insula Lagusa, *Chriſtiana*, parva atque deſerta, inter Cretam & Ion inſulas, & parum diſtans à Tireſia.

Insula Lemnos, *Stalimene*, ampla eſt & probe culta, in parte ſeptentrionali maris Ægei, cum urbe cognomine, plurimis vicis, & aliquot portubus, 50. milliaribus diſtans à Monte Atho in ortum, & ab ea parum diſtat in Septentrionem inſulula *Caſeno* dicta.

Insula Leros, *Lero*, ſatis ampla & culta, inter Claron & Porthmum, cum urbecula & duplici portu, eique fere adjacet ad Meridiem inſula parva *Lepida* vocata.

Insula Lesbos, *Metelin*, ampla & perculta, cum urbe cognomine, verſus oram Aſiæ minoris, è regione promontorii S. Mariæ, cum aliquot portubus inter Tenedum & Chium, & ab ea parum diſtat ad occaſum inſula parva *Sigre* dicta.

Insula Levita, ſive Lebinthos, *Levita*, parva & deſerta, prope Zinaram, cum portu tuto in ejus ora meridionali, parumque diſtat ab Amorgo in ortum.

Insula Limonia, *Limona*, parva & deſerta prope Chalciam, vix decem milliaribus à Rhodo diſtans in occaſum, eique adjacent aliquot Scopuli.

Insula Mandria, *Mandria*, parva & deſerta, inter Samum & Coon inſulas, prope Cruſam, & Scopulis undique vallatur.

Insula Melos, *Milo*, ampla eſt & culta, cum portu percapaci in ejus parte ſeptentrionali, & urbecula. illam circumſtant inſulæ Antimelos, Cimolis, & Præpeſinthus, inſululæ *le Poline*, & *Remomilo*, & Scopuli *li Petteni* & *Paximadi* vocati.

Insula Myconos, *Micone*, ſatis culta, cum portu amplo in ejus ora occidentali, & aliquot caſtris, eſtque prope Tenum & Delum inſulam, à qua ſeparatur tantum freto 4. milliarium, in quo ineſt Scopulus *Dragoniſi* dictus.

Insula Naxus, *Naxia*, ampla & probe culta, cum urbe parva, & aliquot portubus inter Parum & Amorgum, & ab ea parum diſtant Scopuli *le Pergole* dicti, uti inſula parva *Stenoſa* vocata ſed deſerta. Vide Naxus.

Insula Nisyros, *Niſaro*, tota montuoſa verſus Aſiam minorem, Telo & Coo propinqua, ſed parum culta: & ab ea tantiſper diſtant ad occaſum inſululæ *Leſindra*, *Chirana*, & *Caloiero*, olim Calidnæ vocatæ.

Insula Oenos, *Sicandro*, parva & deſerta, prope Philocandrum, portu etiam carens.

Insula Oliarus, *Quiminio*, parva atque deſerta prope Paron.

Insula Paros, *Paris*, ampla eſt & valde culta, cum urbecula cognomine in parte ſeptentrionali, & duplici portu, ei fere adjacent ad Septentrionem inſulula *Mermigo* dicta, & ad occaſum inſula *Antiparis* cum aliquot Scopulis. Vide Paros.

INSULA PATHMOS, *Patmoſa*, ſatis parva & culta, cum urbecula cognomine, & portu in ejus ora ad ortum, inter Icariam & Leron, eſtque montuoſa.

INSULA PEPARETHUS, *Saraquino*, verſus oram Macedoniæ, & inter Dromon & Aloneſum inſulas, oblonga ſed parva & deſerta, ab ea parum diſtant duæ inſululæ *gli Aderſi* dictæ, verſus Meridiem.

INSULA PHARMACUSA, *Fermaco*, verſus oram Aſiæ minoris, parva admodum & deſerta è regione Mileti, & ei adjacet alia inſula minor *Theclida* dicta.

INSULA PHILOCANORUS, *Policandro*, parva & deſerta, inter Oenon ad ortum, & Sicinum ad occaſum.

INSULA POLYÆGOS, *Falconara*, parva & deſerta, inter Melon & oram Peloponneſi.

INSULA POROS, *Poro*, parva & deſerta, verſus Hydram.

INSULA PRÆPESINTHUS, *Polino*, parva & deſerta, à Melo parum diſtans in Septentrionem.

INSULA PSYRA, *Pſara*, parva & fere deſerta, ad occaſum Chii inſulæ, cum portu tuto, & ei adjacet ad occaſum alia inſula Pſyra minor, *Pſara piccola* vulgo.

INSULA RHENÆA, parva eſt admodum, Delo adjacens ad occaſum, unde cum ipſa *Sdiles* vocatur, & *la grande Sdiles*, quod major ſit Delo inſula propria.

INSULA RHODUS, *Rhodi*, ampla & culta, prope oram Cariæ, cum urbe permunita cognomine in ejus parte ſeptentrionali, & portu tuto. Vide Rhodus.

INSULA SALAMIS, *Coluri*, in ſinu Saronico, parva & cum paucis incolis, prope Æginam.

INSULA SAMOS, *Samo*, ampla & oblonga, verſus oram Aſiæ minoris, cum urbecula cognomine, aliquot vicis, & duplici portu, & ad Meridiem ei fere adjacet inſulula *Narteco* dicta.

INSULA SAMOTHRACE, *Samandrachi*, parva at culta, inter Thraciam & Lemnum, ſed portu caret.

INSULA SCANOA, *Scanda*, parva admodum atque deſerta, prope Scyrum, Scopelon verſus, cum aliquot Scopulis.

INSULA SCHINUSA, *Scinuſa*, parva & deſerta, prope Heracleam, & ab ea parum diſſita eſt Fecuſſa inſulula.

INSULA SCIATHOS, *Sciato*, ſatis parva, & parum culta, cum caſtro inter Scopelon & oram Theſſaliæ.

INSULA SEOPELOS, *Scopoli*, inter Schiaton & Dromon, nunc incolis vacua.

INSULA SCYROS, *Schiro*, ampla & probe culta, cum urbecula cognomine, & portu tuto, cum aliquot Scopulis, ad occaſum vero parum diſtat ab ea inſulula *Schirodola* dicta.

INSULA SERIPHUS, *Serfino*, oblonga & ſatis culta, inter Siphnum & Theram, cum portu in ejus parte orientali.

INSULA SICINUS, *Sicino*, parva & deſerta, inter Melon & Amorgum prope Philocandrum.

INSULA SIPHNUS, *Sifano*, ſatis ampla & culta, cum duplici portu, & ei adjacet ad Meridiem Scopulus *Chitriani* dictus.

INSULA SYME, *le Simie*, verſus Rhodum, parum culta eſt prope oram Aſiæ minoris, cum alia inſula minori ei fere adjacente, & aliquot Scopulis.

INSULA SYROS, *Sira*, proxima Juræ, parva ſed ſatis culta, cum urbecula cognomine.

INSULA TELOS, *Piſcopia*, verſus Aſiam minorem, & Niſyrum, cum portu capaci & duobus caſtris, ſed parum culta.

INSULA TENEDUS, *Tenedo*, in ora Aſiæ minoris verſus Helleſpontum, parva eſt cum arce & portu, Scopulis fere circumdatur, & ab ea parum diſtant ad Septentrionem inſululæ *le Maure* dictæ, uti alia inſula parva *Archiſtratego* nuncupata.

INSULA TENOS, *Tine*, ſatis culta, cum arce in monte, & duplici portu, ſub dominio Reipublicæ Venetæ, & parum ab Andro inſula diſtans in ortum Myconum verſus 6. milliaribus.

INSULA THASSUS, *Taſſo*, verſus oram Thraciæ, ſatis ampla, & culta eſt, cum portu in ejus ora ſeptentrionali, & aliquot caſtris.

INSULA THERA, *Termia*, verſus Ceam, culta eſt, & fertilis cum duplici portu, & aliquot Scopulis ei fere adjacentibus ad ortum.

INSULA THERASIA, *Santerini*, alias amplior, nunc terræ motu in duas diviſa, quarum major nomen retinet, minor vero *Teraſia* etiamnum vocatur, olim probe culta fuit, nunc vero paucis conſtat incolis, & ei adjacet *Polegaſa* inſulula.

INSULA ZINARA, *Zinara*, parva eſt & deſerta, verſus Levitam cum portu, & ab ea parum diſtat ad occaſum *Charuſa* inſulula.

INSULÆ ALIQUOT HISCE ULTIMIS TEMPORIBUS DETECTÆ.

INSULA ADMIRALIS, *la Iſla de Amirante* Luſitanis, *het Admiraleitz Eylandt* Belgis, inſula parva Africæ, in mari Æthiopico, & verſus ſinum Melindæ, & ad Septentrionem Madagaſcariæ, inter Syrtes & Brevia.

INSULA ANNIBONI, ſeu Annobona, *l'Iſle d'Annobon* Gallis, *a ilha de Añobueno* Hiſpanis, inſula Africæ, in mari Guineæ & in ſinu S. Thomæ. Diſtat circiter 35. leucis Hiſpanicis ab inſula S. Thomæ ad Meridiem; fuitque detecta à Luſitanis, quibus etiam ſubeſt, prima die anni, unde ei nomen inditum fuit, in ea ſunt tantum aliquot vici cum turri.

INSULA ANTICOSTA, ſeu Aſſumptionis, *l'Iſle Anticoſti, ou l'Aſſomption*, ſita eſt in America Septentrionali, in Nova Francia & in ſinu S. Laurentii, inter Terram novam inſulam ad ortum, & Canadam tractum ad occaſum. Ejus longitudo continet 35. leucas, latitudo vero 7. circiter; ſubeſtque dominio Francorum, qui in ea aliquot habent colonias. Dicitur *Natiſcotec* ab incolis illius tractus, & detecta fuit primum à Jacobo *Quartier*, 15. leucis diſtans à continenti.

INSULA ARENÆ, *l'Iſle de Sable*, inſula Americæ Septentrionalis verſus oram Novæ Franciæ, circuitus 15. leucarum, & totidem leucis Gallicis tantum diſtans ab inſula promontorii Britonum in Meridiem. Alias culta fuit a Francis, ſed poſtea ab ipſis derelicta ob penuriam aquarum.

INSULA ARIMOA, *Arimoa Eylandt* Belgis, *l'Iſle d'Arimoa* Gallis, inſula parva maris Indici, prope Moam inſulam, in terra Auſtrali, & in ora ſeptentrionali regionis Papuorum ſeu Nigrorum, à qua vix diſtat 6. leucis in Septentrionem. Detecta fuit à Jacobo *le Maire* Hollando anno 1616.

INSULA ASCENSIONIS, *la ilha d'Aſcemçan* Luſitanis, *l'Iſle de l'Aſcenſion* Gallis, inſulà Americæ Meridionalis verſus Braſiliam, à qua centum circiter leucis Hiſpanicis diſtat in ortum, nempe à Præfectura Spiritus ſancti; totaque montuoſa eſt, & inculta, & ei adjacet altera inſula minor,

INSULA AVIUM, *la Iſla de Avee* Hiſpanis, *l'Iſles d'Avee* Gallis, inſula parva Americæ, una ex

Antillis, in mari Boreali & verſus oram Venetiolæ regionis, inter inſulam Rupium ad ortum & inſulam Boni aëris ad occaſum. Ei adjacent ſeptem aliæ inſulæ minutæ admodum.

INSULA AVIUM, *la ilha de Aves* Luſitanis, *l'Iſle des Oyſeaux* Gallis, inſula parva Archidolii maris, ſeu maris Pacifici, inter inſulas Latronum ad Septentrionem, & Novam Guineam ad Meridiem.

INSULA AURELIANENSIS, *l'Iſle d'Orleans*, inſula parva Americæ in Nova Francia, & in fluvio S. Laurentii, paulo infra Quebecum, extenditur ad 8. leucas, eſtque valde culta à Gallis.

INSULA BARNEVELDI, *Barneveldt Eylandt* Belgis, *l'Iſle de Barnevel* Gallis, inſula parva Americæ Meridionalis, a Belgis detecta anno 1616. In mari Magellanico ſita eſt, ad Auſtrum terræ Ignium & ad ortum promontorii Hornani. Ei adjacet alia inſula minor, ſed ambæ montuoſæ ſunt admodum, & deſertæ.

INSULA BATONIA, *Baſton Iſle*, ſeu & *Button*, inſula oblonga Aſiæ, in mari Indico, & ad ortum Macaſſariæ. Extenditur à Septentrione in Meridiem per 20. leucas Hiſpanicas.

INSULA BONÆ FORTUNÆ, *the Iland of Good Fortuyn* Anglis, *l'Iſle de la Bonne-Fortune* Gallis, inſula ampla Americæ Septentrionalis, prope Fretum Hudſonium in ortum, ad Anglis detecta dum illas partes luſtrarent, eſtque pars terræ Arcticæ.

INSULA BONÆ FORTUNÆ, *Goede Fortuyn Eylandt* Belgis, *l'Isle de la Fortune* Gallis, inſula parva & oblonga Oceani Indici, prope oram occidentalem Sumatræ inſulæ, à qua 30. milliaribus Germanicis diſtat in occaſum, uti & 20. à Naſſavia inſula.

INSULA BONI ÆRIS, *Bonaire*, inſula parva Americæ Meridionalis, & una ex Antillis, inter inſulam Avium ad ortum & inſulam Curoſoam ad occaſum, in mari Boreali, & verſus oram Venetiolæ regionis, à qua vix 10. leucis Hiſpanicis diſtat in Septentrionem; ſubeſtque dominio Belgarum. Ejus circuitus eſt 16. leucarum.

INSULA BORBONIA, *l'Iſle Bourbon*, alias Maſcarenhæ, inſula maris Æthiopici fertilis admodum & abundans, verſus ortum Madagaſcariæ, à Francis inhabitata, & ſic dicta, & hiſce ultimis temporibus culta. Ibi terra perpetuo ardens, cum monte ignivomo. Centum fere leucis Gallicis diſtat a Madagaſcaria inſula. Ejus circuitus eſt 60. leucarum; & in ejus meditullio ineſt lacus ad radices montium, ex quo oriuntur ſeptem fluvii, & in ea ſunt coloniæ S. Dionyſii & S. Pauli.

INSULA CANUM MARINORUM, *l'Iſle des Requiems* Gallis, *la Iſla de Tubarones* Hiſpanis, inſula eſt Americæ Septentrionalis in ſinu Mexicano.

INSULA CIAMPELLA, *Pulo Cjampello* Indis, inſula Indiæ ulterioris, in ora Regni Cocinſinæ, cum altera ei adjacente, *Pulo Catan* dicta, ſeu Catana inſula; ſuntque parvi circuitus, teſte Brietio.

INSULA CORVI, *la Ilha do Corvo* Luſitanis, *l'Iſle du Corbeau* Gallis, inſula eſt Oceani Atlantici ſive Occidentalis, & una ex Accipitrum inſulis magis in occaſum extenſa, ſub dominio Regis Portugalliæ, eſtque parva admodum cum una aut altera villula.

INSULA DELPHINA, *l'Iſle Dauphine* in Africa. Vide Madagaſcaria.

INSULA DIDACI RODERICI, *l'Iſla de Diego Rodriguez* & *Diego Roiz* etiam Luſitanis, *l'Iſle de Digarrois* Francis, inſula parva & deſerta Africæ, in mari Æthiopico, inter Syrtes, longè a Mauritia inſula in ortum, & longius à Madagaſcaria. Detecta fuit a Luſitanis.

INSULA FERDINANDI NORONHÆ, *la ilha de Ferdinando de Noronha*, inſula Americæ Meridionalis, in mari Braſilico, ſatis parva, & vix circuitus 4. leucarum, 70. leucis Hiſpanicis diſtat in ortum à proxima continente Braſilicæ, nempe à Præfectura Fluvii magni, eſtque ſatis culta a paucis annis. Ei adjacet alia inſula minor, dicta inſula Ignis.

INSULA FERDINANDI PAI, *a ilha de Fernando Pao* Luſitanis, *l'Iſle de Fernand-Dupert* Gallis, inſula Africæ, in mari Guineæ, & in ſinu S. Thomæ, circuitus 26. leucarum circiter, ſub dominio Luſitanorum, cum aliquot pagis & arce, 40. milliaribus diſtat ab ora Regni Benini in Meridiem, & paulo minus ab ora Regni Biafræ in occaſum.

INSULA GUILLELMI SCOUTENI, *het Willems Schouten Eylandt* Belgis, *l'Iſle de Guillaume Schoute* Gallis, inſula Oceani Indici maximè ad ortum & Auſtrum, prope oram littoralem Terræ Papuorum, in Nova Guinea, verſus mare Pacificum. Detecta fuit a Belgis anno 1616. & a Scouteno Navarcho nomen ſortitur.

INSULA HORNIA, *Hoornſe Eylandt* Belgis, *l'Iſle de Hoorn* Gallis, inſula parva maris Pacifici, ſed fertilis, à Jacobo Maëreo Hornano detecta anno 1616. Diſtat circiter 1200. milliaribus Germanicis ab ora Peruæ in occaſum Aſiam verſus.

INSULA JESUS, *l'Iſle de Jeſus*, inſula Americæ Septentrionalis in Nova Francia, intra confluentes fluvii Ottavacotum in fluvium S. Laurentii, & prope inſulam montis Regalis, à qua ſeparatur fluvio Pratorum.

INSULA IGNIUM, *la Iſla de Fuego*, una ex inſulis Capitis viridis, parva & deſerta, ſub dominio Regis Luſitaniæ, ſic dicta quod ignes emittat.

INSULA JOANNIS DE NOVA, *la Iſla de Juan de Nova*, inſula Africæ in mari Æthiopico, a Joanne de Nova Gallæco detecta anno 1501. nomine Regis Luſitaniæ.

INSULA JOANNIS MAII, *Janſz Mayen Eylandt* Belgis, *l'Iſle de Jean May* Gallis, inſula Oceani Septentrionalis verſus Spitzbergam, & terras Arcticas, à Belgis detecta anno 1614. dicitur etiam Mauritia inſula & mons Altus.

INSULA LIGNEA, *l'Iſle du Bois*, ſic dicitur aliquando à Nautis Gallis Madera inſula Oceani Atlantici, *la Madere*, quod idem ſignificet lingua Hiſpanorum quibus ſubeſt. Vide Madera.

INSULA LONGA, *Lange Eylandt* Belgis, *l'Iſle Longue* Gallis, inſula Americæ Septentrionalis, in ora Novæ Eboracenſis provinciæ, & verſus Manhatam urbem, extenditur ab ortu in occaſum, & nunc ſubeſt dominio Anglorum.

INSULA MADAGASCARIA, ſeu S. Laurentii, *l'Iſle de Madagaſcar*, in Africa & in Oceano Æthiopico. Vide Madagaſcaria.

INSULA MANIA, *Pulo Maon* Indis, *la ilha Maon* Luſitanis, *l'Iſle Man* Gallis, inſula parva & oblonga Indiæ, in ſinu Gangetico, inter Syrtes & brevia, & prope inſulam Andemaniam. Diſtat circiter 45. milliaribus Germanicis ab ora Regni Peguviæ in occaſum.

INSULA MAII, *l'Iſle de Jean Jacob May*, in Oceano Septentrionali. Vide inſula Joannis Maii.

INSULA MALICUTIA, *Malicut*, inſula parva Aſiæ in mari Indico, & una ex Maldavis inſulis. Diſtat 40. leucis ab aliis Maldivis in Septentrionem, & 30. a Divandura in Meridiem. Circuitus eſt 5. leucarum circiter, & ſubeſt dominio Regis Cananoræ, in Malabaria.

INSULA MASCARENHÆ, *l'Iſle Maſcaregne* Gallis,

Gallis, inſula Oceani Æthiopici, à Luſitanis luſtrata, & ſic dicta, quæ nunc à Gallis incolitur, & vocatur inſula Borbonia. Vide ibi.

Insula Mauritia, *het Mauritz Eylandt* Belgis, *l'Iſle Maurice* Gallis, inſula Africæ, in mari Æthiopico, ad ortum Madagaſcariæ, & inter Borboniam ad occaſum & Didaci Rocchi inſulam ad ortum. Paucis abhinc annis à Belgis culta & munita fuit. Centum ferè leucis diſtat à Madagaſcaria in ortum. A Luſitanis *de Cirne* nominatur; & ejus circuitus eſt leucarum ferè quadraginta, teſte Herberto. Fertilis eſt admodum, abundatque omnibus ad vitam neceſſariis, 37. milliaribus Germanicis diſtans à Borbonia inſula.

Insula Mauritia, *het Mauritz Eylandt* Belgis, inſula parva maris Glacialis in ora ſeptentrionali Moſcoviæ, à Belgis ſic dicta. Vide Mauritia inſula.

Insula Montis Regalis, *l'Iſle de Montreal*, inſula Americæ in Nova Francia, inter duos ramos fluvii Otavacorum, ubi in fluvium S. Laurentii ſe exonerat, prope S. Ludovici ſaltum, ejus circuitus eſt 12. leucarum circiter, cum oppidulo cognomine, eſtque probe culta à Francis, 60. leucis ſupra Quebecum in occaſum, & ei fere adjacet ad occaſum inſula Jeſus quæ ab ea tantum ſeparatur fluvio Pratorum.

Insula Muscarum, *l'Iſle des Mouches* Gallis, *het Vlieghen Eylandt* Belgis, inſula parva maris Pacifici, à Jacobo Maereo Belga detecta anno 1616. & ſic dicta à moſcarum copia ibi reperta, atque ſatis culta.

Insula Nassavia, *l'Iſle de Naſſau* Gallis, inſula Aſiæ, in mari Indico, verſus oram occidentalem Sumatræ inſulæ, & ad Meridiem Inſulæ bonæ Fortunæ, & ſic dicta fuit à Belgis unitis.

Insola Nautarum, *l'Iſle des Matelots*, inſula parva Aſiæ in Oceano Orientali, & una ex Latronum inſulis.

Insola Nera, *Pulo Nera* incolis, inſula Aſiæ in mari Indico, & ona ex inſulis Bandæ, in Molucis. Subeſt dominio Belgarum ab aliquot annis; eſtque magni proventus propter aromata.

Insula Ordinum, *het Staten Eylandt* Belgis, *l'Iſle des Eſtats* Gallis, inſula Americæ Meridionalis inter Fretum Maereum ad occaſum, & Fretum Brouverii ad ortum, detecta à Belgis anno 1616. eſtque è regione Mauricii tractus & Terræ Ignium.

Insula Ordinom, *het Staten Eyland*, inſula parva Oceani Glacialis, in ora ſeptentrionali Moſcoviæ, á Belgis detecta anno 1594. & ſic dicta. Vide Ordinum inſula.

Insula Parforata, *l'Iſle Percée*, inſula Americæ Septentrionalis io Nova Francia, ad oſtium fluvii S. Laurentii, & in ejos ora meridionali, prope Acadiam, parva admodum, ſed nautis admodum oota.

Insola Piscatorom, *la ilha dos Peſcadores* Luſitanis, *l'Iſle des Peſcheurs* Gallis, inſula parva Oceani Sinici, verſus oram Ioſulæ Formoſæ, alias à Luſitanis detecta & denominata, poſtea paruit Belgis, nunc autem ſobeſt dominio Sinarum.

Insula Principis, *Princen Eylandt* Belgis, *l'Iſle du Prince* Gallis, inſula eſt parva Aſiæ, in Oceano Indico, in ora occidentali Javæ inſulæ, & ad Fretum Sundæ, verſus Sumatram inſulam.

Insola Principis, *la Ilha de Principe* Luſitanis, *l'Iſle du Prince* Gallis, inſula Africæ, in mari Guineæ, & io ſinu S. Thomæ, inter inſulam Ferdinandi Pai ad Septentrionem, & inſulam S. Thomæ ad Meridiem, 35. leucis Hiſpanicis ab ora Regni Biafræ in occaſum, oblonga & ſatis culta. Oppidum habet cum aliquot pagis; ſubeſtque dominio Luſitanorum.

Insula Promontorii Britonis, *l'Iſle du Cap Breton*, inſula Americæ Septentrionalis, in Nova Francia, ſatis culta, & circuitus 80. leucarum, ab ortu in occaſum extenſa, inter Terram-Novam inſulam ad ortum, & Acadiam ad occaſum, in ſinu S. Laurentii, cum aliquot coloniis Francorum. Dicitur etiam a quibuſdam *l'Iſle des Bretons*, inſula Britonum, & ejus pars meridionalis vocatur parva Laboratoris Terra.

Insula Rona, *Pulo Ron*, inſula parva Aſiæ, in Oceano Indico, & una ex ioſulis Bandæ, io Molucis, ſub dominio Anglorum ab aliquot annis. Fertilis eſt propter Aromatum proventum.

Insula Rupium, *la Ilha dos Arecifes*, inſula eſt parva Aſiæ, in Oceano Orientali, & una ex inſulis Latronum ſive Annæ Mariæ.

Insula Sancti Andreæ, *la Iſla de Sant Andero*, inſula parva Americæ Septentrionalis, in mari Boreali, verſus oram Nicaraguæ provinciæ Novæ Hiſpaniæ, à qua 25. leucis diſtat in ortum, & 8. leucis Hiſpanicis ab inſula Sanctæ Catharinæ in Meridiem. Ejus longitudo eſt tantum 4. leucarum.

Insula S. Antonis, *la Iſla de Sant Anton*, inſula Oceani Atlantici, & una ex Capitis Viridis inſulis, magis ad Septentrionem extenſa ſub Luſitanis, eſtque fertilis admodum.

Insula Sancti Bartholomæi, *l'Iſle Saint Bartelemy*, inſula oblonga Americæ Septentrionalis, & una ex Antillis inſulis, ſub dominio Francorum, ab anno 1648. inter inſulas S. Martini ad Septentrionem, & S. Chriſtophori ad Meridiem, circuitus eſt 12. leucarum,

Insula S. Catharinæ, *l'Iſle de Sainte Catherine*, inſola parva Americæ Septentrionalis, in mari Boreali, verſus oram Novæ Hiſpaniæ, & provinciam Honduram, à qua diſtat 20. leucis Hiſpanicis in ortum. Portum habet commodum & arcem; ſubeſtque dominio Hiſpanorum à paucis annis, cum antea pareret Anglis, à quibus bis expugnata fuit, & ab eis *l'Iſle de la Providence* vocatur.

Insula Sanctæ Catharinæ, *la Ilha de Santa Catalina* Loſitanis, inſula parva Americæ in mari Braſilico, inter Syrtes & brevia, verſus Præfecturam Portus ſecuri, 17. leucis, Hiſpanicis ab ora diſtans in ortum, eſtque ſterilis & deſerta.

Insola Sancti Christophori, *l'Iſle de Saint Chriſtophle* Gallis, *Liamaiga* Caribis, *la Iſla de San Chriſtoval* Hiſpanis, & *the Iland of St. Chriſtophers* Anglis, inſula eſt Americæ Septentrionalis in mari Boreali, & ona ex Antillis, alias à Caribis inhabitata, nunc autem ſub dominio Francorum & Anglorum, ab anno 1625. ubi plurimæ arces cum pagis, primum detecta fuit à Chriſtophoro Colono, & ab eo nomen ſortita, fertilis eſt & abundans, ſed montuoſa nimis præſertim in medio inſulæ, & ejus circuitus eſt 25. leucarum circiter.

Insula Sanctæ Crucis, *l'Iſle de Sainte Croix* Gallis, *Ay Ay* incolis, inſula Americæ Septentrionalis, in mari Boreali, & ona ex Antillis, inter inſulam S. Chriſtophori ad ortum, & inſulam Portus Divitis ad occaſum, ſub dominio Francorum ab anno 1650. circuitus eſt 30. leucarum.

Insola Sancti Dominici, *l'Iſle de Saint Dominique*, ſeu *la Saint Domingue* Gallis, *la Iſla de San Domingo* Hiſpanis, inſula ampla Americæ Septentrionalis in mari Boreali, ſic dicta à Dominicopoli ejus urbe primaria, vocatur alter Hiſpaniola inſula, & ipſius major pars ad Septentrionem & occaſum nunc ſubeſt dominio Francorum, qui in

Vuu

ea habent plures colonias, alia vero pars ad ortum & Meridiem ſubeſt Hiſpanis, ſicque nunc dividitur in duas partes altiſſimis montibus *Maniel* dictis, cum olim 14 haberet provincias. In ea parte quæ etiamnum Hiſpanis ſubeſt, ſunt Dominicopolis *San Domingo*, Conceptio de planitie *la Concepcion*, Fanum S. Jacobi *Santiago*, & Compoſtella *Compoſtella*; in parte vero Francici juris ſunt oppidula & coloniæ, Sinus parvus *la petite Ance*, promontorium *le Cap*, Trifluvium *les trois Rivieres*, Leogana *Leogane*, Goavum majus *le grand Gouave*, Goavum minus *le petit Gouave*, Nipum *Nipe*, & Sinus magnus *la grande Anſe*, quæ omnes coloniæ nuper in hanc inſulam deductæ fuere a Bertrando *Dogeron* Gallo viro clariſſimo, qui etiam duas alias deduxit in inſulas Teſtitudinis & Vaccæ ei adjacentes, & ita ſe geſſit ſtrenue ut coloniæ Francorum in illis partibus multum ipſi debeant, ob res preclare geſtas.

Insula Sancti Eustachii, *l'Iſle de Saint Euſtache*, inſula parva Americæ Septentrionalis, verſus oram Borealem inſulæ S. Chriſtophori, & una ex Antillis, cum aliquot villis, ſub dominio Belgarum ab anno 1635. Montuoſa eſt, & vix 9. leucarum circuitus, in mari Septentrionali.

Insula S. Georgii, *la Ilha di San Georgio*, inſula Oceani, & una ex inſulis Accipitrum ſive Terciis, ſub dominio Luſitanorum.

Insula Sanctæ Helenæ, *l'Iſle Sainte Helene* Gallis, *la Iſla de S. Elena* Hiſpanis, inſula parva Africæ, in mari Æthiopico, à Joanne de Nova Luſitano detecta anno 1502. die Sanctæ Helenæ ſacra. Circuitus eſt 13. leucarum circiter, ſub altitudine 16. graduum latitudinis Auſtralis, longiſſimè à quacunque alia inſula remota, inter Africæ continentem ad ortum & Braſiliam ad occaſum, ſed Africæ vicinior. Tota ferè montuoſa eſt, & portu gaudet commodo; eſtque fertilis & abundans omnibus ad victum neceſſariis, habens etiam quatuor valles, cum totidem fluviis in ejus parte ſeptentrionali, ita ut dicta fuerit Taberna maris, quod omnes naves illuc ex Indiis redeuntes in ipſa ſe reficerent per aliquot dies. Sed a paucis annis occupata fuit ab Anglis, qui in ea habent arcem, diſtatque 1550. leucis Hiſpanicis à Goa in occaſum, uti 520. à promontorio Bonæ ſpei, & 370. ab Angola, 375. à Fano S. Georgii de Mina in Meridiem, uti 1000. ab Olyſippone, & 540. ab ora Braſiliæ in ortum, teſte Emanuele Faria

Insula Nova Sanctæ Helenæ, *la nouvelle Iſle de Sainte Heleine*, inſula parva Africæ, inter Æthiopiam inferiorem & Regnum Benguelæ ad ortum, & inſulam Sanctæ Helenæ ad occaſum, recens ab Europæis detecta fuit, & 150. leucis Hiſpanicis diſtat ab inſula S. Helenæ in ortum.

Insula Sancti Jacobi, *Santiago* incolis, *Sant' Yague* Gallis, inſula eſt Oceani Atlantici, & una ex Capitis Viridis inſulis, ſub dominio Regis Portugalliæ, cum urbe *Ribeira grande*, Epiſcopali ſub Archiepiſcopo Olyſipponenſi in ejus parte meridionali.

Insula Sancti Joannis, *la Iſla de San Juan*, inſula Aſiæ, in Oceano Indico, & una ex Philippinis inſulis, prope Mindanam inſulam in ortum, & ab ea tantùm tenui freto ſeparata verſus Tendaiam. Alias ſuberat Hiſpanis, nunc ſui juris eſt.

Insula Sancti Joannis, *l'Iſle de Saint Jean*, inſula Americæ Septentrionalis, in Nova Francia, in intimo receſſu ſinus S. Laurentii, verſus Acadiam. Satis ampla eſt, & à Francis culta à plurimis annis.

Insula Sancti Joannis Portus Divitis, *la Iſla de S. Juan de puerto ricco* Hiſpanis, *l'Iſle de Porteric* Gallis, inſula ampla Americæ Septentrionalis, ſub dominio Hiſpanorum, in mari Boreali, & ad ortum Hiſpaniolæ inſulæ. Vide Portus Divitis inſula.

Insula Sanctæ Isabellæ, *la Iſla de Santa Yſabel*, inſula perampla maris Pacifici, & inſularum Salomonis præcipua, ab Alvaro de Mendana Hiſpano detecta anno 1567. circuitus eſt 230. leucarum circiter, extenditurque fere ad 100 leucas.

Insula Sanctæ Luciæ, *la Iſla di Santa Lucia*, una ex inſulis Capitis Viridis in Oceano Atlantico, oblonga & ſub dominio Regis Potugalliæ, inter inſulas S. Vincentii, & S. Nicolai.

Insula Sancti Laurentii, *l'Iſle de Saint Laurent*, inſula maxima Africæ, quæ aliter dicitur Madagaſcaria, & inſula Delphina. Vide ibi.

Insula Sanctæ Luciæ, *la Iſla de Santa Lucia* Hiſpanis, *l'Iſle de Sainte Alouzie* Gallis, inſula Americæ, in mari Septentrionali, & una ex Antillis inſulis, ſub dominio Francorum à paucis annis. Oblonga eſt, & à Septentrione in Meridiem extenſa, inter Martinicam inſulam ad Septentrionem, & inſulam S. Vicentii ad Meridiem, à qua vix 10. leucis diſtat, & 14. à Martinica, ſed parum culta eſt, & circuitus 20. leucarum.

Insula Sanctæ Mariæ, *l'Iſle de Sainte Marie* Gallis, *Noſſi Hibrahim* incolis, inſula parva Africæ, ſed oblonga, in ora orientali Madagaſcariæ, ubi in arctos tendit; & ab ea vix 10. milliaribus diſtans. Extenditur autem ad 60. milliaria, teſte Flacurtio qui illam pluries luſtravit.

Insula S. Mariæ de Parilla, *l'Iſle de Sainte Marie de Parilla*, una ex Philippinis inſulis in Oceano Eoo ſive Orientali, Luſoniæ proxima, & ſub dominio Hiſpanorum.

Insula Sancti Martini, *l'Iſle de Saint Martin*, inſula Americæ Septentrionalis, in mari Boreali, & una ex Antillis inſulis, inter Anguis inſulam ad Septentrionem, & S. Bartholomæi inſulam ad Meridiem, ſub dominio Francorum ab anno 1645. Novem leucis diſtat ab inſula S. Chriſtophori in Septentrionem, & circuitus eſt 25. leucarum.

Insula S. Mathei, *la Iſla de San Mateo*, inſula Oceani in mari Guineæ, a Luſitanis detecta, & ſic dicta, ſed nunc incolis vacua, 80. leucis circiter diſtans ab ora Guineæ, & à promontorio Palmarum in Meridiem.

Insula Sancti Michaelis, *la Iſla de San Miguel*, inſula parva Aſiæ, in mari Indico & prope oram ſeptentrionalem inſulæ Bornei, verſus Paragoiam inſulam, à qua vix 20. leucis Hiſpanicis diſtat.

Insula Sancti Michaelis, *la Ilha de San Miguel* Loſitanis, *l'Iſle de S. Michel* Gallis, inſula Oceani Atlantici, & una ex Accipitrum inſulis magis ad ortum extenſa, ſub dominio Regis Portugalliæ. Vide Michaelia inſula.

Insula Sancti Nicolai, *la iſla de San Nicolao*, una ex inſulis Capitis Viridis in Oceano Atlantico, extenditur ad 100. millia paſſuum prope oram Sanctæ Luciæ, & ſubeſt dominio Regis Portugalliæ.

Insula Sancti Salvatoris, *San Salvader* Hiſpanis, *Guanahani* incolis, inſula Americæ Septentrionalis, & una ex Lucaiis in mari Boreali, prima totius Novi Orbis fuit detecta à Chriſtophoro Columbo die 11. Octobris anno 1492. & ab ipſo dicta, quod ſic vitam ejus ſervarit contra Hiſpanos qui eum occidere volebant. Vide Guanahania.

Insula Sancti Thomæ, *la Ilha de San*

Thomé Luſitanis, inſula eſt ſatis ampla Africæ, in mari Guineæ, & circuitus 30. leucarum Gallicarum circiter, fere rotunda, ſed culta & abundans, ſub dominio Luſitanorum, cum urbe cognomine, inſulæ primaria & Epiſcopali ſub Archiepiſcopo Olyſipponenſi, 45. leucis diſtat in ortum à proximiori continente Africæ & à promontorio Lupi Gundiſalvi, & 35. ab inſula Principis in Meridiem. Detecta fuit à Luſitanis anno 1405. die 23 Decembris, S. Thomæ ſacra, a quo nomen ſortita eſt. Capta fuerat à Belgis unitis anno 1641. ſed poſtea fortiter recuperata à Luſitanis, ipſis etiam ſubeſt, arcem habens quadrangularem munitam.

Insula Sancti Thomæ, *l'Iſle de Saint Thomas*, inſula Americæ Septentrionalis, & una ex Antillis in ſinu Mexicano, prope inſulam Sanctæ Crucis, inter Portum Divitem ad occaſum, & Sancti Chriſtophori inſulam ad ortum, parva eſt ſub dominio Danorum à paucis annis.

Insula Sancti Vincentii, *la Iſla de San Vicente*, inſula Oceani Atlantici, & una ex Capitis Viridis inſulis ſub Luſitanis, eſtque inter inſulas S. Antonii, & S. Luciæ, ſed incolis vacua.

Insula Sancti Vincentii, *l'Iſle de Saint Vincent*, inſula Americæ, in mari Septentrionali, & una ex Antillis inſulis, valde montuoſa ſub Caribis populis, inter inſulas ſanctæ Luciæ ad Septentrionem, & Bequiam ad Meridiem.

Insula Serrana, *la Iſla Serrana* Hiſpanis, *l'Iſle Serrane* Gallis, inſula Americæ Septentrionalis, in mari Boreali. Parva eſt, inter Syrtes, & media fere jacet inter Jamaicam inſulam ad Septentrionem & provinciam Nicaraguam, in nova Hiſpania ad Meridiem; ſed inculta eſt & naufragiis infamis.

Insula Solis, *la Iſla del Sol* Hiſpanis, inſula Americæ Meridionalis, circuitus 10. leucarum in æſtuario fluvii Amazonum, & 14. leucis infra Param, teſte Petro Texeira.

Insula Tabaci, ſive Nicotiana, quæ & nova Valachria quibuſdam, *l'Iſle Tabago* Gallis & Belgis, inſula Americæ in mari Septentrionali, & una ex Antillis inſulis, verſus oram Americæ Meridionalis, & inſulam Trinitatis ſubeſtque dominio Belgarum, ejus vero locus præcipuus Nova Fleſſinga dicitur, & in ejus ora peſſime habiti fuere Belgæ uniti à Francis anno 1677.

Insula Talaya, *l'Iſle de Talaya*, inſula parva Aſiæ, in mari Indico, & fere media inter partem auſtralem Mindanæ inſulæ in Philippinis & partem Borealem Giloli inſulæ.

Insulæ Terræ Novæ, *l'Iſle de Terre neuve* Gallis, *Newfound-land* Anglis, *la Iſla de Terra nueva* Hiſpanis, inſula eſt ampliſſima Americæ Septentrionalis, in Nova Francia, ferè in modum figuræ triangularis, & circuitus 500. leucarum Gallicarum, prope ſinum S. Laurentii. Portubus ampliſſimis abundat; eſtque ſatis culta, quanquam plurimis ſylvis referta. In ea nullæ urbes; ſed tantum aliquot parvæ coloniæ Francorum, uti Placentia *Plaiſance*, & ſinus Mortuorum, *la baye des Trepaſſez*, & una Anglorum *Ferryland* dicta in Aballonia provincia hujus inſulæ, eſtque piſcatione valde celebris.

Insula Testudinis, *l'Iſle de la Tortuë* ſeu *la Tortuë* Gallis, *la Tortuga* Hiſpanis, inſula eſt parva Americæ, in mari Boreali, montuoſa; ſed portu gaudet commodo. Vix milliaribus octo diſtat ab ora ſeptentrionali Hiſpaniolæ inſulæ ſeu Sancti Dominici, & 35. tantum leucis Hiſpanicis à parte orientali Cubæ inſulæ, coloniam habens ſive oppidulum parvum cum arce in monte, Turri *Dogeron* dicta à Bertrando *Dogeron* Gallo qui eam excitavit, & in Hiſpaniolam colonias Francicas deduxit, extenditur ab ortu in occaſum ad ſeptem leucas, à Septentrione vero in Meridiem ad quatuor leucas circiter, & ſubeſt dominio Francorum ab aliquot annis.

Insula Testudinis, *la Iſla Tortuga* Hiſpanis, *l'Iſle de la Tortuë* Gallis, inſula Americæ Meridionalis, in mari Septentrionali, & in ora Venetiolæ regionis, ſub Hiſpanis. Vix 26. leucis Hiſpanicis diſtat ab ora continentis Americæ in Septentrionem, & 14. tantum à Margarita inſula in occaſum.

Insula Vaccæ, *l'Iſle à Vache* Gallis, *Iſla à Vache* Gallis, *Iſla à Vaca* Hiſpanis, inſula parva Americæ in mari Septentrionali, & prope oram meridionalem Hiſpaniolæ inſulæ ad occaſum, ubi colonia Francorum à paucis annis.

Insula Vaia, *Pulo Way*, inſula parva Aſiæ, in Oceano Indico, & una ex inſulis Bandæ, in Moluccis, ſub dominio Belgarum unitorum.

Insula Ursina, *het Beeren Eylandt* Belgis, *l'Iſle des Ours* Gallis, inſula parva Oceani ſeptentrionalis, inter promontorium Norvegiæ Boreale dictum, & Spitzbergam ſive regionem montium acutorum.

Insula Vulcani, *het Brandendeberg* Belgis, *l'Iſle de Vulcain* Gallis, inſula Aſiæ, in mari Indico & prope oram littoralem novæ Guineæ, ſic dicta à Belgis, quia ſæpe ignes evomit, & ab ipſis primum luſtrata.

Insulæ Aliæ, propriis in locis deſcriptæ ſunt.

Insulæ, *os Ilheos* Luſitanis, *les Iſles* Gallis, urbs parva Americæ Meridionalis, in Braſilia, cum portu in ora littorali, 30. leucis diſtat à ſinu omnium Sanctorum in Meridiem, ſub Luſitanis; & ab ea adjacens provincia dicitur *à Capitania dos Ilheos*, Præfectura Inſularum.

Insulæ, & Lila, *Lile* Gallis & incolis, *Ryſſel* Belgis, *Lila* Italis, urbs perampla & perculta Galliæ in Belgio Francico, Flandriæ Gallicæ caput, & mercimonio clara, ad amnem *Deule*, arcem habet nuper excitatam & creſcit in dies, fortiter expugnata fuit anno 1667. à Ludovico XIV. Francorum Rege, cui poſtea ceſſit pace ad Aquiſgranum ſancita, à quo tempore juris Francici effecta eſt, cum toto tractu adjacente ſatis extenſo, 5. leucis diſtans ab Ipris in Meridiem Duacum verſus 6. & 4. à limite Arteſiæ in ortum Tornacum verſus 5. hinc Inſulenſis nomen gentis, *Lillois* vulgo.

Insulæ ad Ventum, *les iſles du Vent* Gallis, *las Iſlas de Barlovento*, Hiſpanis, inſulæ Americæ in mari Septentrionali, ſic dictæ quod primum ad ventum ſint in Americam tendentibus, vocantur perſæpe Antillæ inſulæ, & revera efficiunt partem Orientalem & Septentrionalem Antillarum, & in modum arcus extenduntur; earum præcipuæ ſunt Barbata, Granata, Guadalupia, Martinica, Nicotiana, Dominica, Antiqua, Nivium, & Marigalanta, cum inſulis S. Chriſtophori, S. Crucis, S. Barthomæi, S. Luciæ, S. Martini, & S. Vincentii, de quibus vide ſuis locis.

Insulæ Æstivæ, *de Summer Iland* Anglis, *les Iſles d'Eſté* Gallis, inſulæ Americæ in mari Septentrionali, quæ antea Bermudæ dictæ fuerunt, ſubſunt dominio Anglorum. Vide Bermudæ.

Insulæ Aromatum, *las Iſlas delas Eſpicerias*, ſic vocantur perſæpe ab Hiſpanis Moluccæ inſulæ Oceani Indici, propter maximam Aromatum copiam quæ ab eis quotidie alibi transferuntur. Vide Moluccæ inſulæ.

INSULÆ AUSTRINI MARIS PRÆCIPUÆ.

Iоſula Amſterodamenſis, *Amſterdam Eylandt*, à Belgis detecta & dicta.
Inſula Barbatorum, *la iſla dos Barbudos*, ab Hiſpanis luſtrata.
Inſula Bonæ Spei, *Eylandt van Goede Hope* Belgis.
Inſula Canum, *Eylandt van Honden*, à Belgis dicta.
Inſula Canum Marinorum, *la Iſla de los Tiburones*, ab Hiſpanis dicta.
Inſula Cocorum, *Cocos Eylandt*, Belgis.
Inſula Coralii, *la Iſla des Corales*, Hiſpanis.
Inſula Gentis Formoſæ, *la iſla de gente Hermoſa*, Hiſpanis.
Inſula Hornia, *Hoornſe Eylandt* Belgis, de qua infra.
Inſula Hortorum, *los Jardines* Hiſpanis.
Inſula Inſomnii, *la Iſla de Quita Sueño* Hiſpanis.
Inſulæ Joannis Ferdinandi, *las Iſlas de Juan Fernandez* Hiſpanis, de quibus infra.
Inſula Midelburgenſis, *Midelbarg Eylandt* Belgis.
Inſula Muſcatum, *Het Vliegen Eylandt*, de qua infra.
Inſula Natantium, *la Iſla dos Nadadorez* Hiſpanis.
Inſula Nautarum, *la Iſla dos Matelotes* Hiſpanis.
Inſula Paſſerum, *la Iſla des Pajaros* Hiſpanis.
Inſula Pelſarti, *Pelſaerts Eylandt* Belgis.
Inſula Principis Guillelmi, *Princen Wilhelm Eylandt* Belgis.
Inſula Regum, *la Iſla dos Reyes* Hiſpanis.
Inſula Roterodamenſis, *Roterdam Eylandt* Belgis.
Inſula Rupium, *la Iſla dos Arrecifes* Hiſpanis.
Inſulæ Salomonis, *las Iſlas de Salomon* Hiſpanis, de quibus infra.
Inſula Sancti Ambroſii, *la Iſla de San Ambroſio* Hiſpanis.
Inſula Sancti Bernardi, *la Iſla de San Bernardo* Hiſpanis.
Inſula Sanctæ Crucis, *la Iſla de Santa Cruz* Hiſpanis.
Inſula Sancti Felicis, *la Iſla de San Feliz* Hiſpanis.
Inſula Sancti Pauli, *la Iſla de San Pablo* Hiſpanis.
Inſula Sancti Petri, *la Iſla de San Pedro* Hiſpanis.
Inſula Syrtium, *la Iſla dos Praceles* Hiſpanis.
Inſula Taumaga, *la Iſla de Taumago* Hiſpanis.
Inſula Traditorum, *het Verraders Eylandt* Belgis.

INSULÆ DIVANOURÆ, *Divandurow*, inſulæ quinque parvæ Aſiæ in Oceano Indico, & in Archipelago Maldivarum, ſub dominio Regis Cananoræ in Malabaria, 30. leucis circiter diſtant à Malecutia una ex Maldivis inſulis in Septentrionem.

INSULÆ INFRA VENTUM, *les iſles ſoubs le vent* Gallis, *las iſlas de Sottavento* Hiſpanis, inſulæ Americæ in mari Septentrionali, & Antillarum pars, extenduntur ab ortu in occaſum verſus oram Venetiolæ regionis, earum vero præcipuæ ſunt Curaſſoa, Teſtudo, Oruba, & inſulæ Avium & Boni aëris.

INSULÆ JOANNIS FERDINANDI, *las Iſlas de Juan Fernandez* Hiſpanis, inſulæ duæ Americæ Meridionalis in mari Pacifico, parvæ ſed fertiles verſus oram Regni Ciles, ex quibus occidentalior & minor dicitur *la Iſla de Fuera*, major autem quæ & Orientalior, dicitur *la iſla de Tierra*, magis verſus oram, ſuntque probe cultæ.

INSULÆ LATRONUM, *les iſles des Larrons* Gallis, *las Iſlas de los Ladrones* Hiſpanis, & *the Iſlands of Thieves* Anglis, inſulæ quamplurimæ Oceani Orientalis, & fere inter ipſum & mare Pacificum extenſæ à Septentrione in Meridiem, in ea parte ubi Archipelagus S. Lazari. Vocantur etiam ſæpe Velarum inſulæ, *las Iſlas das Velas*, ſive etiam aliquando inſulæ Sapanæ, *las Iſlas de la Sapana*, & à paucis annis nuncupantur inſulæ Mariæ Annæ, *las iſlas de Maria Anna*, ab Hiſpanis, qui illas detexerunt ſæculo elapſo, dum in Philippinas tenderent, erantque antea ſui juris, & vix ab Europæis luſtratæ, ſed à paucis annis inhabitatæ fuerunt ab Hiſpanis, unde etiam quædam ex his ſubſunt ipſis, diſtant circiter 300. leucis à Philippinis in ortum, & ſunt probe cultæ. Ex his quatuordecim ſunt præcipuæ, nempe Sapana *la Sapana*, Chemochoa *Chemocha*, Pagania *Pagan*, Gregana *Gregan*, Maa *Mao*, Anglica *la Inglesa* quæ magis ad Septentrionem, Chereguana *Chereguan*, Guagana *Guagan* ſeu *Guan*, Natania *Natan*, Nautarum *de los Matelotes*, Fraudis *do Engaño*, Volia *Volia*, Oramagana *Oramagan*, & Otæ *Ota*, cum aliis minoribus, in quibus ſunt Vilania *Vilan*, Rupes *los Arecifes*.

INSULÆ MARIÆ ANNÆ, *las iſlas de Maria Anna* Hiſpanis, *les iſles de Marie Anne* Gallis, inſulæ ſunt plurimæ Oceani Orientalis verſus Mare Pacificum, à Septentrione in Meridiem extenſæ, & ſic nuper dictæ in honorem Mariæ Annæ Auſtriacæ Hiſpaniæ Reginæ, ſub cujus auſpiciis nuper inhabitatæ fuerunt pro parte ab Hiſpanis, cum antea ſui juris eſſent, & vocatæ inſulæ Latronum ab Europæis, ab incolarum latrociniis. Vide inſulæ Latronum.

INSULÆ MARTYRUM, *as Ilhas dos Martyres* Luſitanis, *les Iſles des Martyrs* Gallis, inſulæ tres parvæ Archipelagi S. Lazari in Oceano Orientali, prope inſulam Avium, & inter Novam Guineam ad Meridiem, & inſulas Latronum ad Septentrionem, ab Hiſpanis detectæ.

INSULÆ OCCIDENTIS, *las iſlas de Poniente*, ſic dicuntur aliquando Philippinæ inſulæ ab Hiſpanis in America degentibus, quod eorum reſpectu ſitæ ſint ad Occidentem. Vide Philippinæ.

INSULÆ OCCIDUÆ, ſive Occidentales. *The Weſterne Iland*, inſulæ Scotiæ verſus ejus oram occidentalem, unde nomen recens eis inditum fuit, olim Ebudæ dictæ fuerunt. Vide Occidentales inſulæ.

INSULÆ SALOMONIS, *les iſles de Salomon*, inſulæ maris Pacifici, verſus Terras Auſtrales, ab Europæis detectæ verſus oras littorales tantum, & ſic dictæ. Vide Salomonis inſulæ.

INSULÆ SAPANÆ, *las Iſlas de la Sapaña*, ſic vocantur aliquando ab Hiſpanis inſulæ Latronum in Oceano Orientali, quæ etiam inſulæ Mariæ Annæ dicuntur à paucis annis. Vide inſulæ Latronum.

INSULÆ SEPTEM FRATRUM, *As ſete Irmaos* Luſitanis, *les ſept Freres* Gallis, inſulæ Africæ ſeptem numero, parum inter ſe diſtantes, in mari Æthiopico, inter Syrtes & brevia, longiſſime à continenti Africæ in ortum, & mediæ fere inter Madagaſcariam & Maldivas inſulas. A Luſitanis detectæ fuerunt, ſed incolis carent.

INSULÆ TRISTANS DE CUNHA, *as Ilhas de Triſtan de Cunha* Luſitanis, *les Iſles de Triſtan de Cogne* Gallis, inſulæ ſunt duæ Oceani Æthiopici valde montuoſæ, à Triſtano de Cunha Luſitano detectæ, & ſic dictæ anno 1506. maxime verſus Meridiem extenſæ ſunt, & 350. leucis diſtant à promontorio Bonæ ſpei in occaſum.

INSULÆ UNIONUM, *las Iſlas de Perlas*, in-

ſulæ Americæ Meridionalis, in mari Pacifico & in ſinu Panamæ. Diſtant 12. leucis à Panama urbe in Meridiem; ſuntque duæ majores, dictæ *del Rio* & *Tarareqni*, cum circa viginti minoribus, quæ verius ſunt ſcopuli, teſte Laetio.

INSULANA CASTELLANIA, ſive Præfectura, *la Chaſtellenie de Lile*, ſeu etiam *la province de Lile*, tractus Belgii Francici, in Flandria Gallica ſive Galli Flandria dicta, cujus major pars exiſtit, a Flandria ſeparatur perſæpe; eſtque ſatis extenſus. Tota illa Caſtellania ſubeſt dominio Regis Galliæ ab anno 1667. eſtque diſtincta in ſeptem tractus ſive partes, nempe in Carembaultiam in qua ſunt 11. pagi, Pevelam in qua ſunt 26. pagi, Melanthoiſam ubi 21. pagi, Ferrainam ubi 28. pagi, Weppeſam in qua ſunt 32. pagi, Tranſcaldiam ubi 7. pagi, & Comitatus, ubi 12. pagi, unde efficitur ut centum triginta ſeptem eoque amplius pagos comprehendat, & in ea ſunt orbes, Inſulæ, *Lile*, quæ ejus primaria eſt, & Armentariæ, *Armentieres*, uti oppida Baſſea, *la Baſſée* Lanoium, *Lanoy*, & Cominum, *Comines*, in regione feraci.

INSULARUM PRÆFECTURA, *à Capitania dos Ilheos*, una eſt ex tredecim partibus ſeu Præfecturis Braſiliæ in America Meridionali, inter Præfecturam ſinus omnium Sanctorum ad Septentrionem, & Præfecturam Portus Securi ad Meridiem, ſub dominio Luſitanorum, orbem habens præcipuam Inſulas dictam.

INTEMELIUM, & Intimelium, urbs Liguriæ Ciceroni, ſeu Albintemelium, *Vintimiglia*, urbs Italiæ maritima, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Mediolanenſi ſed parva in ora occidentali Liguriæ, cum caſtro ſub dominio Reipublicæ Genuenſis, 15. milliaribus à Nicea diſtans in ortum Albingaunum verſus 35. hinc populi Intemelii Livio. Vide Albintemelium.

INTERAMNA, urbs & colonia Umbriæ Straboni, & Plinio, nunc *Terni*, urbs ditionis Eccleſiæ in Umbria, & Epiſcopalis ad Narem fluvium in planitie, in limite Sabinæ, 12. milliaribus diſtans à Spoleto in Meridiem Narniam verſus 6. in via quæ Ancona Romam ducit occurrens, & in ea ſunt plurima antiquitatis monumenta, ejus vero Epiſcopus nemini ſuffragatur. Populi Interamnates Ciceroni, & Nartes Plinio, nunc *Ternani* vulgo.

INTERAMNENSIS PROVINCIA, ſive tractus inter Sabim & Moſam fluvios, *le païs entre Sambre & Meuſe* regiuncula Belgii, pro maxima parte in Haonoma provincia, & partim etiam in ditione Leodienſi & in Comitatu Namurcenſi, in ea ſunt Philippovilla, Garolomontium, Avennæ, Mariæburgum, Chimaeum, & Vallocuria, ejus pars major & meridionalis Francici juris eſt, Septentrionalis vero & minor etiamnum paret Hiſpanis.

INTERAMNA, oppidum & Colonia fuit Volſcorum, in Latio, Livio, & in confinio Samnii, nunc omnino dirutum jacet, & ejus veſtigia viſuntur ad Lirim fluvium, prope vicum *Ponte Corvo*, in Regno Neapolitano, & in provincia Terræ Laboris, aliquot milliaribus infra Inſulam caſtrum ad Meridiem, teſte Cluverio, quanquam alii credant fuiſſe ubi nunc caſtrum *l'Iſoletta* dictum, aliquot milliaribus ab Aquino in occaſum diſtans, & Lucæ Holſtenio eſt *Torre di termine* in illo tractu, ubi multa antiquitatis veſtigia, erat ex 12. coloniis quæ Romanis auxilium adverſus Hannibalem denegarunt, teſte Livio.

INTERAMNIA, urbs Samnitum in Prætutiano agro in Italia Ptolemæo, nunc *Teramo*, urbs Regni Neapolitani in Aprutio Ulteriori, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Theatino, & cujus Epiſcopus Aprutinus vocatur, ſita eſt prope Batinum fluvium, 15. milliaribus ab Aſculo Piceni in ortum hybernum Theate verſus 24. & 14. ab ora maris Adriatici in occaſum.

INTERAMNIS PORTUGALLIA, ſive Interamnenſis provincia, *Entre Douro e Minho*, provincia Hiſpaniæ in Regno Portugalliæ, ubi olim ex parte Callaici Baccarii populi Hiſpaniæ Tarraconenſis; terminatur à Septentrione Durio fluvio, quo ſeparatur à Gallæcia; à Meridie Minio fluvio, quo à Beira provincia dividitur; ab Occidente Oceano Atlantico, & ab Oriente partim Gallæcia, & partim provincia Tranſmontana Portugalliæ: fertilis eſt admodum & valde rigua, ejus longitudo eſt 18. leucarum, latitudo vero 12. & dividitur in quatuor tractus quos comarcas vocant, nempe Portuenſem, Vimaranenſem, Vianæ, & Pontis Limiæ, & ejus urbes præcipuæ ſunt Braccara Auguſta, & Portus Cale.

INTERAMNIUM, oppidum Aſturum in Hiſpania Tarraconenſi Ptolemæo, quod & Interamnium Flavium, in itinere Antonini, à Bracara Aſturicam, nunc teſte Henrico Coquo, eſt *Ponferrada*, oppidum Regni Legionis, verſus montes, & confinia Gallæciæ, inter Aſturicam ad ortum 10. leucis & Villam Francam oppidum ad occaſum 4. leucis diſtans, quamquam Moralis credat eſſe *Fuente Encelada* vicum ejuſdem tractus.

INTERCATIA, oppidum Vaccæorum in Hiſpania Tarraconenſi Ptolemæo, & Straboni, in confinio Aſturum, nunc exciſum jacet, ubi viculus *Santa Maria de Rebilla* dictus, in Regno Legionenſi, teſte Morali, inter Pintiam, Legionem, & Aſturicam, hinc populi Intercatienſes dicti Plinio.

INTERCISA, locus alias Umbriæ in Italia Antonino, nunc Ducatus Urbinatis in ditione Summi Pontificis, *il Furlo* dictus, uti ſpecus in montis rupe excavatus ad Candianum fluvium, inter Callium ad Meridiem & Forum Sempronii ad Septentrionem 9. mill. paſſ. intercedens, teſte Ferrario.

INTERCISA, oppidum Pannoniæ ſuperioris, in Valeria Ripenſi, ex itinerario Antonini, & ex libro notitiæ, nunc teſte Simlero, eſt *Raabzkruni* pagus Stiriæ in Hungariæ confinio.

INTERNUM MARE, idem quod Mediterraneum Straboni.

INTEROCREA, oppidum Sabinorum in Italia, & in agro Reatino Plinio, quod Interocrium Antonino, nunc *Antrodoco*. caſtrum Regni Neapolitani in Aprutio Ulteriori, teſte Pandulfo Collenutio, ad Velinum fluvium, ab Aquila 12. mill. paſſ. diſtans in occaſum Reate verſus 15. circiter.

INTERPROMIUM, vicus ſeu locus fuit Marrucinorum tractus, in Italia, ad Aternum fluvium, in via Valeria, quæ Corfinio Teate Marrucinum ducebat, ut videre eſt in vetuſtis Itinerariis Antonini, & in Tabulis Peutingerianis; eratque ad Aternum fluvium, ſub oppidulo Sancti Valentini, ultra anguſtias Populi oppidi, teſte Lucio Camarra.

INTERVALLIUM, & Intervalles, *Entrevaux*, oppidum Galliæ, in Provincia, ad Varum fluvium, & ad radices montium, in ipſo limite ditionis Sabaudicæ & Comitatus Nicienſis, uno tantum milliari à ruderibus Glandatenſis urbis; ideoque ejus Epiſcopi ſedes eſt. 3. leucis diſtat à Boleo in occaſum, 5. a Vintio in occaſum æſtivum, uti 8. a Nicea, & ab ora maris Mediterranei.

INTESTINUM MARE, Floriano, idem quod Mediterraneum. Vide ibi.

INTUERGI, populi Germaniæ, quos Peucerus in Palatinatu inferiori conſtituit circa Heidelbergam urbem, ſed de his altum apud ſcriptores an-

tiquos ſilentium.

Inui Castrum, oppidulum fuit Rutulorum in Latio, in ora maris Tyrrheni, teſte Cluverio, non autem in Hetruria, ut quidam exiſtimant. Vide Caſtrum Inui.

Inutrium, oppidum Vindeliciæ Ptolemæo, nunc pagus Bavariæ, *Metten-Walde* dictus, teſte Aventino, in ditione Epiſcopi Friſingenſis, & in limite Comitatus Tirolis, verſus Iſaræ fluvii fontes, & 3. milliaribus Germanicis ab Oeniponte diſtans in occaſum æſtivum, quanquam alii credant fuiſſe ad fontes Lyci fluvii.

Inycus, oppidum Siciliæ inſulæ Pauſaniæ, quod aliis forſan Inicum, ad oſtia Crimiſſi fluvii, è regione Selinuntis, quod Stephanus Camicos appellari ait, nunc dirutum jacet, teſte Cluverio, in ora maris Africi, & ejus rudera 20. milliaribus diſtant à Mazara in ortum, quanquam Fazellus credat eſſe *Longobardo* pagum in eadem ora meridionali verſus Camarinam.

Ioalia, & Yoalia, *Tonghal*, urbs Hiberniæ inſulæ in ora Momoniæ. Vide Iogalia.

Jokulus, fluvius Iſlandiæ triplex, nempe unus in parte ſeptentrionali inſulæ, *Jokuls aa* dictus, per provinciolam *Reikiahuerfi* fluens, & in ſinum *Oxar fiord* ſeſe exonerans; alii vero duo cognomines fluvii ſunt in parte orientali inſulæ, ſcilicet *Jokuls aa à Bru*, qui per provinciam *Mulaſyslu*, & fluvius *Jokuls aa à Soleymaſande*, qui in provincia *Sk-ptafellsyslu* labitur, teſte Theodoro Thorlacio.

Joanna, urbs Epiri in libris Conciliorum, quæ Joannina Cedreno, nunc etiam *Jannina* dicta, teſte Leunclavio, & olim Caſſiope, Archiepiſcopali dignitate inſignitur inter Græcos, eſtque ſedes Præfecti Turcarum, verſus Ambracium ſinum.

Joannipolis, urbs Mœſiæ inferioris, nunc *Jambol* dicta, ut quidam tradunt.

Joanvilla, *Joinville*, oppidulum Galliæ, in Campania provincia, ad Matronam fluvium, Principatus titulo clarum ab anno 1552. 8. leucis diſtat à Calvomonte in Septentrionem verſus Fanum Sancti Deſiderii ſex, dicitur etiam Jouilla & Jouis villa.

Iogalia, *Tonghall*, urbs Hiberniæ in Momonia provincia, & in Corcagienſi Comitatu, cum portu capaci ad oſtia fluvii *Brodwater* in ora maris Vergivii, & in ipſo limite Vaterfordienſis Comitatus.

Jocniacum, *Joigny*, urbs Galliæ in Campaniæ Præfectura, cum ponte lapideo ad Icaunam fluvium. Vide Juiniacum.

Johola, urbs Sardiniæ inſulæ, nunc exciſa jacens prope Olienam oppidulum, teſte Franciſco à Vico.

Joia, *Gioia*, oppidum Regni Neapolitani, in agro Bariano, verſus montem Apenninum, in ditione Ducis Atriæ. 16. milliaribus diſtat a Bario in Meridiem, & totidem a ſinu Tarentino in Septentrionem.

Joia, *Gioia*, caſtrum Regni Neapolitani in Calabria ulteriori, & in ora maris Tyrrheni, ad ſinum Joiæ, dicitur etiam Joa à Colleuutio, & Gioja à quibuſdam recentioribus, eſtque ad oſtia Metauri fluvii.

Joiæ Sinus, *il Golfo di Gioia*, ſinus parvus maris Tyrrheni, in ora Calabriæ ulterioris, prope Joiam caſtrum, unde ei nomen inditum, eſtque inter ſinum S. Euphemiæ ad Septentrionem & fretum Siculum ad Meridiem, olimque Brutius ſinus dictus fuit, quanquam de eo nulla fiat mentio in tabulis recentibus.

Joiosa, *Joyeuſe*, oppidum Galliæ in Vivarienſi provincia, Ducatus nomine inſignitum, ad Belmam fluviolum, qui in Ardechium cadit, & ad radices montium, dicitur etiam Gaudioſa à quibuſdam, & 5. leucis diſtat a Villa Nova Bergia in occaſum, & paulo minus ab Albenaco in occaſum hybernum, uti 2. ab Argentaria.

Jol, quæ poſtea Julia Cæſarea, urbs Africæ, Mauritaniæ Cæſarienſis primaria Plinio, & Straboni, olim Meſgana à conditore dicta, nunc *Alger* creditur à Marmolio, ſed revera eſt *Tenez*, urbs Regni Algeriani in provincia Teneza dicta, ut pluribus probare contendit Nicolaus Sanſon vir clariſſi. ſedet ad radices montis, gaudetque caſtro munito, & portu commodo in ora maris Mediterranei, diſtans 125. milliaribus ab Algerio in occaſum Quizam verſus 90. circiter.

Iolcos, oppidum Theſſaliæ Straboni, & Plinio, in Magneſia tractu, & in ora maris Ægei & ſinus Pelaſgici ſeu Pagaſici, ad radices Pelii montis, proximum Demetriadi urbi, & Pagaſis, nunc *Jaco* vicus, teſte Sophiano, inde Iolcacus nomen gentis, ejus meminit Ovidius libro 7. Metamorphoſeon.

Iomnium, Mauritaniæ Cæſarienſis oppidum in Africa Ptolemæo, quod Lomnium Antonino, & Jomnium municipium aliis, nunc teſte Sanſone, eſt *Temenfuſt*, oppidulum Regni Algerii in ora littorali, 7. leucis diſtans ab Algerio in ortum, quanquam Moletios crediderit eſſe *Caſſen* pagum inter Ruſucurrum & Ruſazum.

Iona, ſeu Ihona, ut apud ſcriptores Scotos; inſula eſt Scotiæ, Hæbudum una, quæ melius dicitur Rona, *Rona*, ſeu inſula S. Columbani, *Cholmkill*. Vide ſupra inſula S. Columbani.

Iona, *l'Yone*, fluviolus Galliæ in Belſia, qui Loam recipit, & Stampas urbem rigat, unde ſæpe etiam ab accolis *la riviere d'Eſtampes* dicitur, & tandem in Iunnam labitur quinque leucis infra, teſte Morino cum aliis.

Ionia, Regio Aſiæ minoris, in ora maris Ægei Straboni, & Ptolemæo, quæ extenditur à Septentrione in Meridiem verſus oram littoralem, inter Æolidem ad Boream à qua ſeparatur Hermo fluvio, Lydiam ad ortum, & Cariam ad Meridiem; rigatur fluviis Caiſtro & Mæandro, & nunc vulgo *Sarchan* dicitur, teſtibus Chalcondylo, Leunclavio, & Caſtaldo, ejus urbes præcipuæ fuere Epheſus, Miletus, Smyrna, Colophon, Erythræ, Lebedus, & Clazomenæ; nunc omnibus præſtat Smyrna, in qua ſedes Præfecti, & tota ſubeſt dominio Turcarum à tribus ſæculis, hinc Ionius & Ionicus nomen gentis, & populi Iones, Ioniæ meminit Ovidius libro 6. Faſtorum.

Ionica, ager parvus ſeu tractus magnæ Græciæ, in Italia, circa Crotonem urbem, teſte Xenophonte.

Ionium Mare, pars maris Mediterranei Plinio, & Straboni, quod extenditur inter Siciliam & Magnam Græciam ad occaſum, & Græciam ad ortum, ſeu Epirum Achaiam & Peloponneſum, nunc etiam vulgo *il Mar Ionio* Italis dictum, inter Græciam, Siciliam inſulam, Calabriam, atque provinciam Hydruntinam in Regno Neapolitano, ejus meminit Virgilius libro 5. Æneidos.

Ionopolis, urbs Paphlagoniæ mediterranea, nunc *Ginopoli* ex tabulis recentibus, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Gangrenſi, inde in Septentrionem diſtans ad oram, in Authenticis, & ex Porphyrogenneta.

Ionosia, oppidulum fuit Conteſtanorum in Hiſpana Tarraconenſi quibuſdam, nunc pagus *Villa Loyſa* dictus, ab Ionibus ut eſt antiqua loci traditio conditus, in ora meridionali Regni Valentiæ, & ad ſinum Illicitanum, 4. leucis diſtans ab

Digitized by Google

Alone in ortum æſtivum Gandiam verſus 6.

JOPILIA VILLA, *Jupile*, pagus Germaniæ, in agro Leodienſi, ad Molam fluvium, non procul à Leodio: cujus fit mentio in vita S. Lamberti Epiſcopi, teſte Ortelio.

JOPPE, urbs Palæſtinæ Plinio, & Melæ, quæ Jafo Hebræis dicta, & Jope Straboni, antiquiſſima, & olim Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Cæſarienſi, ſita in edito ſaxo, in ora maris Mediterranei, & olim in parte ſeptentrionali Tribus Dan, & ſub urbe portus in quem ligna & lapides è Libano mari, indeque Hieroſolymam terreſtri itinere deferebantur ad Templi ſtructuram, nunc *Jafa* dicta, antea exciſa fuerat à Saladino Califa Saracenorum, poſtea reparata à Sancto Ludovico Francorum Rege anno 1252. deinde lapſu temporis fere diruta jacens, cum parvo caſtro etiamnum exſtanti, nunc autem in dies reparatur à paucis annis, & ſatis inhabitatur præſertim in ejus parte inferiori verſus portum, cum aliquot locis excipiendis mercatoribus & peregrinis, qui ex Europa Hieroſolymam tendunt, teſte Michaële *Nau* S. J. qui illas partes luſtravit, 35. milliaribus diſtat à Cæſarea in Auſtrum Aſcalonem verſus 47. à Lydda autem 6. in occaſum, & ab Hieroſolymis recedens circiter 24. teſte Adrichonio.

JOPSICA, urbs Liburniæ, creditur à Moletio ex Ptolemæo, quæ Joſpica Plinio, ſed revera & melius Lopſica dicitur a Ptolemæo. Vide ibi.

JORDANIS, *Scheriah* accolis, id eſt lex, *le Jourdain* Gallis, *il Giordiano* Italis, fluvius Palæſtinæ præcipuus Straboni, & aliis omnibus, oritur in Galilæa, in limite Coeleſyriæ, ex duobus fontibus, Jor & Dan dictis, ad radices montis Libani; & 4. mill. paſſ. ſupra Cæſaream Philippi: deinde in Meridiem per Samachonitem lacum ſeu aquas Meron fluens, ad Capharnaum per lacum Geneſaram ſeu mare Galilææ & Tiberiadis labitur; rigatiſque aliquot urbibus, in mare Mortuum ſeu Aſphaltitem lacum deſinit, Tribus Ruben & Gad cum dimidia Tribu Manaſſe ab aliis ſeparans, teſte Adrichomio. Maximus eſt & penè unicus Terræ Sanctæ ſeu Judææ fluvius, cùm reliqui omnes potius torrentes quam fluvii dicendi ſint; fuitque primum limes Terræ promiſſæ.

JORTANUM REGNUM, *le Royaume de Jortan*, Regio Indiæ in Java inſula, & in ejus parte Boreali, cum urbe primaria cognomine, ex adverſo Maduræ inſulæ, proprio Regi parens.

JORTANUM, *Jortan*, urbs Indiæ, cum portu in ora ſeptentrionali Javæ inſulæ. Caput eſt Regni cognominis. 50. milliaribus diſtans à Paſſarvano in occaſum, uti 70. fere à freto Balambuani, ad oſtia fluvii Jortani dicti.

JORUM, oppidum Macedoniæ Ptolemæo, Deboro finitimum & Aloto, in Pæonia provincia, à Caſtoria urbe 20. mill. paſſ. nunc *Novigrad*, teſte Moletio.

IOS, inſula maris Ægei, & una Sporadum Straboni, olim Phœnice dicta, & Homeri ſepulchro memorabilis, teſte Plinio, *Nio* vulgo, caſtrum habens etiam *Nio* dictum in ejus parte ſeptentrionali, circuitus eſt 40. milliarium circiter, & 50. milliaribus diſtat à Naxo inſula in Meridiem Theraſiam verſus 18. & 64. etiam ab ora ſeptentrionali Cretæ inſulæ in Boream, alias ſuberat dominio Piſanæ gentis Venetæ, ſed ab anno 1537. Turcis paret, at parum culta eſt, portum habens valdè tutum *Manganari* dictum.

JOSEDUM, oppidum Pariſiorum in Gallia Celtica Cæſari, quod Corbolium recentioribus, vulgo *Corbeil*, urbs parva Galliæ in provincia Inſulæ Franciæ, & cum ponte lapideo ad Sequanam fluvium, diſtat 7. leucis à Lutetia Pariſiorum in Meridiem Melodunum verſus 3. Vide Corbolium.

JOSSELINUM, ſeu Jocelinum, *Jocelin*, oppidum Galliæ, in minori Britannia, ad Ouſtam amnem, in meditullio provinciæ; & 16. leucis à Rhedonibus in occaſum diſtat, totidemque à Fano Sancti Brioci in Meridiem.

JOTABE, inſula ſinus Arabici, teſte Procopio.

JOTOPATA, oppidum Palæſtinæ, antea in Tribu Zabulon, poſtea in Galilæa, ſic à conditore nominatum, dictum fuit etiam Geth-hepher, erat in colle aſpero prope Mare Galilææ, & ejus fit mentio apud Joſephum & Stephanum, locus nunc *Syrin* vocatur, teſte Breitenbachio.

JOTAPE, urbs Ciliciæ maritima Ptolemæo, inter Coraceſium Pamphyliæ urbem ad occaſum, & Seleuciam Ciliciæ ad ortum, in monte, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Seleucienſi, Selinunti proxima orientaliori, nunc *Caſtel Lombardo*, teſte Nigro cum aliis.

JOTRUM, *Jovare*, Abbatia Galliæ in Bria provincia, & ad fluviolum *le petit Morin*, vix dimidia leuca à Matrona fluvio diſſita, & 4. leucis à Meldis in ortum, prope Feritatem Auculphi.

JOVIACENSIS, ſeu Joiacenſis ager, *le Joſas*, tractus parvus Galliæ in provincia Inſulæ Franciæ, & una ex tribus partibus Diœceſis Pariſienſis in Meridiem extenſa, inter Sequanam fluvium & Diœceſes Carnutenſem & Senonenſem, ſed ejus mentio fit tantum cum agitur de rebus Eccleſiaſticis.

JOVIACUM, oppidum Norici ex Notitia Imperii, & in itinerario Antonini, quid ſit hodie non conſtat, teſte etiam Cluverio, Simlero tamen eſt *Aſchaw*, vicus Auſtriæ ſuperioris juxta Danubium fluvium, inter Pataviam & Lintium, alii autem putant eſſe vicum *Starnberg*, ſeu oppidulum *Francken-marck* in Auſtria ſuperiori, & in limite Bavariæ.

JOVILLA, *Joinville*, oppidulum Galliæ in Campania provincia. Vide Joanvilla.

JOVINIACUM, *Joigny*, urbs Galliæ cum ponte lapideo ad Icaunam fluvium, in Campania provincia, & in Senonenſi agro, ſedet ad radices collis cum caſtro ſplendido, ab aliis Juiniacum dicitur & Jogniacum. Vide ibi.

JOVIS FANUM, locus fuit Hiſpaniæ Luſitanicæ, ubi nunc Eccleſia ſanctorum Juſti & Paſtoris, prope Terranum oppidum Portugalliæ in Tranſtagana provincia, teſte Andrea Reſendio, ex veteri inſcriptione.

JOVIS FONS, in Epiro, ad Dodonam urbem exciſam, teſte Plinio libro 2.

JOVIS HAMMONIS FONS, in Marmarica, ad Hammonis oraculum, idem patiens quod Jovis fons in Epiro, ſi Plinio credimus.

JOVIS MONS, in Hiſpania Tarraconenſi Pomponio Melæ, nunc teſte Navagerio cum aliis, eſt *Monjui*, mons Cataloniæ prope & extra Barcinonem ad occaſum, in ora maris Mediterranei, ubi arcem excitarunt Hiſpani hiſce ultimis temporibus ad tutelam urbis.

JOVIS TEMPLUM, in Macedonia, ad oſtium Bephyri fluvii, teſte Livio.

JOVIS VILLA, *Joinville*, oppidum Galliæ in Campania provincia, ad Matronam fluvium, Principatus titulo inſigne gentis Lotharingiæ ab anno 1552. dicitur etiam Joanvilla. Vide ibi.

JOVIS URII FANUM, locus Aſiæ, in ora Bithyniæ Arriano, ad Boſphorum Thraciæ, ubi nunc ars *Jeron*, prope Chryſopolim, teſte Petro Gyllio.

IPORCENSE MUNICIPIUM, ſive Iporci, Hiſpaniæ Bæticæ oppidum in Turdulis, nunc ex veteri inſcriptione, videtur *Conſtantina*, oppidulum Hiſpaniæ in Vandalitia, & in Extremaduræ confinio, teſte Morali, ſedet intra montes aſperos, 14. leucis ab Hiſpali in ortum æſtivum, & 6. ab Ellerena oppido in Meridiem, quanquam Rodericus Carus aliter ſentiat in antiquitatibus Hiſpalenſibus, & Conſtantiam credat eſſe Laconimurgim cognomine Conſtantiam Juliam, Iporcenſe vero municipium ſive Iporci nunc funditus exciſum jacere inter *Alanis* & Conſtantiam oppidula Vandalitiæ.

IPORUS, fluvius parvus Siciliæ in ora meridionali Ptolemæo. Vide Hipparis.

IPPOLEUM, promontorium Scythiæ Europææ, inter oſtia Hypanis & Boryſthenis fluviorum, teſte Herodoto.

IPRA, quæ & Ipræ, *Yperen* Belgis, *Ipres* incolis & Gallis, urbs Belgii Francici in Comitatu Flandriæ, Epiſcopalis facta ſub Archiepiſcopo Mechlinienſi à Paulo IV. Pontifice Maximo, ſatis munita eſt in planitie, cum arce recenti valida, ſub dominio Francorum, cum à Ludovico Magno Rege capta fuerit anno 1678. die 26. Martii. & ipſi poſtea conceſſa pace ad Noviomagum facta eodem anno, ſita eſt prope Ipram amnem, & in Tetrarchia Iprenſi ab ea dicta, 6. leucis diſtans à Novoportu in Meridiem Inſulas verſus 5. & totidem a Cortraco in occaſum Caletum verſus, novem à Bruga, & 13. à Gandavo, hinc Iprenſes populi *les Ipriots* vulgo.

IPRENSIS TETRARCHIA, *le quartier d'Ypres*, tractus Belgii in Flandriæ Comitatu, in quo Præfecturæ parvæ ſive Caſtellaniæ Iprenſis, Caſſelenſis, & Baleolenſis in Flandria propria, ſub dominio Francorum, eſtque una ex quatuor partibus Comitatus Flandriæ.

IPSIUM. & Ibiſſa, *Ips*, oppidulum Germaniæ in Auſtria, in inferiori tractu ad Anaſſum, vulgo *Im under Enſeriſche*, ad amnem Ipſium qui ibi in Danubium labitur, 10. milliaribus infra Lentium.

IPUSCOA, *la Guipuſcoa*, provincia Hiſpaniæ, & pars Biſcaiæ late ſumptæ, cum antea fuerit pars Regni Navarræ, & in qua erant alias Varduli & Cariſti populi, terminatur à Septentrione Oceano Cantabrico, ad occaſum Biſcaia vera, ad Meridiem Alava provincia, & ad ortum Navarra cum modica parte Galliæ: dividitur in tres partes, *los Certanes* dictas, teſte Garibæo, nempe tractum fluvii Devæ *el Certan de Rio Deva*, tractum fluvii Urolæ *el Certan de Rio Urola*, & tractum fluvii Orii *el Certan de Rio Oria*, quæ pars alias duas magnitudine ſuperat, porrigiturque ad confinia Galliæ, & hanc provinciam Alfonſus IX. Caſtellæ Rex Sanctio Navarræ Regi hujus nominis ultimo eripuit, teſte Oihenarto. Ejus urbes præcipuæ ſunt Toloſa, *Toloſa*, Placentia, *Placentia*, Fanum S. Sebaſtiani, *S. Sebaſtien*, & Fons rapidus, *Fuenteravia*, hinc Ipuſcoanus nomen Gentis, *Guipuſcoano* vulgo.

IRACA, *Irak*, Regio Aſiæ late patens, quæ & Iraca Perſarum dicta, eadem quæ olim Babylonia, cujus caput eſt Bagdatum urbs.

IRACA, *Trach*, Regio Aſiæ ampla, quæ & Iraca Arabum dicta, eadem quæ Aſſyria olim fuit, cujus caput Cufa urbs.

IRACA, urbs Aſiæ in Iraca regione, quæ ſæpius Cufa vocatur, *Cufa* vulgo, & ſæpe Iraca Arabum nuncupata, teſte Gollio.

IRACA, urbs Aſiæ in Iraca regione, quæ ſæpius Balſera dicitur, *Baſra* indigenis, *Baſſora* Gallis, vocatur etiam aliquando Iraca Perſarum.

IRCIUS, ſeu Ercius, *le petit Lers*, fluvius parvus Galliæ in Occitania, oritur in Lauraco tractu prope Manſum Sanctarum puellarum, & in Garumnam ſe exonerat tribus leucis infra Toloſam, teſte Catello.

IRADIUM, *S. Irier*, oppidulum Galliæ in Lemovicenſi provincia, & in limite Petrocoricenſi, alias Attanum dictum fuit, & 5. leucis diſtat à Lemovico Petrocorium verſus.

IREGUA, *Iregua*, fluvius parvus Hiſpaniæ, oritur ex montibus Caſtellæ veteris, inter Soriæ tractum & Ruſconiam provinciam, per quam labitur, & tandem ad vicum *la Puente de Madres* dictum, in Iberum ſe exonerat infra Lucronium.

IRENÆUM, Monaſterium Aſiæ in Bithyniæ ora Metaphraſto, ad fauces Boſphori Thracii, Byzantio & Chalcedoni proximum: quod & Acœmetum nominatur ab Evagrio.

IRENE, inſula Peloponneſi Stephano, in ſinu Argolico, *Sidra* Sophiano. Vide Calauria: cum eadem ſit.

IRENOPOLIS, olim Scalabis, *Santaren* vulgo, urbs Hiſpaniæ in Regno Portugalliæ, & in Extremadura provincia, ad Tagum fluvium, 13. leucis ſupra Olyſipponem in ortum æſtivum & 7. à Leiria. Vide Scalabis.

IRENOPOLIS, urbs Aſiæ minoris, in Cilicia mediterranea Ptolemæo, quæ & Neronias poſtea dicta fuit, teſte Philippo de Vico, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Anazarbeno, & olim ſub Seleucienſi, ad Sarum fluvium, & ad radices montis Tauri Cilicii, media inter Tarſum ad Meridiem & Cocuſum ad Septentrionem, & 60. milliaribus ab Anazarbo diſtans in occaſum, ſed quid ſit hodie, non conſtat.

IRENOPOLIS, urbs Babyloniæ, Archiepiſcopalis ſub Patriarcha Antiocheno, cujus fit mentio in Conciliis.

IRIA, fluvius parvus Liguriæ Jornandi, & Paulo Diacono, nunc *la Staffora* dictus, in Ducatu Mediolanenſi, teſte Cluverio, oritur ex Apennino monte, deinde per Ticinenſem agrum in Septentrionem fluens, Iriam oppidum rigat, & 5. milliaribus infra in Padum ſe exonerat, quanquam Ferrarius credat eſſe Scriviam fluvium qui ad Dertonam labitur.

IRIA, oppidum Liguriæ in Gallia Ciſalpina Plinio, quod & Vicus Iriæ Antonino, nunc *Voghera*, oppidum clarum Italiæ in Ducatu Mediolanenſi, ad Stafforam fluvium, teſte Gaudentio Merula, 10. milliaribus à Dertona in ortum diſtans Placentiam verſus 30. & 15. à Ticino in Meridiem Dertonam verſus.

IRIA FLAVIA, quæ & Iria Flavia Cæporum, urbs Callaicorum Lucenſium in Hiſpania Tarraconenſi Ptolemæo, antea Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Bracarenſi, nunc teſtibus Cluſio, & Morali, eſt *el Padron* ſeu *Padron*, oppidulum Gallæciæ Regni ad Ullam fluvium, 6. leucis ab ora Oceani diſſitum in ortum, & 4. in Meridiem à Compoſtella, quæ illi in Epiſcopatu alias ſucceſſerat, & nova Iria Flavia dici poteſt, cum ex alterius ruinis creverit.

IRIS, fluvius ingens Cappadociæ in Aſia minori Straboni, & Plinio, nunc vulgo *Caſalmach* dictus, ſive *Caſelmach* ab incolis, teſte Caſtaldo, oritur ex Argio monte, in confinio Armeniæ minoris ſupra Sebaſtiam, deinde prope Comanam Ponticam Varum fluvium recipit, uti & Ceraunum, hinc juxta Amaſiam labitur, & auctus Lyco fluvio & aliquot aliis, in Pontum Euxinum ſe exonerat, inter Themiſcyram ad ortum & Amiſum ad occaſum 25. milliaribus utrimque, ejus meminit Valerius Flaccus libro 5.

IROQUII, *les Iroquois*, populi Americæ Septentrionalis in Nova Francia, dividuntur in quinque

Google

que tractus ſive nationes ut vocant, quorum nomina ſunt *Agnié*, *Oneiouté*, *Onontagé*, *Goyogoven*, & *Sonontovane*, extenduntur que ab ortu in occaſum verſus oram meridionalem lacus Frontenaci ſive Ontarii, & verſus ejus oram orientalem, ſicque dicuntur quaſi factores Capannarum, *les faiſeurs de Cabannes*, ex eorum idiomate, antea valde inquieti erant & cædibus tantum noo, ſed ex quo male habiti fuere à Gallis ſuperioribus annis, tranquilliores ſunt & pacifice vivunt.

IROQUIOROM LACOS, *le Lac des Iroquois*, lacus amplus Novæ Françiæ, qui aliter Ontarius dictus fuit, nonc autem Frontenacus lacus. Vide ibi.

IRPINI, populi Italiæ, & Irpinum Ptolemæo. Vide Hirpini & Hirpinum.

IRUS, & Iros, mons Indiæ, in Gedroſiæ confinio, ad oſtia Iodi fluvii: cujus meminit Arrianus in Periplo.

IS, fluvius Suſianæ, in Euphratem influens, Stephano teſte.

IS, orbs Perſidis, teſte Stephano.

ISACA, ſeu, & melius, Iſca, fluvius Britanniæ Magnæ Ptolemæo, nunc *Ex*, fluvius Angliæ. Oritur in confinio Somerſetenſis Comitatus, prope Sabrinæ fluvii æſtuarium; deinde per Devoniæ Comitatum fluens, ibi Iſcam Damnoniorum rigat, & in mare Britannicum cadit juxta caſtrum *Exmouth* dictum. Vide Iſca.

ISACA, quæ & melius Iſca, Damnoniorum orbs io Britannia magna Ptolemæo, nunc *Excester*, urbs Angliæ in Devoniæ Comitatu. Vide Iſca & Exonia.

ISACHAR, una ex duodecim Tribubus Iſraël, in Palæſtina, inter Tribum Zabulon ad Septentrionem, & dimidiam Tribum Manaſſe cis Jordanem ad Meridiem, ubi Carmelus mons, ad Jordanem uſque extendebatur, ubi lacus Geneſareth, ſicque erat ubi poſtea auſtralis Galilææ inferioris pars, teſte Adrichomio. Vide Tribus Iſachar.

ISACUS, *l'Eyſock*, fluvius Germaniæ in Comitatu Tirolis, qui Eiſocus dicitur à quibuſdam.

ISAOSNI, Hunnica natio fuit, teſte Procopio.

ISAFLENSES, videntur Mauritaniæ populi Ammiano teſte.

ISAOURUS, Indiæ intra Gangem oppidum Ptolemæo, Ithagurus interpreribus, dictus.

ISALA, *l'Iſſel*, fluvius parvus Belgii in Hollandia provincia, oritur in limite Ultrajectenſis dominii, deinde Iſelſteinum & Aquas veteres rigans, paulo ſupra Rotcrodamum in Merovæi foſſam ſe exonerat.

ISALA, qui & melius Sala, *Iſſel* & *Yſſel* accolis, *l'Iſle* Gallis, fluvius Belgii, vulgo creditur ramus Rheni flovii, foſſa ductus à Druſo ab Arenaco Druſiburgum uſque, quo Iſalæ veteri junctus Zutphaniam Daventriamque rigat, & infra Campenſem urbem in ſinum Auſtrinum cadit, ſed reveta Iſala fluvius eſt Germaniæ, qui aliter *Alt-Iſſel*, ſeu vetus Iſala dictus, is per Ducatum Clivenſem fluens, Aam fluviolum recipit, hinc per Gueldriam labens, prope & ſupra Druſiburgum recipit ramum Rheni, ſeu potius foſſam Druſi ab Arenaco huc uſque perductam, & *Nieuwe Iſſol* dictam, unde tunc *Iſſel* tantum dictus, Zutphaniam rigat, & poſtea Gueldriam à Trans Iſalana provincia ſeparans, Daventriam & Campenſem urbem aquis luſtrat, & paulo infra in ſinum Auſtrinum ſe exonerat. Vide Sala.

ISALÆ OSTIOM, *Iſſelmonde*, inſula Belgii in Hollandiæ Comitatu. Vide Iſſelmunda.

ISAMNIUM, promontorium Hiberniæ inſulæ in ora orientali Ptolemæo, inter Eblanam urbem ad Meridiem & Logiæ fluvii oſtium ad Septentrionem, nunc *S. Iohns point* dicitur ab Anglis, *Saint Johns Foreland* à oautis, & *le Cap S. Jean* à Gallis, eſtque in peninſula *Lecale* dicta, in parte orientali Ultoniæ, & in Comitatu Dunenſi, vix 5. mill. paſſ. à Duno diſtans, teſte Camdeno.

ISANNAVARIA, oppidum Catieuchlaoorum in Britannia prima, quod in Antonioi Itinerario Bannavenna, Bennavenna & Bennaventa, & ſemel corrupte Iſannaventa, & Iſannavaria dicitur, ounc *Wedon*, vicus Angliæ in Comitatu Northamptonienſi, ubi olim regia Merciorum Regis, prope Northamptoniam, teſte Camdeno. Vide Bennavenna.

ISAPIS, fluvius Italiæ in Æmilia Straboni, vulgo *il Savio*, dicitur ab aliis omnibus Sapis, ut pluribus probat Cluverius libro 1. Italiæ antiquæ. Vide Sapis.

ISARA, fluvius Galliæ Narbonenſis Plinio, qui Iſar Ptolemæo, *l'Iſere* vulgo, oritur in Tarantaſia tractu Sabaudiæ Ducatus, ex Monte Iſerano, inter Alpes, deinde Monaſteriom Tarantaſiæ caput rigat, hinc auctus Arco flovio juxta Monmelianum labitur, & per Delphinatum poſtea fluens, ibi Dracum ad Gratianopolim haurit, deinde prope Fanum S. Marcellini fluens, & rigato oppido de Romanis, paulo ſupra Valentiam urbem Rhodano fluvio miſcetur. Ejus meminit Lucanus libro 1.

ISARA, fluvius Vindeliciæ Straboni, hunc *die Iſer*, fluvius Germaniæ, dicitur etiam Iſarus, & oritur in ipſo limite Comitatus Tirolis, 3. milliaribus ab Oeniponte in occaſum, deinde per Bavariam in arctos tendens Monachium & Friſingam rigat, hinc auctus Ambra fluvio, ad Landshutum labitur uti ad Dingelſingam, & tandem contra Decxendorfum oppidulum in Danubium ſe exonerat.

ISARA, fluvius Galliæ Belgicæ, *l'Oyſe* ouoc. Vide Eſia, & Oeſia.

ISARCI, populi Alpini Plinio, ab Auguſto Imperatore devicti, qui Hiſarci dicuntur ab aliis, teſte Caſtillionæo, qui credit eorum veſtigia adhuc eſſe in vico *Iſarſo* dicto, ſeu in alio vicino *Arciſate* dicto, in Comenſi tractu Ducatus Mediolanenſis; ſed Janus Pincius in ſuo de origine Tridentinæ urbis libro, locum deſcribit in vertice Pyrenæi Germaniæ montis, quem vulgo *Aiſocho* nominant, ab Iſarco ut ipſe exiſtimat in Comitatu Tirolis.

ISAURIA; Regio Aſiæ minoris, pars Galatiæ auſtralis Ptolemæo, Piſidiæ finitima: ubi Iſaura urbs, quæ & Claudiopolis, teſte Ammiano, dicta eſt, & in libro Conciliorum Iſauropolis, *Saura* nunc, teſte Theveto, urbs Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Iconienſi. Populi Iſauri, quorum meminit Claudianus libro 1. in Eutropium.

ISAOROS, flovios Italiæ, in Umbria Trans Apenninum, melius dicitur Piſaurus, nunc *la Foglia*, ex monte Apennino fluens per Ducatum Urbinatem, ad Piſaurum orbem mari Adriatico excipitur. Vide Piſaurus.

ISAURUS, fluvius magnæ Græciæ, ounc *il Donato* dictus, teſte Barrio, in Calabria Ulteriori, Nettho vicinus, per agrum Crotoniatem in mare Ionium ſe exonerat.

ISBURUS, fluvius Siciliæ Ptolemæo, in ora meridionali, nunc *Maybaſoli* dictus, Fazello, ſive etiam aliquando *il fiume di Calatabellota*, teſte Cluverio; quod oppidum cognomine rigat, & paulo infra illud in mare Africum ſe exonerat, inter Mazaram ad occaſum & Agrigentum ad ortum 30. milliaribus utrimque diſtans, in valle ſive provincia Mazaræ.

ISCA, fluvius Britanniæ majoris Ptolemæo, nunc *Ex*, fluvius Angliæ, qui à quibuſdam Iſaca dictus,

oritur ex Somerſetenſi Comitatu, deinde per Devoniam in Meridiem fluens, Iſcam ſive Exoniam provinciæ primariam rigat, & 9. milliaribus infra in mare Britannicum cadit juxta caſtrum Iſcæ oſtium, *Exmouth* vulgo dictum.

Isca, orbs Damnoniorum in Britannia magna Ptolemæo, quæ à quibuſdam Iſaca, nunc Exonia recentioribus, vulgo *Exceſter* & olim Britannice *Caer Isk*, teſte Camdeno, urbs eſt Angliæ Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Cantuarienſi, & Devoniæ Comitatus caput, ad Iſcam fluvium, 9. milliaribus Anglicis diſtans ab ora maris Britannici in Septentrionem, & 90. ab Antiveſtæo promontorio in ortum Vintoniam verſus 85.

Isca, quæ & Iſca Silurum, & Legio 2. Auguſta, urbs fuit Silurum in Britannia majori, ex Itinerario Antonini, nunc *Caerleon*, id eſt Urbs Legionum, Camdeno teſte, eſtque urbecula Angliæ in Wallia Principatu, ad Iſcam fluvium, *Ouske*, in Comitatu Monumethenſi, vix 4. milliaribus Anglicis diſtans ab æſtuario Sabrinæ, & 14. à Monumethia.

Ischalis, ſeu Iſcalis, oppidum Belgarum in Britannia magna Ptolemæo, nunc oppidulum Sumerſetenſis Comitatus in Anglia, *Ilcheſter* vulgo, ad amnem *Il*, eſt in confinio Dorſetiæ Comitatus, 32. milliaribus Anglicis à Vuellia ſive Fontibus in Meridiem, 24. à Bathonia, 30. ab Exonia, & medium inter mare Britannicum & Sabrinæ æſtuarium, 15. milliaribus Anglicis utrimque diſtans, teſtibus Lhuydo & Camdeno.

Ischia, ſive Iſcla, *Iſchia*, inſula Italiæ, in mari Tyrrheno, in ora Regni Neapolitani & provinciæ Terræ Laboris, alias Inarime & Ænaria dicta. Eam pluribus deſcripſit *C. Nepuen* Gallus anno 1586. cujus accuratam inſulæ delineationem habemus in libro Joannis Antonii Magini inſertam. Vix 2. milliaribus Italicis diſtat ab ora Terræ Laboris, uti à promontorio Miſeno, & una tantum à Prochyta inſula. Ejus circuitus eſt 20. milliarium; & ei adjacet ad ortum urbs parva, ſed permunita in ſcopulo. Iſchia etiam dicta, quæ mari olim undique cingebatur, nunc mole jacta, ſatis longo tractu inſulæ conjungitur, ubi ſuburbium amplum Celſa dictum, ut egomet vidi anno 1667. eſtque Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Neapolitano. Vide Ænaria.

Ischiopolis, quæ & Iſchopolis, urbs Cappadociæ maritima Straboni, quæ & Tripolis Plinio, nunc etiam *Tripoli* dicitur, teſte Caſtaldo, eſtque oppidum in provincia *Genech* vocata, ſub dominio Turcarum, cum toto tractu, portu gaudet in ora Ponti Euxini, & 70. milliaribus diſtat à Trapezunte in occaſum Hermonaſſam verſus 20.

Iscia, inſula parva admodum Italiæ, Brutiorum oræ adjacens Plinio. Vide Oenotrides; eſt enim una Oenotridum.

Iscina, Africæ propriæ urbs Ptolemæo & Antonino.

Iscla, *Iſchia*, inſula Regni Neapolitani in mari Tyrrheno, dicitur aliter Iſchia. Vide ibi.

Isenacum, *Eyſenach*, urbs parva Germaniæ in Thuringia, ad amnem Neſſam qui paulo infra à Verra excipitur, in confinio Haſſiæ, ſubeſtque Duci è gente Saxoniæ Veimarienſis, cum tractu parvo cognomine, 7. milliaribus Germanicis diſtans ab Erfordia in occaſum, & 4. à Mulhuſia in Meridiem.

Isegemium, *Iſenghien*, caſtrum Belgii in Comitatu Flandriæ, & in Præfectura Cortracenſi, Comitatus titulo inſignitum gentis Vilanæ, ſub dominio Francorum, vix 2. leucis à Cortraco in Septentrionem Brugas verſus.

Isendicum, *Iſendick*, oppidulum munitum Belgii, in Flandriæ Comitatu, in ora littorali contra Birfletum, & in ditione provinciarum unitarum à plurimis annis. 3. leucis diſtat à Clauſulis in ortum, & totidem ab Aggere Gandavenſi in occaſum.

Isiacorum Portus, circa Daciam & in ora littorali Ponti Euxini, teſte Arriano in Periplo.

Isidis Insula, in ſinu Arabico, Ptolemæo, quæ Iſidis portus Plinio, & Iſidis templum Straboni, nunc *Paſcoa* vocata, ut exiſtimat Belleforeſtius, & Æthiopiæ continenti fere juncta, in ſinu Avalite.

Isidis, oppidum in Delta Ægypti, teſte Plinio.

Isinisca, oppidum Vindeliciæ, cujus fit mentio in itinerario Antonini, quod & Iſuniſca dicitur, nunc teſte Marco Vuelſero, eſt *Iſen*, caſtrum Bavariæ in ditione Epiſcopi Friſingenſis, ad amnem *Iſen*, 6. milliaribus Germanicis à Monachio diſtans in ortum Pataviam verſus, forſan ex nominis ſimilitudine ductus, uti Abrahamus Ortelius poſt eum, ſed Cluverius & alii putant Iſiniſcam eſſe Monachium, *Munchen* urbem amplam Germaniæ, Bavariæ primatiam, Iſaro fluvio impoſitam, cum ſuperbiſſimo Palatio Ducum quod probabilius. Vide Monachium.

Isis, Colchidis fluvius navigabilis, teſte Arriano in Periplo.

Isium, Ægypti ſuperioris urbs apud Stephanum & Antoninum.

Islandia, *l'Iſlande* Gallis, *het Iſlandt* Belgis, *l'Iſlandia* Italis, *Yſland* Germanis & Polonis, inſula ampliſſima maris Septentrionalis, ad Regem Daniæ ſpectans, inter Norvegiam, ex qua pendet, & Groenlandiam ſeu Terram Viridem, & ab ortu in occaſum extenſa, quæ ab antiquis Thule dicta fuit, ut exiſtimant plurimi. Ejus longitudo eſt 200. leucarum Gallicarum, latitudo vero centum circiter. Satis culta eſt & fertilis verſus oram littoralem, ſed in mediterraneis valde montuoſa & fere inculta. Naddochus natione Norvegus primus hanc inſulam invenit anno 860. & ipſam Snælandiam tunc dixit, id eſt terram nivoſam, eamque poſtea Floco pirata Norvegus Iſlandiam vocavit, id eſt terram glacialem, à glacie totius inſulæ, Theodorus Thorlacius Hola Iſlandus in ſua diſſertatione dividit Iſlandiam trifariam, nempe 1. juxta quatuor mundi cardines, in 4. partes Septentrionalem, Orientalem, Meridionalem, & Occidentalem; 2. ratione regiminis Eccleſiaſtici in duas Diœceſes Holenſem, & Schalholtenſem; 3. ratione regiminis Politici in duodecim provincias. Prima diviſio eſt in 4. partes ſeu quadrantes, quarum maxima & magis culta Septentrionalis dicitur, *Nordlendinga Fiordungur*, id eſt Septentrionalis quadrans, hujus termini ſunt verſus Occidentem ſinus *Rutafiordur*, ad Orientem promontorium *Langa Neſſ*, Meridiem verſus Teſquorum vaſta deſerta ſecundum longitudinem inſulæ porrecta; Altera deinde pars Orientalis vulgo *Auſtfirdinga Fiordungur*, corrupte apud Mercatorem *Auſtlendinga Fiordungur*, non admodum populoſa, ſed valde extenſa, terminatur verſus Septentrionem promontorio *Langa Neſſ*, verſus Meridiem fluvio *Jokuls aa à Soleymaſandi*, verſus Occidentem Teſquorum deſertis: Meridionalis pars vulgo *Sunnlendinga Fiordungur*, terminos habet verſus ortum *Jokuls aa* in deſertis *Soleymaſandi*, verſus Septentrionem Teſqua per mediam inſulam interjecta, ad Occidentem fluvium Albis nomine, qui in ſinum *Bogar fiord* ſe exonerat: Occidentalis denique Iſlandiæ pars, vulgo *Weſtfirdinga Fiordungur*, non *Weſtlendinga*, ab Auſtrali fluvio Albi, à Septentrionali ſinu *Rurafiord*

Digitized by Google

ſeparatur. Ratione regiminis Eccleſiaſtici Iſlandia dividitur in duos Epiſcopatus ſeu Diœceſes, quarum altera Schalholtenſis, vulgo *Schalholts Stigte*, tres quadrantes Orientalem, Auſtralem, & Occidentalem complectitur, Holenſis autem *Hola Stigte* Iſlandice, quadrante Septentrionali contenta eſt, quod ſit ampliſſimus, & populoſiſſimus; unde etiam hæc pars quatuor provincias complectitur, cum Orientalis tantum duas, & reliquarum quælibet tres habeat, atque ita tota inſula in duodecim provincias ſeu Præfecturas quas *Thing* vel *Syſlur* appellant, dividitur, nomina eorum hæc ſunt, in Orientali Iſlandia, *Mula Thing*, *Skaptafels Thing*: in Meridionali Iſlandia, *Rangaar Thing*, *Arnes Thing*, *Kialarnes Thing*; in Occidentali Iſlandia, *Thueraar Thing*, *Thornes Thing*, *Toſchafiardar Thing*: in Boreali Iſlandia, *Hunawatz Thing*, *Hegranes Thing*, *Wodlu Thing*, *& Thing Eyar Thing*, ſolet etiam quælibet provincia ſubdividi in aliquot tractus ſeu provincias minores, quas *Rappa* vocant, ſed de his fuſius Arngrimus Jonas. In Iſlandia ſunt 330. circiter parochiæ. Ejus vero urbes præcipuæ ſunt Hola in Septentrionali Iſlandia, & Schalotum in Meridionali, uti arx Beſeſtadium, in qua Prorex inſulæ commoratur, hinc Iſlandi populi, *Iſlander* Germanis, *les Iſlandois* Gallis, *gli Iſlandeſi* Italis.

ISLEBA, *Eiſleben*. oppidum Germaniæ in Saxonia ſuperiori, & in Comitatu Mansfeldienſi, ubi natus Martinus Lutherus, ſub dominio Electoris Saxoniæ. Vide Eiſleba.

ISMARUS, mons Thraciæ, ad Hebrum fluvium, & Maroneam urbem, teſte Plinio, ubi & Iſinara vel Iſmarum urbs quondam fuit, de qua Virgilius libro 10. Æneidos. Hinc Iſmarius nomen gentis: uti Ovidio libro 10. Metamorphoſeon. Montem hunc, incoluit Orpheus.

ISMANUS, fluvius Græciæ in Bœotia Ptolemæo, qui Iſmenius Plinio, & Straboni, nunc etiam *l'Iſmeno* dictus, teſte Brietio, cum aliis, oritur ex monte Cytherone, non procul ab Aulide, & circa Dircen fontem Thebas alluens, poſtea in Euripum ſe exonerat ad Saganeum oppidum, & ei adjacebat Iſmenum oppidum, hinc Iſmenius nomen gentis Ovidio libro 13. Metamorphoſeon, accipitur autem Iſmenius pro Thebano.

ISMUC. Africæ oppidum, diſtans à Zama viginti mill. paſſ. Hujus ager nihil venenati ferre poteſt, ut tradit Vitruvius.

ISNA, & Iſena, *Iſne*, & etiam *Iſſny*, urbs parva Germaniæ in Suevia provincia, & Algea tractu, Imperialis ſive libera, & ſui juris à Carolo IV. Imperatore effecta, juxta amnem Argum ſuperiorem, 4. milliaribus Germanicis diſtans à Campiduno in occaſum Lindaviam verſus totidem.

ISONDÆ, Sarmatiæ Aſiaticæ gens, teſte Ptolemæo.

ISONÆ, Aſſyriæ oppidum, teſte Ptolemæo.

ISONTIUS, fluvius Carnorum in Italia, qui & melius Sontius dicitur, *Liſonzo* vulgo, ad quem Theodoricus Rex Gothorum Odoacrem vicit & fugavit, teſte Caſſiodoro, Goritiam rigat & in ſinum Tergeſtinum ſe exonerat. Vide Sontius.

ISPA, Armeniæ minoris urbs, teſte Ptolemæo.

ISPICÆ FUNDUS, *Spacca-furno*, oppidum Siciliæ inſulæ, in Valle Netina & in profunda Valle, teſte Roccho Pirro, verſus Pachynum promontorium, & 6. milliaribus à Neto in Meridiem.

ISPINUM, oppidum Carpetanorum in Hiſpania Tarraconenſi Ptolemæo, nunc *Spinario*, vicus Caſtellæ novæ, teſte Moletio, alius autem eſt *Tepes*, caſtrum ejuſdem Regni 6. leucis Hiſpanicis diſtans à Toleto in ortum Concam verſus.

ISPORIS, qui & Oeſporis, pagus Africæ, ad Syrtim magnam Ptolemæo, cis Aras Philænorum, nunc *Ilbacha*, Moletio teſte. Vide Oeſporis.

ISRAEL, nomen hoc nunc totam Hebræorum gentem, nunc partem tantum demonſtrat, totam ante Salomonem, partem poſtea, poſt Salomonem enim Hebræorum Regnum, quod & Iſraël, in duas diviſum partes, una Judæ nomen aſſumpſit, altera nomen Iſraël retinuit, quod in hoc ultimum ex duodecim Tribuum Iſraël decem ſeceſſerint, in primo duæ tantum remanſerint ſub nomine Judæ, propter Tribum Judam Regiam & omnium nobiliſſimam; & ex hac totius Regni diviſione, qui primum Hebræi & Iſraëlitæ in univerſum appellati, ii tandem in Iſraëlitas & Judæos diviſi ſunt, & aliquando hi ſub illo, aliquando illi ſub altero nomine comprehenſi ſunt, ut in omnibus authoribus videre eſt.

ISSA, inſula maris Illyrici Plinio, & Melæ, quæ Hiſſa Cæſari, olim Liburniæ attributa, poſtea Dalmatiæ, quæ à Porphyrogeneta *Jeſa* dicitur, à Slavia *Wis*, & ab Italis *Liſſa*, teſte Joanne Lucio, ſubeſt dominio Reipublicæ Venetæ, in mari Adriatico, & verſus oram Dalmatiæ, 36. milliaribus diſtans à Tragurio in Meridiem, & 24. à Corcyra Melæna in ortum, eſtque montuoſa & ſatis culta, circuitus 18. milliarium, & prope S. Andreæ inſulam.

ISSA, inſula parva Latii in Italia, prope Marruvium, teſte Dionyſio Halicarnaſſæo, à Septem aquis 40. ſtadiis diſtans.

ISSA, Leſbi inſulæ urbs parva, quæ Himera & Pelaſgia dicta fuit, teſte Stephano.

ISSATIS, Parthorum urbs, oppoſita quondam Medis, teſte Plinio.

ISSEDON, quæ & Iſſedon Scythica, urbs fuit ampla Scythiæ extra Imaum Ptolemæo, ubi nunc forſan urbs *Caracoran*, in Siſiana regione Tartariæ magnæ, ex tabulis Abulphedæ.

ISSEDON, quæ & Iſſedon Serica Ptolemæo, Eſſedon Stephano, urbs fuit Iſſedonum in Serica regione, ubi hodie *Suchur* ſeu *Synchum*, urbs Regni Tanguti in Tartaria magna, teſte Caſtaldo ex levi conjectura.

ISSELMUNDA, ſeu Iſalæ oſtium, *Iſſelmonde*, inſula Belgii uniti in Comitatu Hollandiæ, & in ejus parte meridionali, inter Merovei foſſam ad Septentrionem, & Moſam fluvium ad Meridiem, è regione Iſalæ fluvii, cum caſtro cognomine.

ISSICUS SINUS, *il Golfo de Laiazzo* ſeu *dell' Aiazzo*, pars eſt maris Mediterranei, in intimo ejus receſſu ad ortum, prope oram Ciliciæ & Syriæ, ſic ab Iſſo urbe ei adjacente dictus.

ISSSODORUM, ſive Iſſorium etiam quibuſdam, *Yſſoire*, urbs Galliæ in Alvernia provincia, prope Elaverem fluvium, & 6. leucis à Claromonte in Meridiem, dicitur meliùs Yſſiodorum. Vide ibi.

ISSUS, urbs Ciliciæ extrema in Aſia minori Plinio, & Ptolemæo, quæ Iſſum Straboni, ubi Darius Perſarum Rex fuſus fuit ab Alexandro Magno, teſte Quinto Curtio, nunc *Laiazzo* dicta, ſive etiam *la Iazzo*, teſte Nigro cum aliis, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Tarſenſi, ſedet in confinio Syriæ, prope Amanum montem, eſtque etiamnum ſatis culta in Caramania regione, ſub Turcarum dominio, portu gaudens ſatis tuto in ora maris Mediterranei, & ſinus Iſſici ab ea dicti, 30. milliaribus diſtans ab oſtio Pyrami fluvii in ortum Nicopolim verſus 15. & à Zeugma 56. ab Antiochia vero 60. in Septentrionem.

ISTACARAy *Iſtachar*, urbs fuit Perſidis in Perſia propria, una ex antiquiſſimis urbibus regionis, ubi alias Regum ſedes, nunc pagi vix faciem habet,

ut quæ vicinæ urbis *Xiras* iocremento in dies decrevit, ſita eſt uno milliari diſtans à fluvio Araxi, ouoe *Bendamur* dicto.

ISTÆVONES, populi fuere Germaniæ Plinio, latè extenſi inter Rhenum, & Viſurgim fluvios, & ſub his comprehendebantur populi Friſii, Bructeri, Angrivari, Anſibaro, Chamavi, Dulgibioi, Marſi, Tubantes, Marſaci, Sicambri, Ubii, Tencteri, Juhones, & Mattiaci, quibus etiam addantur à quibuſdam Alemanni, teſte Cluverio libro 3. Germaniæ antiquæ.

ISTER, qui & Danubius, fluvius Europæ maximus, qui ut primum Illyricum attingit ad Savi cum ipſo confluentes, prope Taurunum urbem, Iſter appellari incipit, teſtibus Strabone, & Plinio, nunc *die Donaw* Germanis, *le Danube* Gallis, poſtea inter Daciam ad Septentrionem & Moeſiam utramque ad Meridiem fluens ab occaſu in ortum, tandem in Pontum Euxinum ſe exonerat per ſex oſtia, ut volunt Plinius, & Ptolemæus, & per ſeptem, ut ſcribit Ammianus Marcellinus, qui ait ſeptimum eſſe paluſtri ſpecie, ejus autem oſtia diſtant tantum 100. milliaribus ab oſtio Boryſthenis fluvii in Meridiem Conſtantinopolim verſus 250. circiter; & nuoc habet tantum doo oſtia navigabilia, aliis arena obductis, ut mihi pluries narrarunt nautæ qui illas oras luſtrarunt paucis abhinc annis. Vide Danubius, ejus meminit Ovidius libro 2. Metamorphoſeon.

ISTHMUS, eſt arcta terra inter duo maria, qua una pars regionis cum alia jungitur, ut eſt Corinthiacus, vulgo *un Iſthme* Gallis, *Iſtmo* Italis & Hiſpanis.

ISTHMUS ACANTHAUS, tractus parvus Macedoniæ, in Calcidica regiuncula, prope Acanthum oppidum, qui Athon montem continenti jungit, à Xerxe Rege Perſarum perfectus, inter ſinus Singiticum & Strymonicum, teſte Æliano.

ISTHMUS ÆGYPTI, tractus Plinio, quo Ægyptus Palæſtinæ & Arabiæ Petrææ jungitur, inter mare Mediterraneum ad Septentrionem, ubi Peluſium & Pharmum urbes, & Sinum Arabicum ad Meridiem, ubi urbs Heroum, Dorſum Arabiæ dictus à Ptolemæo, qui ſtadiis 500. ex Plutarcho patet, & intervallo 70. milliarium Arabicorum, teſte Gollio in notis ad Alferganum, quod veriſimilius.

ISTHMUS ASIÆ MINORIS, extenditur inter Amiſum ad Septentrionem, & Tarſum Ciliciæ ad Meridiem, ad 1500. ſtadia, teſte Strabone, Aſia minor nuſquam anguſtiore.

ISTHMUS CHERSONESI THRACIÆ, Plinio, inter Cardiam & Lyſimachiam urbes, ſinumque Cardiacum ad occaſum, & Pactiam oppidum Propontidemque ad ortum, parvus eſt adoiodum, & olim muro clauſus.

ISTHMOS CORINTHIACUS, qui & Peloponneſi, 40. ſtadiis patens, inter Corinthiacum ſinum & Lechæum ad occaſum, & Saronicum ſioum & Cenchreas ad ortum; eum ſuffodere conati ſunt quatuor Principes, Demetrius, Julius Cæſar, Caligula, & Nero, ac denique Herodes Atticus homo privatus, ſed irrito conatu, itaque ductus murus dictuſque Hexamilium, ſed hic murus primum ab Amurate II. disjectus, deinde à Mahumete II. anno 1443. quamquam à Venetis munitus fuiſſet, & Iſthmus etiamnum *Examiglia* dicitur à Græcis.

ISTHMUS DARIENI, *l'Iſthme de Darien*, tractus Americæ in Terra-firma, dicitur ſæpius Iſthmus Panamæ. Vide ibi.

ISTHMUS GRÆCIÆ, inter Corinthiacum ſinum & Oetum extenſus, 508. ſtadiis patens ex Strabone, ubi Thermopilæ.

ISTHMUS ITALIÆ, inter ſinum Scyllacium ad ortum & Hipponiatem ad occaſum, in parte Boreali Calabriæ ulterioris, longus apud Ariſtotelem dimidii diei itinere, & teſte Plinio, ad 20. millia paſſuum extenditur, quod etiam ab Agatio de Somma, & aliis recentioribus probatur.

ISTHMUS PANAMÆ, *l'Iſthme de Panama* Gallis, *el Iſtmo de Panama* Hiſpanis, tractus Americæ, quo Septentrionalis America jungitur Meridionali; eſtque tantum leucarum Hiſpanicarum octodecim à Septentrione in Meridiem, nempe à Portu pulchro ad Panamam urbem. Totus tractus extenditur etiam ab ortu io occaſum per 30. leucas, diciturque propriè *la Tierra firma*, ſub dominio Hiſpanorum, & dicitur etiam *l'Iſthme de Darien* à quibuſdam.

ISTHMUS SUECIÆ, ſive Scandinaviæ, *Maanſelke* vulgo dictus, inter Sueciam ad occaſum, & Moſcoviæ ditionem ad ortum, ad aliquot milliaria Germanica extenſus, nempe inter fluvium *Dimſa* ; verſus Septentrionem in ſinum Albi maris excurrentem & fluvium *Provenetz* dictum, in Onegam lacum illabentem, teſtibus Pontano & Cluverio.

ISTHMUS TAURICÆ CHERSONESI, quo Taurica Sarmatiæ continenti jungitur, prope Taphros urbem, teſte Ptolemæo, 37. ſtadiis ex Xenophonte patens, inter Bugem paludem ad ortum & Carcinitem ſinum ad occaſum, nunc *Zucala*, teſte Barbaro.

ISTIÆOTIS, provincia parva Theſſaliæ Herodoto, quæ Eſtiotis dicitur à Ptolemæo, Heſtiæotis à Strabone, & Eſtiætis à Suida; eſtque in Mediterraneis, ubi urbes Tricca, Gomphi, Itome, & Pheca.

ISTO, mons Corcyræ inſulæ Thucydidi, cujus incolæ Iſtones Polyæno dicuntur.

ISTONIUM, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis Ptolemæo, nunc teſte Moletio, eſt *Hiſte*, caſtrum Caſtellæ Novæ, in tractu montuoſo dicto, verſus Cervariam, & 18. leucis a Toleto in ortum Concam verſus 8.

ISTRI, populi Italiæ extremi Plinio, Liburnis finitimi, quorum Regio Iſtria, & Hiſtria.

ISTRIA, pars fuit Galliæ Tranſpadanæ, in confinio Illyrici Plinio, nunc vulgo *l'Iſtria* incolis, *l'Iſtrie* Gallis, *das Hyſterreich* Germanis, provincia Italiæ, ſub dominio Reipublicæ Venetæ, terminatur à Septentrione Germania, & Carniolæ Ducatu, à quo ſeparatur Alpibus, *i monti della Vena* dictis; ab ortu ſinu Flanatico; ab occaſu ſinu Tergeſtino, & mari Adriatico, ſeu ſinu Veneto; oti etiam ad Meridiem, extenditurque ab occaſu æſtivo in ortum hybernum ad 60. milliaria, ſed non eſt æque lata, & in ea Tergeſte, Petena, Piſinum, Coſliacum, & aliquot loca in parte orientali ſubſunt dominio Auſtriacorum, ex ejus urbibus autem Juſtinopolis & Tergeſtum ſolo benigno utuntur, reliquæ vero inſalubres ſunt.

ISTRIÆ URBES.

Tergeſte, *Trieſte*.
Juſtinopolis, *Capo d'Iſtria*, provinciæ caput.
Parentium, *Parenzo*.
Pola, *Pola*.

ISTRIANI, populi fuere Mœſiæ inferioris Herodoto, in provincia Scythia dicta, quorum Regio nunc Bulgariæ pars eſt ad ortum & Septentrionem, juxta oſtium meridionale Iſtri fluvii, & aliquot milliaribus in Auſtrum a Beſſarabia provincia, quæ trans Iſtrum jacet.

ISTRIANA, Arabiæ felicis urbs, juxta ſinum Perſicum, teſtibus Ptolemæo, & Stephano.

Digitized by Google

ISTRIANUS, fluvius Tauricæ Cherſoneſi Ptolemæo, nunc forte *Calamita*, Nigro teſte, *Karaſu* autem aliis, in Pontum Euxinum ſe exonerat prope Theodoſiam urbem.

ISTRICI, populi Scythiæ Europææ, circa oſtia Axiacis fluvii, & ad Euxinum mare incolentes: quorum urbs Axiace, teſte Mela.

ISTRSUM, Meſopotamiæ urbs, cujus meminit Nicetas.

ISTROGRANUM, *Gran*, urbs Archiepiſcopalis Hungariæ Regni ad Danubium fluvium, ſub dominio Turcarum. Vide Strigonium.

ISTROPOLIS, urbs fuit Moëſiæ inferioris Plinio, quæ Iſtros Straboni, & Iſtria Arriano, in tracto Scythia dicto, ad Peuce ſeu Sacrum oſtium Iſtri fluvii, quæ nunc *Straviza* Caſtaldo, aliis autem *Proſtaviza* dicitur, in parte orientali Bulgariæ, 60. ſtadiis ab ora Ponti Euxini diſtans, & 200. ferè à Tomis in Septentrionem, ſubeſtque dominio Turcarum à duobus ſæculis, cum toto tractu adjacente, qui in dies ſterilis & incultus efficitur, propter frequentes incurſiones Tartarorum Dobrucenſium & aliorum.

ISORTUM, oppidum Brigantum in Britannia Magna Ptolemæo, & cujus fit mentio in itinerario Antonini, nunc vicus Angliæ *Boroughbrigde* dictus, in provincia Eboracenſi, teſte Camdeno, ad Urum fluvium, 12. milliaribus Anglicis diſtans ab Eboraco in ortum æſtivum, & 16. a Caturactonio in occaſum hybernum.

ISUS, oppidum fuit Bœotiæ, in Atticæ confinio, prope Anthedonem, teſte Strabone.

ITALA, *Itala*, oppidulum Siciliæ inſulæ in Valle Demonæ, & in agro Meſſaneoſi, in ora maris Siculi, quod & Gitala dictum fuit in actis mediæ ætatis, 14. milliaribus diſtans à Meſſana in Meridiem.

ITALI, populi Europæ qui Italiam regionem Incolunt, vulgo *gl' Italiani* ſibi, *les Italiens* Gallis, *los Italianos* Hiſpanis, *Wloch* Polonis, *Wohl* Germanis, & *Talians* Turcis.

ITALIA, Regio Europæ clariſſima, & ab omnibus authoribus celebrata, penes quam ſub Romanis orbis cogniti fuit imperium, a boum multitudine dicta, teſte Varrone, vel ab Italo Siciliæ Rege, ut quidam tradunt. Plura habuit apud veteres nomina, nam olim Auſonia, Heſperia, Oenotria, Saturnia, & aliis nominibus dicta apud Polybium, Plinium, & Halycarnaſſæum reperitur; nunc vulgo *l'Italia* vocatur ab indigenis, uti ab Hiſpanis, *l'Italie* Gallis, *the Italy* Anglis, *das Welſchlandt* Germanis, *Walliſchland* Germanis ſuperioribus, *Valland* Danis, *Talia* Turcis, *Uloska* Polonis & Slavis, antiquiſſimis temporibus multo minor fuit, cum ejus primi termini fuerint verſus Septentrionem Æſis fluvius & Arnus, atque poſtea devictis Senonibus Rubico fluvius verſus Ariminum, reliquum enim inde ad Alpes, Gallia Ciſalpina, in Ciſpadanam & Tranſpadanam diviſa dicebatur, ſed poſtea Gallia Ciſpadana ſub Italia comprehenſa eſt, ſicque ad Alpes protenſa fuit, à porta Herculis Monœci nempe ad Arſiam fluvium. Ideo ſeparatur à Germania verſus Septentrionem Alpibus; uti à Gallia verſus Occidentem; terminatur vero ad Orientem mari Adriatico, & mari Ionio, ori ad Meridiem mari Siculo, mari Tyrrheno, & mari Liguſtico. Apennino monte in duas veluti partes dividitur, eſtque Regio admodum fertilis & culta; & verſus Septentrionem mire rigua, ejus major longitudo ab Auguſta Prætoria ad promontorium Herculeum continet 720. millia paſſuum, latitudo autem maxima à Populonio ad Pontem Fellæ eſt 280. mill. paſſ. Inde Italus nomen gentis Virgilio libro 11. Æneidos & aliis.

ITALIA, olim in plures regiones diviſa fuit, ſub quibus quam plurimi populi comprehenſi ſunt, de quibus infra ſuis locis dicetur, ſed ejus præcipuæ partes erant iſtæ.

ITALIÆ ANTIQUÆ REGIONES EX ORDINE OCCURRENTES.

Gallia Ciſpadana.
Gallia Tranſpadana.
Gallia Subalpina.
Liguria.
Hetruria.
Umbria.
Latium.
Sabini.
Campania.
Samnium.
Hirpini.
Lucania.
Brutii.
Salentini.
Apulia Peucetia.
Apulia Daunia.
Picenum.
Senones.
Æmilia.
Venetia.
Catoi.
Iſtria.

ITALIA, etiam olim diviſa fuit aliter, & primum in Italiam propriam ſive veterem, quæ meridionalis pars Italiæ; in Galliam Ciſalpinam, quæ ſeptentrionalis pars Italiæ; & in inſulas Siciliam, Sardiniam, & Corſicam, cum aliis.

ITALIA, diviſa fuit ab Auguſto Imperatore in regiones undecim, quæ fuere Liguria, Hetruria, Latium, Campania fœlix, Samnium, Picenum, Umbria, Gallia Togata, Gallia Tranſpadana, Venetia, & Iſtria, teſte Plinio, & Strabo Italiam partitur in octo regiones ſive partes, nempe Venetiam, Liguriam, Picenum, Lucaniam, Toſciam, Romam, Campaniam, & Apuliam: Ptolemæus autem non eam dividit in regiones, ſed in populos 45. eam diſtribuit, ut videre eſt apud ipſum, & de his pluribus Philippus Cluverius in ſuo opere de Italia antiqua.

ITALIA, diviſa etiam fuit ab Antonino Imperatore in itinerario in ſexdecim provincias, nempe in Campaniam, Tuſciam cum Umbria, Narſiam & Valeriam, Flaminiam, Picenum, Liguriam, Venetiam, Alpes Cottias & Apenninum, Samnium, Apuliam cum Calabria, Brutium cum Lucania, Rhætiam primam, Rhætiam ſecundam Siciliam, Sardiniam; Corſicam; & in Notitia Imperii diſtribuitur Italia in 17. provincias in quas jam diviſa fuerat ab Hadriano Imperatore.

ITALIA CISAPENNINA, ſic dicta fuit olim à quibuſdam authoribus antiquis pars Italiæ quæ inter montem Apenninum, & mare Inferum ſive Tyrrhenum & Liguſticum, extenditur ab occaſu æſtivo in ortum hybernum, habito reſpectu ad urbem Romam in qua degebant.

ITALIA CIS-TIBERINA, dicitur in actis mediæ ætatis ea pars Italiæ, à Tiberi fluvio in ortum & Meridiem extenſa, nempe Latium, Sabina, Umbria, Picenum, Campania, Samnium; Apulia, & aliæ provinciæ remotiores verſus mare Ionium, ſicque vocata fuit reſpectu urbis Romæ, quæ ſub ipſa cenſebatur.

ITALIA GALLICA, ſic dicta fuit olim Gallia.

Ciſalpina, cum ſub Italia comprehenſa fuit, ut conſtat ex quibuſdam authoribus antiquis, teſte etiam Magino.

ITALIA TRANSAPENNINA, ſic dicta fuit olim pars major Italiæ quæ inter mare Superum ſive Adriaticum, & montem Apenninum protenditur ab occaſu æſtivo in ortum hybernum, habito reſpectu ad urbem Romam, ut conſtat ex quibuſdam authoribus antiquis.

ITALIA TRANS-TIBERINA, vocatur in plurimis actis antiquis pars media Italiæ, quæ Cis-Tiberim fluvium extenditur ad occaſum, & Septentrionem, & ſub ipſa cenſebantur Hetruria, Liguria, Æmilia, Venetia & Longobardia, cum aliis adjacentibus provinciis.

ITALIA, *l'Italia*, hodie ferè iiſdem limitibus continetur atque antiqua, ſed variis ſubeſt nunc Principibus, & Rebuspublicis, de quibus inferius dicemus: dividi autem poteſt in tres partes, nempe in Italiam Septentrionalem, quæ alias Gallia Ciſalpina, in Italiam Meridionalem, quæ alias propriè Italia, & in inſulas Italiæ. In ſeptentrionali parte Italiæ ſunt dominium Reipublicæ Venetæ, *il dominio Veneto*, Pedemontium cum annexis, ſub Duce Sabaudiæ, *il Piemonte*, dominium Reipublicæ Genuenſis, ſeu Liguria, *il Genoueſato*, ſeu *la Riviera di Genoua*, Ducatus Mediolanenſis, *lo Stato di Milano*, & ditiones Principum Longobardiæ, nempe Ducatus Mutinenſis, *lo Stato del Duca di Modena*, Ducatus Parmenſis, *lo Stato del Duca di Parma*, Ducatus Mantuanus & Montis Ferrati, *lo Stato del Duca di Mantoua*, cum regiunculis Ducis Mirandulæ, & aliquot aliis minoribus. In parte meridionali Italiæ ſunt ditio Summi Pontificis, ſeu ditio Eccleſiæ, *lo Stato della Chieſa*, Regnum Neapolitanum, *il Regno di Napoli*, ditio Magni Ducis Hetruriæ ſeu Tuſcia; *lo Stato del gran Duca di Toſcana*, dominium Reipublicæ Lucenſis, *il Luccheſe*, Ducatus Maſſæ, *il Ducato di Maſſa*, Principatus Plumbini, *il Prencipato di Piombino*, & ditiuncula Reipublicæ S. Marini, *il territorio di San Marino*, Inſulæ vero Italiæ ſunt Sicilia, *la Sicilia*, Sardinia, *la Sardegna*, & Corſica, *la Corſica*, cum aliquot aliis minoribus, ejus urbes hac tempeſtate clariſſimæ ſunt Roma totius Italiæ primaria, Neapolis, Venetiæ, Mediolanum, Genua, Panormus, Meſſana, Bononia, & Florentia, ſed de urbibus. Vide infra.

ET notandum quod Tridentinus ager pars eſt Comitatus Tirolis, & ideo eſt in Germania, & ſub ipſa cenſetur. quanquam in plurimis tabulis Geographicis in Italia deſcribitur, uti & Ducatus Auguſtanus, qui pars eſt Sabaudiæ, & Comitatus Niceenſis, qui extra Italiam eſt, ſub dominio Ducis Sabaudiæ, ideoque malè à quibuſdam Varus fluvius dicitur terminus Galliæ & Italiæ, cum revera ſit in Gallia, & cis Comitatum Niceenſem; quicquid dicant aliqui recentiores qui alios ſecuti ſunt, & ex hac parte Alpes dividunt Galliam ab Italia.

ITALIÆ PRINCIPES.

PONTIFEX MAXIMUS, *il Papa*, ſub quo ditio Eccleſiæ, in qua ſunt hæ provinciæ, Campania Romana, Sabina, provincia Patrimonii S. Petri, Umbria, Marchia Anconitana, Ducatus Caſtrenſis, Ducatus Urbinas, Romandiola, Bononienſis ager, & Ducatus Ferrarienſis, atque ager Beneventanus in Regno Neapolitano.

REX HISPANIÆ, *il Rè di Spagna*, ſub quo ſunt in Italia Regnum Neapolitanum, Sicilia, Sardinia, Ducatus Mediolanenſis, Marchionatus Finarii in Liguria, & aliquot arces in ora Thuſciæ, ſive Status præſidii, ut vocant.

RESPUBLICA VENETA, *la Republica di Venetia*, ſub qua Iſtria, Foro-Julium, Marchia Tarviſina cum annexis, Ducatus Venetus, & territoria Patavinum, Rhodigbinum, Vicentinum, Veronenſe, Brixianum, Bergomenſe, & Cremenſe.

DUX SABAUDIÆ, *il Duca di Savoia*, ſub quo ſunt in Italia Principatus Pedemontanus cum annexis, Marchionatus Salutiarum, dominium Vercellenſe, Comitatus Aſtenſis, & minor pars Ducatus Montis-Ferrati.

MAGNUS DUX HETRURIÆ, *il Gran Duca di Toſcana*, è gente Medicea, ſub quo major pars Hetruriæ, nempe ditiones Florentina, Piſana, & Senenſis, cum Petiliano & Apus, & aliqua parte Romandiolæ & Vallis Magræ; atque inſulæ Gorgona, Igilium, Gianutum, Mons-Chriſti, & aliæ minores in mari Tyrrheno, uti Ferrarius portus in Ilua inſula.

RESPUBLICA GENUENSIS, *la Republica di Genoua*, ſub qua utraque ora Liguſtica, Corſica inſula, & Capraria inſula.

DUX MANTUANUS, *il Duca di Mantoua*, è gente Gonzaga, ſub quo Ducatus Mantuanus, & major pars Ducatus Montis-Ferrati, cum Ducatu Guaſtallæ à paucis annis.

DUX MUTINENSIS, *il Duca di Modena*, è gente Eſtenſi, ſub quo Ducatus Mutinenſis & Rhegienſis, Principatus Carpenſis & Corregienſis, cum Friniana, & majori parte Carferonianæ.

DUX PARMENSIS, *il Duca di Parma*, è genta Farneſia, ſub quo Ducatus Parmenſis & Placentinus, ditio Buſſetana, & Principatus Vallis Tari.

RESPUBLICA LUCENSIS, *la Republica di Luca*, ſub qua ditio Lucenſis in Hetruria, & in ora maris Tyrrheni.

DUX MASSÆ, *il Duca di Maßa*, è gente Cibo, ſub quo Ducatus Maſſæ, & Principatus Carrariæ in Hetruria. Sed ejus ditio eſt parvi circuitus, uti & ſequentes ditiones, quæ etiam minores ſunt.

DUX MIRANDULANUS, *il Duca della Mirandola*, è gente Pica, ſub quo Ducatus Mirandulæ, & Comitatus Concordiæ.

DUX SABULONETÆ, *il Duca di Sabioneta*, nunc è gente Guzmana, ſub quo Ducatus Sabulonetæ, ſub clientela Regis Hiſpaniæ.

PRINCEPS CASTILIONIS, *el Prencipe di Caſtiglione*, è gente Gonzaga, ſub quo Principatus Caſtilionis Stiveriarum.

PRINCEPS SULPHURINI, *el Prencipe di Solfarino*, è gente Gonzaga, ſub quo Principatus Sulphurini.

PRINCEPS MONOECI, *el Prencipe di Monaco*, è gente Grimalda, ſub quo Principatus Monœci in ora Liguriæ, ſub clientela Regis Galliæ.

PRINCEPS MASSERANI, *el Prencipe di Maſſerano*, è gente Ferreria Fliſca, ſub quo Principatus Maſſerani, & Marchionatus Crepacorii, ſub clientela Summi Pontificis.

PRINCEPS PLUMBINI, *el Prencipe di Piombino*, è gente Ludoviſia, ſub quo Principatus Plumbini, & Ilua inſula, ſub clientela tamen Hiſpaniæ Regis.

COMES NOVELLARIÆ, *il Conte di Novellara*, è gente Gonzaga, ſub quo Comitatus Novellariæ.

RESPUBLICA S. MARINI, *la Republica di San Marino*, ſub qua tantùm territorium S. Marini, inter Romandiolam & Ducatum Urbini.

MARCHIO FOSDINOVI, *il Marcheſe di Foſdinovo*, è gente Malaſpina, ſub quo Marchionatus Foſdinovi in Valle Magræ.

Marchio Montensis, *il Marcheſe del Monte*, è Montenſium familia, ſub quo Marchionatus Montis Sanctæ Mariæ, inter Ducatum Urbinatem & ditionem Florentinam inſertus.

In Italia, poſſidet etiam Imperator Aquileiam & Comitatum Goritiæ in Foro-Julienſi provincia, cum Tergeſte, Pedena, & Piſino in Iſtria. Regi Galliæ ſubeſt etiam Pinarolium, urbs permunita Pedemontii, cum territorio adjacente. Habent etiam Helvetii in Italia quatuor Præfecturas Italicas dictas, nempe Luganenſem, Locarnenſem, Mendriſianam, & Madianam, una cum Belitione, quæ antea partes erant Ducatus Mediolanenſis, & ipſis ſubſunt ab anno 1512.

Italiæ Provinciæ et Partes.

Alexandrinus ager, *l'Aleſſandrino.*
Aprutium Citerius, *l'Abruzzo citra.*
Aprutium Ulterius, *l'Abruzzo oltra:*
Apulia, *la Puglia.*
Aſtenſis Comitatus, *l'Aſtegiano.*
Barianus ager, *la Terra di Bari.*
Baſilicata, *la Baſilicata.*
Bellunenſe territorium, *il Belluneſe.*
Bergomenſe territorium, *il Bergamaſco.*
Bononienſis ager, *il Bologneſe.*
Brixianus ager, *il Brixiano.*
Bugellenſis ager, *il Bielleſe.*
Buſſeti ditio, *lo Stato di Buſſeto.*
Cadubrium, *il Cadorino.*
Calabria citerior, *la Calabria citra.*
Calabria ulterior, *la Calabria oltra.*
Campania Romana, *la Campagna di Roma.*
Canapicium, *il Canaveſo.*
Capitanata, ſeu Capitaniatus, *la Capitanata.*
Caput Calaritanum, *il Capo Cagliari.*
Caput Loci aurei, *il Capo Logudori.*
Carferoniana, *la Grafignana.*
Carnea, *la Carnia.*
Caſtrenſis Ducatus, *il Ducato di Caſtro.*
Comenſis tractus, *il Comaſco.*
Corſica inſula, *la Corſica.*
Cremenſis ager, *il Cremaſco.*
Cremonenſis ager, *il Cremoneſe.*
Dertonenſis ager, *il Torroneſe.*
Eccleſiæ ditio, *lo Stato della Chieſa.*
Feltrenſe territorium, *il Feltrino.*
Ferrarienſis Ducatus, *il Ferrareſe*, ò *il Ducato di Ferrara.*
Florentina ditio, *il Fiorentino.*
Foro-Julium, *il Friuli.*
Friniana, *la Frigniana.*
Genuenſis ora Occidentalis, *la Riviera di Genoua da Ponente.*
Genuenſis ora Orientalis, *la Riviera di Genoua da Levante.*
Hetruria, *la Toſcana.*
Hydruntina provincia, *la Terra di Otranto.*
Ilua inſula, *l'Iſola d'Elba.*
Iſchia inſula, *l'Iſola d'Iſchia.*
Iſtria, *l'Iſtria.*
Langæ, *le Langhe.*
Laudenſis ager, *il Lodegiano.*
Laumellina, *la Laumellina.*
Liparææ inſulæ, *l'Iſola di Lipari.*
Lucenſis ager, *il Lucheſo.*
Lunenſis ager, *la Lunegiana.*
Mantuanus Ducatus, *il Mantouano.*
Marchia Anconitana, *la Marca d'Ancona.*
Marchia Tarviſina, *la Marca Trevigiana*, ſeu *il Trevigiano.*
Maritimus ager Campaniæ Romanæ, *la Marina.*
Maritimus ager Senenſis, *la Maremma.*
Mediolanenſis Ducatus, *il Milaneſe.*
Mirandulana ditiuncula, *il Mirandolano.*
Moliſinus Comitatus, *il Contado di Moliſe.*
Montisferrati Ducatus, *il Monferrato.*
Mutinenſis Ducatus, *il Modeneſe.*
Neapolitanum Regnum, *il Regno di Napoli.*
Novarienſis ager, *il Novareſo.*
Papienſis ager, *il Paueſe.*
Parmenſis Ducatus, *il Parmegiano.*
Patavinus ager, *il Padouano.*
Patrimonium S. Petri, *la provincia del Patrimonio.*
Pedemontium, *il Piemonte.*
Peruſinus ager, *il Perugino.*
Piſanus ager, *il Piſano.*
Placentinus ager, *il Piacentino.*
Principatus citerior, *il Prencipato Citra.*
Principatus Ulterior, *il Prencipato Oltra.*
Rhegienſis Ducatus, *il Reggiano.*
Rhodighina Peninſula, *il Poleſine di Rovigo.*
Romandiola, *la Romagna.*
Romandiola Florentina, *la Romagna Fiorentina.*
Sabina, *la Sabina.*
Salutiarum Marchionatus, *il Marcheſato di Saluzzo.*
Sardinia inſula, *la Sardegna.*
Senenſis ager, *il Seneſe.*
Sicilia inſula, *la Sicilia.*
Terra Laboris, *la Terra di Lavoro.*
Vallis Demonæ, *il Valle di Demona.*
Vallis Netina, *il Valle di Noto.*
Vallis Mazaræ, *il Valle di Mazara.*
Vallis Tari, *il Prencipato di Val di Taro.*
Veneta ditio, *il dominio Veneto.*
Venetus Ducatus, *il Dogado.*
Vercellenſis ager, *il Vercelleſe.*
Veronenſis ager, *il Veroneſe.*
Vicentinus ager, *il Vicentino.*
Umbria, *l'Ombria.*
Urbinas Ducatus, *il Ducato d'Urbino.*
Urbevetanus ager, *l'Orvietano.*

Italiæ Urbes Præcipuæ.

Æſis, *Jeſi*, in ditione Eccleſiæ.
Agrigentum, *Gergenti*, in Sicilia.
Aiacium, *Aiazzo*, in Corſica.
Albingaunum, *Albenga*, in ditione Genuenſi.
Aletium, *Lecce*, in Regno Neapolitano.
Alexandria, *Aleſſandria*, in Ducatu Mediolanenſi.
Ancona, *Ancona*, in ditione Eccleſiæ.
Anxanum, *Lanciano*, in Regno Neapolitano.
Aquila, *l'Aquila*, ibidem.
Arborea, *Oriſtagni*, in Sardinia.
Ariminium, *Rimini*, in ditione Eccleſiæ.
Aſculum Picenum, *Aſcoli*, ibidem.
Aſta, *Aſte*, in Pedemontio.
Auximum, *Oſimo*, in ditione Eccleſiæ.
Barium, *Bari*, in Regno Neapolitano.
Barulum, *Barleta*, ibidem.
Baſtia, *Baſtia*, in Corſica.
Beneventum, *Benevento*, in Regno Neapolitano & ſub dominio Summi Pontificis.
Bergomum, *Bergamo*, in ditione Veneta.
Beſidianum, *Biſignano*, in Regno Neapolitano.
Bononia, *Bologna*, in ditione Eccleſiæ.
Brixia, *Breſcia*, in ditione Veneta.
Brunduſium, *Brindiſi*, in Regno Neapolitano.
Caieta, *Gaeta*, ibidem.
Calaris, *Cagliari*, Sardiniæ caput.

Camerinum, *Camerino*, in ditione Eccleſiæ.
Catanzara, *Catanzaro*, in Regno Neapolitano.
Capua, *Capua*, ibidem.
Caſale, *Caſale*, in Ducatu Montis Ferrati.
Catana, *Catania*, in Sicilia.
Ceſena, *Ceſena*, in ditione Eccleſiæ.
Comum, *Como*, in Ducatu Mediolanenſi.
Coſentia, *Coſenza*, in Regno Neapolitano.
Crema, *Crema*, in ditione Veneta.
Cremona, *Cremona*, in Ducatu Mediolanenſi.
Dertona, *Tortona*, ibidem.
Drepanum, *Trapani*, in Sicilia.
Eporedia, *Ivrea*, in Pedemontio.
Eugubium, *Gubio*, in ditione Eccleſiæ.
Fanum, *Fano*, ibidem.
Faventia, *Faenza*, in ditione Eccleſiæ.
Ferraria, *Ferrara*, ibidem.
Firmum, *Fermo*, ibidem.
Florentia, *Firenze*, in Hetruria.
Forum Livii, *Forli*, in ditione Eccleſiæ.
Fulginium, *Foligni*, ibidem.
Gallipolis, *Gallipoli*, in Regno Neapolitano.
Genua, *Genova*, in ditione Genuenſi.
Gravina, *Gravina*, in Regno Neapolitano.
Hydruntum, *Otranto*, in Regno Neapolitano.
Imola, *Imola*, in ditione Eccleſiæ.
Interamna, *Terni*, ibidem.
Juſtinopolis, *Capo d'Iſtria*, in ditione Veneta.
Lauretum, *Loreto*, in ditione Eccleſiæ.
Laus Pompeia, *Lodi*, in Ducatu Mediolanenſi.
Liburnus, *Livorno*, in Hetruria.
Luca, *Luca*, ibidem, ſed ſui juris.
Macerata, *Macerata*. in ditione Eccleſiæ.
Manfredonia, *Manfredonia*, in Regno Neapolitano.
Mantua, *Mantoua*, in Ducatu Mantuano.
Mateola, *Matera*, in Regno Neapolitano.
Mazara, *Mazara*, in Sicilia.
Mediolanum, *Milano*, Ducatus Mediolanenſis primaria.
Meſſana, *Meſſina*, in Sicilia.
Mons Regalis, *Monreale*, ibidem.
Mons Regalis, *Mondovi*, in Pedemontio.
Mutina, *Modena*, in ditione Mutinenſi.
Neapolis, *Napoli*, Regni Neapolitani caput.
Nola, *Nola*, in Regno Neapolitano.
Novaria, *Novara*, in Ducatu Mediolanenſi.
Patavium, *Padoua*, in ditione Veneta.
Panormus, *Palermo*, Siciliæ primaria.
Parma, *Parma*, in ditione Parmenſi.
Peruſia, *Perugia*, in ditione Eccleſiæ.
Pinarolium, *Pinerol*, in Pedemontio, ſed juris Francici.
Pinna, *Civita di Penna*, in Regno Neapolitano.
Piſæ, *Piſa*, in Hetruria.
Piſaurum, *Peſaro*, in ditione Eccleſiæ.
Piſtoria, *Piſtoia*, in Hetruria.
Placentia, *Piacenza*, in ditione Parmenſi.
Præneſte, *Paleſtrina*, in ditione Eccleſiæ.
Ravenna, *Ravenna*, in ditione Eccleſiæ.
Reate, *Rieti*, ibidem.
Regium, *Regio*, in Regno Neapolitano.
Rhegium Lepidi, *Reggio*, in ditione Mutinenſi.
Roma, *Roma*, in ditione Eccleſiæ, & totius Italiæ præcipua.
Roſſanum, *Roſſano*, in Regno Neapolitano.
Salernum, *Salerno*, ibidem.
Salutiæ, *Saluzzo*, in Pedemontio.
Saſſaris, *Saſſari*, in Sardinia.
Savona, *Savona*, in ditione Genuenſi.
Senæ, *Siena*, in Hetruria.
Senogallia, *Senigaglia*, in ditione Eccleſiæ.
Serezana, *Sarzana*, in ditione Genuenſi.
Spoletum, *Spoleto*, in ditione Eccleſiæ.
Surrentum, *Sorrento*, in Regno Neapolitano.
Syracuſæ, *Syragoſſa*, in Sicilia.
Tarentum, *Taranto*, in Regno Neapolitano.
Tarviſium, *Trevigi*, in ditione Veneta.
Taurinum, *Torino*, in Pedemontio.
Tergeſte, *Trieſte*, in Iſtria, ſed juris Auſtriaci.
Tarracina, *Terracina*, in ditione Eccleſiæ.
Theate, *Chieti*, in Regno Neapolitano.
Ticinum, *Pavia*, in Ducatu Mediolanenſi.
Tifernum Tiberinum, *Citta di Caſtello*, in ditione Eccleſiæ.
Tranum, *Trani*, in Regno Neapolitano.
Tropea, *Tropea*, in Regno Neapolitano.
Tybur, *Tivoli*, in ditione Eccleſiæ.
Velitræ, *Veletri*, in ditione Eccleſiæ.
Venetiæ, *Venetia*, Reipublicæ Venetæ caput.
Vercellæ, *Vercelli*, in Pedemontio.
Verona, *Verona*, in ditione Veneta.
Vicentia, *Vicenza*, ibidem.
Viterbum, *Viterbo*, in ditione Eccleſiæ.
Urbinum, *Urbino*, in ditione Eccleſię.
Urbs vetus, *Orvieto*, in ditione Eccleſiæ.

ITALIA, urbs Hiſpaniæ in Bætica Plinio, & Ptolemæo, quam Appianus Alexandrinus ſcribit conditam fuiſſe a Scipione Africano, peracto bello Hiſpanico, ubi emeritos milites reliquit, antea dicta fuerat Ilipa. Ambroſius Moralis & Zurita oſtendunt eſſe *Sevilla la veja*, multa enim hic ſunt indicia antiquæ urbis, vix 4. lapide ab Hiſpali abeſt, eſtque viculus Vandalitiæ ad Bætim fluvium, qui incultus jacuit uſque ad annum 1595. quo derelicto vico *Santiponce* dicto in viciniis, huc migrarunt coloni, adde quod hodie circumjacentes campi, *los Campos de Talca* ab indigenis vocantur, fuit olim colonia & urbs Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Hiſpalenſi, Bœti fluvio appoſita eſt, fuitque natale ſolum trium Imperatorum Trajani, Hadriani, & Theodoſii Senioris, hinc etiam Silius Italicus Poëta.

ITALORUM LACUS, ſeu Italicus, *Walgenſée*, lacus parvus Germaniæ in Ducatu Bavariæ, 7. milliaribus Germanicis à Monachio diſtans in Meridiem Oenipontem verſus, & prope Iſarum fluvium.

ITANI, Hiſpaniæ citerioris populi Plinio, circa Pyrenæorum montium radices, eorum etiam meminit Goltzius ex nummo ſed qui ſint non conſtat, quanquam credantur à quibuſdam ubi *Aytona*, caſtrum Cataloniæ ad Secorim fluvium, inter Ilerdam & Octogeſam, forſan ex nominis alluſione, cum inde longè diſſiti fuerint.

ITANUS, Cretæ inſulæ urbs Herodoto, & Ptolemæo, quæ hodie *Paleocaſtro* dicitur, caſtrum in ora littorali ad ortum, verſus Samonium promontorium, ut Sophiano placet, Itanum promontorium eſt Plinio, & Stephano.

ITAPOA, *Itapoa*, oppidulum Americæ Meridionalis in Paraguaia regione, & in Parana provincia, ad fluvium Paranam, recens ab Hiſpanis excitatum.

ITAPUAMA, *Itapuama*, tractus Americæ Meridionalis in Braſilia regione, & in Præfectura Seregippæ.

ITARGUS, fluvius Germaniæ Ovidio, qui forſan Viſurgis Ptolemæo, & aliis, de eo Ovidius ad Liviam.

ITEA, Acamantidis tribus in Phrygia majori Stephano, & Suidæ, hodie *Soguta* vocari ex Laonico Calcocondylo videtur. Is enim Sogutam vicum juxta Myſiam, quæ Phrygiæ contermina eſt, ponit, 250. ſtadiis ab ora Ponti Euxini remotum in Meridiem

diem, & rerum omnium affluentia pollentem deſcribit, hincque Ottomanorum familiam quæ Turcarum Imperium obtinet originem habete, & vicum Itex poſſe dici addit.

Ithaca, inſula maris Ionii Straboni, & Plinio, quæ & Nericia dicta à Dionyſio Afro, fuitque Ulyſſis patria, eſt inter Cephaleniam inſulam ad occaſum, & Echinadas ad ortum, nuncque *Valle di Compare* dicitur Italis, teſte Sophiano, *Thiachi* Græcis, & *Phiachi* Turcis, teſte Leunclavio, circuitus eſt 26. milliarium, urbeculam habuit cognominem, Alalcomene à Plutarcho dictam, hodie ſunt tantum in ea aliquot vici, ſubeſtque dominio Turcarum, 4. milliaribus diſtans à Cephalenia inſula in ortum verſus Araxum promontorium 30. circiter, ſed alii exiſtimant Ithacam inſulam eſſe *Iathaco* inſululam parvam in viciniis, circuitus octo milliarium, & deſertam, quæ forſan eadem cum ſuperiori, ejus meminere Virgilius libro 3. Æneidos, & Ovidius libro 1. Triſtium.

Ithacesiæ, inſulæ tres parvæ Brutiorum in Italia Plinio, contra Vibonem, ad ſinum Hipponiatem; quarum una *Braces*, altera *Praca*, reliqua *Torricella*, teſte Barrio, nominatur in Calabria provincia.

Ithome, arx Meſſeniæ urbis in Peloponneſo, in monte illi imminente Straboni, & Pauſaniæ, non ſecus ac Acrocorinthos Corintho: quas arces Demetrius Phalereus Philippo Macedoni capiendas ſuadebat, ſic enim Peloponneſum teneret. Ea nunc *Grebegin*, Nigro teſte, dicitur, & de ea Statius libro 4. Thebaidos.

Itius, portus Galliæ Belgicæ in Morinis. Vide Iccius portus.

Itrum, *Itri*, oppidulum Regni Neapolitani, intra montes ſitum, in provincia Terræ Laboris, medium inter Fundos ad occaſum & Formias ad ortum, aliquot tantum milliaribus ab ora maris Tyrrheni. Quibuſdam eſt Mamurrhæ antiquorum.

Ittona, *l'Iton*, fluviolus Galliæ in Normannia ſuperiori. Ebroicum urbem rigat, & paulo poſt in Eburam fluvium ſe exonerat.

Ituci, colonia & urbs Hiſpaniæ Bæticæ, quæ & Virtus Julia, teſte Plinio, interiit.

Ituna, fluvius Britanniæ Magnæ Ptolemæo; nunc *Eden*, fluvius Angliæ. Oritur in Weſtmaria provincia; deinde per Cumbriam provinciam fluens, ibi Carleolum rigat, & paulo infra ſe exonerat in mare Hibernicum & Itunæ æſtuarium, quod nunc *Solwey Frith* dicitur, id eſt, Solveum æſtuarium, inter Angliam & Scotiam, teſte Camdeno cum aliis.

Ituræa, quæ & Peræa, Regio parva Palæſtinæ Straboni, ſeu Judææ, trans Jordanem fluvium, & inter Samariam ad occaſum, & Arabiam ad ortum, Ituræi ipſi erant gentes cum Tribubus Gad & Ruben immixtæ, teſte Adrichomio cum aliis, hinc Ituræi populi.

Iturissa, oppidum Vaſconum in Hiſpania citeriori Melæ, & Ptolemæo, hodie creditur à Schoto *Sangueſa*, urbs Navarræ ſuperioris ad Aragonium fluvium: ſed Petro de Marca teſte, eſt *Suburi* vicus Navarræ ſuperioris ad Argam fluvium, ad radices montium Pyrenæorum, & in Sangueſana Præfectura, inter Pompeiopolim ad occaſum, & Burgum Roncevallis ad ortum, vix 2. leucis à confinio Galliæ diſtans.

Itys, fluvius Britanniæ majoris Ptolemæo, in ejus parte Boreali, qui & Itis, inter Tarvedrum promontorium & Epidium inſulam, nunc teſte Camdeno, eſt *Aſſin*, fluvius parvus Scotiæ Septentrionalis in ejus ora occidentali, & in Roſſia provincia.

Itzehoa, *Itzeho*, urbs parva Germaniæ, in Holſatia propria, ad Storam amnem, & in ipſo limite Stormariæ. Vix 2. milliaribus Germanicis diſtat ab Albi fluvio, & a Glueſtadio urbe in ortum æſtivum.

Juamom Regnum, *le Royaume d'Juami*, pars Japoniæ in Jamaiſtera regione, & in ora occidentali, cum oppido cognomine, inter Nangatum Regnum & Idzumum, teſte Cardino.

Juanogroda, ſeu Ruſſica Narva, *Juanogorod*, arx Ingriæ permunita, ſub dominio Suecorum. Vide Narva.

Jubaria, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, teſte Hauberto Hiſpalenſi, nunc exciſa jacens, & ejus rudera viſuntur in Ruconia provincia Caſtellæ veteris, prope montem de *Janguas*, duabus leucis à Lucronio.

Juberus Mons, *le mont de la Fourche*, mons Helvetiæ, & unus ex Alpibus, prope Adulam montem, teſte Cattello.

Jucatania, *el Yucatan*, Regio Americæ Septentrionalis, in modum Peninſulæ in mare Boreale excurrens, inter ſinum Honduræ ad ortum, & ſinum Mexicanum ad occaſum; eſtque pars Novæ Hiſpaniæ latè ſumptæ. Habet ad Meridiem provincias Chiapam & Veram pacē. Ejus vero circuitus eſt 230. leucarum Hiſpanicarum circiter, & dividitur à montibus in duas partes, nempe in Septentrionalem & in Meridionalem, in ea ſunt quatuor urbes, ſcilicet Emerita, regionis caput, Valliſoletum, Campecia, & Salamantica; ſubeſtque dominio Hiſpanorum, hinc Epiſcopus Emeritæ dicitur ab indigenis, & aliis Epiſcopus Jucatanenſis, & ſubeſt hæc Regio dominio Hiſpanorum ab anno 1517.

Juda, ſive Tribus Juda, una fuit ex duodecim Tribubus Iſraël, cæteris longè major, & in qua poſtea maxima pars Judææ regionis propriæ ad Meridiem extenſa, ejus termini erant ad Septentrionem Tribus Benjamin, ad ortum mare Mortuum, ad occaſum Tribus Dan & Simeon, & ad Meridiem Idumæa Regio, extendebaturque etiam ad mare Syriacum verſus Satrapias Philiſtinorum; plurimis alias referta fuit civitatibus & oppidis, ut narrant antiqui, & diviſa fuit in undecim partes, teſte Adrichomio, nunc autem in eo tractus eſt major pars Præfecturæ Hieroſolymitanæ in Terra Sancta, ſub dominio Turcarum.

Judæa, Regio Syriæ meridionalior Ptolemæo, Straboni, & aliis, parva ſed nobiliſſima, quæ antiquiſſimis temporibus dicta fuit Terra Chanaan, poſtea Terra Promiſſionis, & Palæſtina. Tempore Romanorum dicta fuit Judæa, nunc autem a Chriſtianis vocitur Terra Sancta, *la Terre Sainte* Gallis, *la Terra Santa* Italis, quanquam Judæa ſtrictius ſumpta complectatur tantum Tribus Judam, & Benjamin, in ejus parte meridionali. Tota autem Regio ſubeſt dominio Turcarum; ſed deficiunt incolæ in dies, propter frequentes incurſiones Arabum, terminabatur ab Aquilone Syria propia, ab Oriente Arabia deſerta, à Meridie Arabia Petræa, & ab Occidente mari Syriaco, ejus præcipua urbs Hieroſolyma, toto orbe clariſſima, aliæ autem urbes fuere Cæſarea, Gaza, Joppe, Ptolemais, Samaria, & Tyberias. Alias diviſa fuit Judæa in duodecim Tribus, quorum nomina & ſitum videbis in voce Tribus quæ omnes etiam in unicum, tandemque in duo Regna deſcriptæ ſunt, ſub nominibus Iſrael & Juda. Judæa autem omnis Chriſti ætate diviſa fuit in partes ſex, in Galilæam, Samariam, & Judæam proprie dictam, quæ Cis-Jordanem fluvium, & ad mare Mediterraneum: & in Trachonitidem, Ituream ſive Peræam, & Idumæam, quæ Trans-Jordanem & in mediterraneis poſitæ ſunt, de ea vide in voce Terr Sancta, ubi de ejus hodierno ſtatu, & recenti diviſione, hinc

dicti Judæi populi, Judææ meminit Juvencus libro 4. cum aliis.

JUDÆA STRICTE SUMPTA, complectitur partem Judææ Meridionalem, ubi olim Tribus Juda & Benjamin, & inter Samariam ad Septentrionem, Idumæam ad Meridiem, Jordanem, & mare Mortuum ad ortum, & mare Syriacum ad occaſum, ubi Hieroſolyma urbs primaria, & antiqua Regum ſedes: nunc autem in eo tractu eſt Præfectura ſive Sangiacatus Hieroſolymitanus, ſub dominio Turcarum in Terra Sancta.

JUDÆÆ MONTANA, loca ſparſim Tribus Juda, ubi aliquot urbes ſupra montes extructæ, vel fines ejus ad occaſum, teſte Auguſtino Lubino viro clar.

JUDÆI, qui & Hebræi, *les Juifs* Gallis, *los Judeos* Hiſpanis, *li Giudei* Italis, *Jewes* Anglis, *Zyd* Polonis, *Joden* Germanis & *Gufut* Turcis, teſte Gillio, gens quæ quondam Judæam habitavit, nunc autem per totum orbem terrarum diſperſa vagatur, nuſqoam proprium locum poſſidens, ubique & apud omne genus hominum odioſa & tributaria, ſed a Gallis ejecta, hinc Judaicus etiam nomen gentis.

JUDAICUM MARE, quod Judæam alluit, pars eſt maris Mediterranei, ad ortum maxime extenſa, ſub mari Syrio ſeu Syriaco comprehenſa. Vide mare Syrium.

JUDENBURGUM, *Judenburg*, urbs Germaniæ, in Stiria ſuperiori, ad Muram fluvium, olim forſan dicta Sabarinca Norici urbs, ut quidam exiſtimant, 9. milliaribus Germanicis diſtat a Græcio in occaſum & vix 2. à confinio Carinthiæ, ſub dominio Auſtriacorum.

JUDIA, *Judia*, & *Udia*, ſeu & melius *Odiaa*, urbs Indiæ, Regni Siami caput, ampla & cultiſſima, 30. leucis circiter diſtat ab ora Oceani Indici in Septentrionem, ad fluvium Menanum, eſtque ſedes Regis Siami, & emporium celebre. Vide Odiaa.

JUDONIA, *Geldenacken* incolis, *Judoigne* Gallis, oppidum Belgii in Brabantiæ Ducatu, cum caſtro antiquo in Tetrarchia Lovanienſi, & ad Getam fluviolum, ſub Hiſpanis.

JUANCHEUM, *Juencheu*, urbs Imperii Sinarum in Quiamſia provincia, cujus undecimum locum obtinet, teſte Martinio, & ab ea pendent 3. aliæ urbes minores ooræ, ſedet juxta lacum Mingyum, verſus limites Huquaniæ provinciæ.

JUENNA, *Jaunſtain*, oppidulum Germaniæ, in Carinthia inferiori, verſus montes, 2. tantum milliaribus Germanicis a Volcmarka in Meridiem, & in limite Carniolæ.

IVERNIA, inſula Europæ Ptolemæo, nunc *l'Irlande* dicta. Vide Hibernia, uti à Cæſare & aliis nominatur.

IVERNIS, urbs Hiberniæ Ptolemæo, in ejus parte meridionali, ubi alias Iverni populi, nunc interpretatur Camdenus *Dunkeran* urbeculam Hiberniæ inſulæ, quæ *Donek yne* dicitur ab incolis in Kerrienſi Comitatu, & in Momonia provincia, portu gaudens capaci ad æſtuarium Jerni fluvii, vulgo *Kilmare* dicti, eratque alias ſatis ampla, nunc autem multum deficit in dies, 25. milliaribus circiter ab Oceano diſtans in Septentrionem Gallivam verſus 7.., a Caſſilia vero 60. uti 45. a Careagia in occaſum.

JUFICUM, oppidum Umbriæ in Italia Ptolemæo, dicitur ab aliis Tuficum, ejuſque rudera viſuntur inter Fabrianum & Matelicam. Vide Tuficum.

JUGANTES, populi Britanniæ majoris, quorum meminit Tacitus, & de his ſubdubitat Camdenus, an Cantii ii hic in parte meridionali Angliæ, quos Britanni *Y. Gaint* vocare ſolebant, an corrupte pro Brigantes populi Britanniæ.

JUGO, *Jugon*, oppidulum Galliæ, in Britannia minori, juxta amnem (*Arguenon*,) 7. leucis diſtans à Fano S. Brioci in ortum Redones verſus, & 3. tantum ab ora maris Britannico.

JUGRA, ſive Juhra, *Juborski*, provincia ſeptentrionalis Moſcoviæ, prope mare Boreale, & inter Petzoram provinciam & Condoram. Sunt tantum in ea aliquot portus in ora littorali, quanquam à quibuſdam ponatur in eo tractu Juhora oppidum.

JUGUM CARSTANORUM, oppidum Hiſpaniæ Citerioris, nunc ex veteri inſcriptione, eſt *Puygcerda* incolis, *Puycerda* Gallis, oppidum Hiſpaniæ, Comitatus Ceretaniæ caput, ad Secoram fluvium, in ipſo limite Galliæ, & intra montes Pyrenæos, una leuca diſtans a Julia Libyca in ortum, uti 14. à Perpiniano Urgelam verſus 6. circiter, captum fuit à Gallis anno 1678. & redditum Hiſpanis anno ſequenti pace ad Noviomagum ſancita, cum antea ejus munitiones dirutæ eſſent.

JUGUM SILLARUM, *Otero de Sillas*, dicta fuit urbs Hiſpaniæ in Regno Legionis, ad Durium fluvium, 15. mill. paſſ. infra Pintiam in occaſum, quæ nunc à recentioribus Turris Sillana dicitur, *Tordeſillas* vulgo, teſte Vadingo. Vide Turris Sillana.

JUHONES, populi Germaniæ, & Chattorum pars, quorum meminit Tacitus, fuere ubi poſtea Bructeri, & nunc pars Veſtervaldiæ & Veteraviæ provinciarum, & ditionis Electoris Trevirenſis, teſte Cluverio.

JUINIACUM, *Joigny*, oppidum Galliæ, alias Burgundiæ, nunc in Campania provincia, in colle, ad Icaunam fluvium, cum caſtro Comitis & ponte, 6. leucis diſtans ab Antiſſiodoro in Septentrionem, dicitur etiam Joviniacum.

JULA, Arabiæ felicis urbs, teſte Ptolemæo.

JULEPENSA MUNICIPIUM, oppidum Hiſpaniæ in Extremadura, ut dignoſcitur ex antiqua inſcriptione ibi reperta. Vide Zalamea.

JULIA, quæ & Fidentia, urbs Galliæ Ciſpadanæ Plinio, & Antonino, & Fidentiola dicta fuit, nunc *Borgo di San Donino*, urbs eſt Italiæ, ſub dominio Ducis Parmæ, in regiuncula ſtatu Buxeti dicta, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Bononienſi, effecta à Clemente VIII. Pontifice Maximo, oblonga eſt inter Placentiam ad occaſum 20. & Parmam ad ortum 15. mill. paſſ. & 15. etiam à Cremona diſtans in Meridiem, ut plures vidi, & ibi Sanctus Domninus Martyr occubuit anno 303. teſte Baronio.

JULIA, *Geyl*, fluvius Germaniæ, teſte Mercatore, per Carinthiam ſuperiorem fluens, & in Dravum ſe exonerans paulo infra Villacum.

JULIA, *Giula*, & *Gula*, urbs parva Regni Hungariæ, in limito Tranſſylvaniæ, ad fluvium Chryſium Album, vulgo *Fekierkerez*, & prope Sarcadium lacum, capta fuit à Turcis anno 1566. & poſtea ab ipſis oppignerata Principi Tranſſylvaniæ, 20 milliaribus diſtans à Varadino in Meridiem, & totidem à Segedino in ortum hybernum, & forſan olim Ziridava dicta fuit, ut exiſtimant recentiores.

JULIA APULUM, urbs Daciæ Ptolemæo, nunc *Weiſſenburg*, Tranſſylvaniæ primaria. Vide Alba Julia.

JULIA AUGUSTA TAURINORUM, urbs Galliæ Subalpinæ, in antiquo numiſmate, ex Guichenone. Vide Auguſta Taurinorum.

JULIA-CÆSAREA, urbs Mauritaniæ Cæſarienſis primaria Plinio, & Melæ, prius Jol, à Juba Rege condita, poſtea in Cæſaris honorem Julia Cæſarea dicta, hue uſque Algerium interpretantur recentiores, ſed ut Nicolaus Sanſon pluribus probat in deſcriptione Africæ, Julia Cæſarea eſt Teneza, *Tenez*, urbs Regni Algerii in ora maris Mediterranei, & in provincia Teneza dicta, ſedet ad radices montis, & portu gaudet commodo, uti & caſtro, 125.

milliaribus diſtans ab Algerio io occaſum Quizam verſus 90.

Jolia Campestris, quæ & Auguſti Colonia Babba Plinio, Mauritaniæ Tingitanæ urbs mediterranea, Babæ forte Ptolemæi, & Stephani, nunc *Beni Teudi*, teſte Marmolio, ſive *Banitueda*; oppidulum Regni Fezzani in provincia Haſbata, ad Guargam fluvium, à Sala 70. mill. paſſ. in ortum diſtans.

Julia Claustra, locus intra Alpes Julias, Latino Pacario, quo ex Carnis in Noricum tranſitur, nunc à multis creditur *la Chiuſa*, vicus Fori-Julii ad Fellam fluvium, in ipſo limite Germaniæ, & Carinthiæ ſuperioris, in ditione Veneta, à Glemona oppidulo Fori-Julii 10. milliaribus Italicis diſtans in Septentrionem, uti 20. ab Utino Villacum verſus 30.

Julia Contributa, oppidum fuit Hiſpaniæ io Bætica, inter Emeritam & Bærim fluvium, teſte Antonino, nunc *la Fuente de Cantos*, ut opinatur Rodericus Carus in antiquitatibus Hiſpalenſibus, ſive potius rudera inter vicos *la Fuente de Cantos* & *Calçadilla* dictos, in Extremadura provincia, & in limite Vandalitiæ, ſuter Hiſpalim ad Meridiem & Auguſtam Emeritam ad Septentrionem.

Julia Fama, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, ad Anam fluvium Plinio, in Luſitaniæ confinio, quod & Seria dicitur, nunc *Feria*, caſtrum Hiſpaniæ in Extremaduta, 9. leucis à Pace Auguſta, & prope fluvium *Guadaxira*, teſte eodem Roderico Caro. Vide Seria.

Julia Foalix, urbs Syriæ Plinio. Vide Berytus.

Jolia Libsralitas, urbs Luſitaniæ Plinio. Vide Ebora.

Julia Lybica, urbs Cerretanorum in Hiſpania Citeriori Ptolemæo, nunc *Lliuia*, oppidulum Comitatus Ceretaniæ, cujus caput olim fuit, in Principatu Cataloniæ, ad Secoiim fluvium, in montibus Pyrenæis, Livia dictom in libro Juliani Toletani de expeditione Vambæ Regis Gothorum, mœnium Livianorum meminit Sidonyus Apollinaris, qui ſe illic exilium toleraſſe ſcribit, fuit olim urbs inſignis & probe munita, ſed poſtea ejus munitiones ſolo æquatæ ſunt, quamvis nonnihil ex vetuſtis muris ſuperſit, una leuca diſtat à Jugo Cerretanorum ſeu *Puygcerda* in ortum, Perpinianum verſus 15. eſtque in ipſo limite Galliæ, & quaſi in ipſa inſertum, una leuca cum dimidia ab arce Monte Ludovici dicta.

Julia Myrtilis, ſeu & Myrtilis tantum, oppidum Hiſpaniæ Luſitanicæ Ptolemæo, & Plinio, nunc *Mertola*, oppidulum Portugalliæ Regni, trans Anam fluvium, ſatis munitum in tractu montuoſo, verſus confinia Algarbiæ, & ad Aoam, 24. leucis Luſitanicis diſtans à Pace Auguſta in Meridiem, uti 5. à Serpa & 9. à Mauta, 12. autem à Sylvi in ortum æſtivum, & Comitatus titulo inſignitum fuit à paucis annis.

Julia Nasica, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, prope Gallæcum fluvium, quæ ſæpius Calagurris Julia Naſica dicitur. Vide ibi.

Julia Nova, *Giulia nova*, oppidum Regni Neapolitani, in Aprutio Ulteriori, & in ora maris Adriatici. 20. circiter milliaribus diſtat ab Aſculo Piceno in ortum, & 18. à Penna in Septentrionem.

Jolia Psetas, urbs Iſtriæ Plinio. Vide Polo.

Julia Restituta, urbs Hiſpaniæ Bæticæ Plinio, quæ & Segeda dicta fuit, nunc *Zafra*, oppidum Extremaduræ, teſte Roderico Caro. Vide Segeda.

Julia Traoucta, ſive Transducta, Hiſpaniæ Bæticæ urbs Pomponio Melæ, prope fretum Herculeum, ubi colonia ex Tiogi traducta, unde nomen ei inditum, forſan eadem quæ Mellaria orbs, nunc exciſa, ubi locus *Veger de la Miel*, teſtibus Roderico Caro & Salmaſio. Vide Mellaria.

Juliaçensis Ducatos, *das Hertzogthumb von Gulick*, & *Gulicherlandt* indigenis, *le Duché de Juliers* Gallis, provincia Germaniæ, in Circulo Weſtphaliæ, inter Rhenum ad ortum & Moſam ad occaſum, ibique erant olim Ubii populi ex parte, ut Cluverius exiſtimat cum aliis. Rura fluvio in duas partes dividitur; ſubeſtque Duci Neoburgenſi è gente Palatina, cum antea habuerit Duces proprios, quibus ſuberant etiam Ducatus Clivenſis, & Montenſis, Comitatus Marchiæ, & Ravenſpergicus, cum dominio Ravenſteni. Terminatur hic Ducatus à Septentrione Gueldria ſuperiori, ab Oriente Electotatu Colonienſi, ab Occidente Ducatu Limburgenſi, & à Meridie Eiffalia tractu, & ditione Trevirenſi, ejus primaria urbs eſt Juliacum *Juliers*, probe munita.

Juliacum, urbs Germaniæ Tacito, & Ammiano, nunc *Gulick* incolis, *Juliers* Gallis, *Giuliert* Italis, urbs Germaniæ, Juliacenſis Ducatus caput, ad Ruram fluvium, cum arce quadrata firmiſſima, pluries capta & recepta fuit hoc ſæculo, & tandem ab Hiſpanis reddita fuit anno 1660. Duci Neoburgenſi, virtute pacis ad Pyrenæos ſancitæ, & mediante potenti patrocinio Francorum Regis, 6. milliaribus Germaoicis diſtat a Colonia Agrippina in occaſum Trajectum ad Moſam verſus 7. & 4. fere ab Aquiſgrano in ortum æſtivum, hinc Juliacenſis nomen gentis, *Guliſche* vulgo.

Juliacum, *Jully*, caſtrum & Abbatia Galliæ, in provincia Inſulæ Franciæ, in Francia propria, verſus Domnum Martini, 7. leucis à Pariſiis in ortum æſtivum, & 3. à Meldis in occaſum prope Nantolietum.

Juliana, *Giuliana*, oppidum Siciliæ inſulæ io Valle ſive provincia Mazaræ, in prærupta rupe ſitum, teſte Pirro, 35. milliaribus à Panormo in Meridiem Saccam verſus 15.

Julisnsss, Carnorum populi in Italia, teſte Plinio, in Julio Carnico, & ad radices Alpium.

Julinum, *Wollin*, urbs olim Germaniæ ampla & Epiſcopalis, nunc tantum pagus Pomeraniæ, io inſula Julino, ab ea dicta *Wolliniſche Werder*, continenti vicina, juxta brachium Oderæ fluvii *Diwenow* dictum, qui ex palude *Groſſ Haff* egreditur, vix 3. milliaribus Germanicis diſtans a mari Baltico in Meridiem, uti 2. à Camino urbe, quæ ei in Epiſcopatu ſucceſſit, Stetinum verſus 7. Fuit alias emporium celebre, nunc etiam caſtrum habet aotea munitum, & ſubeſt dominio Regis Sueciæ pace Weſtphalica, captum fuerat ab Electore Brandeburgico, ſed poſtea Suecis redditum fuit anno 1679. & pace ad Fanum S. Germani prope Pariſios ſancita.

Julioaona, oppidum Caletorum in Gallia Celtica Ptolemæo, & ex itinerario Antonini, nunc Petro Divæo, eſt *Honfleur*, urbs Normanniæ provinciæ, ad Sequanæ æſtuarium, ſed aliis eſt *Lillebonne*, oppidum ejuſdem provinciæ, prope Sequanæ æſtuarium, 6. leucis diſtans à Portu Gratiæ in ortum Calidobeccum verſus 2. & Rothomagum 8. circiter, quanquam Cluverius interpretetur Deppam, *Dieppe*, urbem & emporium ejuſdem provinciæ in ora maris Britannici.

Jolioaona, Pannoniæ ſuperioris urbs Ptolemæo, in Norici confinio, ounc *Wien* incolis, *Vienne* Gallis, urbs Germaniæ, Auſtriæ proviociæ ca-

put ad Danubium fluvium, quæ in itinerario Antonini melius dicitur Vindobona. Vide ibi & Vienna.

JULIOBRIGA, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis in Cantabris, & in ora Oceani, teſte Gregorio Epiſcopo Illiberitano, nunc *el Puerto de Santoña*, vicus Hiſpaniæ in Biſcaia provincia, cum portu in ora littorali, inter Laredum ad ortum & Fanum S. Andreæ in occaſum, ſicque dicitur à S. Anania qui ibi Martyrio coronatus fuit, unde in actis mediæ ætatis vocatur Portus de Sancto Anania, & à recentioribus Portus de Sanctonia, & ad ipſum ineſt mons in mare procurrens *la Peña Santoña* dictus, ut Gregorius *de Argaiz* probat.

JULIOBRIGA COLONIA, Cantabrorum urbs in Hiſpania Citeriori Plinio, & Ptolemæo, nunc quidam interpretantur *Fuentibre*, locum ad fontes Iberi fluvii, in Caſtella veteri, aliis autem eſt *Reynoſa* vicus ejuſdem Regni, ad Iberum fluvium verſus ejus fontes, & duabus leucis ab his tantum diſtans in ortum, teſte Oihenarto.

JULIODUNUM, oppidum Galliæ Aquitanicæ, nunc teſte Paradino, *Londun*, urbs Galliæ in Pictavenſi provincia, in colle ſita, à qua regiuncula adjacens dicitur *le Londunois*, 6. leucis diſtat à Salmurio in Meridiem Pictavos verſus 10. atque 18. ab Ambacia in occaſum hybernum, dicitur etiam Lauſdunum in actis mediæ ætatis.

JULIOLA, oppidum Sardiniæ inſulæ Ptolemæo, nunc à Cluverio creditur *Caſtro Doria*, oppidulum in ora occidentali, ubi incipit Borealis, ſed teſte Franciſcu de Vico in ſua deſcriptione Sardiniæ, eſt *Vignola*, vicus Capitis Loci aurei, in ora ſeptentrionali, & 20. milliaribus a Tibula in ortum æſtivum, verſus fretum Taphros, quod probabilius.

JULIOMAGUS, urbs Galliæ Celticæ Ptolemæo, quæ Andes Cæſari, Andegavi Plinio, & Andegavum recentioribus, vulgo *Angers*, urbs Galliæ, Andegavenſis provinciæ caput, & Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Turonenſi, atque Academia 26. leucis à Cæſaroduno Turonum in occaſum Nannetas verſus, Vide Andegavum.

JULIOMAGUS, oppidum Vindeliciæ ex itinerario, nunc teſte Rhenano, eſt *Pfullendorf*, oppidulum Germaniæ in Suevia, ſed Cluverio, eſt *Dutlingen*, oppidum etiam Sueviæ provinciæ ad Danubium fluvium, in ditione Ducis Wirtembergenſis, 5. milliaribus Germanicis à Scafuſia diſtans in Septentrionem, uti 7. à Conſtantia etiam Tubingam verſus totidem, 5. autem à *Pfullendorf* oppidulo in occaſum, ex veteri inſcriptione.

JULIOPOLIS, urbs Aſiæ minoris in Bithynia Ptolemæo, quæ etiam Gordiucome dicta fuit, Plinio auctore, Strabo etiam ſcribit ex Gordo pago à Cleone civitatem factam, & Juliopolim dictam, Ptolemæi forte Juliogordus eſt, & Livii Gordiutichos, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Ancyrano, ad Sangarium fluvium, inter Dadaſtanam ad occaſum 20. & Ancyram in ortum 65. mill. paſſ. ex itinerario Antonini, nunc *Begaſar* dicta, teſte Caſtaldo, ſub dominio Turcarum.

JULIS, una erat ex quatuor urbibus Ceæ inſulæ maris Ægei, quæ hodie *Zia*, Nigro teſte, hæc admodum montuoſa eſt, præter campum quem habet ad Septentrionem cui imminet Julis in radice montium, à mari circiter 3. mill. paſſ. diſtans.

JULIUM CARNICUM, oppidum Carnorum intra Alpes Julias Ptolemæo, & in confinio Norici, ex itinerario Antonini, nunc quibuſdam eſt *Zuglio* Incolis, *Zoiel* Germanis, vicus Forojulienſis provinciæ in Italia, prope fontes Buti amnis, 4. milliaribus à Ponteba in occaſum diſſitus, ſed nulla ibi via ſtrata eſt. Lazius autem credit Julium Carnicum nunc eſſe *Ponteba*, oppidulum ad fluviolum cognominem, cujus media pars in Foro Julio ſita dicitur *Ponteba Veneta*, & media pars in Carinthia dicitur *Ponteba Imperiale*, quanquam ſubſit dominio Epiſcopi Bambergenſis, 6. milliaribus Germanicis ab Utino diſtans in Boream, Villacum verſus 7. & 5. mill. paſſ. à Juliis clauſtris etiam in Septentrionem, ubi tranſitus Alpium, quod probabilius.

JULIUM PRÆSIDIUM, urbs Luſitaniæ præclara, quæ & Scalabis Plinio, Scalabiſcus Ptolemæo, & multarum urbium conventus, nunc teſtibus Morali, Varrerio, Oſorio, & aliis, eſt *Santarem*, oppidum Regni Portugalliæ, quaſi diceres *Sant Irene*, cujus hæc patria fuit, ſedet ad Tagum fluvium in Extremadura provincia Portugalliæ, 13. leucis ab Olyſippone diſtans in ortum æſtivum & 8. à Colipone in Meridiem.

JUNCALONUM, *Juncalaon* Luſitanis, *Junſalam* Gallis, urbs Indiæ extra Gangem cum portu in ora ſinus Bengalæ & in ditione Regis Siami, diſtatque centum milliaribus ab urbe Ligoria in occaſum, & 400. circiter ab urbe Judia Regni primaria in Meridiem.

JUNCARIÆ, *Jonquieres*, oppidum Galliæ in Provincia, & ad fauces ſinus Aſtromelæ in mare Mediterraneum, ex adverſo Martigii in Meridiem, & ſæpe ſub ipſo comprehenſum, 5. leucis diſtans ab Aquis Sextiis & à Maſſilia in occaſum.

JUNCARIA, oppidum Hiſpaniæ citerioris Ptolemæo, & ex itinerario Antonini, nunc *Junquera* incolis, *Jonquere* Gallis, oppidulum Hiſpaniæ in Catalonia provincia, & in Emporienſi tractu, teſte Gaſparo Varrerio, ad radices montium Pyrenæorum, & juxta tranſitum *le Col de Pertus* dictum, in ipſo limite Galliæ, & Comitatus Ruſcionenſis, 3. leucis diſtans ab ora maris Mediterranei in occaſum, & 5. à Perpiniano in Meridiem Gerundam verſus 7. circiter & Ficerias 3.

JUNCORUM SYLVA, *den Bien-bos*, lacus ſive lacuna Belgii, quæ à juncorum in aqua parum profunda copioſius naſcentium tractu dicta, ex eo quod die 18. Novembris anno 1421. noctu Vahalis & Moſa exæſtuante in eos Oceano, impediti aquas ſuas effuderunt in agros Hollandiæ Brabantiæ proximiores, facto prope pagum *Wildrecht* aditu, abſorptiſque pagis 72. effecerunt illam lacunam in Hollandia Meridionali, inter Dordracum, Gorichemum, & Fanum Sanctæ Gertrudis.

JUNCHEUM, *Jungcheu*, urbs Imperii Sinarum, in Huquania provincia, cujus decima tertia cenſetur, teſte Martinio, ab ea pendent ſex minores urbes, & ſedet intra montes in parte meridionali provinciæ.

JUNINGA, *Juning*, urbs Sinarum Imperii in Honania provincia, cujus octava cenſetur, & ab ea pendent tredecim aliæ urbes minores, teſte Martino Martinio, ſedet juxta fluvium Hoeium ad radices montium.

JUNGNINGA, *Jungning*, urbs eſt Imperii Sinarum, in Junnania provincia, cujus undecimum locum obtinet, teſte Martino Martinio, eſtque intra montes in parte ſeptentrionali provinciæ.

JUNIULADISLAVIA, *Inowlocz* Germanis, *Inowladiſlow* incolis, oppidum parvum Poloniæ majoris, Palatinatus Juniuladiſlavienſis caput, in Cujavia, ad Noteſium fluvium, cum arce alias munita, 7. milliaribus Germanicis ab Uladiſlavia in occaſum, & vix 2. à Goplo lacu in Septentrionem.

JUNIULADISLAVIENSIS PALATINATUS, ſive Præfectura, *Wojewodztwo Inowladiſlawſ-*

kie incolis, *le Palatinat de Inowlocz* Gallis, tractus Poloniæ, & una ex duabus partibus Cujaviæ in Polonia majori, inter Pruſſiam, & Palatinatus Breſtenſem & Caliſienſem, ſicque dictus ab ejus præcipuo oppido, teſte Starovolſcio, & ſub ſe tria territoria complectitur Bydgoſtenſe, Bobrouňicenſe, & Juniuladiſlavienſe, dicitur etiam Inoulodislavienſis Palatinatus.

JUNNA, fluvius Galliæ Aimoino, nunc *la Juine*, fluvius parvus Galliæ in Vaſtinio Agro, oritur verſus ſylvam Aurelianenſem, deinde in arctos tendens, auctus fluviolo Jona ſive Stampenſi, aliiſque minoribus in Sequanam labitur ad Corbolium, teſte Ortelio, quanquam alii eredant eundem eſſe eum Iona, *l'Yone* fluvio qui Stampenſis dicitur, quod Stampas urbem rigat.

JUNNANIA, *Junnan*, provincia eſt ampla Imperii Sinarum, inter alias quindecimum & ultimum locum obtinens, in ejus parte meridionali, & maxime in occaſum extenſa verſus Indiam extra Gangem, à Meridie terminatur Annamitico Regno, ab ortu Quanſia & Queichea provinciis, & à Septentrione Suchuenſi provincia, ſed ejus pars verſus Meridiem nunc ſubeſt dominio Regis Tunchini, & in ea ſunt duodecim urbes majores, quarum præcipua eſt Junnania *Junnan*, aliæ ſunt Talium *Tali*, Linganum *Lingan*, Suhiunga *Suhiung*, Chinchianum *Chinchian*, Mungboa *Mungboa*, Chingtuna *Chingtung*, Quangnanum *Quangnan*, Quanſia *Quangſi*, Chiniuenum *Chinyuen*, Jungninga *Jungning*, & Xunninga *Xunning*, teſte Martino Martinio.

JUNNANIA, *Junnan*, urbs ampla Sinarum Imperii, provinciæ cognominis caput, à qua pendent duodecim urbes minores, ſedet in mediterraneis, juxta lacum *Thien* dictum, teſte Martino Martinio.

JUNONIA INSULA, una ex Fortunatis, quæ & Junonia major dicta fuit à Plinio, & alias etiam Herbania, nunc creditur vulgo *Fuerteventura*, una ex Canariis inſulis, maxime in ortum extenſa verſus oram Africæ & Teſſetæ regionis, à qua tantum recedit 18. leucis Hiſpanicis, ejus longitudo eſt 25. leucarum ab occaſu in ortum æſtivum, latitudo vero 8. circiter, & in ea ſunt tantum aliquot caſtra ſub dominio Hiſpanorum, cum oppidulo cognomine in ejus ora orientali, & 18. leucis recedit, à Canaria inſula in ortum in Oceano Atlantico, teſte Joanne Nuno *de Peña*.

JUNONIS ARA, promontorium Hiſpaniæ Bæticæ Melæ, ſeu & melius Junonis promontorium Plinio, & Junon[is] Fanum Ptolemæo, nunc *el Cabo Trafalgar*, promontorium Hiſpaniæ in ora occidentali Vandalitiæ, ubi incipit fretum Herculeum in parte meridionali Hiſpaniæ, teſte Tarapha, 9. leucis à Gadibus diſtans in Meridiem, & 10. à Calpe in occaſum.

JUNONIS INSULA, altera, una eſt ex Fortunatis inſulis in Oceano Atlantico, quæ Junonia minor Plinio, vulgo nunc interpretantur *Lançarotte* unam ex Canariis, teſte Sanſone, ſub dominio Hiſpanorum; oppidulum habet cognomine, & ejus longitudo à Septentrione in Meridiem eſt 10. leucarum, latitudo vero quatuor, & 5. leucis tantum diſtat in Septentrionem à Junonia majori ſeu Forteventura inſula, quanquam ſint qui credant Junionas haſce inſulas eſſe *le Salvage* quæ parvæ ſunt in eodem mari 150. mill. paſſ. à Canaria diſſitæ, & inter ſe 20. mill. paſſ. diſtantes.

JUNONIS LACINIÆ TEMPLUM, locus erat in ora magnæ Græciæ, inter Crotonem urbem & Lacinium promontorium, à Crotone 6. mill. paſſ. in Meridiem diſtans, teſte Livio, nunc *Nao* & *Manna* dictus, in Calabria Citeriori, teſte Gabriële Barrio.

JUNONIS PROMONTORIUM, in Peloponneſo, & in ora ſinus Corinthiaci, contra Sicyonem urbem, Livio teſte, nunc *il Capo Giallo* interpretatur Nardus.

JONONIS TEMPLUM, ſeu Sacrum, in Melita inſola Ptolemæo, quod ſpoliatum fuit à C. Verre Siciliæ Prætore, ut teſtatur Cicero, ſitum erat in ora Boreali inſulæ, in promontorio in quo ſurgit nunc munitiſſima arx S. Angeli, vulgo *il Caſtel Sant Angelo*, ubi ejuſdem templi apparent uſque ad præſens veſtigia, teſte Dominico Magro Melitenſi.

JUNOPOLIS, Ponti Paphlagonici urbs, in Aſia minori, & de ea fit mentio in Concilio Nicæno.

JONPINGA, *Junping*, urbs eſt Imperii Sinarum in Pechinenſi provincia, cujus octava cenſetur, teſte Martinio, ab ea pendent 5. aliæ urbes minoris notæ, ſedet ad radices montium, & paucis leucis diſtat à Gango ſinu.

JUNSALANUM REGNUM, *le Royaume de Junſalam*, Regio Indiæ ſub dominio Regis Siami, in ora ſinus Gangetici, cum urbe primaria cognomine. Vide Juncalonum.

JUNAUS, fluvius Africæ, in Mauritania Tingitana, teſte Mela, qui cum proxime Lixum urbem ſtatuit.

I'VODIUM, *Yvoij* antea, nunc *Carignan*, oppidum Belgii, in Ducatu Luxemburgenſi. Vide Epoiſſius.

JVOLTUM, oppidum Pannoniæ inferioris Ptolemæo, nunc teſte Lazio, eſt *Vylach*, caſtrum Hungariæ ad Danubium, ſed alii credunt fuiſſe verſus Dravum fluvium, nuncque in ruderibus jacere.

JUNSPERUS, *Ganabara* incolis, *Genevre* Gallis, fluvius Americæ Meridionalis in Braſilia regione, & in Præfectura fluvii Januarii, dicitur à Luſitanis *Rio de Janeiro*, Januarius fluvius. Vide ibi.

JURA, *Jura Yl*, inſula Scotiæ, ei adjacens ad occaſum, & Hebridum una, ad Septentrionem Hylæ inſulæ. Habet tantum aliquot caſtra in ora orientali.

JURA, mons Galliæ Celticæ Cæſari, & Plinio, qui Juraſſus Ptolemæo, Sequanos ab Helvetiis diſcludens, nunc *le Mont Jura* Gallis, *das Jurten* Germanis, extenditur à Rheno fluvio verſus Baſileam in Septentrionem uſque ad Rhodanum fluvium, & Beugeſiam provinciam in Meridiem; & varia pro locorum diverſitate ſortitur nomina, à Gallis Helvetiis, & Germanis, ejus pars minor *le Credo* dicta extenditur ad Rhodanum uſque, quatuor leucis infra Genevam; inter Comitatum Burgundiæ & Beugeſiam *le Mont Saint Claude* vocatur ab oppidulo adjacente, circa ortum Dubis fluvii *le Mont de Joux* dicitur, in confinio Baſileenſium *Pierrepont* & *Botzberg*, teſte Munſtero, deinde verſus Meridiem *Schaffmat*, & ab Helvetiis *Leerberg* vocatur.

JUASNSS MONASTERIUM, ſive Fanum S. Eugendii, *Saint Oyen de Joux*, oppidulum & Abbatia Galliæ, quæ aliter dicitur, & ſæpius Fanum Sancti Claudij, *Saint Claude* in Comitatu Burgundiæ. Vide Fanum S. Claudii.

JUSTINIANA, urbs Armeniæ majoris, prius Taumina dicta, teſte Procopio.

JUSTINIANA, dicta fuit Carthago Africæ urbs, poſt debellatos Vandalos, ut ex Novellis colligitur. Vide Carthago.

JUSTINIANA, urbs Colchidis in Lazica regione, antea Petreum dicta, ut colligitur ex Novellis.

JUSTINIANA PRIMA, quæ & Aebrys, & Achrydus Procopio, Lychnidus Ptolemæo, urbs Macedoniæ in Pelaſgonia tractu, ubi alias Daſſatetæ populi, ſic dicta quod in ea natus ſit Juſtinianus Imperator, nunc *l'Ocrida*, ſeu *Locrida* incolis, *Giuſtandil* Turcis, teſte Leunclavio, urbs eſt etiamnum ampla Macedoniæ, & Archiepiſcopalis, in excelſo colle, ad lacum Lychnidum, in limite Albaniæ, ſub dominio Turcarum, 80. mill. paſſ. diſtans à Dyrrachio in ortum Theſſalonicam verſus.

JUSTINIANA SECUNDA, urbs Moëſiæ ſuperioris Procopio, quæ Ulpianum Ptolemæo, & Villa Vulpiana Jornandi, nunc *Priſren* incolis, *Priſereno* Italis, urbs Regni Serviæ, in planitie ad fluvium Biſtrizam, & ad radices Illyricorum montium, in limite Albaniæ, ſub dominio Turcarum, Epiſcopali dignitate inſignitur ſub Archiepiſcopo Antibarenſi, unius diei itinere cum dimidio diſtans a Scupia, bidui vero à Procupia urbe & Novomercatu, eſtque è regione urbis *Pech*, in qua Patriarcha Græcus commoratur, teſte Jacobo Lucaro Epidaurio, & ut pluribus didici ab incolis illarum partium, ampla eſt & probe culta in planitie, cum olim eſſet in monte adjacente, Eccleſiam habens pulcherrimam à Rege Stephano Nemagna ædificatam, & nunc in Moſcheam verſam, & paulo infra ipſam Biſtriza fluvius in Drinum album ſe exonerat.

JUSTINIANA TARTIA, dicta fuit Chalcedon, urbs Archiepiſcopalis Bithyniæ, in ora contra Byzantium, teſte Curopalate.

JUSTINIANOPOLIS, urbs Epiri, ubi erat alias Adrianopolis, teſte Procopio.

JUSTINIANOPOLIS, caſtrum Thraciæ. Procopio teſte.

JUSTINIANOPOLIS, ſeu Myloma, urbs Aſiæ minoris in Pamphylia, ea provinciali Eccleſiæ Orientis.

JUSTINOPOLIS, urbs Italiæ, Iſtriæ provinciæ primaria, prius Ægida Plinio, poſtea à Juſtino Imperatore illuis reſtauratore nomen habens, nunc *Capo d'Iſtria* incolis, *Gafers* Germanis, urbs Epiſcopalis eſt ſub Patriarcha Aquileienſi, ſed parva admodum in ora littorali maris Adriatici & ſinus Tergeſtini, ſub dominio Reipublicæ Venetæ, 10. milliaribus diſtat in Meridiem Parentium verſus 25. ſita eſt in inſula, triplici ſagittæ ictu à continenti diſtans, trajiciturque per pontes ad arbitrium elevandos, in medio arx antiqua eminet ponte urbi juncta, quam ob loci munitionem Caſtellum Leonis vocant.

JUSTUM, *Juſte*. Monaſterium Ordinis S. Hieronymi in Hiſpania, & in Extremadura provincia Regni Legionis, in valle fertiliſſima Placentina, 7. leucis à Plaſcentia, in quo Carolus V. relictis Imperio & Regno Hiſpaniæ, biennio ſolitariam vitam duxit, Ibique obiit die 21. Septembris anno 1558.

JUTÆ, populi fuere Germaniæ, quorum tractus nunc Jutia dicitur, ut exiſtimat Cluverius. Vide Jutia.

JUTIA, *le Jutland*, provincia ampla Daniæ Regni, & in modum peninſulæ extenſa à Meridie in Septentrionem, ubi olim major pars Cimbricæ Cherſoneſi, & tantum continenti juncta verſus Auſtrum, ubi terminatur a Germania ab Holſatia ejus parte. Ab occaſu habet mare Germanicum, & ad Boream & ortum ſinum Codanum, & mare Orientale ſive Balticum. Dividitur in Septentrionalem & Meridionalem. Jutia Septentrionalis, vulgo *Nort-Jutland* dicta, dividitur in quatuor partes ſeu Diœceſes, nempe in Ripenſem, Arhuſienſem, Alburgenſem; & Viburgenſem, ubi ſunt urbes cognomines. Jutia Meridionalis, *Sud Jutland*, quæ aliter dicitur Ducatus Sleſwicenſis, dividitur in ſeptem partes. Sed pars ejus meridionalis ſubeſt dominio Ducum Sleſwicenſium è familia Regum Daniæ. Ibi urbes præcipuæ Sleſvicum, Flenſburgum. & Haderslebia; de diviſione Jutiæ Meridionalis ſeu Ducatus Sleſvicenſis, vide in voce Sleſvicenſis Ducatus, hinc populi *Jutlanders* dicti ſibi, *les Jutlandois* Gallis.

JUTIÆ URBES.

Alburgum, *Alborch*.
Arhuſia, *Arhuſen*.
Coldinga, *Koldinguen*.
Flenſburgum, *Flenſborg*.
Haderslebia, *Haderſleben*.
Ripa, *Rypen*.
Sleſvicum, *Sleſwick*.
Viburgum, *Wiborch*.

JUTLANDIA, *le Jutland*, provincia Regni Daniæ, quæ aliter & ſæpius Jutia dicitur. Vide ibi.

JUTUANA, fons & lacus parvus Latii, 6. mill. paſſ. à fontibus Numici fluvioli, teſte Servio, recentioribus *il Lago di Turna* dictus, prope Albanum montem, ſed ante complures annos aqua per ſubterraneum meatum deducta, lacus exſiccatus fuit à Cardinale Serra, qui villam eo loci habebat, & ſalubritatem aëris exſiccato lacu locis vicinis reddidit, quod etiam inſcriptiones Urbani VIII. Pontificis Maximi ad caſtrum Gandulphi poſitæ teſtantur.

JUTUANA, fons Romæ, in Velabro, ubi nunc ſacra ædes S. Mariæ liberatricis, teſte Publio Victore, cum aliis.

JUVALDUS, mons Hiſpaniæ Tarraconenſis, cujus fit mentio in hiſtoriis mediæ ætatis, dicitur aliter & ſæpius Idubeda mons. Vide ibi.

JUVANTIUS, fluvius Prætutiani agri in Piceno Plinio, qui aliis Batinus dictus, nunc quibuſdam eſt *il Tordino*, ſed in tabulis omnibus illarum partium vocatur *il Tronvino*, quod rectius, labitur juxta Interamnam ſeu Teramum in Aprutio Ulteriori, & in ſinum Venetum ſe exonerat.

JUVAVIA, ſeu Juvavium, urbs Norici ex itinerario Antonini, quæ Poedicum Ptolemæo, & Juvenſe caſtrum in libris Notitiæ, nunc *Saltzbourg* Saliſburgum, urbs ampla & Archiepiſcopalis Germaniæ, in Circulo Bavariæ, Othoni Friſingenſi Lazio, & aliis; Laureaco urbi metropoli Norici ſucceſſit, & ſedet ad Juvavium fluvium, ſub dominio proprii Archiepiſcopi, arcem habens pro[illegible] munitam in colle, 12. milliaribus Germanicis diſtat à Paſſavia in Meridiem, & totidem à Lintio in occaſum hybernum Oeniponrem verſus 19. à Monachio autem 17. In ortum. Ditio adjacens ſatis ampla dicitur Saliſburgenſis Archiepiſcopatus, *das Ertzbiſthumb von Saltzburg* incolis, & tota ſubeſt dominio Archiepiſcopi, inter Bavariam ad occaſum & Auſtriam ad ortum.

JUVAVIUS, fluvius Germaniæ, Juvaviam urbem præterfluens, ex Tauro monte in Tirolis Comitatus confinio ortum habet, ac in Oenum inter Oetingam & Braunodunum Bavariæ urbes influit; vulgo *Saltzach*, unde nomen Juvaviæ, quæ nunc Saliſburgum dicitur.

JUVENATIUM, oppidum Longobardiæ, nunc *Adhaſta*, pagus agri Bergomenſis in ditione Veneta, teſte Zanchio, ex veteri inſcriptione.

JUVENACIUM, *Giovezzano*, urbs Regni Neapolitani in Apulia, & in provincia Barenſi, ſedet in monte in ora littorali maris Adriatici, à quo pro majori parte cingitur, eſtque Epiſcopalis ſub Ar-

chiepiſcopo Barenſi, atque Melficto proxima, vix 3. milliaribus inde diſtans, uti 10. a Tranio in ortum Barium verſus 10.

Juventianum, oppidum Italiæ, in veteri donatione S. Gregorii Magni, nunc eſt *Genezzano*, caſtrum Campaniæ Romanæ, teſte Luca Holſtenio, ſub dominio Summi Pontificis, inter Tuſculum ad occaſum & Præneſte ad ortum.

Juverna, inſula Europæ Melæ. Vide Hibernia, eadem enim eſt.

Ixarium, *Ixar*, oppidulum Hiſpaniæ, in Aragoniæ Regno, juxta Martinium fluvium, Ducali titulo inſignitum, 12. leucis diſtat a Cæſar-auguſta in Meridiem Dertuſam verſus.

Ixias, oppidum Magnæ Græciæ Stephano, quod ab aliis Inia dicitur, nunc *Caroli*, caſtrum Regni Neapolitani in Calabria ſuperiori & in agro Conſentino, Menecinæ oppido proximum, teſte Gabriële Barrio, ſed terræ motu male habitum à paucis annis. Vide Inia.

Ixedolium, *Eſſideuil*, oppidulum Galliæ in Petrocoricenſi provincia, in limite Lemovicenſi, & 5. leucis à Petrocorio in ortum æſtivum Lemovicum verſus.

Ixum Regnum, *le Royaume d'Ixe*, pars Japoniæ in Jetſeſena regione, & in ejus parte meridionali, teſte Brietio, inter Vovarium Regnum ad ortum & Jamatum ad occaſum, urbem habens cognominem.

Iyum Regnum, *le Royaume de Iyo*, pars Japoniæ in Xicoca regione, & in ejus parte occidentali, verſus Ximoam inſulam, cum oppido cognomine, teſtibus Cardino & Brietio.

Izatha, Mauritaniæ Cæſarienſis oppidum, teſte Ptolemæo.

K

Kaimachitæ, *les Kaimachites*, populi Tartariæ magnæ, longe lateque diffuſi, juxta magnum fluvium Ghammam, & inter regionem Mongal ad Septentrionem, & Regna Thibeti & Tanguti ad Meridiem. Hinc mare ad ortum adjacens dicitur mare Kaimachitarum, ut dignoſcitur ex tabulis Abulfedæ.

Kaiſersberga, *Kaiſerſberg*, quaſi Cæſaris mons, urbecula Germaniæ in Alſatia ſuperiori, Imperialis antea, & libera, ſub Præfectura provinciali Hagenoenſi, ſicque hodie ſub dominio Regis Francorum, pace Weſtphalica, ſita eſt ad amnem Album *Weiſſ* vulgo, ad radices montium, uno milliari Germanico diſtans à Turichemo in Septentrionem, uti ab Hellelo fluvio in occaſum, & vix 2. à Colmaria in occaſum æſtivum.

Kakouchaqui, *les Kakouchacs*, populi Novæ Franciæ, verſus oram ſeptentrionalem æſtuarii S. Laurentii degentes, ubi recipit Saguenæum fluvium.

Kalmuchi, *les Kalmuchs*, populi Tartariæ Moſcorum clientes, qui antea ſub Regno Bulgariæ cenſebantur.

Kaniova, *Kaniow*, oppidulum Poloniæ, ad dextram Boryſthenis fluvii ripam, ſupra introitum Roſſii fluminis, qua in Boryſthenem cadit, in Ucrania & in Palatinatu Kiovienſi, ſub Coſaccis. Diſtat 7. milliaribus Polonicis a Czircaſſia in Septentrionem Kioviam verſus, & vix tribus infra Trethymiroviam, teſte Guillelmo *le Vaſſeur* Gallo.

Kaochenum, *Kaochen*, urbs eſt Imperii Sinarum, in Quantonia provincia, cujus ſeptimum locum obtinet, & ab ea pendent 5. aliæ urbes minores, ſedet prope æſtuarium fluvii *Lien*, ad radices montium, & portu gaudet capaci, Martinio teſte.

Karſtia, *Karſten* Germanis, *il Carſo* Italis, Italiæ in Foro-Julienſi provincia, admodum montuoſus, inter Iſtriam ad ortum, ſinum Tergeſtinum ad Meridiem, Sontium fluvium ad occaſum, & Vipaum ad Septentrionem, ſub dominio Auſtriacorum, & in Comitatu Goritiæ, excepto territorio Montis Falconis, quod Venetæ Reipublicæ ſubeſt, ut pluribus didici ab Excellentiſſimo Domino Joanne Baptiſta Nano Equite Veneto, & S. Marci Procuratore, viro Doctiſſimo; à Germanis ſæpe Carniolæ tribuitur, & ab iis dividitur in ſuperiorem, *ober Karſten* qui aliter Carniola ſicca, in Meridiem & verſus ſinum Carnarium; & in inferiorem, *das Unter Karſten*, qui verſus Foro Julium, & proprie Karſtia dicitur, partem hujus provinciæ complectens ubi Aquileia, Comitatus Goritiæ, Gradiſca, & Proſecum.

Karthago, dicitur à quibuſdam ſcriptoribus mediæ ætatis urbs ampla Africæ propriæ, quæ aliis eſt Carthago. Vide ibi.

Kauaura, *Kaufbeurn*, urbecula Germaniæ, in Suevia provincia, & in Algea tractu, Latioè dicta emptus pagus. Parva eſt admodum, ſed Imperialis jam a tempore Conradi ſecundi, ad amnem Vuertacum, quinque milliaribus Germanicis à Memminga in ortum diſtans.

Kebeccum, ſive Quebeccum, *Kebec*, & *Quebec*, urbs Americæ in Nova Francia, cujus caput exiſtit, Epiſcopaliſque recens, dicitur ſæpius & melius Quebeccum. Vide ibi.

Keoium, ſeu Checium, *Kecio*, *ou Checho*, urbs ampla Indiæ ulterioris, & Regni Tunquini caput, ad fluvium cognominem. Vix 30. milliaribus diſtat ab ora littorali & à ſinu Cocinſinæ in occaſum æſtivum, & 150. à confinio Imperii Sinarum in Meridiem, ut pluribus ſcribit Alexander *de Rhodes* qui illas partes luſtravit.

Kemi, *les Kemois* Gallis, *os Kemoas* Luſitanis, populi Indiæ ultra Gangem in Annamitica regione, inter montes & deſerta longo tractu verſus partem occidentalem Regni Cocinſinæ, & verſus Laos populos & Regnum Camboiæ, teſte eodem Alexandro *de Rhodes* Gallo.

Kemmerovia, *Kemmerouf*, urbs Indiæ extra Gangem, Aſemi Regni primaria, verſus Chiamæum locum.

Kendala, *Kendall*, oppidulum Angliæ in ejus parte Boreali, & in Weſtmaria provincia, ad amnem *Kene*, quaſi dicas Kenæ vallis, vix 6. mill. paſſ. ab ora Maris Hibernici in ortum, & 14. à Lancaſtria in Septentrionem Carleolum verſus.

Kenmarta, *la Kennemerlande*, tractus Belgii uniti in Hollandia provincia, qui aliquando pro Friſia Occidentali habitur, ſed ſæpius pro ejus parte ad occaſum verſus Alcmariam & oram Oceani Germanici.

Kenta, *Kenté*, inſula Novæ Franciæ, in parte ſeptentrionali lacus Frontenaci, ſive Ontarii, ubi colonia Francorum verſus arcem Frontenacam.

Kentzinga, *Kentzingen*, oppidum Germaniæ in Briſgavia provincia, & in limite Ortnaviæ, ad fluviolum *Eltz*, vix uno milliari Germanico à Rheno fluvio diſſitum, & ſubeſt dominio Auſtriacorum, ſed male habitum fuit ultimo bello.

Kerfeunteum, *Lande-meur*, vulgo; id eſt Vallis *Meur*, oppidulum Galliæ in Britannia minori, vix 2. leucis ab ora ſeptentrionali, & prope Mon-

ſem Relaxum.

KERMANDUM, *Kermendt*, oppidulum Hungariæ inferioris, ad Arrabonem fluvium, dicitur ab aliis Cotmendinum. Vide ibi.

KERRIENSIS COMITATUS, ſeu Kerria, & Kilkovia etiam quibuſdam, *Cunntaé Chiarrighe* incolis, *Kerry County* Anglis, tractus Hiberniæ inſulæ in Momonia provincia, juxta Oceanum Occidentalem, & inter Comitatum Claræ ad Septentrionem, & Corcagienſem Comitatum ad Meridiem & ortum, & ejus caput eſt Ardatum, teſtibus Camdeno & Waræo.

KAXHOLMIA, *Kexholm*, provincia Sueciæ, in Finnia regione, alias ſub dominio Moſcorum, nunc ſub Suecis ab anno 1617. eſtque inter Careliam, Ingriam, Savolaxiam, & Moſcoviam. Ejus caput eſt Kexholmia caſtrum, *Kexholm*, in ora lacus Ladogæ, in oſtio fluvii *Voxen*, quod à Ruthenis *Carelogorod* dicitur; eique adjacet oppidum, quod ſimul cum arce permunita pridie Nonas Novembris anno 1580. occupavit Pontus *de la Gardie* Gallus, Heros fortiſſimus, qui maxima & penè incredibilia facinora edidit, & invictas Moſcorum arces Juanogorod, Jamagorod, Cuporiam, & Livoniæ urbem Narvam, cum pluribus aliis anno 1581. Suecorum jugo ſubjecit, ac tandem fluvii Narvæ undis ſubmerſus eſt.

KIBURGIUM, *Kiburg*, caſtrum Helvetiæ, in colle, in pago Tigurino, unde alias Comites alicujus nominis. Sedet ad amnem *Toff*, duabus leucis à Tiguro in ortum Conſtantiam verſus, dimidio milliari a Vitodori ruinis, & emptum fuit a Tigurinis anno 1452.

KILA, ſeu Koila, *Kile*, provincia Scotiæ, dicitur melius Covalla. Vide ibi.

KILANSIA, *le Kilan*, provincia ampla Regni Perſiæ, quæ etiam à pluribus Gilania dicitur, *le Gilan*, extenditur verſus oram meridionalem maris Caſpii ubi tendit ad ortum, eſtque fertilis admodum & probe culta, ubi olim pars Hyrcaniæ regionis, & irrigatur a plurimis fluviis qui in mare Caſpium ſe exonerant. Dividitur autem in aliquot provincias minores nempe *Aſtarabath*, *Maſanderan*, *Labeſzan*, *Reſchi*, *Kesker*, *Aſtara*, *Lengerkunam*, *Maſchican*, atque *Kiſilagats* & ejus præcipua urbs eſt Reſcha *Reſcht*, vix duabus leucis ab ora maris Caſpii diſſita, & hinc Kilanius nomen gentis, *Kilek* vulgo, hanc provinciam pluribus deſcripſit Adam Olearius qui illam exacte luſtravit.

KILCHENNIA, quæ & Fanum S. Canici; *Ciollchoinné* incolis, *Kilkenny* Anglis, urbs Hiberniæ inſulæ in Lagenia provincia, ſedes Oſſorienſis Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Dublinenſi, & Comitatus Kilchennienſis caput, ad Nuram fluvium, ſatis ampla & munita, 20. milliaribus diſtans a Caſſilia in ortum æſtivum Dublinum verſus 55. Laghlino proxima, & 28. a Vaterfordia in Septentrionem.

KILCHENNIENSIS COMITATUS, *Cunntaé Chilleacoinné* indigenis, *the County of Kilkenny* Anglis, *le Comté de Kilkenny* Gallis, tractus ſive Comitatus Hiberniæ in mediterraneis, & in Lagenia provincia, in confinio Momoniæ, à qua terminatur ad occaſum, uti ab ortu Caterloghenſi Comitatu, à Septentrione Comitatu Reginæ, & à Meridie Vaterfordienſi, & in eo ſunt Kilchennia tractus caput, & Thomæpolis.

KILDARA, *Chilleadara* incolis, id eſt Cella Dariæ Matris S. Urſulæ Virginis, & *Kildare* Anglis, urbs Hiberniæ inſulæ in Lagenia provincia, tractus ſeu Comitatus cognominis caput, & Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Dublinenſi, alias ſatis culta, nunc deficit in dies, 30. milliaribus diſtat a Waterfordia in Septentrionem, & 25. à Dublino in occaſum hybernum Regiopolim verſus, & ejus Epiſcopus Darenſis dicitur.

KILDARIENSIS COMITATUS, *Cunntaé Chilleadara* incolis, *the County of Kildare* Anglis, tractus Hiberniæ inſulæ in Lagenia provincia, inter Comitatum Dublinenſem ad ortum, & Comitatum Regis ad occaſum, Midiam ad Septentrionem, & Comitatum Caterloghenſem ad Meridiem, & ſic dicitur a Kildara urbe ejus præcipua, teſte Speedo.

KILFENORA, *Kilfenor*, quæ & Fennabora, urbecula Hiberniæ in Momonia provincia, & in Clarenſi Comitatu, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Caſſelienſi. Vide Fennabora.

KILISTINI, *les Kiliſtinoux*, populi Americæ in Nova Francia. Vide Kiliſtones.

KILISTINONES, *les Kiliſtinoux*, populi Americæ in Nova Francia, maxime ad Septentrionem extenſi inter lacum ſuperiorem, & ſinum Hudſonium, cujus pars ampla dicitur Kiliſtonum ſinus, teſte Creuxio, dividuntur vero hi populi in quatuor partes ſeu nationes, ut vocant, quarum nomina ſunt Kiliſtinones Alimibegouei, Kiliſtinones Ataouabouskatonci, Kiliſtinones Nipiſſirini, & Kiliſtinones Niſiboukounici.

KILISTINONUM FLUVIUS, *la riviere des Kiliſtinoux*, fluvius Americæ Septentrionalis in Nova Francia, oritur in Kiliſtinonum tractu & deinde in ortum æſtivum fluens in ſinum Hudſonium ſe exonerat inter oſtia fluviorum *Penachitchiouen* & Aſſinibolarum, teſte Ludovico Jolliet, qui illas partes luſtravit anno 1679.

KILLALA, *Killale*, urbs parva Hiberniæ in Connacia provincia, & in agro Maionenſi, quæ & Allada dicitur, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Tuamenſi, ſita eſt prope Muadum ſive Moium fluvium, & ei unitus fuit Epiſcopatus Achadenſis anno 1630. teſte Waræo.

KILLOCIA, *Kilmallock*, urbecula Hiberniæ, in Momonia provincia & in Comitatu Limericenſi, 18. milliaribus diſtans à Limerico in Meridiem Corcagiam verſus 28. circiter, & deficit in dies, teſte Speedo.

KILMARUS, *Kilmar*, fluvius, ſive potius æſtuarium Hiberniæ, in Momonia provincia, inter ſinus Dingliæ & Bantræ, qui male in tabulis *Mare* dicitur, & olim forſan Jernus vocatus fuit.

KILMORA, *Chiſmhor* incolis, *Kilmore* Anglis, urbecula Hiberniæ inſulæ in Ultonia provincia, & Cavanenſi Comitatu, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Armachano, effecta a Nicolao V. Pontifice Maximo anno 1454. ſedet ad lacum in limite Connaciæ, & hinc dictus Epiſcopus Kilmorenſis, qui primum Brefinienſis à Brefinia tractu, & deinde Triburnenſis fuerat vocatus, quia ejus ſedes erat in viculo obſcuro Triburna vocato, teſte Waræo, & ei unitus eſt Ardachadenſis Epiſcopatus.

KILMORIA, *Kilmoré*, urbs parva Scotiæ, in Knapdalia provincia, ad lacum ſeu æſtuarium *Fyn*, 15. milliaribus Scoticis diſtans à Stephanodino in Auſtrum, & 32. à Dumbritonio in occaſum, teſte Timotheo Ponte.

KINGCHAUM, *Kingcheu*, urbs Imperii Sinarum in Huqoania provincia, cujus ſextum locum obtinet, ſedet ad fluvium *Kiang* dictum, prope lacum *Tung*, teſte Martinio, & ab ea pendent 12. urbes minores.

KINGYANUM, *Kingyang*, urbs Imperii Sinarum in Xenſia provincia, cujus ſeptima exiſtit, intra montes, ſed in tractu valde digno, probe munita eſt, teſte Martinio, & ſub ipſa cenſentur quatuor

aliæ

aliæ urbes minoris nominis.

Kilanſus Ssnus, *le Golfe de Kilan*, ſinus maris Caſpii, in ejus parte occidentali ubi tendit ad Meridiem, olim ſinus Caſpius dictus, ſic vocatur hodie à Kilania provincia Perſiæ ei adjacente, & in eum ſe exonerant fluvii Naſſerius, Peſchius, Nabarus, Alarus, Liſſarus, & Tzomus, cum aliis, teſte eodem Adamo Oleario.

Kinoyuenum, *Kingyuen*, urbs Imperii Sinarum in Quanſia provincia, cujus tertia cenſetur, ſedet prope fluvium *Lung*, intra montes altiſſimos, & in ejus territorio ſunt octo urbes minoris notæ, teſte Martino Martinio.

Kinongamus Lacus, *le Lac de Kinongami*, in Nova Francia. Vide Lacus Kinongamus.

Kinsalia, *Kinſale*, urbs Hiberniæ & Momoniæ provinciæ, in Comitatu Corcagienſi. Gaudet portu capaci, 15. milliaribus diſtans à Corcagia in Meridiem, ſed parva eſt & male culta.

Kintsa, *Kintzig* accolis, *la Quinche* Gallis, fluvius parvus Germaniæ in Suevia, oritur in Ducatu Wirtembergico ex ſylva Nigra, deinde in occaſum æſtivum fluens per Ortnaviam tractum, Gengenbacum & Offemburgum rigat uti & Vilſtetum, tandemque in Rhenum fluvium labitur è regione Argentorati.

Kiovia, ſive etiam aliquando Chiovia, *Kiow* incolis, quanquam *Kiouf* pronuncient, *Kioff* Germanis, & *Kiovie* Gallis, urbs Regni Poloniæ in Ukrania ſeu Palatinatu Kiovienſi ab ea dicto, ad Boryſthenem fluvium, & Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Leopolienſi cum arce munita. Magnificam olim & amplam urbem fuiſſe teſtantur murorum ruinæ, fere octo milliarium circuitu eam ambientes, ut & Templum in ea ſplendidum Archiepiſcopatu Græco inſignitum, ipſa civitas verſus Septentrionem ædibus repleta eſt, ac caſtro & militaribus ſtructuris munita, Reliquam partem verſus occaſum & Meridiem ligneum ſeptum ambit. Condita fuit Kiovia à Kio Principe quondam Ruſſico anno 861. & ab eo tempore caput fuerat Tauro-Scythiæ, teſte Cinnamo, deinde ſedes Imperii Ruſſici cum ſit in Ruſſia Rubra late ſumpta, poſteaque habuit Principes proprios. Anno 1615. capta fuit & vaſtata à Tartaris, & ab illo tempore nunquam compos fieri potuit antiquæ magnitudinis. Varias experta eſt vices à triginta annis, ſed hiſce ultimis temporibus data fuit Moſcis per Coſaccos, ſicque etiamnum Moſcis ſubeſt, jure oppignerationis tantum, & 40. milliaribus Polonicis diſtat a confinio Moſcoviæ in occaſum, Camenecium verſus 70. & Varſoviam 100. circiter.

Kioviensis Palatinatus, ſeu Præfectura, *Wojewodztwo Kiowskie* incolis, & *le Palatinat de Kiow* Gallis, provincia Regni Poloniæ verſus Boryſthenem fluvium, quæ aliter dicitur Volhinia inferior à quibuſdam, reluctanobus tamen Starovolſcio & aliis, & perſæpe Ukrania, *l'Ukraine*, eſtque pars Ruſſiæ Rubræ late ſumptæ, ſic dicta à Kiovia ejus urbe præcipua, & per medium à Boryſthene fluvio ſecatur: extenditur autem inter Moſcoviam, & campos deſertos verſus Tartariam minorem, Volhiniam, Palatinatum Braclavienſem, & Tartaros Oczakovienſes. Vide Ukrania.

Kirkuallum, *Kirkuval*, oppidum Scotiæ in Pomonia inſula Orcadum. Vide Carcoviaca.

Kitzingum, *Kitzingen*, oppidulum Germaniæ, in Franconia provincia, ad Moënum fluvium, in ditione Epiſcopi Herbipolenſis, 3. milliaribus Germanicis ab Herbipoli diſtans in ortum Bambergam verſus.

Knapdalia, *Knapdaile*, provincia Regni Scotiæ verſus occaſum, & in ejus parte Cis-Taana, inter provincias Lornam ad Septentrionem, & Cantieram ad Meridiem, à qua tenui iſthmo ſeparatur, & ſub Argathelia cenſetur, ejus præcipua urbs eſt Kilmoria.

Knodsenburgum, *Knodſenburg*, arx Belgii uniti in Gueldriæ Ducatu, ad Vahalim fluvium, è regione Noviomagi, & in Tetrarchia Noviomagenſi, capta fuit à Gallis anno 1672. & biennio poſt ab ipſis diruta & derelicta.

Koba, *Koba*, urbs Mawaralnahræ regionis in Fargana provincia, ampla & culta, ut ſcribit Abulfeda.

Kockenhusium, *Kockenhauſ*, oppidum Livoniæ, in Lettlandia provincia, ad Dunam fluvium, alias juris erat Polonici, nunc Sueciæ Regi ſubeſt, & 16. milliaribus Germanicis diſtat a Riga in ortum Dunemburgum verſus.

Kochelus Lacus, *Kockel Zée*, lacus Germaniæ in Bavaria ſuperiori, parvus admodum ad Loyſam fluviolum, & prope lacum Iralorum, 7. milliaribus Germanicis a Monachio in Meridiem.

Kola, *Kola*, oppidulum Lappiæ Moſcoviticæ, cum portu ad oſtia fluvii cognominis in ora Oceani Glacialis. Valde frequentatur a Belgis & Anglis, & in viciniis eſt etiam lacus *Kola* dictus, teſte Guillelmo Barentſonio.

Kolbena, *Kolbens Ey*, inſula Oceani Septentrionalis in ora Iſlandiæ inſulæ verſus Boream, teſte Thorlacio.

Konigshovia, *Konigshofen*, id eſt Regia Curia, oppidulum Germaniæ in Franconia, ad Salam fluvium, in ditione Epiſcopi Herbipolenſis, & in limite Comitatus Hennebergenſis, 5. milliaribus Germanicis à Suvinfurto in Septentrionem diſtans.

Konigsteinum, ſeu Lapis Regius, *Konigſtein*, oppidulum Germaniæ, Comitatus cognominis caput, in Rhenogavia tractu, & in Wereravia provincia, ſub dominio Electoris Moguntini ab anno 1582. quo obiit ejus Comes ultimus, ſedet in monte cum caſtro antiquo 2. milliaribus Germanicis diſtans a Francoſurto ad Moënum in Septentrionem, & 3. à Fridberga.

Konisberga, *Koniſberg*, Pruſſiæ Ducalis urbs primaria, ad Pregelæ fluvii oſtium in Habum æſtuarium, ſub dominio Electoris Brandeburgici. Dicitur ſæpius & melius Regiomons. Vide ibi.

Korsuma, *Korſum*, oppidum Poloniæ, in Ucrania ſeu Palatinatu Kiovienſi, ad Roſſi fluvii ripam, à Rege Stephano conditum anno 1581. Ibi Poloni memorabili clade affecti fuere à Coſaccis anno 1648. ſubeſt Principi Ucraniæ, & diſtat novem milliaribus Polonicis à Czircaſſia in occaſum, & 5. à Boryſthene fluvio Bialocerquam verſus.

Kudacum, *Kudack*, ſeu *Kudak*, oppidulum Poloniæ, in Ucrania & in Palatinatu Kiovienſi, in dextra Boryſthenis ora, infra Samaræ fluvii confluentes, antea munitum à Polonis anno 1637. ad coërcendos Coſaccos, ne in mare Euxinum irrumperent. Nunc occupatur à Coſaccis ab anno 1648. ſicque Principi Ucraniæ ſubeſt.

Kyrini, populi fuere Germaniæ, & Wilzarum ſive Winitarum pars, Circipanis finitimi, quorum meminit Helmodus, verſus Panim fluvium inhabitantes, ubi hodie pars Pomeraniæ citerioris & verſus Gutkoviam, teſte Rineccio.

L

LAATTHA, Arabiæ felicis urbs apud Ptolemæum.

LASA, Arabiæ felicis urbs, verſus Elaniticum ſinum, Ptolemæo teſte.

LABACA, Indiæ intra Gangem urbs, in regione Pandanorum, teſte Ptolemæo.

LABACUM, *Laubach* incolis, *Lubiana* Italis, urbs Germaniæ in Carniola ſuperiori, ad cognominem fluviolum, Epiſcopalis effecta ſub Patriarcha Aquileienſi anno 1468. à Paulo II. Pontifice Maximo ſimul cum Nova urbe, & à multis creditur Emonam antiquitus dictam, caput eſt Carniolæ Ducatus, 9. milliaribus Germanicis diſtans à Tergeſte in Septentrionem, & 15. à Villaco urbe Carinthiæ in occaſum hybernum, & ejus Epiſcopus à juriſdictione Patriarchæ immunis eſt.

LABACUM PARVUM, ſive ſuperius, *Klein Laubach*, oppidulum Germaniæ in Carniola ſuperiori, ad amnem cognominem, 2. milliaribus Germanicis ſupra Labacum urbem in Meridiem, quod multi exiſtimant antiquitus Nauportum dictum fuiſſe, teſte Brietio.

LABANIS, inſula Arabiæ felicis, in mari Indico, Plinio teſte.

LABARUS, fluvius Inſubrum in Italia Silio, qui à Plinio & aliis Lambrus dicitur, nunc *Lambro*. Vide Lambrus.

LABEATIS LACUS, in Dalmatia Livio, nunc *le Lac de Scutari*, ſeu *le Lac de Penta* accolis, lacus eſt Albaniæ in mediterraneis, prope Scodram urbem, unde nomen recens ei inditum, circuitus eſt 60. mill. paſſ. & undique montibus cingitur, niſi ad Septentrionem, hinc populi Labeates Plinio, & Livio, lacum prædictum incolentes, quorum urbs Scodra.

LABELLUM, ſeu Lavellum, *Lavello*, urbs Regni Neapolitani in Baſilicata provincia, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Barenſi, in qua ſunt multa antiquitatis veſtigia, ſatis parva eſt in limite Capitanatæ provinciæ, ſub dominio utili Principis Minervini, vix 3. milliaribus diſſita ab Aufido fluvio, inter Melphim ad occaſum & Minervinum ad ortum, & 12. milliaribus à Canuſio, ſed ejus Diœceſis non extenditur ultra urbis muros.

LABEO, *Lyon le Saunier*, oppidulum Galliæ in Comitatu Burgundiæ, verſus confinia Ducatus, & Cabillonenſis agri, 9. leucis à Cabillone diſtans in ortum, & 8. a Dola in Meridiem, dicitur melius Ledo Salinarius. Vide ibi.

LABERRIS, oppidum Aſturum in Hiſpania citeriori Ptolemæo, nunc quibuſdam *Peñaflor*, caſtrum Aſturiæ, inter Legionem ad Meridiem & Ovetum ad Septentrionem.

LABERUS, oppidum Eblanorum in Hibernia Ptolemæo, nunc quibuſdam eſt *Kildare*, urbs Lageniæ provinciæ, ſed Camdeno teſte. eſt *Killair* ſeu *Kellean*, caſtrum Comitatus Midiæ Orientalis in eadem Lagenia provincia, ad Bovindam fluvium.

LABICUM, colonia & urbs Latii Livio, poſtea urbs Epiſcopalis, dicta fuit etiam Labici, & Lavicum, nunc Leandro Alberto, eſt *Valmontone*, caſtrum Campaniæ Romanæ, Cluverio vero eſt *Zagarolo*, oppidulum ejuſdem provinciæ, in ditione Summi Pontificis, ſed Lucas Holſtenius pluribus probat Lavicum fuiſſe ubi nunc *la Colonna* caſtrum parvum ejuſdem provinciæ in illo tractu, ſub Tuſculo, & in via Lavicana, 15. mill. paſſ. ab urbe Roma in ortum, quicquid alii in contrarium ſentiant.

LABIENI CASTRA, locus Galliæ Belgicæ Cæſari, qui poſtea Laubium, & Lanbacum in vitis Sanctorum, nunc Lubienſe Monaſterium, *Lobe*, pagus Belgii cum cœnobio in Leodienſi ditione, intra fines Hannoniæ inſertum, ad Sabim fluvium, prope oppidum *Thuin*, vix mille paſſibus ab eo diſtans & fere 2. leucis à Binchio in Meridiem, in limite Franciæ ditionis.

LABINIUS, fluvius parvus Galliæ Ciſpadanæ Appiano Alexandrino, nunc *il Lavino* dictus, in Bononienſi agro & in ditione Eccleſiæ, vix 8. mille paſſibus à Bononia diſtans in occaſum Mutinam verſus, ad quem Triumviratus inter Octavianum, Marcum Antonium, & Lepidum firmatus eſt, eo loco quo nunc prædium Servorum fratrum Bononiæ, ut conſtat ex loci monumentis, teſte Philippo Ferrario.

LABISCO, urbs Galliæ Narbonenſis, ex itinerario Antonini, nunc eſt *le Pont Beauvoiſin*, oppidulum Delphinatus in Gallia, in ipſo limite Sabaudiæ, ubi etiam ejus ſuburbium, pontem habens lapideum ad Guiam ſeu Guerum fluvium, unde loco nomen recens inditum, teſte Nicolao Choriero, 12. leucis à Lugduno in ortum Camberiacum verſus 5.

LABOCLA, Indiæ intra Gangem urbs, teſte Ptolemæo.

LABORATORIS TERRA, *la Terre de Labrador*, Regio ampla Americæ Septentrionalis, quæ Eſtotilandia etiam dicitur aliquando, ſed improprie, extenditur ab ortu in occaſum, eſtque inter Novam Franciam ad Meridiem, ſinum Hudſonium ſive Borealem ad occaſum, fretum Hudſonium ad Septentrionem & mare Boreale ad ortum, ſinubus & inſulis referta eſt verſus oram littoralem, ſed nulla huc uſque ineſt colonia Europæorum in hac regione, quæ ſterilis ut plurimum & inculta jacet, à paucis inhabitata propter nimium frigus.

LABORATORIS TERRA PARVA, *la petite Labrador*, ſic vocatur perſæpe à Gallis pars meridionalis & orientalis inſulæ Capitis Britonum in Nova Francia, in qua ineſt etiam Lacus Laboratoris, *le Lac de Labrador*, in ejus meditullio.

LABORIÆ CAMPI, qui & Laborini, campi fuere Campaniæ regionis fertiliſſimi Plinio, inter Capuam, Cumas, & Puteolos, nunc *il Territorio de Gaudo*, teſte Sanfelicio, hinc tota Campania fœlix dicta fuit poſtea Terra Laborina, ſeu Terra Laboris, *la Terra di Lavoro* vulgo.

LABORIS TERRA, *la Terra di Lavoro* incolis, *la Province de Labour* Gallis, provincia ampla Regni Neapolitani, ubi olim Campania fœlix & pars Latii Novi, & poſtea Patrimonium Neapolitanum tempore Caroli Magni, & Ludovici Pii Imperatorum, extenditur verſus oram maris Tyrrheni, urbem habens præcipuam Neapolim. Vide Terra Laboris.

LABORUM SINUS, *la Bahia de los Trabajos*, ſinus eſt Americæ Meridionalis in mari Magellanico, in ora Magellanicæ regionis ad ortum prope Portum Deſideratum.

LABOTAS, fluvius Syriæ circa Antiochiam, Strabone & Pomponio teſtibus.

LABRO, portus Hetruriæ Ciceroni, nunc *Livorno*. Vide Liburnus, ſic enim aliis dicitur.

LABYRINTHUS locus Cretæ prope Gortynam urbem inextricabilis, in quo Minotaurus à

Theſeo interfectus eſt, ut narrant Poëtæ, & ejus inter alios meminit Virgilius libro 5. Æneidos.

LACEDÆMON, quæ & Sparta, Polybio, & Pauſania teſtibus, dicta eſt urbs Peloponneſi præclará in Laconia provincia, nunc *Miſitra*, teſtibus Sophiano, & Nigro, ad Eurotam fluvium, olim ſine mœnibus, & Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Corinthio, nunc & ipſa Metropolis, ſed parva admodum ſub dominio Turcarum, cum caſtro in colle adjacente, 30. milliaribus diſtat a Megalopoli in ortum hybernum, & 120. ab Athenis in Meridiem, uti 90. à Corintho verſus ſinum Laconicum 20. circiter, ſed Giraldus Gallus qui illas oras pluries luſtravit, exiſtimat Lacedæmonem omnino deſtructam eſſe, eo in loco qui nunc *Palæochori* dicitur, id eſt vetus vicus in planitie, 4. aut 5. milliaribus à Miſitra, quæ crevit ex ejus ruinis, quod ſatis probabile ex ſitu utriuſque. hinc populi Lacedæmonii, ejus meminit Virgilius libro 7. Æneidos.

LACEDEMON, urbs fuit Hiſpaniæ Bæticæ verſus Baſtim, cujus meminit Julianus, nunc exciſa jacens in Regno Granatenſi, verſus confinia Regni Murciæ.

LACETANI, populi Hiſpaniæ Citerioris Cæſari, & Plinio, qui fuere verſus Secorim fluvium, & à Pyrenæis montibus ad Rubricatum & Iberum uſque protendebantur, Brietio teſte, inter Ilergetes ad occaſum & Ceretanos atque Auletanos ad ortum, ubi nunc pars Ilerdenſis Epiſcopatus, & pars Cataloniæ novæ; eorum tractus Lacetania à Martiali memoratur.

LACHIS, urbs fuit Palæſtinæ, in tertia Tribus Judæ parte, & inter Jechtel & Balcath, ubi exercitus Sennacherib Aſſyriorum Regis ab Angelo percuſſus eſt, ut dignoſcitur ex Bibliis.

LACIACUM, oppidum Norici, cujus fit mentio in itinerario Antonini, nunc *Gmund*, oppidulum Germaniæ in Auſtria ſuperiori, teſte Cluverio, ad lacum cognominem, *Traunzée* etiam dictum, in confinio Ducatus Bavariæ, 5. milliaribus Germanicis à Lintio diſtans in Meridiem, uti 8. à Paſſavio.

LACIBUROIUM, Germaniæ oppidum Ptolemæo, quod interpretatur Vuillichius Roſtochium *Roſtock*, urbem & emporium Megalopolitani Ducatus in ora maris Baltici, ſed Ortelio videtur *Jaſenitz*, locus Pomeraniæ citerioris, ad æſtuarium Oderæ *Das Groſſe Haff* dictum, vix 3. milliaribus Germanicis à Stetino diſtans in Septentrionem.

LACINIUM, promontorium Brutiorum in magna Græcia Straboni, & Plinio, vulgo *il Capo delle Colonne* dicitur, ab extantibus columnis Templi Junonis Laciniæ, teſte Leandro, habuit enim Juno Lacinia Templum ſuperbiſſimum ad Lacinium promontorium, ipſa urbe Crotone nobilius, ut Livius tradit, eſtque in parte Boreali Calabriæ ulterioris in Regno Neapolitano, 6. milliaribus diſtans à Crotone in Meridiem, in ora maris Ionii, inter ſinum Tarentinum ad Septentrionem & ſinum Scylletium ad Meridiem, 60. milliaribus diſtans à Mari Tyrrheno in ortum, vix 80. a Japygio promontorio in Meridiem Cocynthum verſus 56. hinc etiam Lacinius nomen gentis.

LACIPEA, oppidum fuit Hiſpaniæ in Luſitania, 20. mille paſſibus ab Emerita Auguſta diſtans Toletum verſus, cujus fit mentio in itinerario Antonini.

LACIPPO, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ Plinio, Melæ, & Ptolemæo, nunc ut credit Moletius, eſt *Porchuna* oppidulum Vandaliciæ, quod aliis eſt Obulco.

LACMON, vertex Pindi montis, ex quo Æas & Inachus fluunt, teſte Strabone.

LACOBRIGA, urbs Turdulorum in Luſitania Melæ, quæ & Langobriga quibuſdam, nunc Reſendio & Vaſæo, eſt *Lagos*, urbs parva Hiſpaniæ in Algarvia, cum arce & portu verſus ſinum Gaditanum, ſub dominio Regis Portugalliæ, 5. leucis à Sacro promontorio diſſita in ortum Pharum verſus 10. à Sylvenſi urbe 5. in occaſum hybernum, & ab Olyſippone 32. in Meridiem.

LACONIA, provincia Peloponneſi Plinio, & aliis, in ejus parte meridionali, quæ cingitur à Meridie ſinu Laconico, & partim etiam Meſſeniaco, ab ortu Argolico ſinu, à Septentrione Argia provincia terminatur, & ab occaſu Arcadia & Meſſenia, dicta fuit etiam aliquando Lacedæmonia, teſte Strabone, quod ejus præcipua urbs fuerit Lacedæmon, nunc autem ſimul cum Arcadia uno nomine *Tzaconia* dicitur, teſte Leunclavio, ſubeſtque dominio Turcarum à duobus ſæculis, hinc Populi Lacones quorum meminit Statius libro ſexto Thebaidos.

LACONICUS SINUS, Straboni, & Ptolemæo, ſinus maris Cretici in ora meridionali Peloponneſi, qui nunc *le Golfe de Colochina* dicitur a Caſtaldo, ſed aliis eſt *le Golfe de Caſtel Rampani*, ut ego etiam didici pluribus a nautis, qui ſæpe illas oras luſtrarunt, eſtque in ora Laconiæ provinciæ, inter Meſſeniacum ſinum ad occaſum, à quo ſeparatur Tænario promontorio, & Argolicum ſinum verſus arctos, à quo dividitur Malea promontorio.

LACONIMURGI, oppidum Vettonum in Luſitania Plinio, quod Laconimurgium Ptolemæo, poſtea urbs Epiſcopalis, ſed quid ſit hodie non conſtat, quanquam interpretetur, ut quidam tradunt, *Colmenar*, caſtrum Regni Legionis in Extremadura verſus montes Carpetanos, ſed aliis eſt *Conſtantina*, oppidulum Hiſpaniæ in Vandalitia, & in montibus Marianis, ſive locus *Caçalla* dictus in viciniis.

LACTARIUS, mons Campaniæ fœlicis in Italia Caſſiodoro, qui Lacteus Procopio, nunc etiam *Monte Lattario* dicitur, in Regno Neapolitano & in provincia Principatus Citerioris, teſte Luca Holſtenio, æquali 3. milliarium intervallo à Stabiis & Letteris diſtans, inter Surrentum ad Meridiem & Montem Veſuvium ad Septentrionem, trans Sarnum fluvium, hinc Lecterenſis urbs, vulgo *Lettere*, quaſi Lactarenſis urbs dicta videtur.

LACTODURUM, oppidum Britanniæ majoris, ex itinerario Antonini, nunc *Loughborow*, pagus Angliæ in Comitatu Leiceſtriæ, teſte Talboto, Leiceſtriæ urbi proximus, ſed Camdenus credit eſſe *Stony-Stratford*, oppidulum Comitatus Buckinghamienſis ad Uſam fluvium, 6. milliaribus infra Buckinghamiam.

LACTORACUM, ſeu Lactora, urbs Auſciorum in Gallia Aquitanica, quæ Lactura Antonino, & Lactorum ex veteri inſcriptione, nunc *Lectoure*, urbs Galliæ in Vaſconia, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Auſcenſi, Armeniacenſis Comitatus caput, ſedet in colle, cum caſtro munito ad Ægircium fluvium, 4. leucis diſtans ab Aginno in Meridiem Auſcios verſus 6. & 10. à Toloſa in occaſum æſtivum Condomum verſus 3. hinc tractus adjacens dicitur Lactoracenſis tractus, *le Lectourois* vulgo.

LACURIS, oppidum Hiſpaniæ citerioris in Oretanis Ptolemæo, quibuſdam eſt *Loquera*, caſtrum Caſtellæ Novæ, in Murciæ Regni confinio, verſus Caravacam, ſed Zurita *Alarcos* interpretatur in Caſtella Nova, in itinere Emeritæ Cæſar-Auguſtam verſus, ex Antonino.

LACUS, *la Laguna*, urbs Teneriffæ inſulæ primaria, in Canariis, & in Oceano Atlantico, dicitur etiam aliquando Fanum S. Chriſtophori, *San Chriſtoval de la Laguna*, eſtque in parte orientali inſulæ

Canariæ obverſa, ubi commoratur Præfectus generalis harum inſularum, vix una leuca diſtans ab ora & a portu S. Crucis.

Lacus Foelix, oppidum Norici, ex Antonino, hodie *Ober-Walſee*, vicus Germaniæ in Auſtria ſuperiori, ad Danubium fluvium, 5. milliaribus Germanicis infra Lintium in ortum Viennam verſus, teſte Cluverio.

Lacus Novæ Franciæ.

Lacus Alimibegus, *le Lac Alimibeg*, qui & *Alimibecong*, lacus Novæ Franciæ, in ejus parte occidentali, in Kiliſtinonum tractu, & verſus partem ſeptentrionalem Lacus Tracii ſeu ſuperioris in quem ſe exonerat mediante fluvio cognomine.

Lacus Aquarum Salsarum, *le Lac des Eaux ſalées* Gallis, *Tſiketo* indigenis, Lacus Americæ Septentrionalis in Nova Francia, a fluvio Sancti Laurentii effectus, figuræ eſt rotondæ, ad 12. leucas extenſus, eſtque inter lacum Erieum ad Meridiem, a quo diſtat 15. leucis, & Lacum Magnum Huronum ad Septentrionem, à quo 12. leucis diſtat, ut pluribus narrat Abbas Galinæus qui illas oras exacte luſtravit, & malè dicitur lacus aquarum maris in quibuſdam tabulis recentibus.

Lacus Asseniboiarum, *le Lac des Aſſiniboul*, Lacus Novæ Franciæ in ejus parte occidentali, & 60. leucis ab ora lacus ſuperioris in Septentrionem, ex eo oritur fluvius Aſſinibolarum qui in ſinum Hudſonium ſe exonerat, ut Marquetus narrat cum Jolietto.

Lacus Busalorum, *le Lac des Buſles*, lacus amplus Americæ Septentrionalis in parte occidentali Novæ Franciæ, & ad occaſum valde extenſus, teſte Radiſſone Gallo qui ejus oram luſtravit.

Lacus Castorum, *le Lac des Caſtors*, lacus Novæ Franciæ in ejus parte ſeptentrionali, qui aliter & ſæpius dicitur, *le Lac Nipiſſing*, ſive *le Lac des Nipiſsiriniens*, lacus Nipiſſiriniorum. Vide ibi.

Lacus Champlani, *le Lac de Champlain*, lacus Americæ in Nova Francia, ad 30. leucas extenſus, & à fluvio Richeleo effectus, 28. leucis ſupra ejus confluentes in fluvium Sancti Laurentii, ſunt in eo plures inſulæ, & protenditur in Meridiem verſus confinia Novæ Angliæ, nomen habens à Samuele Champleno Gallo de his partibus optime merito, eſtque prope montes S. Mariæ.

Lacus Crucis, *le Lac de la Croix*, lacus Americæ in parte ſeptentrionali Novæ Franciæ, & ad Septentrionem tractus Saguenaii, teſte Albanello.

Lacus Duorum Montium, *le Lac des deux Montagnes*, lacus parvus Americæ Septentrionalis in Nova Francia, a fluvio Otavacorum, ſeu Pratorum effectus, ad ejus confluentes in fluvium S. Laurentii, juxta & ſupra inſulas Montis Regalis, & Jeſus ad ejus ortum extenſas, longitudinis eſt 12. leucarum, latitudinis vero 4. circiter.

Lacus Erieus, *le Lac Erié*, lacus peramplus Novæ Franciæ, in ejus parte meridionali, dicitur etiam *le Lac Teiocharontiong* ab indigenis illarum partium, extenditurque ab ortu in occaſum per 140. leucas, & in lacum Frontenaeum ſeu Ontarium ſe exonerat. Vide Erieus lacus.

Lacus Frontenacus, *le Lac Frontenac*, lacus Novæ Franciæ, nuper ſic dictus a Gubernatore regionis, qui antea Ontarius lacus, *le Lac Ontario*, & ab Iroquiis *Skanadario*, id eſt pulcher lacus, figuræ eſt ovatæ, extenditurque ab ortu in occaſum ad 80. leucas ad minus, eſt omnium navigiorum capax, & ex eo effluit fluvius Sancti Laurentii. Vide Frontenacus lacus.

Lacus Ilinorum, *le Lac des Ilinois*, id eſt lacus hominum, lacus peramplus Americæ in Nova Francia, ad occaſum maris Dulcis Huronum, in quod ſe exonerat, ejus circuitus eſt 400. leucarum, ut narrant incolæ harum partium, dicitur aliter *Mitchiganong*, id eſt magnus lacus ab indigenis illarum partium, & *le grand Lac* a Gallis: extenditur magis à Septentrione in Meridiem, & mediante Freto *Miſsilinimakinac*, lacu Huronum ſive mari Dulci conjungitur verſus ortum æſtivum, vix 15. leucis diſtat a lacu Tracio in Meridiem, & dicitur lacus Ilinorum ab Ilinis populis in ejus ora auſtrali, & verſus fluvium Ohium degentibus, teſte Marquetto, eſtque navigiorum omnium capax, & ejus pars ad occaſum eſt ſinus Putidorum, fere 450. leucis à Quebeco in Occidentem.

Lacus Iroquiorum, *le Lac des Iroquois*, in Nova Francia, ſic dictus ab incolis harum partium qui in ejus ora meridionali degunt, vocatur ſæpius Frontenacus, & Ontarius lacus. Vide ibi.

Lacus Kinongamichius, *le Lac Kinongamichis*, lacus parvus Americæ in Nova Francia, & in ejus parte ſeptentrionali, a fluvio Saguenaio effectus, inter lacus S. Joannis & Kinongamum, circiter 40. leucis a fluvio S. Laurentii diſtans, & à Taduſſaco.

Lacus Kinongamus, *le Lac de Kinongami*: lacus Novæ Franciæ in ejus parte ſeptentrionali, 30. leucis diſtat à fluvio S. Laurentii & a Taduſſaco portu, efficiturque à Saguenaio fluvio, teſte Albanello.

Lacus Laboratoris, *le Lac de Labrador*, lacus Novæ Franciæ in inſula promontorii Britonum, & in ejus meditullio.

Lacus Magnus Huronum, *le grand Lac des Hurons*, qui ab incolis harum partium dicitur *Karegnondi*, & mare Dulce Huronum, *la mer douce des Hurons*, ab Huronibus populis, qui antea in ejus vicinus conſederant, eſtque lacus Americæ Septentrionalis maximus, in Nova Francia, ejus circuitus creditur pluſquam 700. leucarum, & protenditur in longum ad 1 0. leucas, ſed ejus latitudo eſt inæqualis, & ſeparatur tantum a lacu ſuperiori ſeu Tracio ad occaſum, Freto ſeu alveo, *le ſault de Sainte Marie* dicto, unius leucæ lato, & ad 3. leucas extenſo, uti etiam à lacu Ilinorum, Freto *Miſsilinimakinac* ad occaſum, quamplurimis inſulis refertus eſt, præſertim in ejus parte ſeptentrionali, & in eum ſe exonerant lacus Superior, lacus Magnus ſive Ilinorum, & fluvius Francorum, ipſe viciſſim in lacum Erieum ſe exonerat mediante lacu aquarum ſalſarum, eſtque navigiorum capax. Vide Huronum mare Dulce.

Lacus Mistassirinonum, *le Lac des Miſtaſsirinins*, lacus Novæ Franciæ in ejus parte ſeptentrionali, & in mediterraneis, inter lacum S. Joannis & ſinum Hudſonium, ſic dicitur à multitudine rupium quæ in eo ſunt, & ejus circuitus eſt 20. dierum.

Lacus Nemiscus, *le lac de Nemiskau*, lacus Novæ Franciæ in ejus parte ſeptentrionali, verſus Hudſonium ſinum, circuitus eſt 10. dierum, undique montibus cinctus, cum plurimis inſulis, in eum ſe exonerant 5 Fluvii, & eo exit tantum fluvius *Nemiskauſipi* dictus, qui poſt curſum duorum dierum in Hudſonium ſinum ſe exonerat.

Lacus Nipissiriniorum, *le Lac des Nipiſsiriniens*, ſeu *le Lac de Nipiſsing*, lacus Novæ Franciæ in America Septentrionali, cujus longitudo

eſt 15. leucarum, latitudo vero 6. teſte Galinæo: ex eo effluit ad occaſum fluvius Francorum, & dicitur etiam *Skekouen* ab incolis harum partium.

Lacus Oniasontus, *le Lac Oniaſont*, lacus parvus Novæ Franciæ, in ejus parte meridionali, inter Ericum lacum ad Septentrionem, & confinia Virginiæ ad Meridiem, prope gentem *Oniaſontke* dictam, & ex eo labitur fluvius parvus, qui in Ohium fluvium celebrem ſe exonerat aliquot leucis infra.

Lacus Ontarius, *le Lac Ontario*, qui & *Skaniadario* dicitur, id eſt pulcher lacus, in Nova Francia regione Americæ Septentrionalis. Vide Ontarius lacus, & Frontenacus lacus.

Lacus Puteotamitarum, *le Lac des Puteotamis*, pars occidentalis lacus Ilinorum, quæ aliter ſinus Putidorum, *la Baye des Puants* dicitur, in Nova Francia, & extenditur ad 50. leucas, teſte Galinæo viro clariſſimo.

Lacus Sancti Francisci, *le Lac de Saint François*, lacus Americæ Septentrionalis in Nova Francia, à fluvio Sancti Laurentii effectus, ejus longitudo eſt 12. leucarum, latitudo vero 4. & leucis 70. diſtat à Quebeco in occaſum, Ontarium lacum verſus 40. & prope montes Sanctæ Mariæ.

Lacus Sancti Joannis, *le Lac de Saint Jean*, lacus Novæ Franciæ in ejus parte ſeptentrionali, & in Saguenaio tractu, vocatur *Pingagami* ab incolis harum partium, extenditurque in longum ad 30. leucas, in latum vero ad decem, in cum ſe exonerant duodecim fluvii, & ex eo tantum labitur Saguenaius fluvius, qui 50. leucis infra fluvio S. Laurentii miſcetur.

Lacus Sancti Ludovici, *le Lac de Saint Louis*, lacus Americæ Septentrionalis in Nova Francia, in longum extenſus ad 6. leucas, efficitur à fluvio S. Laurentii, & diſtat 60. leucis à Quebeco in occaſum, uti 24. à lacu S. Petri verſus lacum S. Francisci quinque, eſtque prope & ſupra inſulam Montis Regalis.

Lacus Sancti Petri, *le Lac de ſaint Pierre*. lacus Americæ Septentrionalis in Nova Francia, & à fluvio S. Laurentii effectus, extenditur in longum ad 7. leucas, ejus vero latitudo eſt 4. & diſtat 33. leucis à Quebeco in occaſum.

Lacus Sanctissimi Sacramenti, *le Lac du S. Sacrement*, lacus Novæ Franciæ, in ejus parte meridionali, à fluvio Richeleo effectus, vix diſtat 4. leucis à lacu Champleni in Meridiem, & extenditur ad 5. leucas circiter.

Lacus Soegarsius, *le Lac Soegarſi*, lacus parvus Novæ Franciæ, à fluvio cognomine effectus, prope fluvium Sancti Laurentii, inter lacus Champleni ad ortum, & Frontenacum ad occaſum.

Lacus Superior, *le Lac Superieur*, lacus Americæ Septentrionalis in Nova Francia, qui & Tracius, *le Lac de Tracy* etiam vocatur, extenditur in longum ad 150. leucas, ejus vero latitudo eſt 40. leucarum, eſtque verſus occaſum æſtivum regionis, vix itinere 12. dierum à ſinu Hudſonis in Meridiem diſtans, & 4. leucis à mari Dulci Huronum, cui conjungitur mediante freto ſeu ſaltu S. Mariæ, in eum ſe exonerant decem fluvii navigiorum capaces maxime verſus Septentrionem, in eo ſunt plurimæ inſulæ ſatis extenſæ, quarum major *Minong* dicitur in ejus parte occidentali, & juxta ipſum inhabitant Otavaci, Kiliſtinones, & aliæ gentes vix nomine notæ: lacus autem eſt quorumcumque navigiorum capax, & in lacum Huronum ſe exonerat, ejus vero ora occidentalis diſtat ad minus 500. leucis à Quebeco urbe in occaſum.

Lacus Tarontus, *le Lac de Toronto*, lacus Americæ in Nova Francia, inter lacum Frontenacum ad Meridiem, & lacum Nipiſſirinorum ad Septentrionem, extenditur ad 12. leucas ab ortu in occaſum, & mediante fluvio qui ex eo effluit, in lacum Huronum ſe exonerat.

Lacus Timagaminus, *le Lac Timagaming*, lacus amplus Novæ Franciæ in mediterraneis, & ab ortu in occaſum extenſus, inter ſinum Borealem & Saguenaium tractum, cum plurimis inſulis; teſte Jolietto.

Lacus Tiohera, *le Lac Thiohera*, lacus parvus Novæ Franciæ, in tractu Irocoſiorum Goioguenorum, ejus longitudo eſt 14. leucarum, latitudo vero duarum circiter, & ex eo effluit fluvius *Ochoveguen*, qui poſtea in lacum Frontenaci labitur.

Lacus Tontiarenha, *le Lac Tontiarenha*, lacus parvus Novæ Franciæ, verſus oram ſeptentrionalem lacus Frontenaci, in quem ſe exonerat, prope Kentam inſulam, mediante Ohaota fluviolo.

Lacus Tracius, *le Lac de Tracy*, lacus peramplus Americæ in Nova Francia, nuper ſic dictus, cum antea vocaretur lacus Superior. Vide ibi.

Lacus Regius, urbs fuit Africæ mediterranea Antonino, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Carthaginenſi, in Numidia, à Cirta 20. mill. paſſ. diſtans.

Lacus Quatuor Urbium Sylvaticarum, *le Lac des quatre Villes Foreſtieres* Gallis, *der vier Wald ſtadt ſee* Germanis, lacus Helvetiæ, ſic dictus quod ei inſideant quatuor urbes Lucerna, Altorfium, Stantia & Suitia, & extendatur inter quatuor pagos Lucernenſem, Suitiam, Sylvanienſem, & Uraniam. Dicitur etiam aliter Lucernenſis lacus. Vide ibi.

Laoa, inſula maris Ægei, ante Miletum urbem Cariæ Straboni, & Stephano, prius Late dicta, ut Plinius docet, nunc *Jada*, ex tabulis Caſtaldi, hanc in duas parvas ſcindi inſulas, & earum alteram Aſterii inſulam dici ſcribit Pauſanias, alii interpretantur *Phermaca* in eo tractu, quod forſan rectius.

Ladenburgum, *Ladenburg* incolis, *Ladebourg* Gallis, oppidum Germaniæ in Palatinatu inferiori, ſive Rheni, ad Nicrum fluvium, partim cum caſtro in ditione Epiſcopi Vormatienſis, cujus ſedes erat, & partim in ditione Electoris Palatini, cujus prædeceſſoribus pro medietate oppigneratum fuit anno 1371. ab Epiſcopo Vormatienſi, & olim Lobodunum dictum fuerat, ut pluribus ſcribit Marquardus Freherus, peſſime habitum fuit bello tricennali Germanico, nunc utcumque reparatum, vix 2. milliaribus Germanicis infra Heidelbergam in occaſum Manheimum verſus, ut pluries vidi.

Laoani, populi Britanniæ majoris, in ejus parte Boreali, qui perperam Gadeni apud Ptolemæum legi videntur, fuere juxta Ottadinos & Selgovias, verſus Oceanum Germanicum, ubi hodie provinciæ Scotiæ Meridionalis Laudonia, *Lothiane* Marchia *Merck*, & Teviotia *Tivedale*, inter Forthcam æſtuarium ad Septentrionem, & Tuedæ fluvii oſtium ad Meridiem, teſte Camdeno.

Ladesta, inſula Dalmatiæ in mari Adriatico, Stephano, quæ Tabulis Peutingerianis Ladeſtris, Porphirogennetæ Laſtobon, Dandulo Landeſtina, nunc Italis *Lagoſta*, Slavis *Laſtovo* dicta, ſub Venetis, prope Corcyram Melænam, teſte Joanne Lucio.

Ladicus Mons, Hiſpaniæ mons, *los Codos de Ladoco*, in territorio Legionenſi, Pyrenæi montis ramentum, in via quæ à Legione Compoſtellam ducit: in cujus jugo hæc inſcriptio legitur, *Jovi Ladico*, teſte Ambroſio Morali in ſuis Hiſpaniæ antiquitatibus.

Ladisacites Sinus, in mari Perſico, teſte Stephano, ex Martialis Periplo.

Ladoga, *Ladoga*, ſeu *Ladeske ozero* Moſchis, lacus totius Europæ ampliſſimus, pro majori parte in Suecia, in Kekholmia provincia, & partim etiam in Moſcovia regione & provincia Novogardiæ majoris. In Finnicum ſinum ſe exonerat mediante Nieva fluvio, & ovi ferè ſpecie 36. milliaribus Germanicis longitudinem & 20. latitudinem dilatat, ejuſque Ruſſi vix quintam partem, reliquas Sueci poſſident. Piſcium incredibili copia refertus, oppidulum Kekholmiam ſalmonum piſcatu ditat. Ex Ruſſorum opinione nomen ipſi inditum fuit a piſcibus quibuſdam paulo haleces magnitudine excedentibus, & nullibi in Ruſſia quàm illic captis, qui *Lagdog* nominantur.

Ladoga, *Ladoga*, urbs parva Moſcoviæ, in provincia Novogardiæ majoris, ad Wolchovam fluvium, qui paulo infra cadit in Ladogam lacum, & verſus confinia Ingriæ & ditionis Suecicæ.

Ladon, fluvius parvus Peloponneſi, ex lacu Pheneo oriens, teſte Plinio, in limite Achaiæ, hinc inter Helim & Megalopolim decurrens, per agrum Cletorienſem, & per Arcadiam, in Alpheum fluens, teſte Strabone, ibi pagus cognomen qui Ladocea Pauſaniæ dicitur, ejus meminit Ovidius libro 5. Faſtorum.

Ladona, *Saint Jean de Laune*, oppidum Galliæ, in Burgundiæ Ducatu, ad Ararim fluvium, fruſtra obſeſſum anno 1636. à Germanis, dicitur & Fanum S. Joannis Ladonenſis. Vide ibi.

Læa, quæ & Aphrodites, id eſt Veneris inſula Ptolemæo, maris Africi inſula, Cyrenaicæ oræ adjacens, nunc *l'Iſola del Patriarcha* dicitur, teſte Bordonio, eſtque parva admodum.

Læana, urbs Arabiæ Petrææ, ad ſinum Arabicum Plinio. Scribitur & Læna. Vide Elana.

Lædenata, Mœſiæ primæ urbs in libro Notitiarum.

Lædus, fluvius Galliæ, *le Loir*, oritur in Perticenſi provincia, in vico *de Corves* dicto. Hinc defluit in Carnutenſem tractum Belſiæ, ubi Illierias alluit, & Caſtellodunum, deinde Vindocinum, uti & Caſtrum Lædi in Cenomanenſi provincia; poſtea tranſiens in Andegavos, Ludium alluit, Flexiam, & Duretallium: & tandem in Sartam amnem ſe exonerat paulo ſupra Andegavum.

Lælsa, urbs Turdetanorum, in Hiſpania Bætica, teſte Ptolemæo, nunc forſan *Aracena*, Vandalitiæ oppidulum, intra montes Marianos, & in agro Hiſpalenſi, teſte Roderico Caro, cum caſtro antiquo in colle.

Læmocopia, oppidum Cherroneſi Thraciæ, ad Boſphorum, & juxta Seſtum, à Mechmete Amurati filio condita, & nunc *Bogazaſar* dicta, teſte Leunclavio.

Læpa Magna, oppidum Turdetanorum, in Hiſpania Bætica Ptolemæo, quod Læpia Latinorum Plinio, nunc *Lepe*, caſtrum Hiſpaniæ in Vandalitia, verſus oram ſinus Gaditani, & Aiamontum oppidum, prope oſtia Anæ fluvii in ortum, cum caſtro ad amnem *Saltes* dictum.

Laerte, Ciliciæ aſperæ oppidum, in Pamphylia, teſte Ptolemæo.

Laertia Regna, à Virgilio pro Ithaca inſula libro 3. Æneidos.

Læstrygones, populi fuere Latii novi in Italia, circa Formias urbem exciſam incolentes, ubi Læſtrigonia tractus Plinio, cum urbe cognomine, teſte Heſychio, quæ & Lamus, ubi nunc pars provinciæ Terræ Laboris in Regno Neapolitano, & in ora maris Tyrrheni.

Læstrigones, populi fuere Siciliæ inſulæ, qui & Leontini dicti, teſte Iſacio apud Lycophronem, hinc Leſtrigonii Campi Plinio, verſus Leontinos.

Lætitia, *Liesses*, burgus Galliæ in provincia Inſulæ Franciæ, & in Laudunenſi tractu, 2. leucis à Lauduno in ortum, & in limite Teoraſciæ, ubi Eccleſia Devotione erga Beatam Virginem celebris.

Lætrina, Elidis urbs, in Peloponneſo, in qua Pelopis oſſa jacebant, teſte Iſacio apud Lycophronem.

Lævi, populi Liguriæ in Gallia Ciſalpina Livio, qui Levi Plinio, ſimul cum Maricis Ticinum urbem condiderunt, & circa Novariam urbem & Ticinum fluvium inhabitabant, teſte eodem Plinio, horum veſtigium manet in vico *li Lobi* dicto, in Ducatu Mediolanenſi, & in agro Alexandrino 2. milliaribus à Maricis, & 4. ab Alexandria, teſte Philippo Ferrario.

Laganus, *Lagan*, fluvius Hiberniæ inſulæ parvus in Ultonia provincia, in Cargfergufii ſinum ſe exonerat.

Lagaria, urbs Lucaniæ exciſa Straboni & Plinio, in monte, ad Cyliſtarnum fluvium, Grumento oppido etiam exciſo proxima, locus adhuc *Lagara* nominatur, in Calabria citeriori, & mons cum fluvio *Carniſtaſo*, teſte Barrio, à Thuriis 10. mill. paſſ. à Coſano 4. à littore ſinus Tarentini 6. in occaſum. Non longè Nemæa fluvius decurrit.

Lagurus, *Lagar fliot*, fluvius Iſlandiæ maximus, in parte orientali inſulæ, non procul à cœnobio *Stridu* decurrens, teſte Theodoro Thorlacio.

Lagecium, oppidum Britanniæ majoris, cujus fit mentio in itinerario Antonini, nunc *Caſtleford*, vicus Angliæ in Eboracenſi provincia, teſte Camdeno, ad Aurum fluviolum, 15. mill. paſſ. ab Eboraco in Meridiem, & vix 3. ſupra Pontem fractum.

Lagenia, *Cugie-Lein*, id eſt provincia *Lein* incolis, *Leinſter* Anglis, *la Lagenie* Gallis. & *la Lagenia* Italis & Hiſpanis, provincia ampla Hiberniæ inſulæ, & una ex quatuor ejus partibus, verſus ortum & Angliam magis extenſa, juxta mare Hibernicum ſive Virginium, à quo terminatur ad Orientem, uti à Septentrione Ultonia, ab Occidente Connacia, & à Meridie Momonia, & ejus pars dicitur ſæpe Anglica Clauſura, ab Anglis in ea commorantibus. Dividitur autem in duodecim Comitatus ſive tractus, quanquam novem tantum notantur in tabulis recentibus, ſuntque Comitatus Catherloghenſis, *the County of Catherlagh* Anglis, Comitatus Dublinenſis, *the County of Dublin*, Comitatus Kildarienſis, *the County of Kildare*, Comitatus Kilkennienſis, *the County of Kilkenny*, Comitatus Longoſordienſis, *the County of Longford*, Comitatus Luthenſis, *the County of Louth*, Comitatus Midiæ, ſive Midiæ Orientalis, *the County of Meath*, Comitatus Midiæ Occidentalis, *the County of Weſt-Meath*, Comitatus Reginæ, *the Queenes County*, Comitatus Regis, *the Kings County*, Comitatus Wexfordienſis, *the County of Wexford*, & Vickloenſis, *the County of Wicklow*, totius autem provinciæ præcipua eſt Dublinum, quæ inſulæ etiam primaria.

LAGENIÆ URBES PRÆCIPUÆ.

Dublinum, *Balaitheliach & Dublin.*
Kildaria, *Kildare.*
Kilkennia, *Kilkenny.*
Pontana, *Drogheada.*
Vexfordia, *Vexford.*

LAGHSUM, *Laghi*, quæ forſan *Laſaa*, urbs Arabiæ felicis, in ora Oceani Arabici, 9. circiter milliaribus diſtat ab Adeno in ortum hybernum, & 25. à promontorio Aromatum in Septentrionem, teſte Sanſone; ſubeſtque dominio proprii Principis.

LAGHLINA, *Laghlyn*, urbs olim, nunc vicus Hiberniæ, in Lagenia provincia, & in Comitatu Caterlogenſi, ad Brigum fluvium, *Barow*, diſtat à Caterloga 6. milliaribus Anglicis in Meridiem. Vide Leghlina.

LAGINA, oppidum fuit Hiberniæ, in Lagenia provincia, patria Divæ Brigittæ Virginis, teſte Surio, quid ſit hodie non conſtat.

LAGINIA, Bithyniæ urbs in Aſia minori, teſte Stephano.

LAGINIA, Cariæ oppidolum Stephano, Lagina Straboni, inter Phryſcum & Epheſum.

LAGNUS, ſinus maris Suevici Plinio, prope Cimbricam Cherſoneſum, nunc *le Golfe de Lubeck*, ſinus maris Baltici in ora Germaniæ, verſus Lubecam, inter Holſatiam & Ducatum Megalopolitanum, teſtè Cluverio cum aliis.

LAONUTUM, oppidum Mauritaniæ Cæſarienſis in Africa, teſte Ptolemæo, & in ora maris Mediterranei, nunc forſan *Moſtagan*, oppidum Regni Algerii in Teneſa provincia, inter Quizam ad occaſum & Juliam Cæſaream, quæ eſt *Tenez* ad ortum, ut videre eſt ex ſitu.

LAOOUS, fluvius Sarmatiæ Aſiaticæ, ex Catheis montibus profluens, teſte Plinio.

LAGUSA, inſula Aſiæ minoris in mari Lycio, ante oſtia Glauci fluvii, teſte Plinio.

LAGUSA, inſula maris Cretici Straboni, & Stephano, inter Cretam ad Meridiem, & Ion inſulam ad Septentrionem, quam hodie *Chriſtiana* vocari ſcribit Niger, parva eſt admodum & deſerta, & parum diſtat à Philocandro, & a Theraſia.

LAGUSSÆ, inſulæ parvæ maris Ægei, ante Troadem urbem Myſiæ in ora Aſiæ minoris, teſte Plinio.

LAGYRA, urbs Tauricæ Cherſoneſi, teſte Ptolemæo, in ejus parte meridionali, nunc quibuſdam eſt *Soldadadia* urbecula, teſte Nigro, inter Criumetopon promontorium ad occaſum, & Theodoſiam urbem ad ortum, aliis vero eſt *Camba*, oppidum cum portu in viciniis, ut didici ex nautis qui illas partes pluries luſtrarunt.

LAHA, *Laa*, & *Lab*, caſtrum Germaniæ in Auſtria inferiori, ad Teyam fluvium, in limite Moraviæ, ubi Ortocarus Bohemiæ Rex victus fuit anno 1278. à Rudolpho primo Imperatore, 7. milliaribus Germanicis à Znaymo in occaſum Budoviſſam verſus decem

LAHOLMIA, *Laa Holm* incolis, & *Laholm* exteris, oppidum Sueciæ, in Hallandia provincia, prope oram ſinus Codani, alias à Danis munitum; eſtque in ipſo limite Scaniæ provinciæ, cum caſtro & portu 7. milliaribus Suecicis diſtat ab Helmoſtadio in Meridiem, & 6 milliaribus ſimilibus ab Helſingoburgo in ortum hybernum, & pluries captum fuit ultimò bello Danico.

LAHORIA, *Lahor*, quæ & *Pengab*, urbs ampla Indiæ, Regni cognominis caput, ad fluvium *Ravi*, in Imperio Magni Mogolis, & aliquando ipſius eſt ſedes, 180. milliaribus à Multano in ortum, & totidem ab Attochio in occaſum hybernum, 360. autem ab Agra in Septentrionem, urbs eſt ſplendida, cum Palatio ſuperbiſſimo; & creſcit in dies, forſanque olim Bucephala dicta fuit, ut exiſtimant recentiores.

LAHORIUM REGNUM, *le Royaume de Lahor*, Regio Indiæ intra Gangem, in Imperio Magni Mogolis, quæ & *Pengab* dicitur, id eſt quinque aquæ, à quinque fluviis illam irrigantibus, terminatur ad Septentrionem Caſſimeria regione, ad ortum Naugracutio Regno, ad Meridiem Jenupata regione, & ad occaſum Multano Regno, & ejus præcipua urbs eſt Lahoria.

LAS, *les Laos*, populi Indiæ extra Gangem, in Annamitica regione, quorum Regio Laotum Regnum vocatur.

LAICHEUM, *Laicheu*, urbs Imperii Sinarum in Xantonia provincia, cujus ſexta cenſetur, teſte Martinio, ab ea pendent ſex aliæ urbes minores, eſtque ad radices montium in ora littorali, portu gaudens commodo.

LALA, Armeniæ majoris urbs, teſte Ptolemæo.

LALACAUM, regionis nomen in Aſia minori, apud Cedrenum, Curopalatem, & Zonaram.

LALANDIA, *Laland*, inſula Regni Daniæ in mari Orientali ſive Baltico, ab humili ſitu ſic vocata, octo milliaribus Germanicis longa, & quinque lata cenſetur ad Meridiem Selandiæ inſulæ, à qua ſeparatur freto Gronc ſunda, & ad occaſum Falſtriæ inſulæ, à qua exiguo admodum freto Gulborgico dividitur, a Langelandia inſula vero diſtat tantum 2. milliaribus ſimilibus, diſtinguitur in quinque territoria *Herret* dicta, & in ea ſunt oppida Naſcovia *Naskow*, probe munitum, Saxcopia *Saxkoping*, & Neoſtadium *Nyſted*, hinc Lalandenſis nomen gentis Pontano, & aliis.

LALASSIS, oppidum Ciliciæ in Aſia minori Plinio, in Pamphyliæ confinio, nunc *Calendo* dictum, teſte Nigro, cum fluvio parvo cognomine.

LALENESIS, Armeniæ minoris oppidum, in provincia Meliteña, teſte Ptolemæo.

LALETANI, populi Hiſpaniæ citerioris Plinio, qui Læeiani Ptolomæo, & Leetani Straboni, fuere inter Indigetes ad ortum, & Coſetanos ad occaſum. Horum tractus Laletania dicta à Martiali, ubi nunc magna pars Cataloniæ Principatus inter Gerundam & Tarraconem, atque verſus oram maris Mediterranei.

LAMA, urbs Vettonum, in Luſitania, teſte Ptolemæo, nunc interpretantur *Lamegal*, caſtrum Portugalliæ Regni, ad amnem cognominem in Transmontana provincia; vix 6. leucis à confinio Regni Legionis in occaſum, tot idem à Guarda urbe in Septentrionem, 5. à Durio fluvio, & 10. à Lameca urbe ortum verſus.

LAMASEA, Numidiæ civitas Antonino. Ejus quoque meminit Concilium Carthaginenſe, hinc Lamavenſem Epiſcopum habet Victoris Uticenſis fragmentum.

LAMBALSUM, *Lamballe*, oppidum Galliæ, in Britannia minori, 5. leucis diſtans a Fano S. Brioci in ortum Rhedones verſus, & 4. tantum à mari Britannico in Meridiem.

LAMBE, inſula ſinus Arabici, circa Mioſormum, teſte Plinio.

LAMBESCA, & Lambeſcum, *Lambeſc*, oppidum lepidum Galliæ in Provincia, prope Druentium fluvium, & 4. leucis tantum ab Aquis Sextiis in oc-

caſum Avenionem verſus, & 3. à Salone in ortum hybernum.

Lambese, urbs Africæ Mediterranea Antonino, quæ Lampeſa Ptolemæo, in Numidia regione, & olim Epiſcopalis, cujus meminit Divus Auguſtinus, nunc *Lambeſca*, oppidulum Regni Conſtantinæ ad Ampſagam fluvium, a Cirta 24. mill. paſſ. diſtans in Meridiem.

Lamartha, & Lametha etiam, *Lambeth*, vicus & caſtrum Angliæ in Surriæ Comitatu, ad Tameſim fluvium, paulo ſupra Londinum, & fere è regione Weſtmonaſterii, ubi frequens ſeceſſus Archiepiſcopi Cantuarienſis.

Lambriaca, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis in Callaicis Melæ, quod Flavia Lambris dictum à Ptolemæo.

Lambrus, fluvius Inſubriæ in Gallia Ciſalpina Plinio, & maxime perſpicuus, nunc etiam *il Lambro* dictus, in Ducatu Mediolanenſi, oritur ex montibus prope Comum, & Larium lacum, deinde in Meridiem tendens, & per Eupilim lacum tranſiens Modœtiam & Marinianum oppida interluit, & tandem Pado miſcetur inter Ticinum & Placentiam urbes.

Lamsca, Lamacum, & Lamaca, *Lamego*, urbs Luſitaniæ Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Bracarenſi, 3. tantum milliaribus diſtans a Durio fluvio. Media eſt inter Bracaram in ortum æſtivum, & Guardam in occaſum hybernum, 22. leucis diſtat à portu Cale, ſub dominio Regis Portugalliæ, in provincia Beira dicta.

Lamellum, quæ & Mellaria, *la Mallora* vulgo, inſula parva maris Tyrrheni, teſte Platina, ſeu & melius ſcopulus parvus admodum ante Liburnum portum Thuſciæ, vix 5. mill. paſſ. inde diſtans, ubi Piſani à Genuenſibus claſſe ſuperati, amiſſo portu prædicto, mox Sardiniam inſulam amiſerunt Gregorio IX. Pontifice Maximo. Vide Mellaria.

Lametiæ, oppidum Brutiorum Lycophroni, nunc *Sant Eufemia*, oppidulum Calabriæ ulterioris in Regno Neapolitano, & in ora ſinus Hipponiatis, teſte Barrio, patria Stephani Geographi, vix 3. milliaribus ab oſtio Lameti fluvii, à Conſentia 22. mill. paſſ. in Meridiem Hiſponium verſus, hinc populi Lametini, quanquam Cluverius credat Lametiam, & Lampetiam idem eſſe.

Lameticus Sinus, ſive Lametinus, ab Ariſtotele memoratus, qui & Terinæus, Hipponiates, & Napitinus, hodie *il Golfo di Sant Eufemia*, pars eſt maris Tyrrheni in ora Calabriæ ulterioris, ſic dicta à Lametia oppido ei adjacente, 20. milliaribus diſtans à ſinu Scylletio in occaſum, teſte Plinio.

Lametus, fluviolus Brutiorum in magna Græcia Lycophroni, nunc *Lamato*, ſeu *l'Amato* corrupte, oritur ex Apennino monte, & in ſinum Lametinum cadit in Calabria ulteriori, 3. milliaribus à Lampetia ſive Fano S. Euphemiæ in Meridiem, verſus oſtium Angitulæ fluvii 8. circiter, teſte Cluverio.

Lamia, fluvius Hiſpaniæ, in Callaicis Bracaris, nunc *el Lima*, in Portugallia, qui Limius eſt aliis, Vianam oppidum rigat, & paulo infra in Oceanum ſe exonerat. Vide Limius.

Lamia, urbs Theſſaliæ in Phthiotide Straboni, & Polybio, ſita eſt in tumulo verſus oram littoralem, 7. milliaribus diſtans à Lariſſa Penſili in occaſum, & totidem ab Heraclea Trachinia in Septentrionem, nuncque *Lamina* dicitur, teſte Moletio, à Lamia dictus fuit Sinus Lamiacus, qui & Oetæus. Vide ibi.

Lamiæ, inſulæ parvæ, ſeu verius ſcopuli maris Ægei ante Troadem, Laguſſis finitimæ Plinio.

Lamida, Mauritaniæ Cæſarienſis urbs, teſte Ptolemæo.

Laminitani, populi Hiſpaniæ citerioris in Carpetanis, Plinio teſte, quorum oppidum Laminium, nunc *Villa-nueva de los Infantes*, oppidulum Caſtellæ Novæ, ſeu & melius *Montiel* caſtrum in vicinus, duabus hinc leucis diſtans, & 28. a Toleto in ortum hybernum, olimque urbs Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Toletano, hinc tractus adjacens Laminitanus ager Plinio, nunc *el Campo de Montiel* dicitur à Cluſio, & aliis extenditurque inter Montes Marianos ad Meridiem, & Roydeream fluvium, & fontes Anæ fluvii in Septentrionem, eſtque tractus maxime fertilis, ſed aquæ penuria plerumque laborans, propter fontium & rivorum raritatem.

Laminium. Vide ſupra.

Lamius, mons Ioniæ, Endymione celebris, qui inde Lamius cognominatus eſt, teſte Ovidio libro 3. de arte amandi. Vide Latmius.

Lampesa, Africæ urbs Ptolemæo, ubi Legio 3. Auguſta. Vide Lambeſe.

Lampetia, oppidum Brutiorum in Italia Plinio, & Polybio, nunc *lo Citraro*, oppidulum Calabriæ citerioris, in edito loco ſuper Saxum ſitum in ora maris Tyrrheni, teſte Barrio, quod idem eſt cum Clampetia Livii, 10. milliaribus diſtans à Blanda in Meridiem, Paulam verſus totidem, & 22. à Conſentia in ortum æſtivum. Vide Clampetia.

Lampetes, promontorium Brutiorum in Italia, teſte Stephano, quod Lametum aliis, unde ſinus Terinæus inchoatur, nunc *il Capo Souano* dictus, in Calabria Ulteriori, & in ipſo limite Citerioris, teſte Cluverio.

Lampia, mons Arcadiæ, prope Erymanthum montem Straboni, Lampeus Plinio, ex quo Lampia fluvius, de quo Plinius, ortum habet, *Elanda* vulgo, Ibi etiam oppidum cognomine erat, teſte Lactantio, ejus meminit Statius libro 4. Thebaidos.

Lampis, urbs Aſiæ minoris, circa Mæandrum fluvium, teſte Niceta.

Lamponsa, urbs fuit Troadis, teſte Stephano, Herodotus eandem Lamponium vocat.

Lampra, oppidum fuit Græciæ in Attica exciſum, ubi nunc vicus *Palæo-Lambrica* dictus, prope Athenas.

Lampsacus, urbs Aſiæ minoris Ptolemæo, in Myſia minori, quæ Lampſacum Plinio, & Melæ, à ſplendore nomen habens, ut tradunt nonnulli, antiqua eſt & clara, ad Helleſpontum ubi exit è Propontide, olim Pityuſa dicta, teſte Plinio, nunc etiam à noſtris *Lampſaco* dicta Sophiano, & Zardo, *Lepſeke* vero Turcis, teſte Leunclavio, & *Laſipio* nautis, ſatis culta eſt etiamnum, & Archiepiſcopalis, 5. milliaribus diſtans ab oſtio Proſactii fluvii in occaſum, uti 21. à Pario, & 50. ab oſtio Granici Callipolim urbem Thraciæ verſus circiter 8. Hæc à Xerxe Perſarum Rege Themiſtocli Athenienſi à patria exulanti in vinum dono data eſt. Populi Lampſaceni Ciceroni, hujus urbis meminit Ovidius libro primo Triſtium.

Lampsemandus, Cariæ regionis inſula, in ſinu Ceramico, teſte Plinio, Vocatur Lepſemandus à Stephano, eſtque parva admodum.

Lamum, oppidum fuit Latii in via Appia, teſte Georgio Fabricio, ſed quid ſit hodie non conſtat, quanquam ab ipſo *Marino* indigitetur.

Lamum, *Lamo*, urbs parva Zanguebariæ regionis, Regni cognominis caput, cum portu in ora Oceani Æthiopici, 15. leucis ab Oja in Septentrionem, uti 33. à Melinda.

Lamum Regnum, *le Royaume de Lamo*, Regnum parvum Africæ, in Æthiopia inferiori, in

Zanguebaria

Zanguebaria regione, verſus fluvium Chimanchum & Regnum Melindæ, à quo terminatur ad Septentrionem, uti ab ortu Regno Pateo. Urbem habet primariam cognominem, & ejus Rex occiſus fuit ab Hiſpanis anno 1589.

Lamus, urbs fuit Læſtrigonum in Italia, prope Formias & Caietam, vel ipſa Caieta, aut ipſæ Formiæ; & ejus meminit Virgilius libro 9. Æneidos.

Lamus, urbs Ciliciæ mediterranea Ptolemæo, nunc *Lamo*, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Seleucienſi, inter Flaviopolim ad occaſum & Irenopolim ad ortum, proxima Tarſo.

Lancastrensis Comitatus, ſive Lancaſtria, *Lancashire* incolis, *la Province de Lancaſtre* Gallis, *la Provincia de Alencaſtro* Hiſpanis, provincia Angliæ Regni, juxta oram maris Hibernici extenſa, inter Ceſtriæ Comitatum ad Meridiem, Weſtmariam ad Septentrionem, & Eboracenſem provinciam ad ortum, continet in ſe quinque tractus ſive modicas Schiras, quæ ſunt *Weſtderbischire*, *Salfordschire*, *Leylandschire*, *Blackbourneschire*, & territorium Lancaſtriæ, quæ etiam uſitato vocabulo dicuntur Hundredi. Hinc orti Lancaſtriæ Duces, in hiſtoria Anglica celebres. In ea ſunt Lancaſtria, *Lancaſtre*, oppidum provinciæ caput, & oppidula Mancunium, *Mancheſter*, & Preſtonium, *Preſton*, & in eo tractu erant olim Brigantes ex parte.

Lancastria, *Lancaſtre* incolis, quanquam *Loncaſtre* pronuncient, oppidum Angliæ, ad fluvii Lunæ oſtia, in Comitatu Lancaſtrenſi, & in ora maris Hibernici, medium inter Carleolum ad Septentrionem & Ceſtriam ad Meridiem.

Lancarota, *Lançarote*, inſula Africæ in mari Atlantico, & una ex Canariis, à Luſitano quodam ſic dicta, nunc ſubeſt dominio Hiſpanorum, circuitus eſt 24. leucarum, longitudinis 10. latitudinis 4. & vix 4. leucis Hiſpanicis diſtat à Forteventura inſula, 200. autem à Gadibus in Meridiem.

Lancia, & Albianus, inſulæ Callaicorum in Hiſpania Citeriori, nunc *las Iſlas de Baiona*, teſte Mariana, in ora Gallæciæ.

Lancia Oppidana, urbs Vettonum in Hiſpania Luſitanica Ptolemæo, quæ Lance Antonino, nunc caſtrum *la Peña di Francia*, ſeu Rupes Franciæ, locus celebris propter devotionem erga B. Virginem, in Regno Legionenſi, intra montes, inter Albam, & Civitatem Roderici, teſte Ortelio, hinc Lancienſes populi dicti fuere.

Lancia, quæ & Lancia Tranſcudana, urbs Hiſpaniæ, in Luſitania Floro, creditur fuiſſe ubi nunc urbs Guarda, *Guarda*, in Regno Portugalliæ, quæ crevit ex Igæditæ ruinis, & ideo à quibuſdam Igædita nova dicitur, teſte Brietio, hicque Viriatus Romanos vicit.

Lancianum, *Lanciano*, urbs Regni Neapolitani. Vide Anxanum.

Lancicensis Palatinatus, ſive Præfectura, *le Palatinat de Lencici*, tractus Poloniæ majoris, qui & Lencicienſis dicitur. Vide ibi.

Lancictum, *Lenczycze*, urbs Poloniæ majoris, Palatinatus cognominis caput, quæ ſæpius Lencicium dicitur. Vide ibi.

Lancium Burgium, *Lans le Bourg*, vicus Sabaudiæ in Mauriana tractu, qui ab omnibus corrupte dicitur *Laſnebourg*, eſtque ad Arcum fluvium, ad radices montis Ceniſii, in limite Pedemontii, ubi frequens tranſitus è Gallia in Italiam.

Lancobardi, populi. Vide Langobardi.

Lancobrica, ſeu Lancobriga, oppidum Hiſpaniæ in Luſitania, ex itinerario Antonini, nunc Delgado teſte, eſt *Langroiva*, pagus Portugalliæ, inter Portum Cale & Talabricam, ſed Vaſconcello, & Ortelio, Lancobriga eſt *Afeira*, pagus Portugalliæ Regni in provincia Interamnica, verſus oram Oceani Atlantici, prope oſtia Durii fluvii, & 15. mill. paſſ. a Portu Cale in Meridiem.

Landæ, *Landen*, oppidulum Belgii in Brabantiæ Ducatu, & in confinio ditionis Leodienſis, duabus leucis à Tenis in ortum hybernum, & paulo minus à Fano S. Trudonis.

Landarum Tractus, *les Lannes* incolis, *les Landes* Gallis, *las Llanas* Hiſpanis, ager Galliæ in Vaſconia provincia, dicitur aliter Landæ Burdegalenſes, eſtque extenſus inter Burdegalenſem agrum ad Septentrionem, Oceanum Aquitanicum ad occaſum, Vaſconiam propriam ad Meridiem, & Martianum agrum ad ortum; dividitur in majorem Landarum tractum, *les grandes Landes*, inter Burdegalam & Baionam; & in minorem Landarum tractum, *les petites Landes*, inter Vaſates, & montem Martiani, eſtque tractus malè cultus, & ſterilis, cum ſint planities infructuoſæ pro parte, hinc incolæ *les Lanuſquets* dicti.

Landava, *Landaff*, urbecula Angliæ in Wallia meridionali, & in Morganucia Comitatu, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Cantuarienſi, ad amnem Tavum, caſtrum habens antiquum, ſed deficit in dies paucis tantum incolis conſtans, atque uno milliari Anglico diſtat à Cardiffa, & 2. à Sabrinæ æſtuario, à Briſtolio vero 30. mill. paſſ. in occaſum Maridunum verſus 45. & paulo minus ab Herefordia in Meridiem.

Landavia, & Landavium, *Landaw*, urbs parva Germaniæ, in Alſatia inferiori, & in Valgovia regione, ad montis Vogeſi radices, & juxta amnem Queicheum *Queich*, intra fines Palatinatus Rheni, ſedet in planitie, eſtque Imperialis & libera, ſed pendet ab Hagenoenſi Præfectura ſive Avocaria, ideoque ſubeſt dominio Regis Francorum pace Weſtphalica, ſed malè habita fuit ultimo bello Germanico, & 3. milliaribus Germanicis diſtat à Spira, & à Rheno fluvio in occaſum, oppignerata fuerat Epiſcopo Spirenſi à Ludovico Bavaro Imperatore pro 5500. libris Hallenſibus, ſed poſtea redempta anno 1511. à Maximiliano primo Imperatore, & libertati reſtituta.

Landoothia, *le Languedoc*, provincia Galliæ, ſic dicta à quibuſdam recentioribus, quæ ab aliis Occitania vocatur. Vide ibi.

Landracium, *Landrecy*, urbs parva ſed munita Belgii Francici, in Hannonia provincia, ad fontes Sabis fluvii, obſidionibus ſuis celebris eſt, & ſubeſt dominio Francorum pace ad Pyrenæos ſancita, 6. leucis diſtans à Valentianis in ortum hybernum, & 7. à Cameraco in ortum, 2. autem à limite Picardiæ provinciæ, & dicta fuit alias Landracum in actis mediæ ætatis.

Landishutum, *Landshut*, urbs Germaniæ, in Bavaria inferiori, ad Iſarum fluvium, 20. mille paſſibus diſtat à Friſinga in ortum, & 30. à Ratisbona in Meridiem; eſtque munita, cum caſtro in colle adjacente.

Landspsroa, *Landſperg*, oppidum Germaniæ, in Nova Marchia Brandeburgica, ad Wartam fluvium, 18. mill. paſſ. à Cuſtrino in ortum, & in confinio Poloniæ. Pluries captum fuit à Suecis bello tricennali Germanico.

Landsperga, *Landſperg*, oppidum Germaniæ, in Bavariæ Ducatu, in colle, ad Licum fluvium, & in confinio Sueviæ, 20. mille paſſibus diſtans ab Auguſta in Meridiem.

Langa, *Langa Neſſ*, promontorium Iſlandiæ; in parte ſeptentrionali inſulæ ubi vergit ad Orientem, teſte Thorlacio.

Langæ, & Langarum tractus, *le Langhe* incolis,

les Langues Gallis, provincia parva Italiæ in parte meridionali Pedemontii & Ducatus Montisferrati, dicitur etiam Langa, eſtque inter Apenninum montem & fluvios Tanarum Urbam & Sturam, extenditur etiam ad confinia ditionis Genuenſis, & dividitur in duas partes; nempe in Langarum tractum ſuperiorem, *le Langhe alte*, cujus caput eſt Alba in Montefertato, quæ Langarum præcipua exiſtit; & in Langarum tractum inferiorem, *le Langhe baſſe*, ad Meridiem Aſtæ, & uterque fertilis eſt admodum & probe cultus cum plurimis oppidulis & caſtris.

LANGELANOIA, *Langeland*, id eſt longa terra, inſula Daniæ, in mari Orientali ſive Baltico, inter Fioniam, Selandiam, & Lalandiam inſulas, ubi oppidulum Rudcopia. A Septentrione in Meridiem extenditur per 7. ferè milliaria Germanica prope fretum Balticum majus. Sed ejus latitudo eſt tantum duorum milliarium ſimilium, Pagos habens ſexdecim, & arcem munitam *Traneker* dictam.

LANGHIACUM, *Langhac*, urbs parva Galliæ in Alvernia inferiori, cum ponte lapideo ad Elaverem fluvium, & in planitie undique montibus cincta, in limite Gabalitani tractus, 3. leucis à Floropoli diſtans in ortum Anicium verſus totidem, & 15. à Claromonte in Meridiem.

LANOTA, fluvius Peloponneſi Straboni, ex Nemæa ſylva per Sicyoniam in ſinum Corinthiacum fluens. De quo Statius libro 4. Thebaidos.

LANUTENSAS, populi Liguriæ, ex vetuſtiſſima tabula, in Genuenſium finibus, quorum adhuc pagus manet, *Langaſcho*, ad Apennini montis radices, à Genua 10. mill. paſſ. ad Pontem decimum diſtans, teſte Auguſtino Juſtiniano.

LANGOBARDI, populi Germaniæ Ptolemæo, qui & Lancobardi quibuſdam, circa Albim fluvium incolentes, in Vindilis, ſic dicti à voce Germanica *Lang* quod longa, & *bardt* quod barbam notat, teſte Paulo Diacono, qui eos ex Scandinavia in Germaniam commigraſſe ſcribit, hi poſtea egreſſi finibus ſuis, in Italiam profecti ſunt, ibique victis Gothis, Regnum conſtituerunt, illudque poſſederunt uſque ad tempora Caroli Magni, qui eorum Regnum penitus abolevit, & ab his adhuc Gallia Ciſalpina maxima ex parte *la Lombardia*, quaſi Langobardia nominatur. Vide Longobardi, & Longobardia.

LANGHEDOCIA, *le Languedoc*, provincia ampliſſima Regni Galliæ, quæ melius Occitania dicitur. Vide ibi.

LANIANUM REGNUM, *le Royaume de Laniang*, Regio Indiæ extra Gangem, ſub dominio Regis Siami fiduciario tantum jure, cum oppido primario cognomine.

LANICOLA, dicitur ex veteri monumento Martiſburgum, *Marburg*, urbs Germaniæ in Haſſia ſuperiori, ſic à Lano fluvio qui eam alluit. Vide Martiſburgum.

LANIGARA, oppidum Africæ in Mauritania Cæſarienſi Ptolemæo, in mediterraneis, ad Sigam fluvium, nunc *Guagida*, Sigæ oppido & Quizæ urbi finitimum, ut exiſtimat Marmolius.

LANI LAPIS, *Lohnſtein*, oppidulum Germaniæ in Circulo Rheni inferioris, & in Veſtervaldia tractu, ad Rhenum fluvium ubi recipit Lanum, duplex eſt, nempe ſuperius, *Ober Lohnſtein* ſupra confluentes Lani, & in ditione Electoris Moguntini cum Præfectura adjacente, inferius autem, *Nider Lohnſtein* etiam ad Rhenum ſedet, ſubeſtque dominio Electoris Trevirenſis, 3. mill. paſſ. ſupra Erenberti lapidem in Meridiem.

LANIONUM, *Lanion*, oppidulum Galliæ in Britannia inferiori, verſus oram ſeptentrionalem, 3. leucis à Trecorio in occaſum hybernum Montem Relaxum verſus.

LANNOYA, *Lannoy*, urbecula Galliæ in Comitatu Flandriæ, & in Præfectura Inſulana, dicta fuit *l'Annois* & alias *l'Annoe* Alnetum in titulis mediæ ætatis, teſte Joanne Fabro; duabus leucis diſtat ab Inſula in ortum Tornacum verſus tres, & ſubeſt dominio Francorum ab anno 1667.

LANOYA, *Lannoy*, urbecula Belgii in Comitatu Flandriæ. Vide Lannoya.

LANSTUPHAOONIA, *Launſton*, oppidulum Angliæ in Cornubia provincia, prope Tamarum fluvium, & in limite Devoniæ, ad amnem *Kenſy*, 34. mill. paſſ. diſtans ab Exonia urbe in occaſum verſus Antiveſtæum promontorium.

LANUS, *la Lohne*, fluvius Germaniæ in Veteravia. Vide Logana.

LANUVIUM, urbs & Colonia Latii Ciceroni, & Plinio, in via Appia, nunc *Civita Indovina*, Campaniæ Romanæ caſtrum, in ditione Eccleſiæ, 16. milliaribus ab urbe Roma in ortum, inter Ariciam, Ardeam, & Velitras, teſte Celſo Cittadino, hinc Lanuvius, ut ager Lanuvius Horatio libro 3. Carminum, ſunt tamen qui credant Lanuvium & Lavinium idem eſſe.

LAODICEA, urbs Aſiæ minoris in Galatia regione, quæ à Ptolemæo, & Strabone Combuſta vocatur, quia terræ motu cum irrumpente igne conjunctum quondam perpeſſa fuerit, eratque in limite Lycaoniæ, hodie Turcis *Ladik*, pagus ſeu vicus cum publico diverſorio & Xenodochio ſuo, in propinquo urbis inſignis rudera ſpectantur, uti & notæ ibidem Thermæ, teſte Jacobo Gollio in notis ad Alferganum.

LAODICEA, urbs etiam Aſiæ minoris, in Phrygia Plinio, & Ptolemæo, ad Lycum fluvium, haud procul in Mæandrum influentem, olim clariſſima & conventus multarum urbium, quæ ſuper Lyco fluvio vocata fuit, opus Antiochi filii Stratonicæ, cujus uxori nomen Laodice erat, ut Stephanus tradit; hæc prius Dioſpolis, & deinde Rhoas, teſte Plinio, nunc *Eskihiſſar* dicta à Turcis, id eſt vetus caſtrum, & hodie in ruderibus jacet ſine incolis, teſte Ricautio, cum alias eſſet Archiepiſcopalis, ſub qua 16. Urbes Epiſcopales cenſebantur, Hierapoli Phrygiæ proxima eſt, 6. mill. paſſ. inde diſtans, & fere media inter Apamiam ad ortum & Tralles ad occaſum, 50. mill. paſſ. utrinque diſtans.

LAODICEA, urbs Aſiæ, in extremis Mediæ finibus, condita ab Antiocho, teſtibus Plinio, & Stephano, ſed quid ſit hodie non conſtat.

LAODICEA, Cabioſa dicta, urbs Syriæ, in Coeleſyria & in Laodicene tractu Ptolemæo, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Damaſceno, ad fontes Orontis fluvii, fere 100. mill. paſſ. à Damaſco in ortum Palmyram verſus.

LAODICEA, urbs Syriæ Ptolemæo, & Straboni, Rhamata Hebræis, in ora littorali maris Syriaci, Archiepiſcopalis & Metropolitana ſub Patriarcha Antiocheno, in Theodoriade tractu, ſic à Laodice Antiochi Regis uxore Seleucique matre dicta, nunc *Lyche* incolis, teſte Moletio, & *Ladikia* Arabibus, à Strabone Laodicea ad Libanum dicta, urbs amplo gaudens portu, inter Antiochiam ad Septentrionem & Tripolim ad Meridiem, ante ſe habens caſtellum, quod eſt Platanus Antonini, teſte Gollio in notis ad Alferganum, eſtque parva, & ſenſim deficit, ejus meminit Dionyſius Afer libro de ſitu orbis.

LAOGIA, *la Foreſt aux Loges*, ſylva Galliæ, in Aurelianenſi tractu, & pars ſylvæ Aurelianenſis, ſub qua etiam ſæpe comprehenditur.

LAONA, urbs Hiberniæ, vulgo Killaloa, *Killa-*

loe in Momonia provincia, & in ipſo limite Connaciæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Caſſilienſi, ad Shenani fluvii ripam, prope ejus Cataractam, & ei uniti ſunt Epiſcopatus Iniſcattienſis & Roſcræenſis, ab anno 1210. Waræo teſte.

Laorum Regnum, *le Royaume des Laos*, Regnum peninſulæ intra Gangem, in mediterraneis, inter Regnum Cocinſinæ ad ortum, & Siamum Regnum ad occaſum, teſte Martinio, & à Septentrione in Meridiem extenditur.

Lapathi, promontorium Hiſpaniæ citerioris, in ora Boreali Callaicorum Lucenſium, quod & Trileucum Ptolemæo, in confinio Aſturum. Vide Trileucum.

Lapathus, caſtellum erat ad Aſcuridem paludem, in confinio Epiri & Theſſaliæ, quo ad Tempe Theſſalica aditus erat, teſte Livio.

Lapides Atri, locus Hiſpaniæ citerioris in Auſetanis, inter oppida Illiturgim & Mentaſſam, ubi Aſdrubal caſtra habebat, teſte Livio, *las Peñas Nigras* locum dici circa hunc tractum ſcribit Ambroſius Moralis; ſed an ſit idem cum hoc Livii, ſe non affirmare addit.

Lapithæ, populi Theſſaliæ, circa montem Olympum & Lariſſam urbem incolentes Diodoro, eorum meminit Virgilius in Georgicis libro 3.

Lapithus, urbs Cypri Ptolemæo, quæ Lapathos Straboni, olim Epiſcopalis, nunc pagus *Lapathios*, in ora Boreali, inter Ceauniam ad ortum & Solos ad occaſum, ad Crommyorum promontorium, Epiſcopalis adhuc ritus Græci, inter Cyreneam & Paphum, inde 12. mill. paſſ. hinc ſupra 20. diſtans, Arſinoë propior, Lapethos Plinio. Hinc Lapithius, nomen gentis.

Lappa, urbs Cretæ inſulæ mediterranea Dioni, & Ptolemæo, Gortynæ proxima, & Epiſcopalis, cujus meminit Synodus VI. Conſtantinopolitana, forſan eadem quæ Lampe, nunc pagus nomen antiquum ſervans.

Lappia, quæ & Lapponia quibuſdam, *Sabmienladts* indigenis, *Lapmarck* Suecis, *Lapland* Germanis, *la Laponie* Gallis, & *la Laponia* Hiſpanis & Italis, Regio Europæ, & pars Scandinaviæ, maxime verſus Boream excurrens, cujus primum meminit Saxo Grammaticus verſus annum Chriſti 1190. & ubi olim Biarmia & Scritofinnia, terminatur à Septentrione Oceano Septentrionali; ab occaſu Regno Norvegiæ; à Meridie Jemptia, Angermannia, Bothnia, & Finnia provinciis Sueciæ Regni, & ſinu Bothnico; ab occaſu vero mari Albo, dividiturque in tres partes, in totidem Regnis, ex quibus major pars in Sueciæ Regno dicitur Lappia Suecica, alia in Moſcovia ſive Ruſſia magna nuncupatur Lappia Moſcovitica, tertia vero in Norvegia, quæ aliis multo minor vocatur Lapponia Norvegica ſive Danica, & de hac regione pluribus nuper & docte ſcripſit Joannes Schefferus, uti & P. Auguſtinus Lubin vir Clariſſimus. Tota autem regio montibus altiſſimis horret verſus Septentrionem & ortum, ſed ad Meridiem magis culta eſt & fluviis atque lacubus referta, hinc Lappi populi. *Sabmi* ſive *Same* ſibi, *Lapper* Suecis, *Loppi* Ruſſis, *Lappen* Germanis, *Lape* Ruſſis, *les Lappons* Gallis, & *li Lapponi* Italis.

Lappia Moscovitica, ſive Ruſſica, *Pybiniemi* indigenis, *Terſchana-Voloch* Ruſſis, *Trinnes* Suecis, & *la Lapponie Ruſſienne ou Moſcovite* Gallis, ſic dicta quod ſubſit dominio magni Ducis Moſcoviæ, extenditur verſus ortum æſtivum & ortum, inter lacum *Enaretreſck* ad occaſum & Oceanum Glacialem atque mare Album ad ortum, ubi olim forſan Biarmia provincia, ut exiſtimant plurimi; dividiturque in tres partes quæ ſic dicuntur: Maritima Leporia, *Mourmanskoy Leporie*, quæ in Septentrionem vergit, in qua Kola portus, Anglis & Belgis notus; Terſa Leporia, *Terskoy Leporie*, quæ ſupra mare Album ſive ſinum Grandicum extenditur; & Grandvicenſis Leporia, *Bellamoresky Leporie*, quæ infra mare Album, & hæc provincia multo minor eſt Lappia Suecica, ſed major Norvegica.

Lappia Norvegica, ſive Danica, *la Lapponie Danoiſe*, parva admodum, & ſic dicta quod Regi Daniæ uti Regi Norvegiæ ſubſit, vocatur aliter Finmarchia, *Finmark* vulgo, ſeu etiam *Finlap*, eſtque parva admodum, verſus oram Oceani Septentrionalis, nempe à montibus Norvegiæ & à limitibus Præfecturæ Nidroſiæ ad occaſum, uſque ad promontorium Rubeam ſive Boreale dictum ad ortum, ſicque multo minor eſt quam notatur in tabulis recentibus, eſtque ſterilis admodum & montibus referta, & in ea ineſt tantum caſtrum alicujus nominis Vardhuſium dictum, quanquam ſemidirutum in Varda inſula ab ipſa diſſita in ortum, unde tamen ſæpe dicitur Vardhuſia Præfectura à Danis & aliis exteris.

Lappia Suecica, quæ & meridionalis, *Lapmark* Suecis, *la Laponie Suedoiſe* Gallis, pars eſt maxima Lappiæ, & provincia Sueciæ Regni magis ad Septentrionem extenſa, ideoque ſub Nordlandicis provinciis comprehenſa, ejus termini ſunt ad Septentrionem Lappia Norvegica ſive Danica, & mare Septentrionale; ad occaſum montes Fellici, quibus à Norvegia ſeparatur; ad Meridiem vero Jemptia, Angermannia, Bothnia, Carelia, & Finnia provinciæ Sueciæ, & ad ortum Lappia Moſcovitica: ſicque eſt perampla, & dividitur in ſex Marchias ſive Præfecturas, nempe *Angermanland-Lapmark*, ſub qua unus tractus, *Biar* dictus à Suecis; *Uma Lapmark*, in qua quatuor tractus ſive *Biar*; *Pitha Lapmark*, in qua ſeptem tractus; *Lula Lapmark* in qua quinque tractus; *Torna Lapmark*, in qua ſunt octo tractus, & *Kiemi Lapmark*, in qua ſunt octo tractus ſive *Biar*, ut vocant, ſicque hæ ſex Marchiæ continent ſub ſe triginta tres tractus, & ſingulæ ab *Angerman*, *Uma*, *Pitha*, *Lula*, *Torna*, & *Kiemi* fluviis quibus irrigantur, denominatæ ſunt, & verſus ſingulorum fluviorum oſtia ſuum habent oppidulum cognomine, excepta *Angermanland Lapmark* quæ in mediterraneis extenditur, ſed alia loca ſunt parvi momenti, ſubſuntque dominio Regis Sueciæ.

Lapurdensis Tractus, *le Labourd*, ſeu *le pais de Labourd*, tractus Galliæ in Aquitania, in ora Oceani, eſtque una ex tribus partibus Vaſcitaniæ provinciæ, terminatur ab occaſu Oceano Aquitanico, à Septentrione Aturo fluvio, ab ortu Navarra inferiori, & à Meridie montibus Pyrenæis, & ejus præcipua urbs eſt Lapurdum ſeu Baiona, *Baione* vulgo, & alias extenſus fuit uſque ad Urumeam fluvium, & Sebaſtianopolim in Ipuſcoa provincia, ut pluribus probat Arnaldus Oihenartus, ex Sandovallo & aliis.

Lapurdum, urbs Galliæ in Aquitania, & in Vaſcitania tractu, de qua fit mentio in libro Notitiæ Imperii, nunc eſt *Baione*, urbs Galliæ Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Auſcitano, teſtibus Scaligero & Savarone, & ut pluribus probat & doctiſſime Petrus de Marca Archiepiſcopus Pariſienſis in hiſtoria Beneharniæ, hinc ejus Epiſcopus dictus fuit Lapurdenſis, non autem Baionenſis uſque ad annum 1150. aut circiter.

Laquedonia, *la Cedogna*, ſeu & melius *Cedogna*, urbs Regni Neapolitani, in provincia Principatus Ulterioris, & in Apuliæ confinio, ſedet in planitie, & in parte diruta eſt, paucis admodum conſtans incolis, ad radices Apennini montis, eſtque Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Compſano, ſed Diœ-

ceſis unum tantum complectitur locum ; cum ipſa urbe, quæ olim Aquilonia dicta fuit, in Hirpinis, ut probant Celſus Cittadinus, & Lucas Holſtenius; eſtque verſus Aufidum fluvium, limiteſque Capitanatæ provinciæ, prope Biſaccium, & 12. milliaribus diſtat à Melphia in occaſum æſtivum.

LAR, fluvius Arabiæ Felicis, in ſinum Perſicum fluens inter Sacra ſolis extrema & Capſinam urbem Ptolemæo, nunc *Om* in tabulis Caſtaldi.

LARA, *Lar*, urbs Perſiæ Regni, in provincia Perſiæ propriè dictæ, ad amnem *Tiſindon*, in limite Caramaniæ provinciæ. Ampla eſt & elegans. 170. milliaribus diſtans ab Armuzia in Septentrionem.

LARA, *Lara*, oppidulum olim nunc vicus Hiſpaniæ, in Caſtella veteri cum caſtro, ad Arlanzam amnem, & ad radices montium. Hinc orta familia Lara, celebris in hiſtoriis Caſtellæ veteris. 4. leucis Hiſpanicis diſtat ab Auca in ortum verſus Ruconiam provinciam, & olim Mauſina dictus fuit.

LARA, *Lara*, Regnum parvum Aſiæ, in ora ſinus Perſici, & Mogoſtaniæ regionis, cum inſula cognomine, aliquot aliis adjacentibus, & arce *Xamel* dicta, 100. mill. paſſ. ab Armuzio in occaſum diſſita.

LARABETA, oppidum Hiſpaniæ in Aſturia, & in ora Oceani Cantabrici, Gregorio Epiſcopo Illiberitano, poſtea dictum Fanum Sancti Trudonis, nunc Fanum Sancti Andreæ, vulgo *Santandero*, teſte Gregorio Argaizo. Vide Fanum Sancti Andreæ.

LARAIX, *Larache*, oppidum munitum Barbariæ, in Regno Fezzano & in Aſgara provincia, in ora Oceani Atlantici, ſubeſt dominio Hiſpanorum ab anno 1610. & olim Lixa dictum fuit. Vide ibi.

LARANDA, urbs Aſiæ minoris, in Lycaonia tractu Cappadociæ Ptolemæo, & Straboni, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Iconienſi, juxta fontes Cydni fluvii, nunc male culta, & nomen antiquum adhuc ſervans, 18. mill. paſſ. diſtat ab Anazarbo in occaſum, uti 100. à Comanis Cappadociæ, & 50. ab Iconio in ortum, verſus Taurum montem, & confinia Ciliciæ.

LARANDA, quæ & Leandis, urbs fuit Armeniæ minoris Straboni, 18. milliaribus à Cocuſo in Meridiem, 55. à Comana in occaſum hybernum, & paulo amplius ab Anazarbo diſtans, teſte Philippo à Vico.

LAREDUM, *Laredo*, urbecula Hiſpaniæ in Biſcaia provincia, & in ora littorali maris Cantabrici, cum portu capaci, & tuto, eſtque prima inter quatuor urbes littorales Biſcaiæ, 8. leucis Hiſpanicis à Flaviobriga diſtans in occaſum verſus Fanum Sancti Andreæ ſex, eſtque intra rupes poſita.

LAREMA, oppidum Hiſpaniæ, cujus fit mentio in hiſtoriis mediæ ætatis, nunc recentioribus Lerma; *Lerma*, oppidulum Caſtellæ veteris ad Arlanzam amnem, quod antiquitus Triboracum dictum fuit, teſte Gregorio *de Argaiz*. Vide Lerma.

LARES, urbs Africæ propriæ olim clara Ptolemæo, & Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Carthaginenſi, inter Carthaginem, & Cirtam, à qua 150. mill. paſſ. diſtat in ortum, inter Muſti 30. & Ammendaram 48. *Migana* nunc, Marmolio teſte. Hic maximè efferbuit Vandalorum in Catholicos perſecutio ſub Hunnerico Rege. Laris in ſingulari apud Salluſtium. Laribum coloniam habet Antoninus ſic poſitam.

LARGARÆUM REGNUM, *le Royaume de Largaray*, Regio Indiæ extra Gangem, ſub dominio regis Peguani, cum urbe primaria cognomine, ad Avam fluvium, & maxime in arctos extenditur verſus Chiamæum lacum.

LARIAGARA, Indiæ extra Gangem urbs, teſte Ptolemæo, *Caracaran* vocatur Mercatori, ex conjectura.

LARICES, ſeu & melius Larix, oppidum Norici, intra Alpes & in ipſo limite Carnorum ex itinerario Antonini, quod nunc Lazius interpretatur *Larfeld* pagum Carniolæ, ſed aliis eſt *Reca* caſtrum Carniolæ ſuperioris in Germania, ad amnem Idriam in limite Comitatus Goritiæ.

LARINUM, urbs Frentanorum in Sannio Plinio, & cujus meminit Tullius pro Cluentio, nunc *Larino*, urbs Apuliæ in provincia Capitanatæ in Regno Neapolitano, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Beneventano, ſed parva eſt admodum & male culta ſub dominio utili Principis Caſalis majoris, in confinio Comitatus Moliſini, prope Bifernum fluvium, 11. milliaribus à Termulis in Meridiem Beneventum verſus 40. Populi Larinates Plinio, & aliis. Hujus urbis meminit Silius libro 15.

LARIS, urbs antiqua Idumeæ, in ſolitudine inter Ægyptum & Syriam, in ora maris Mediterranei, in qua obiit Balduinus I. Hieroſolymorum Rex anno 1118. teſte Guillelmo Tyrenſi Archiepiſcopo.

LARISSA, quæ & Lariſſa Penſilis dicta fuit, urbs Theſſaliæ, in Phthiotide tractu Straboni, Cremaſten id eſt penſilem vocatam tradit Livius, nunc *Lariʒo* dicta à Sophiano, ſedet in ora inter Pagaſicum ſinum & Maliacum, in colle, 20. milliaribus diſtans à Thebis Phthiotidis in Meridiem, & 32. à Demetriade in occaſum æſtivum, uti à Pagaſis.

LARISSA, urbs Macedoniæ, Theſſaliæ præcipua, in Pelaſgiotide regiuncula Ptolemæo, & Pauſaniæ, patria Achillis, ſita eſt ad Peneum fluvium, urbs ampla admodum, in confinio Macedoniæ, nunc etiam urbs clara & Archiepiſcopalis, *Larizza* dicta, teſte Sophiano, *Lariſſe* Gallis, eſtque in planitie montibus circumdata, ſub dominio Turcarum, & in ea per aliquot menſes commoratus eſt Turcarum Imperator, dum à ſuis expugnaretur Candia, 28. milliaribus diſtat à ſinu Thermaico in occaſum, & 25. à Pharſalo in Septentrionem Dium verſus totidem, teſte Antonino, & 200 leucis à Conſtantinopoli in occaſum, hinc Lariſſæus nomen gentis, ejus meminit Lucanus libro 6.

LARISSA, urbs Syriæ Straboni, Epiſcopalis ſub Metropoli Apamena, inter illam & Epiphaniam 16. mill. paſſ. ex Itinerario Antonini, adhuc *Laris* dicta, teſte Leonardo Sidonita, ſed paucis nunc conſtans incolis ſub Turcis.

LARISSUS, fluvius Peloponneſi, agrum Elæum à Dymæo ſecernens, teſte Livio. Et Pauſanias ſcribit illum Achæos ab Elæis ſeparare.

LARIUS, lacus Italiæ in Inſubria Ptolemæo, aliiſque, qui Comacenus dictus in itinerario Antonini, & Paulo Diacono, ab urbe ei adjacente, nunc *il Lago di Como* incolis harum partium, *le Lac de Come* Gallis, & *Cumerʒée* Germanis, lacus eſt Ducatus Mediolanenſis, in ejus parte Boreali verſus Rhætos; extenſus à Meridie in Septentrionem ubi longitudine patet ad 30. milliaria, nempe à Como urbe ad Summolacum, & 28. à Summolacu ad Adduæ fluminis egreſſum, juxta Leccum caſtrum, & hinc Comum uſque juxta ripas ſunt 35. milliaria, ſicque ejus ambitus per varios flexus fere eſt 100. milliarium, latitudine vix patet ad 5. milliaria, à Mediolano 25. mill. paſſ. diſtans in Septentrionem, & per eum labitur Addua fluvius à confinio Vallis Tellinæ juxta arcem Fontanam Leccum uſque in limite Bergomenſis agri, ejus meminit inter alios Virgilius libro 2. Georgicorum.

LARSUS, ſive Laris, *Lare*, fluvius parvus

Digitized by Google

Galliæ in Provincia, Aquas Sextias rigat, & in ſinum Aſtromelam ſe exonerat, ejus fit mentio in actis mediæ ætatis, & dicitur à recentioribus Arcus. Vide ibi.

LARNECA, *Larneca*, oppidum Cypri inſulæ, cum portu tuto, & ab Europæis maxime frequentato.

LARNOS, inſula parva & deſerta maris Ægei, circa Thraciæ Cherſoneſum, ut ex Plinio videtur.

LARNUM, fluvius Hiſpaniæ Tarraconenſis, ex Pyrenæis montibus fluens; cujus incolæ Larnenſes à Plinio dicuntur.

LAROS, fluvius parvus Hetruriæ in Italia, qui Laro aliis, & Laurus etiam, nunc *l'Arone*, ſive *Larone* dictus, in provincia Patrimonii, effluit ex lacu Sabatino, & in mare Tyrrhenum ſe exonerat inter Alſium & Fregenas, vix 15. milliaribus ab urbe Roma in occaſum hybernum.

LARTHENIANUM, oppidulum Hetruriæ in Sabatia tractu, nunc *Martignano*, caſtrum ditionis Eccleſiæ in provincia Patrimonii, teſte Leandro Alberto, 16. milliaribus diſtans ab urbe Roma in ortum, verſus lacum Sabatinum 2. inter duos lacus parvos admodum *il Lago di Martignano*, & *il Lago di Straccia cappe* dictos, ut ego pluries vidi.

LARONESIÆ, inſulæ parvæ maris Africi Ptolemæo, contra Rhuſpinam urbem maritimam Africæ, haud multum à promontorio Mercurii in ortum diſtantes, nunc *Mellicolno*, teſte Fazello.

LARYMNA, quod & Larymna inferior, oppidum Græciæ in Boeotia, ad Cephiſi fluminis oſtium Straboni, nunc *Talandi* dictum, teſta Brietio.

LARYMNA SUPERIOR, oppidulum Græciæ, in ora Locrorum Epicnemidorum, teſte Plinio.

LAS, oppidulum Peloponneſi in Laconia Livio, & Pauſaniæ, verſus oram littoralem ſinus Laconici, inter Gythium ad Boream & Teuthroniam ad Meridiem, nunc pagus *Vathi* dicitur, teſte Nigro.

LASÆA, & Thalaſſa, inſula parva Cretæ, ea Actibus Apoſtolorum, ad Pulchrum promontorium, ad quam divus Paulus Apoſtolus venit, cum Romam navigaret, teſte D. Hieronymo.

LASCORA, *Leſcar*, orbs Galliæ in Aquitania, & in Benearniæ Principatu, ad Gabarum Palenſem fluvium, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Auſcenſi, & excitata fuit anno 1000. in ruinis Benearni urbis, quæ deſtructa fuerat à Normannis anno 845. & dicta fuit Leſcar ſeu Laſcuris, quaſi *Laſcourre*, ſeu amfractus aquarum, teſte Petro de Marca, una leuca diſtans à Palo in ortum Baionam verſus 17. & ab Elorone 5. in ortum Tarbam verſus 8.

LASICE, Africæ propriæ urbs Ptolemæo, Elice apud Antoninum eſſe credit Gerardus Mercator.

LASIO, Peloponneſi urbs parva, de qua contendebatur inter Arcades, ut habet Xenophon.

LASSA, & Laſſæ Regnum, *Laſa*, ſeu *Laas*, Regnum Tartariæ, quod Barantola dicitur à Tartaris; orbem habens primariam Laſſam dictam, eſtque inter Regna *Coin*, & *Nekbal* & deſertum Xamum, ut pluribus ſcribit Joannes *Grueber* qui illas oras luſtravit à paucis annis, cum è Sinarum Imperio in Europam rediret.

LASSANANSIS LACUS, *Laſſan ſee*, lacus Pomeraniæ citerioris, ſic dictus à Laſſano vico ad ramum Oderæ, & effectus à brachio occidentali Oderæ fluvö, *der Pfin* nuncupato, paulo ſupra Volgaſtum, & per Uſedomiam inſulam extenditur ad aliquot millia paſſuum.

LASSIO, Cretæ inſulæ mons, ubi Jovis ſepulchrum oſtendebatur, teſte Epiphanio.

LASSIPPA, Indiæ extra Gangem urbs, teſte Ptolemæo, quæ Laſippa interpretibus.

LASSIRA, oppidum Edetanorum in Hiſpania citeriori Ptolemæo, nunc *Sarione*, vicus Aragoniæ Regni, 5. leucis à Terulo Segobrigam verſus, à quo pari ſpatio diſtat, prope Turulim fluvium, teſte Moletio, ſed potius conjectura ſua quam certo argumento.

LASTIGI, Hiſpaniæ oppidum in Bætica, teſte Plinio, illud nunc *Zahara* dici autumat Rodericus Carus. Vide Zahara.

LATARA, caſtrum Galliæ Narbonenſis Melæ, nunc *Latte*, vicus Occitaniæ inferioris, teſte Joanne Poldo, ad Ledum amnem juxta ſtagna Volcarum, vix mille paſſibus à Monte Peſſulano diſtans in Meridiem, & 4. ab ora maris Mediterranei, & ſinus Leonini, ab eo etiam dicitur Lataræ ſtagnum, teſte Plinio, *l'eſtang de Latte* aliquando, eſtque pars ſtagnorum Volcarum verſus oram littoralem.

LATEA, ſeu Lattha, urbs Arabiæ felicis, teſte Ptolemæo.

LATERANUM, *San Giovani Laterano* Italis, *Saint Jean de Latran* Gallis, Baſilica ampla & pulcherrima urbis Romæ, ſic dicta quod extructa fuerit in ædibus Laterani Conſulis à Conſtantino Magno Imperatore, in monte Coelio, & prope portam Coelimontanam, cujus Pontifex Maximus dicitur Epiſcopus, cum ſit urbis Romæ primaria Eccleſia & Patriarchium, in cujus rei fidem ſcriptum eſt in ipſius porticu, in marmore antiquo;

Dogmate Papali datur ſimul & Imperiali
Ut ſim cunctarum mater caputque Eccleſiarum.

Nuper reſtaurata fuit magnificentius ab Innocentio X. Pontifice Maximo, ei adjacet Palatium Pontificium Lateranum, quod de novo extructum fuit à Sixto V. Summo Pontifice, ſed ægre inhabitatur propter aëris gravitatem, ibi habita ſunt quinque Concilia generalia ſive Oecumenica Lateranenſia dicta, primum nempe ſub Calliſto ſecundo Summo Pontifice, anno 1123. ſecundum ſub Innocentio ſecundo, anno 1139. tertium ſub Alexandro tertio anno 1179. quartum ſub Innocentio tertio anno 1215. & quintum ſub Leone X. ab anno 1513. uſque ad annum 1517. 2. Laterani meminit Prudentius contra Symmacum libro 2.

LATINIACUM, *Lagny*, oppidum amplum Galliæ, in Bria provincia, & in Præfectura Generali Inſulæ Franciæ, cum ponte ad Matronam fluvium, & Abbatia celebri, 6. leucis ſupra Lutetiam Pariſiorum in ortum, & 4. à Meldis in occaſum hybernum.

LATINI CHRISTIANI, ſic dicuntur à Græcis populi Europæ, qui ritus Eccleſiæ Catholicæ Romanæ ſervant, & eorum perſæpe fit mentio in hiſtoriis Græcis mediæ ætatis, & in recentioribus etiam.

LATINORUM REGIO ORIENTALIS, ſive in Oriente, pars fuit ampla Syriæ, tempore belli Sacri Francorum armis acquiſita, cujus crebra fit mentio in hiſtoriis Orientis, ubi perſæpe dicitur Regnum Hieroſolymitanum, eratque quatuor Principatibus diſtincta, ex quibus primus ad Meridiem erat Regnum Hieroſolymorum proprie dictum, *le Royaume de Hieruſalem*; ſecundus erat Comitatus Tripolitanus, *le Comté de Tripoli*: Tertius Principatus Antiochenus, *la Principauté d'Antioche*, & Quartus Comitatus Edeſſanus, *le Comté d'Edeſſe*, verſus Euphratem fluvium, teſte Guillelmo Tyrenſi Archiepiſcopo Gallo.

LATIUM, Regio Italiæ notiſſima Plinio, Straboni, & aliis, à latendo ſic dicta, quod ibi Saturnus latitarit, ut narrant, inter Hetruriam ad occaſum, Tiberi fluvio ſeparante, & Campaniam fœlicem ad ortum, mare Tyrrhenum ad Meridiem, & Sabinos, Samniteſque ad Boream, & in hac regione fuere Æqui, Aurunci, Hernici, Latini, Rutuli, & Volſci populi antiquiſſimis temporibus, teſte Cluverio, poſtea Latium diviſum fuit in antiquum & novum, antiqui Latii termini erant Tiberis ad ortum, & Circei ad occaſum, teſte etiam Plinio, Novi Latii finis fuit Liris fluvius, & Minturnæ urbs exciſa ad ejus oſtia, & totius Latii præcipua urbs fuit Roma, quæ Italiæ præcipua, ſed de aliis urbibus, vide infra, nunc pars Latii inter Tarracinam & Lirim fluvium extenſa, ad Regnum Neapolitanum ſpectat, eſtque ſub provincia Terræ Laboris. Latium autem antiquum, id eſt maxima ejus pars inter Tiberim & Terracinam, nunc *la Campagna di Roma* dicitur, à Roma ejus primaria urbe nomen ſortita, quaſi dicas Territorium Romæ, ſub dominio Summi Pontificis, dividiturque iterum Campania Romana bifariam, nempe in Campaniam Romanam proprie dictam ad Septentrionem, inter Anienem fluvium & montem Lepinum, & in Maritimum agrum, *la Marina*, ad Meridiem, inter Lepinum montem & Mare Tyrrhenum, Populi Latini, hinc Latius & Latinus nomen gentis, hujus regionis meminit Virgilius libro 1. Æneidos, & libro 7.

LATII URBES PRÆCIPUÆ FUERE.

Anagnia.
Antium.
Caieta.
Fundi.
Oſtia.
Præneſte.
Privernum.
Roma, Latii caput.
Signia.
Sora.
Tarracina.
Tibur.
Tuſculum.
Velitræ.

LATIUM ANTIQUUM, pars fuit major & præcipua Latii regionis Italiæ, ad occaſum extenſa, inter Tiberim fluvium & Terracinam. Vide Latium.

LATIUM NOVUM, pars fuit minor Latii regionis Italiæ, verſus ortum extenſa inter Terracinam & Lirim fluvium. Vide Latium.

LATMICUS SINUS, pars maris Ægei, in ora Aſiæ minoris & Cariæ, ſic dicta à Latmo monte, prope Miletum, nunc *il Golfo di Palatſchia* vulgo nautis.

LATMUS, mons Cariæ Melæ, & Plinio, in Ioniæ confinio, ad Mæandri fluminis oſtia, & Miletum urbem, juxta quem Heraclea urbs inter Mæandram & Miletum ſita eſt, nunc *il Monte di Palatſchia*. Hinc Latmius nomen gentis, hujus montis meminit Statius libro 3. Sylvæ.

LATOBRIGI, ſeu etiam Latobrici, populi fuere Germaniæ, teſte Cæſare, Rauracis finitimi, trans Rhenum fluvium, in eo tractu ubi hodie Briſgavia, *le Briſgaw*, provincia Sueviæ, inter Rhenum ad occaſum & Sylvam nigram, montemque Abnobam ad ortum, & prope Clegoviam regiunculam, quanquam Brienos eos ponat in Valleſia regione ad fontes Rhodani fluvii.

LATOMIÆ, locus Italiæ in Latio, & in agro Gabiorum, teſte Strabone, inter Romam & Præneſte.

LATOMIÆ, locus Siciliæ Ciceroni, & Plutarcho, apud Syracuſas, ubi lapidicinæ, nunc *le Tagliate*, teſte Aretio.

LATONE, & Latonæ civitas, urbs Ægypti, ad Nilum fluvium Ptolemæo, intra Deltam, hac tempeſtate clara, ſed abſque mœnibus, *Derote* nunc, Zeiglero teſte.

LATOPOLIS, ſive Latorum urbs, in Ægypto ſuperiori Straboni, & Ptolemæo, proxima Apollini magnæ civitati, & hinc Latopolites nomus Plinio.

LATOVICI, oppidum Pannoniæ ſuperioris Plinio, quod Latobici Ptolemæo, & Prætorium Latovicorum Antonino. Vide ibi.

LATRIS, inſula Germaniæ Plinio, nunc interpretantur *das Nerung*, teſte Ortelio, ante oſtia Viſtulæ, & Gedanum urbem, ſed Cluverio teſte, eſt Oſilia *Oeſel*, inſula maris Baltici verſus Livoniam, & ſinum Codanum nunc Rigenſem, alias ſub dominio Regis Daniæ, hodie vero ſub poteſtate Suecorum ab anno 1645. quod probabilius.

LATRONUM INSULÆ, *las Ilhas de los Ladrones* Hiſpanis, *les Iſles des Larrons* Gallis, inſulæ ſunt plurimæ in Oceano Orientali, à Septentrione in Meridiem extenſæ, inter Mare Pacificum ad ortum & Oceanum Orientalem ſeu Sinicum ad occaſum; dicunturque aliter *las Ilhas de las Velas*, ſeu etiam *las Ilhas de la Sapana*, & a paucis annis inſulæ Mariæ Annæ, *las Ilhas de Maria Anna*. Earum præcipuæ ſunt Anglica, *l'Angloiſe*, Artomagana, *Artomagan* ſeu *Oramagan*, Bidima, *de Bidima* ſeu *de Saavedra*, Botaba, *Botaba*, Chemochoa, *Chemochoa*, Chereguana, *Cheregu an*, Greca, *Gregua*, Guagana, *Guagan*, Mana, *Manao*, Nautarum, *des Matelots*, Pagana, *Pagan*, ſeu *Agan*, Rupium, *des Arecifes*, Sapana, *la Sapana*, Vilania, *Vilain*, ſeu *Pulo Vilain*, & Volia, *Volia*. Vide inſulæ Latronum.

LATRONUM SYLVA, *la Foreſt des Larrons*, ſic perſæpe dicitur mare Ægeum a nautis, quod a piratis infeſtum ſit, propter frequentes inſulas parvas & ſcopulos. Vide Ægeum mare.

LATURUS, ſinus maris Libyci, teſte Mela, in Africa, & in ora Numidiæ, nunc *il Golfo di Stora* dictus, teſte Marmolio.

LATYMNUS, mons magnæ Græciæ Theocrito, ad Crotonem urbem, unde *il Monte di Crotone* nunc vulgo dicitur, in Calabria.

LAVALLIUM, ſeu Vallis Guidonis, *Laval*, urbs Galliæ, in Cenomanenſi provincia, ad Meduanam fluvium, in dominio utili Ducis Tremolliæ. 15. leucis diſtat ab Andegavo in Septentrionem, & totidem à Cenomano in occaſum.

LAVANIA, *Lavagna*, oppidum Italiæ, in ora orientali Liguriæ, ad mare Mediterraneum, unde Comites è gente Fliſca, ex qua aliquot Summi Pontifices. Ab aliis Lebonia dicitur. Vide ibi.

LAVANMUNDA, ſeu Lavanti oſtium, *Lavanmynd*, vicus Germaniæ cum caſtro in Carinthia inferiori, ad Lavantum fluvium, ubi in Dravum ſe exonerat. Vix duobus milliaribus Germanicis diſtat à Fano Sancti Andreæ in Meridiem.

LAVANTUM, urbs Germaniæ in Carinthia inferiori, quæ ſæpius Fanum Sancti Andreæ, *Saint André*, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Saliſburgenſi, ſedet in valle Lavantina ad Lavantum fluvium, unde ei nomen inditum, ſub dominio Archiepiſcopi Saliſburgenſis, & excitata fuit ex ruinis Solvæ urbis in viciniis, vix 2. milliaribus Germanicis diſtans à Dravo fluvio in Boream, Volſbergam verſus 1. &

Judenburgum 7. & 11. à Clagenfurto in ortum Marpurgum verſus ; ejus Epiſcopus dicitur Lavantinus, & inſtitutus fuit ab Eberhardo Saliſburgenſi Archiepiſcopo anno 1221. ideo ipſe reſervavit ſibi & ſucceſſoribus jus perpetuum hunc Epiſcopum eligendi, & etiam inveſtiendi, cum juramento fidelitatis : cum de ejus menſa inſtitutus fuerit : ideo Epiſcopus Lavantinus, qui & Laventinus, non cenſetur inter Imperii Principes, neque habet locum aut ſeſſionem in Comitiis Imperii, teſte etiam Viguleo Hundio.

LAVANTUS, *Lavant*, fluvius Germaniæ in Carinthia inferiori, & in valle Lavantina, *Lavanthal* vulgo, Lavantum urbem parvam rigat, & in Dravum fluvium ſe exonerat, 2. milliaribus Germanicis infra ad Lavanmundum.

LAVARE, ſeu Lavara, oppidum Hiſpaniæ in Luſitania Ptolemæo, nunc *Aveiro*, oppidum Regni Portugalliæ, in Beira provincia, ad oſtia Vaccæ ſeu Vacuæ fluvii, & prope ſinum parvum, teſtibus Floriano & Emanuële Enricæo, Ducatus titulo inſignitur, & vix una leuca diſtat ab ora Oceani in ortum Talahricam verſus 2. & 6. à Portu urbe in Meridiem Conimbricam verſus 12.

LAVATRIS, oppidum Brigantum in Britannia prima, ex itinerario Antonini, nunc *Bowes*, vicus Angliæ in Eboracenſi provincia, ad initium *Stanemore* tractus montani, teſte Camdeno, inter Eboracum & Luguvallum.

LAUBA, *Lauban*, urbecula Germaniæ, in Luſatia ſuperiori, ſub dominio Ducis Saxoniæ, ad Queiſſum fluviolum, in ipſo limite Sileſiæ, & 2. milliaribus Germanicis à Gorlitio diſtans in ortum.

LAUBACUS, qui & Lavica, Labola, & Lanus, *Lauwers*, fluvius Friſiæ in Belgio, teſte Hieronymo Verrutio. Vide Lavica.

LAUBIUM, ſeu Laubienſe Monaſterium, olim Labieni caſtra, *Lobe*, pagus Belgii, cum cœnobio ad Sabim fluvium, ditionis Leodienſis, intra fines Hannoniæ. Vide Labieni caſtra.

LAOCHONIA, ſylva Galliæ prope Pariſios, ubi interfectus fuit Rex Childericus, erat inter Calam oppidulum Inſulæ Franciæ & Matronam fluvium, ubi nunc tantum pratum amplum, cum ſylva omnino deſtructa ſit ex quo ipſum Monaſterium Cala, *Chelles* conditum fuit, cum oppido adjacente cognomine, ubi erat antea pars Lauchoniæ ſylvæ, ut dignoſcitur ex antiquis monumentis illius Monaſterii, 4. leucis à Lutetia Pariſiorum diſtantis in ortum Latiniacum verſus.

LAUDA, *Lauda*, oppidulum Germaniæ in Franconia, ad Tubarum fluvium, & in ditione Epiſcopi Herbipolitani, duobus milliaribus Germanicis diſtat à Mariæ valle in Septentrionem Verthæmum verſus 3. & 5. ab Herbipoli in occaſum hybernum, in limite ditionis Moguntinæ.

LAUDANSIS AGER, *il Lodegiano* incolis, *le Lodeſan* Gallis, tractus Italiæ in Mediolanenſi Ducatu, juxta Adduam fluvium, inter agros Cremenſem & Cremonenſem ad ortum, Mediolanenſem ad Septentrionem, Papienſem ad occaſum, & Placentinum ad Meridiem ; ſub dominio Hiſpanorum ; ſicque dicitur à Laude Pompeia ejus urbe, hinc Laudenſes populi *li Lodegiani* vulgo ſibi, *les Lodeſans* Gallis.

LAUDIA, Mauritaniæ Cæſarienſis oppidum, teſte Ptolemæo.

LAUDIACUS, vicus Turonum in Gallia, ſexto à Turonica urbe milliario, teſte Gregorio Turonenſi, nunc Hadrianus Valeſius interpretatur *Mont Louis*, vicum Galliæ in Turonenſi provincia, in colle prope Ligerim fluvium, & ſex milliaribus à Turonibus in ortum Ambroſiam verſus.

LAUDONIA, ſive Lothiana, *Lothian* incolis, & *la Lothiane* Gallis, provincia Scotiæ Meridionalis, quæ *Lauden* etiam dicitur à quibuſdam, extenditur ab ortu in occaſum ad 34. milliaria Scotica, ſed ejus latitudo multo minor eſt, terminatur à Septentrione Bodetria ſeu Fortheæ æſtuario, ab ortu mari Germanico, ab occaſu Comitatu Sterlinenſi, & a Meridie Tuvedia, Teviotia, & Marchia provinciis, dividitur vero in tres partes nempe in Orientalem Laudoniam, *Schyrefdome of Hadingtown*, in Occidentalem Laudoniam, *Schyrefdome of Linlithquo*, & in mediam Laudoniam, *Schyrefdome of Edenburg* vulgo, & ejus urbes ſunt Edimburgum provinciæ primaria & totius Scotiæ caput, Litha, Dunbarum, & Dalketa. Vide Lothiana.

LAUDUM, *Lodi*, urbs Italiæ in Ducatu Mediolanenſi, ſic dicta à quibuſdam recentioribus, quæ ab aliis, & à veteribus etiam Laus Pompeia vocatur. Vide ibi.

LAUDUNENSIS AGER, *le Laonnois*, quanquam *Lannois* pronuncient, tractus eſt Galliæ in provincia Inſulæ Franciæ, dicitur etiam perſæpe ſed improprie Lugdunenſis tractus in antiquis ſcripturis, teſte Andrea *du Cheſne*, cum aliis, quod notandum, terminatur a Septentrione Teoraſcia tractu, ab ortu Campania provincia, ab occaſu vero & Meridie Sueſſionenſi agro, ſic dicitur à Lauduno ejus urbe præcipua, eratque alias pars Picardiæ provinciæ, à qua diſcerptus fuit, & olim erat in eo tractu Sueſſionum pars ſeptentrionalis.

LAUDUNUM, quæ & Laudunum Clavatum, urbs Sueſſionum in Gallia Belgica, ex itinerario Antonini, hodie *Laon*, quamquam *Lan* pronuncient, urbs ampla & munita Galliæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Remenſi, in provincia Inſulæ Franciæ, in monte excelſo Clavato dicto à Maſſone, & in limite Picardiæ provinciæ, cujus pars olim extitit, ejus Epiſcopus eſt Dux & unus ex duodecim antiquis Paribus Franciæ, ipſa 30. leucis diſtat à Lutetia Pariſiorum in ortum æſtivum, uti 7. à Sueſſione Vervinum verſus 9. à Guiſia 7. in Meridiem, & 10. à Remis in occaſum æſtivum, ab ea tractus adjacens dicitur Laudunenſis ager, & hinc Laudunenſes populi *les Laonnois* vulgo.

LAVSELLUM, *Lavello*, urbs parva Regni Neapolitani, in provincia Baſilicata. Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Barenſi. Dicitur etiam Labellum à plurimis ; eſtque prope Aufidum fluvium, 6. milliaribus à Venuſia in Septentrionem diſtans. Vide Labellum.

LAUFFENBURGUM, *Lauffenburg*, urbs parva Germaniæ, ad Rhenum fluvium, in rupe, & una ex quatuor Sylvæ nigræ dictis, ſatis munita, ſub dominio Auſtriacorum, media fere inter Scaphuſiam ad ortum, & Baſileam ad occaſum, 5. milliaribus Germanicis utrinque. Pluries capta haſce poſterioribus annis à Gallis & Suecis ; ſed poſtea reddita fuit pace Weſtphalica. Duplex eſt nempe Lauffenburgum magna, ſeu *die Groſſ Statt*, cum caſtro in colle cis Rhenum, & Lauffenburgum parva, *die Kleine Statt*, trans Rhenum cum ponte, ad quem viſuntur cataractæ Rheni.

LAUDASA, Armeniæ minoris oppidum, in Lavinianenſi Præfectura, teſte Ptolemæo. Lauſtaſa pro eo habent interpretes.

LAVIACUM, oppidum Norici ex itinerario Antonini, nunc *Lauffen*, oppidulum Auſtriæ ſuperioris, teſte Lazio, ſed alii exiſtimant cum Simlero, Laviacum melius dici Laciacum, quod nunc *Gmund*, ad lacum cognominem. Vide Laciacum.

LAVICA, *het Lauwers*, fluvius parvus Belgii in Friſia, eam ſeparans in cis Lavicanam ſeu Friſiam propriam, & in Trans Lavicanam ſeu Dominium Groningæ; & paulo poſt in Oceanum Germanicum ſe exonerans è regione Monicogæ inſulæ, teſte Hieronymo Vertutio.

LAVICI, ſeu Lavicum oppidum Latii, & Lavicana via. Vide Labici.

LAVINGA, *Laugingen*, ſeu *Lawingen*, oppidum Germaniæ, in Snevia ad Danubium fluvium, ſub dominio Ducis Neoburgenſis, cum olim eſſet urbs Imperialis & libera, ſed poſtea ab Imperio exempta, vix uno milliari Germanico ſupra Dilingam in occaſum, & medium ferè inter Ulmam ad occaſum & Vertam ſeu Donavertam ad ortum 5. milliaribus Germanicis utrimque diſſitum.

LAVINIUM, urbs olim Latii in Italia Livio, & Stephano, prius Lavinum, teſte Servio, quæ & Lauro Lavinium dicta, ab Ænea, anno poſt Trojæ excidium 41. condita, ut narrant, nunc oppidulum Campaniæ Romanæ *Citta Lavinia* dictum, ſive etiam quibuſdam, ſed corrupte *Civita della Vigna*, 5. milliaribus à Velitris diſtans Oſtiam verſus, & 9. circiter ab ora maris Tyrrheni, uti & 18. à Roma in occaſum. Differt à Laurento, & hodie eſt ſub dominio utili Ducis Cæſarini: ſed à paucis inhabitatur. Sunt etiam qui credant Lavinium fuiſſe ubi nunc *Patrica*, caſtrum verſus oram, & Lanuvium ubi nunc *Citta Lavinia*. Exiſtimat tamen Lucas Holſtenius Lavinium oppidum Latii fuiſſe in eo colle, qui nunc *il Monte di Levano* dicitur, 1500. paſſuum ſupra Patricam, ubi Sanctæ Petronillæ fanum, quod haud dubiè Annæ Perennæ templum fuit. Populi Lavinii.

LAOMELLINA, *la Lumellina*, tractus Italiæ in Ducatu Mediolanenſi, & in Ticinenſi ſeu Papienſi agro, cujus pars exiſtit ad occaſum, inter Alexandrinum tractum Novarienſem & Dertonenſem, ſic dicitur à Laumello pago, & ejus nunc præcipua urbs eſt Mortaria.

LAUMELLUM, oppidum Italiæ in Inſubria Antonino, & Paulo Diacono, nunc *Lumello*, pagus Ducatus Mediolanenſis, in Laumellina tractu agri Papienſis, à Ticino urbe 20. mille paſſibus diſtans in occaſum Caſale verſus.

LAUNA, *Launy*, oppidulum Bohemiæ Regni, ad Egram fluvium, 3. milliaribus Germanicis infra Satecium in ortum Litomeritum verſus paulo plus, & 8. à Praga in occaſum æſtivum.

LAURACENSIS, tractus Galliæ in Occitania. Vide Lauracus.

LAURACUS AGER, *le Lauraguais*, tractus Galliæ in Occitania, Comitatus titulo inſignis, ſic dictus à Lauraco caſtro, extenditur ab Alburaci fluvio ad Acutum fluvium, intra montes, dividiturque in ſuperiorem, *le haut Lauraguais*, cujus caput Caſtrumnovum Arrii, & in inferiorem Lauracum agrum, *le bas Lauraguais*, cujus caput Vaurum, dicitur etiam Lauriacenſis ager à quibuſdam.

LAURENTUM, urbecula fuit Latii, Plinio, verſus oram maris Tyrrheni, Lavinio propinqua, cujus vix nunc apparent veſtigia. Credunt tamen fuiſſe ubi nunc locus dictus *San Lorenzo*, medio itinere inter Oſtiam & Antium, cum 6. mill. paſſ. exacte abeſt à Lavinio, & quod certiſſimum eſt argumentum, via Laurentina huc defert, & in maritimam illam ſeu littoralem incidit, teſte Luca Holſtenio.

LAURENTINUM, villa Plinii ſecundi in Latio, prope Laurentum, ab urbe Roma 17. mill. paſſ. nunc *Paterno*, Loca Holſtenio teſte.

LAURETUM, *Loreto* indigenis, *Lorete* Gallis, urbs parva & recens Italiæ, in ditione Eccleſiæ, & in Marchia Anconitana, Epiſcopalis effecta à Sixto V. Pontifice Maximo anno 1586. & ei unitus fuit Epiſcopatus Recinetenſis anno 1591. ſedet in colle oblongo, Eccleſiam habens auguſtiſſimam, in qua ædicula Deiparæ Mariæ Virginis, vulgo *la Santa Caſa*, ad quam inviſendam ex tota Europa peregrini quotidie confluunt, de ea pluribus ſcripſit Turſellinus cum aliis, 3. milliaribus diſtat ab ora maris Adriatici Recinetum verſus totidem, & 15. ab Ancona in Meridiem, ut pluries vidi, habet palatium ſplendidum, eſtque probe munita contra incurſiones Turcarum.

LAURETUM, & Lauretus pagus, *Loredo*, oppidulum Italiæ ad Atheſim fluvium, & intra ſtagna in Ducatu Veneto, ſub Venetorum dominio, diciturque ſæpius *Loreo* ab incolis. Vide Loretum.

LAURIACUM, urbs Norici Antonino, & ex Notitia Imperii, poſtea Archiepiſcopalis, nunc *Lorch*, vicus & cœnobium Germaniæ in Auſtria ſuperiori, ad Danubium fluvium, teſte Simlero, cum aliis, è regione oppidi *Mathauſen* dicti, uno milliari Germanico ab Aniſo fluvio & oppido, & 3. infra Lentium in ortum inter Paſſaviam 10. & Viennam 22. circiter, cujus ſedes Saliſburgum translata fuit.

LAURIACUM, *Lorris*, oppidum Galliæ in Vaſtinio tractu, in planitie, & in limite Belſiæ, dicitur etiam Loriacum à quibuſdam, fuitque olim majoris momenti, 6. leucis diſtans à Monte Argio in occaſum Jargolium verſus 7. eſtque prope Sylvam Aurelianenſem.

LAURIOS, Atticæ regiuncula eſt, aureis venis ſcatens. Thucydide teſte.

LAURISHAMUM, *Lorſch*, Monaſterium Germaniæ, alias *Laurisham* dictum, in Palatinatu Rheni, & in pago Rhenenſi, in inſula *Aldenmunſter* dicta, ſuper fluvium *Wiſgoz* hodie *die Weſchnitz*, ubi ſepultus Taſſilo Dux Bavariæ cum filio Theodone, uti Ludovicus II. Pii filius Germaniæ Rex, & Ludovicus III. ejus filius Germaniæ etiam Rex, teſte Marquardo Frehero, eſtque prope Rhenum fluvium, vix 2. milliaribus Germanicis à Vormatia diſtans in ortum.

LAURIUM, mons Atticæ, inter Piræum portum & Sunium promontorium, teſte Thucydide.

LAORN, vel Laoron, oppidum Hiſpaniæ citerioris in Conteſtanis Frontino, & Plutarcho, Laurona Floro, ubi Sextus Pompeius à Cæſarianis victus & cæſus eſt, nunc *Lliria*, oppidum Regni Valentiæ, ad Turiam fluvium, teſte Beuthero, ſeu pagus *Lorigue* dictus in eodem Regno, teſte Morali, 5. leucis ſupra Leriam.

LAURONA, *Logroño*, urbs Hiſpaniæ in Ruconia provincia Caſtellæ veteris, ad Iberum fluvium, teſte Nonnio, in ipſo limite Regni Navarræ, & Alavæ provinciæ, 10. leucis diſtans à Miranda Iberica in ortum hybernum, Calagurim verſus 8. uti à Victoria in Meridiem, dicitur ſæpius Lucronium. Vide ibi.

LAUS, ſeu Laum, oppidum Brutiorum in Italia Straboni, & Stephano, ad oſtia fluvii Lai, in limite Lucaniæ, nunc *Laino*, oppidulum ſatis cultum Regni Neapolitani in Calabria citeriori, verſus oram maris Tyrrheni, teſtibus Nigro & Cluverio, prope Scaleam oppidulum ejuſdem tractus, & 15. milliaribus à Policaſtro oppidulo in Meridiem, quanquam non deſint qui Scaleam fuiſſe exiſtiment, cum ſit ad oſtia Lai fluvii.

* LAOS, fluvius Brutiorum in Italia Straboni, & Plinio, in ipſo limite Lucaniæ, nunc *il Laino*, fluvius

Digitized by Google

viſis parvus Calabriæ citerioris in Regno Neapolitano, teſtibus Nigro, & Cluverio, oritur in ipſo limite Baſilicatæ provinciæ, & in occaſum fluens in mare Tyrrhenum ſe exonerat juxta Laum oppidum.

Laus Sinus, quibuſdam male Talaus, *il Golfo della Scalea*, ſeu etiam *di Policaſtro* quibuſdam, pars eſt maris Tyrrheni, in ora Regni Neapolitani & Baſilicatæ provinciæ, ſic dicta ab oppidulis adjacentibus, extenditurque inter Palinurum promontorium & Lai fluvii oſtia.

Laus Pompeia, colonia & urbs Inſubriæ in Italia Straboni, a Boiis Gallis condita, teſte Plinio, & Pompeia cognominata, colonia eo deducta à Pompeio Strabone patre Pompeii Magni, poſtea Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Mediolanenſi, ad Silarum fluviolum, everſa fuit à Mediolanenſibus anno 1158. locus nunc dicitur *Lod vecchio*, ſeu etiam *Lodivé* per abbreviationem, id eſt Laus vetus, eſtque pagus amplus Ducatus Mediolanenſis, frequens probeque habitatus, ubi plurima antiquitatis veſtigia, 5. mill. paſſ. a Laude nova diſtans in occaſum Ticinum verſus. Laus vero Pompeia, quæ & Laus nova Pompeia, *Lodi* vulgo, urbs Ducatus Mediolanenſis ad Adduam fluvium, & Epiſcopalis loco veteris, extructa fuit à Friderico Ænobarba Imperatore, 46. annis poſt deſtructionem veteris, eſtque etiamnum ampla & ſatis munita, cujus ager fertiliſſimus eſt, 20. milliaribus diſtat a Mediolano in occaſum, uti a Ticino Cremam verſus & Brixiam, & totidem à Placentia verſus Septentrionem, in tractu Adduæ Glarea dicto.

Lausounum, *Loudun*, urbs parva Galliæ in Pictavenſi provincia, cujus fit mentio in actis mediæ ætatis, dicitur ab aliis Juliodunum. Vide ibi.

Lausanna, *Lauſanne*, urbs Helvetiæ. Vide Lauſonium.

Lausonium, ſeu Lauſanna, urbs Galliæ Celticæ Antonino, in Helvetiis, & in Urbigeno pago, nunc *Lauſanne*, urbs Helvetiæ in Vado provincia, cujus præcipua exiſtit, ſub pago Bernenſi, cui ſubeſt ab anno 1536. cum antea urbs eſſet Imperialis & libera, ſive ſui juris, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Veſuntino, loco Aventici, ſed tota hæretica eſt, ideo ſedes Epiſcopalis Friburgum translata fuit, vix media hora diſtat ab ora ſeptentrionali lacus Lemani, qui propterea etiam *le Lac de Lauſanne* ſæpe nominatur, 8. milliaribus Germanicis diſtat a Geneva in ortum æſtivum Friburgum verſus 7. & 5. ab Ebreduno oppido Helvetiæ in Meridiem, à Lucerna vero 18. in occaſum, inter amnes *Laus & Anna*, ut narrant incolæ.

Lautricom, ſeu Lautrecum quibuſdam; *Lautrec*, oppidum Galliæ in Occitania ſuperiori & in Albigenſi tractu, in monte edito cum caſtro nunc diruto, diſtat 2. leucis à Caſtro in Boream in Caſtrenſi agro, habuitque ſæculo elapſo Vicecomitem Odetum Fuxium, virtute militari percelebrem.

Lauvemburgensis Ducatus, *das Hertzoghthumb von Lawenburg* incolis, *le Duché de Lawnbourg* Gallis, tractus Germaniæ in Saxonia inferiori, ſub dominio proprii Ducis ex antiqua familia Ducum Saxoniæ, extenditur inter Ducatus Luneburgenſem, Megalopolitanum, & Holſatiæ, & ejus Duces Catholici habent Lauvenburgum, Raceburgenſem Comitatum, *Frantzhagen*, & *Saſſenhagen*, aliaque loca verſus Albim fluvium, cum parte aliqua Hadeliæ tractus inter oſtia Albis & Viſurgis, ubi *Otterendorp* arx fere intra fines Ducatus Bremenſis.

Lauvenburgum, & Leoburgum, *Lawenburg* incolis, *Launbourg* Gallis, oppidum Germaniæ, in Saxonia inferiori, ad Albim fluvium, ſub dominio proprii Ducis, 6. milliaribus Germanicis diſtans ab Hamburgo in ortum, & 5. à Lubeca in Meridiem, cum caſtro munito, in confinio Ducatus Luneburgenſis, hinc tractus adjacens dicitur Lauvemburgenſis Ducatus.

Lauvenxurgum, & Lemburgum, *Louwenborch* Polonis, *Laumberg* Germanis, oppidulum Germaniæ, in Pomerania ulteriori, & in Pomerellia tractu, ad amnem *Lobo*, in ditione Electoris Brandeburgici, & antea ſub clientela Regis Poloniæ, 8. milliaribus Germanicis diſtat à Gedano in occaſum, 2. a limite Pruſſiæ provinciæ, & 3. ab ora maris Orientalis ſive Baltici in Meridiem.

Lauzaous, Ciliciæ urbs, in Aſia minori, teſte Porphyrogennera.

Laxa, oppidum Hiſpaniæ citerioris in Celtiberis Ptolemæo, nunc *Hita*, oppidulum Caſtellæ novæ, Valeriæ finitimum, teſte Moletio, ſed aliis eſt *Tragazete* vicus Caſtellæ novæ, in confinio Aragoniæ, ad fontes Sucronis fluvii, 6. leucis a Lobeto in occaſum diſtans.

Laxii, ſive Lazii, ut alius codex habet, populi Sarmatiæ Europææ Herodoto, oram paludis Mœoticæ incolentes.

Lazica Regio, pars Colchidis verſus Phaſim fluvium, inter Pontum Euxinum, Moſchicos montes, & Caucaſum, ſic dicta a Lazii populis, occidua eſt Iberiæ pars, & olim Regem habuit proprium, hæc Regio inter Romanos & Perſas controverſa erat, teſte Procopio, & ejus urbes fuere Sebaſtopolis, & Petra à Juſtiniano condita, hujus nomen ſervare videntur Lazi populi, *i Lazi* etiamnum dicti, qui & *Curti* vocantur à Turcis, id eſt Lupi, ſuntque intra montes, verſus oram Ponti Euxini & confinia Georgiæ.

Lea, Æthiopiæ ſub Ægypto oppidum, Plinio teſte.

Lea, inſula parva maris Ægei, prope Aſtypalæam, quæ nunc *Plana* vocatur, teſte Luca Holſtenio.

Leæ, Africæ propriæ urbs Ptolemæo.

Leænæ Montes, *la Sierra Liona*, mons Africæ, in ora Nigritiæ regionis. Vide Leonum mons.

Leanitæ, populi Arabiæ Ptolemæo, in ora ſinus Perſici incolentes, quorum tractus *Elcatif* hodie nominatur, teſte Caſtaldo.

Leandis, Armeniæ minoris urbs, in Cataonia tractu, teſte Ptolemæo.

Leanitis Sinus, pars eſt ſinus Perſici, Arabiam alluens, Ptolemæo teſte.

Leaotunia, *Leaotung*, ſive etiam *Liautum*, provincia ampla Imperii Sinarum, in ejus parte Boreali, & ad ortum extenſa, verſus Tartariam, inter Regnum *Niuche* ad Septentrionem, & Gangum ſinum ad Meridiem; uti inter Regnum Coream ad ortum, & Pechinenſem provinciam ad occaſum, primaque vaſtata fuit, & occupata a Tartaris, quibus etiamnum ſubeſt cum omni Sinarum regione, in ea ſunt plurimæ urbes, ex quibus præcipuæ ſunt Leiaonum *Leyaong*, & Ningiva *Nyngiven*, verſus montes, cum multis arcibus magni momenti, teſte Martino Martinio.

Lebadia, oppidum Græciæ in Boeotia Pauſaniæ, & Plinio, ad Cephiſum fluvium, Cherroneæ finitimum, 15. mill. paſſ. à Delphis in ortum æſtivum, nunc *Levadia* dictum à recentioribus, ejus meminit Statius libro 7. Thebaidos, dicitur etiam Lebadea à quibuſdam.

Lebecii, populi Galliæ Ciſalpinæ Polybio, qui à Plinio & aliis Libici dicuntur, erantque in ea parte Italiæ, ubi nunc dominium Vercellenſe, & Laumellina tractus Ducatus Mediolanenſis, teſte Cluverio & eorum caput fuit Forum Lebecionum. Vide Lebui.

Lebedus, urbs Aſiæ minoris maritima in Ionia Straboni & Plinio, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Epheſino, in ora ſinus Ionici, ubi ludi quotannis in honorem Bacchi celebrabantur, diruta jacet, & *Lebedizi Chiſar* à Græcis dici ſcribit Leunclavius, locus diſtat 25. milliaribus à Teo in ortum, & 15. à Smyrna in Meridiem Colophonem verſus 25. circiter, ejus meminit Horatius libro 1.

Lebena, oppidum Cretæ inſulæ Straboni, & Plinio, nunc *Lenda*, pagus in ora meridionali, inter Leonem promontorium & oſtium Muſaliæ fluvii, ibi templum erat Lebenæum Æſculapio Sacrum circa Phæſtum, teſte Philoſtrato.

Lebero, *le Leberon*, mons Galliæ in Provincia, ab ortu in occaſum extenſus verſus Delphinatum, inter Druentiam fluvium ad Meridiem, & Aptam urbem, fluviumque Caudaleonis dictum, ad Septentrionem.

Lebetis Lacus, *le Lac de la Chaudiere*, quibuſdam Gallis ab ejus forma rotonda, lacus Americæ in Nova Francia, inter lacum magnum Huronum ad Septentrionem, & lacum Erieum ad Meridiem, dicitur melius lacus aquarum Salſarum, *le Lac des Eaux ſalées* Gallis, & *Tſiketo* indigenis. Vide lacus aquarum Salſarum.

Lebinthos, inſula parva maris Ægei Straboni, & Plinio, nunc *Levita* dicta, Pathmo & Lero, vicina quæ & Lebynthos, ejus meminit Ovidius libro 2. de arte amandi.

Lebonia, oppidulum Italiæ in ora Liguſtica Ptolemæo, nunc Lavania, *Lavagna*, oppidulum ditionis Reipublicæ Genuenſis, in ejus ora orientali ad oſtia Entellæ fluvii, nunc etiam *Lavagna* dicti, inter Clavarum oppidum ad occaſum & Segeſtam ad ortum, unde orti Comites Fliſci alias percelebres in hiſtoriis.

Lebretum, ſeu Lebreti vicus, & Albretum quibuſdam, *Albret* incolis, *Labrit* Hiſpanis, oppidulum Galliæ, in Aquitania, & in Vaſatenſi provincia, in medio nemoris cognominis, Ducatus titulo inſignitum ab Henrico II. Rege Galliæ. Hinc orta familia Lebretenſis, ex qua fuere duo Reges Navarræ. Diſtat 10. leucis à Burdegala in Meridiem, & 8. a Vaſate in occaſum.

Lebriemelus, fons Liguriæ, circa Genuam, ut conſtat ex antiqua ænea tabula, quæ ibidem præſtat.

Lebui, populi Italiæ in Gallia Ciſalpina Livio, quos eoſdem eſſe cum Lebeciis Polybii exiſtimant Gaudentius Merula, & Cluverius, idque eveniſſe tantum errore librariorum, teſte etiam Sigonio de Italiæ jure.

Lebussa, & Lebuſia, *Lebuſſ*, urbs parva Germaniæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Gneſnenſi, in media Marchia Brandeburgenſi, Francofurto ad Oderam proxima, inde uno milliari Germanico in Septentrionem diſtans, Cuſtrinum verſus duo, & ejus Epiſcopi Confeſſioni Auguſtanæ addicti erant ab anno 1555. ſed nunc Epiſcopo caret, Epiſcopatum fundarat Mieciſlaus Poloniæ Dux anno 965. ſed Boleſlaus Calvus Henrici Pii Ducis Sileſiæ filius, Lebuſienſe territorium & Lebuſiam urbem Joanni & Othoni Marchionibus Brandeburgenſibus vendidit, circa annum 1260. & ab eo tempore Lebuſia manſit ſub dominio Electorum Brandeburgenſium, teſte Miræo.

Lebynthos, inſula maris Ægei Ovidio. Vide Lebinthus.

Leca, *Leza*, oppidulum Hiſpaniæ in Ruſeonia tractu Caſtellæ veteris, ad amnem cognominem, & 2. leucis à Lucronio in Meridiem, ejus fit mentio in Martyrologio Hauberti Hiſpalenſis.

Lecalia, tractus Hiberniæ inſulæ, in Ultonia provincia, verſus Dunum urbem, in ora maris Vergivii.

Lecca, ſeu & Leccus, *le Leck*, fluvius Belgii uniti in Hollandia, ſeu potius ramus Rheni, à quo ſeparatur prope Vicum, in Ultrajectenſi ditione; deinde ad occaſum tendens in parte meridionali Hollandiæ, paulo infra Roterodamum Moſæ fluvio miſcetur.

Lechæum, oppidulum & navale Corinthiorum in Peloponneſo Ptolemæo, & Pauſaniæ, in Iſthmo, & ad Corinthiacum Sinum, in Corinthia tractu, Cenchreis alteri navali ad ſinum Saronicum adverſum, vix 50. ſtadiis inde diſtans, & 16. à Corintho, *Leſteiocori* nunc dictum, teſte Muletio, ejus meminit Propertius libro 3.

Lectum, promontorium Troadis Ptolemæo, in quo Ida mons deſinit, inter Troadem urbem ad Septentrionem & Aſſum promontorium ad Meridiem, nunc *Scorpiata*, teſte Sophiano.

Lecythus, Chalcidenſium Eubœæ urbs, in Græcia, teſte Thucydide.

Ledesia, *Leeds*, oppidulum Angliæ in provincia Eburacenſi, & in ejus parte orientali, ad Arum fluvium, 20. mill. paſſ. ab Eburaco diſtans in occaſum Ceſtriam verſus, teſte Speedo.

Ledesma, *Ledeſma*, oppidulum Hiſpaniæ in Regno Legionis, circa fluvium *Tormes*, 6. leucis ſupra Salmanticam in ortum hybernum, & verſus fluviolum *Heban* dictum, olim Bletiſa vocatum fuit, ut quidam exiſtimant.

Ledo Salnerius, *Lyon le Saunier*, oppidulum Galliæ in Comitatu Burgundiæ, teſte Chifletio, quod à quibuſdam dicitur Lugdunum Salnerium, eſtque in limite Ducatus Burgundiæ, 8. leucis diſtans à Dola in Meridiem, & 9. à Cabillone in ortum.

Ledrensis Urbs, quæ & Leutheon, urbs Cypri inſulæ, cujus fit mentio in Nicephoro Calliſto, & in Tripartita hiſtoria, quæ Leucotheon Græcis, hodie, teſte Stephano Luſignano, cum aliis eſt Nicoſia, *Licoſia* vulgo Græcis, *Nicoſia* aliis, urbs Cypri primaria, & Archiepiſcopalis, in inſulæ meditullio. Vide Leucoſia & Nicoſia.

Ledum, amnis Galliæ Narbonenſis Melæ, qui Ledus Sidonio Apollinari, & aliis, nunc *le Lez* dictus, in Occitania, oritur 3. leucis ſupra Montem Peſſulanum urbem quam rigat, & paulo infra ad Lataram caſtrum in ſtagna Vulcarum ſeu Magalonæ ſe exonerat, teſte Catello cum aliis.

Legæ, populi Aſiæ in Albania regione, teſte Strabone, juxta oram maris Caſpii incolentes, ad radices Caucaſi montis, qui Leges vocantur à Plutarcho.

Legedia, urbs Abrincatuorum in Gallia Celtica, dicitur aliter Ingena, & Abrincæ, *Avranches* vulgo, urbs Galliæ in Normanniæ Ducatu, verſus Oceanum Britannicum. Vide Abrincæ.

Leghlina, *Laghlyn*, antea urbs Hiberniæ in Lagenia provincia, & Caterlogenſi Comitatu, ad Baroium fluvium, nunc tenuis vicus & fere dirutus, Epiſcopalis tamen ſub Archiepiſcopo Dublinenſi, ſed ab anno 1600. Fernenſi Epiſcopatui unitus eſt, teſte Waræo, & 8. milliaribus Anglicis diſtat à Kilkennia in ortum, & 6. à Caterloga in Meridiem.

Legia, urbs præclara Eburonum in Gallia

Belgica, nunc *Liege*, ad Moſam fluvium. Vide Leodium.

Lega, fluvius Belgii, *Leye* Flandris, *le Lis* Gallis, oritur in Arteſiæ Comitatu, juxta caſtrum *Lisbourg* dictum, deinde Teruanam urbem exciſam rigat, atque Atiam, & Fanum S. Venantii in Arteſia; hinc per Comitatum Flandriæ fluens in ortum, Minariacum, Armentariam, Meninum, Cortracum urbes rigat, & aliquot leucis poſtea juxta Gandavum in Scaldim fluvium ſe exonerat.

Legio, oppidum erat Palæſtinæ D. Hieronymo, inter Samariam ad Meridiem, & Ptolemaidem ad Boream à Bethacad vico Samariæ 15. ab Arbela 9. à Nazaret 25. mill. paſſ. in occaſum diſtans.

Legiones.

Legio I. Adjutrix, urbs Pannoniæ Antonino. Vide Crumerum Aſaum.

Legio I. Jovia, urbs Moëſiæ inferioris Antonino. Vide Triſmis ſive Troſmis, & Novidunum.

Legio I. Italica, urbs Moëſiæ inferioris Antonino. Vide Novæ & Duroſtolon.

Legio I. Macedonica, urbs Moëſiæ Ptolemæo. Vide Oeſcus.

Legio II. Adjutrix, urbs Pannoniæ, Antonino teſte. Vide Aquincum.

Legio II. Augusta, urbs Britanniæ majoris, teſte Ptolemæo. Vide Iſca Silurum.

Legio II. Augusta, urbs Mauritaniæ Cæſarienſis Plinio. Vide Cartennæ.

Legio II. Herculia, in Moëſia inferiori ex libro Notitiæ. Vide Triſmis & Novidunum.

Legio III. Diocletiana, urbs Ægypti ex libro Notitiæ. Vide Thebæ.

Legio III. Sebasta, urbs Africæ propriæ, teſte Ptolemæo. Vide Lampæſa.

Legio IIII. Italica, urbs Latii, ex veteri inſcriptione. Vide Antium.

Legio V. in Gallia Belgica & Germania inferiori Antonino. Vide Buruncum, & Noveſium.

Legio VI. Antonino. Vide Burcinacium in Germania inferiori & Samoſata in Syria.

Legio VI. Heraclea, urbs Pannoniæ Antonino. Vide Onochrinum.

Legio VI. Nicephoria, vel Victrix, urbs Britanniæ majoris Ptolemæo. Vide Camulodunum.

Legio VI. Victrix, urbs Britanniæ magnæ Antonino. Vide Eboracum.

Legio VII. urbs Germaniæ inferioris Antonino. Vide Durnomagum.

Legio VII. Claudiana, urbs Galliæ Narbonenſis, ex Neronis nummo. Vide Vienna.

Legio VII. Germanica, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis Ptolemæo. Vide Legio Germanica.

Legio VIII. in Gallia Belgica, ex itinerario Antonini. Vide Auſana & Argentoratum.

Legio IX. in Germania inferiori, teſte Antonino. Vide Calonis & Gelduba.

Legio X. Germanica, locus Pannoniæ ſuperioris Ptolemæo, Bonfinius docet eſſe prope Strigonium in Hungaria inferiori in effuſa planitie, aut è conſpectu Comaræ prope Tatam urbem.

Legio X. locus Germaniæ inferioris Antonino. Vide Tolpia & Tolbiacum.

Legio XII. urbs Galliæ Lugdunenſis Antonino. Vide Eburobrica.

Legio XII. locus Germaniæ inferioris Antonino. Vide Egorigium.

Legio XIIII. Germanica, locus Pannoniæ inferioris, cujus meminit Ptolemæus, tradit Bonfinius fuiſſe paulo ſupra Budam urbem, ubi hodie Templum S. Andreæ, & vicus in edito colle, in Hungaria inferiori prope Danubium fluvium.

Legio XIIII. in Gallia Lugdunenſi Antonino. Vide Cabillonum, & Tinurtium, utrobique enim fuit.

Legio XV. Apollinaris, in Armenia minori Antonino, & ex libro Notitiæ. Vide Satala.

Legio XVI. in Gallia Lugdunenſi Antonino. Vide Aballo.

Legio XVIII. in Hiſpania Bætica, ex nummo Galbæ. Vide Barbeſola.

Legio XVIII. in Gallia, ex itinerario Antonini. Vide Sidoleucum in Gallia Lugdunenſi, & Durocortorum, & Noviomagum inter Ambianos & Sueſſiones in Gallia Belgica, cum in his tribus locis fuerit.

Legio XIX. in Germania inferiori, in nummo Vitellii. Vide Colonia Agrippina.

Legio XX. Alauna, in Gallia Belgica Antonino. Orolaunum.

Legio XX. Victrix vel Nicephoria in Britannia majori Antonino. Vide Deva.

Legio XXI. in Phrygia & ad littus maris, ex nummo Philippi. Vide Troia.

Legio XXI. in Gallia Belgica, ex itinerario Antonini. Vide Vetera.

Legio XXII. in Gallia ex itinerario Antonini. Vide Antiſſiodorum, Auguſtodunum, Duro-Catalaunum, & Tricaſſes.

Legio XXIII. in Gallia Belgica, ex itinerario Antonini. Vide Ambiani.

Legio XXIIII. in Gallia Belgica, ex itinerario Antonini. Vide Pontes.

Legio XXV. in Gallia Narbonenſi, ex nummo Veſpaſiani. Vide Aquæ Sextiæ.

Legio XXV in Hiſpania Bætica, ex nummo Claudii. Vide Tucci.

Legio XXVI. in Gallia Belgica, ex itinerario Antonini. Vide Geſſoriacum.

Legio XXVIII. in Gallia Belgica, ex itinerario Antonini. Vide Marcomagum.

Legio XXIX. in Mauritania Cæſarienſi, ex antiquo marmore.

Legio XXX. Ulpia, in Germania inferiori Ptolemæo. Vide Ulpia Trajana.

Legio Athenensis Prima, in Germania inferiori, quam inſtituiſſe Domitianum Imperatorem ſcribit Dionyſius. Dubitat Ortelius an hæc oppido *Ath* dicto in Hannonia nomen dederit, an potius *Thienen* oppido Brabantiæ, quod aliter Thiena ſeu Tilemontium dicitur, inter Trudonium ad ortum, & Lovanium ad occaſum, & 25. mill. paſſ. tantum à Leodio in occaſum.

Legio Auxiliatrix, oppidum Pannoniæ inferioris, ad Danubium Antonino, quod & Sicambria, nunc pagus Hungariæ *Seambri* dictus, ad Budam veterem, teſte Antonio Bonfinio.

Legio Germanica, quæ & ſeptima cognominata, urbs Hiſpaniæ citerioris, in finibus Aſturum Cis-montanorum Ptolemæo, quæ ſub Nerva Imperatore condita traditur, nunc Legio, *Leon* indigenis, *Leone di Spagna* Italis, urbs eſt Hiſpaniæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Compoſtellano, ad radices montium Aſturiæ, & caput Regni Legionenſis ab anno 658. ſedet in colle, juxta fontes Eſto.

læ fluvii, eſtque ſatis ampla, ſed parum culta, verſus confinia Aſturiæ, 12. leucis diſtans ab Oceano in Meridiem Senticam verſus, & 20. ab Oveto in ortum hybernum Palentiam verſus, 7. ab Aſturica in ortum hybernum, & 24. ab Auca ſeu Burgis in occaſum. Sublantiam quondam appellatam tradit Morales, ejuſque nominis veſtigia extare dicit in loco vocato *Sollanço*, ſeſqui leuca ab urbe Legionis diſtante. Legioni obiit Ferdinandus primus Caſtellæ Rex anno 1067. teſte Roderico Sylva, hinc Legionenſes populi, *los Leoneſes* vulgo, *les Leonois* Gallis.

Legio, *Leon* Hiſpanis, *Nagarando* indigenis, urbs Americæ Septentrionalis in Nova Hiſpania, & Nicaraguæ regionis caput, unde ſæpe vocatur *Leon de Nicaragua*, ſedes eſt Epiſcopi Nicaraguæ ſub Archiepiſcopo Mexicano, eſtque juxta lacum Legionis, vix 12. leucis diſtans ab ora maris Pacifici, & à Rejalejo in ortum Granatam verſus 18.

Legio Victrix, oppidum Galliæ Belgicæ, ex veteri inſcriptione, nunc *Vitry*, oppidum Campaniæ in Gallia ad Matronam fluvium, 10. leucis a Barro Ducis in occaſum, & 7. à Catalauno in ortum hybernum. Dicitur ſæpius Victoriacum. Vide ibi.

Legiodunum, oppidum Inſubriæ, nunc ex veteri traditione, *Legiun*, pagus Ducatus Mediolanenſis in Italia, ſic à Legionibus dictus, olim oppidum amplum, ut antiquæ inſcriptiones & rudera teſtantur, ibi corpora SS. Primi & Feliciani eo Roma Sergio Pontifice tranſlata in Sacra æde ſibi dicata ſervantur, teſte Philippo Ferrario, ſedet prope Beſnrium, & oram orientalem lacus Verbani, inter Angleriam ad Meridiem, & Locarnum ad Septentrionem, 12. mill. paſſ. a Vareſio in occaſum & 40. à Mediolano.

Legioniacum, *Lechenich*, oppidum Germaniæ in Electoratu Colonienſi, & in ipſo limite Ducatus Juliacenſis, vix 3. milliaribus Germanicis diſtans à Colonia Agrippina in occaſum hybernum, Tolbiacum verſus paullo minus, teſte Zeilero.

Legionense Regnum Proprie Dictum, *el Reyno de Leon* indigenis, *ò Reyno de Liaom* Luſitanis, *le Royaume de Leon* Gallis, pars eſt Hiſpaniæ ſatis ampla, verſus Septentrionem extenſa, in ea regione in qua olim erant Aſtures Ciſmontani populi, uti Vaccæi ex majori parte, & Vettones ex parte etiam, teſte Ortelio, terminatur a Septentrione Aſturiæ Principatu, ab ortu Caſtella veteri, à Meridie Extremadura Legionenſi dicta, & ab occaſu Portugallia, & Gallæcia, dividitur vero Legionenſe Regnum proprie dictum in duas partes Durio fluvio, nempe in partem Cis-Durium, quæ ad Meridiem, & in partem Trans-Durium, quæ ad Septentrionem; ſubeſtque Regi Hiſpaniæ cum annexis, ejus primaria urbs eſt Legio, alias Regia ſedes.

Legionense Regnum, complectitur etiam Gallæciam, Aſturiam Ovetanam, Aſturiam S. Julianæ, & Extremaduram provinciam, quæ ei annexa eſt, quanquam malè in tabulis Geographicis ſub Caſtella veteri comprehendatur, & hæc omnia ſuberant alias dominio antiquorum Regum Legionis, ubi Caſtella vetus, tunc tantum Comitatus, & antequam ad Regum titulum eveheretur. Narrant Hiſpani initia habuiſſe ſub Pelagio Rege anno 717. ſed Petrus de Marca Archiepiſcopus Pariſienſis, vir clariſſimus, id fortiter negat in ſua hiſtoria Benearniæ, plurimiſque probat argumentis, & doctiſſime Legionenſe Regnum tantum multis poſt annis Reges habuiſſe proprios è gente Pelagii, tandemque anno 1230. Regno Caſtellæ perpetuo unitum fuiſſet ſub Ferdinando Rege

Legionensis Regni Urbes Præcipuæ.

Civitas Roderici, *Ciudad Rodrigo*.
Legio, *Leon*.
Palentia, *Palencia*.
Salmantica, *Salamanca*.
Sentica, *Zamora*.
Taurum, *Toro*,

Legionis Lacus, *la Laguna de Leon* Hiſpanis, *Lindiri* indigenis, lacus Novæ Hiſpaniæ in Nicaragua regione, circuitus eſt 25. leucarum, & in ea ſunt tres inſulæ parvæ, ſic dicitur ab urbe Legione ei adjacente, diſtatque tantum 3. leucis ab ora maris Pacifici, ad ortum vero emittit fluvium, qui in lacum Granatæ labitur.

Legionum Urbs, quæ Legio vigeſima Victrix, Antonino, & Deva, urbs Cornaviorum in Britannia inſula, Ptolemæo Devana, nunc Ceſtria, *Cheſter* incolis, *Legeacaſter* Saxonibus antea, urbs Angliæ, Comitatus cognominis caput, ampla eſt & emporium celebre, cum portu capaci ad æſtuarium Devæ fluvii, in confinio Walliæ, teſtibus Camdeno, & Speedo. Vide Deva.

Legionum Urbs, in Britannia inſula, & in Silurum tractu ex Antonino, quæ dicta fuit etiam Legio ſecunda Auguſta, ſeu Iſca Silurum, nunc teſte Camdeno, eſt *Caerleon*, urbs parva Angliæ in Walliæ Principatu, & in Monumethenſi Comitatu, ad Uſam fluvium. Vide Iſca Silorum.

Legum, Siciliæ urbs, circa Lilybæum promontorium, teſte Ptolemæo.

Lehalium, *Lehal*, oppidum Sueciæ, in Livonia, & in Vikia tractu, verſus oram maris Baltici, à quo vix 6. milliaribus diſtat, & 12. milliaribus Germanicis in occaſum à Revalia urbe; gaudetque caſtro ſatis munito.

Leicestria, *Leiceſterſhire*, provincia Angliæ. Vide Liceſtria.

Leicestria, *Leiceſter*, urbs Angliæ. Vide Liceſtria.

Leida, *Leyden* indigenis, *Leyde* Gallis, urbs Belgii fœderati, in Comitatu Hollandiæ, ſic dicta à quibuſdam recentioribus, quæ ſæpius Lugdunum Batavorum dicitur ab aliis. Vide ibi.

Leida, *Leiden*, inſula Oceani Indici in Freto Manario, verſus oram ſeptentrionem Ceylani inſulæ, & prope ſinum Jafanapatani, à Belgis ſic dicta.

Leinum, oppidum Sarmatiæ Europææ Ptolemæo, ad ſciſſionem Boryſthenis fluvii, & in Baſtarnis, quod Niger interpretatur *Lucko*, urbem Regni Poloniæ in Volhinia, ſive locus ejuſdem nominis in Ukrania, ut aliis placet.

Leiria, ſeu Leira, alias Colippo, *Leiria*, urbs Hiſpaniæ in Regno Portugalliæ, & in Extremadura provincia, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Olyſipponenſi, 3. leucis diſtans ab ora Oceani in ortum Tagum fluvium verſus 6. & ab Olyſippone 17. in Boream Conimbricam verſus 11. eſtque inter fluviolos *Lis*, & *Lenares*, & Epiſcopalis facta fuit à Paulo III. Pontifice Maximo anno 1544. hinc Leirienſis nomen gentis.

Leitæ Pons, *Pruck an der Leyte*, oppidum Auſtriæ inferioris, ad Leitam fluvium, in confinio Hungariæ Regni, quod & Lutipons dicitur 6. milliaribus Germanicis à Vienna diſtans in ortum Altemburgum verſus 5.

Leleces, populi Aſiæ minoris ad ſinum Adramyttenum, teſte Strabone.

Leleges, populi Peloponneſi in Laconia, teſte Strabone, hinc Lelegeius, eorum meminit Ovidius libro Metamorphoſeon.

Lelgovia, provincia Scotiæ, teſte Boethio qui eam *Lennox* vocat, & id ex prava ſcriptura, ut probabile eſt. Vide Elgovæ.

Lemannus, ſeu Lemanus, oppidum Cantiorum in Britannia inſula, ex libro Notitiarum, nunc teſte Camdeno, eſt vicus *Lymne* dictus, in Cantio provincia Angliæ Meridionalis, juxta Fretum Gallicum, ubi olim portus, nunc arenis oppletus, 16. milliaribus Anglicis à Cantuaria diſtans in Meridiem, & 10. à Dubri in occaſum hybernum, qui & Limenus latinè dicitur.

Lemanus, lacus Galliæ, inter Lugdunenſem & Narbonenſem Galliam extenſus Cæſari, Plinio, & aliis, vulgo *le Lac de Geneve* Gallis, & incolis hacum partium, *das Genfferzée* Germanis, *il Lago di Geneura* Italis, extenditur ab ortu in occaſum per 18. leucas, inter Sabaudiam qua ad Meridiem clauditur, & Vaudum tractum & Helvetios ad Septentrionem, & per eum Rhodanus ex Sedunis fluit, ad cujus egreſſum Geneva urbs ſita eſt, unde lacui nomen recens inditum fuit, alluitque Thononium & Aquianum in Foſiniaco tractu Sabaudiæ, uti Nevidunum & Viviſcum in Helvetia, cum aliis locis minoris nominis, & in ejus viciniis ſita eſt urbs Lauſanna, unde aliquando vocatur Lanſannenſis lacus, *le Lac de Lauſanne* vulgo, ejus meminit Lucanus libro 1.

Lembrunum, *Lembryn*, tractus parvus Galliæ in Alvernia inferiori, prope Elaverem fluvium, inter Iſſiodorum ad Septentrionem, & Brivas ad Meridiem, cujus periere limites, & ejus caput eſt Fanum S. Germani in Lembruno ab eo dicti.

Lemburgum, *Lauenberg* Germanis, *Louwenborch* Polonis, oppidulum Germaniæ in Pomeraniæ Ducatu, ad amnem *Lebe*, ſub dominio Electoris Brandeburgici. Vide Lauvemburgum.

Lemgovia, *Lemgow*, urbecula Germaniæ in Weſtphaliæ circulo, & Comitatu Lippiæ, olim Imperialis & libera, ſed poſtea ab Imperio exempta, nunc ſubeſt Comiti Lippiæ, cum tractu adjacente, ſita eſt ad Begham fluviolum, eſtque Hanzeatica, & media inter Mindam ad Septentrionem, & Paderbornam ad Meridiem, 5. milliaribus Germanicis utrimque diſtans, & 2. ab Hervordia in ortum.

Lemincum, oppidum Galliæ Narbonenſis, nunc *Chambery*, urbs Sabaudiæ præcipua, ut quibuſdam placet. Vide Cameriacum.

Lemnos, inſula maris Ægei in Græcia Straboni, & Plinio, quæ dicta eſt Dipolis a duabus urbibus, & Hypſipylea a filia Thoantis, quæ in ea regnavit, Vulcano ſacra, quia hic primum ignis repertus eſt, & primum arma fabricata, nunc *Stalimene* dicta à Turcis nautis & exteris *Stalimnos* vero incolis, Sophiano, & aliis, circuitus eſt 16. mill. paſſ. urbeculam habens cognominem in parte occidentali inſulæ, cum Epiſcopo Græco, ſunt etiam in ea tres portus, oppidula Mandra *Mandro* in ora orientali, Cochinum olim Hephæſtias, *Cochino* nunc dirutum, & Caſtrum vetus *Paleocaſtro* in rupe, & 84. vici ſive caſalia, hic terra Lemnia foditur quotannis contra venena, ſubtrat antea inſula dominio Reipublicæ Venetæ, ſed à Mahumete ſecundo Turcarum Imperatore capta, nunc etiam Turcarum agnoſcit dominium. 50. mille paſſ. diſtans ab Atho monte Macedoniæ in ortum, verſus Cherſoneſum Thraciæ totidem, & 40. ab ora proxima ſoli Thraciæ in Meridiem, hinc Lemnius nomen gentis, ejus meminit Ovidius in epiſt. Hypſip.

Lemovicensis Provincia, *le Limoſin* indigenis, *il Limoſino* Italis, provincia Galliæ in Præfectura Generali Aquitaniæ, ubi olim Lemovices populi ex parte, ſatis ampla eſt, & probe culta, dividiturque in duas partes, nempe in ſuperiorem, & in inferiorem, terminatur a Septentrione Marchia, ab ortu Alvernia, a Meridie Cadurcenſi provincia, & ab occaſu Petrocorienſi & Ingoliſmenſi provinciis; ejus præcipua urbs Lemovicum, aliæ vero urbes ſunt Tutela, Briva, & Uſetchia, & aliquando ſub ipſa comprehenditur Marchia provincia ab exteris, hinc Lemovicenſes populi, *les Limoſins* vulgo Gallis, *i Limoſini* Italis.

Lemovices, populi Galliæ Aquitanicæ Cæſari, inter Bituriges Cubos ad Septentrionem, Arvernos ad ortum, Cadurcos ad Meridiem, & Pictones, Ageſinateſque ad occaſum, quorum Regio nunc Lemovicenſis provincia, *le Limoſin*, & Marchia *la Marche*, eorum vero præcipua urbs fuit Auguſtoritum Lemovicum.

Lemovicum, ſeu Auguſtoritum Lemovicum, urbs Galliæ Aquitanicæ Cæſari, & Plinio, nunc *Limoges*, urbs Galliæ, Lemovicenſis provinciæ caput, & Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Bituricenſi, ampla eſt, & probe culta intra colles ſita, ad Vigennam fluvium, 20. leucis diſtans ab Engoliſma in ortum, & 25. à Pictavio in ortum hybernum Tutelam verſus 14. à Cadurco vero 34. in Septentrionem, & 30. à Claromonte in occaſum, & 40. à Burdegala, hinc Lemovix nomen gentis.

Lemovii, populi Germaniæ, quorum meminit Tacitus, poſtea Heruli dicti, qui teſte Ortelio fuere, ubi nunc Ducatus Megalopolitanus: ſed Cluverius eos ſtatuit, ubi hodie Pomerania ulterior ſive Ducalis provincia Germaniæ ad mare Balticum, inter Oderam fluvium ad occaſum, & Pruſſiam ad ortum, ex conjectura tantum.

Lempta, *le Deſert de Lempta*, deſertum amplum Africæ, in Zaara regione, cum urbe cognomine, verſus Biledulgeridiam, inter deſertum Berdoæ ad ortum, & deſertum Targæ ad occaſum, teſte Sanuto.

Lemortes, *Lim*, vel *il Lemo*, fluvius parvus Liguriæ, ex Apennino monte juxta Octavium & Gavium oppida in Urbem fluvium agri Alexandrini influens ex tabula antiqua.

Lenciciensis Palatinatus, *Wojewodztwo Lenczyckie* indigenis, *le Palatinat de Lenczyc* Gallis, tractus Poloniæ Regni, ſic dictus à Lencicio ejus urbe præcipua, in Polonia majori, eſtque inter Palatinatus Ravenſem, Siradienſem, Caliſienſem, & Poloniam minorem, teſte Starovolſcio.

Lencicium, *Lenczyze* incolis, *Lanſchet* Germanis, urbs Poloniæ Regni, Palatinatus cognominis caput, in Polonia majori, ſita eſt intra paludes, ad amnem Bluram, cum arce in ſcopulo, incenſa fuit anno 1656. & vix 1. mill. paſſibus diſtat à Varta fluvio, & 10. milliaribus Polonicis à Gneſna in ortum.

Lendenaria, *Lendenara*, oppidum Italiæ in Peninſula Rhodigii, & in ditione Veneta, 25. milliaribus à Ferraria diſſita in Septentrionem Patavium verſus 25. prope Atheſim fluvium.

Lennoxia, *Lennox*, provincia Scotiæ Meridionalis, quæ aliter Levinia dicitur. Vide ibi.

Lentia, quæ & Lentium, urbs Norici ex libris Notitiæ, vulgo *Linz*, urbs Germaniæ, Auſtriæ ſuperioris caput, parva ſed culta, cum ponte ad Danubium fluvium, & caſtro ſplendido, ubi ſæpe per... æſtatem ſeceſſus Imperatorum è domo Auſtriaca, 6. milliaribus Germanicis diſtans a Paſſavia in ortum, Viennam verſus 24. circiter.

LENTIA, & Lentium, *Lintz*, oppidulum Germaniæ, ad Rhenum fluvium, in ditione Electoris Colonienſis, & in Weſtervaldia tractu, 5. milliaribus Germanicis infra Confluentes in Septentrionem, Coloniam verſus 6. in limite Ducatus Juliacenſis.

LANTIACUM, *Lens*, oppidulum Galliæ in Arteſia. Vide Lentium.

LANTIANAAS, populi Germaniæ, in Vindelicia Ammiano, qui *Lintzgoewer* appellantur nunc, teſte Ægidio Scudo.

LANTIUM, & Lentiacum, *Lens*, oppidulum Belgii Francici, in Arteſia provincia, ſub dominio Francorum; aliaſque munitum, ſed ab aliquot annis ejus munitiones disjectæ fuere. Alluitur amne *Souchets* dicto, & 3. leucis diſtat ab Atrebato in Septentrionem, 4. autem à Duaco in occaſum. Juxta illud Hiſpani victi & grandi clade affecti fuere à Gallis, Duce Condæo, anno 1648.

LEAOANUM, *Leyoang*, urbs Imperii Sinarum in Leaotunia provincia, cujus præcipua exiſtit, teſte Martino Martinio.

LENTUDUM, oppidum Pannoniæ ſuperioris Ptolemæo, nunc forſan *Lutenberg*, oppidum Germaniæ in Stiria Ducatu, ad Muram fluvium, 2. milliaribus Germanicis infra Rakelſburgum in ortum, Caniſiam verſus 3. & 5. à Pætavione in ortum æſtivum, ut Lazius exiſtimat.

LENTULÆ, oppidum Pannoniæ ſuperioris Antonino, inter Joviam ad occaſum & Serotam in ortum 32. mill. paſſ. ab Aquaviva 52. quid ſit hodie non conſtat.

LANZANANI, populi Slavi, verſus Ruſſiam extenſi, quorum meminit Conſtantinus Porphyrogenneta de adminiſtratione Imperii.

LEOBERGA, *Lemberg*, oppidulum Regni Bohemiæ, in Sileſia, & in Ducatu Javarienſi, ad Boberum fluvium, dicitur etiam *Lewenberg* à quibuſdam eſtque medium inter Gorlitiam ad occaſum, & Javaurium ad ortum, 5. milliaribus Germanicis utrimque diſſitum.

LEOBIUM, *Leuben*, oppidum Germaniæ, ad Muram fluvium, in Stiria ſuperiori, vix 2. milliaribus Germanicis ſupra Pontem Muræ in occaſum, & 7. à Græcio.

LEOBURGUM, *Lawenburg*, oppidum Germaniæ, in Saxonia inferiori, ad Albim fluvium, cum caſtro. Subeſt dominio proprii Ducis cum regiuncula adjacente; & 10. milliaribus Germanicis diſtat ab Hamburgo in ortum. Dicitur etiam ſæpius Lawenburgum. Vide ibi.

LEOBURGUM, *Lawenborg*, oppidulum Germaniæ, in Pomerania, verſus oram maris Baltici, ſub dominio Electoris Brandeburgici; ſed feudum eſt Regni Poloniæ. Vide Lauvenburgum.

LEOCATA, *Leucate*, oppidulum Galliæ, in Occitania, in ora maris Mediterranei, & in confinio Comitatus Ruſcinonenſis. Arcem habuit a paucis tantùm annis dirutam, juxta quam Hiſpani grandi clade affecti fuere a Gallis anno 1637. Dicitur etiam Leucata. Vide ibi.

LEOCATA, *la Licata*, urbs Siciliæ inſulæ, in ejus ora meridionali, & in provincia Mazaræ, ad oſtia fluvii Geloi, & in ipſo limite provinciæ ſeu Vallis Netinæ, peninſulæ ad inſtar in mare procurrit, ſed qua Occidentem ſpectat Gelæ monti ſubeſt, eſtque frumenti emporium.

LEODIA SYLVA, ſive Leodiga dicitur in actis mediæ ætatis ea quæ nunc Sylva Aurelianenſis, *la Foreſt d'Orleans* volgo, partim in agro Aurelianenſi, & partim in Vaſtinio tractu. Vide Sylva Aurelianenſis.

LEODIENSIS DITIO, ſeu Epiſcopatus, *le pais de Liege* Gallis, *das Biſthumb von Luick* Germanis, provincia Germaniæ in Belgio inſerta, verſus Moſam fluvium, ſub dominio proprii Epiſcopi Leodienſis, & pars circuli Weſtphaliæ, ubi olim Eburones populi, qui poſtea Tungri dicti. Terminatur ab Oriente & Meridie Ducatibus Lumburgico & Luxemburgico, ab occaſu Brabantia, & Comitatu Namurcenſi, a Septentrione autem Gueldria ſuperiori, ejus partes ſunt Campinia Leodienſis, *la Campine Liegeoiſe*, Looſſenſis Comitatus *le Comté de Looz*, Haſbania, *la Haſbaye*, Condruſienſis tractus *le Condroz*, Francimontanus Marchionatus, *le Marquiſat de Franchimont*, & pars tractus inter Sabim & Moſam. Partes quoque aliquot Luxemburgenſis, Namurcenſis, & Hannoniæ provinciarum ad eum pertinent, & in illos excurrit ejus ditio, quæ alias ampla, nunc autem paulo imminuta fuit ab Hiſpanis, cùm Vicum ex adverſo Trajecti ad Moſam, Fons Epiſcopi, & aliquot alia oppida antea fuerint ditionis Leodienſis; nunc verò ab ea avulſa, aliis ſubſunt. Ejus præcipua urbs eſt Leodium, *Liege*, ad Moſam fluvium.

LEODIENSIS DITIONIS URBES

Dinantium, *Dinant*.
Fanum S. Trudonis, *S. Truyen*.
Huum, *Huy*.
Leodium, *Liege*, provinciæ caput.
Maſicum, *Maſeich*.
Tungri, *Tongres*.

LEODIUM, urbs Germaniæ Reginoni, quæ Leodicum Lipſio, & Legia in actis mediæ ætatis, vulgo *Luyck* incolis, *Liege* Gallis, & *Luttyck* Germanis, urbs eſt Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Colonienſi, ampla & probe culta, ad Moſam fluvium, in Belgio fere inſerta, ſed tamen in Germania & in Circulo Weſtphaliæ, ſub Clientela proprii Epiſcopi, caput eſt Leodienſis ditionis ab ea dictæ in viciniis, diſtatque 15. milliaribus Germanicis à Colonia Agrippina in occaſum, uti 5. ab Aquiſgrano Lovanium verſus 10. proxima Tungris, & Trajecto ad Moſam, à qua urbe 3. milliaribus ſimilibus diſtat in Meridiem, & arcem habuit validam, nunc à Gallis disjectam, quanquam ſit Imperialis, & ſui juris, & in ea obiit Henricus IV. Imperator anno 1106. hinc Leodienſes populi *Luicker* ſibi, *les Liegeois* Gallis, *i Liegeſi* Italis.

LEODORSOUM, oppidulum Græciæ, in Locrenſium tractu, Pindo monti adhærens, teſte Laonico.

LEOGANA, *Leogane*, oppidulum Americæ in Hiſpaniola ſive inſula Sancti Dominici, in ejus parte occidentali, & in intimo receſſu ſinus magni ad ortum, ubi colonia Francorum à paucis annis, inſtituta à Domino *Degeron* viro clar.

LEOGUS, *Lewis*, inſula Scotiæ & Ebudarum una, magis ad Septentrionem tendens, oblonga & verſus oram occidentalem Scotiæ, à qua 50. milliaribus diſtat, uti 23. a Skia inſula, extenditur autem ad 32. milliaria à Septentrione in Meridiem, ubi ei adjacet Harata inſula, quæ quanquam Iſthmo ipſi cohæreat, pro diverſa tamen habetur, teſte Timotheo à Ponte.

LEOMANIA, *la Lomagne*, tractus Galliæ in Aquitania, & in Vaſconia, dicitur aliter Leomagna, teſte Catello, & Leomanienſis ager, cujus caput Vicus, extenditurque inter Armeniacenſem Comitatum, agrum Virdunenſem, & Garumnam fluvium, qua ab Aginnenſi provincia ſeparatur.

LAON, fluvius Phœniciæ Ptolemæo, ex Libano monte profluens, ac in mare Syrium inter Berytum & Sydonem prolabens.

Leon, promontorium Euboeæ inſulæ, in ejus ora meridionali Ptolemæo, quod Leuce Acte Straboni, verſus Sunium promontorium Atticæ, inde 37. mill. paſſ. in Boream recedens.

Leona, *Leon*, & *S. Paul de Leon*, ſeu etiam *Leondoul* incolis, urbs Galliæ in ora ſeptentrionali Britanniæ minoris, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Turonenſi, ſatis munita eſt, cum portu tuto, in ora maris Britannici & arce, ubi etiam aliquando Ducum ſedes fuit, diſtat 33. leucis à Rhedonibus in occaſum, uti 10. à Trecorio, à Breſto autem 15. in Septentrionem.

Leonata, Pannoniæ Saviæ urbs, teſte Antonino Auguſto.

Leones, *Lyons en Foreſt*, oppidulum Galliæ, in Normannia provincia, in fundo undique ſylvis cincto, ad amnem *l'Orleau* dictum, 4. leucis diſtat à Rothomago in ortum, Bellovacum verſus 10. & 4. à Novo Mercato & Gornaeo, hinc Leonum Sylva, *la Foreſt de Lyons* dicta ei adjacens.

Leones in Belsia, *Lyon en Beauſſe*, vicus Galliæ in Belſia provincia, & in Aurelianenſi tractu, 7. leucis ab Aureliis in Septentrionem diſtans, Turiacum verſus 3. & Stampas.

Leones supra Ligerim, *Lyon ſur Loire*, vicus Galliæ in Aurelianenſi provincia, & in Sicalonia tractu, in ipſo limite Bituricenſis provinciæ, una leuca ſupra Solliacum in ortum Giennum verſus 3.

Leonia', & Leonium, urbs magnæ Græciæ, olim Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Siberinenſi, inter Siberenam & Crotonem, ex libris Conciliorum, nunc omnino exciſa, & locus *San Leone* dicitur.

Leonsca, oppidum Edetanorum in Hiſpania citeriori Ptolemæo, & Plinio, nunc vicus *Oliete* Moletio, aliis autem *Alcaniz*, etiam vicus ad amnem *Guadalope*, in Aragonia ambo, & in confinio Regni Talentini, hinc popoli Leonicenſes Plinio.

Leonicæ, *Lorgues*, urbs Galliæ in Provincia, quæ Caſtrum de Leonas, & de Leonicis etiam dicitur in actis mediæ ætatis, ſita eſt prope Argentum fluvium, eſtque culta, 2. leucis diſtans à Draguignano in occaſum, uti 5. à Foro-Julio Aquas Sextias verſus 14. teſte Ludovico Morerio viro clariſſimo.

Leonicum, *Legnago*, oppidum Italiæ probe munitum, in agro Veronenſi, ad Atheſim fluvium, ſub dominio Reipublicæ Venetæ, quod à quibuſdam Liniacum dicitur improprie, 27. milliaribus diſtat à Verona Ferrariam verſus 27. eſtque in limite agri Patavini.

Leonicum, *Lonigo*, caſtrum amplum Ditionis Venetæ in agro Vicentino, ad fluviolum novum dictom, 13. milliaribus à Vicentia in occaſum hybernum.

Leonina Urbs, *il Borgo* vulgo, pars urbis Romæ, ſeu potius ejus ſuburbium Trans-Tiberim fluvium, inter Vaticanum montem & Arcem Sancti Angeli, teſte Platina, cum aliis, & ut pluries vidi, in qua Baſilica Sancti Petri, & Palatium Pontificum Vaticanum, ſic à Leone IV. Pontifice Maximo, qui muris contra Barbarorum incurſiones eam cinxit, appellata.

Leoninus Sinus, *le Golfe de Lion* Gallis, *il Golfo di Lione* Italis, pars maris Mediterranei, in modum ſinus extenſa, inter Provinciam & Cataloniam, verſus oram littoralem Galliæ & Occitaniæ provinciæ, nautis valde formidabilis.

Leonis Monasterium, *Lemſter*, oppidulum Angliæ in provincia Herefordia, ad Lugum amnem, in confinio Walliæ, & 10. mill. paſſ. ab Herefordia urbe in Septentrionem Salopiam verſus.

Leonis Mons, *la Sierra Liona* Hiſpanis, mons Africæ in regione Guineæ, & in limite Nigritiæ. Vide Leonum mons.

Leonissa, *Leoneſſa*; oppidulum Italiæ in Aprutio Ulteriori, in Regno Neapolitano, intra montes, in ipſo limite Umbriæ, vix 7. milliaribus à Reate in ortum æſtivum, & totidem à Civitate Ducali in Septentrionem, hinc Leoniſſanus nomen gentis.

Leonstenius Comitatus, *die Graffſchaft von Lowenſtein* incolis, *le Comté de Lenſtein* Gallis, tractus Germaniæ in Franconia, ſub proprio Comite, in ipſo limite Ducatus Wurtembergici, cum oppidulo cognomine, vix 2. milliaribus Germanicis ab Hailbruna diſtans in ortum.

Leontarsum, urbs Græciæ, teſte Procopio, quæ an pro Megalopoli ſumenda ſit videant alii.

Leontharna, fons & vicus Bœotiæ, ad montem Heliconem, ex Lycophrone.

Leontina, urbs Siciliæ ampla Plinio, quæ Leontium Ptolemæo, & olim Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Syracuſano, quando Syracuſæ ſub Græcis Imperatoribus metropolis erat, nunc *Lentini*, urbs Siciliæ ſatis culta in Valle Netina, verſus oram maris Ionii, inde 5. milliaribus tantum recedens, & 10. milliaribus à Catana in occaſum æſtivum, 20. vero à Syracuſis in Septentrionem, eratque olim Læſtrigonum antiqua ſedes, licet Strabo a Naxiis conditam ſcribat, ejus meminit Ovidius libro 4. Faſtorum.

Leontocephale, Phrygiæ ſuperioris munitiſſimum caſtellum, teſte Appiano in Mithridaticis, quod in littore maris Ægei deſcribit Plutarchus.

Leonton, oppidum Phœniciæ in ora Plinio, quod Leontopolis Straboni, ad oſtium fluvii cognominis, inter Berytum ad Septentrionem, & Sidonem ad Meridiem, nunc *Damor*, teſte Moletio.

Leontopolis, urbs Ægypti, quæ & urbs Leonum Ptolemæo, intra Deltam, Buſiridi urbi proxima.

Leontopolis, urbs Bithyniæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Helenopolitano, ex libris Conciliorum.

Leonum Mons, *la Sierra Liona* Luſitanis, *Serre-Lione* & *la Montagne des Lions* Gallis, *Boulombel* incolis, mons eſt excelſus Africæ, in ora littorali Guineæ regionis, & inter ipſam regionemque Nigritarum in Oceanum, excurrens juxta promontorium *Ledo* dictum, & ſinum Francicum. Sed per terras longè lateque extenditur, inter Regnum *Boulom* ad Boream, & Regnum *Bourè* ad Auſtrum. Ei adjacet fluvius, etiam *Rio di Sierra Liona* dictus, ubi colonia Anglorum à paucis annis.

Leopolis, ſeu Fanum S. Leonis, urbs Umbriæ, vulgo *San Leo*, urbs Italiæ & ditionis Eccleſiæ, in Ducatu Urbini, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Urbinate, & ſedet in monte Feretrano dicto, parva eſt ſed munita, cum arce valida, prope Ariminum fluvium, in limite Romandiolæ, 20. mille paſſibus ab Urbino diſtans in occaſum æſtivum, & 15. ab Arimino in Meridiem, & ejus ſedes Epiſcopalis tranſlata fuit à Pio V. Papa anno 1572. ad Pinnam Billorum oppidulum, hinc 4. mille paſſibus diſtans.

Leopolis, *Lwow* & *Luwow* Polonis, *Lemburg* ſeu etiam *Ruſſe-Lemburg* Germanis, *Leopole* Gallis, & *Leopoli* Italis, urbs ampla & probe culta Poloniæ Regni, Ruſſiæ rubræ ſeu parvæ caput, Archiepiſcopalis facta loco Haliciæ anno 1414. ſedet intra colles, ad amnem *Peltew* dictum, eſtque ſatis munita, cum duplici arce, una intra mœnia, altera extra illa in monte edito, 15. milliaribus Polonicis

diſtans à monte Carpatho in Septentrionem, & totidem a Premiſlia in ortum, uti 40. a Cracovia, & 50. à Varſovia in ortum hybernum, Camenecium verſus 30. & fruſtra obſeſſa fuit anno 1648. à Chmielnicio Coſaceorom Duce, ſed nunc multum defecit, bellis attrita civilibus, & in ea obiit Michaël Poloniæ Rex die 10. Novembris 1673.

LEOSTHENIUM SINUS, in ora littorali Thraciæ Stephano, ad Boſphorum Thracium, qui ab aliis Laoſthenes ſinus dicitur, ſeu & portus Senum, è regione Bithyniæ, hodie Soſthenius ſinus dicitur; *Soſtenion* vulgo, teſte Petro Gyllio, eſtque medius, inter Conſtantinopolim ad Meridiem, & Pontum Euxinum ad Septentrionem, ſed parvus admodum.

LEOVARDIA, *Leuwarden*, urbs Belgii uniti, & Friſiæ provinciæ caput, Epiſcopalis effecta ſub Archiepiſcopo Ultrajectenſi à Paulo IV. Pontifice Maximo, ampla eſt, elegans & munita, ſub dominio Statuum provinciarum unitarum Belgii, vix uno milliari Germanico cum dimidio diſſita ab ora Oceani in Meridiem, 2. à Doecomio in occaſum hybernum, & 7. à Groninga in occaſum Harlingam verſus 2. teſte Guicciardino.

LEPA, urbs Hiſpaniæ Bæticæ, quæ Lepa magna Ptolemæo, nunc *Lepe*, oppidulum Hiſpaniæ in Vandalitia, vix dimidia leuca ab ora Oceani & ſinus Gaditani, vixque 2. ab Ayamontio & oſtio Anæ fluvii in ortum, ad amnem *Saltes*, cum caſtro antiquo, teſtibus Mendeſio Sylva & Roderico Cato.

LEPAS, vertex rupis cujuſdam aſperæ, in agro Syracuſano in Sicilia inſula, ex Thucydide; nunc *Crimiti*, teſte Fazello.

LEPETHYMUS, mons Leſbi inſulæ Plinio, juxta Methymnam urbem, qui Lepithymnius dicitur ab Antigono & Theophraſto.

LEPIDI PONS, unus fuit ex Romæ pontibus, qui & Sublicius, & Æmilius, teſte P. Victore.

LEPINUS MONS, jugum montium Latii in Italia, teſte Columella, valde extenſum inter viam Latinam & Appiam ab ortu in occaſum, vulgo nunc *la Montagne di Segni*, ab urbe Signia, quæ in eo ſita eſt, & ubi altius conſurgit, *la Montagna di Carpineto*, à caſtro adjacente, Campaniamque Romanam in duas provincias diſtinguit, nempe in Campaniam proprie dictam, *la Campagna* ad Septentrionem, & Maritimam *la Marina* ad Meridiem, ut ego pluries vidi dum illas partes luſtrarem, ejus meminit Columella libro 10.

LEPONTIÆ ALPES, Plinio, *il Monte di San Bernardino* nunc, Summis proximæ, verſus ortum Rheni fluvii, ad quas Lepontii populi.

LEPONTII, populi Galliæ Tranſpadanæ, verſus Rhætos Straboni, & Cæſari, inter Alpes & Verbanum lacum, quorum termini fuere ad ortum Orobii & Inſubres populi, ad Septentrionem Rhæti, & Seduni, ad occaſum Alpes, & Salaſſi, & ad Meridiem Libici, teſte Cluverio, & eorum tractus ad Meridiem ex parte Ducatus eſt Mediolanenſis, ubi Comitatus Angleriæ, & pro parte ad Septentrionem ſubeſt dominio Helvetiorum, ubi quatuor Præfecturæ Helvetiæ, ad Septentrionem lacus Verbani. Hinc Leponticus, horum meminit Silius libro 4.

LEPRIUM, ſeu Leprion, oppidum maritimum Elidis Ptolemæo, & Pauſaniæ, in ora littorali, *Chalapa*, nunc Nigro; prope Ichtum promontorium; Arcadiæ tribuitur ab eis tantum qui Arcadiam ad mare promovent, ſed revera eſt Elidis, & in confinio Meſſeniæ, 30. milliaribus diſtat a Paſis in Meridiem, & amplius ab Elide; eſtque nunc parvi momenti, ſub Turcis.

LEPROSIUM, *Levroux*, urbecula Galliæ, in Bituricenſi provincia, & duabus leucis à Bituricis in occaſum diſtans.

LEPTIS MAGNA, quæ & Neapolis, urbs Africæ Ptolemæo, & Straboni, in Tripolitana regione, & in ora maris Mediterranei, nunc Mercatore teſte, *Lebeda* dicta. Gaudet portu commodo & arce munita, eſtque inter Syrtim majorem & Syrtim minorem, in Regno Tripolitano, diſtat 100. milliaribus à Tripoli in ortum; & à quibuſdam *Lepeda* dicitur; teſte Joanne Leone.

LEPTIS PARVA, ſeu Lepte minus, urbs alias Africæ, in Byzacena regione Ptolemæo, nunc *Lempta* Arabo Nubienſi, & *Monaſtero* Europæis, oppidulum eſt Regni Tunetani, in ora littorali, inter Suſam & Adrumetum, paucis conſtans incolis.

LERIA, inſula maris Ægei, teſte Strabone. Vide Leros

LERIA, quæ & Edeta, urbs Edetanorum in Hiſpania citeriori Ptolemæo, nunc *Lliria*, oppidum Regni Valentiæ, teſte Morali, ſedet ad Toriam fluvium, & ante Herculis Libyci adventum ædificata dicitur, 4. leucis diſtans a Sagunto in occaſum Conimeam verſus, & 5. a Valentia, uti ab ora maris Mediterranei, & ſinus Sucronenſis.

LERINA, inſula Galliæ Narbonenſis Plinio, quæ Lerinum, & Lerinus dicitur apud ſcriptores Eccleſiaſticos, nunc *l'Iſle Saint Honorat* incolis, *Sant Honorato* Italis, inſula eſt parva Galliæ, in ora Provinciæ, in mari Gallico, ubi Lerinenſe cœnobium præclariſſimum, vix 2. leucis ab Antipoli diſſita in Meridiem, & 5. à Foro-Julio in ortum, ipſa & Lero vulgo *les Iſles de Saint Honorat & de Lerins* dicuntur; ſed Lero major, & ſeptentrionalior Lerina, à qua tenui freto ſeparatur.

LERMA, *Lerma*, oppidulum Hiſpaniæ, Ducali titulo inſignitum, in Caſtella veteri, ad Arlanzam amnem, 6. leucis ab Auca in Meridiem, & 12. à Pincia in ortum, & dicitur Larema in hiſtoriis mediæ ætatis.

LERNIA, oppidulum fuit Peloponneſi in Laconia Melæ, & in regiuncula cognomine, inter Lacedæmonem ad occaſum, & Cyphantam ad ortum; nunc vicus *Phonea*, teſte Sophiano, ſed Niger *Petrina* vocari tradit ejus rudera, cum ab Achille deleta ſit, hinc Lernæus nomen gentis.

LERNA, palus Argiæ in Peloponneſo Straboni, & Plinio, unde amnis Lerna oritur, imo & fons Amimonius, juxta intimum receſſum ſinus Argolici, Hydræ fabulis inclitus, unde Poëtæ Lernam monſtrum, quod Hydram vocant, ſeptem habens capita quorum uno reſciſſo alia ſeptem naſcebantur ab Hercule interfectum fabulantur, quod paludem exſiccarit, quod incolis noxia eſſet.

LERO, inſula Galliæ Narbonenſis Straboni, quæ Lerone Ptolemæo, nunc *l'Iſle Sainte Marguerite*, inſula eſt parva Galliæ, in ora Provinciæ, & in mari Mediterraneo, Lerinæ inſulæ fere adjacens, & ab ea tantum tenui freto *le Frioul* dicto ſeparata, eſtque inter oram Provinciæ ad Septentrionem, & Lerinam ad Meridiem, ut pluries vidi, & arcem habet probe munitam.

LEROS, inſula maris Ægei, ſive Icarii Straboni, & Plinio, Cariæ adjacens, quæ & Leria, teſte Strabone, proxima Pathmo, *Lero* incolis, & Italis, *la Roſo* nautis Gallis etiam vulgo, à Delo 65. mill. paſſ. in ortum diſtans, ipſa circuitu 35. cum urbe parva cognomine Epiſcopali ſub Archiepiſcopo Rhodienſi; aloë, quæ ibi naſcitur, atque duplici portu clara.

LARRA, *le Coueſnon*, fluvius parvus Galliæ, Britanniam à Normannia ſeparans, Filieeriaſ rigat & infra Pontem Urſonis in mare Britannicum ſe exonerat,

Digitized by Google

nerat, ex adverſo montis Sancti Michaëlis.

Lertins, *le Lers*, fluvius Galliæ in Occitania ſuperiori, Mirapincum rigat, deinde in Alburacim ſe exonerat, & cum ipſo in Garumnam fluvium.

Lartius Parvus, ſeu minor, *le petit Lers*, fluvius etiam Occitaniæ, paulo infra Toloſam in Garumnam labitur.

Lesa, urbs Sardiniæ inſulæ, in ejus parte occidentali, nunc *Alet* dicta, teſte Franciſco de Vico, Epiſcopalis, eſt ſub Archiepiſcopo Arbotenſi, ei unitus eſt Uſellenſis Epiſcoparus, eſtque in provincia Loci aurei, ſita eſt in tractu ſterili admodum, ideoque nunc fere deſerta jacet, & manent tantum Cathedralis Eccleſia, & aliquot domus Canonicorum.

Lasbos, inſula Aſiæ minoris in mari Ægeo Plinio, Straboni, & aliis, verſus oram Troadis, & Myſiæ Majoris, ab ea ſex mille paſſibus diſtans in Meridiem, & 12. a Cana promontorio in occaſum, dicta fuit etiam Mitylene, nuncque vulgo *Mitylin* Turcis, *Metelino* Italis dicitur, teſtibus Sophiano & Porcaccio, ab ejus præcipua urbe cognomine, quæ Archiepiſcopalis eſt in parte orientali inſulæ, habet etiam duas alias urbes parvas, cum totidem Epiſcopis, & duos portus capaciſſimos, *Geremia* & *Calono* dictos, circuitus inſulæ eſt 140. milliarium, & extenditur à Septentrione in Meridiem ad 40. mill. paſſ. dicta fuit etiam Hemerte, Laſia, Ægira, & Pelaſga, teſte Plinio, 50. milliaribus diſtans a Chio in Septentrionem, uti 150. circiter a Delo inſula Tenedum verſus 27. & Lemnum 80. Paruit alias hæc inſula Catelufiis, qui origine Genuenſes erant, illamque per ſæculum integrum poſſederunt, nempe ab anno 1355. ad annum 1462. quo erepta fuit Dominico Catelufio ejus Principi à Mahumete ſecundo Turcarum Imperatore, teſte Leunclavio, & ab eo tempore ſubeſt Dominio Imperatoris Turcarum, hinc Leſbius nomen gentis, hujus inſulæ meminit Ovidius libro 11. Metamorphoſeon.

Lasira, qui & Loſera, ſeu Leſura quibuſdam, *le mont de Loſere*, mons Galliæ in Occitania, & unus ex Cemenis in Gabalis, ubi fons eſt Tarnis fluvii, qui Aquitaniam ab Occitania ſeparat, extenditur verſus Arecomicos, diſtatque 6. leucis circiter ab Anderito in occaſum hybernum, & 8. ab Uceria in ortum æſtivum, de quo Sidonius Apollinaris in carmine 24. ſive Propemptico.

Lesina, *Leſina*, urbecula fuit Regni Neapolitani in Capitanata provincia, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Beneventano, nunc tantum caſtrum tenue, etiam *Leſina* dictum, prope lacum cognominem, 25. domos ſolum continens, ideo ejus Epiſcopatus ſuppreſſus eſt a centum annis, teſte Ughello, vixque tribus milliaribus diſtat ab ora ſinus Veneti, & 22. à Manfredonia in ortum æſtivum.

Lasnovia, *Leſnow*, oppidulum Poloniæ, in Volhinia. Aliquot mill. paſſ. diſtans à Bereſtecia in ortum, & 15. à Luceoria in Meridiem verſus Ruſſiam Rubram propriam. Ibi anno 1651. menſe Junio Joannes Caſimirus Poloniæ Rex Coſaccos & Tartaros maxima clade affecit, 20. millibus eorum deſideratis.

Lassina, & Leſſinia, *Leſſen* Belgis, *Leßines* Gallis, urbecula Belgii, in Hannonia, ad Teneram fluvium, & in confinio Flandriæ, inter Athum ad Meridiem & Gerardimontium ad Septentrionem, 5. leucis a Bruxellis in occaſum.

Lastrygones, populi Campaniæ, ſive Latii novi, qui verſus Formias incolebant, & humanis carnibus veſcebantur, teſte Plinio. Hinc Leſtrigonius nomen gentis, eorum meminit Ovidius libro 4. de Ponto, Elegia 10. Vide Læſtrygones, ſic enim etiam ſcribitur.

Lesuaa, *Lewes*, oppidulum Angliæ, in Suſſexia provincia. Vix 4. milliaribus Anglicis diſtat ab ora maris Britannici, eſtque celebre ex prælio.

Lasura, fluvius parvus Galliæ Belgicæ Auſonio, nunc teſte Ortelio, eſt *Leſer*, fluvius Trevirenſis ditionis in Germania, qui in limite Eyffaliæ ortus Mandeſchidium & Vitelliacum oppida rigat, & paulo infra ad Leſuram pagum, in Moſellam cadit è regione Veldentii caſtri, & 4. milliaribus Germanicis infra Treviros.

Leta, *Leta morto*, fluvius Italiæ in Marchia Anconitana, ex Apennino monte per agrum Firmanum in Hadriaticum mare influens, teſte Franciſco Adamo.

Latanum, urbs in ora Proponodis, ab Athenienſibus condita, teſte Diodoro.

Letavia, ſic dicitur Britannia minor provincia Galliæ, in actis Hiberniæ in media ætate, ubi etiam *Lhydaw* vulgo dicta fuit.

Leta, urbs Macedoniæ Stephano, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Theſſalonicenſi, in Mygdonia, & ad ſinum Thermaicum, Apolloniæ urbi propinqua, à Theſſalonica 20. mill. paſſ. diſtans *Lita* etiam vulgo dicitur.

Lsthæus, fluvius Cretæ inſulæ, in ejus ora auſtrali Straboni, & Solino, Gortynam urbem alluens, vulgo *Malogniti* dicitur, teſte Boſchino, & ut didici ex incolis illius tractus, per Candiæ territorium labitur, & juxta *Prioriſſa* caſtrum in mare Lybicum cadit.

Lethæus, fluvius Lydiæ Straboni, Magneſiam urbem alluens, & ex Pactya monte erumpens, in Mæandrúmque per agrum Magneſianum deſcendens, *il Fiume di Mangreſia* vulgo quibuſdam.

Lathæus, fluvius Macedoniæ, Triccam urbem attingens, teſte Strabone, ad quem Æſculapium natum ferunt.

Lethes, fluvius Hiſpaniæ Bæticæ Straboni, nunc *el Rio Guadalete*, fluvius Hiſpaniæ in Vandalitia; oritur prope vicum *la Tarre del Albaquimi*, & Zaharam, Arcus, & Xeram alluens, in Oceanum & ſinum Gaditanum ſe exonerat ad portum Mneſthei.

Lethas, fluvius Hiſpaniæ citerioris, in Callaicis Bracariis Straboni, qui & Limios, & Limia, vulgo *el Lima*, fluvius Portugalliæ, Forum Limicorum ſeu Pontem Limiæ, *Puente de Lima* rigat, deinde oppidum *Viana de Foz de Lima* dictum, & paulo infra in Oceanum Atlanticum ſe exonerat, 5. leucis à Bracata in occaſum. Refert Strabo Celticos Luſitano trajecto Limia ſeu Limio fluvio, exorta ſeditione Ducem amiſiſſe, quare palantes oblitoſque expeditionis ſuſceptæ, fluvio nomen oblivionis indidiſſe, vanum nomen vanior religio auxit, ejus meminit Silius libro primo.

Lathon, fluvius Cyrenaicæ Plinio, qui Lathon Straboni, & Ptolemæo, Ladon vero Apollonio, nunc *Milel* dictus, teſte Marmolio, Berenicem urbem alluit, atque inter ipſam & Apolloniam in mare Africum ſe exonerat.

Letia, *le Leſche*, fluvius parvus Belgii, ex ſylva Arduenna fluens per Ditionem Leodienſem labitur, & in Moſam ſe exonerat prope & ſupra Dinantium, hujus fit mentio in vita S. Mononis.

Letini, populi Siciliæ, quorum Cicero meminit in Oratione in Verrem, mendoſe forſan pro Jetini, teſte Cluverio. Vide Jetæ.

Letoa, inſula parva maris Cretici Ptolemæo, oræ meridionali Cretæ adjacens, quæ à quibuſdam creditur *Gaidurogniſa*, è regione Hierapytnæ in longum extenſa, Sophiano vero, & aliis, eſt *Chriſtiana*, inſula parva cum duabus adjacentibus, *Cufogniſſa*, & *Laſogniſi*, vix 5. milliaribus ab ora meridionali Cre-

tæ diſſita, & à Sithiæ agro, verſus promontorium *Xacro* dictum.

LETOIA, inſula maris Ionii prope Cephalenen, Plinio teſte. Vide Lotoa.

LETRIMENSIS COMITATUS, *Cunntaé Liatruim* indigenis, *the County of Letrim* Anglis, tractus Hiberniæ inſulæ in Connacia provincia, ſic dictus à caſtro cognomine, extenditur in longum à Septentrione in Meridiem, inter Comitatus Slegenſem ad Boream, Roſcomenſem ad occaſum, Longofordienſem ad Auſtrum, & Cavanenſem ad ortum, à quo ſeparatur tantum fluvio Aquanigra dicto, ſicque eſt in ipſo limite Connaciæ & Ultoniæ, ſed in eo nullum eſt oppidum alicujus nominis.

LETRIMUM, *Letrim* Anglis, caſtrum Hiberniæ, Comitatus cognominis primatium, in Connacia, ad Sineum fluvium, ubi lacum *Alyne* efficit, in limite Roſcomenſis Comitatus, 20. mill. paſſ. à Roſcomia in occaſum, teſte Speedo.

LETTERANUM, ſeu Letterum, *Lettere*, urbecula Regni Neapolitani, in colle, in provincia Principatus citerioris, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Amalphitano, inter Nuceriam ad ortum & Stabias ad occaſum. Vix 3. milliatibus ab ora maris Tyrrheni diſtans, uti & a confinio provinciæ Terræ Laboris, & ejus Diœceſis tria tantum continet loca.

LETUS MONS, pars Apennini in Liguria Livio, & Valerio Maximo, nunc *il Monte di San Pelegrino* dictus, in Carfetoniana tractu, & in ditione Reipublicæ Lucenſis, arduus eſt admodum & difficilis, diſtatque 25 mille paſſibus à Luca in Septentrionem Mutinam verſus 35. & Rhegium Lepidi totidem.

LETOSPOLIS, Ægypti urbs Stephano, & Ptolemæo, apud quem Letupolites Nomus quoque, Letus autem Antonino.

LEVACI, populi Galliæ Belgicæ Cæſari, qui teſte Ortelio, erant in Brabantia, ubi oppidulum *Leuwe*, in ipſo limite Leodienſis ditionis, 4. leucis à Lovanio, ſed Sanſon exiſtimat eos fuiſſe, ubi nunc tractus *la Loewe* dictus, in Arteſiæ Comitatu, inter Baſſeam, Bethuniam, Armentarias, & Fanum S. Venantii, quod veriſimilius, etiam ex nominis alluſione.

LEUBENUM, *Loobn*, & *Leubn*, caſtrum Germaniæ in Stiria, ad amnem *Sulm* qui paulo infra cadit in Muram, 4. milliaribus Germanicis à Græcio in Meridiem diſtitum.

LEUCA, urbs Cypri inſulæ, Epiſcopalis, cujus fit mentio in libris Conciliorum.

LEOBUSI, populi Slavi, qui in Germania conſederant, inter Albim, & Oderam fluvios, eorum meminit Helmodus libro primo.

LEUCA, Salentinorum urbs in Italia Straboni, vulgo *Santa Maria di Leuca*, caſtrum Regni Neapolitani in proviocia Hydruntina, & in intimo ejus receſſu ad Meridiem, juxta Japygium promontorium, olim urbs Epiſcopalis fuit ſub Archiepiſcopo Hydruntino, inde 20. mill. paſſibus in Meridiem diſtans, ſed poſtea ſedes Epiſcopalis Alexanum proximam urbem ad 7. milliaria deducta eſt, teſte Galateo, nunc paucis conſtat incolis, & ejus meminit Lucanus libro 5.

LAUCA, oppidum Ioniæ, medium inter Cumas & Clazomenas, ad Hermum fluvium Straboni.

LEOCA ORE, id eſt Albi montes, ot Plinius eos vocat, montes Cretæ inſulæ, nonc *i Monti di Sfachia* dicti, teſte Bellonio, à caſtro vicino cognomine, ſuntque in parte occidentali inſulæ, & in agro Cydoniæ. Vide Leuci.

LEUCARUM, oppidum Silurum in Britannia inſula, ex itinerario Antonini, ounc *Loghor*, oppidulum Angliæ in Wallia Meridionali, & in Comitatu Glamorganenſi, teſte Camdeno, ad amnem etiam *Loghor* dictum ſedet, 4. milliatibus Anglicis ab ejus oitio diſtans in ortum, uri 10. ab oſtio Tobii, Nidum verſus 8. ab Iſca Silurum 30. in occaſum, & 50. ab Iſca Damnoniorum in Septentrionem, teſte Speedo.

LEUCAS, inſula Græciæ in mari Ionio Ptolemæo, quæ & Leucadia Plinio, & Melæ, Leucates Straboni, nunc etiam *Leucada* Græcis & indigenis, *Santa Maura* Italis, *l'Iſle de Sainte Maure* Gallis, Epiro fere adjacens, & ei ponte ligneo juncta, urbem habet cognominem permunitam, Epiſcopalemque ſub Archiepiſcopo Naupactenſi, vulgo *Santa Maura*, verſus ortum inſulæ, & oram Epiri occidentalem, ubi ſedes Præfecti Turcarum, paruit alias Venetis, quibus erepta fuit ſub Mahumete ſecundo, & ab illo tempore ſubeſt dominio Turcarum, media eſt inter Corcyram inſulam ad Septentrionem, & Achaiam provinciam Peloponneſi ad Meridiem, vix 20. milliaribus à ſinu Ambracio diſſita, eſtque inſula probe culta, ejus meminit Ovidius libro 15. Metamorphoſeon; ſed notandum quod urbs Sancta Maura dicta, non ſit proprie ea quæ Leucas dicta fuit, ſed crevit ex ejus ruinis ad tria milliaria diſtantibus in colle.

LAUCAS, urbs fuit Leucadis inſulæ in mari Ionio, quæ Neritos etiam Straboni dicta, & Neritum Plinio, nunc exciſa jacet in colle, uno milliari ab ora littorali, prope fretum anguſtum quo inſula ab Epiro ſeparatur, ut narrant, & ex ejus ruinis extructa fuit urbs, Sanctæ Mauræ fanum dicta ad tria milliaria.

LEUCASIA, inſula parva admodum Italiæ, in Lucania Plinio, quæ Leucoſia Straboni, in ſinu Pæſtano, nunc *la Licoſa* dicta, in ora provinciæ Principatus citerioris, in Regno Neapolitano, contra promontorium Sirenuſſarum, cui olim juncta erat, teſte Plinio, ibique rudera multa in mari, urbis quaſi ſubverſæ cernuntur. Vide Sirenuſæ.

LEUCATA, oppidum Galliæ Narbonenſis Melæ, quod etiam Leocata quibuſdam, nunc *Leucate* vulgo Gallis, *Laucate* autem indigenis illarum partium, & *Locata* Hiſpanis, oppidulum Galliæ io Occitania inferiori provincia, prope ſtagnum cognomine & Salſulas arcem Gallici juris, in limite Comitatus Ruſcinonenſis, arcem habuit permunitam, ſed à paucis annis disjectam, & ad eam Hiſpani grandi clade affecti fuere à Gallis anno 1637.

LEUCATAS, promontorium Aſiæ minoris, in Bithynia, quo includitur ſinus Aſtacenus, teſte Plinio.

LEUCATES, promontorium Leucadis inſulæ in Epiro Straboni, Leucate Ciceroni, & Plinio, in ejus parte meridionali, nunc *il Capo Ducato* dicitur, teſte Porcaccio, & ejus meminit Virgilius libro 6. Æneidos.

LEUCE, inſula parva Cretæ Diodoro, ſeu Scopulus in ora ſeptentrionali, nunc *San Theodoro* dicitur. Habet arcem in monte ſatis munitam & cognominem, quæ prima expugnata fuit à Turcis anno 1645. 8. milliaribus diſtat à Cydone in occaſum, & vix uno aut altero milliari ab ora Cretæ inſulæ, teſte Marco Boſchino.

LEUCE, inſulæ parva Sarmatiæ Europææ in Ponto Euxino, oſtio Boryſthenis fluvii objecta, cum oppidulo cognomine, quæ & Achillea dicta fuit a Pomponio Mela. Vide Achillea.

LEUCI, populi Galliæ Belgicæ Cæſari, & Ptolemæo, quorum termini fuere ad Septentrionem Mediomatrices, & Virduni, ad ortum Tribocci, ad occaſum Catalauni, & Lingones, ad Meridiem vero Sequani, erantque ubi nunc Tullenſis Diœceſis,

Digitized by Google

& pars meridionalis Lotharingiæ, & Barrenſis Ducatus, eorum urbs primaria Tullum fuit, nunc *Toul* dicta, ad Moſellam fluvium, horum meminit Lucanus libro primo.

LEUCI, montes Cretæ inſulæ qui & Leuca Ore in ejus parte occidentali, teſte Strabone, nunc *i Monti di Sfachia* dicti, in Territorio Cydoniæ, teſte Bellonio cum Boſchino, & aliis, horum incolæ *les Sfachiotes* dicti, ſatis celebres effecti ſunt à paucis annis.

LEUCIMNA, promontorium Corcyræ inſulæ Thucydidi, inter Corcyram urbem & Phalactum promontorium, *il Capo Bianco* nunc dicitur, Sophiano teſte.

LEUCOBIBIA, ſeu Leucopibia, & Lucopibia, urbs Novantarum in Britannia inſula Ptolemæo, nunc *Withern* dicta, ſeu Candida caſa, urbs Scotiæ Regni in Gallovidia Comitatu, & in ora maris Hibernici, teſte Camdeno, cum portu capaci, melius dicitur Lucopibia. Vide ibi & Candida caſa.

LEUCOGÆUS, locus Marmaricæ Straboni, in ora littorali, qui Leuce Acte Ptolemæo, hoc eſt Album littus, nunc etiam *Riva Bianca* hodie, teſte Moletio, inter Parætonium ad occaſum & Alexandriam ad ortum.

LEUCOGÆUS COLLIS, & Leucogæi fontes, locus Campaniæ Plinio, nunc *l'Alumera*, teſte Sanfelicio, inter Neapolim & Puteolos. Hic alica plurima, & ſulphur, ut ſcribit Plinius libris 18. & 35. Fontes prædicti vulneribus ſanitatem afferunt, teſte eodem Plinio libro 31.

LEUCOLA, portus Cypri, ubi gagates lapis, teſte Plinio, reperitur.

LEUCOLLA, promontorium Pamphyliæ, in Aſia minori Plinio, cum inſula & oppido cognomine, inter Pergen & Eurymedontis fluvii oſtia, ultra Chelidonias inſulas.

LEUCON, Africæ urbs, circa Cyrenem, teſte Herodoto: forſan eadem quæ Lucoa Ptolemæo.

LEUCONIUM, *Leutſch*, oppidum Hungariæ ſuperioris, in Scepuſienſi Comitatu, intra montem Carpathum, & in ipſo limite Poloniæ Regni, ſub dominio Imperatoris, 7. milliaribus Germanicis diſtans à Caſſovia in occaſum æſtivum, prope fontes Hernati fluvii, eſtque ſatis munitum.

LEUCONUM, Pannoniæ urbs, teſte Antonino.

LEUCOPETRA, mons Aſiæ Polybio, qui Parthiam ab Hyrcania ſecernit. Vide Coronus, idem enim videtur.

LEUCOPETRA, promontorium Brutorium in Italia, id eſt Saxum album Plinio, & Straboni, quod & Brutium dictum fuit, nunc *il Capo dell'armi* dicitur, teſtibus Nigro, & Cluverio, in parte meridionali Calabriæ ulterioris, quo deſinit alterum Apennini cornu, juxta fretum Siculum, 12. milliaribus à Rhegio in Meridiem.

LEUCOPETRA, *Weiſſenfels*, Germaniæ oppidulum tenue in Miſnia, prælio notum, ubi Auſtriaci magna clade affecti fuere a Suecis, ſedet ad Salam fluvium, uno milliari Germanico infra Naumburgum in ortum Lipſiam verſus 5. teſte Zeilero.

LEUCOPHRUS, Dianæ fanum, & ſtagnum inter Tralles & Mæandrum fluvium, in Lydia, teſte Xenophonte.

LEUCOPOLICHNA, urbs Sarmatiæ, Rutheniæ Metropolis, Laonico Chalcocondylo, forſan Leopolis *Lemburg*, urbs Poloniæ Archiepiſcopalis, & Ruſſiæ rubræ caput. Vide Leopolis.

LEUCOPOLIS, poſtea Acſara, & Aſpropolis, urbs Cariæ maritima, ad ſinum Doridis provinciæ Plinio, nunc *Aeſchecher*, teſte Leunclavio.

LEUCOREA, urbs Germaniæ, à quibuſdam creditur Vitteberga *Wittenberg*, urbs Saxoniæ Ducatus caput, probe munita & Academia clara, ad Albim fluvium, inter Miſnam ad Meridiem & Magdeburgum ad Septentrionem fere media, 11 milliaribus Germanicis utrimque diſtans, & 9. à Lipſia in Arctos. Vide Witeberga & Vitarum mons.

LEUCOS, fluvius Macedoniæ Plutarcho, juxta Pydnam urbem fluens, *il Fiume di Chitri* nunc dictus.

LEUCOSIA, inſula parva maris Tyrrheni Straboni, in ora Lucaniæ, quæ Leucaſia dicta à Plinio, nunc *la Licoſa*. Vide Leucaſia.

LEUCOSIA, urbs Cypri inſulæ, ſic dicta à Græcis, quæ Nicoſia Latinis, vulgo *Nicoſia*, olim Ledrenſis urbs, & Leutheon, Archiepiſcopalis eſt, & totius inſulæ primaria in mediterraneis, ſed etiamnum ſatis munita, ſub dominio Turcarum, ab Hamacoſto altera urbe præclara 36. mill. paſſ. in occaſum recedens. Vide Nicoſia.

LEUCOSYRIA, Regio parva Cappadociæ Plinio, & Ptolemæo circa Iridis & Thermodontis fluminum oſtia, ubi populi Leucoſyri, qui & Aſſyrii Orpheo dicuntur, quorum urbs Themiſcyra.

LEUCO SYRIA, dicta fuit etiam Armenia minor, teſte Procopio.

LEUCOTHEA, fons in inſula Samo in mari Ægeo, teſte Plinio, forte à filia Cadmi dicta, de qua Ovidius libro 3. de Ponto.

LEUCOTHEA, inſula maris Tyrrheni, in ora Lucaniæ, teſte Plinio, eadem forſan quæ Leucoſia Ortelio, & Nigro teſtibus. Vide Leucoſia.

LEUCHTEMBERGA, *Leuchtemberg*, caſtrum Germaniæ in Nordgovia provincia, & in Palatinatu ſuperiori ſeu Bavariæ, tractus ſive Langraviatus cognominis caput, in colle prope amnem & oppidum *Pfreimbt*, ſub dominio Ducis Electoris Bavariæ, uno milliari Germanico à Nabo fluvio in ortum, & 4. ab Amberga in ortum æſtivum.

LEUCHTEMBERGENSIS LANDGRAVIATUS, *die Landtgraffſchaft von Leuchtemberg* incolis, *le Landtgraviat de Leuchtemberg* Gallis, tractus parvus Germaniæ in Nordgovia, & intra fines Palatinatus ſuperioris, ad Nabum fluvium, ubi tantum Leuchtemberga caſtrum, unde nomen ei inditum, & oppidum *Pfreimbt* cum aliquot aliis locis parvi momenti, alias paruit Landgravio proprio ſeu Comiti provinciali, ſed deficiente maſcula ſtirpe anno 1646. obvenit ex ejus hereditate Duci Electori Bavariæ, cui nunc ſubeſt.

LEUCTRA, oppidum erat Bœotiæ, in Græcia Straboni, inter Plateas & Theſpias, in confinio Megaridis, ubi ingens planities, in qua Thebani Spartanos ingenti ſtrage vicere.

LEUCTRUM, ſeu Leuctra, oppidum Peloponneſi maritimum, in Laconia provincia Pauſaniæ, & Ptolemæo, nunc *Maina*, teſte Nigro, cum aliis, ſedet in ora ſinus Meſſeniaci, inter Abæam oppidum Meſſeniæ ad Boream, 15. mill. paſſ. & Tænarium promontorium ad Auſtrum 35. eſtque in tractu aſpero & montuoſo admodum, ad radices Taygeti montis, ſub dominio Turcarum, ſed tamen aliqua fruitur libertate propter aſperitatem regionis, hinc tractus adjacens *il Braccio di Marina* dicitur, incolæ autem *les Mainots* vulgo, ſui pene juris in Tzaconia tractu.

LEUCUM, *Lecco*, oppidum Italiæ in Ducatu Mediolanenſi, cum arce, ad Larium lacum, ubi Addam fluvium emittit, à Como 14. mill. paſſ. in ortum Bergomum verſus, à Mediolano 30. in Septentrionem.

LEUCYANIAS, Peloponneſi fluviolus, in Alpheum prorumpens, teſte Pauſania, in Eliacis.

LEVÆFANUM, vicus Batavorum in Gallia Bel-

gica, ex itinerario Antonini, ad Vahalim fluvium, nunc teſte Cluverio, eſt *Lewen*, vicus Gueldriæ in Tetrarchia Neomagenſi, 10. mill. paſſ. infra Neomagum in occaſum Leerdamum verſus 18, & paulo ſupra Tilam, quanquam alii recentiores *Loewenſtein* interpretentur arcem munitam Hollandiæ in Bomelia inſula, ad confluentes Vahalis in Moſam.

Leudica, *Liege*, ſic dicitur in annalibus medii ævi Leodium urbs ampla Germaniæ, de qua ſupra. Vide Leodium.

Leugæs, Armeniæ minoris urbs, in Melitena regione, teſte Ptolemæo.

Levi, populi Italiæ in Liguria, teſte Plinio, qui ab aliis vocantur Lævi. Vide ibi.

Levinia, *Lennox*, provincia Scotiæ, in ejus parte ſeptentrionali ſive Trans-Taana, & in ejus ora occidentali, verſus intimum receſſum Glotæ æſtuarii, ſic dicitur à Levino fluvio, qui per Lomundum lacum labitur, & eam bifariam ſecat, quanquam à quibuſdam recentioribus etiam Lennoxia vocatur, terminaturque ab ortu Menthiria provincia, ab occaſu Argathelia, à Meridie Cuninghamia & Glotiana, à Septentrione vero Albania, inſignitur hæc provincia Ducali titulo, & ejus præcipuum oppidum eſt Dumbritonium, unde etiam aliquando dicitur Vicecomitatus ſive Præfectura Dumbritonii, *the Shyreſdome of Dunbarton* ab indigenis, teſte Timotheo Ponte, & olim erant in ea provincia Damnii populi ex parte, ut exiſtimat Camdenus.

Levinus, *Levin*, fluvius Scotiæ Meridionalis, in Levinia provincia. Oritur in ipſo limite Albaniæ; deinde per Lomundum lacum fluens in Meridiem, hinc rigato Dumbritonio ſeu Britannorum oppido, in Cludam fluvium ſe exonerat, teſte Timotheo Ponte.

Levita, *Levita*, Inſula maris Ægei, parva & deſerta cum portu Sancti Georgii ſatis tuto, prope Zinaram inſulam, parum diſtat ab Amorgo in ortum, eſtque inter Pathmum ad Septentrionem & Theraſiam ad Meridiem; olimque Lebinthos dicta fuit, ut exiſtimant.

Leuni, populi Vindeliciæ Ptolemæo, qui Genauni dicti ab Horatio, & aliis, juxta Oenum fluvium, inter Breunos & Conſuanetes, ut exiſtimat Cluverius, & horum tractus *Glon* ſeu *Gloneck* in Bavaria nominatur, cum fluvio parvo cognomine, teſte Aventino. Vide Genaum.

Levomnx, mons Macedoniæ, circa Pallenem peninſulam, teſte Plinio.

Levonæ, populi Scandinaviæ, Ptolemæo teſte, quorum Regionem nunc Lappiam interpretatur, & incolas Lappones, qui etiam Ruſſis *Loppi* dicuntur, *Lappor* Suecis, & *Lappen* Germanis, prope intimum Sinus Botnici in mari Baltieq in Regno Sueciæ, teſte Cluverio ex conjectura.

Leuphana, ſeu etiam Lephana, urbs Germaniæ Ptolemæo, nunc interpretatur Irenicus Hanoveram, *Hanower* urbem Germaniæ in circulo Saxoniæ inferioris, & in Ducatu Brunſvicenſi ad Leinam fluvium, ex levi conjectura. Vide Hannovera.

Leuphitorga, urbs Æthiopiæ ſub Ægypto, teſte Plinio.

Leusinium, Dalmatiæ urbs, teſte Antonino.

Leutarnia, oppidum Lucaniæ in Italia, teſte Strabone, nunc à Barrio creditur *Alvidona*, caſtrum Regni Neapolitani in Calabria citeriori, in limite Baſilicatæ, 7. mill. paſſ. à ſinu Tarentino, ſed Cluverio teſte, idem fuit quod Siris oppidum Lucaniæ, ad oſtia Siris fluvii in ſinum Tarentinum, ubi nunc *la Torre San Baſilio*, caſtrum Baſilicatæ provinciæ in ora littorali, 10. mill. paſſ. à Turſio in ortum, & 14. à confinio Calabriæ in Septentrionem, uti 24. ab Alvidonia caſtro, ut colligitur ex Lycophrone & aliis.

Leutkircha, *Leutkirch*, urbecula Imperialis Germaniæ, in Suevia, ad amnem *Eſchach*, qui paulo infra cadit in Ilarum. 3. milliaribus Germanicis diſtat à Memminga in Meridiem, & 6. à Lindavia in Septentrionem, eſtque ſatis parva in Algea tractu, ipſa nomen habet à Templo S. Martino, quod antequam urbs conderetur vicini circum circa habitantes frequentarunt, quaſi *aller Leute Kirche*, Eccleſia omnium hominum, teſte Lymnæo.

Leuvia, & Leuwa, *Leeuwe* incolis, *Leaue* Gallis, oppidulum Belgii in Ducatu Brabantiæ, probe munitum à paucis annis, eum arce intra paludes, ad fluviolum Getam, in ipſo limite ditionis Leodienſis, prope Fanum Sancti Trudonis, & vix 2. leucis à Tillemontio in ortum, uti 4. à Lovanio Trajectum ad Moſam verſus ſeptem, vi captum fuit à Gallis die 3. Maii 1678. ſed poſtea redditum Hiſpanis anno ſequenti, vigore pacis ad Noviomagum initæ.

Leuveeum, *Leweck*, urbs Indiæ extra Gangem, Regni Cambodiæ præcipua, & ſedes regia, quæ aliter & impropriè dicitur à multis Cambodia. Sedet juxta fluvium Cambodiam, 8. leucis ſupra ejus oſtia in mare Indicum.

Leuventium, & Leuva, *Leuwentz* Germanis, *Leeva* incolis, oppidum Hungariæ ſuperioris, prope Granum fluvium, in Comitatu Strigonienſi, & in Præfectura Neoſeliana, verſus montes, ſub dominio Auſtriacorum etiamnum, ubi Turcæ grandi clade affecti fuere à Souchio Duce Gallo anno 1664. diſtat 6. milliaribus Germanicis à Strigonio in Septentrionem, & 5. à Neoſello in ortum.

Leuvinus, *Leuvin*, fluvius Scotiæ Meridionalis. Oritur in Menthia provincia; deinde per Fifam labens, ibi lacum Leuvinum efficit, & tandem in Forthea æſtuarium eadit ad Leuvinum, *Leuvin*, oppidum Fiſæ provinciæ, teſte Timotheo Ponte.

Leuvissa, *Lewis*, inſula Scotiæ, & una Hebridum ſive Ebudarum, ſeptentrionalior aliis Ebudis, & verſus oram occidentalem Scotiæ, dicitur ab aliis Leogus. Vide ibi.

Lexoviensis Ager, *le Lieuvin*, tractus Galliæ in Normannia provincia, prope Lexovium urbem, inter Algeam tractum ad occaſum, Sequanæ oſtium ad Septentrionem, Rothomagenſem agrum ad ortum, & Uticenſem pagum ad Meridiem, ubi olim Lexovii populi.

Lexovii, populi Galliæ Celticæ Plinio, qui Lexobii Cæſari, & Lexubii Ptolemæo, quorum termini erant ad Septentrionem Sequanæ æſtuarium, & Oceanus Britannicus, ad ortum Velocaſſes, & Aulerci Eburovices, ad Meridiem Seſſui, & ad occaſum Biducaſſes: ubi nunc Lexovienſis Diœceſis, & Lexovienſis tractus in Normannia, eorum vero caput fuit Noviomagus, ſeu Lexovii, quæ & Lexovium.

Lexovium, quæ antea Lexovii, & Noviomagus, vulgo *Liſieux*, urbs Galliæ in Normanniæ Ducatu, ad Tuccam fluvium, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Rothomagenſi, ampla eſt & ſatis culta, in regione feraci admodum, 5. leucis diſtans ab ora maris Britannici in Meridiem, & 18. à Rothomago in occaſum Cadomum verſus 10. & ab ea tractus adjacens vulgo *le Lieuvin* dicitur, hinc Lexovæus nomen gentis.

Leybnicium, *Leybnitz*, caſtrum Germaniæ in Carinthia, ubi ſæpiſſime commoratur Seccovien-

Digitized by Google

ſis Epiſcopus, verſus confinia Stiriæ.

LeysniGum, *Leyſznick*, oppidum Germaniæ in Saxoniæ circulo, & in Miſnia provincia, patria fuit Petri Appiani Mathematici celebris. Vide Liſnica.

Lazatensis Ager, *le Lezadois*, tractus Galliæ in Occitania provincia, prope Lezatum & verſus Toloſam, ubi Alburacis fluvius in Garumnam cadit, ſic dictus à Lezato oppidulo ejus primario, *Lezat*, ad Lezam amnem, 3. leucis à Toloſa in Meridiem.

Lhoegria, quondam ſic dicta fuit ea inſulæ Britanniæ pars meridionalis, quæ hodie Anglia vocatur, *England* incolis, *l'Angleterre* Gallis, Vualſingamo & Brietio teſtibus.

Lianium, Sarmatiæ Europeæ oppidum Ptolemæo, in ora Boreali Byces paludis, inter Iſthmum Tauricæ Cherſoneſus ad Meridiem, & Bycis fluvii oſtia ad occaſum, nuncque *Salinea* interpretatur Mercator, in Tartaria minori, ex conjectura.

Liba, *Libaw*, oppidum Poloniæ, in Ducatu Curlandiæ, cum portu in ora littorali maris Baltici, & in confinio Samogitiæ, pluries à Suecis captum hiſce ultimis temporibus, 18. milliaribus Germanicis diſtat à Memelio in Septentrionem, & 25. à Mitavia in occaſum; redditumque fuit pace Olivenſi Duci Curlandiæ, cui etiamnum paret.

Liba, inſula maris Indici Ptolemæo, in ora Carmaniæ, contra Muſarnam, ſeu, ut nunc vocant, Dulcindam urbem, nunc *Areſtinga*, Caſtaldo teſte.

Libana, oppidum fuit Hiſpaniæ Tarraconenſis, in finibus Celtiberorum Ptolemæo, Valeriæ urbi finitimum.

Libana, Syriæ urbs, vicina Atteis apud Stephanum, ex Arriani Parthicis.

Libanica, tractus Hiſpaniæ in Aſturia, qui nunc Lievana dicitur à recentioribus. Vide ibi.

Libanus Mons, *Lobnan* Arabibus, *Lebnon* Syris, *le mont Liban* Gallis, *il Libano* Italis, mons Syriæ maximus & notiſſimus Ptolemæo, & aliis, in quo duntaxat cedrus arbor provenit, ab agro Damaſceno in Arabiæ confinio Tripolim uſque Phœnicis urbem, & mare Phœnicium perductus, ſicque ab ortu in occaſum extenſus, longitudinis eſt 125. milliarium circiter. Inter montes totius Palæſtinæ celeberrimus eſt; & qui radices longè lateque extendens, Tribuum Aſer & Nephthalim limites ſive potius Galilææ, ipſamque Terram Sanctam à Septentrione claudit. Altiſſimus eſt, & nihilominus fertilis & amœnus, in valles & campos hinc inde effuſus; & in ipſo ſunt Jordanis fontes, hunc montem pluribus deſcripſit Adrichomius, & multi exiſtimant nomine Libani in Scripturis debere intelligi montem Antilibanum.

Libarna, oppidum fuit Veliatum in Italia, & in Liguria montana Plinio, quod Libarnum Antonino, intra montes Apenninos, cujus rudera nunc viſuntur prope Arcuatum, *Arqua* caſtrum agri Dertonenſis in Ducatu Mediolanenſi, ad Scriviam fluvium, & in confinio Ditionis Genuenſis, teſte Cluverio, circiter 26. mill. paſſ. à Genua in Septentrionem Dertonam verſus 15. diſtans, alii autem credunt eſſe *Villa Barna* caſtrum agri Dertonenſis, ex nominis ſimilitudine.

Liberæ Provinciæ, *les Provinces libres*, tractus Helvetiæ. Vide provinciæ liberæ.

Liberdunum, *Liverdun*, oppidulum Galliæ in Lotharingia, & in Tullenſi tractu, ad Moſellam, qui paulo infra recipit Murtam, 3. leucis à Nanceio verſus Septentrionem & Muſſipontem, à Tullo vero 4. in ortum æſtivum.

Liberon, ſeu Lubronium, *Liuron*, oppidulum Galliæ, in provincia Delphinatus, ad Dromam fluvium, vix una leuca à Rhodano fluvio diſſitum. Ei adjacet Oriolum, *Lauriol*, oppidulum ex adverſo Dromæ. 3. leucis diſtans a Valentia in Meridiem, & 2. a Criſta in occaſum.

Libethrii, populi Magneſiæ, inter Macedoniam & Theſſaliam, licet apud eos Libethra ſeu Libethros fons fuerit Muſis dicata, Plinio, à muſica tamen alieni, cùm Orpheum interemiſſe ferantur, teſte Lycophrone.

Libethrum, ſeu Libethrus, oppidum fuit, & fons, ac mons Bœotiæ, apud Heliconem montem, & Coroneam urbem, ab ea 40. ſtadiis diſtans, Pauſania teſte.

Libici, populi Galliæ Ciſalpinæ in Italia Livio, & Plinio, quorum termini fuere ad occaſum Taurini populi, ad ortum Lævi, à Meridie Padus fluvius qui eos à Liguribus ſeparabat, & à Septentrione Alpium radicibus a Salaſſis & Lepontiis ſeparabantur, eratque in eo tractu ubi nunc Dominium Vercellenſe, & Laumellina tractus, cum parte Montisferrati Sabaudici juxta Padum & Seſſitem fluvios, teſte Cluverio, inter Inſubres & Taurinos.

Libisosa, oppidum Carpetanorum in Hiſpania citeriori Antonino, quod Libiſoca Ptolemæo, & Libiſona cognominata Foro auguſta Plinio, nunc *Lezuza*, vicus Hiſpaniæ in Caſtella Nova, 4. leucis diſtans ab Alcaratio in Septentrionem Concham verſus, & 6. à fontibus Anæ fluvii in ortum, teſte Ambroſio Morali, ex veteri inſcriptione.

Libistus, Thraciæ urbs, circa Mœſiam inferiorem, teſte Plinio.

Libitinensis Porta, per quam extra urbem Romam cadavera defunctorum efferebantur, teſte Lampridio Vulcatio.

Libnius, fluvius Hiberniæ inſulæ in ejus parte occidentali Ptolemæo, qui Liffius quibuſdam, nunc *Liffy*, fluvius eſt Lageniæ provinciæ Hiberniæ, qui prope & infra Dublinum in mare Verginium ſe exonerat, teſte Camdeno, ſed aliis eſt Sligous fluvius, teſte Waræo.

Libonothia Turingia, ſeu Auſtralis, *l'Oſterland* vulgo, provincia Germaniæ, quæ aliis Oſitia. Vide ibi.

Libissonis Turris, urbs Sardiniæ inſulæ Plinio, quæ Turris Biſſonis Ptolemæo, & Turres libro Conciliorum, in ora occidentali inſulæ, nunc exciſa jacet, & locus *Porto Torre* dicitur in provincia Loci aurei, ubi etiamnum manet ſacra ædes Sancto Gavino dicata, & 10. milliaribus diſtat à Saſſari urbe, quæ illi ſucceſſit in ſede Archiepiſcopali, teſte Franciſco de Vico, cum aliis. Vide Turris Libiſſonis.

Libora, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis in Carpetanis Ptolemæo, Ebura ſeu Æbura Livio, Elbora libro Conciliorum, ſub Gothis, nunc *Talavera de la Reyna*, teſte Joanne Mariana, urbs Hiſpaniæ in Caſtella nova, ad Tagum fluvium ubi recepit *Alberche* fluvium parvum, inter Toletum ad ortum & Talabricam veterem ſeu *Talavera la vieja* ad occaſum, 12. leucis, urbs eſt parva, loco plano in valle oblonga, cum muris firmiſſimis jam à tempore Gothorum reſtauratis, vocatur autem *Talavera de la Reyna*, quia una erat urbium quas reginæ in quotidianos ſumptus obtinebant, poſtea Toletano Præſuli attributa fuit, & teſte Livio, Fulvius Flaccus Celtiberos prælio fudit ad hanc urbem, anno 573. urbis conditæ.

Libum, oppidum erat Bithyniæ, medium inter Nicomediam & Nicæam, 20. mill. paſſ. diſſitum, ex itinerario Antonini.

LIBUNCA, oppidum Callaicorum Lucenſium in Hiſpania Tarraconenſi Ptolemæo, & Melæ, nunc *Rivadeo* incolis, urbs parva Gallæciæ, in limite Aſturiæ, ad oſtia Navii fluvii in Oceanum Cantabricum, & 13. leucis Hiſpanicis ab Oveto diſtans in occaſum, Mindoniam verſus, ut dignoſcitur ex poſitione Ptolemæi, quamquam Henrico Coquo ſit *Llanes*, oppidulum Aſturiæ in ora littorali, inter Fanum Sancti Vincentii ad ortum & Saliam oppidum 5. leucis diſtans.

LIBURNIA, *Libourne*, urbs parva Galliæ, in Aquitania & Burdegalenſi agro, ad Duranium fluvium, ubi recipit Illam ex adverſo Franciaci, & 5. leucis à Burdegala diſtans in ortum Petrocorium verſus.

LIBURNIA, Regio Illyrici Plinio, & Ptolemæo, verſus oram maris Adriatici, inter Iſtriam ad occaſum & Dalmatiam ad ortum extenſa, quæ tamen antiquiſſimis temporibus in Illyrico incluſa non fuit, ſed tantum verſus Romanorum tempora, qui eandem cum Iſtria, Japidibus, & Carnis Illyrico addiderunt, & tunc Liburnia duplici modo ſumebatur: vel Liburnia late ſumpta, inter Iſtriam ad Occidentem, & flumen Titium nunc *Kerka* dictum ad Orientem, ſicque Japidiam ſecundam cum parte Japidiæ Inalpinæ comprehendebat: vel Liburnia ſtricte ſumpta verſus oram intra fluvios Titium & Tedanium nunc *Zermagna* vocatum, excluſis Japidibus, teſte Joanne Lucio Tragurienſi viro Clariſſimo in ſuo opere de Regno Dalmatiæ, ſicque extendebatur hæc regio, ubi hodie pars maritima Croatiæ ſub dominio Auſtriacorum, cum parte Dalmatiæ occidentali, ſub dominio Reipublicæ Venetæ, ubi etiam Jaderenſis ager, *il Contado di Zara*, teſte Pineto cum aliis, & hinc Liburni populi Plinio, quorum meminit Virgilius libro primo Æneidos.

LIBURNICUM MARE, quod aliter Dalmaticum mare dicitur, pars eſt maris Adriatici, ſive ejus receſſus inter Dalmatiam propriam ad ortum & Iſtriam ad occaſum, nunc vulgo *il Mare di Dalmatia* dictum ab Italis, prope oram Liburniæ, ubi quam plurimæ inſulæ Liburnides ab eo dictæ, ſub dominio Reipublicæ Venetæ.

LIBURNICUS SINUS, cujus meminit Oroſius, pars maris Adriatici, ſive etiam Liburnici, verſus oram Liburniæ, dictus fuit aliter Flanaticus, nunc Carnarius ſinus, *il Carnero* vulgo, quaſi Carnivorus. Vide Flanaticus ſinus.

LIBURNIDES INSULÆ, Straboni, ſeu inſulæ oræ Liburniæ adjacentes, in mari Liburnico ſeu Adriatico, quæ eidem ſunt 60. circiter, ſed aliis omnibus vix ſunt 25. Earum inſulæ præcipuæ ſunt Abſorus, *Oſero*, Curicta, *Vegia*, Arba, *Arbe*, Giſſa, *Pago*, Scardona, *l'Iſola longa* quibuſdam. Sunt etiam plurimæ aliæ minores, quarum nomina antiqua ignorantur, nempe Paſmana *Paſman* in territorio Jaderæ, Provexia ſeu Pervichia *Perwichio*, quæ in territorio Sibenicenſi exiſtit, Eſoa *Eſo*, Aſuria *Aſuri*, Mortara *Mortero*, Coronata *l'Incoronata* in territorio Jaderæ ſita, Melata *Melada*, Puntadura *Pontadura*, Sancti Baſilii, *di San Baſilio*, Scarda *Scarda*, Promula *Promula*, Sylva *Selva*, Sanſega *Sanſego*, & Uglania *Uglan*, è regione Jaderæ, in cujus territorio exiſtit cum aliquot aliis minoris notæ, ſuntque omnes ſub dominio Venetorum, teſte Joanne Lucio.

LIBURNUS, mons Apuliæ.

LIBURNUS, portus Hetruriæ Polybio, qui Liburni portus Antonino, Labro Ciceroni, & Ligurnus aliis, vulgo *Livorno* indigenis, *Ligourne* Gallis, *Legorn* Anglis, urbs eſt nova Italiæ, ſed culta, & probe munita in Tuſcia, & in agro Piſano, ſub dominio magni Ducis Hetruriæ, portu gaudet percapaci & tuto in ora maris Tyrrheni, eſtque emporium celeberrimum illius tractus, cum triplici arce, ſedet in planitie intra paludes; prope montem Nigrum, creſcitque in dies, 15. milliaribus diſtans à Piſis in Meridiem, & 10. ab oſtio Arni fluvii verſus Vada Volaterrana 17. & 60. circiter diſtat à Florentia in occaſum, eratque alias ſub dominio Reipublicæ Genuenſis, ſed ab ea conceſſa fuit ſæculo elapſo magno Duci Hetruriæ pro Serezana urbe, quæ ipſi tunc ſuberat.

LIBURNUM MARE, idem quod Tyrrhenum & Inferum Ciceroni, & aliis, pars eſt maris Mediterranei verſus oram Hetruriæ & Liburnum portum, unde nomen ei inditum, ut exiſtimant plurimi, dictumque fuit aliter ſinus Piſanus; quanquam non deſint qui Liburnum mare pro Liburnico dici exiſtiment.

LIBYA, regio ampliſſima, quæ cum latiſſime ſumitur pro Africa intelligitur; ſic enim Africa dicta fuit antiquitus à Græcis, teſte Plinio, cum Strabone, ejus meminit Claudianus.

LIBYA. Regio paulo reſtrictior, pars erat perampla Africæ, ſive potius ejus media pars ad Boream & occaſum extenſa, Plinio teſte, inter mare Mediterraneum ad Septentrionem, Oceanum Atlanticum ad Occidentem, Oceanum Æthiopicum ad Meridiem, & Æthiopiam late ſumptam ad Orientem; fuitque duplex, nempe Libya citerior ſive exterior, quæ magis ad Septentrionem protendebatur, & Libya ulterior ſive interior quæ verſus Meridiem extenſa erat, hinc Libycus nomen gentis.

LIBYA CITERIOR, ſeu exterior, Regio Africæ, & pars ampla Libyæ quæ magis in Boream protendebatur, Ptolemæo teſte, ſub qua erant Africa propria, Libya propria, Mauritania Cæſarienſis, Mauritania Sitifenſis, Mauritania Tingitana, & Numidia, ſicque multo minor erat quam ulterior, ſed magis nota antiquis, ubi nunc Regna Fezzæ, Marocci, Algerianum, Tunetanum, Tripolitanum, & Barcæ, cum aliis regionibus Barbariæ late ſumptæ, & Biledulgeridia regio, cum etiam late ſumitur.

LIBYA EXTERIOR, Regio Africæ. Vide Libya citerior.

LIBYA INTERIOR, Regio ampla Africæ. Vide Libya ulterior.

LIBYA ULTERIOR; quæ & interior, Regio Africæ, & pars ampliſſima regionis Ptolemæo, quæ in Meridiem extenſa erat, inter Libyam citeriorem, Oceanum Atlanticum, & Æthiopicum, atque Æthiopiam; à Nigro fluvio in duas partes inæquales ſecta erat, & ſub ipſa comprehendebantur Nigritarum regio, Garamantes, Getuli, & Libya deſerta, cum aliis partibus ſub ipſis contentis; ſicque erat ubi erat ubi hodie Nigritia regio late ſumpta, Guinea, & deſertum ſive Zaara, ut exiſtimant omnes doctiores, ſed vix nomine nota fuit antiquis, maxime verſus partes meridionales, uti etiam ejus urbes, ideoque pauca admodum de ea dici poſſunt.

LIBYA DESERTA, pars Africæ Ptolemæo, nunc *le Zaara* dicitur, ſeu deſertum. Bartoſio, & Leoni Africano, incolis *Elber*, teſte Marmolio; eſtque pars Libyæ ulterioris ſeu interioris. Ab ortu in occaſum extenditur, & dividitur in ſeptem partes, ſeu deſerta, nempe Zanhaga, Zuenziga, & Targa ad occaſum, & Lempta, Berdoa, Garga, & Bornum ad ortum; vixque ſunt aliquot urbes in illa regione propter penuriam aquarum. Dicitur etiam *le Zahara* perſæpe, & mare Arenaceum Arabibus. Vide Zahara.

LIBYA PROPRIA, regio fuit Africæ, ſeptentrionalis, & pars Libyæ citerioris, inter Ægyptum

Digitized by Google

ad ortum, mare Mediterraneum ad Boream, Syrtim majorem & Tripolitanam regionem ad occaſum, & Æthiopiam, atque Garamantes ad Meridiem Ptolemæo, & aliis. Ejus partes fuere tres, nempe Libya ſtrictè ſumpta, Marmarica, & Cyrenaica, ubi nunc Regnum Barcæ, *le Royaume de Barca*, ad Septentrionem, & deſertum Barcæ ſeu etiam Libyæ, *le deſert de Barca* ſeu *de Libye*, ad Meridiem; & pro parte ſubeſt dominio Turcarum.

LIBYA STRICTE SUMPTA, pars Libyæ propriæ, inter Ægyptum ad ortum, Marmaricam ad occaſum, Nubiam ad Meridiem, & mare Africum, ad Septentrionem, teſte Ptolemæo, ubi nunc pars orientalis Regni Barcæ, ſed in ea nulla urbs alicujus momenti.

LIBYCA, ſic appellabantur duo modica oſtia Rhodani fluvii, in Gallia Narbonenſi. Ex his alterum Hiſpanienſe dictum fuit, alterum Metapinum, tertium idemque ampliſſimum Maſtalioticum, teſte Plinio.

LIBYCI, populi Galliæ Ciſalpinæ, ſeu Italiæ Tranſpadanæ Plinio, inter Inſubres & Taurinos; quorum urbs Vercellæ, ad Seſſitem fluvium, vocantur ab aliis Libici. Vide ibi.

LIBYCUM MARE, ſic vocatur à Ptolemæo mare quod Cyrenaicam regionem Libyæ propriæ alluit, vulgo *la mer de Barca* Gallis, eſtque pars maris Mediterranei prope oram Africæ, inter Ægyptum & Syrtim majorem.

LIBYCUS OCEANUS, pars eſt Oceani Occidentalis ſive Atlantici, idem Heſperio, nunc *la mer du Cap Verd* Gallis, verſus Gorgades ſive Heſperides inſulas & promontorium Arſenarium, in ora occidentali Africæ ſive Libyæ regionis late ſumptæ.

LIBYPHOENICES, populi Africæ propriæ, Byzacenam regionem incolentes Livio, ubi nunc Regnum Tunetanum: Libophœnices Plinio. Hinc Libophœnicia apud Salluſtium libro de bello Jugurthino.

LIBYSSA, oppidum Bithyniæ mediterraneum Plinio, quod Libiſſa Ptolemæo, nunc *Lebuſſa* adhuc, Leunclavio teſte, *Gebiſe* aliis, vicus cum fluvio cognomine, inter Nicomediam & Chalcedonem, inde 25. hinc 36. mill. paſſ. Hannibalis Carthaginenſis ſepulchro memorabile.

LICATII, populi Vindeliciæ Straboni, qui Licantes Plinio, à Lico fluvio nomen habentes, nunc *Lechrainer*, in Bavaria Ducatu Germaniæ, verſus Auguſtam urbem & Licum incolentes, teſtibus Aventino & Scudo.

LICERIUM, *Saint Licer*, urbs parva Galliæ, in Aquitania, & Conſeranorum caput, quæ aliter Fanum Sancti Licerii, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Auxitano, ad amnem Salatum, & 5. leucis diſtans à Lugduno Convenarum in ortum, Apamæam ver o verſus 7. circiter.

LICESTRIA, *Leiceſter ſhire* incolis, *le Comté de Leiceſtre* Gallis, provincia ſeu Comitatus Angliæ, cum urbe primaria cognomine. Ubi alias Coritani populi ex parte, teſte Camdeno. Habet à Septentrione Nottinghamiæ Comitatum, ab ortu Lincolniæ Comitatum, ab occaſu Staffordiam, & à Meridie Nortantoniæ Comitatum.

LICESTRIA, quæ & Legeceſtria & Leogora quibuſdam, *Leiceſter*, urbs Angliæ, Comitatus cognominis caput, ad Sturam amnem. Diſtat 13. milliaribus Anglicis à Nottinghamia in Meridiem, totidem à Coventria in ortum hybernum, & 20. à Nottinghamia in Septentrionem.

LICHADES, inſulæ tres ſeu potius ſcopuli maris Ægei Plinio, verſus Eubœam & Atticam.

LICHFELDIA, *Lichfield*, urbs parva Angliæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Cantuarienſi, in Comitatu Staffordiæ. 24. milliaribus Anglicis diſtat à Liceſtria in occaſum, decem à Staffordia in occaſum hybernum, & 25. à Vigornia in Septentrionem; deficit in dies, & dicta fuit a Beda *Licitfeld*, quaſi cadaverum campus, quod plurimi iſthic Chriſtiani ſub Diocletiano Martyrio affecti ſint.

LICINIANA, oppidum Hiſpaniæ in Luſitania Ptolemæo, quod nunc quidam interpretantur *Lucena*, caſtrum Extremaduræ Legionis, inter Auguſtam Emeritam & Norbam Cæſaream.

LICINII FORUM, oppidum Orobiorum in Gallia Tranſpadana Plinio, nunc interpretatur Leander & alii *la Pieve d'Incino*, vicum Italiæ in Ducatu Mediolanenſi, haud procul à Lambro fluvio poſitum, 7. mill. paſſ. à Como orbe in Meridiem, ſed Cloverius exiſtimat eſſe *Barlaſina*, oppidulum, medium inter Comum ad Septentrionem & Mediolanum ad Meridiem.

LICNENI, populi Corſicæ Ptolemæo, quorum tractus *il Valdi Niolo* dicitur, teſte Leandro.

LICOSTOMA, *Lechmundt*, vicus Germaniæ in Bavaria, ad oſtium Lici fluvii in Danubium, in ipſo limite Sueviæ, in ditione Ducis Neoburgenſis, & è regione vici *Leckhauſſ* dicti, uno milliari Germanico infra Verdam in ortum, Neoburgum verſus 3. & 6. infra Auguſtam Vindelicorum in Septentrionem, teſte Aventino.

LICTUM, *Litti*, urbecula Cretæ inſulæ, in ora littorali, nunc exciſa jacens, teſte Pigafetta.

LICUS, fluvius Vindeliciæ Ptolemæo, & Fortunato, Lechus Eginartho, vulgo *le Lech*, fluvius Germaniæ, oritur in Comitatu Tirolis & in confinio Rhætorum, deinde in Septentrionem tendens, Sueviamque à Bavaria ſeparans, rigatis Fuſſena, Schongavia, Landſperga, & Auguſta, in Danubium ſe exonerat paulo infra Verdam.

LIDA, *Lida*, oppidulum Poloniæ, in Lithuania, & in Palatinatu Vilnenſi, ubi arx munita, ad amnem Detam. 10. milliaribus Polonicis diſtat à Vilna in Meridiem Novogrodam verſus 7. arcem habens in ſcopulo ſitam, malè habita fuit à Moſcis anno 1655. eſtque territorii adjacentis caput.

LIDDA, urbs Palæſtinæ, Epiſcopalis ſub Patriarcha Hieroſolymitano, nunc *Saint George de Lidde* dicta à Gallis, ſed parva admodum in Terra Sancta. Vide Lydda.

LIDDESDALIA, ſeu Vallis ad Liddam, *la Liddiſdale*, provincia Scotiæ Meridionalis, ſatis parva, in ipſo limite Angliæ, à Liddalo fluvio ſic dicta, ubi Eremus caſtrum munitum. Terminatur à Septentrione Teviotia, ab occaſu Eskia, & à Meridie & Oriente Anglia.

LIDKOPIA, *Lidkioping*, urbecula Sueciæ, in Vueſtrogothia provincia, & in ora lacus Vueneri, ad fluvium Lidam. 30. mill. paſſ. diſtans à Mariæſtadio in occaſum Daleburgum verſus 45. & triginta a Falkopia in Septentrionem, uti & 12. à Scara.

LIDURA, *Lidura*, urbs Peninſulæ Indiæ extra Gangem in Regno Siami.

LIENCHEUM, *Lienchen*, urbs Imperii Sinarum, in Quantunia provincia, cujus octava cenſetur, & ſub ipſa ſunt tres aliæ urbes minores, ſedet juxta fluvium *Lien*, ad radices montium & verſus Tunchini Regnum, teſte Martinio.

LIEVANA, *la Llevana* & *Liebana*, provincia parva Hiſpaniæ, intra montes aſperrimos, Europæ dictos, in Aſturia de Sancta Juliana, ſeu de Santillana, verſus oppidum ſancti Vicentii *de la Varquera* & mare Cantabricum, teſte Oihenarto, cum

Roderico Sylva, & aliis, ejus longitudo eſt 9. leucarum, latitudo vero 4. & dividitur in quinque valles dictas *Cillorigo*, *Valdeprado*, *Vahebaro*, *Cereceda*, & *Polanes*, in quibus numerantur 366. vici aut viculi ſed parvi admodum & parum culti; hujus vero provinciæ caput eſt *Potes* oppidulum ad fluvium Devam, 9. leucis à Fano ſanctæ Julianæ diſſitum, dicitur etiam Libania in quibuſdam titulis, atque aliquando Lobania.

Lieuchaum, *Lieucheu*, urbs Imperii Sinarum, in Quanſia provincia, cujus ſecundum locum obtinet, teſte Martinio, & ſub ipſa cenſentur undecim urbes minores.

Liffius, *Liffy*, fluvius Hiberniæ in Lagenia provincia, per Comitatum Kilderiæ labitur, & tandem Dublinum rigans, juxta & infra ipſam mari Vergivio miſcetur.

Liga, inſula parva maris Britannici, teſte Antonino, in ora Boreali Britanniæ minoris, nunc *Ligon* interpretatur Camdenus, verſus Siadas inſulas.

Ligana, ſylva Galliæ Ciſalpinæ in Cenomanis, ad lacum Benacum, ubi Claudius Imperator Alemannos vicit, teſte Paulo Diacono.

Liganira, urbs Indiæ intra Gangem, teſte Ptolemæo.

Liger, & Ligeris, fluvius percelebris Galliæ Celticæ Cæſari, Plinio, Ptolemæo, & aliis, & nunc ex maximis Galliæ, *la Loire* vulgo indigenis, *la Loira* Italis & Hiſpanis, *Loere* Germanis. Nomen habet à prato quod ſtatim à fonte perlabitur in Sanctæ Eulaliæ paroecia, in Vivarienſi provincia, & in confinio Velauniorum, ad radices Gerbarii jugi, *le Mont Gerbier de Joux* vulgo dicti, inter Cemenos montes, & prope Clergeacum montem, 18. mill. paſſ. ſupra Anicium; hinc per Velaunos fluens, & in Septentrionem tendens prope Anicium labitur, deinde auctus fluviolis, *Rieutort*, *Loignon*, & *Anſe*, per Forenſem provinciam fluens, eamque bifariam ſecans, recipit Furanium *Furan*, Lignonem *le Lignon*, Layum *Lay*, aliosque fluvios minores, rigatque Fanum Sancti Ramberti, Forum Seguſianorum, & Rodumnam, ubi primum lintrium capax eſt, hinc per Burgundiæ partem occidentalem labitur, eamque à Borbonenſi provincia ſeparans, recipit fluvios parvos Reconſium *la Reconſe*, uti Brebincum *la Brebinche*, atque Arrorium *l'Arroux* ad Digoinum, & Beſbriam *la Beſbre* è regione Borbonii Anſelmi, poſtea per Nivernenſem provinciam fluens, ad Decetiam recipit Aronem, *l'Airon*, & Nivernum urbem provinciæ præcipuam rigans, paulo infra auctus Elavere fluvio *l'Allier*, ad Caritatem & Conadam labitur, deinde Bituricenſem provinciam à Puſæenſi agro, & Vaſtinio tractu dividens, Brivodurum & Giennum aquis luſtrat, uti etiam Solliacum, & Gergolium in Sicalonia tractu, & poſtea verſus occaſum tendens, ad Aurelianum labitur, uti ad Balgentiacum, & ad Fanum ſancti Deodati, hinc Bleſas urbem rigat, atque Ambaſiam, & Turonenſem provinciam bifariam ſecans, Turones urbem luſtrat, infra quam auctus fluviis Caro *le Cher*, Ingere *l'Indre*, & Vigenna *la Vienne*, per Andegavenſem Ducatum fluit ad Salmurium, ubi recipit Divam *la Dive*, & ad pontes Cæſaris; hinc paulo infra auctus etiam Meduana *la Mayne*, qui Andegavum rigat, & aliquot aliis minoribus, per Britanniam minorem labitur, & Nannetas urbem luſtrat, ubi Separam recipit *la Seure*, & ubi primum navium capax eſt; & tandem in Oceanum Aquitanicum ſe exonerat magna aquarum mole, lato ſatis oſtio ſive potius æſtuario, inter Crociliacum & Fanum ſancti Nazarii, duodecim leucis infra Nannetas, poſt curſum 200. leucarum, ex quibus per 166. eſt navigabilis, ſicque Franciam in duas fere partes dividit, nempe in Cis-Ligerim, & in Trans-Ligerim.

Ligerula, *le Loiret*, fluvius Galliæ ex fonte prope Aurelianos adeo copioſè effluens, ut ſtatim navigabilis evadat, in Ligerim delabens, ut ego etiam vidi. Dicitur etiam Ligeretus.

Lioii, Germaniæ populi Tacito, & Hermionum pars, qui Lygii etiam dicti ſunt, ſeu Lugii, & Logiones etiam, erant late diffuſi in his partibus, ubi forſan nunc Ducatus Sileſiæ in Bohemia, & pars Regni Poloniæ ad Meridiem cis Viſtulam fluvium, teſtibus Willichio, & Cluverio ex conjectura.

Lioir, fluvius Bœotiæ Stephano, juxta Plateas urbem fluens.

Ligniacum, & Lineium, *Ligny*, oppidum Galliæ in Barenſi Ducatu, ad Orneam fluvium parvum, 2. leucis à Barro Ducis in ortum Tullum verſus 6. & 5. à Fano Sanctis Michaëlis verſus Meridiem.

Lionicensis Ducatus, *du Hertzogthumb von Lignitz* Germanis, *le Duché de Lignitz* Gallis, tractus Bohemiæ in Sileſia inferiori, inter Glogavienſem Ducatum ad Septentrionem, Javarienſem ad occaſum, Suvidnicenſem ad Meridiem, & Uratiſlavienſem ad ortum; ejus vero caput eſt Lignitium, eratque ſub dominio utili Ducis Bregenſis, ſed anno 1675. obiit ejus ultimus Dux, ſicque nunc ſubeſt dominio Imperatoris uti Regis Bohemiæ.

Lignicium, *Lignitz*, urbs Bohemiæ Regni, in Sileſia, ad Cattum amnem, antea ſub proprio Duce, cum regiuncula adjacente. Caſtrum habet ſplendidum. Vix 2. milliaribus Germanicis diſtans à Jauria in Septentrionem, Glogaviam verſus 5. & 7. ab Uratiſlavia in occaſum.

Ligno, *le Loignon*, ſive *le Longnon*, fluvius Galliæ in Comitatu Burgundiæ, verſus Veſuntionem fluit & ad pontem Arlejum in Ararim ſe exonerat.

Ligorium, *Ligor*, urbs Indiæ ultra Gangem, cum portu, in ora orientali Cherſoneſi Malacenſis, in ditione Regis Siami, juxta ſinum Siami, & media ferè inter Judiam urbem primariam Siami ad Septentrionem, & Malacam ad Meridiem, 380. milliaribus utrinque diſſita.

Ligorium Regnum, *le Royaume de Ligor*, Regio peninſulæ Indiæ extra Gangem, ſub dominio Regis Siami, in ora ſinus Siami, cum urbe primaria cognomine.

Liguidonis Portus, ſeu Liguidonenſium portus, in Sardinia inſula, teſte Antonino, in ora orientali, nunc *Lago Liaſto* dicitur, & 45. milliaribus diſtat à Calari in Septentrionem, teſte Cluverio, hinc forte populi Lucuidoneſii Ptolemæo.

Liqula, fluvius Latii, prope Terracinam, in actis Sancti Cæſarii Martyris, nunc forte *l'Evola*, teſte Luca Holſtenio, ſeu *Evola*, qui olim Amaſenus dictus, prope Circcium montem in mare Tyrrhenum ſe exonerat.

Ligures Apuani, populi Liguriæ extremi Livio, circa Macram fluvium in Hetruriæ confinio incolentes; quorum oppidum Apua, vulgo *Pontremoli*, ſub dominio magni Ducis Hetruriæ, cum tractu parvo adjacente.

Liguria, Italiæ Regio in Gallia Ciſpadana Plinio, & Straboni, quæ antiquitus duplex fuit, nempe littorea & mediterranea.

Liguria Littorea, quæ Montana ſeu Inalpina, ex libro provinciarum, extenditur inter Alpes maritimas ad occaſum, quibus à Gallia Nar-

bonenſi

Digitized by Google

bonenſi dividitur, & Macra fluvii oſtia ad ortum, quo ab Hetruria ſeparatur, à Septentrione terminatur Apennino monte, & a Meridie mari Liguſtico, teſte Cluverio, quæ Liguria vera & propria; nunc *la Riviera di Genova* dicitur, dividiturque in oram orientalem, *la Riviera di Levante* vulgo, & in oram occidentalem, *la Riviera di Ponente*, ejus primaria urbs eſt Genua, nuncque ſubeſt dominio Reipublicæ Genoeoſis. Vide Genuenſis ditio, hinc Ligures populi quorum meminit Virgilius lib. ſecundo Georgicorum.

Liguria Mediterranea, quæ Plana vel Alpeſtris etiam dicta, Galliæ Ciſalpinæ non modica portio, inter montem Apenninum ad Meridiem, Alpes maritimas ad ortum, Padum fluvium ad Septentrionem, Tidonem fluvium & Padum ad occaſum comprehenſa, teſte Cluverio, & ut colligitur ex libro provinciarum Schonhovii, & ex Caſſiodoro, aliiſque, eratque ubi nunc Monsferratus Ducatus, magna pars Pedemontani Principatus, parſque meridionalis Mediolanenſis Ducatus continentur; & notandum quod ſub Liguria etiam Inſubriam complectuntur aliqui ſcriptores, uti Antoninus Auguſtus in itinerario, Paulus Diaconus in libro de geſtis Longobardorum, Caſſiodorus, aliique, unde Mediolanum quod erat caput Inſubrum, ab eis in Liguria collocatur.

Ligurnus, portus Hetruriæ, qui Libornus aliis, & Labro Ciceroni, nunc *Liverno*, urbs Italiæ in Hetroria, cum portu percapaci & arce firmiſſima, in ora maris Tyrrheni, inter Piſas & Vada Volaterrana. Vide Liburnus.

Ligurum Montes, in Italia Livio, nunc *i Monti della Lunigiana*, teſte Leandro, Ligúria enim apud Livium, Trogum, Sempronium, & alios, poſt Macram, Arnum uſque fluvium extendebatur aliquando.

Liguſticæ Alpes, Livio, eædem ſunt cum maritimis apud Ptolemæum, nuncque *la Montagna di Tenda*, & *le Col de Limon* dicuntur, teſte Pingonio, inter Albintemelium ad Meridiem & Salutias ad Septentrionem, in ditione Ducis Sabaudiæ & in Comitatu Niceenſi.

Liguſticum Mare, Plinio, nunc *il Mare di Genoua* Italis, *la Mer de Genes* Gallis, pars eſt maris Mediterranei in ora Italiæ, Liguriam regionem alloens, & Liguſticus ſinus dicitur a Floro.

Lila, *Lile* incolis & Gallis, *Riſſel* Belgis & Germanis, urbs Galliæ perampla & cultiſſima, in Comitatu Flandriæ, quæ in nomen Latinum Inſulæ perperam obſcureque tranſiit, cum hæc urbs non magis inſulæ quam aliæ continentis figuram præfert, & ſatius ſit genitalem Lilæ vocem retinere, quam larva Latina obfuſcari, ut pluribus ſcribit Jacobus Marchantius, ſita eſt ad Deulam fluvium, arcem habens recentem munitam, & ſubeſt dominio Francorum ab anno 1667. Vide Inſulæ.

Lilæa, oppidum Achaiæ regionis in Doride Ptolemæo, quæ à Strabone, Pauſania, & Stephano, Phocidi tribuitur, nunc *Lollen* dictum, ut quidam exiſtimant, & in ejus viciniis oritur Cephiſus fluvius, ejus meminit Statius libro ſeptimo Thebaidos.

Lilertum, ſive Lillerium, *Lilers*, oppidulum Belgii, in Arteſia provincia, ſub dominio Francorum pace ad Pyrenæos. Sedet juxta amnem *Navez*, una leuca cum dimidia ab Aria Betuniam verſus, à qua 2. tantum leucis diſtat; & 7. ab Atrebato in Septentrionem.

Lilium, Bithyniæ portus & emporium, ad Pontum Euxinum, teſte Arriano in Periplo.

Lilium, *le Lys*, Abbatia Galliæ in provincia Inſulæ Franciæ, & in Huropœſio agro, vix dimidia leuca à Meloduno verſus occaſum.

Lilloa, *Lillo*, arx Belgii probe munita intra paludes in Brabantia, ad Scaldim fluvium, 2. leucis infra Antuerpiam in Septentrionem, ſub dominio provinciarum Belgii uniti, una leuca à Sanflito in Meridiem, uti 4. à Bergis ad Zomam. Illic naves Antuerpiam tendentes ſiſtere coguntur, ex pactis Monaſterio Weſtphalorum initis.

Lilybæum, promontorium Siciliæ Plinio, & Straboni, & unum ex tribus præcipuis inſulæ, nunc *il Capo Boeo* dicitur etiamnum ab incolis, decurtato antiquo vocabulo, teſtibus Fazello & Cluverio, & in occaſum maxime extenditur, reſpectu Pachyni & Pelori promontoriorum, verſus Ægades inſulas, 170. mill. paſſ. diſtans ab ora proximiori Sardiniæ in ortum, verſus Pachynum promontorium totidem, & verſus Pelorum promontorium fere 200. & à Mercurii promontorio Africæ 160. in Septentrionem, hic Claſſis Carthaginenſium à Romanis Attilio Regulo Duce magna ſtrage diſſipata fuit.

Lilybæum, urbs Siciliæ Ptolemæo, & Plinio, poſtea Epiſcopalis, ad promontorium cognomine, à Romanis exciſa fuit, ex cujus ruinis Marſala ædificata, nunc *Marſala*, urbs culta & munita Siciliæ in Valle Mazaræ, & in ora littorali, cum portu capaci, ſed nunc obſtructo, 50. milliaribus a Panormo diſtans verſus Meridiem, uti 12. à Drepano, 18. à Mazara in occaſum æſtivum, & 80. ab Agrigento in occaſum, hinc Lilybæus nomen gentis, ejus meminit Virgilius libro 3. Æneidos.

Lima, ſeu Civitas Regum, *Lima*, ſeu *Los Reyes* Hiſpanis, urbs Americæ Meridionalis pulcherrima, Archiepiſcopalis, Peruæ caput, perampla, & emporium celebre. Condita fuit anno 1535. à Franciſco Pizzaro Hiſpano, in Valle Lima, indigenis *Rimac* dicta. Sedes eſt Proregis; creſcitque plurimum in dies, quamquam tota ſit lignea, & ſine muris, in planitie, ad fluvium cognominem, una leuca à mari Pacifico, & 2. ab ejus portu, vulgo *el Callao de Lima* dicto, uti 120. à Cuſco alias Peruæ primaria in occaſum, teſte Joanne Laëtio; ſubeſtque dominio Hiſpanorum cum Regno adjacente, Academiam habens anno 1614. erectam, & juridicam ſedem.

Limæa, fluvius Hiſpaniæ Tarraconenſis Plinio, qui Limius Ptolemæo, & Lethes etiam Straboni, & Silio, *el Lima* vulgo, in Regno Portugalliæ, & in provincia Interamnica, in Oceanum Atlanticum ſe exonerat ad Vianam oppidum. Vide Lethes.

Limagus, ſeu etiam Limaga, *le Limat*, fluvius Helvetiæ, oritur in Sarunetum Comitatu, deinde verſus Arctos tendens per lacum Rivæ, & hinc per lacum Tigurinum, Tigurum rigat, uti poſtea Aquas Helvetias, tandemque paulo infra Arolæ miſcetur, teſte Simlero cum aliis, dicitur etiam Lindemagus à quibuſdam.

Limana Præfectora, *la Gouvernaçion de Lima ò los Reyes*, una eſt ex tribus partibus Regni Peruæ in America Meridionali, ſub qua major & præcipua pars Peruæ in ejus meditullio, inter Præfecturam Quitoam ad Septentrionem, & Præfecturam Argenteæ orbis ad Meridiem, in qua Lima orbs præcipua, & Cuſcum urbs olim regia, cum plurimis provinciis, teſte Antonio de Herrera.

Limania, *la Limagne*, regiuncula Galliæ, in Alvernia inferiori, quæ pro majori parte ſub ipſa comprehenditur, eſt admodum rigua & miræ fertilitatis, in planitie, juxta Elaverem fluvium; extenditurque ad 12. leucas circiter à Meridie in Septentrionem, prope & infra Claromontem, ejus meminit Gregorius Turonenſis qui eam Limane vocat

hinc Limanici populi.

L I M B U R O E N S I S D O C A T U S, *le Duché de Limbourg*, provincia ſatis parva Belgii, inter Ducatum Juliacenſem ad ortum, & Septentrionem, & ditionem Leodienſem ad occaſum & Meridiem. Alias Duces habuit proprios, ſed poſt obitum Valerami III. ultimi Ducis, vendita fuit Joanni I. Brabantiæ Duci anno 1282. ab Adolpho Comite Montenſi ipſius herede, & fruſtra reclamante Reginaldo Duce Gueldriæ, qui poſtea etiam venditionem confirmavit anno 1290. teſte Auberto *Loyens*, ſicque poſtea perpetuo Ducatui Brabantiæ unita fuit, & anno 1430. ad Philippum Bonum Ducem Burgundiæ evenit ex hereditate Philippi Brabantiæ Ducis ultimi. Dicitur aliter Trans-Moſana ditio, *s'land van Over-Maes* Belgis, *le païs d'Outre-Meuſe* Gallis, quod ſit proprie pars Brabantiæ Trans-Moſam, & ejus oppida ſunt Limburgum, Rhodia Ducis, Dalemum & Falcomontium; ſed notandum quod ejus pars major & meridionalis, ubi Limburgum & Rodia Ducis, ſubeſt Hiſpanis: minor vero pars quæ & ſeptentrionalis, ubi Dalemum & Falcomootium, eſt ſub dominio provinciarum Belgii uniti.

L I M B O R G U M, *Limbourg*, urbs fuit parva Belgii Hiſpani, in rupe cum arce, Ducatus Limburgenſis caput, ad amnem *Weſe*, & in confinio ditionis Leodienſis. Capta fuerat à Belgis unitis anno 1632. ſed poſtea ab Hiſpanis recuperata, ipſis etiam ſuberat, tandem à Gallis expugnata anno 1675. & ejus munitiones & arx dirutæ fuere anno 1677. cum majori parte urbis, quæ ſic nunc in ruderibus fere jacet ſub Hiſpanis, 6. leucis diſtans à Leodio in ortum, uti & 7. á Trajecto ad Moſam, 4. autem ab Aquiſgrano in Meridiem.

L I M B U R G U M, *Nymburg* Germanis, *Suinibrod* incolis, oppidum Bohemiæ propriæ, ad Albim fluvium, in Boleſlaviæ tractu, fere 6. milliaribus Germanicis diſtans à Praga in ortum, Reginogradecium verſus 7.

L I M E N I A, oppidum olim Cypri Straboni, nunc pagus *Limnat*, teſte Stephano Luſignano, in mediterraneis.

L I M E R I C E N S I S C O M I T A T U S, *Cunntaé Luimineach* incolis, *the County of Limeric* Anglis, tractus Hiberniæ inſulæ, in Momonja provincia, & in confinio Connaciæ, à qua terminatur ad Septentrionem, mediante Sineo fluvio, uti ad occaſum, ab ortu vero Typerarienſi Comitatu, atque à Meridie Kerrienſi & Corcagienſi, & ſic dicitur à Limerico ejus urbe præcipua.

L I M E R I C E R E G N U M, ſic vocata fuit alias Momonia Septentrionalis provincia Hiberniæ inſulæ, à Limerico ejus urbe præcipua, teſte Waræo. Vide Momonia.

L I M E R I C U M, *Luimiriach* incolis, *Lymerick* Anglis & Gallis, *Lemrick* Belgis, urbs Hiberniæ inſulæ in Momonia provincia, & in limite Connaciæ, ad Sineum fluvium, ſatis munita & pontibus interciſſa, dicitur ſæpe Lumniacum à quibuſdam Authoribus, & in actis mediæ ætatis, nota fuit hiſce ultimis temporibus, & totius Momoniæ facile pulcherrima eſt, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Caſſelienſi, unde urbis Epiſcopi Lumnicenſes & Lumniani dicti fuere, teſte Waræo, diſtatque 45. mill. paſſ. à Kilkennia in occaſum, & 35. à Galiva in Meridiem, ab ea tractus adjacens dicitur Limericenſis Comitatus.

L I M I A, ſeu Forum Limicorum quibuſdam, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Callaicis Bracariis Antonino, nunc eſt *Puente de Lima*, oppidum Portugalliæ in provincia Interamnica, ad Limium fluvium, 4. leucis à Bracara in Septentrionem verſus Tudem 5. quamquam aliqui credant eſſe vicum *San Eſtevaon de Goras de Lima*, 2. leucis diſtantem à priori, & inter Bracaram & Vianam, levi tamen conjectura, hinc Limici populi Ptolemæo.

L I M I N I U M, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, ex itinerario Antonini, quæ à Plinio & aliis Laminium dicitur. Vide Laminitani.

L I M I O S A L E U M, urbs Germaniæ Ptolemæo, nunc Gneſna *Gneſne*, urbs Regni Poloniæ Archiepiſcopalis, in Polonia majori, 8. milliaribus Germanicis à Poſnania in ortum Toruniam verſus, ut exiſtimat Petrus Appianus.

L I M I U S, fluvius Hiſpaniæ in Callaicis Bracariis Straboni, nunc *el Lima*, fluvius parvus Portugalliæ in provincia Interamnica, Forum Limicorum & Vianam rigat, & paulo infra in Oceanum Atlanticum ſe exonerat, 4. leucis ab oſtio Minii fluvii in Meridiem.

L I M N Æ, urbs in Thraciæ Cherſoneſo, juxta Sextum, teſtibus Strabone & Stephano.

L I M N O S, inſula parva Britanniæ majori inſulæ adjacens Ptolemæo, nunc *Rámſey* inſula Angliæ, in mari Verginio; Britannice *Lymen* dicta, teſte Camdeno, in ora Walliæ Meridionalis, vix 3. milliaribus à Menevia urbe diſtans, ſed Waræus credit eſſe *Lambey* inſulam Hiberniæ littori vicinam, & ad agrum Dublinenſem pertinentem, quæ ſic dicitur quaſi Agnorum inſula.

L I M O L I U M, *Limeil*, oppidulum Galliæ in Petrocoricenſi provincia, ad Veſeram fluvium, qui ibi in Duranium ſe exonerat, 5. leucis à Sarlato in occaſum.

L I M O N, locus Campaniæ, inter Neapolim & Puteos. De quo Statius.

L I M O N I A, *la Limona*, inſula parva maris Ægei, prope Chalciam, atque inter ipſam ad occaſum, & Rhodum ad ortom, a qua vix 10. milliaribus diſſita eſt, gaudet portu capaci, ſed à paucis incolitur.

L I M O N I U S, mons Angliæ in Wallia, vulgo *Plymlimon Hill* Anglis, teſte Camdeno, & *le mont Plymlimon* Gallis, partim eſt in Cardigania Comitatu ad occaſum, & partim in Mongomericenſi tractu ad ortum, ubi Sabrina & Vaga fluvii ex eo ſcaturiunt, teſte Joanne Speedo, cum aliis.

L I M O N U M, urbs Galliæ Aquitanicæ Ptolemæo, Pictonum caput, quæ Lemunum in tabula Peutingeriana, nunc teſtibus Cluverio, Brietio, & aliis, eſt *Poictiers*, Pictavium recentioribus, urbs Galliæ, Pictavenſis provinciæ caput, & Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Burdegalenſi, ad Clanim fluvium, eſtque perampla. Vide Pictavium.

L I M O S I U M, *Limoux*, urbs Galliæ, in Occitania, ad Atacem fluvium, una leuca infra Aletam in Septentrionem Carcaſſonem verſus tres, & 6. à Mirapinco in ortum, culta eſt intra montes, & in Diœceſi Narbonenſi.

L I M P U R G U M, *Limpurg*, oppidum Germaniæ in Veteravia provincia, & in limite Veſtervaldiæ, ad Loganum fluvium, olim Imperiale & ſui juris, ſed poſtea ab Imperio exemptum, nunc ſubeſt dominio Electoris Trevirenſis, teſte Bertio, uti 3. à Naſſovia Verzlariam verſus 6.

L I M U S A, oppidum Pannoniæ inferioris, ex itinerario Antonini, nunc teſte Lazio, eſt *Wiſelburg*, caſtrum Hungariæ ſuperioris in Muſunenſi Comitatu, primo lapide ab Altenburgo in Meridiem, verſus Peiſonem lacum paulo plus, & prope ramum dextrum Danubii, Arrabonem verſus.

L I M Y R A, urbs Lyciæ mediterranea Straboni, & Plinio, ad Limyrum fluvium, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Myrenſi, non longè inde diſtans ab ora littorali 80. ſtadiis recedens, nunc *Mari* vel *Mi-*

Digitized by Google

ra dici videtur aliquibus, ſed adhuc nomen ſervat antiquum. Vide Lymira.

LIMYRICA, Regio Indiæ intra Gangem, teſtibus Ptolemæo, & Ariano in Periplo.

LIMYRUS, fluvius Lyciæ Ptolemæo, per Limyram urbem fluens in mare Lycium, inter Andriacam & Apertas urbes propinquas exiens, & Lorymus dicitur à Strabone.

LINCHIANUM, *Linchiang*, urbs Imperii Sinarum, in Quianſia provincia, cujus octava cenſetur, teſte Martinio, ſedet juxta fluvium *Can*, ad radices montium, & ab ea pendent tres aliæ urbes minores.

LINCKIA, *le Fort de Linck* Gallis, & incolis, *Lincken* Belgis, arx munita Belgii Francici, in Comitatu Flandriæ, & in diſtrictu Burburgenſi, ad Colmam fluvium, una leuca à Burburgo in ortum hybernum, & 2. ab Aodomatopoli in Boream, capta fuit à Francis anno 1676. & ipſis etiamnum ſubeſt.

LINCOLNIA, *Lincolne*, urbs Angliæ, provinciæ cognominis caput, quæ olim Lindum dicta fuit. Vide ibi.

LINCOLNIA, *Lincolneshire* incolis, *le Comté de Lincolne* Gallis, provincia ſeu Comitatus Angliæ, ubi alias Coritani popoli, teſte Camdeno, terminatur ab ortu Oceano Germanico, à Septentrione provincia Eboracenſi, ab occaſu Nottinghamiæ Comitatu, & à Meridie Northaotoniæ & Cantabrigiæ Comitatibus. Ejus præcipua orbs eſt Lincolnia ſeu Lindum.

LINCOPIA, *Lincopen*, urbs Sueciæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Upſalenſi, in Oſtro Gothia provincia, intèr Sudercopiam ad ortum, & Vaſtenam ad occaſum, eſtque ſatis parva, prope montem *Kettilberg* ſeu montem cacabi.

LINDAVIA, quæ & Lindavium, *Lindaw*, urbs Germaniæ in Suevia, & in inſula parva lacus Conſtantienſis, ponte juncta continenti, ſatis munita & fruſtra tentata à Suecis anno 1647. Imperialis & libera eſt, ſuique juris, in limite Helvetiæ, & Comitatus Brigantini, 5. milliaribus Germanicis diſtans à Fano Sancti Galli in ortum æſtivum Campidunum verſus 8. à Memminga 9, in Meridiem, & 8. à Conſtantia in ortum hybernum, crevitque ex ruinis oppidi *Aeſchach* in viciniis.

LINDEMAGUS, ſive Limagus, *le Limat*, fluvius Helvetiæ, oritur in limite Rhætiæ in Sarunetum tractu, ac per lacus Rivarium & Tigurinum fluens, in Arolam ſe exonerat inter Badam ſive Aquas Helvetias & Clignoviam, paulo infra confluentes Urſæ. Vide Limagus.

LINDISFARNIA, inſula parva Britanniæ majoris, & ei adjacens, teſte Beda, nunc *Holy Iland* dicta, id eſt inſula ſacra, quod olim multi Sancti Monachi eo ſe receperint, Angliæ adjacet in mari Germanico, & in ora Northumbriæ provinciæ. uno tantum milliari ab ea diſſita, accedente æſtu maris, & ei contigua recedente Oceano, dicta fuit Lindisfarnia à Lindo fluvio, cui objecta eſt, teſte Camdeno, & in ea Aidanus Scotus ſedem Epiſcopalem conſtituit ſub Archiepiſcopo Eboracenſi, quæ Auguſtaldia dicta fertur, quæ tandem irruentibus Danis Dunelmum tranſlata fuit, circuitus eſt 8. milliarium Anglicorum, & unicum tantum habet oppidulum cum caſtro & portu, 4. milliaribus diſtans à *Farne* inſula in Septentrionem, verſus Bervicum urbem ad oſtia Tuedæ ſ.

LINDONIUM, urbs Britanniæ magnæ, dicitur melius Londinum. Vide ibi.

LINDRICUM STAGNUM, *l'Eſtang de Lindre*, ſtagnum Galliæ in Lotharingia, unde effluit Salia fluvius paulo ſupra Decem pagos, circuitus eſt 4. leucarum circiter, 2. leucis diſtans à Marſalio in ortum, uti 8. à Nanceio.

LINDUM, urbs Coritanorum, in Britannia Magna Ptolemæo, & ex itinerario Antonini, quæ Lindocolnia poſterioribus, & per ſincopem Lincolnia dicta, *Lincolne* vulgo, urbs Angliæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Cantuarienſi, Comitatus Lincolniæ caput, ampla eſt, & ſatis culta, juxta Withamum amnem, teſtibus Lhuydo, & Camdeno, collis dorſo inſidens, olim regia fuit Merciorum, & ad eam tranſlata fuit ſedes Epiſcopalis Dorceſtrienſis anno 1075. diſtat 22. milliaribus Anglicis a Nottingamia in ortum æſtivum, 20. ab ora Oceani Germanici in occaſum, & 55. ab Ebora in Meridiem Londinum verſus 99.

LINDUM, oppidum Damniorum in Britannia inſula Ptolemæo, nunc ut exiſtimat Camdenus, eſt *Linlithquo*, urbs Scotiæ Regno, quæ vulgo & ſæpius *Lithquo*, in Laudonia provincia Scotiæ Meridionalis, 11. milliaribus Scoticis ab Edimburgo diſtans in ortum, & 3. tantum à Forthe æſtuario, cum Palatio nobili, teſte Timotheo Ponte.

LINDUS, oppidum Rhodi Straboni, quod Lindum, unum ex tribus præcipuis illius inſulæ, nunc adhuc *Lindo*, nominatur, teſte Sophiano.

LINDUS, fluvius Aſiæ minoris, qui Cariam terminat & Lyciam, teſte Quinto Calabro, Calbis fortè Ptolemæi.

LINEIUM, *Ligny*, oppidum Galliæ in Barenſi Ducatu, dicitur aliter Ligniacum. Vide ibi.

LINGA, *Lingen*, oppidulum Germaniæ, in Weſtphalia, & in Comitatu Lingenſi, ſub dominio Principis Auraici. Eſt prope Amaſium fluvium, 45. mill. paſſibus diſtans a Monaſterio in Septentrionem Embdam verſus 55. & 30. ab Oſnabruco in occaſum, in medio ditionis Epiſcopi Monaſterienſis.

LINGANUM, *Lingan*, urbs Imperii Sinarum, in Junnania provincia, cujus tertia cenſetur, teſte Martinio, eſtque in ipſo limite Regni Tunchini, & ab ea pendent novem urbes minores.

LINGENSIS COMITATUS, *die Graffschafft von Lingen* incolis, tractus Germaniæ in Weſtphalia, prope Amaſum fluvium, & intra limites Epiſcopatus Monaſterienſis, ſed parvus admodum, alias ſub Hiſpanis à tempore Caroli V. Imperatoris, nunc ſub dominio Principis Arauſicani, & ſic dicitur a Linga ejus oppido præcipuo.

LINGONES, populi Galliæ Celticæ Cæſari, & Plinio, inter Sequanos ad ortum, Æduos ad Meridiem, Senones ad occaſum, & Tricaſſes & Leucos ad Septentrionem extenſi, quorum caput Andemantunum urbs, quæ & Lingones, erantque in eo tractu ubi nunc Baſſiniacus tractus, & pars meridionalis Campaniæ provinciæ, cum parte ſeptentrionali Burgundiæ Ducatus, in qua Divio, horum meminit Lucanus libro primo.

LINGONES, quæ & Andemantunum, urbs Galliæ Celticæ Plinio, & aliis, nunc *Langres*, urbs eſt ampla & munita Galliæ, in Campania provincia, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Lugdunenſi, cujus Epiſcopus eſt Dux & Par Franciæ, ſedet in colle, ad Fontes Matronæ fluvii, eſtque antiquiſſima, 6. leucis diſtans à confinio Comitatus Burgundiæ, uti & Ducatus, 22. leucis à Trecis in ortum hybernum Veſontionem verſus 20. circiter, & 17. à Divione in Septentrionem Calvomontium verſus, hinc Lingonicus nomen gentis quibuſdam. Prope Lingones Alemanni bis victi fuere à Conſtantino Magno, cæſique ad 60. millia, hinc Lingonenſes populi, *les Langrois* vulgo.

LINIACUM, ſive Leonicum, *Legnago*, oppidum Italiæ, in ditione Reipublicæ Venetæ, & in agro

Veronenſi, ad Atheſim fluvium, 27. milliaribus infra Veronam Ferrariam verſus. Vide Leonicum.

LINIENUS, fluvius Britanniæ inſulæ, nunc *Rother*, fluvius parvus Angliæ Meridionalis, in Cantio provincia, & in limite Suſſexiæ, in qua etiam oppidum *la Rye* rigat, & ibi in mare Britannicum ſe exonerat, ejus fit mentio in vitis Sanctorum Britanniæ.

LINONAS, populi fuere Slavi, in hiſtoriis mediæ ætatis celebres, teſte Helmodo libro primo, qui Linoges dicti fuere à quibuſdam, & Lingnones etiam; Lini à Poëta Saxone, & Linai in Chronico Moiſſiacenſi, inhabitabant prope Warnavios, & Trans-Wilzas, Annales Francorum eos Trans-Albim ſtatuunt cum Smeldiogis, circa annum 808. unde Reineccius exiſtimat eos fuiſſe, ubi nunc Luneburgenſis Ducatus in Germania, & de his pluribus Carolus *du Freſne du Cange* vir clar.

LINTERNA, ſeu Literna, palus Campaniæ fœlicis in Italia Silio, prope Linternum urbem exciſam, nunc *il Lago di Patria* dicta, in provincia Terræ-Laboris, & prope oram maris Tyrrheni, teſte Scipione Mazzella.

LINTERNUM, colonia & urbs Campaniæ fœlicis exciſa, melius dicitur Liternum. Vide ibi.

LINTIUM, *Lintz*, urbs Germaniæ in Auſtria ſuperiori, cujus caput exiſtit, cum caſtro ſplendido in colle adjacenti, & ponte ad Danubium fluvium, ubi aliquando Imperatorum ſeceſſus, 6. milliaribus Germanicis infra Paſſaviam in ortum, Viennam verſus, dicitur etiam Lentia, & in ea obiit Fridericus IV. Imperator anno 1493. eſtque in planitie peramœna.

LINUM, promontorium Brutiorum in Italia, ex Lycophrone, nunc *il Cappo Verre* dictum, in Calabria citeriori, teſte Barrio, & in ora maris Tyrrheni, prope Amanthiam & Bellomontem oppida.

LINUM REGIS, *Lynne*, ſeu etiam *Kinges Linne*, oppidum eſt Angliæ, in Norfolcia provincia, prope oſtia Uſæ fluvii, in ora Oceani Germanici, & 18. milliaribus ab Elia in Septentrionem, teſte Speedo.

LINUS, fons Arcadiæ, feminis bibentibus ex eo abortum prohibens, teſte Plinio.

LINYAUM, *Linyao*, urbs Imperii Sinarum in Xenſia provincia, cujus ſextum locum obtinet, ab ea pendent 4. urbes minores, teſte Martinio, & ſita eſt ad radices montium, ubi finis magni muri Sinarum.

LIONIUM, *Lions*, cognomento *en Foreſt*, oppidum eſt Galliæ, in Normannia, juxta ſylvam *de Bray*, in Vexino Normannico, 6. leucis à Rothomago in ortum, dicitur melius Leones. Vide ibi.

LIONIUM, *Ljons* cognomento *en Senterre*, oppidum Galliæ, in Picardia provincia, & in tractu Sanguiterſio, 7. leucis diſtans ab Ambiano in ortum, Hamum verſus 5. & 7. à Novioduno in Septentrionem.

LIPARA, inſula Siciliæ, & Æoliarum præcipua, in mari Tyrrheno Plinio, Melæ, & Straboni, antea Meligunis dicta, nunc etiam *Lipari*, circuitus 18. milliarium, cum urbe cognomine Epiſcopali ſub Archiepiſcopo Meſſanenſi, parva equidem, ſed ſatis culta, malè habita fuerat ab Ænobarba anno 1544. ſed poſtea reſtaurata, ſita eſt in rupe undique prærupta, & ejus Epiſcopatus inſtitutus fuit ab Eugenio III. Papa anno 1151. & factus fuit immunis ab omni jurisdictione Metropolis Meſſanenſis ab anno 1627. ſub Urbano VIII. Papa ſed nunc iterum eundem Archiepiſcopum agnocit Metropolitanum, teſte Roccho Pirro, arcem habet ſatis munitam, *la Pignatara* vulgo dictam, penderque à Sicilia, ideoque à Rege Hiſpaniæ, cum aliis Liparæis inſulis, 40. milliaribus diſtans, ab ora Siciliæ Boreali in Septentrionem, & 50. ab ora proximiori Calabriæ ulterioris in occaſum, ejus vero Epiſcopus non habet Diœceſim, nec caſtra ſive loca, ſed tantum inſulas adjacentes habitatoribus deſtitutas. Inſula hæc ignem ex pluribus crateribus olim evomebat, cujus ora & veſtigia adhuc viſuntur, & balnea ſunt in ea tum humida tum Sudatoria, ad valetudinem ſimul & voluptatem accommodatiſſima, ejus meminit Virgilius libro 8. Æneidos. Populi Liparenſes dicti, Ciceroni.

LIPARÆÆ INSULÆ, quæ Æoliæ & Vulcaniæ Plinio, Græcis Hephæſtiades, Siciliæ inſulæ objacentes in mari Tyrrheno, verſus ejus oram ſeptentrionalem, ubi Æolus Rex ventorum regnaſſe fertur, ut poëtæ fingunt, nunc *l'Iſole di Lipari* dictæ ab incolis, & *les Iſles de Lipari* à Gallis, ſub Hiſpanis, triginta millibus paſſuum diſtant in Septentrionem à Sicilia, & ſeptem ſunt numero, quarum prima eſt Lipara, aliæ ſunt Hiera, Strongyle, Evonymos, Didyme; Ericuſa, & Phœnicuſa; & notandum quod antiquitus hæ inſulæ ſub Sicilia cenſebantur, poſtea ſemper paruerunt Regibus Neapolitanis, fruſtra reclamantibus Siculis, & etiam à Carolo V. Imperatore attributæ fuerunt Regno Neapolitano, ſed tandem anno 1609. Siciliæ redditæ fuerunt, ſicque nunc ab ipſa pendent, teſte Roccho Pirrho.

LIPARIS, fluvius Ciliciæ, in Aſia minori, ad Selinuntem urbem fluens, in quo natantes oleo perungi videntur, teſtibus Plinio, & Vitruvio, ejus meminit Claudianus libro 2. de raptu Proſerpinæ.

LIPAXUS, Thraciæ urbs Stephano.

LIPINOA, *Liping*, urbs eſt Imperii Sinarum, in provincia Queichea, cujus ſeptima cenſetur, ſita eſt intra montes, & ab ea pendent tres urbes minoris nominis, teſte Martinio.

LIPPA, *Lippa*, urbs Tranſylvaniæ, in colle, prope Mariſcum fluvium, ſub dominio Turcarum, & in confinio Hungariæ, diſtat 5. milliaribus Germanicis à Temeſia in occaſum æſtivum, & 10. à Julia ſeu Ziridava in Meridiem.

LIPPIA, *Lipſtat*, urbs munita Germaniæ, in circulo Weſtphaliæ, ad Lippiam fluvium, & in Comitatu Lippienſi ab ea dicto, vocatur aliter Luppia. Vide ibi.

LIPPIENSIS COMITATUS, *die Graffschaft von Lippe* incolis, *le Comté de la Lippe* Gallis, tractus Germaniæ in circulo Weſtphaliæ, verſus Lippiam fluvium, ſub proprio Comite, dicitur aliter Luppiæ Comitatus. Vide ibi.

LIPSIA, *Leipſick*, urbs Germaniæ, in Miſnia provincia Saxoniæ ſuperioris, & emporium celebre, ad amnem *Pleiſſ*, ſub dominio Electoris Saxoniæ, 12. milliaribus Germanicis diſtat à Dreſda in occaſum, & 16. à Magdeburgo in Auſtrum, arcem habens *Pleiſſenburg* dictam, & Academiam à Friderico Marchione Miſniæ inſtitutam anno 1409. ſed hæc anno 1020. erat tantum pagus, pluries expugnata fuit bello Germanico, & ad ipſam Auſtriaci prælio victi, & maxima clade affecti fuere à Suecis anno 1631. uti etiam anno 1642. quo Sueci, fuſis Cæſarianis, Lipſiam expugnarunt Duce Leonardo Torſtenſonio: ab ea tractus adjacens dicitur Lipſienſis, *Leipſigiſchen* vulgo.

LIPTOVIENSIS COMITATUS, *le Comté de Lypeze*, provincia parva Regni Hungariæ, ſub dominio Auſtriacorum, in Hungaria ſuperiori, inter Turocenſem Comitatum ad Septentrionem, Cepuſienſem ad ortum, Nittienſem ad occaſum, & Biſtricienſem ad Meridiem: ejuſque præcipuus locus Liptavia dicitur, *Lipeze* vulgo incolis.

LIQUENTIA, fluvius Venetiæ in Italia Plinio,

nunc *la Livenza* dictus; oritur in limite Bellunenſis agri, deinde in Meridiem tendens, Marchiam Tarviſinam à Foro-Julio ſeparans, in mare Adriaticum ſe exonerat prope inſulæ tudeta, 20. mill. paſſibus à Venetiis in ortum æſtivum, & ejus meminit Virgilius libro 9. Æneidos.

Lira, *Liere* incolis, *Lire* Gallia, oppidum Belgii in Brabantia. Vide Lyra.

Lira, *Lire*, oppidulum Galliæ in Normanniæ Ducatu, ad Riſelam fluvium, cum Abbatia, 9. leucis ab Ebroico in occaſum hybernum, Sagium verſus.

Lirta, fluvius Galliæ Narbonenſis Plinio, Ledum Melæ, nunc *le Lez*, ad Montem Peſſulanum decurrens, ſeque in ſtagna Volcarum exonerans in Occitania inferiori, teſte Dalechampio.

Lirimiris, oppidum Germaniæ Ptolemæo, in ejus parte Boreali, nunc *Mulbeym* in Saxonia inferiori, Villanovano teſte, ex conjectura tantum; aliis autem eſt *Segeberg*, oppidum munitum Holſatiæ in Regno Daniæ, ab Hamburgo 7. milliaribus Germanicis in Septentrionem, & 5. à Lubeca in occaſum, quod forſan probabilius.

Lirinates, populi Italiæ, in Frentanis Silio, qui aliis Larinates dicuntur, & quorum urbs Larinum eſt, Vide ibi.

Lirinense Coenobium, in Gallia Narbonenſi, & in inſula cognomine, Sidonio Apollinari, quod aliis eſt Lerinenſe. Vide Lerina.

Liriope, fons Narciſſi, in Bœotia, in finibus Theſpienſium, in quo Narciſſum ſui amore captum ſubmerſum fabulantur, ad vicum Hedonacum, teſte Pauſania, in Cephiſum influens. Ovidius libro 3. Metamorphoſeon ejus meminit.

Liris, fluvius Italiæ Plinio, & Straboni, qui *Lyris* Tacito, Latium à Campania fœlice ſeparans, vulgo *il Garigliano* dicitur ab indigenis, *le Garglian* à Gallis, oritur in Aprutio Ulteriori, prope Fucinum lacum, & ſupra Antinam, deinde in Meridiem tendens per provinciam Terræ Laboris, Soram rigat, & prope Aquinum labitur, tandemque auctus aliquot fluviis minoribus, prope Trajectum urbem, & Minturnam urbem exciſam in mare Tyrrhenum ſe exonerat, inter Formias ad occaſum, & Sinueſſam ad ortum, de eo Martialis libro 13. epiſtola 80.

Lirnytia, Pamphyliæ oppidum, in Aſia minori, teſte Stephano ex Hecatæo.

Lisboum, locus Germaniæ, prope Mœnum fluvium Plinio, Rhenanus Erliſborni legi debere, & *Erlenbrunnen* dici credit, in Franconia.

Lisrpalus, *Leerpole*, caſtrum Angliæ, cum portu capaciſſimo, ad oſtia Merſeii fluvii, in Lancaſtriæ provinciæ parte auſtrali, & in confinio Comitatus Ceſtriæ, vix 2. milliaribus Anglicis diſtat à mari Hibernico, & 30. à Lanclaſtria in Meridiem, Ceſtriam verſus 14.

Lisinas, Theſſaliæ oppidum, teſte Livio.

Lisiniacum, *Saint Germain Leuroux*, oppidum Galliæ in Alvernia provincia inferiori, 10. leucis ab Anicio urbe in Septentrionem Claromontem verſus 9. circiter.

Lismora, *Liſmore*, urbs eſt parva admodum Hiberniæ inſulæ, in Momonia provincia, & in Comitatu Waterfordienſi, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Caſſilienſi, ſed ejus Epiſcopatus unitus fuit Waterfordienſi anno 1363. ſedet juxta fluvium *More*, 15. mill. paſſibus ab Oceano Vergivio diſtans in Septentrionem, uti ab Jogallia Caſſiliam verſus 21. teſte Speedo, & deficit in dies.

Lisnica, *Leisznick*, oppidulum Germaniæ in Miſnia provincia, ad Muldam fluvium, in Lipſienſi tractu, 4. milliaribus Germanicis diſtans à Miſna in occaſum Lipſiam verſus 5. fuitque patria Petri Appiani viri docti.

Lissa, cognomento Polonica, *Leſſno* incolis, *Liſſe* Germanis, oppidum Poloniæ majoris, in Palatinatu Caliſienſi, & in Sileſia Polonica, uno & dimidio milliari à finibus Sileſiacis, atque uno ab oppidulis *Storchneſt* & *Schwetzkau* remotum, & in Fravenſtadienſi diſtrictu ſedens, olim pagus. Sed pro majori parte incendio conflagravit die 28. Aprilis anni 1656. nunc in dies reparatur.

Lissia, inſula parva maris Britannici, ex Antonino, nunc *The Gulfe*, inſula Angliæ, teſte Camdeno, verſus oram occidentalem Cornubiæ, & inter Bolerium promontorium ad ortum, & Silurum inſulas ad occaſum.

Lisson, fluviolus Siciliæ Polybio, Leontinos à latere occiduo preterfluens, nunc *il Fiume di Lentini* dictus, & in Teriam influens.

Lissus, fluvius Thraciæ Herodoto, in mare Ægeum exiens, inter Thaſon, & Samothracen inſulas, unus ex illis quos Xerxis exercitus bibendo exſiccavit, ut narrant.

Lissus, oppidum Cretæ inſulæ Plinio, quod Lyſſus Ptolemæo, & Lyctus Straboni, ſitum eſt in ora auſtrali inſulæ, prope Criumetopon promontorium, nuncque *Fegniſi* dicitur, teſte Nigro, ſed aliis eſt *Caſtel Selino* in eodem tractu, & in territorio Cydoniæ ex poſitione Ortelii.

Lissus, urbs Illyrici, in Prævalitana provincia Polybio, & Straboni, quæ Lyſſus Plinio, in Macedoniæ confinio, nunc teſte Sophiano, cum aliis, eſt *Aleſſio*, urbs Albaniæ regionis, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Dyrrachino, ſedet in colle arduo, duobus milliaribus ab ora maris Adriatici, & prope oſtia Drilonis fluvii, qui inibi ſe exonerat in Sinum Illyricum, nunc ab eo *il Golfo dello Drino* dictum ab Italis, & *le Golfe du Drin* à Gallis, 20. milliaribus diſtans à Nymphæo promontorio in ortum, & 25. à Croia in Septentrionem, uti 35. à Dyrrachio, Scodram verſus, eſtque fere media inter Epidaurum urbem Dalmatiæ ad Septentrionem, & Aulonam urbem Macedoniæ ad Meridiem, ſub dominio Turcarum, cum arce munita, ſed tractus adjacentis pars montana fere ſui juris eſt, & vix regi poteſt à Turcis, quibus urbs ipſa, & tota Regio ſubeſt, ejus meminit Lucanus libro 5.

Lista, oppidum fuit Sabinorum, Halycarnaſſæo, Reatinæ urbi proximum, ad 3. mill. paſſ. diſtans. Populi Liſtini.

Listrooauoinm, tractus Belgii in Comitatu Flandriæ, qui Legia, vel Liſa amne irrigatur, verſus Fanum S. Venantii, Armentarias, & Cortracum, teſte Bollando, ejus fit mentio in vita S. Poppouis, & Legienſis pagus etiam dicitur in veteribus monumentis.

Litabrum, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis in Carpetanis Livio, poſtea Epiſcopalis, nunc teſtibus Morali & Gregorio de *Argaiz*, eſt *Buytrago*, oppidulum Caſtellæ Novæ, ad amnem Lozoyam, ad radices montis *Ardoz*, & portus *de Somoſierra*, verſus confinia Caſtellæ veteris, in Diœceſi Segobina, 6. leucis à Segobia diſtans in ortum, & 13. à Madrito in Septentrionem Burgos verſus, dicitur etiam Blitabrum in quibuſdam actis mediæ ætatis.

Litæ, urbs Peloponneſi, in Laconia provincia, teſte Stephano.

Litana, ſylva Galliæ Togatæ, prope Lucum oppidum Romaodiolæ, ubi Romani, Lucio Poſthumio Conſule, cæſi ſunt ad 25000. à Gallis, teſte Livio, nunc *la Selva di Lugo*, teſte Nardo, in Ducatu Ferrarienſi.

Litavia, dicitur ſic in actis mediæ ætatis

DDdd iij

pars ampla Poloniæ, quæ nunc ab omnibus Lithuania vocatur, hinc etiam Litavi populi. Vide Lithuania.

Litanobriga, oppidulum Galliæ Belgicæ, ex itinerario Antonini, quod Cluverius interpretatur *Vermeuil*, oppidulum Galliæ in Bellovacenſi provincia, ad Iſaram fluvium. Vide Vernolium.

Litarbes, regiuncula Syriæ, in agro Antiocheno, ab Antiochia 300. ſtadiis diſtans, Calliſto teſte.

Liternum, colonia, & urbs Campaniæ fœlicis in Italia Livio, & Plinio, quæ corrupte apud Melam & pleroſque Latinos ſcriptores, Linternum ſcribitur, olim Epiſcopalis in ora littorali, poſtea exciſa, ubi Scipio Africanus mortem obiit, cum Roma ob civium ingratitudinem ſeceſſiſſet, nunc in ruderibus jacet, ad oſtia Literni fluvii parvi, qui & Clanis, vulgo *l'Agno*, in mare Tyrrhenum, ubi nunc ſpeculatrix turris conſpicitur, cum diverſorio, vulgo *la Torre di Patria* dicta, juxta quam etiam antiquæ urbis quædam viſuntur rudera, teſte Cluverio, in provincia Terræ Laboris in Regno Neapolitano, 6. milliaribus à Cumæ ruinis in Septentrionem Vulturnum verſus 9. ejus meminit Ovidius libro 15. Metamorphoſeon.

Litha, *Lyth* ſeu *Leith*, oppidulum Scotiæ, cum portu, vix uno milliari Scotico ab Edimburgo in Septentrionem, ad Forteam æſtuarium, in Laudonia provincia, & alias munitum, cum arce à Cromwello excitata.

Litophaum, vicus Galliæ Celticæ, qui à quibuſdam creditur *Moret*, oppidum provinciæ Inſulæ Franciæ in Vaſtinio tractu, ad Lupiam fluvium, qui paulo infra cadit in Sequanam, 15. leucis ſupra Pariſios in Meridiem.

Lithoprosopus, mons Phœniciæ, ad Botryn urbem, Cedreno teſte, qui Ptolemæo, Theuproſopon promontorium dicitur, nunc *Pragoca*, inter Tripolim & Botryn.

Lithuania, *Litwa* incolis, *die Littawen* Germanis, *la Lituanie* Gallis, & *la Lituania* Italis, pars ampla Regni Poloniæ, titulo magni Ducatus nobilis, vulgo *Wielki Kieſtwa Litewsky* indigenis, ubi olim pars Sarmatiæ Europææ, Chriſtianam fidem ſuſcepit anno 1386. Duce Jagellone in Poloniæ Regem adſumpto, & baptiſato, ac tandem anno 1569. in unum Reipublicæ corpus cum Polonia coaluit. Terminatur ab Oriente Moſcovia, ſive Ruſſia magna, à Septentrione etiam Moſcovia ex parte, Livonia & Samogitia, ab Occidente Polonia propria, & & Mazovia, & à Meridie Ruſſia Rubra; & dividitur in duas partes, nempe in Lithuaniam propriam, ſub qua ſunt Palatinatus Vilnenſis, Trocenſis, & Breſcianenſis; & in Ruſſiam Albam ſive Lithuanicam, quod Lithuaniæ adjaceat ſubjaceatque, in qua ſunt Palatinatus Novogrodenſis, Mſciſlavienſis, Vitebſcenſis, Minſcenſis, & Polocenſis, & totius regionis primaria eſt Vilna, ei etiam annexus erat alias Ducatus Czernichovienſis cum Smolenſco, & ejus Palatinatu, ſed nunc ſubſunt dominio Moſchorum, qui hanc regionem fœde vaſtarunt cum Tartaris à paucis annis, hinc Lithuani populi, *les Lithuaniens* Gallis.

Lithuaniæ Partes seu Palatinatus.

Breſcianenſis, *de Breſt.*
Minſcenſis, *de Minſco.*
Mſciſlavienſis, *de Mſciſlaw.*
Novogrodenſis, *de Novogrodeck.*
Poloczcenſis, *de Poloczk.*
Trocenſis, *de Troki.*
Vilnenſis, *de Wilne.*
Witebſcenſis, *de Witebsk.*

Lithuaniæ Urbes Præcipuæ.

Braſlavia, *Braſlaw.*
Breſſcia, *Breſt.*
Grodna, *Grodno.*
Minſcum, *Minsko.*
Mohilovia, *Mohilow.*
Novogardia, *Novogrodeck.*
Poloczka, *Poloczk.*
Troca, *Troki.*
Vilna, *Wilne*, regionis primaria.
Witebſcia, *Witebsk.*

Lithrus, Armeniæ minoris urbs, apud Strabonem.

Litium, *Lecce*, urbs Regni Neapolitani, ampla & probe culta in provincia Hydruntina, ſic dicta a recentioribus Latinis, quæ ab aliis ſæpius Aletium vocatur. Vide ibi.

Litlandia, & Littia, *Letten*, ſeu & *Leitland*, pars ampla & media Ducatus Livoniæ, cujus pars major & occidentalis paret Regi Sueciæ, pars autem minor, & ad ortum Magno Duci Moſcoviæ ſubeſt. Ibi Riga urbs primaria. Aliæ urbes ſunt Duneburgum, Kockenhuſium, Volmaria, & Segevoldia. Separatur ad Meridiem à Semigallia Duina fluvio, & ad ortum habet ditiones Magni Ducis Moſcoviæ, ad occaſum ſinum Rigenſem, & ad Septentrionem Eſthoniam.

Litomerium, ſive & Litomierſca, *Litomiersk* incolis, *Leutmeritz* & *Letomeritz* Germanis, urbs Bohemiæ Regni in Bohemia propria, & in tractu ſive circulo Litomiercenſi, ad Albim fluvium, Epiſcopalis facta anno 1655. ſub Archiepiſcopo Pragenſi ab Alexandro VII. Pontifice Maximo, 8. milliaribus Germanicis diſtans à Praga in Septentrionem Dreſdam verſus decem circiter.

Littamum, oppidum Norici, ex itinerario Antonini, nunc *Lutach*, vicus Germaniæ in Comitatu Tirolis, teſtibus Lazio, & Cluverio, prope oppidum *Daufers*, ad Aicham fluvium parvum, 3. milliaribus Germanicis à Bruneco in Septentrionem Rotemburgum verſus.

Littia, *Letten*, pars ampla, & media Livoniæ Ducatus ab ortu in occaſum extenſa, inter Eſthoniam ad Septentrionem, Curlandiam & Semigalliam ad Meridiem, dicitur ſæpe Litlandia. Vide ibi.

Littomiscum, *Littomiſſel*, oppidulum Bohemiæ, in ipſo limite Moraviæ, ad Lauczanam amnem, 6. milliaribus Germanicis à Chrudima diſtans in ortum, & 8. à Reginogradecio in ortum hybernum, in tractu ſive circulo Crudimenſi.

Littus Altum, oppidum Cantarum in Britannia inſula Ptolemæo, nunc *Tarbath*, caſtrum Scotiæ Septentrionalis, in parte orientali Comitatus Roſſiæ, & in ora maris Germanici, juxta promontorium etiam *Tarbath* dictum, & prope Vararis æſtuarium, ut Camdenus exiſtimat.

Littus Cæsiæ, oppidulum fuit Corſicæ inſulæ Ptolemæo, in ora occidentali, qua in Boream tendit, inter Attium promontorium ad occaſum, & Tilocitum in ortum hybernum, forſan ubi nunc portus *Marſalco* dictus, 25. milliaribus à Calvo in Septentrionem, ut exiſtimat etiam Cluverius.

Litubium, oppidum Liguriæ in Italia Livio, nunc *Ritorbio*, pagus Ducatus Mediolanenſis in agro Ticinenſi, ubi aquæ calidæ ſalutares, 8 milliaribus à Vico Iriæ, & 17. à Dertona urbe in occaſum, teſte

Beruardo Sacco.

Livaoia, *la Livadie*, provincia Græciæ, quæ olim Achaia dicta fuit, ampla eſt, inter Macedoniam & Albaniam ad Septentrionem, mare Ægeum & Euripum ad ortum, ſinus Corinthiacum, & Saronicum atque Iſthmum, quibus à Peloponneſo ſive Morea ſeparatur ad Meridiem, & mare Ionium ad occaſum, ejus vero partes ſunt quatuor, nempe Athenarum Ducatus, *le Duché d'Athenes*; Deſpotatus ſive parva Græcia, *le Deſpotat*; Livadia propria *la Livadie*; & Stramulipa *la Stramulipa*, olim Bœotia, totaque ſubeſt dominio Turcarum à duobus ſæculis, & ejus præcipua urbs eſt Athenæ.

Livaoia Propria, *la Livadie propre*, tractus Græciæ, & una ex quatuor partibus Livadiæ provinciæ in mediterraneis, inter Albaniam ad Septentrionem, ſinum Corinthiacum ad Meridiem, parvam Græciam ad occaſum, & Stramulipam ad ortum, ubi olim Phocis, Doris, & Locri, teſte Sophiano, & ejus præcipua urbs eſt Naupactus, ſub dominio Turcarum.

Livia, urbs Certetanorum in Hiſpania Tarraconenſi Juliano, olim Epiſcopalis, nunc *Llivia*, oppidum Hiſpaniæ in Ceretaniæ Comitatu, ad Secorim fluvium, & in limite ditionis Francorum, olim Julia Lybica dictum. Vide ibi.

Liviana, oppidum Galliæ Narbonenſis, Carcaſſonem inter & Narbonem, cujus fit mentio in itinerario Aotonini, & in tabula Pentingeri, vulgo *Lezignan*, oppidum Occitaniæ inferioris, 4. leucis diſtans à Narbone in occaſum Carcaſſonem verſus, ut multi credunt.

Livias, oppidum Palæſtinæ trans Aſphaltitem lacum, ſic à Livia Tiberii Auguſti matre dictum, Plinio teſte, & Libias vocatur à Joſepho.

Liviopolis, urbs Aſiæ minoris, in Cappadocia, circa Pontum Euxinum, teſte Plinio.

Livones, populi Sarmatiæ Europææ Aimoino, nunc *Liſſlander* ſibi & Germanis, *les Livonois* Gallis, quorum Regio Livonia dicta.

Livonia, *Lieſland* incolis, *Inflantý* Polonis, *Liſland* Suecis, *Lyſſlandt* Germanis, *la Livonie* Gallis, & *la Livonia* Italis, Regio ampla & probe culta, alias Poloniæ Regni provincia, ex quo erepta fuerat Fratribus Enſigeris, nunc autem pro majori parte Sueciæ Regi parens, terminatur à Septentrione ſinu Finnico, ab occaſu ſinu Rigenſi ſeu Livonico ab ea dicto, & à Meridie Samogitia & Lithuânia, ab ortu Ingria, atque Pleſcovia provincia Moſcoviæ. Ejus partes ſunt tres, nempe Eſthonia *Eſten*, quæ ad Septentrionem, Curia ſeu Curlandia & Semigallia, *Curland & Semigallen*, quæ ad Meridiem, & Litlandia *Letten*, quæ inter utramque; Eſthonia autem dividitur etiam in plures tractus ſive Circulos, nempe in Alemakiam, Eſthoniam propriam, Harriam, Jerviam, Oldenpoam, Vitiam, & Vichiam ſeu Vicheſlandiam; nuncque tota ſubeſt Suecis, uti Litlandia, excepta ejus minima parte orientali, quæ Moſcoviæ Ducis nunc agnoſcit Imperium, ubi Dunenburgum: Curia autem ſive Curlandia, & Semigallia, nunc ſubſunt proprio Duci, è gente Ketlera, ſub clientela Regis Poloniæ. Partes ſunt etiam Livoniæ inſulæ Oſilia *Oeſel*, & Daghoa *Dagho*, in mari Baltico ſive Orientali, ante ſinum Rigenſem, quæ antea Regi Daniæ ſuberant, nunc autem Suecici juris ſunt ab anno 1645. pace ad Bromſbroam ſancita; dividitur etiam ab aliis hæc provincia in octo partes ſive Circulos, Leitlandiam videlicet, Vicbeſlandiam, Curlandiam, Semigaliam, Eſtlandiam, Villandiam, Hariam, Gervandiamque; & ſub Polonis diſtincta ſunt etiam in tres Præfecturas ſive Palatinatus, Vendenſem, Parnavienſem, & Derpatenſem, teſte Starovolſcio, dividitur adhuc aliquando in duas partes inæquales, nempe in Livoniam Cis-Dunanam, quod ſit Cis-Dunam fluvium, ubi Curlandia & Semigallia, & in Livoniam Trans Dunanam quod ſit trans eundem fluvium, ubi Eſthonia & Litlandia, notandum quod Eſthonia ab ea ſæpe diſtinguitur, & provinciam ſeparatam conſtituit, totius autem Livoniæ præcipua urbs eſt Riga in Litlandia, & Revalia primaria eſt Eſthoniæ, hinc Livones populi, *Lieſlander* vulgo ſibi.

Livoniæ Urbes Præcipuæ.

Narva, *Narva*.
Parnavia, *Parnaw*.
Revalia, *Revel*.
Riga, *Riga*, ſeu *Riig*, quæ primaria.
Torpatum, *Derpt*.
Volmaria, *Wolmer*.

Livonicus Sinus, *le Golfe de Livonie*, pars maris Orientalis ſeu Baltici verſus oram Livoniæ, dicitur aliter ſinus Rigenſis, à Riga urbe adjacente, indigenis *de Rigiſche Boddem* dictus, extenditurque ad ortum hybernum verſus Litiam & Curlandiam, ſed ad occaſum æſtivum ſatis reſtringitur inſulis Oſilia & Daghoa.

Livriacum, *Livry*, vicus Galliæ, cum Abbatia in provincia Inſulæ Franciæ, 3. leucis à Luteria Pariſiorum in ortum Meldas verſus.

Lixa, urbs Mauritaniæ Tingitanæ in Africa Ptolemæo, quæ Lixos Plinio. nunc *Larache* Europæis, ſeu *l'Arache*, teſtibus Marmolio, & Mercatore, & *Arais* Africanis, oppidum Regni Fezzæ in Aſgara provincia, cum portu, & arce ad oſtia Lixi fluvii in Oceanum Atlanticum, ſub dominio Hiſpanorum ab anno 1610. olim fuit Regia Antæi, ut credunt, & 65. mille paſſibus diſtat à Freto Herculeo in Meridiem verſus Atlantem montem.

Lixus, fluvius Mauritaniæ Tingitanæ Straboni, nunc *Luſſo*, teſte Caſtaldo, & *Rio de Larache* Hiſpanis, per Haſbatam provinciam Regni Fezzæ labitur, & ad Lixam urbem Oceano Atlantico miſcetur, ejus meminit Silius libro tertio.

Lizisis, oppidum Daciæ Ptolemæo, nunc ejus rudera viſuntur in loco *Laorzalat* dicto, in Tranſſylvania regione, ad Cuſum fluvium, teſte Lazio.

Loa, *Loo*, oppidulum Belgii in Comitatu Flandriæ, & in Caſtellania Furnenſi, ſub dominio Francorum ab anno 1668. eſtque fere medium inter Ipras ad Meridiem, & oram maris Germanici, vix 3. leucis utrimque diſtans.

Loa, *le Loet*, fluviolus Galliæ in Belſia, qui ad Stampas in Junnam ſe exonerat, ubi olim acriter dimicatum inter Clotarium & Theodoricum Francorum Reges, & ejus meminere Gregorius Turonenſis, & Aimoinus Monachus.

Loanoa, *Loanda*, inſula parva Africæ, in ora Regni Congi, ubi urbs Sancti Pauli, *San Paulo de Loanda*, cum portu capaci & munito, in ditione Luſitanorum, 180. mill. paſſ. diſtans ab oſtio fluvii *Zaire*, in Meridiem. Capta fuerat à Belgis unitis, ſed poſtea fortiter recuperata à Luſitanis, & in ea commoratur Epiſcopus Angolæ.

Loanuum Regnum, *le Royaume de Loango*, Regnum parvum Africæ, in Æthiopia inferiori ad occaſum, inter Regnum Congi ad Meridiem, & Regnum Biafaræ ad Septentrionem.

Lobania, tractus Hiſpaniæ in Aſturiis, cujus fit mentio in actis mediæ ætatis, nunc *Llevana*, & *Lievana*, dicitur à recentioribus Lievana. Vide ibi.

LOBAVIA, *Lobaw*, oppidulum Poloniæ, in Pruſſia Regia, cum arce, ubi Culmenſis Epiſcopus ut plurimum commorari ſolet. Ideo etiam Lobovienſis Epiſcopus dictus, ſicut etiam circumjacens territorium Lobovia vulgo appellari conſuevit. Eſt in ipſo limite Pruſſiæ Ducalis, 13. milliaribus Germanicis à Culmia diſtans in ortum.

LOBETUM, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis in Celtiberis, & Lobetanorum caput Ptolemæo, nunc *Albarazin*, urbs Hiſpaniæ in Aragonio Regno, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Cæſar-Auguſtano, in monte, Turia fluvio circumfluente, parva eſt, in Caſtellæ Novæ confinio, 5. leucis à Terulo in occaſum, 14. à Conca in ortum æſtivum, & 26. à Cæſar-Auguſta in Meridiem, antiquiſſima eſt, & ab Hercule Libyco condita traditur, eſtque Epiſcopalis ab anno 1175. Hinc populi Lobetani dicti à Plinio.

LOBODUNUM, & Lobodo caſtrum in Germania, quod Lupodunum Auſonio, poſtea Ladeburgum, *Ladenburg*, oppidulum eſt Germaniæ, ad Nicrum fluvium, partim in Palatinatu inferiori, & partim in ditione Epiſcopi Wormarienſis, cujus ſedes eſt, caput exiſtit antiqui pagi Lobodunenſis, teſte Marquardo Frehero. Vide Ladeburgum.

LOBRINI, montes Aſiæ minoris, in Phrygia, unde Rea Lobrina.

LOCANUS, fluvius Brutiorum in Italia Ptolemæo, nunc *il Proteriato* dictus, teſte Barrio, oritur ex Apennino monte, in Calabria ulteriori, & in mare Ionium ſe exonerat 7. milliaribus à Locris in Septentrionem, verſus Cocinthum promontorium.

LOCARICUM, Siciliæ oppidum ex itinerario Antonini Auguſti, nunc ruinæ *Calta Fimi* dicuntur, teſte Cluverio.

LOCARNENSIS PRÆFECTURA, *le Bailliage de Locarno*, una ex quatuor Præfecturis Italicis, ſub dominio Helvetiorum ab anno 1512. terminatur ad ortum Verbano lacu, & Luganenſi Præfectura, ad occaſum autem Ducatu Mediolanenſi, cujus pars antea fuit, & ejus oppidum præcipuum eſt Locarnum.

LOCARNUM, *Locarno* incolis, *Luggaris* Germanis, oppidum Italiæ, ad Verbanum lacum, ſub dominio Helvetiorum, cum alias fuerit Ducum Mediolanenſium, 30. mill. paſſ. diſtat à Como in ortum æſtivum, & 40. à Novaria, ſed 5. tantum à confinio Ducatus Mediolanenſis.

LOCASTRA, Mediæ urbs, teſte Ptolemæo, dicitur Choaſtra in Latinis codicibus.

LOCASTRIA, oppidulum Germaniæ, ſic dictum quaſi caſtrum *Loo*, nunc *Borchloen* recentioribus, quod idem ſonat, oppidulum Germaniæ in ditione Leodienſi, & in Loſſenſi Comitatu. Vide Borchloa.

LOCHA, Africæ urbs magna, à Scipionis militibus expugnata & direpta, teſte Appiano.

LOCHEMUM, *Lochem*, oppidum Belgii uniti, in Ducatu Gueldriæ, & in Tetrarchia Zutphanienſi, ad Borchelam amnem, in ditione provinciarum unitarum, & in confinio Tranſiſalaniæ & Weſtphaliæ. Duabus leucis diſtat a Zutphania in ortum, & captum fuit à Francis anno 1672. ſed poſtea ab ipſis partim dirutum & derelictum anno 1674.

LOCHIA, & Lociæ, *Loches*, urbs Galliæ, in Turonenſi provincia, ad Ingerem fluvium, cum arce munita in colle, diſtat 7. leucis ab Ambacia in Meridiem, & 9. à Cæſaroduno Turonum, 22. autem à Biturico in occaſum.

LOCHIAS, ſeu & Acrolochias, promontorium & arx Ægypti Straboni, ad Pharum & Alexandriam, nunc *Caſtelleto* Europæis, teſte Ortelio.

LOCHIS, Sarmatiæ Aſiaticæ urbs Ptolemæo, Auchis interpreti.

LOCOBORMANNUM, pagus erat Liguriæ, inter Alpes & Albingaunum urbem, à qua 15. mill. paſſ. Albintemelium verſus diſtabat, ex Antonini itinerario.

LOCORITUM, urbs Germaniæ, in Mattiacis Ptolemæo, nunc Petrus Appianus interpretatur *Forcheim* urbem parvam Germaniæ in Franconia, quæ etiam Trutavia Latine dicta, ex antiqua traditione, ad Rednitium fluvium ſita eſt, in ditione Epiſcopi Bambergenſis, 4. milliaribus Germanicis ſupra Bambergam in Meridiem, ſed Cluverio, eſt *Lohr*, oppidum etiam Franconiæ ad Mœnum fluvium, in Comitatu Reinecenſi, & ſub dominio Electoris Moguntini, medium ferè inter Schuvinfurtum ad ortum & Francofurtum ad occaſum, forſan ex nominis ſimilitudine.

LOCRA, fluvius parvus Corſicæ inſulæ Ptolemæo, nunc *il Capitello* dictus, teſte Cluverio, per oram occidentalem labitur, & in ſinum Adiacii ſe exonerat.

LOCRI, ſeu Locri Epizephyrii, urbs fuit ampla Brutiorum in magna Græcia, à Locrenſibus Ozolis populis Achaiæ Duce Evante condita, ſive ab Ajace Locrorum prædictorum Rege, teſte Solino, antea erat prope Zephyrium promontorium, poſtea autem tranſlata fuit ad montem Eſopin, Strabone teſte, tribus milliaribus ab ora maris Ionii, ſed eum deſtructa fuit, locus nunc *Palepoli* dicitur, hoc eſt vetus civitas, & turris tantum exſtat maris cuſtos, ex ejus ruinis excitata fuit Hieracium, *Gieraci*, urbs Calabriæ ulterioris in Regno Neapolitano, vix mille paſſibus à Locri ruinis diſtans, & ejus loco effecta Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Rhegino, in colle ſita, 40. mill. paſſ. à Scyllacio in Meridiem, uti 18. à Cocinto promontorio Zephyrium promontorium verſus, Populi Locrenſes, hujus urbis meminit Virgilius libro 3. Æneidos.

LOCRI EPICNEMIDII, ſic cognominati populi Græciæ in Achaia, inter Theſſaliam, Doridem, Phocidem, Opuntioſque, & Sinum Maliacum, quorum oppida Paraſopias & Heraclea Straboni, & Pauſaniæ.

LOCRI EPIZEPHYRII, urbs magnæ Græciæ in Brutiis. Vide Locri.

LOCRI OPUNTII, ſic dicti populi Græciæ in Achaia regione, verſus Euripum extenſi, & inter Bœotiam, Phocidem, & Locros Epicnemidios, quorum oppidum Opus, Strabone teſte.

LOCRI OZOLÆ, ſic dicti ſeu Ozoli, populi Græciæ in Achaia regione, quorum Regio Locris à Livio dicitur, inter Ætoliam ad occaſum, Doridem ad Septentrionem, Phocidem ad ortum, & ſinum Corinthiacum ad Meridiem extenſa, & ejus primaria urbs fuit Naupactus, ubi nunc Livadia propria ex parte.

LOETA, *Loket* indigenis, *Ellebogen* Germanicè, id eſt cubitus, urbs Bohemiæ propriæ, probe munita, cum arce in colle, ad Egram fluvium, in confinio Miſniæ, 4. milliaribus Germanicis diſtans ab Egra in ortum, Pragam verſus 18. uti & à Dreſda in Meridiem.

LOCUS FOELIX, oppidum Norici Antonino, dicitur melius lacus fœlix, nunc *Ober Walſée*, vicus Germaniæ in Auſtria ſuperiori, teſte Cluverio. Vide lacus fœlix.

LODOMERIA, Regio cujus titulum gerebant Reges Hongariæ, una fuit ex novem partibus antiquis hujus Regni, ſed de ejus poſitione altum inter ſcriptores mediæ ætatis ſilentium, & Joannes Sambucus exiſtimat fuiſſe, ubi nunc Ruſſia provincia

Poloniæ

Digitized by Google

Poloniæ Regni, quod etiam probare nititur.

Loounensis Ager, *le Loudunois*, tractus parvus Galliæ in Pictavenſi provincia, & in ejus parte Boreali, verſus confinia Andegavenſis & Turonenſis provinciarum, ſicque dicitur à Juliodunо ejus præcipuo oppido.

Lodunum, ſeu Loſdunum, *Loudun*, urbs Galliæ, Ducatus titulo inſignita, in colle, in Pictavenſi provincia. Ab ea tractus adjacens dicitur Lodunenſis ager *le Loudunois*. Vide Juliodunum.

Loouata, *Luki*, portus Sueciæ in Gothia regione.

Loegria, ſic dicta fuit alias Anglia, tempore Heptarchiæ. Vide Lhoegria.

Logana, & Loganus, *die Lohne* incolis, *la Lone* Gallis, fluvius Germaniæ, qui male Lona & Lanus vocatur ab aliis, oritur in Haſſia ſuperiori, quæ ab eo dicitur Principatus ad Loganum, deinde rigatis Marpurgo, Giſſa, & Vetzlaria urbibus, Veſtervaldiam à Veteravia dividit, & tandem luſtrato Naſſavio in Rhenum fluvium labitur ad Logani lapidem, paulo ſupra Confluentes urbem, ut pluries vidi.

Loganensis Pagus, *das Lohngaw*, tractus Germaniæ in circulo Rheni ſuperioris, juxta Loganum fluvium, partim in Veteravia & partim in Veſtervaldia.

Looi, populi Britanniæ inſulæ Ptolemæo, in ejus parte Boreali, dicuntur melius Lugi ab aliis. Vide ibi.

Looia, fluvius Hiberniæ inſulæ Ptolemæo, nunc *Lough Foyle* dictus, teſte Camdeno, in ora ſeptentrionali inſulæ, & in Ultonia provincia, ex urbe *Derry* exit, & in mare Deucaledonium cadit inter Derienſem Comitatum & Tirconenſem, ſed aliis eſt Bannus fluvius, ex lacu *Log Ebagh* ampliſſimo emiſſus, in limite orientali agri Londinoderenſis, teſte Waræo.

Looitzium, *Logitſch*, caſtrum Germaniæ in Carniola, in tractu *Pyrbaumer Waldt* dicto, olim Longaticum. Vide ibi.

Loguoorium Caput, ſeu loci aurei Caput, *el Capo de Logudori*, pars ſeptentrionalis Sardiniæ inſulæ, quæ male in tabulis *il Capo de Lugodori* dicitur, ut pluribus probat Franciſcus à Vico in hiſtoria Sardiniæ, vocata fuit etiam aliquando Regnum Loci aurei, uti Turritana provincia ſive Principatus, nunc vero complectitur majorem partem inſulæ verſus Septentrionem, in qua Principatus Turritanus, & Principatus Galluritanus fuere, & nunc ſunt in ea urbes Algara, Saſſaris, Boſa, Caſtrum Aragonenſe, & Terra nova, diciturque ſæpe Saſſaritanum caput ab urbe cognomine.

Logus, *Lug*, amnis eſt parvus Angliæ, in Wallia Meridionali. Oritur in Comitatu Radnoriæ; deinde per Comitatum Herefordienſem in Angliam fluens, paulo infra Herefordiam in Vagam labitur, teſte Speedo.

Loiovoorooum, *Loiowogrod*, oppidum Poloniæ, in Ruſſia Rubra, & in Palatinatu Kiovienſi, ad dextram Boryſthenis ripam, ubi fluvium *Soſz* recipit. Nobilitatur inſigni victoria Principis Januſii Radzivilii Poloni contra Coſaccos die 31. Junii anni 1649.

Loius, fluvius Macedoniæ Polybio, qui aliis Lous. Vide ibi.

Lolodæ Regnum, *le Royaume de Loloda*, Regio parva Indiæ, in Gilola inſula, in Oceano Indico, ſub qua major pars hujus inſulæ cum oppido cognomine, teſte Emanuële Faria cum aliis.

Lomacium, *Lomak*, caſtrum Germaniæ in Miſnia provincia, ad Albim fluvium, 2. milliaribus à Miſna diſtans.

Lomanous, *Loch Lomond*, lacus ingens Scotiæ. Vide Lomondus.

Lomearia, ſive etiam Lombarium, *Lombez* vulgo, urbs parva Galliæ in Aquitania, & in Comitatu Convenarum, in tractu Sammathani dicto ad amnem Savam, eſtque Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Toloſano, à Joanne XXII. Pontifice Maximo talis effecta, ſed male culta eſt, 5. leucis à Garumna fluvio diſtans in occaſum æſtivum, uti à Rivis Auſcios verſus, & 8. à Toloſa in occaſum hybernum.

Lomnium, Vide Iomnium.

Lomonoua Lacus, ſeu Lomandus, *Loch Lomond* accolis, *le Lac Lomond* Gallis, lacus eſt amplus Scotiæ Meridionalis, in Levinia provincia, inter Menthitiam provinciam ad ortum, & Argatheliam ad occaſum. Extenditur à Septentrione in Meridiem per 20. mill. paſſ. Ejus autem major latitudo eſt 10. mill. paſſ. ab ortu in occaſum, & tantum in aliquot locis; in aliis enim vix eſt 3. mill. paſſ. & 4. tantum diſtat à Dumbritonio in Septentrionem, uti paulo amplius à Glotæ æſtuario in quod ſe exonerat mediante Levinio fluvio, & in eo ſunt plurimæ inſulæ, ex quibus ſexdecim ſunt præcipuæ, teſte Timotheo Ponte.

Loncium, oppidum Norici, ex itinerario Antonini, nunc teſte Lazio, eſt *Lienez*, oppidulum Germaniæ in Tirolis Comitatu, ad Dravum fluvium, in ipſo limite Carinthiæ ſuperioris, & Saliſburgenſis ditionis, prope Alpes Carnicas, ſub dominio Auſtriacorum.

Londino-Daria, *Londondery*, urbs Hiberniæ in Ultonia provincia, & in ejus parte ſeptentrionali, quæ aliter & ſæpius Deria dicitur. Vide ibi.

Lonoinodereensis Comitatus, *the Countie of Londondery* Anglis, tractus Hiberniæ in Ultonia provincia, ubi alias Comitatus Colranenſis & Tironenſis ſuperior, ſicque dicitur ab ejus urbe præcipua Londino-Deria, ſæpius vocatur Derienſis Comitatus, & Deria. Vide ibi.

Londinum, *Londres*, caſtrum Galliæ in Occitania, & in Gebennitico tractu intra montes, 5. leucis à Monte Peſſulano in Septentrionem.

Lonoinum, urbs Trinobantum in Britannia Majori, quæ Tacito, Ptolemæo, & Antonino Londinium dicitur, Lundinum & Auguſta Ammiano, Stephano de urbibus Lindonium, Lindonia Bedæ, Lundonia Sigeberto, nunc *London* dicta indigenis, *Lundain* Saxonibus priſcis, *Londres* Gallis & Hiſpanis, *Londen* Germanis, *Londra* Italis, & *Londin* Polonis, urbs eſt Angliæ Regni caput, & Comitatus Midleſexiæ præcipua, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Cantuarienſi, ampliſſima eſt & oblonga, emporiumque celeberrimum, ad Tameſim fluvium, cum ponte lapideo 19. fornicum, ſed valde reſtricto: moenibus primum cincta fuit à Conſtantino Magno, & lapſu temporis in immenſum crevit, propter fixam in eo totius Angliæ ſedem regiam, & Tameſim fluvium, qui alveo tuto, prætalto, & mediante Oceani æſtibus, navium quamlibet magnarum capaciſſimo, maximas opes quotidie invehit, ſtationemque præbet navibus fidiſſimam & pulcherrimam, ſilvam interlucatam dicas, tot navium malis veliſque undique obſcuratur; ut ego pluries vidi anno 1673. urbs ipſa 7. portis patens, fœdo conflagravit incendio anno 1666. in ejus meditullio, ſed poſtea reparata, pulchrior evaſit, & quæ antea tota lignea, effecta eſt lateritia pro majori parte, & Eccleſia ejus Cathedralis pulcherrima, ſub invocatione Sancti Pauli igne quaſi conſumpta, in dies magnificentius reparatur. Urbis viæ latæ ſunt admo-

dum, & æquales pro majori parte, ſed male ſtratæ, & luto oppletæ, urbs ipſa maxime productis pomeriis, præſertim verſus occaſum & Tameſim, extenditur ad oppidum Weſtmonaſterium, *Weſtmunſter* vulgo dictum, quod nunc ejus pars dici poteſt; ubi Eccleſia Sancti Petri, Regum Angliæ inauguratione & ſepultura inſignis. Regium babet Palatium, *Whitehall* vocatum ſeu Aulam Albam, & ejus caſtrum dictum Turris Londinenſis, *The Tower*, eſt in parte orientali urbis, juxta Tameſim; ſed & Trans Tameſim, & è regione habet etiam ſuburbium ampliſſimum *South Warck* dictum, quod *Soderock* pronunciant, id eſt ædificium auſtrale, quanquam ſit in Surria provincia, 23. milliaribus diſtat ipſa urbs à Roſſain occaſum, uti 43. à Cantuaria, & 100. leucis circiter à Pariſiis in Septentrionem. Diſtat etiam 64. milliaribus Anglicis à Suthamptonia, uti 51. à Ripa, 55. à Dubri, 138. ab Exonia, 97. à Briſtolia, 142. à Ceſtria, 47. ab Oxonio, 44. à Cantabrigia, 99. a Lincolnia, 95. à Nordovico, 151. ab Eboraco, & 249. à Bervico, hinc Londinenſes populi, *les Londrois* Gallis, de ea pluribus ſcripſit Joannes Speedus, ſed fuſius & doctiſſime Guillelmus Camdenus, uti à paucis menſibus Joannes Ogilvius vir clar.

Londinum Novum, *the niew London*, oppidum Americæ Septentrionalis, in nova Anglia, in ora maris Borealis, cum portu capaci verſus novum Belgium, recens ab Anglis excitatum, prope Caroli fluvium.

Londobaris, inſula Hiſpaniæ in Luſitania Ptolemæo, in Oceano, quæ Erythia eſt Plinio, & Melæ, nunc *Barlenga*, inſula parva Portugalliæ, cum caſtro in Oceano Atlantico, cui adjacet alia inſola minor *Barlengota* dicta, cum turri, 2. leucis diſtans ab ora littorali Extremaduræ in occaſum, & 11. ab Olyſippone in Septentrionem, Reſendio teſte.

Lonensis Comitatus, *le pays de Looz*, tractus ditionis Leodienſis. Vide Loſſenſis.

Longavilla, *Longueville*, caſtrum Galliæ in Normannia provincia, & in Calerenſi provincia, Ducatus titulo inſignitum, ad fluviolum *la Sie*, 7. leucis à Rotbomago in Septentrionem Deppam verſus.

Longanus, fluvius parvus Siciliæ inſulæ Polybio, nunc *il fiume di Caſtro Reale* dicitur, teſte Cluverio, & 5. milliaribus à Mylis oppido in mare Tyrrhenum ſe exonerat.

Longa Terra, *Langeland*, inſula Daniæ in mari Baltico, quæ ſæpius Langelandia dicitur. Vide ibi.

Longaticum, oppidum Norici, ex itinerario Antonini, quod Longanicum etiam legitur, nunc teſte Lazio, eſt *Logitſch*, pagus Germaniæ in Carniola ſicca, ad radices Alpium Juliarum, inter Aquileiam & Emonam occurrens, 20. mille paſſibus à Lubiana in Meridiem diſtans Juſtinopolim verſus.

Longobardi, populi Germaniæ Paulo Diacono, ſic à barba prolixa quam gerebant dicti, teſte Iſidoro. Vide Longobardi.

Longobardia, *la Lombardia* incolis & Hiſpanis, *la Lombardie* Gallis, pars eſt ampla Italiæ verſus Septentrionem extenſa, ſub qua comprehenditur major pars antiquæ Galliæ Ciſalpinæ; dividiturque in ſuperiorem & in inferiorem, in Longobardia ſuperiori, *la haute Lombardie*, ſunt Pedemontium cum annexis, & Ducatus Mediolanenſis & Montis Ferrati. In Longobardia inferiori, *la baſſe Lombardie*, ſunt Ducatus Mantuanus, Mutinenſis, & Parmenſis; cum parte occidentali ditionis Reipublicæ Venetæ, in qua territoria Bergomenſe, Brixianum, Cremenſe, Veronenſe, Vicentinum & Patavinum, de quibus fuſius ſuis in locis; & Ducatus Ferrarienſis, atque territorium Bononienſe, in ditione Eccleſiæ, & ſub dominio Pontificis Maximi: & ex his conſtabat olim ex majori parte Regnum Longobardorum, à Carolo magno everſum, poſt captum ad Ticinum Deſiderium eorum Regem ultimum. Dividitur etiam Longobardia aliter in duas partes Pado fluvio: nempe in Longobardiam Ciſpadanam, quæ ad Meridiem, *la Lombardia di qua dal Po*, in qua ditiones ſive Ducatus Mutinenſis, Parmenſis, & Montis-Ferrati, pars minor Ducatus Mediolanenſis, pars ſeptentrionalis ditionis Eccleſiæ, & pars Pedemontii: & in Longobardiam Tranſpadanam, quæ ad Septentrionem, *la Lombardia di la dal Po*, in qua pars Pedemontii, major pars Ducatus Mediolanenſis, ditio Veneta Longobardica, & Ducatus Mantuanus. Totius autem Longobardiæ urbs præcipua eſt Mediolanum, ſed de aliis ejus urbibus, vide infra. Hine Longobardi populi, *li Lombardi* vulgo Italis, & *les Lombards* Gallis.

Longobardiæ Urbas Præcipuæ.

Alexandria, *Aleſſandria*.
Aſta, *Aſto*.
Bergomum, *Bergamo*.
Bononia, *Bologna*.
Brixia, *Breſcia*.
Caſale, *Caſale*.
Comum, *Como*.
Cremona, *Cremona*.
Eporedia, *Jurea*.
Ferraria, *Ferrara*.
Laus Pompeia, *Lodi*.
Mantua, *Mantoua*.
Mediolanum, *Milano*.
Mutina, *Modena*.
Parma, *Parma*.
Patavium, *Padoua*.
Placentia, *Piacenza*.
Rhegium, *Reggio*.
Taurinum, *Torino*.
Verona, *Verona*.
Vicentia, *Vicenza*.

Longobardia Cispadana, pars eſt media Longobardiæ regionis Italiæ, verſus Meridiem extenſa, inter Padum fluvium & Apenninum montem. Vide Longobardia.

Longobardia Transpadana, pars eſt media Longobardiæ regionis in Septentrionem protenſa, inter Alpes & Padum fluvium. Vide Longobardia

Longobardorum Regnum, Regio fuit Europæ, ſub qua major pars Italiæ præcipitante Imperio Romano, nempe Gallia Ciſalpina cum Tuſcia, quæ à Longobardis occupata verſus annum 578. ipſis poſtea paruit ſub diverſis regibus, per annos 232. aut circiter, uſque ad tempora Deſiderii Regis ſub quo Regnum everſum fuit a Carolo Magno Francorum Rege.

Longofordiensis Comitatus, *Cuuntae an Lungphuirt* indigenis, *the County of Longford* Anglis, tractus Hiberniæ inſulæ in Lagenia provincia, inter Connaciam ad occaſum, Ultoniam ad Septentrionem, Comitatus Letrumenſem & Roſcomenſem ad occaſum, & Midiam ad Meridiem, urbeculam habens cognominem.

Longofordium, *Longford*, urbs parva Hiberniæ, in Lagenia, Comitatus cognominis caput, ad amnem Longium, ubi in lacum *Eske* ſe

Digitized by Google

exonerat. Vix 5. milliaribus diſtat ab Ardraco in Septentrionem, 10. à confinio Connaciæ, & eſt media inter Cavonium ad Septentrionem & Atlonam ad Meridiem, 20. mille paſſibus utrinque diſtans.

Longosardum, *Longoſardo*, urbs parva Sardiniæ inſulæ, in ejus parte ſeptentrionali, cum arce.

Longovicum, & Longovicus, *Longauy*, & *Longwy*, oppidum Galliæ in Lotharingia, & in Barenſi Ducatu, cum caſtro in confinio Luxemburgenſis Ducatus, nuper munitum fuit, & 5. leucis diſtat à Monmedio in ortum verſus Thedonis villam ſex, & Luxemburgum 5. ab Orolauno vero 4. in Meridiem.

Longovicum, oppidum Brigantum in Britannia inſula, ex libris Notitiarum, nunc teſte Camdeno, eſt *Lancheſter*, vicus Angliæ Borealis in territorio Dunelmenſi, 8. mill. paſſ. à Dunelmo in occaſum, uti 15. ab ora maris Germanici.

Longula, unum ex quatuor oppidis ſeu pagis Hetruriæ, ex quibus Viterbium urbs conflata creditur, ex veteri inſcriptione.

Longula, oppidum fuit Latii, in finibus Volſcorum Livio, Poluſcæ & Tarracinæ finitimum. Populi Longulani Plinio.

Longum, promontorium Siciliæ inſulæ Ptolemæo, nunc *Lognina* dictum, teſtibus Fazello, & Cluverio, in ora orientali & in valle Netina, jam inſulula à continenti avulſa, 10. milliaribus à Syracuſis diſtans in Meridiem verſus Pelorum promontorium 25.

Longum Vadum, *Longuay*, vicus & Abbatia Galliæ in Campania, 6. leucis à Lingonibus in occaſum.

Longuntica, oppidum Conteſtanorum in Hiſpania Tarraconenſi Livio, nunc Beuthero, eſt *Guardamar*, caſtrum Regni Valentiæ in ora maris Mediterranei, & ad oſtia Setabis fluvii, inter Alonem & Carthaginem novam, aliis autem eſt *Oliva* vicus ejuſdem Regni ad oſtia fluvii *Molinar* in ſinum Sucronenſem, 2. leucis à Dianio in Septentrionem.

Longus, fluvius Britanniæ inſulæ in ejus parte Boreali Ptolemæo, nunc *Logh Lang*, fluvius parvus Scotiæ Tranſtaanæ in ora occidentali, & in Comitatu Roſſiæ, teſte Camdeno.

Longus Sinus, ſive melius Longum fretum, *Langeſundt*, pars maris Baltici in Dania, juxta Fioniam inſulam.

Longus Vicus, *Longwic*, oppidum Galliæ in Barenſi Ducatu. Vide Longovicum.

Lonlevum, *Lonlay*, Abbatia Galliæ in Normannia inferiori, & in confinio Cœnomanenſi, ad amnem Egrenium, in Paſſayo agro, vix 2. leucis à Damnifronte in occaſum æſtivum.

Lonsteinum, *Lohnſtein*, oppidulum Germaniæ ad Rhenum, ubi recipit Loganum, duplex eſt. Vide Lani lapis.

Lopadium, urbs Bithyniæ in Aſia minori Nicetæ, & Laonico, nunc Græcis *Lupadi* ſeu *Loupadi*, & Turcis *Ulubat*, teſte Leunclavio, juxta Rhyndacum fluvium, eſtque parva admodum, & Apollonia dicta fuit.

Lopadusa, inſula parva Africæ, in mari Mediterraneo Straboni, & Ptolemæo, vulgo *la Lampedoſa* Italis, *la Lampadouſe* Gallis dicta, inſula eſt inter Regnum Tunetanum à quo pendet ad Meridiem, & Siciliam ad Septentrionem, 70. milliaribus diſtans ab ora proximiori Africæ, & 100. circiter à Melita inſula in occaſum hybernum Adrumetum verſus, circuitus eſt 15. mill. paſſ. atque celebris devotione nautarum erga Beatam Virginem, quanquam alioquin inhabitata ſit inſula, & juxta ipſam anno 1551. claſſis Hiſpana Caroli V. naufragium paſſa eſt.

Lopi Desertum, *le deſert de Lop*, pars ampla Tartariæ magnæ, quæ aliter Xamo deſertum vocatur.

Loppia, *Lopski* incolis, *la Loppie* Gallis, provincia Moſcoviæ, maxime in ortum extenſa, & vetus pars Tartariæ Moſchis ſubditæ trans Obium fluvium, inter Siberiam, & Bardam provincias, teſte Iſaaco Maſſa.

Lopsica, oppidum Illyrici in Liburnia Ptolemæo, nunc *Seliſſa*, caſtrum Croatiæ in ora ſinus Dalmatici, prope Seniam, teſte Moletio, hinc populi Lopſi Plinio.

Loptus, Bœotiæ fluvius, Haliartidem præterfluens, teſte Pauſania.

Loquabria, *Lochquaber*, provincia Scotiæ, in ejus parte occidentali, verſus Ebudas inſulas. Dicitur etiam Abria à quibuſdam. Terminatur à Septentrione Roſſia provincia & Oceano, ab Oriente Moravia & Atholia, à Meridie Lornia, ab Occidente tenui freto ſeparatur à Mula inſula; ibique fuere olim Epidii populi ex parte, teſte Camdeno. Sedet hæc provincia in parte Scotiæ ſeptentrionali ſeu Tranſtaana, & in ea ſunt aliquot oppida & caſtra, ſed nulla urbs alicujus momenti.

Lorca, *Lorca*, urbecula Hiſpaniæ, in Regno Murciæ. Vide Ilorca.

Loretanus, portus Hetruriæ à Livio memoratus, inter Coſſam & Populonium, in ora maris Tyrrheni, ſed quis ſit hodie nec ipſe Cluverius cognoſcere potuit, & ego nullum inveni hujus portus veſtigium, quanquam bis illas partes luſtrarim exacte.

Loratum, *Loredo*, quanquam *Loreo* pronuncient, oppidulum Italiæ, in ditione Veneta, ad Atheſim fluvium, intra ſtagna & paludes, vix 5. milliaribus diſtans ab ora littorali maris Adriatici ſeu ſinus Veneti in occaſum, in tractu Ducatu Veneto dicto, vocatur etiam Lauretus vicus à quibuſdam.

Loria, ſeu Lotii villa, locus Thuſciæ, in via Aurelia, ab urbe Roma 12. mill. paſſ. occurrens Antonino.

Lorsacum, *Lorris*, oppidum Galliæ in Vaſtinio tractu, & 6. leucis à Montargio diſtans in occaſum Jargolium verſus, & Aurelianos, in limite Aurelianenſis provinciæ.

Lorna, *Lorne*, provincia Scotiæ verſus occaſum & Ebudas inſulas ubi, Stephanodinum oppidum præcipuum. Terminatur à Meridie Knapdalia provincia, ab Oriente Argatelia, à Septentrione Loquabria, & ab Occidente Oceano occidentali. Ibi alias fuere populi Epidii ex parte, ut Camdenus exiſtimat.

Loryma, urbs Cariæ in Aſia minori Straboni, & Ptolemæo, quæ Laryma Plinio, & Melæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Rhodio, nunc *Masi* dicta, teſte Nigro, in ora contra Rhodum inſulam, inde 20. mill. paſſ. diſtantem.

Los Castrum, & Loſſenſis urbs, *Loon*, quod & *Borchloen*, oppidulum Germaniæ in ditione Epiſcopi Leodienſis, & Loſſenſis Comitatus ſeu Lonenſis caput, medium eſt inter Tungros ad ortum & Fanum Sancti Trudonis ad occaſum, uno milliari Germanico utrimque diſtans, & 3. à Trajecto ad Moſam in occaſum.

Losera, *le Mont de Loſere*, mons Galliæ in Gabalis, ubi fons Tarni fluvii. Vide Leſura.

Lossensis Comitatus, *le pais de Loots*, tractus Germaniæ, in ditione Leodienſi, cujus caput

eſt Los Caſtrum *Loots* , dicitur etiam Lonenſis tractus , & obvenit Epiſcopo Leodienſi ex hereditate Margaritæ ultimæ Comitiſſæ Loſſenſis & Chiniacenſis , mortuæ anno 1372. complectitur majorem partem Campiniæ Leodienſis , eſtque inter Brabantiam ad occaſum , & Septentrionem , Haſbaniam ad Meridiem , & Moſam fluvium Comitatumque Hornanum ad ortum.

Lossusensis Comitatos , *le Comté de Loots* , tractus parvus Germaniæ , in ditione Epiſcopi Leodienſis, cui obvenit ex hereditate Margaritæ ultimæ Comitiſſæ Loſſenſis. Vide Loſſenſis Comitatus.

Los , inſula parva maris Ægei , circa Theſſaliam , reſte Stephano.

Lotharinoia , Regio Galliæ ampla & inſignis , à Lothario Rege Francorum ſic dicta fuit, quaſi Lotharii Regnum , in qua olim major pars Auſtraſiæ , diviſa primum fuit in ſuperiorem ſeu Moſellanicam , cujus major pars nonc proprie dicitur Lotharingia , & in inferiorem Lotharingiam ſeu Ducatum Ripuatiorum, cujus partes nonc ſunt Btabantia, ditio Leodienſis cis Moſam & Gueldtia , teſte Ludovico Canterello Fabto , cum aliis.

Lotharingiæ Ditto , ſive Lotharingia recens , *la Lorraine* incolis , *Lothringen* Germanis, *la Lorrena* Italis, provincia ampla Galliæ, quæ alias dicta Lotharingia ſoperiot , Ducatus titulo inſignis , terminatur à Septenttione Luxemburgenſi Ducatu , tractu Metenſi , Virdunenſi tractu , & ditione Trevirenſi ; ab ortu Alſatia & Ducatu Bipontino in Germania , ab occaſu Campania provincia , & Meridie Comitatu Burgundiæ , dividiturque in duas partes , nempe in Lotharingiæ Ducatum ſtricte ſumptum , qui ad ortum , & in Barrenſem Ducatum ad occaſum , anteaque Duces habuit proprios valde celebres , nunc autem ſobeſt dominio Regis Francorum ab aliquet annis ; & notandum eſt urbes Divodurum , Tollum & Virdunum , cum eorum territoriis non eſſe in Lotharingia , quanqoam ſint intra ipſius fines, & in his partibus etant olim Leuci, Virduni, & Mediomatrices populi Galliæ Belgicæ , hinc Lotharingi *les Lorrains* vulgo , qui *li Loreneſi* ab Italis vocantur.

Lotharingiæ Ducatus Stricte Sumptus, *le Duché de Lorraine* , extenditur à Septentrione in Meridiem , inter Barrenſem Docatum , tractuſque Metenſem, Virdunenſem , & Tullenſem ad occaſum, & Alſatiam, Ducatumque Biponrinum ad ortum : & dividitur in tres partes ſive agros, nempe in Præfecturam ſive Balliviatum Germanicum , *le Baillage Allemand* , verſus Septentrionem ; in Balliviatum Vogeſanum , *le Baillage de Vange* , qui ad Meridiem : & in Balliviatum Gallicum ſeu Nnnceianum , *le Baillage François ou de Nancy* , qui inter utrumque extenditur : & ejus caput eſt Nanceium.

Lotharingiæ Ditionis Urees.

Barro-Ducum , *Bar le Duc.*
Fanum S. Michaëlis , *Saint Mihel.*
Marſalium , *Marſal.*
Mirecurtium , *Mirecourt.*
Nanceium , *Nancy* , Ducatus caput.
Pons Muſſonis , *Pont à Mouſſon.*
Sarenacum , *Stenay.*
Valderſinga , *Vandervange.*

Lotharingia Inferior , ſic dicta fuit in media ætate ea pars Belgii ubi hodie Brabantia & ditio Leodienſis. Vide Lotharingia.

Lotharinoia Mosslanica , ſive Superior , provincia Galliæ. Vide Lotharingiæ ditio.

Lotharingia Superior , ſic dicta fuit provincia Galliæ , quæ nunc Lotharingia ſimpliciter dicitur. Vide Lotharingiæ ditio.

Lothiana , ſeu Laudonia , *la Lothiane* , provincia Scotiæ Meridionalis , forſan ubi olim Ladeni populi ex parte. Terminatur à Septentrione Bodotria æſtuario , ab ortu mari Germanico , ab occaſu Sterlinenſi territorio & Cludeſdala provincia , & à Meridie Tuedalia & Marchia provinciis. Ejus caput eſt Edimburgum , *Edimbourg*, totios Scotiæ primaria, & ſedes regiæ.

Lotoa , inſula parva maris Ionii Ptolemæo , quæ Letoia Plinio , Cephaleniæ proxima , ab ea parum in Meridiem diſtans Zacynthum verſus , nunc *Guardiano* dicta , teſte Sophiano.

Lotophaoites , inſula parva Africæ Ptolemæo , quæ Meninx Plinio , Mirmix Polybio, & Girba Antonino , nunc *le Gerbi* Italis , *l'Iſle des Gerbes* Gallis , *le Gelues* Hiſpanis , Fazello & aliis , inſula eſt Regni Tripolitani , in mari Mediterraneo , oræ littorali adjacens , & ab ea tantum diviſa , accedente æſtu maris , quo in eam tranſitur parvo ponte ligneo , circuitus eſt 18. milliarium , fueruntqoe antea in ea duæ urbes , nunc ineſt tantum oppidum cum caſtro , & turri *Roglien* dicta , atque aliqoot pagis, alias occupata fuerat ab Hiſpanis , ſed poſtea grandi clade affecti , illam derelinquere coacti ſunt , paucis milliaribus diſtat à Syrti minori, & 60. milliaribus à Tacapa in ortum æſtivum , & 200. circiter à Tripoli in occaſum , hinc populi Lotophagi dicti, quorum meminit Dionyſius Afer.

Lotusa , & Leuſa , *Leuſe* , oppidulum Belgii in Comitatu Hannoniæ, & in tractu Brachbanto dicto, intra fines Athenſis Præfecturæ , & ditionis Hiſpanicæ , 3. leucis diſtat à Tomaco in ortum Athum verſus totidem , & 3. etiam à Condato in Septentrionem Aldenardam verſus 5.

Lovaniensie Comitatos , provincia fuit Belgii , ſic dicta à Lovanio urbe ejus primaria , & alias propriis parens Comitibus , inter Flandriam , Brachbantum , Hannoniam , & Leodienſem ditionem ; ſed poſtea ejus Comites hanc omnem provinciam cum Bracbanti parte conjunctam , Brabantiam vocarunt , quæ nunc Belgicarum provinciarom prima exiſtit.

Lovanisnsis Tetrarchia , ſeu tractus , *le quartier de Louvain* , una ex quatuor partibus Docatus Brabantiæ , in Belgio , inter alias primum locum obtinens , ſub dominio Hiſpanorum, in eo tractu obi olim Menapii populi , eſtque inter Leodienſem , ditionem ad ortum, Namurcenſem Comitatum ad Meridiem , Tetrarchiam Bruxellenſem ad occaſum , & Antuerpienſem Tetrarchiam ad Septentrionem , teſte Guicciardino , ejus vero urbes ſunt Lovanium tractus caput, Tenæ , & Diſta.

Lovanium , *Loeven* incolis , *Louvain* Gallis , *Lobayna* Hiſpanis , *Lovanio* Italis , urbs ampla & munita Belgii , in Brabantiæ Ducatu , ad Dylam fluvium , ſub dominio Hiſpanorum , Academiam habens clariſſimam anno 1426. inſtitutam , caput eſt Lovanienſis Tetrarchiæ ab ea dictæ , & olim Comites habuit proprios magni nominis , ſub quibus extitit maxima pars regionis nunc Brabantiæ dictæ , 4. leucis diſtans à Bruxellis in ortum, qoot à Mechlinia, trigonum cum illis faciens fere æquilaterum , ab Antuerpia 7. in Meridiem Namurcum verſus fere 9.

Lovenstanum , *Loveinſtein* , arx triangularis munita Belgii , in Hollandiæ Comitatu , in Bommelia inſula , ad confluentes Vahalis in Moſam fluvium è regione Vorchomii , 3. leucis ab Ultrajecto in Meridiem, & totidem à Dordraco in ortum, ſub dominio provinciarum Belgii uniti, in limite Gueldriæ.

Digitized by Google

LOVENTINUM, oppidum Silurum in Britannia inſula Ptolemæo, poſtea terræ motu abſorptum fuit, ut credunt indigenæ, eratque in eo tractu Angliæ & Walliæ regionis, ubi nunc lacus *Lin Savatan* in Comitatu Brechinienſi, juxta Levenum amnem, 2. milliaribus a Brechnochio diſtans ad ortum, Speedo & Camdeno teſtibus.

LOVITIUM, *Lewitz*, oppidum eſt parvum ſed ſatis cultum Poloniæ majoris, ad Bſuram fluvium, Archiepiſcopi Gneſnenſis ſedes, in arce eleganti & munita, in mediis paludibus, à Jaroſlao Archiepiſcopo excitata. Eſt in Palatinatu Ravenſi, & medium inter Uladiſlaviam ad Septentrionem & Ravam ad Meridiem, à qua 5. milliaribus Polonicis diſtat.

LOUS, fluvius Macedoniæ Ptolemæo, in Pelaſgonia provincia, qui Aous Straboni, & Livio, Philippi Regis clade & Romanorum de eo victoria memorabilis, nunc *Piergo* dicitur ab oppido adjacente ad ejus oſtia, teſte Nigro, ſed aliis eſt *Polina*, teſte Brietio, & in mare Adriaticum ſe exonerat ad Apolloniam urbem.

LOUTHA, *Louth*, oppidulum Hiberniæ in Lagenia. Dicitur ab aliis Luthum. Vide ibi.

LOXA, fluvius Britanniæ inſulæ, in ejus parte ſeptentrionali Ptolemæo, nomen vetuſtum retinere ſcribit Buchananus, & *Loſſe* dici addit Camdenus, in Moravia provincia Scotiæ Borealis, & in mare Germanicum ſe exonerat paulo infra Elginum.

LOXA, *Loja*, ſive etiam *Loxa* quibuſdam, oppidum Hiſpaniæ, in Regno Granatenſi, & in valle, ad Singilim fluvium, cum caſtro antiquo in rupe intra duos montes, 6. leucis à Granato in occaſum.

LOXA, *Loja*, oppidum Americæ Meridionalis in Regno Peruæ, & in Quitenſi provincia, in mediterraneis, 50. leucis diſtans à Fano Sancti Franciſci de Quito in Auſtrum, uti 20. à Coocha.

LUBANA, *Luban*, inſula Oceani Orientalis in Aſia, & una ex Philippinis inſulis, oræ meridionali Manilæ inſulæ fere adjacens, verſus Mindoram, & ſub dominio Hiſpanorum, eſtque parva admodum.

LUBANSUS LACUS, *Lubanskerzée*, lacus Sueciæ, in Livonia & Litlandia tractu, in confinio Poloniæ, & prope Lubanium oppidulum, *Luban* dictum, 20. circiter milliaribus à Duneburgo in Septentrionem diſtans.

LUBECA, quæ & Lubecum, *Lubeck* incolis, Gallis, Polonis, & Danis, *Lubeca* Italis, urbs ampla Germaniæ in Circulo Saxoniæ inferioris, & in Holſatiæ Ducatu, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Bremenſi ab anno 1162. quo huc tranſlata fuit ſedes Epiſcopi Oldeburgenſis, emporium eſt celeberrimum Intet urbes Hanſeaticas primum locum obtinens, in Vagria tractu, cujus caput exiſtit, ad Travam fluvium, vix 2. milliaribus Germanicis ab ora maris Baltici, ubi portu gaudet capaci & tuto: Exiguum olim fuit oppidum, ab Adolpho Holſatiæ Comite extructum ſub Conrado III. Imperatore, tandem anno 1209 victis & ejectis Danis, libera Imperii civitas facta fuit ſub Friderico II. Imperatore, eſtque nunc etiam ſui juris, & ex præcipuis totius Germaniæ civitatibus, in ipſo limite Megalopolitani Ducatus, & Lavemburgenſis ditionis, 10. milliaribus Germanicis diſtans ab Hamburgo in ortum, Viſmariam verſus totidem, & ejus Epiſcopus Confeſſioni Auguſtanæ addictus eſt ab anno 1561. quo introducta fuit hæreſis à Dietlero de *Reventlon*, & nunc uſus inolevit, ut Epiſcopatus hic Lubecenſis quaſi in apennagium cedat natu minoribus lineæ Ducum Holſatiæ Gottorpiæ, relicta ſolum umbra electionis Capitulo, unde Duces Oitinenſes dicuntur ab Oitino oppido, ubi commoratur Epiſcopus, & quod ei donavit Adolphus II. Comes Holſatiæ, cum adhuc nomen haberet Oldemburgici Epiſcopatus, Lubecæ autem pax ſancita fuit inter Imperatorem & Regem Daniæ anno 1629.

LUBECENSIS SINUS, olim Lagnus ſinus, hodie *le Golfe de Lubeck*, ſinus maris Orientalis ſive Baltici in Meridiem extenſus, inter Holſatiam & Megalopolitanum Ducatum, verſus Lubecam urbem, à qua nunc denominatur, & oſtia Travæ fluvii.

LUBIANA, *Lubiana* Italis, *Laubach* Germanis, urbs Germaniæ. Vide Labacum.

LUBLINENSIS PALATINATUS, ſive Præfectura, *Lubelskie Wojewodztwo* incolis, *le Palatinat de Lublin* Gallis, tractus Poloniæ, & una ex tribus partibus Poloniæ minoris, ſic dicta à Lublino ejus urbe præcipua, extenditur inter Maxoviam, Ruſſiam Rubram, & Palatinatum Sandomirienſem.

LUBLINUM, *Lublin*, urbs Poloniæ minoris, in Regno Poloniæ, Palatinatus cognominis caput, ad amnem Byſtriczam, teſte Brietio. 5. milliaribus Polonicis diſtat à confinio Ruſſiæ Rubræ, 24. à Varſovia in Meridiem, 12. à Chelma in occaſum, 36. à Cracovia in ortum æſtivum, uti 14. à Sandomiria, Vilnam verſus 70. eſtque ſatis culta & elegans, cum arce in colle.

LUBLOA, *Lublaw* incolis, *Lubeulia* Polonis, arx Regni Hungariæ, in Comitatu Cepuſienſi, probè munita, quam Hungari Polonis oppignerarunt anno 1412. nuncque cenſetur in Palatinatu Cracovienſi.

LUBRA, oppidum erat Hetruriæ, ab urbe Roma 12. mill. paſſ. in via Flaminia occurrens, teſte Frontino.

LUBRENSIS URBS, ſic dicitur Maſſa, *Maſſa*, urbs parva Regni Neapolitani in provincia Terræ Laboris, quæ ſæpe vocatur Maſſa Lubrenſis, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Surrentino, quod extructa ſit in loco Lubra dicto, & crevit ex ruinis antiquæ Maſſæ urbis ei fere adjacentis, unde antiquum nomen etiam ſervavit. Vide Maſſa.

LUBUSIA, *Lebus*, urbs Germaniæ in Marchia Brandeburgica, ad Oderam fluvium, quæ ab aliis & melius dicitur Lebuſſa. Vide ibi.

LUCA, colonia & urbs Hetruriæ in Italia Plinio, Straboni, & aliis, vulgo *Lucca* incolis, *Lucques* Gallis, urbs Thuſciæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Piſano, ſed ab ejus juriſdictione immunis, ad Anſerem fluvium, permunita eſt cum undecim propugnaculis, & probe culta, à Thuſcis anno orbis conditi 3469. ædificata traditur, hodie urbs eſt ſui juris, & Reſpublica libera, optimis legibus temperata, cum aliquot locis in vicinis, 10. milliaribus diſtans à Piſis in Septentrionem, & 13. à mari Tyrrheno in ortum Florentiam verſus 45. & 60. à Senis Lunam verſus 30. ab hac urbe tractus adjacens dicitur Lucenſis tractus *il Luchese*, patria fuit Alexandri II. Summi Pontificis, Populi Lucenſes, *i Luchesi* Italis, & *les Lucquois* Gallis.

LUCAIÆ INSULÆ, *les Iſles Lucayes* Gallis, *las Iſlas de los Lucayes* Hiſpanis, inſulæ Americæ Septentrionalis, in mari Boreali, inter Floridam ad occaſum & Hiſpaniolam inſulam extenſæ, ad Septentrionem Cubæ inſulæ, & verſus Bahamæ fretum. Ex his viginti ſunt præcipuæ, quarum clariores ſunt Lucaioneca, *Lucayoneque*, cunctis major, Abacoa, *Abacoa*, Amaguana, *Amaguana*, Amana, *Amana*, Bahama, *Bahama*, Bimina, *Bimini*, Caica, *Caicos*, Ciguata, *Ciguateo*, Guanahania ſeu inſula Sancti Salvatoris, *Guanahani*, Guanima, *Guanima*, Manega, *Manega*, Maiaguana, *Maiaguana*, Samana, *Samana*, Triangulum, *Triangulo*, Ynagua, *Ynagua*,

Digitized by Google

Yuma, *Tuma*, Yumeta, *Tumeta*, cum aliquot aliis minoribus.

LUCAIONECA, *Lucayoneque*, inſula Americæ Septentrionalis, & Lucaiarum præcipua, ab ortu in occaſum extenſa, inter Ciguatam ad ortum & Bahamam ad occaſum, à qua nomen Lucaiis inſulis inditum fuit.

LUCANIA, Regio Italiæ, & pars magnæ Græciæ Straboni, Ptolemæo, & aliis, ubi Lucani populi, ejus termini fuere à Septentrione Silarus fluvius, quo ſeparabatur à Picentinis, & Bradanus fluvius quo dividebatur ab Apulia Peucetus: à Meridie Laus fluvius, quo à Brutiis diſtincta erat: ab Oriente vero ſinu Tarentino, & ab Occidente mari Tyrrheno terminabatur, eratque in ea parte, in qua nunc Baſilicata provincia Regni Neapolitani, cum maxima parte provinciæ. Principatus citerioris, verſus Meridiem, & minuta parte Calabriæ citerioris, teſte Cluverio. Populi Lucani, quorum meminere Silius libro 8. & Horatius libro 2. Satyra 1.

LUCANUS, vel Lucaniacus fundus, locus Aquitaniæ Auſonio, & Paulino, ſuburbanum Burdegalenſe putat Scaliger, duabus circiter leucis ab urbe diſtans, ſed Vinetus putat ſupra Liburniam fuiſſe, haud procul à fluvio Duranio, eo in loco forte ubi oppidulum Sancti Æmiliani, *Saint Emilion*, in Aquitania, una leuca à Liburnia, & in Guienna propria.

LUCCA, *Luccau*, oppidulum Germaniæ, in Miſnia provincia, & in Oſitia tractu, in ditione Ducis Weimarienſis, dicitur etiam *Luchaw* à quibuſdam, & vix duobus milliaribus diſtat à Zitizo in ortum, uti 4. à Lipſia in Meridiem.

LUCCÆ, *Loches*, urbs Galliæ in Turonenſi provincia. Vide Lochia.

LUCENA, & Lutza, *Lutzen*, oppidulum Germaniæ in Miſnia, prope Elſterum fluvium, in ditione Epiſcopi Martioburgenſis, ubi Auſtriaci victi, & grandi clade affecti, à Suecis, & Guſtavus Adolphus Sueciæ Rex victor occubuit in prælio anno 1632. die 16. Novembris, dicitur etiam à quibuſdam Lutzenum, vix 2. milliaribus Germanicis diſtans à Martioburgo in ortum hybernum, & totidem à Lipſia in occaſum.

LUCENA, *Lucena*, oppidum amplum Hiſpaniæ in Vandaluſia, prope Tintum fluvium, in planitie verſus Moqueram, & 2. leucis tantum ab ora Oceani Gaditani diſtans, teſte Roderico Sylva.

LUCENSES, populi Hiſpaniæ Tarraconenſis Plinio, quorum urbs Lucus. Vide ibi.

LUCENSIS AGER, *il Lucheſe* incolis, *les Lucquois* Gallis, tractus Italiæ in Toſcia, ſub dominio Reipublicæ Lucenſis, unde etiam dicitur *lo ſtato della Republica di Lucca*, extenditur inter mare Tyrrhenum, montem Apenninum ex parte, ditionem magni Ducis Tuſciæ, & Carferonianam tractum Ducis Mutinenſis, ejus major longitudo vix eſt 30. milliarium, latitudo autem 25. circiter, ſicque dicitur à Luca ejus urbe præcipua.

LUCENTUM, oppidum Conteſtanorum in Hiſpania Tarraconenſi Plinio, & Ptolemæo, Lucentia Melæ, nunc *Luchen*, ſeu etiam *Luchente*, caſtrum Regni Valentiæ in Hiſpania, verſus oram ſinus Sucronenſis, teſte Ambroſio Morali, inter Setabim ad occaſum & Dianium ad ortum, 9. leucis diſtans à Valentia in Meridiem Alonas verſus totidem, quanquam Ortelio ſit verſus oſtia Taderi & prope Alonas.

LUCEOLI, oppidum Italiæ in Umbria Procopio, quod Luceolum Paulo Diacono, à Narſete exciſum, locus nunc Blondus interpretatur *Ponte Ricciuoli*, quaſi pontem Luceoli, in ditione Eccleſiaſtica, & in Ducatu Urbinate, ad radices Apennini, & ad Cantianum fluvium, inter Eugubium ad Meridiem, & Callium ad Septentrionem, fere medium, verſus confinia Marchiæ Anconitanæ.

LUCEORIA, *Lucko* incolis, *Luſuc* Germanis, urbs ampla Poloniæ Regni, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Gneſnenſi, & caput Volhiniæ, quæ ab ea aliquando dicitur Palatinatus Luceorienſis, ſedet ad fluvium *Stor*, juxta ſtagnum cum arce munita, vix 7. milliaribus Polonicis à confinio Ruſſiæ propriæ diſtans in ortum, & 25. à Leopoli in ortum æſtivum, Guillelmo *le Vaſſeur* teſte, in ea major eſt Schiſmaticorum & Judæorum quam Catholicorum numerus.

LUCERIA, cognomento Apula, urbs Apuliæ Dauniæ in Italia Ciceroni, Livio, & Plinio, quæ Nuceria dicitur à Suetonio, & Ptolemæo, nunc Nuceria Saracenorum, vulgo *Nocera*, ſeu etiam *Nocera delli Pagani*, urbs Regni Neapolitani in provincia Capitanata, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Beneventano, in planitie ſita, & in ea commoratur provinciæ Gubernator, 10. milliaribus diſtans in Meridiem à Fano Sancti Severi, Troiam verſus 7. & 30. à Siponto in occaſum Beneventum verſus 36. circiter, ejus meminit Lucanus libro 2.

LUCERIA, ſeu Nuceria, oppidum Galliæ Ciſpadanæ Ptolemæo, nunc caſtrum *Luzara* dictum, in Longobardia, ad Padum fluvium, & in Ducatu Mantuano, à paucis annis ex hereditate Ducis Guardiſtallæ, 14. milliaribus à Mantua in Meridiem diſtans Regium Lepidi verſus 20.

LUCERNA, *la Lucerne*, vicus & Abbatia Galliæ, in Normannia inferiori, & in Abrincenſi agro, 4. leucis ab Abrincis verſus Septentrionem Granvillam verſus.

LUCERNA, *Lucern* incolis, *Lucerne* Gallis, *Lucerna* Italis, urbs eſt culta Helvetiæ, pagi cognominis caput, in Argoia tractu, ad lacum Lucernenſem, ubi ex eo effluit fluvius Urſa *Ruſſ*, qui per urbem delabitur, eámque in majorem & minorem dividit, in quas per tres pontes mutuus eſt tranſitus, Imperialis fuit & libera, ſuique juris, ſed poſtea ab Imperio exempta anno 1332. probe culta eſt, 9. milliaribus Germanicis diſtans à Berna in ortum, & 6. ab Altorfio ſeu veteri Vico oppido præcipuo Uranii pagi in occaſum æſtivum Baſileam verſus, cernanus nomen gentis.

LUCERNENSIS LACUS, *le Lac de Lucerne* Gallis, *das Lucernzée* Germanis, lacus eſt in Helvetia, ab ortu in occaſum extenſus per 24. mill. paſſ. inter pagos Lucerinum, Sylvanienſem, Uranium, & Suitium. Lucernam urbem rigat, ubi ex eo effluit Urſus fluvius, dicitur aliter & ſæpius *der vier Waldiſtattenzée*, id eſt lacus quatuor urbium Sylvaticarum, ab urbibus circumſtantibus, nempe Lucerna, Altorfio, Suitio, & Stantia, teſte Zeilero cum aliis.

LUCERNENSIS PAGUS, *le Canton de Lucerne* Gallis, *die Ort von Lucern* Germanis, tertius ex tredecim pagis Helvetiorum; eſtque Catholicus, & tribus primis pagis unitus ab anno 1332. Terminatur à Septentrione, occaſu, & Meridie pago Bernenſi, ab ortu autem pagis Tugenſi, Suitio, & Sylvanienſi; & ei ſubſunt 8. Præfecturæ parvæ. Ejus primaria urbs eſt Lucerna.

LUCHEUM, *Lucheu*, urbs eſt Imperii Sinarum, in Nanquinenſi provincia, cujus nona cenſetur, ſita eſt in tractu fertili admodum, teſte Martinio, & ab ea pendent ſeptem urbes minores.

LUCIFERI FANUM, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ Straboni, nunc *Saint Lucar de Barameda* incolis, *Saint Luques* Gallis, urbs Hiſpaniæ in Van-

daliria, teſte Floriano à Campo, cum triplici caſtro, & portu capaci & tuto, ad oſtia Bætis fluvii in Oceanum Atlanticum, vix 2. leucis diſtans à portu Mneſthei in occaſum, & 15. ab Hiſpali verſus Meridiem.

Lucilliboroom, urbs Belgii, ad Aliſontiam, cujus fit mentio in actis mediæ ætatis, *Luxembourg* vulgo dicitur à recentioribus Luxemburgum. Vide ibi.

Luciona, *Luçon*, urbs parva admodum Galliæ, in Pictavenſi provincia, Epiſcopalis tamen ſub Archiepiſcopo Burdegalenſi, à Joanne XXII. Pontifice Maximo, Epiſcopo ei attributo, ſita eſt prope paludes, & ſine muris in Pictavenſi provincia inferiori, 2. leucis diſtans ab ora Oceani Aquitanici, & 6. à Maleaco, uti 24. à Pictavio in occaſum, illic alias Epiſcopus Cardinalis Richeleus.

Lucomoria, *la Lucomerie*, ſeu etiam *Locomorie*, provincia Moſcoviæ, in Aſia & in Tartaria deſerta, trans Obyum fluvium. Ibi nullæ urbes quod ſciam. Verſus mare Septentrionale protenditur; & incolæ paſſim in ſylvis & campis degunt. Sed verſus Meridiem ſunt in ea provincia montes Lucomoriæ dicti.

Lucopibia, urbs Novantarum in Britannia inſula Ptolemæo, quæ poſtea CandidaCaſa, & Ninianopolis etiam quibuſdam, vulgo *Whithern*, urbs Scotiæ Regni in Gallovidia provincia, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Glaſcuenſi, & in ora maris Hibernici, 70. mill. paſſ. diſtans à Glaſcovia in Meridiem, & 40. ab ora proximiori Hiberniæ in ortum, teſte Timotheo Ponte, portu gaudens ſatis tuto, & ejus Epiſcopus Gallovidienſis dicitur.

Lucotecia, urbs Galliæ Celticæ Ptolemæo. Vide Lutetia.

Lucretilis, mons Italiæ in Sabinis Horatio, & Feſto Pompeio, valli per quam Farfarus fluvius decurrit imminens, poſtea Lucretius dictus ab Anaſtaſio in vitis Pontificum, hodie caſtrum eſt *Monte Libretti*, in Sabina & in dominio utili Barberinæ gentis, ejus meminit Horatius libro 1.

Lucrinum, oppidum fuit Apuliæ Dauniæ, teſte Pomponio Mela, quod aliis melius Larinum dicitur. Vide ibi.

Lucrinus, lacus fuit parvus Campaniæ fœlicis in Italia Straboni, & Plinio, inter Puteolos & Baias, prope Avernum lacum, & intimum receſſum ſinus Puteolani, qui aliter Baianus dicebatur, abundabatque piſcibus delicatiſſimis, ſed ex quo terræ motu anni 1538. mons hic novus extitit qui vocatur mons Cinereus, nihil laci Lucrini ſupereſt niſi palus lutoſa cum arundineto, teſte Cluverio, & ut ego pluries vidi. Ejus meminit Virgilius libro 2. Georgicorum.

Lucronium, *Logroño* incolis, *Logrogne* Gallis, urbs Hiſpaniæ in Rucooia ſeu Rivogia tractu, teſte Oihenarto, ad Iberum fluvium, ubi in eum influit *Tregua* fluviolus, in ipſo limite Navarræ Regni, & Alavæ provinciæ, una tantum leuca à Viana oppido diſtans, & 8. à Victoria in Meridiem, cum caſtro antiquo, & ponte lapideo oblongo ad Iberum, prope rudera antiquæ urbis Cantabriæ, hinc Lucronenſis nomen gentis, *Logroñeſe* vulgo.

Lucullanum, caſtrum Campaniæ fœlicis, obi Auguſtulus filius Oreſtis, ab Odoacro Rege in exilium miſſus, teſte Jornande, arx eſt in mari Tyrrheno, quæ *il Caſtel dell' Ovo* hodie nominatur à forma, in inſula parva admodum, olim Megaris dicta, ante portum ad Neapolitanum, & Neapolim urbem Regni cognominis primariam, cui ponte jungitur lapideo.

Luculli Horti, locus Campaniæ fœlicis in Italia Plutarcho, in loco edito in Miſeno monte, in ora maris Tyrrheni prope Luculli villam, contra Puteolos, & Phædrus oſtendit.

Luculli Villa, villa fuit Campaniæ fœlicis in Italia Plutarcho, quæ etiam Villa Lucullana à Suetonio dicitur, juxta promontorium Miſeni, contra Poteolanam urbem, 3. mill. paſſ. ubi obiit Tiberius Romanorum Imperator, teſte Suetonio.

Lucus, oppidulum Marſorum in Latio Plinio, nunc *Luco*, caſtrum Aprutii Ulterioris, prope Fucinum lacum, teſte Cluverio.

Lucus, urbs fuit Galliæ Narbonenſis, in Vocontiis Tacito, quæ ſubmerſa fuit à lacu effecto à Druma fluvio, ex quo ejus curſus impeditus fuit ruina montis vicini, ideo nunc ejus tantum viſuntur ruinæ intra lacum Lucenſem, & pagus *le Luc* dictus, in Delphinatu & in illo tractu, extructus fuit poſt ejus ſubmerſionem infra dictum lacum, aliquot mill. paſſ. ab ejus ruderibus, teſte Nicolao Choriero in hiſtoria Delphinatus.

Lucus Asturum, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſi in Aſturum finibus, intra montes Ptolemæo, poſtea exciſa, & ea ejus ruinis excitata fuit Ovetum, *Oviedo*, urbs Regni Legionis in Aſturia Ovetana, quæ 2. leucis diſtat ab ejus ruinis. Vide Aſturum Lucus, & Ovetum.

Lucus Augusti, urbs Callaicorum Lucenſium caput, in Hiſpania Tarraconenſi Plinio, & Antonino, vulgo etiam *Lugo*, urbs Gallæciæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Compoſtellano, ad Minium fluvium ſedens, verſus ejus fontes, parva eſt & intra montes, ab Alphonſo Rege recuperata, 18. leucis diſtat à Compoſtella in ortum, verſus confinia Aſturiæ Ovetenſis 8. & totidem à Mindone in Meridiem Auriam verſus 13. amplam habens Diœceſim.

Lucus Baduhennæ, in Germania, cujus meminit Tacitus. Vide Baduhennæ.

Lucus Feroniæ, colonia & oppidum fuit Hetruriæ Livio, Capenatibus proximum, nunc dirutum. Vide Feronia.

Lucus Feroniæ, oppidum Hetruriæ Ptolemæo, in ora littorali maris Tyrrheni, nunc *Pietra Santa*, oppidulum in ditione magni Ducis, inter Lucam & Lunam. Vide Feronia.

Lucus Minervæ, locus agri Brixienſis in Italia, nunc *Manorbio* dictus, teſte Luca Holſtenio.

Lucus Sacer, locus Campaniæ fœlicis in Italia, Tripergolæ proximus, nunc *la Selva de Hami*, teſte Mazella, à Cumis 3. mill. paſſ.

Luo, oppidum Palæſtinæ, nunc pagus, *Segura* dictus, teſte Benjamino Tudelenſi.

Luoa, ſeu Lugda, *Lugde*, cognomento *am der Emmer*, oppidulum Germaniæ in Weſtphalia, & in Comitatu Pyrmontano, ſub dominio Epiſcopi Paderbotnenſis, ad Ambram fluviolum, Cheruſcorum antiqua ſedes, & ubi Carolus Magnus caſtra habuit anno 784. alias diverſis paruit dominis, tandem anno 1668. perpetuo unita fuit Epiſcopatui Paderbornenſi à modeſto Principe Epiſcopo Ferdinando Furſtembergico viro doctiſſimo, & de re litteraria optime merito, ſitum eſt oppidulum in limite Ducatus Brunſvicenſis, 7. milliaribus Germanicis à Paderborna in ortum æſtivum Hameliam verſus.

Lobera, *Lure* Gallis, *Luders* Germanis, oppidum Galliæ, in Comitatu Burgundiæ, cum monaſterio celebri Luderenſi in perpetuum unito Abbatiæ Murbacenſi, ſedet ad fluvium *Longnon*, eſtque ſub dominio Abbatis, in limite Comitatus montis Belicardi, dicitur etiam Lutera in actis mediæ ætatis, & Lurenſe, ſive Lutrenſe Monaſterium, eſtque ad ra-

dices Vogeſi montis, *6.* leucis diſtans à Veſulo in ortum Montem Bellicardum verſus 8. & 3. à Lexovio in Meridiem Veſontionem verſus.

Luoias, fluvius Macedoniæ, juxta Pellam decurrens, teſte Strabone, qui à Ptolemæo Lydius dicitur. Vide ibi.

Luoloa, *Ludlow*, oppidulum Angliæ, in Salopia provincia ad Temam, 18. milliaribus ab urbe diſtans in Meridiem Herefordiam verſus totidem.

Ludomeria, Regio cujus fit mentio in titulis Regis Hungariæ, dicitur ab aliis Lodomeria. Vide ibi.

Luoovxgiæ, *Lions*, cognomento *en Foreſt*, oppidum Normanniæ, in tractu Vexino Normannico, ad amnem *l'Orleau*. Dicitur meliùs Leones. Vide ibi.

Luoovicopolis, ſeu Fanum Sancti Ludovici, *San Luis de el Marañan*, urbs Americæ Meridionalis in Braſilia regione, ſub dominio Regis Portugalliæ. Vide Fanum Sancti Ludovici.

Luentium, ſeu & melius Loventium, oppidum Silurum in Britannia inſula Ptolemæo, terræ motu abſorptum fuit, erat ubi nunc lacus parvus *Llin Savatan*, in Wallia regione Angliæ, & in Comitatu Brechinienſi, vel certe *Newcaſtle*, prius *Elmelin*, pagus Carmardeniæ Comitatus ad Tivium fluvium, teſtibus Speedo, & Camdeno. Vide Loventium.

Luoanensis Præfectura, *le Bailliage de Lugano*, tractus Italiæ, una ex quatuor Præfecturis Italicis, ſub dominio Helvetiorum, ab anno 1512. inter Mendriſinam Præfecturam ad ortum, & Locarcenſem etiam Præfecturam ad occaſum, & in limite Ducatus Mediolani, cujus pars alias fuit. Ibi Luganum oppidum præcipuum.

Lucanum, *Lugano* Italis, *Luwertz* Helvetiis, oppidum Italiæ, caputque Præfecturæ Italicæ, Luganenſis dictæ, ſub dominio Helvetiorum, arcem habuit munitam, nunc deſtructam, 11. milliaribus diſtans à Belirione in Meridiem, 12. à Locarno in ortum, & 20. circiter à Como in occaſum æſtivum.

Luoanum, *Lugan*, urbs eſt Imperii Sinarum, in Xanſia provincia, cujus quarta exiſtit, teſte Martinio, ab ea pendent 7. minores urbes, & ſedet in tractu fertili admodum, ad fluvium *Chang* dictum.

Luganus Lacus, *il Lago di Lugano* Italis, *Luwertzſee* Helvetiis, lacus Italiæ, nunc in ditione Helvetiorum, ſic dicitur à Lugano oppido adjacente, extenditurque ad 15. milliaria ab ortu æſtivo in occaſum hybernum, inter Lacum Larium ad ortum, & Lacum Verbanum ad occaſum, in quem ſe exonerat mediante amne Treſa.

Luooa, *Lugde*, oppidulum Germaniæ in Weſtphalia, & in ditione Epiſcopi Paderbornenſis ad Ambram amnem, 7. milliaribus Germanicis à Paderborna diſtans in ortum æſtivum. Vide Luda.

Luguunensis Gallia, pars fuit perampla Galliæ antiquæ, ſic dicta à Lugduno ejus urbe præcipua, cum antea Gallia Celtica vocaretur. Extenſa fuit inter Galliam Aquitanicam, Galliam Belgicam, Galliamque Narbonenſem, & in quinque partes poſtea diviſa fuit. Vide Gallia Lugdunenſis & Gallia Celtica, ubi fuſius de ea.

Luguunansis Provincia, *le Lyonnois* indigenis, *il Lioneſe* Italis, provincia Galliæ ſatis parva, inter Delphinatum & Breſſiam ad ortum, & Forenſem provinciam ad occaſum. Separatur à Delphinatu Rhodano fluvio; extenditurque à Septentrione in Meridiem per 12. leucas. Ejus præcipua urbs eſt Lugdunum.

Lugdunensis Sinus, *le Golfe de Lyon* Gallis, *il Golfe Leone* Hiſpanis, pars eſt maris Mediterranei, nautis formidabilis, inter Provinciam ad ortum, & Cataloniam ad occaſum; extenditurque uſque ad Baleares inſulas, & ultra, & dicitur etiam Leoninus ſinus.

Lugdunum, urbs Seguſianorum in Galliæ Celtica, quæ ab ipſa Lugdunenſis dicta fuit Straboni, Plinio, Antonino, & aliis, à Munatio Planco condita, ſub Auguſto, & ſic vocata veteri Gallorum lingua, quaſi montis corvus, ut exiſtimant, Lugdunum Celtarum dicta fuit etiam, & Lugdunum Seguſianorum ad aliarum urbium hujus nominis differentiam, nunc vulgo *Lyon* incolis, *Leon* Germanis, *Lione* Italis, *Leon*, ſive etiam *Leon de Francia* Hiſpanis, *Lyons* Anglis, *Lugdun* Polonis, urba Galliæ celeberrima, & ampliſſima, Archiepiſcopalis, & permunita, Lugdunenſis provinciæ ab ea dictæ caput, emporiumque clariſſimum ad montium radices, in ipſo limite provinciarum Breſſiæ & Delphinatus, à qua ultima ſeparatur tantum Rhodano fluvio, qui ad ipſam ponte trajicitur lapideo oblongo, & juxta & infra recipit Ararim fluvium, qui per hanc urbem labitur, & in ea jungitur tribus pontibus, dividitur autem ab eodem Arari fluvio in duas partes, ex quibus major eſt pars Sancti Nicetii, *la partie de Saint Nizier*, inter Rhodanum & Ararim, minor vero eſt pars Sancti Joannis, *la partie de Saint Jean*, quæ ſatis montuoſa, & ad radices montis Fori veteris, & in his duobus partibus ſunt 32. partes minores, *les Penonages* dictæ, habet quatuor ſuburbia perampla, & caſtrum antiquum in rupe adjacenti Petra Sciſſa, vulgo *Pierre Sciʒe* dictum, populo numeroſiſſima eſt, creſcitque in dies incolarum frequentia, & ædificiorum elegantia. Patria fuit Claudii Imperatoris, & in ea occiſus fuit Gratianus Imperator anno 383. In ea etiam habita ſunt duo Concilia Generalia, nempe Lugdunenſe primum ſub Innocentio IV. Pontifice Maximo anno 1245. & Lugdunenſe II. ſub Gregorio X. Papa anno 1274. diſtat autem hæc urbs 100. leucis à Lutetia Pariſiorum in Meridiem, uti 50. à Nivernis, 36. à Divione, 22. à Cabillone, & 11. à Matiſcone, Viennam verſus 5. & Avenionem 36. ab Auguſta Taurinorum 60. circiter in occaſum æſtivum, Rodumnam verſus 12. & Claromontem 25. hinc Lugdunenſes populi, *les Lyonnois* vulgo ſibi & Gallis, *li Lioneſi* Italis, & *los Leoneſes* Hiſpanis, de hac urbe ita ſcribit Joannes *Commire* S. J. vir ſcriptis, & præſertim poëſi clariſſimus.

Montis amans corvus fauſto dedit omine nomen:
Sunt ſtructa auſpiciis mœnia, Plance, tuis.
Junctus Arar Rhodano famulari gurgite ſervit;
Auges uterque meas, aut petis orbis opes
Religionis honor, morum conſtantia, Regi
Prompta fides, nulla ſe magis urbe probant.

Lugounum Batavorum, urbs Galliæ Belgicæ in Batavis, ex itinerario Antonini, quæ Logodinum Ptolemæo, nunc omnium judicio eſt *Leyden* incolis, *Leyde* Gallis, urbs ampla Belgii uniti, in Hollandiæ Comitatu, ad antiquum Rheni alveum, caput eſt agri Rhenolandici, prope lacum Harlemenſem dictum, eſtque totius Hollandiæ poſt Amſterodamum populoſiſſima, Academiam habens percelebrem die 8. Februarii anno 1575. inſtitutam, nota eſt obſidione & clade Hiſpanorum anno 1574. & ſita eſt pene in medio ceterarum urbium, quippe Delphis tribus, Amſterodamo, Dordraco, & Ultrajecto ſeptem leucis diſtans.

Luguunum Convanarum, urbs Galliæ in Aquitania, ad montium Pyrenæorum radices, in

Conventu

Convenenſi tractu, unde dicitur etiam Convenæ, exciſa fuit à Francis ſub Rege Guntchramno anno 584. & in ejus ruinis excitata fuit urbs à S. Bertrando anno 1100. unde nomen recens *Saint Bertrand*, Faoum Sancti Bertrandi, eſtque Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Auſcitano, ſedet in colle, ad Garumnam fluvium, in confinio Aragoniæ, teſte Petro de Marca, dicitur etiam à quibuſdam *Saint Bertrand de Cominges*, & diſtat 16. mill. paſſ. ab Aquis Convenarum, ut cooſtat ex itinerario Antooini, 15. leucis à Toloſa in occaſum hybernum, 11. ab Auſciis in Auſtrum, & 5. à Conſoranis in occaſum, ab aliis vocatur Lugdunum Aquitaniæ. Vide Convenæ.

Lugdunom Clavatum, urbs Galliæ Belgicæ quibuſdam, quæ ab aliis dicitur & melius Laudunum. Vide ibi.

Lugdunum Salnerium, *Lyon le Saunier*, oppidum Galliæ alias munitum, in Comitatu Burgundiæ, & in limite Ducatus Burgundiæ, 8. leucis diſtans à Dola in Meridiem, ab aliis dicitur Ledo Salinarius. Vide ibi.

Logdunum Segustanorum, urbs Galliæ Celticæ, in Seguſianis. Vide Lugdunum.

Lugdunum Westphaliæ, *Lugde*, oppidulum Germaniæ in Weſtphalia. Vide Luda.

Lugensis Comitatus, *Louth County*, tractus Hiberniæ, in Lagenia provincia, verſus mare Hibernicum, cum oppido primario cognomine. Aliis & melius eſt Luthenſis Comitatus, inter Ultoniam & Dunenſem Comitatum ad Septeotrionem, & Mediam ad Meridiem. Ejus urbes ſunt Lutum, Pontana, Carlinfordia, & Ardracum. Vide Luthenſis Comitatus.

Lugeum Palus, ſive Lugea, palus Pannoniæ ſuperioris Straboni, ad radices Alpium, nonc Circonicenſis lacus, vulgo *Czirknitzerzée*, palus ſive lacus Germaniæ in Carniola provincia, teſte Lazio, & verſus Iſtriam, ſic dicitur ab oppido cognomine adjacente, & eſt intra montes & ſylvas denſiſſimas, ab ortu in occaſum extenſos ad quatuor milliaria Germanica, & eſt valde mirabilis, cum ſingulis annis frumentum, piſcationem, & venationem præbeat, aquis accedentibus & recedentibus.

Logi, populi Britanniæ inſulæ Ptolemæo, qui & Logi dicti, proximi Carinis fuere, obi nunc *Sutherland*, Sutherlandia, provincia Scotiæ Borealis ſeu Traos-Taanæ, juxta Oceanum Germanicum, inter Cathaneſiam & Naverniam provincias ad Septentrionem, & Roſſiæ partem orientalem ad Meridiem, ejus vero caput eſt Dornum ſive Dornocum, ad æſtuarium cognomine.

Lugidonum, urbs Germaniæ Ptolemæo, nunc quidam interpretantur *Glogaw* Glogaviam, majorem urbem Sileſiæ ad Oderam fluvium, teſte Mercatore.

Luudons, ſeu Liguidonis portus, in ora orientali Sardiniæ inſulæ Antonino, nunc *il Lago Liaſto*. Vide Liguidonis portus.

Luudurisnsis Provincia, *el Cabo de Logudori*, pars media Sardiniæ inſolæ verſus Septentrionem, quæ ſic dicitur in actis mediæ ætatis, cum à recentioribus dicatur Caput Loci aurei. Vide ibi.

Logudorium, provincia Sardiniæ inſulæ, quæ melius Caput Loci aurei dicitur. Vide ibi.

Loouio, *Longwion*, oppidulum Galliæ in Barrenſi Ducatu, ad Carum fluvium *le Chier*, in limite Luxemburgenſis Ducatus, & medium fere inter Theodonis villam ad ortum, & Sathenacum ad occaſum.

Luguvallum, urbs Brigantum in Britannia inſula Antonino, quæ Luguballia Bedæ, nunc Latino receoti Carleolum, *Carlile*, urbs Angliæ in Cumbria Comitatu, ad Itunam fluvium, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Eboracenſi, teſtibus Lhuydo, & Camdeno, eſtque ſatis munita cum caſtro, 5. milliaribus Scoticis diſtans à limite Scotiæ in ortum, uti ab ora maris Hibernici Dunelmum verſus 50. & Eboracum verſus 80.

Luichaum, *Luichen*, urbs eſt Imperii Sinarum, in Quantunia provincia, cujus nona cenſetur, teſte Martinio, ſita in planitie cultiſſima, juxta lacum Lohum, & ab ea pendent duæ aliæ urbes minores.

Loisium, ſeu Fanum Sancti Joannis Luiſii, *Saint Jean de Luz*, oppidum Galliæ, io Aquitania, & in Vaſcitania tractu, cum portu in ora Oceani, 2. leucis à confioio Hiſpaniæ, & à Fonte rapido. Vide Fanum Sancti Joannis Luiſii.

Luma, Arabiæ deſertæ oppidum, teſte Ptolemæo.

Lumia, urbs Aſiæ minoris, circa Mæandrum fluvium, Niceta teſte.

Lumbaria, ſeu etiam Ilumberis, *Lumbier*, oppidum Hiſpaniæ in Navarra ſuperiori, & in Majorinatu Sangueſano, ad fluviolum Yratum, ubi recipit Ochagaviam, una leuca à Sangueſa in Septentrionem, hinc Populi Ilumberitani dicti.

Lumbricatum, inſula Dalmatiæ Porphyrogennetæ, Italis *Vergada*, Slavis *Lancat*, io mari Adriatico, teſte Joanne Lucio.

Lumina, *Lumme-Aa*, fluvius parvus Sueciæ in Scania provincia, teſte Pontano,

Lumone, locus Liguriæ Antonino, verſus Alpes, nunc *Limon*, vicus Comitatus Tendæ in Italia, intra Alpes Maritimas, ſub dominio Ducis Sabaudiæ, ubi tranſitus *le Col de Limon* dictus, à Pedemontio in Comitatum Nicæenſem, & prope Tendam.

Luna, urbs Hetruriæ, in Liguriæ confinio Straboni, Plinio, & Livio, una ex duodecim primis Tuſcorum coloniis, nonc exciſa, & ejus rudera *Luna diſtrutta* dicuntur, ad oſtia Macræ fluvii, cui Screzana, quæ nova Luna dici poteſt, ad 3. millia paſſuum in Epiſcopali ſede ſucceſſit, 30. milliaribus diſtans à Luca io occaſum Genuam verſus 60. cum portu, hinc Lunenſis tractus adjacens.

Lunæ Mons, in Æthlopia, ex quo ut exiſtimavit Ptolemæus, Nilus fluvius ortum habet, nonc *Bed* incolis, teſte Marmolio, ſed aliter ſentiunt plurimi, ex novis relationibus Æthiopiæ, ut pluribus probat Hieronymus Lobus Luſitanus qui illas partes per aliquot annos luſtravit.

Lonæ Mons, promontorium Luſitaniæ Ptolemæo, quod & promontorium magnum à Plinio appellatur, & Olyſipponenſe, nunc *el Cabo de la Roca*, ad oſtia Tagi fluvii, 6. leucis diſtans ab Olyſippone io occaſum, & vix una ab arce *Caſcaes* dicta, teſte Reſendio.

Lunæ Lacus, *Mannſée*, lacus parvus Germaniæ in Bavaria inferiori, verſus confinia Auſtriæ, & Terræ ſupra Anaſſum, prope oppidulum cognomine.

Lonæ Portus, portus maximus, ſeu verius ſinus Liguriæ Straboni, inter Portum Veneris & Portum Ericis, ambitu 20. mill. paſſ. patens, vulgo *il Golfo della Spezia*, ſic à Spetia oppido in intimo receſſu denominatus, in ora orientali ditionis Genuenſis.

Lonarium, promontorium Hiſpaniæ citerioris Ptolemæo, vulgo *el Cabo de Palafugel*, in Ca-

talonia, & in ora maris Mediterranei, prope Palamum, teſte Henrico Coquo, ſed aliis eſt *el Cabo de Toſa*, promontorium Cataloniæ, etiam in eadem ora, 15. mill. à priori in occaſum hybernum Barcinonem verſus.

LUNDA, *Lunden*, oppidulum Germaniæ in Holſatia, & in Dithmarſia provincia, prope Eyderam fluvium, & fere inter Tonningam & Fridericoſtadium, 5. milliaribus Germanicis à Sleſvico diſtans in occaſum, ſub dominio Ducum Holſatiæ.

LUNDIS, *Lund* incolis, *Lunden* Germanis, urbs Regni Sueciæ, in Scania provincia, cujus caput olim extitit, & Archiepiſcopalis antea, cui ſex Epiſcopi ſuffragabantur, qui omnes ſunt in Regno Daniæ, cujus alias etiam pars fuit, ſed ab anno 1658. ſubeſt Suecis, qui in ea Academiam erexerunt Carolinam dictam, anno 1668. Olim clarior fuit, nunc vero deficit in dies, ſine muris à paucis inhabitata, 5. milliaribus Danicis diſtans ab Hafnia in ortum æſtivum, & 3. à Coronia in ortum hybernum. Urbi proximus eſt collis, in quo Reges olim electione ſolemni Regno præfici ſolebant, ut teſtatur Joannes Meurſius, Epiſcopalis facta fuerat à Suenone Eſthritio Rege Daniæ anno 1065. ſed poſtea Archiepiſcopali dignitate inſignita fuit anno 1103. ſub Errico Pomerano Rege etiam Daniæ; peſſime habita fuit ultimo bello Danico, & juxta ipſam Chriſtianus V. Daniæ Rex victus fuit, & maxima clade affectus à Carolo X. Sueciæ Rege die 14. Decembris 1676. ſed ex quo Suecis ſubeſt, Epiſcopalis tantum eſt, cum ejus loco Hafnia Archiepiſcopali titulo decorata fuerit à Friderico III. Daniæ Rege anno 1660. hinc Lundenſis nomen gentis.

LUNEBURGENSIS DUCATUS, *das Hertzogthumb von Lunenburg* incolis, *le Duché de Lunebourg* Gallis, provincia Germaniæ, in circulo Saxoniæ inferioris, inter Holſatiam ad Septentrionem, Marchiam Brandeburgicam ad ortum, Brunſvicenſem Ducatum ad Meridiem, & Weſtphaliam ad occaſum, cum Ducatu Bremenſi. Totius Ducatus primaria eſt Luneburgum *Luneburg*. Aliæ urbes ſunt Cella, *Zell*, ubi ſedes Principis, Ultza, *Ultzen*, Danebergа, *Daneberg*, & Harburgum, *Harburg*, ad Albim; ſubeſt autem hæc provincia Duci Loneburgenſi Cellano dicto, ſimul cum Danebergenſi Comitatu.

LUNEBURGUM, ſeu Lunæburgum, *Lunenburg* incolis, *Lunebourg* Gallis, urbs Germaniæ, Hanzeatica, ampla, & permunita ad amnem *Ilmenow*, in Saxonia inferiori, & Ducatus Luneburgenſis caput; Imperialis fuit & libera, ſed poſtea ab Imperio exempta, nunc ſubeſt Duci Luneburgenſi. Crevit ex ruinis Bardevici urbis vicinæ. Vix 2. milliaribus Germanicis diſtat ab Albi fluvio in Meridiem, uti 10. à Lubeca Brunſvicum verſus 16. duobus à Lavenburgo in occaſum hybernum, & 7. ab Hamburgo in ortum, & condita fuit anno 1190. ab Henrico Leone. Ejus autem arx vetuſtior eſt urbe 124. annis, eſtque in monte Calcario, *der Kalckberg* dicto.

LUNELIUM, & Lunellum, *Lunel*, oppidum Galliæ, alias munitum, in Occitania provincia, vix 4. leucis ab ora maris Mediterranei, & una à ſtagno Magalonenſi, in Septentrionem, in Occitania inferiori.

LUNENSIS AGER, *la Lunegiana*, tractus Italiæ circa Lunam urbem exciſam, trans Macram fluvium, & pars Hetruriæ antiquæ, ſed parva admodum, verſus oſtium Macræ & oram maris Tyrrheni, nunc autem in duas partes dividitur, quarum major & orientalior Maſſæ Duci ſubeſt, minor vero ſive occidentalior, ubi Serezana cum agro adjacente, Genuenſi Reipublicæ paret.

LUNENSIS SINUS, *il Golfo della Spezia*, ſinus eſt maris Liguſtici in ora orientali Genuenſi, ſic dictus a Luna urbe exciſa in ejus viciniis, eſtque inter Macræ fluvii oſtium, & Portum Veneris, cui adjacet, extenditur ad aliquot milliaria, & illum circumſtant etiam Portus Ericis, arx S. Mariæ, & Spetia, unde nomen recens ei inditum fuit.

LUNEVILLA, ſeu etiam Mortana, *Luneville*, oppidum Galliæ in Lotharingia, & in Præfectura Gallica dicta, ad *Veſouze* fluviolum qui paulo infra cadit in Murtam. 5. leucis ſupra Nanceium in in ortum æſtivum, & totidem à Blamontio in occaſum.

LUNGIPRESSUM, oppidum Galliæ Togatæ in Æmilia, cujus fit mentio in hiſtoria Ravennæ, nunc *Ruſſio*, caſtrum Romandiolæ in ditione Eccleſiæ, teſte Hieronymo Rubeo, 10. mill. paſſ. à Ravenna diſtans in occaſum, & tandem à Faventia in ortum æſtivum, in limite Ducatus Ferrarienſis.

LUPARA, *le Louvre*, Palatium Regum Galliæ Pariſiis, alias extructum à Carolo V. Rege ad Sequanam fluvium. Sed his ultimis temporibus de novo magnificentiſſime excitatum. Vide Lutetia Pariſiorum.

LUPARA, *Louvres* cognomento *en Pariſis*, burgus Galliæ, in provincia Inſulæ Franciæ, & in agro Pariſienſi, 6. leucis à Pariſiis Septentrionem verſus, in via quæ Sylvanectum tendit.

LUPARIÆ, *Louviers*, urbs Galliæ in Normannia provincia, cum ponte lapideo ad Eburam fluvium, in planitie peramoena, 4. leucis infra Ebroicum in Septentrionem, verſus Pontem Arcus 2. & Rothomagum quinque.

LUPATIA, urbs Italiæ in Apulia, nunc exciſa, teſte Luca Holſtenio, ubi hodie Altamura *Altamura*, urbs Regni Neapolitani in provincia Bariana.

LUPERCAL, locus urbis Romæ Halicarnaſſo, ad Tiberim, & ſub monte Aventino, Deo Pani ſacer, cujus ſacra Lupercalia, & Sacerdotes Luperci dicebantur.

LUPERCIANA, Africæ civitas à divis Auguſtino & Cypriano memorata in Concilio Carthaginenſi.

LUPPURDUM, urbs Germaniæ Ptolemæo, quæ nunc Appiano, & Pyrchaimero videtur eſſe Miſna, *Meiſſen*, urbs Miſniæ provinciæ caput, in Saxonia ſuperiori, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Magdeburgenſi, ad Albim fluvium, infra Dreſdam, de qua vide Miſna, ſed Ortelio teſte, eſt Lipſia *Leypzig*, urbs culta, & emporium ejuſdem proprovinciæ, quod loco & nomini propius videtur.

LUPIA, *le Loing*, fluvius Galliæ. Oritur in Puſæenſi tractu, in limite Burgundiæ, deinde in Boream fluens Caſtellionem rigat & Montargium, ubi recipit incile Brivoduri, poſtea juxta Nemurtium labitur per Vaſtinium agrum, & aliquot aliis rivis auctus, paulò infra Moretum in Sequanam ſe exonerat.

LUPIÆ, oppidum & portus Calabrorum in Meſſapia, Melæ, & Straboni, Lupia Plinio, Lipia Antonino, Aletinorum navale, nunc pagus *la Rocca* dictus in Regno Neapolitano, & in provincia Hydruntina, in ora maris Adriatici, inter Brundiſium & Hydruntum, ab Aletio 10. milliaribus in Septentrionem, teſte Galateo, cui uti indigenæ fides magis adhibenda eſt, quamquam Cluverio ſit *San Cataldo* pagus ejuſdem provinciæ, &

Digitized by Google

etiam 10. mill. paſſ. ab Aletio verſus Brunduſium in ora littorali, eratque olim Epiſcopali ſede inſigne ſed poſt ejus deſolationem, Epiſcopatus Aletino unitus fuit, unde aliquando Aletinus & Lupiarum Epiſcopus dicitur.

LOPIAS, Fluvius Germaniæ Straboni, qui Lupia Melæ, & Luppia Tacito, vulgo *la Lippe*, fluvius Weſtphaliæ, oritur in vico *Lippſprinck*, prope Paderbornam urbem, & in ditione Paderbornenſi, hinc in occaſum fluens, Luppiam urbem rigat, & ditionem Epiſcopi Monaſterienſis à Comitatu Marchiæ ſeparans, ad Hamonam labitur, uti ad Dorſtenam, & tandem per Clivenſem Ducatum in Rhenum ſe exonerat ad Veſaliam urbem inferiorem. Dicitur etiam Lippia à recentioribus.

LUPINUM, ſeu villa Lupina, *Majenfeld*, oppidum Rhætorum, teſte Tſchudio, ex veteribus monumentis. Vide Majævilla.

LUPODUNUM, oppidum Germaniæ, cujus meminit Auſonius in Moſellanicis, hodie *Ladeburg*, oppidulum Germaniæ in Palatinatu Rheni, ad Nicrum fluvium, inter Heidelbergam ad ortum & Manheimum ad occaſum, dicitur aliter Ladeburgum & Loboduoum. Vide ibi.

LUPPIA, urbs Germaniæ Ptolemæo, quæ aliis quibuſdam eſt Lupias, nunc eadem creditur, quæ etiam hodie vocatur Luppia, ſive Lipſtadium, *Lipſtadt*, urbs Germaniæ, Hanzeatica & permunita, Comitatus cognominis caput, in Weſtphaliæ circulo, ad Luppiam fluvium, antea Imperialis erat & libera, deinde ab Imperio exempta, poſtea paruit proprio Comiti, ſed ab ipſo oppignerata fuit Duci Clivenſi pro 8000. marcis argenti, nec huc uſque redempta, ſicque nunc ſervatur ab Electore Brandeburgico, qui Clivenſibus ſucceſſit, eſtque inter Paderbornam ad 3. milliaria Germanica diſtantem ad ortum, & Suſatum Hamonamque ad occaſum, ſed intra paludes ſita & aëris gravioris.

LUPPIÆ COMITATUS, & Lippienſis etiam, *die Graffſchafft von Lippe* incolis, *le Comté de la Lippe* Gallis, tractus Germaniæ in Weſtphaliæ circulo, inter Epiſcopatum Paderbornenſem, Ducatum Weſtphaliæ, & Comitatum Ravensbergenſem, ſic dicitur à Luppia ejus urbe primaria nunc Electori Brandeburgico oppignerata, & ſubeſt dominio proprii Comitis, qui Lemgoviæ commoratur, & cui paret etiam pars Comitatus Schaumburgenſis, ipſi à Mauritio Landgravio Haſſiæ nuper conceſſi.

LURANSE MONASTERIUM, ſive Lurenſe. *Lure*, Abbatia Galliæ, in Comitatu Burgundiæ, ſub invocatione Sancti Martini, ad fluvium *le Lougnon*, & ad radices Vogeſi montis, 13. leucis à Veſontione in Septentrionem, & Murbacenſi Abbatiæ unita, dicitur etiam Ludera. Vide ibi.

LURINUM, oppidum Corſicæ mediterraneum Ptolemæo, nunc pagus ingens, *Luri*, prope oppidum S. Florentii, Centurinum verſùs 10. a Baſtia 20. mill. paſſ. à Mariana duplo diſtans intervallo, Opinum 3.

LURRA, *Lorgha*, oppidulum Hiberniæ inſulæ, in Momonia provincia, & in Comitatu Typerarienſi, ad Sanonem fluvium.

LUSARCHIA, & Luſarca, *Luſarche*, oppidulum Galliæ in provincia Inſulæ Franciæ, & in Francia propria, 8. leucis à Pariſiis diſtans in Septentrionem Creolium verſus, & in via Ambianum verſus, 2. leucis à Sylvanecto diſſitum.

LUSATIA, vulgò *die Lauſnitz* incolis, *la Luſace* Gallis, aliàs Miſniæ & deinde Bohemiæ annexa fuit; ſed ab ultimo bello Bohemico anno circiter 1620. ſubeſt dominio Ducis Electoris Saxoniæ. Dividitur in ſuperiorem, cujus caput eſt Gorlitium, & in inferiorem, cujus primaria eſt Sorava. Extenditur à Septentrione in Meridiem, & terminatur ab Oriente Sileſia, ab Occidente Ducatu Saxoniæ, à Borea Marchia Brandeburgica, & ab Auſtro Bohemia. Sed hiſce ultimis temporibus diviſa fuit Luſatia. Superior enim paret Duci Electori Saxoniæ; inferior autem Luſatia ſubeſt Duci Saxoniæ Merſoburgenſi ex conceſſione Electoris Saxoniæ Joannis Georgii I. anno 1652. Urbes ſuperioris Luſatiæ ſunt Gorlitium, *Gorlitz*, Budiſſina, *Bautzen*, Zittavia, *Zittaw*, & Lanba, *Lauban*. Luſatiæ inferioris urbes ſunt Zdiarum ſeu Sorava, *Soraw*, Guba, *Guben*, & Cotbuſium, *Corbus*, quæ ultima ſubeſt Electori Brandeburgico.

LUSDUM, ſive etiam Ludum, *le Lude*, oppidum Galliæ, ad Ledum fluvium, in Andegavenſi provincia, & in ipſo limite Cenomanenſi, nuper Ducali titulo inſignitum, 4. leucis diſtans à Flexia in ortum, & 9. a Salmurio in Septentrionem.

LUSIGNANUM, *Luſignan* incolis, *Luſiniano* Italis, oppidum Galliæ, in Pictavenſi provincia, cum caſtro ad Vonam amnem. 5. leucis diſtat à Pictavio in occaſum hybernum Rupellam verſùs. Hinc Cyprii Reges dicti fuere.

LUSITANI, populi fuere Hiſpaniæ, in Luſitania Ptolemæo, & aliis, inter Durium fluvium ad Septentrionem, Vettones populos ad ortum, Tagum fluvium ad Meridiem, & Oceanum Atlanticum ad occaſum, ubi nunc ſunt provinciæ Portugalliæ, Beira, Extremadura Portugallica, & pars ſeptentrionalis provinciæ Tranſtaganæ.

LUSITANIA, regio Hiſpaniæ, & una ex ejus tribus partibus in occaſum vergens Straboni, Ptolemæo, & aliis, quæ à Septentrione Durio fluvio à Tarraconenſi diviſa erat, uti etiam ab Oriente, linea ducta ab Oretania veteri uſque ad pontem Durii contra Septimancas, ab Occidente Oceano Atlantico terminata fuit, ad Meridiem à Bætica Ana fluvio ſeparata fuit, nunc ab authoribus pro Portugallia ſumitur, vulgo *le Portugal*, quamquam non ex æquo ſibi reſpondeant, cum nec tota Portugallia Luſitaniæ antiquæ finibus circumſcripta ſit, nec etiam totam Luſitaniam complectatur Portugallia, licet potiſſima ejus pars Portugalliæ ſubjaceat, nam tota Interamnis provincia, *entre Douro è Minho*, extra Luſitaniam erat; eadem ratione Luſitaniæ pars quæ Tarraconenſem ſpectat, in Portogallia non comprehenditur, ubi nunc Extremadura provincia Regni Legionenſis, cum parte ejuſdem Regni. Luſitania autem diviſa erat in tres Conventus, in Pacenſem, Scalabitanum, & Emeritenſem, teſte Plinio, & in ea erant populi Luſitani à quibus nomen regioni inditum, Vettones & Celtici.

LUSPIÆ, Ptolemæo. Vide Lupiæ.

LUSSONIA, *Luçon*, inſula perampla Aſiæ, in mari Indico, Philippinarum inſularum præcipua, quæ ſæpius Manila dicitur ab ipſius urbe primaria & Archiepiſcopali, in meditullio inſulæ, ſub Hiſpanis. Vide Manila.

LUSITANIA, nunc Portugallia, aliàs Reges habuerat proprios, 17. numero, ab anno nempe 1100. uſque ad annum 1580 quo mortuo Rege Henrico poſtremo, qui Cardinalis fuit, Philippus II. Hiſpaniæ Rex Regnum occupavit, ſicque tota Hiſpania ad Monarchiam quam ſub Gothis habuerat rediit. Sed iterum anno 1640. Portugallia proprium Regem ſibi elegit Joannem IV. antea Brugantiæ Ducem, cui ſucceſſit filius, ſicque à reliqua Hiſpania ſejuncta, proprio etiamnum Regi ſubeſt. Hinc Luſitani populi, *los Portugheſes* Hiſ-

panis, *les Portugais* Gallis, *li Portogheſi* Italis. Vide Portugallia.

Lussonium, Pannoniæ inferioris urbs Ptolemæo, quæ Luſſunium dicta, ex itinerario Antonini, poſtea etiam Intercisa, in Valeria Ripenſi, ex libro Notitiarum, nunc reſte Simlero, eſt *Pax*, caſtrum Hungariæ inferioris ad Danubium fluvium, in Tolnenſi Comitatu, paulo ſupra Colociam urbem, 10. milliaribus Germanicis à Buda in Meridiem Quinque Eccleſias verſus 6.

Lutensis Comitatus, *Cunntae Luighaigh* incolis, *the County of Louth* Anglis, tractus Hiberniæ inſulæ in Lagenia provincia, & in ora maris Hibernici à quo terminatur ad ortum, uti à Septentrione Dunenſi Comitatu, ad occaſum Armacano, & à Meridie Midia, & ejus oppida ſunt Lutum, *Louth*, Ardracum, *Ardrack*, Pontana, *Drogheda*, & Carlingfordia, *Carlingford*, dicitur aliter Lugenſis Comitatus à quibuſdam.

Lutetia, urbs Galliæ Celticæ, Pariſiorum caput Cæſari, quæ aliis & ſæpiſſime Lutetia Pariſiorum dicta, Lucotetia Ptolemæo, Luretia, atque Caſtellum Pariſiorum Ammiano, & Pariſii etiam aliis, ſic dicta fuit quaſi Turris pulchra, ea enim erat verborum vis in lingua Britannica, ut pluribus innuit Camdenus, quod rectius, cum hæc lingua olim fuerit uſitata in Gallia, quam quod plurimi fingunt illam dictam fuiſſe à luto voce Latina; cum Galli, tempore quo Lutetia condita fuit, aliquot ſæculis ante adventum Romanorum, nullum haberent uſum linguæ Latinæ, ipſis ne nomine quidem notæ: nec divinare poſſent quod Gallia aliquando Romanis ſubjaceret, tum etiam quia Lutetia in inſula Sequanæ fluvii poſita erat, ſicque à luto recte dici non poterat. Lutetia Pariſiorum, nunc Pariſii, *Paris* vulgo, *Pariss* Germanis, atque Polonis, & *Parigi* Italis, jam urbs celebris fuit tempore Romanorum, cum Julianus Imperator in ea ſedem fixerit, & thermas etiam Palatiumque ſtruxerit, & à Clodoveo primo Francorum Rege Chriſtiano facta eſt ſedes Regia, unde ſucceſſu temporis crevit in immenſum, pluries productis pomeriis citra & ultra Sequanam. Sicque nunc Franciæ Regni primaria, & caput exiſtit, Regumque Chriſtianiſſimorum ſedes Regia, in provincia Inſulæ Franciæ, cujus præcipua eſt, Archiepiſcopali dignitate inſignita fuit à Gregorio XV. Pontifice Maximo die 20. Octobris 1622. eſtque hodie totius Europæ facile ampliſſima, populoſiſſima, & ditiſſima, emporiumque celeberrimum, quotidie ſupra modum excreſcens, nec jam urbs, ſed provinciæ inſtar, ejus ſuburbia magnæ urbes. Ipſa nunc in quatuor partes ſecatur à Sequana fluvio, quarum major & humilior ad Septentrionem tendens, Urbs dicitur, vulgo *la Ville*, in qua Palatium Regium Lupara vocatum, *le Louvre*, totius Europæ ſuperbiſſimum, & pro maxima parte à Ludovico Magno Rege excitatum, Palatium Regium ad Laterarias, *les Thuileries*, ab eodem Rege exſtructum, aliud Palatium Regium nuncupatum, *le Palais Royal*, à Cardinale Richeleo exſtructum; Domus Urbana, *l'Hoſtel de Ville*, anno 1533. cœpta à fundamentis, ſub Franciſco I. Architectante Dominico Cortonenſi, & perfecta ſub Henrico IV. Caſtrum Baſtilia, Armamentarium, & Platea Regalis pulcherrima ſub Henrico IV. effecta, & Palatiis undique cincta. Pars minor urbis verſus Meridiem extenſa, loco altiore, & quæ per colliculos nonnihil aſſurgit, Univerſitas dicitur, *l'Univerſité*; quod in ea ſit Academia ſeu Univerſitas ſtudiorum celeberrima, à Carolo magno Rege Francorum & Imperatore, ut volunt, inſtituta, in qua ſunt ſexaginta quatuor Collegia, quorum præcipuum Sorbona. Tertia pars urbis eſt Inſula fluvio undique cincta, quam civitatem vocant, vulgo *la Cité*, in qua tantum antiquitus urbs reſtricta fuit; in qua ſunt Metropolitana Eccleſia auguſtiſſima, & perampla, B. Mariæ Virgini nuncupata, *Noſtre Dame*, aucta à Childeberto primo Rege, & a Mauritio de Soliaco Epiſcopo de novo ædificari cœpta, ſub Philippo Auguſto anno 1191. & perfecta ſub Odone de Soliaco etiam Epiſcopo anno 1208. & Palatium antiquum Regum peramplum, *le Palais*, ubi ſedes Parlamenti ampliſſimi, qui primarius & præcipuus totius regni Senatus, unde hæc inſula ſæpe dicitur inſula Palatii, *l'Iſle du Palais*. Quarta pars urbis, eſt alia Inſula minor, vocata Beatæ Mariæ Virginis Inſula, *l'Iſle Noſtre Dame*, initio hujus ſæculi ædificata, & hæ quatuor partes inter ſe junguntur novem pontibus lapideis & duobus ligneis, ex quibus præcipui ſunt Pons-novus, *le Pont-neuf*, totius Europæ ſuperbiſſimus: Pons Beatæ Mariæ, *le Pont Noſtre Dame*: & Pons Cambii, *le Pont-au Change*, in urbe & ſuburbiis ſunt quatuor Abbatiæ virorum, & plures Monialium, decem Collegiatæ Eccleſiæ, 43. parrochiales, & quamplurima utriuſque ſexus monaſteria, plateæ multæ, & innumera Palatia, & ædificia ſplendidiſſima, ejus viæ latæ, & optime ſtratæ, pro majori parte æquales ſunt, & mundæ; ipſa vero urbs ſine ſuburbiis, dividitur in ſexdecim partes, *les ſeize Quartiers* vulgo dictas, quarum nomina propria videbis infra. Urbis mœnia diverſis temporibus protracta fuere, nuncque etiam protrahuntur magnifice, & portas habent viginti, quarum ornatiores ſunt portæ S. Antonii, S. Bernardi, S. Dionyſii, & S. Martini; Suburbia vero ſunt tredecim, ex quibus præcipua ſunt Suburbium S. Germani, maximas urbes adæquans, nuncque partem ipſius conſtituens, ubi Abbatia S. Germani, & Palatium Aurelianenſe *le Palais d'Orleans*, Suburbium Sancti Antonii, Suburbium Sancti Marcelli, Suburbium Sancti Martini, & Suburbium Sancti Jacobi; & notandum eſt, quod in parte ſeptentrionali urbis ſunt ſeptem ſuburbia ampla, quanquam ſæpiſſime omittantur in Topographiis urbis etiam recentioribus, & in ipſa Lutetia Pariſiorum inciſis. Longum eſſet alia enumerare quæ de tanta urbe dici poſſunt; qui plura deſiderat, legat Jacobum *du Bruel* Ordinis S. Benedicti, in antiquitatibus Pariſienſibus, Belleforeſtium, Corozetum, alioſque qui fuſius ſcripſerunt de hac nobiliſſima urbe, in qua nati ſunt Francorum Reges Ludovicus V. Ludovicus VIII. Carolus V. & Carolus VI. diſtat vero hæc urbs 10. leucis à Sylvanecto in Meridiem, uti 17. à Compendio, 36. à Cameraco, 16. à Bellovaco, ab Abbavilla 34. & 60. à Caleto etiam in Meridiem, Melodunum verſus 10. Senonas 24. Aurelianum 34. Antiſſiodorum 40. Nivernas 50. & Lugdunum 100. circiter: à Rothomago vero 28. in ortum hybernum, Trecas verſus 34. Populi dicti, *les Pariſiens* vulgo. De Lutetia Pariſiorum ita Julius Cæſar Scaliger ſcribit.

Francigenæ princeps populoſa Lutetia gentis
Erigit immenſum clara ſub aſtra caput.
Hic civis numerum, ars pretium, ſapientia finem
Exuperant, ſuperant thura preceſque Deos.
Audiit, obſtupuitque hoſpes, factuſque viator
Vidit, & haud oculis credidit ipſe ſuis.

Digitized by Google

Lutatiæ Pariſiorum Regionas ſiva Partas Quadrantas dictæ, vulgo *les quartiers*.

Regio Luparæ, Sancti Honorati, & Sancti Rocchi: *le quartier du Louvre, de Saint Honoré, & de Saint Roch.*

Regio Sancti Germani Antiſſiodorenſis: *le quartier de Saint Germain de l'Auxerrois.*

Regio Montis Martyrum ſeu S. Euſtachii: *le quartier de Montmartre ou de Saint Euſtache.*

Regio Porticus rerum venalium: *le quartier de la Halle.*

Regio Sancti Dionyſii: *le quartier de Saint Denis.*

Regio Sancti Martini: *le quartier de Saint Martin.*

Regio S. Hedvigis, & paludis Templi: *le quartier de Sainte Avoye, & du Marais du Temple.*

Regio Sancti Antonii: *le quartier de S. Antoine.*

Regione Textoriæ, & Vitriariæ: *le quartier de la Tiſſeranderie & de la Verrerie.*

Regio Malleatoriæ: *le quartier de la Mortellerie.*

Regio Graviæ: *le quartier de la Grève.*

Regio Sancti Jacobi de Macello: *le quartier de Saint Jacques de la boucherie.*

Regio Civitatis, & inſulæ Beatæ Mariæ Virginis: *le le quartier de la Cité & de l'Iſle Noſtre Dame.*

Regio Sancti Severini, & S. Andreæ de Arcubus, & ſuburbii Sancti Germani: *le quartier de Saint Severin, & de Saint André des Arcs, & du fauxbourg Saint Germain.*

Regio Plateæ Malberti: *le quartier de la place Maubert.*

Regio Sanctæ Oportunæ: *le quartier de Sainte Oportune.*

Lutstia, *Paris*, locus Africæ in Guinea Regione, qui alter Pariſii & Seſtrum magnum dicitur. Vide ibi.

Luteva, ſeu Lutava Caſtrum, urbs Galliæ Narbonenſis, in Volcis Arecomicis Plinio, nunc *Lodeve*, urbs Galliæ in Occitania inferiori, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Narbonenſi, a Joanne XXII. Pontifice Maximo Epiſcopali ſede ornata, ſita eſt juxta amnem *Lergue*, ad radices Cemmeni montis, & in limite Ruthenenſis provinciæ, 12. leucis diſtans à Narbone verſus Septentrionem, uti 9. ab Agatha, & à Bliterria, & 15. à Nemauſu in occaſum, uti 16. ab Vcetia. Populi Lutevani dicti Plinio.

Luti, qui & Burii, populi Germaniæ Ptolemæo, forſan iidem qui Lugii Burii ab aliis dicuntur, fuere prope fontes Viſtulæ fluvii, ubi nunc forſan Ducatus Teſchinenſis & Ratiborienſis, in Sileſia ſuperiori, inter Poloniam minorem ad ortum & Moraviam ad occaſum, Pyramio & Cluverio teſtibus.

Lutia, oppidum olim Hiſpaniæ Tarraconenſis, in finibus Atevacorum, opulentum, à Numantia 300. ſtadiis, teſte Appiano Alexandrino.

Lutici, populi Germaniæ, & Slavorum pars, ſub quibus complectebantur hi quatuor populi, Byzini, Circipani, Tholenzi, & Redarii, qui à fortitudine dicti fuere Wilzi, & Lutici, teſte Helmodo libro primo, qui etiam meminit urbis *Relthre* in eorum regione, dicti fuere Luitizi, ſive Liutuzi in Cronico Hildesheimenſi, verſus annos 991. & 1056. atque 1100. & ab Hermanno Contracto Leutizi vocantur.

Lutis, *Leyta*, fluvius Germaniæ, labitur per Auſtriam inferiorem, ubi oppidum Lutipontem dictum, *Pruck an der Leyta* rigat, & deinde per Hungariam fluens, ad Altemburgum Danubio miſcetur, teſte Lazio.

Lutstia, & Leutitia, *Loyts*, oppidulum Germaniæ in Pomerania citeriori, ſub dominio Suecorum, ſedet ad Panim fluviolum, & in Dominio Gutskovienſi, 6. milliaribus Germanicis diſtans à Volgaſto in occaſum, & totidem à Sundis in Meridiem.

Lutomagus, oppidum Galliæ Belgicæ, in Morinis, cujus meminit Antoninus, nunc interpretatur Cluverius *Monſtreuil*, urbem munitam, in Picardia provincia, ad Quentiam fluvium, in confinio Arteſiæ, & mediam inter Hedinum ad ortum & oram maris Britannici ad occaſum, 5. leucis utrinque, ſed alii exiſtimant eſſe *Brimeu* Vicum Picardiæ prope Abbavillam.

Lutosa, *Leuſe*, oppidulum Belgii, in Hannoniæ Comitatu, inter Condatum & Athum.

Lutra, ſeu Lotharia, *Lutter*, caſtrum Germaniæ in Saxonia inferiori, & in Ducatu Brunſvicenſi, ubi anno 1626. Chriſtianus IV. Rex Daniæ magna clade affectus fuit à Cæſarianis, Duce Tillio: ſitum eſt in limite Hildesheimenſis Diœceſis, prope Innerſtam fluviolum, uno milliari Germanico à Goſlaria urbe in occaſum.

Lutra, *le Lauter*, fluvius parvus Germaniæ in Palatinatu Rheni, oritur prope Lutram Cæſaream, deinde in arctos tendens, 5. milliaribus ſupra Crucinacium Navæ fluvio miſcetur.

Lutra, ſeu Lutra Cæſarea, *Kaiſers Lautern* incolis, *Caſeloutre* Gallis, urbs parva Germaniæ in Palatinatu Rheni, dicta fuit Cæſarea à Friderico Ænobarba Imperatore conditore regalis ibi Caſtri, ad fluvium Lutram præterlabentem, vocatur à quibuſdam Lotharia Cæſarea à Lothario 3. Imperatore ibi ſepulto, ſed an rectè, difficile eſt dicere, ſedet ad amnem *Lauter*, in limite Ducatus Bipontini, ſub dominio Electoris Palatini, 4. milliaribus Germanicis diſtans à Bipontio in ortum Spiram verſus 7. fuit olim urbs Imperialis, ſed ab Imperio exempta anno 1402. à Ludovico Imperatore.

Lutraburgum, & Lutræcaſtrum, *Lauterburg*, oppidulum tenue Germaniæ, in Alſatia inferiori, Præpoſituræ Weiſſemburgenſis caput, cum caſtro, ideoque ſub dominio Epiſcopi Spirenſis, ad Lutram fluviolum qui paulo infra cadit in Rhenum, è regione Marchionatus Badenſis, prope Saletionem, 2. milliaribus Germanicis infra Veiſſemburgum, ſive Caſtrum Album in ortum, & 4. à Landavia in Meridiem, fuit olim Imperiale & liberum, ſed poſtea ab Imperio exemptum.

Lutterwortum, *Lutterworth*, caſtrum Angliæ, cum pago in Liceſtria Comitatu, medium ferè inter Liceſtriam urbem & Conventriam. Ibi fuerat Parochus Uviclefus Hæreſiarcha.

Lutum, & Loutha, *Louth*, oppidulum Hiberniæ, in Lagenia provincia, Comitatus Lutenſia præcipuum, ad amnem cognominem, aliquot tantùm milliaribus ab ora diſtans, & medium inter Dunkeranum ad Septentrionem, & Ardracum ad Meridiem, 7. mill. paſſ. utrinque diſſitum, aliaſque Lugha dictum fuit.

Lutza, *Lutzen*, oppidulum Germaniæ, in Miſnia provincia Saxonæ ſuperioris, prope Elſterum fluvium. Ubi Auſtriaci victi à Suecis anno 1632. & Guſtavus Adolfus Suecorum Rex occubuit, dicitur melius Lucena. Vide ibi.

Lutzelstanium, *Lutzelſtein*, Caſtrum Germaniæ in Alſatia. Vide parva Petra.

Luxemburgensis Ducatus, *le Duché de Luxembourg*, provincia Belgii maximè ad ortum & Auſtrum extenſa versùs Germaniam, ubi olim

Treviri populi ex parte, extenditur inter Trevirenſem ditionem ad ortum, Limburgenſem Ducatum ad Septentrionem, Leodienſem tractum, & Ducatum Bulionenſem ad occaſum, & Lotharingiam ad Meridiem, ejus annexæ ſunt Chiniacus Comitatus *le Comté de Chiny*, Marchionatus Otolaunenſis, *le Marquiſat de Arlon*, & Comitatus Rupenſis & Durbuienſis, *les Comtez de la Roche & de Durbuy*, quæ ſub ipſo perſæpe comprehenduntur, ſubeſtque dominio Hiſpanorum; ſed pars ejus auſtralis ſubeſt Regi Francorum à paucis annis.

LUXEMBURGENSIS DUCATUS URBES:

Baſtonacum, *Baſtogne*, Hiſpanis ſubeſt.
Luxemburgum, *Luxembourg*, Hiſpanis.
Monſmedius, *Monmedy*, Gallis.
Theodonis villa, *Thionville*, Gallia.

LUXEMBURGUM, *Luxembourg*, urbs ampla Belgii, Ducatus cognominis caput, ad Alizontem amnem, & probe munita, ſub dominio Hiſpanorum, 4. leucis diſtat à Theodonis villa in Septentrionem, & 6. à Treviris in occaſum, Otolaunum verſus 4. & 2. à confinio Lotharingiæ.

LUXIA, fluvius Hiſpaniæ Bæticæ, inter Bætim & Anam fluens, Plinio teſte, nunc *Odiel* in Vandalitia, teſte Roderico Caro.

LUXOVIUM, *Luxeuil*, oppidum Galliæ in Comitatu Burgundiæ, alias munitum ad Vogeſi montis radices, cum Abbatia celebri, vix 2. leucis diſtans à confinio Lotharingiæ in Meridiem Veſontionem verſus 12. ab Alſatia 6. leucis in occaſum Lingones verſus, & 6. à Veſulo in ortum æſtivum, ejus fit mentio apud Aimoinum monachum.

LUZA, urbs Palæſtinæ, poſtea *Bethel*, hoc eſt, domus Dei, in Tribu Benjamin, nunc *Sargorel* dicta.

LYBIA, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, inter Calagurim & Segiſamonclum occurrens, à Viroveſca 28. mill. paſſ. Calagurim verſùs, ex itinerario Antonini. Scribitur & Libya.

LYBUM, oppidum Cœleſyriæ, inter Laodiceam & Heliopolim 32. mill. paſſ. Damaſcum verſùs, quæ ab Heliopoli 56. abeſt, ex Antonino.

LYCABETUS, mons Atticæ altiſſimus, & Athenis proximus, Hymettóque finitimus Plinio, Lycabeſus Straboni, olivifer. Ejus meminit Statius libro 12. Thebaidos:

LYCADIUM SINUS, ſeu Cycladum ad Boſphorum Thracium, in ora Bithyniæ, inter Ciconium & Lembum promontoria: hodie Manolius ſinus, teſte Petro Gyllio; eſtque ſatis parvus, & 6. mill. paſſ. à Chryſopoli in ortum æſtivum prope Neocaſtrum Aſiaticum.

LYCÆA, Arcadiæ urbs apud Pauſaniam, & Stephanum, cui eadem Lycæthia etiam dicitur.

LYCÆUM, gymnaſium erat Athenis celebre, uti Suidas auctor eſt.

LYCÆOS, mons Arcadiæ, in Peloponneſo, excelſus Vibio Sequeſtri, & qui Olympus dicitur, Pani Deo paſtorum ſacer. Hinc Lycæus etiam nomen gentis, ejus meminit libro 1. Metamorphoſeon.

LYCANDUS, urbs Aſiæ minoris in Armenia minori, cujus meminit Porphyrogenneta, cum ab ejus patre eſſet inſtaurata, prope Tzamandum & hinc dictum fuit Thema Lycand.

LYCAONIA ARX, urbs Germaniæ in Saxonia inferiori, quæ aliis & ſæpius dicitur Guelferbitum, *Wolfembuttel*, in Ducatu Brunſvicenſi. Vide Guelferbitum.

LYCAONIA, regio parva Aſiæ minoris Straboni, Cappadociæ pars in Meridiem Ciliciam verſùs, ab ea Tauro monte diviſa, inter Iſauriam ad occaſum, & Armeniam minorem ad ortum, cujus metropolis eſt Iconium, à qua hodie regio nominatur *Cogni*. Populi Lycaones, & hinc Lycaonius nomen gentis.

LYCAONIA, inſula Tyberis in urbe Roma, vulgò *l'Iſola di San Bartholomeo*, ob ſacram illius ædem.

LYCAONIA, urbs Phrygiæ minoris, teſte divo Hieronymo in libris Hebraicis.

LYCASTRES, fluviolus Coæ inſulæ, in mari Ægeo, à quo Lyca civitas ejuſdem inſulæ dicta fuit, teſte Vibio Sequeſtri.

LYCASTUM, oppidum Cappadociæ Plinio, quod etiam Lycaſtrum quibuſdam, & Lycaſtia Apollonio, in limite Paphlagoniæ, nunc *Dos Caſtelli* dicitur, teſte Mario Nigro, eſtque in ora littorali Ponti Euxini, prope ſinum Amiſenum, inter oſtia Halis fluvii ad occaſum, & Iridis ad ortum, 20. mille paſſibus diſtans ab Amiſo in ortum Themiſcyram verſus 30.

LYCASTUS, oppidum fuit Cretæ, ad Dictæum montem, quod interiiſſe ſcribit Strabo.

LYCAS, fluvius Scythiæ Europææ, à Valerio Flacco cum Tanai & Hypani memoratus, qui Lycus Ptolemæo. Vide ibi.

LYCES, Macedoniæ urbs fuit, ab Bevum fluvium, teſte Livio.

LYCHNIDUS, urbs Macedoniæ Livio, & Ptolomæo, Lychnidion Polybio; quæ & Juſtiniana prima, poſtea Achridus, nunc *l'Ocrida* incolis, *Giuſtandil* Turcis, teſte Leunclavio, Archiepiſcopalis, in excelſo colle ad lacum cognominem, ſub Turcis, Bulgariæ Macedoniæ Metropolis, teſte Cantacuzeno, ſic dicta à Mocro Bulgarorum Rege. Vide Juſtiniana prima.

LYCHNIDUS, lacus Macedoniæ Livio, qui Lychnittus Herodoto, & Stephano, volgo *il Lago dell' Ochrida*, ſic dictus à Lychnido urbe adjacente, & eo effluit Drilo fluvius.

LYCHNITAS, provincia Armeniæ majoris, teſte Stephano.

LYCHNITIS PALUS, ſive Lychnites, palus Armeniæ majoris Ptolemæo, nunc *Exſechia*, ut tradunt nonnulli recentiores.

LYCHNOS, locus Ægypti circa Peluſium videtur apud divum Hieronymum in vita S. Hylarionis.

LYCIA, Aſiæ minoris regio Ptolemæo, & aliis, Mylias olim dicta fuit, & Ogygia, Stephano teſte, qui incolas Tremilos vocatos ſcribit. Trimilis regio eſt apud Liberalem. Aliis autem Mylias fuit ejus pars Borealis. Terminatur à Meridie mari Mediterraneo ſeu Lycio ab ea dicto, à Septentrione Phrygia, ab ortu Pamphylia, & ab occaſu Caria; nuncque *Menteſeli* vocatur, teſte Caſtaldo cum aliis, ſub dominio Turcarum à tribus ſeculis; eſtque pars Caramaniæ latè ſumptæ. Urbes Lyciæ olim claræ fuere Patara, Myra, Limyra, & Andriaca, ejus meminit Ovidius libro 9. Metamorphoſeon. Populi Lycii Ciceroni.

LYCIA, tractus parvus Troadis, juxta Idam montem, in Aſia minori, ubi Apollo natus traditur, teſte Strabone ex Homero.

LYCIA, *le Lez*, fluvius parvus Galliæ in Delphinatu, & in confinio Provinciæ, per Suſam labitur, & deinde in Rhodanum ſe exonerat prope Fanum S. Spiritus.

LYCIAS, fluvius Vindeliciæ Ptolemæo, qui Licus Venantio Fortunato, & Lechus Eginharto, nunc *Leck*, fluvius Germaniæ, Auguſtam Vindeli-

corũm rigans, & in Danubium delatus ad Verdam. Vide Licus.

Lycide, oppidum fuit Myſiæ, in Aſia minori, teſte Plinio, & Ly[illegible]enſis Epiſcopi meminit Marcellinus Comes.

Lycimna, arx erat Peloponneſi, à Nauplia olim 12. ſtadiis tantum diſtans, Strabone teſte.

Lyciorum Sinus, ad Boſphorum Thracium, teſte Petro Gyllio, parvus eſt admodum prope Mirlæium oppidum, in ora Thraciæ, unde poſtea Mirleanórum ſinus dictus fuit; eſtque prope Pontum Euxinum.

Lycium Mare, pars eſt maris Aſiatici, in ora meridionali Aſiæ minoris, & juxta Lyciam regionem, & nunc *la mer de Caramanie* dicitur, cum ſit ejus pars occidentalis.

Lycoa, urbs fuit Arcadiæ, in Peloponneſo, Pauſania & Stephano teſtibus.

Lycodia, *Licodia*, oppidum Siciliæ inſulæ in Valle Netina, probe cultum, & in edito monte ſitum, 12. milliaribus à Calatahierone diſtans in Septentrionem, & 30. à Syracuſis in occaſum.

Lycomedis Palus, lacus Africæ in Libya propria regione Ptolemæo, & Plinio, quem Pinetus recentiori nomine *Linxano* vocat.

Lycon, oppidum Hiſpaniæ in Luſitania Livio, nunc *Lobon*, caſtrum Extremaduræ provinciæ Caſtellæ, quatuor leucis infra Emeritam in occaſum Pacem Auguſtam verſus, ad Anam fluvium, ubi in eum ſe exonerat *Guadaxira* fluviolus, teſte Jacobo Delgado.

Lycone, mons Peloponneſi, in Argia regione, cupreſſis abundans, teſte Pauſania.

Lycone, oppidum fuit Thraciæ, teſte Stephano.

Lycopolis, id eſt, urbs luporum, urbs & & nomus Ægypti Ptolemæo, ad Nilum fluvium, inter Antinoen, & Crocodilorum urbem, nunc *Munia*, urbs clara & pulchra, teſte Moletio. Hanc Diodorus Siculus libro 2. ab Ægyptiis in honorem luporum, ædificatam ſcribit.

Lycormas, qui poſtea Evenus, fluvius Ætoliæ Straboni, Calydonius ab Ovidio, quod Calydonem urbem alluit, cognominatus, nunc *Fidari* dictus, teſte Nigro.

Lycos, fluvius parvus Palæſtinæ Straboni, & Plinio.

Lycostena, Lydiæ urbs, in Aſia minori, teſte Stephano ex Xantho. Metropolim facit nummus Tyri apud Goltzium.

Lycosura, oppidum erat Arcadiæ, in monte Lycæo, antiquiſſimum, teſte Pauſania.

Lycozia, urbs fuit Thraciæ, teſte Stephano.

Lycteræ, *Lettere*, urbs parva Regni Neapolitani, alias in Picentinis, nunc in Principatu Citeriori, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Amalphitano, dicitur etiam Letteranum, & Letterum. Vide ibi.

Lyctus, urbs fuit Cretæ inſulæ ad Iſthmum Straboni, quæ & Lyttus Poëtis, nunc exciſa jacens, teſte Nigro, dicitur ab aliis Lyctium, eratque verſus Hierapytnam, & oram meridionalem inſulæ, quanquam non deſint qui credant illam fuiſſe, ubi hodie caſtrum *Aguſtini*, intra montes in agro Candiæ, & 25. milliaribus a Gnoſſi ruderibus in ortum. Hinc Lyctius nomen gentis, ut apud Virgilium libro 3. Æneidos.

Lycus, fluvius Armeniæ majoris, non longè ab Araxe oriens; qui in occaſum fluens, & Septentrionem, in Phaſim delabitur, teſte Apollonio, licet Strabo illum in Pontum Euxinum fluere ſcribat.

Lycus, fluvius Cappadociæ, Neocæſaream urbem præterfluens, ac in Irim ad oram maris Euxini influens, teſte Plinio.

Lycus, fluvius Paphlagoniæ Plinio, in Pontum Euxinum apud Heracleam Ponti per Mariandynos fluens, & cujus meminit Ovidius libro 4. de Ponto, Elegia 10.

Lycus, fluvius Phrygiæ magnæ Straboni, Plinio, Quinto Curtio, Plutarcho, & aliis, Celænas urbem interluens, Laodiceamque urbem Lydiæ attingens, nec longè Mæandro congrediens, nunc *Licho*, qui Marſyas à Livio dicitur. Hic ſubtus terram conditus, poſt aliquot mill. paſſ. emergit, teſte Plinio.

Lycus, fluvius Scythiæ Europææ Ptolemæo, in paludem Mæoticam influens inter Coenam, & Hygrim urbes, qui Lyces a Flacco appellatur.

Lycus, fluvius Siciliæ in quibuſdam exemplaribus Diodori, qui alibi & correctius Halycus dictus, nunc *il Platano*, teſte Cluverio, per oram auſtralem & Vallem ſeu provinciam Mazaræ fluens, in mare Libycum ſe exonerat prope Heracleæ ruinas, 18. milliaribus ab Agrigento in occaſum, teſte Fazello.

Lyda, Lyciæ oppidum, in Aſia minori, teſte Ptolemæo, quod quibuſdam eſt Chyda.

Lydda, urbs Palæſtinæ in Judæa Ptolemæo, quæ antea Dioſpolis dicta, vulgo *Rama*, teſte Caſtaldo, urbecula Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Cæſarienſi, verſus oram maris Syrii, inter Antipatridam ad Septentrionem & Nicopolim ad Meridiem, & 10. milliaribus à Joppe diſtans in occaſum Hieroſolymam verſus 30. circiter, teſte Adrichomio.

Lydi, populi Thuſciæ Straboni, à Lydis Aſiæ forſan profecti; quorum oppida fuere Agylla & Cære.

Lydia, Regio Aſiæ minoris Straboni, & aliis, quæ Mæonia etiam dicta fuit, teſtibus Herodoto, Plinio, & Ptolemæo, extendebatur inter Phrygiam magnam ad ortum, & Septentrionem, Lyciam ad Meridiem, & Ioniam ad occaſum, quæ ſub ipſa aliquando comprehenſa fuit, antiquiſſimis temporibus Regio titulo inſignita, & ejus præcipua urbs fuit Sardes, nunc *Caraſia* dicitur, teſte Caſtaldo, & ſubeſt dominio Turcarum à tribus ſæculis. Populi Lydi dicti, & Lydius nomen gentis, Lydiæ meminere inter alios Virgilius libro 2. Æneidos, & Claudianus in Eutropium libro ſecundo.

Lydius, ſeu Ludias, fluvius Macedoniæ Ptolemæo. Oritur in Æmathia provincia; deinde per Botiæam fluens, ibi in ſinum Thermaicum ſe exonerat, inter Axium fluvium, & Theſſalonicam ad Septentrionem, & Aliacmonem fluvium ad Meridiem, nunc *Caſtoro* dictus, ut quidam tradunt.

Lygamatæ, Lybiæ interioris populi apud Ptolemæum, cujus interpretes Lynxamatæ habent. Linxama eſt ibidem urbs Ptolemæo.

Lygdanom, urbs Aſiæ minoris, in Myſia, teſte Plinio.

Lygii, populi Germaniæ Tacito, qui ſæpius Ligii. Vide ibi.

Lyla, Arcadiæ urbs, in Peloponneſo, teſte Stephano.

Lylæus, Bithyniæ fluvius, in Aſia minori apud Plinium.

Lymax, fluvius Arcadiæ, Phygaliam oppidum alluens, & in Nedam fluvium influens, Pauſania teſte.

Lymicus Sinus, *Lymford*, ſinus Daniæ, per Jutiam Septentrionalem extenſus ab ortu in occaſum; ita ut tenui Iſthmo quatuor mill. paſſ. ſeparetur à mari Germanico. Jutiam Septentrionalem bifariam ſecat; Lemvicum & alia oppida rigans, verſus Wiburgum urbem in ſinum Codanum ſe exonerat, oſtio *Hals* dicto.

LYMINIS, oppidum Cappadociæ, exilio & morte Baſiliſci Imperatoris, eò juſſu Zenonis Imperatoris deportati, memorabile, teſte Marcellino Comite.

LYMIRA, urbs Lyciæ, ad Lymirum fluvium, ad oram littoralem, teſte Mela, quæ Ptolemæo Limyra. Vide ibi.

LYNCAAE, Macedoniæ urbs, teſte Heſychio.

LYNCESTÆ, populi, & Lynceſtis provincia Macedoniæ mediterranea Ptolemæo, per quam Lynceſtis ſeu Lynceſtius fluvius decurrit, ac in Erigonem excipitur, teſte Plinio: *Linceo*, & *Lincem* nunc dici fertur. Ejus meminit Ovidius libro 15. Metamorphoſeon.

LYNCOS, mons Epiri, in Theſſaliæ confinio, Pindi pars, teſte Livio.

LYNDUS, urbs fuit Rhodi inſulæ Straboni, clara, in ora auſtrali, Alexandriam verſus, adhuc *Lindo* dicta. Vide Linduſ.

LYNIUS, ſeu Leinius, *la Leyne*, fluvius Germaniæ, in Saxonia inferiori. Oritur juxta Heiligenſtatum, in Eisfalia tractu; deinde per Brunſvicenſem Ducatum fluens, Gottingam & Eimbecam rigat, uti & Alfeldam: hinc ad Sarſtedam Innerſtium amnem recipit, & juxta Hannoveram & Neoſtadium fluens, paulo infra in Alleram fluvium cadit.

LYNX, Libyæ urbs, juxta Gadiram, teſte Stephano.

LYPERUS, Aſiæ minoris mons, in Bithynia, juxta Zipoetium urbem, Memnon.

LYPSIA, *Leypſick*, urbs, emporium, & Academia Germaniæ in Miſnia, quæ Poëtis Phylita. Vide Lipſia.

LYRA, *Liere* incolis, *Lire* Gallis, oppidum probe munitum Belgii in Brabantiæ Ducatu, & in Antuerpienſi Tetrarchia, Niveſdum à quibuſdam dictum, ad Netham majorem fluvium ſedet, ſub dominio Hiſpanorum, & verſus ditionem Belgarum unitorum, 2. leucis diſtans à Mechlinia in Septentrionem, uti 6. à Bruxellis, & 3. ab Antuerpia in ortum Leodium verſus.

LYRBA, civitas Aſiæ minoris, ſupra Cybitam. Vide Lyrope.

LYRCÆUS, mons Arcadiæ Plinio, qui Lycæus Virgilio, ubi Lyrcæa urbs erat, teſte Pauſania, quem alii cum Callimacho In Argia locant, ex eòque Inachum effluere aiunt, ex fonte Lyrcæo, teſte Strabone. Ejus meminit Ovidius libro 1. Metamorphoſeon.

LYRICANTUS, *Saint Mathurin de Larchant*, ſeu *Larchant*, oppidulum Galliæ in provincia Inſulæ Franciæ, & in Vaſtinio tractu, ſic dicitur à Sancto Mathurino ejus cive, & 2. leucis diſtat à Nemoſio, 15. vero à Pariſiis in Meridiem.

LYRIS, fluvius Campaniæ Lucano, dicitur ab aliis Liris. Vide ibi.

LYRNASSUS, oppidum fuit Phrygiæ Feſto, licet Philoſtratus Æolicum faciat, ab Adramyttio 80. ſtadiis diſtans, Thebis propius, inde 20. Hinc Lyrneſſius nomen gentis.

LYRNISSUS, inſula parva Troadis, Sigæo promontorio objecta, teſte Plinio.

LYRNESUS, oppidum Ciliciæ, teſtibus Strabone, & Quinto Curtio.

LYROPE, oppidum Ciliciæ aſperæ in Pamphylia, teſte Ptolemæo, quod Lyrba vocant interpretes.

LYSA, Arabiæ Petrææ urbs Ptolemæo, aliis Luſſa.

LYSIAS, oppidum Peloponneſi, in Arcadia provincia, teſte Ptolemæo, inter Pſophim & Mantineam, nunc *Crepa* caſtrum, teſte Nigro.

LYSIAS, urbs Aſiæ minoris, in Phrygia magna Straboni, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Synnadenſi, inde in occaſum ſupra 25. mill. paſſ. diſtans, Conniæ, Eucarpiæ, Cercopiæque finitima.

LYSIAS, urbs fuit S[illegible]æ, teſte Ptolemæo,

LYSIMACHIA, quæ & Hexamilium, urbs Cherroneſi Thraciæ Ptolemæo, ad Iſtmum, *Hexamili* Sophiano, in ora Helleſponti, contra Caridiam urbem exciſam, cui Lyſimachia, teſte Pauſania, ſuffecta eſt, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Heraclienſi, à Longis muris, ſeu Macrontico, 5. mill. paſſ. in Auſtrum Callipolim verſus.

LYSIMACHIA, urbs Ætoliæ in Græcia, teſte Strabone, à Lyſimacho conditore nomen habens.

LYSIMACHIA, urbs fuit Aſiæ minoris, in Æolide, quæ jam tempore Plinii deleta erat, & ejus etiam ruinæ evanuerunt.

LYSIMELYSA PALUS, Siciliæ inſulæ palus, in agro Syracuſano, haud longè ab urbe diſtans, teſte Thucydide. Scribitur etiam Lyſimilia unico, nuncque *Pantanella* dicitur, teſtibus Aretio, & Fazello.

LYSINOE, civitas Aſiæ minoris, circa Pamphyliam, ut videtur apud Livium 38. & Polybium in fragmentis, fortè Lyſinia Ptolemæo.

LYSSS, fluvius Aſiæ minoris, circa Pamphyliam, teſte Livio.

LYSTRA, urbs Iſauriæ, in Galatia Ptolemæo, in Lycaoniæ confinio, Derbæ proxima, prorſus everſa, (teſte Andrea Theveto, monſtratur locus nomen retinens antiquum) Epiſcopalis olim ſub Iconienſi Archiepiſcopo, inde in occaſum ad 40. mill. paſſ. diſtans.

LYTÆ, Theſſaliæ regiuncula fuit, circa Peneum fluvium, ubi poſtea Tempe, teſte Stephano.

LYTARNIA, promontorium Sarmatiæ Plinio, & Stephano, in Hyperboreis, nunc ut exiſtimant Mercator, & Cluverius, eſt Obium promontorium, *le Cap d'Oby*, in Samoieda regione Moſcoviæ, verſus Septentrionem, & in Sarmaticum Oceanum excurrens ad oſtia Carambicis fluvii, *Oby*, in ipſo confinio Aſiæ, 900. mill. paſſ. diſtans in ortum à promontorio Boreali, *le Cap de Nort* dicto, prope arcem Wardhuſiam, & 500. mill. paſſ. etiam in ortum à faucibus maris Albi.

LYXEA, Acarnaniæ urbs, in Græcia, Stephano teſte,

M

MACÆ, populi Arabiæ felicis, circa fauces ſinus Perſici incolentes Ptolemæo, & Straboni, quorum Regio Maceta ab Arriano dicitur, nunc Armuziæ Regnum *le Royaume d'Ormus*. Hæc Regio nardum & myrrham fert.

MACÆ, & Maces cognomento Syrtitæ, populi Africæ in Cyrenaica Plinio, qui Macæi Ptolemæo, circa Syrtim majorem inhabitantes, & verſus Cinyphum fluvium, teſte Silio libro 3.

MACANITÆ, populi Mauritaniæ Tingitanæ, teſte Ptolemæo.

MACALLA. Vide Macella.

MACARA, oppidum Siciliæ Heraclidi. Vide Machara & Imachara.

Macara, Lyciæ inſula eſt, teſte Stephano ex Alexandri Periplo.

Macarea, Arcadiæ urbs, in Peloponneſo, quæ à Romanis Beata vocabatur, ut tradit Stephanus.

Macaria, *Mazua*, inſula Africæ, in ſino Arabico, & in ora Abexia, prope Atquicum arcem Æthiopiæ ſuperioris, ſub Turcis, teſte Mercatore.

Macaria, oppidum Cypri inſulæ Ptolemæo, in ejus ora Boreali, nunc *Jalines*, pagus inter Carpaſium ad ortum, & Ceramiam ad occaſum, teſte Nigro.

Macaria, palus Atticæ, prope Marathonem oppidum Stephano, in qua maxima Perſarum pars, Græcis navali & terreſtri pugna ſuperioribus, infeliciter ſubmerſa eſt. Dicitur etiam Marathonia palus, ad fluviolum forſan Macariam alias vocatum.

Macaronnesos, arx Thebarum, in Bœotia, Herodoto teſte.

Macarsca, *Macarska*, oppidum Albaniæ, in ora ſinus Veneti, ad montis radices ſitum, ſub dominio Torcarum, cum portu capaci, è regione Braciæ urbis, inter Spalatum & Naronem, fuitque antea urbs Epiſcopalis, ut narrant incolæ.

Macasarea, *Macaſar*, inſula peramplа Aſiæ, in mari Indico, quæ aliter *Celebes* dicitur. A Septentrione in Meridiem extenditur, inter Molucas inſulas ad ortum, & Bornei inſulam ad occaſum, aliquando etiam ſub Molucis comprehenditur: ejus longitudo à Septentrione in Meridiem eſt 200. leucarum Francicarum circiter, latitudo autem in aliquot locis eſt 100. leucarum. In ea ſunt ſex Regna, nempe Macaſaria, *Macaſar*, Cionum, *Cion*, Sanguinum, *Sanguin*, Cauripanum, *Cauripana*, Getiganum, *Getigan*, & Supara, *Supara*. Urbes autem præcipuæ hujus inſulæ ſunt Macaſaria, *Macaſar*, ejus primaria, & Bantachaia, *Bantachaia*. Ejus ora auſtralis valde frequentatur ab Anglis & Belgis.

Macasaria, *Macaſar*, urbs ampla Indiæ, inſulæ Macaſariæ caput, cum portu in ora auſtrali inſulæ. Emporium eſt celebre, & Regni cognominis præcipua, 35. leucis diſtans à Bantachaia in Meridiem circiter. Ejus Rex nuper inſigni clade affectus fuit à Belgis in illis partibus degentibus.

Macasariæ Regnum, *le Royaume de Macaſar*, Regnum Indiæ in inſula cognomine ſeu Celebis, & in ejus parte meridionali, ſub quo major pars inſulæ, urbem habens primariam cognominem.

Macaum, ſeu Amacaum, *Macao* Luſitanis, *Makau* Belgis, urbs Sinarum, in inſula parva admodum Oceani Orientalis *Gaoxam* dicta, in ora littorali Cantoniæ provinciæ, inter Aynanum inſulam in occaſum hybernum, & Formoſam inſulam ad ortum æſtivum. Emporium eſt celebre & dives; ejuſque incolæ pro majori parte ſunt Luſitani. Suberat antea Regi Portugalliæ; ſed anno 1668. à Sinarum Imperatore expugnata fuit, ipſique etiamnum ſubeſt, plures arces habens in collibus adjacentibus.

Mace, oppidum Norici Stephano, quod Gabrumagum Antonino, putatur nunc *heilige Kreutz*, id eſt, S. Crux, vicus Germaniæ in Auſtria inferiori, teſte Cluverio, ſed Lazio eſt *Grobming*, pagus ejuſdem provinciæ, ſeu *Marnicz* pagus Saliburgenſis tractus, in confinio Stiriæ, prope Muram fluvium, inter Candolicam & Laureacum.

Macedonia, Regio Europæ, & pars ampla Græciæ late ſumptæ Straboni, quæ Emathia antea dicebatur, Plinio, & Trogo teſtibus, & Pæonia primo vocata fuit, teſte Livio, poſtea Regnum fuit amplum, cujus partes fuere etiam Theſſalia, & Epirus, & aliquando Thracia, nempe ſub Philippo Rege, Alexandri Magni patre, nunc etiam *la Macedoine* dicitur à Gallis, & *la Macedonia* ab Italis.

Macedoniæ Regnum, ſive Macedonia vera, inter Adriaticum mare ad occaſum, & Ægeum ad ortum perſtricta erat, à Septentrione terminabatur Mœſia ſuperiori, Scardo monte interſito, uti etiam Thracia ex parte, a Meridie vero Epiro, Achaiæ Theſſaliæque confinis erat; Dividebatur in quatuor partes præcipuas, teſte Livio, ſub quibus provinciæ erant ſive regiunculæ viginti ſex, & in his præcipuæ Mygdonia, Pelagonia, Edonis, Biſaltia, Pæonia, Amphaxitis, Paraxis, Calcidica, Æmathia, Botiæa, Pieria, Taulantii, & Daſſaretii, & urbes illius clariores fuere Amphipolis, Dyrrachium, Berroea, Pella, Philippi, & Theſſalonica, uti fuſius ſcribit Brietius, poſterioribus ſæculis hujus pars Salutaris dicta fuit in libro Notitiarum, item Prævalis apud Sextum Rufum, fuit etiam Macedonia maritima, teſte Dione, nunc autem etiamnum dividitur Macedonia in quatuor partes, ex quibus prima *Jamboli* dicta, quæ olim Macedonia prima & ſecunda, magis ad ortum extenditur, inter Thraciam & ſinum Thermaicum: Secunda pars vulgo *Macedonia*, quæ alias Macedoniæ propriæ ſeu Tertiæ pars, eſt inter montem Scardum ad Boream, Theſſaliamque ad Meridiem, verſus oram occidentalem ſinus Thermaici: Pars tertia *Comenolitari* vulgo vocata, ſub qua fuit pars Macedoniæ tertiæ, & aliqua pars Theſſaliæ, extenditur inter Macedoniam propriam ad ortum, & Albaniam ad occaſum. Quarta vero pars vulgo *Janna* dicta, verſus Meridiem extenditur, ubi olim maxima pars Theſſaliæ, teſtibus Nigro, Caſtaldo, Brietio, & aliis. Albaniæ autem, quæ alias pars erat occidentalis Macedoniæ, in præſenti ab ea omnino ſeparatur: nuncque Macedonia tota ſubeſt dominio Turcarum, cum ejus partibus & annexis, & ejus præcipuæ urbes ſunt Lariſſa, & Theſſalonica. Populi Macedones, *les Macedoniens* Gallis.

Macedoniæ Urbes Hujus Temporis.

Achrida, *l'Ocrida*.
Alectryopolis, *Aleſteroſori*.
Amphipolis, *Emboli*.
Berroea, *Veria*.
Caſſandrea, *Caſſandria*.
Citrum, *Chitro*.
Derre, *Deterra*.
Heraclea, *Xenoſna*.
Lariſſa, *Larizza*.
Oeſyma, *Cavalla*.
Pagaſæ, *il Volo*.
Pella, *Zuchria*.
Philippi, *Filippi*.
Serræ, *Serres*.
Theſſalonica, *Salonichi*.

Macedonicum Mare, *il Mare di Macedonia*, pars maris Ægei Macedoniæ oram orientalem alluens, cujus meminit Livius.

Macedonicus Sinus, Plinio, idem cum Thermaico, nunc *le Golfe de Salonichi* dicitur. Vide Thermaicus.

Macedonum Portus, locus in ora Carmaniæ, à Plinio memoratus, ad fauces ſinus Perſici ubi Armuzum promontorium.

Macella, urbs Italiæ in magna Græcia Stephano, quæ Macalla Lycophroni, nunc Gabriel Barrius interpretatur *Strongoli*, urbeculam Regni Neapolitani in Calabria citeriori, Epiſcopalem ſub Archiepiſcopo Siberino, in edito monte ſitam, 3. mil-

liaribus ab ora maris Ionii, 10. milliaribus diſtans à Crotone in Septentrionem, Crimiſſam verſus totidem.

MACERATA, *Macerata* etiam vulgo, urbs Italiæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Firmano, in Marchia Anconitana, ſedet in monte juxta Chientum fluvium parvum, & prope Helviæ Recinæ ruinas, ſub dominio Summi Pontificis, cenſetur totius Marchiæ Anconitanæ præcipua, cum ſedes ſit ejus præſidis, & exſtructa fuis anno 410. ex ruinis maceriiſque Helviæ Recinæ, unde nomen ei inditum, teſte Blondo, ejus Academiam inſtituit Nicolaus IV. Papa anno 1290. eamque reſtituit Paulus III. anno 1540. ejus vero Epiſcopatum inſtituit Joannes 22. Papa anno 1322. cum antea eſſet in Recinetenſi Diœceſe, & ejus Epiſcopatui unitus eſt Tolentinus Epiſcopatus ab anno 1586. media eſt inter Recinetum ad ortum, & Tolentinum ad occaſum, 10. mill. paſſ. utrimque diſſita, uti 15. à Laureto, & ab ora maris Adriatici in occaſum, ut pluries vidi, hinc Maceratenſis nomen gentis, *Maceratese* vulgo.

MACARSÆ, *Mezieres*, urbs Galliæ in Campania provincia, ad Moſam fluvium, in Retelenſi tractu prope Carolopolim, in confinio Belgii, dicitur ab aliis Mederiacum & Meceriæ. Vide ibi.

MACASTUS, fluvius parvus Myſiæ in Aſia minori, in Rhyndacum influens Straboni, & Plinio, *Megiſtro* forte hodie, Ortelio teſte.

MACHÆAA, fluvius Africæ, prope Carthaginem fluens, teſte Polybio.

MACHÆRUS, caſtrum fuit Judææ Joſepho, & Stephano, ad Jordanem fluvium & lacum Aſphaltitem ſitum, duodecim horarum itinere verſus Orientem diſtans ab Hieroſolyma, nunc dirutum, & ibi capite minutus eſt Sãctus Joannes Baptiſta anno 31. à Chriſto nato, ut pluribus probat Cardinalis Baronius.

MACHARA, urbs Siciliæ Ciceroni, quæ Macara Heraclidi, ab aliis dicitur Imachara, & Cluverio teſte, nunc eſt *Traina*, oppidulum in meditullio Siciliæ intra montes in valle Nemorenſi, 40. milliaribus à Catania diſtans in occaſum Panormum verſus. Vide Imachara.

MACHASACUM CAPUT, *el Cabo Machaſaca*, promontorium eſt Hiſpaniæ in Biſcaia provincia, prope Flaviobrigam, ab ea 15. mill. paſſibus diſtans in Septentrionem, in ora Oceani Cantabrici, prope Valenciam caſtrum.

MACHELA, villa Belgii, ad Moſam fluvium Gregorio Turonenſi, quam nunc Ortelius interpretatur *Mechelen* vicum ditionis Leodienſis in Comitatu Rechienſi, 2. fere milliaribus Germanicis infra Trajectum ad Moſam in Septentrionem.

MACIANUM, *Machian*, inſula parva Aſiæ, in mari Indico, & una ex Molucis ſtrictè ſumptis, verſus Gilolum inſulam, ſub dominio Belgarum, inter inſulam Motiræ ad Septentrionem, & Bachianum ad Meridiem.

MACHICOLIUM, *Machecou*, oppidum Galliæ, in Britannia minori, caput eſt regiunculæ vulgo *le Duche de Retz* dictæ, una leuca diſtans a confinio Pictavienſis provinciæ, 5. à Ligeri fluvio in Meridiem, & 10. à Nannetis in occaſum hybernum, & 3. ab ora Oceani Aquitanici.

MACHICORUM TRACTUS, *le pais des Machicores*, provincia Madagaſcariæ inſulæ, verſus partem meridionalem, & Amparres populos, ubi antea aliquot coloniæ Francorum, teſte Flacurtio.

MACHLINIA, *Mechelen* incolis, *Malines* Gallis, urbs eſt ampla, & Archiepiſcopalis Belgii, & tractus cognominis caput, in Brabantia, dicitur melius Mechlinia. Vide ibi.

MACHLINIÆ DOMINIUM, *la Seigneurie de Malines*, tractus Belgii Hiſpani, parvus admodum in Brabantiæ Ducatu. Vide Mechliniæ dominium.

MACHLYAS, qui & Androgyni, populi Africæ circa Syrtim Plinio, Lotophagis, & Maxybis ad Tritonem fluvium finitimi, Machyni à Ptolemæo dicti.

MACHMAS, oppidum Palæſtinæ, antea in Tribu Ephraim verſus Meridiem, poſtea in Samaria regione, non longe a Gabaa, ætate Sancti Hieronymi in vicum redactum, nunc *Bira*, teſte Brochardo, 12 mill. paſſ. ab Hieroſolymis diſtans in Septentrionem, verſus Garizim montem paulo plus.

MACHORRÆ, Arabiæ felicis portus verſus ortum, teſte Plinio.

MACIDOS, oppidum Cherſoneſi Thraciæ Melæ, qui Maditos Xenophonti, nunc caſtrum *Maitos*, teſte Leunclavio, à Callipoli 15. mill. paſſ. diſtans in Meridiem Seſtum verſus 6.

MACISTOS, oppidum Thraciæ Straboni, quod aliis Macidos. Vide ibi.

MACISTUS, ſeu Maciſtos, oppidum fuit Arcadiæ in Peloponneſo Plinio, & Straboni.

MACLOVIUM, ſeu Macloviopolis, olim Aletha, *Saint Malo* vulgo, urbs Galliæ in Britanniæ Ducatu, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Turonenſi, ſita eſt in inſula parva Sancti Aaronis dicta, vix à continente Britanniæ Septentrionalis ſeparata, & ipſi ponte juncta, crevit ex ruinis Alethæ, eſtque parvi circuitus, ſed munita, & probe culta, emporiumque celeberrimum, cum portu capaci, unde periti nautæ, 16. leucis diſtat à Brioceuſi urbe in ortum æſtivum, 4. a Dola in occaſum æſtivum, à Rhedonibus autem 14. etiam in Septentrionem. Hinc Maclovienſes populi, *les Malouins* Gallis, *li Maloini* Italis dicti.

MACNA, Arabiæ felicis urbs, teſte Ptolemæo.

MACOCUM RAONUM, *le Royaume de Maroco*, Regio perampla Africæ, & pars Æthiopiæ ſuperioris, cui decem alii Reges ſubſunt. Ei adjacet à Septentrione Regnum Muiaci, cum quo perpetuum ferè gerit bellum, & ad ortum æſtivum terminatur Regno Giringbombæ, ſed ejus limites verſus Meridiem diſtant fere 270. leucis Hiſpanicis à Regno Congi, teſte Hieronymo Lobo Luſitano, in ſua hiſtoria Æthiopiæ ſuperioris.

MACODAMA, urbs Africæ Ptolemæo, quæ Macomades Antonino, in Byzacena regione, nunc *Macros*, pagus Regni Tunetani, in ora occidentali Syrtis parvæ, inter Theænas & oſtia Tritonis, teſte Moletio, fuitque olim urbs Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Carthaginenſi, ut nonnulli exiſtimant.

MACOLICUM, oppidum Hiberniæ inſulæ in mediterraneis Ptolemæo, nunc *Malck*, caſtrum Momoniæ provinciæ, in limite Lageniæ, inter Limericum & Atlonam, ut exiſtimat Speedus, poſt Mercatorem, ſed teſte Waræo, eſt *Milick* caſtrum Connaciæ in agro Galvienſi, ad Shenanum fluvium.

MACOMADA, urbs Africæ in Byzacena regione, & in ora littorali Ptolemæo, quæ in codice Græco dicitur, & melius Macodama. Vide ibi.

MACOMADÆ, oppidum Africæ in Tripolitana regione Antonino, quod Calumacuma Ptolemæo, nunc *Mecellata*, vicus tenuis cum parva turri in Regno Tripolitano, & in ora littorali, teſte Marmolio, ad initium Syrtis magnæ, verſus Aſpidum oppidum, à Lepti 200. mill. paſſ. in ortum diſtans.

MACOPSISSA, urbs Sardiniæ inſulæ Ptolemæo, nunc *Macomer* caſtrum, teſte Franciſco à Vico.

MACORABA, Arabiæ felicis oppidum apud Ptolemæum.

MACRA, fluvius Italiæ Straboni, & Plinio, qui Macralla Ptolemæo, Liguriæ terminus, illam ab Hetruria diſtinguens, vulgo *la Magra*, oritur ex

Digitized by Google

Apuanis montibus, ſeu ex Apennino, in limite Ducatus Parmenſis, & poſtea in Meridiem fluens juxta Apuam labitur, deinde auctus Verra, Ula, aliiſque minoribus amnibus, tractum Vallem Macræ ab eo dictum rigat, & per ditionem Genuenſem fluens, paulo infra Serezanam, & juxta Lunam urbem exciſam in mare Mediterraneum ſe exonerat, ubi mare Liguſticum à Tyrrheno ſeparatur, 65. mill. paſſ. à Genua urbe in ortum. Ejus meminit Lucanus libro 2.

MACRA, inſula maris Ægei Stephano, verſus Euboeæ partem meridionalem, & Atticæ proxima, à Sunio illius promontorio 60. ſtadiis diſtans, quæ aliis eadem eſt quæ Helena, *Macroniſo* vulgo, circuitus 3. mill. paſſ. Vide Helene.

MACRA, oppidum Macedoniæ, olim Stagira dictum, teſte Niceta.

MACRA, ſive Machra Comitis, *Grevemachren*, oppidulum Belgii in Ducatu Luxemburgico, ad Moſellam fluvium, inter Luxemburgum & Trevirim, in ipſo limite ditionis Trevirenſis.

MACRA, ſive Machra Regis, *Konigsmachren*, oppidulum Belgii in Ducatu Luxemburgico, paulo infra Theodonis villam, & in ejus agro verſus Moſellam fluvium, ſub dominio Francorum.

MACRANIA, *Macran*, Perſiæ provincia, verſus mare Indicum & confinia Magni Mogolis extenſa. Dicitur etiam *Mekran*, & ab aliis *Getche Maquerona*; eſtque pars Caramaniæ antiquæ, uti & nunc etiam pars orientalis regionis *Kirman* dictæ, ſub dominio Perſarum. Habet ad Septentrionem Sigiſtaniam provinciam, ad Meridiem mare Indicum, ad occaſum Caramaniam propriam, & ad ortum Sindam regionem. Principes habet ſub clientela Regis Perſarum, & Urbem primariam Macranum dictam, *Macran*, ut quidam tradunt, ejus vero præcipuus portus *Guadel* dicitur, verſus mare Indicum.

MACRAS, campus Cœleſyriæ Straboni, qui *Marzi* hodie, teſte Nigro, nominatur.

MACRI CAMPI, tractus Italiæ in via Æmilia, inter Parmam & Mutinam Straboni, & Livio, ubi & oppidum cognomine, quod quidam exiſtimant fuiſſe inter Rhegium & Mutinam, alii vero verſus Carpum, ubi nunc campus dictus *la Valle di Montirone*, teſte Leandro Alberto.

MACRIA, inſula parva Rhodiorum in mari Ægeo, Plinio teſte.

MACRIS, inſula Cariæ, in mari Rhodio, prope Caunum urbem maritimam Plinio, vulgo *Magri*, ex tabulis Caſtaldi.

MACRIS SINUS, *le Golfe de Macre*, ſinus eſt maris Mediterranei, in ora Lyciæ, prope Macram oppidum, & inter Lyciam & Rhodum inſulam. Dicitur aliter Glaucus ſinus. Vide ibi.

MACRIS, ob ejus longitudinem dicta eſt etiam Eubœa inſula, teſtibus Strabone & Plinio, ſicuti & Chios.

MACROBII, populi Africæ, in Meroe inſula, teſte Mela, & in Æthiopia, ad ſolis ortum, teſte Plinio, ſic ob vitæ longitudinem dicti. Hyperborei etiam populi Macrobii dicti, teſte Euſtathio.

MACROCEPHALI, populi Cappadociæ, circa Ceraſuntem urbem incolentes; ſic à capitis longitudine dicti, Plinio teſte, cum Mela.

MACROCREMNII MONTES, circa Iſtrum & Tyram fluvios, teſte Plinio.

MACRONES, populi Cappadociæ extremi Plinio, circa Abſarum oppidum & fluvium in Colchidis & Armeniæ minoris confinio incolentes: quos Valerius Flaccus libro 5. Argonaut. memorat.

MACRONTICHOS, hoc eſt longus murus, urbs Thraciæ Plinio, juxta murum longum, à Miltiade excitatum in Iſthmo Cherſoneſi Thraciæ, ſedet in ora Propontidis, eſtque Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Heracleenſi, inter Rhedeſtum ad Septentrionem, & Pactiam atque Lyſimachiam ad Meridiem, 90. mill. paſſ. à Byzantio diſtans in Auſtrum, & 60. à Doriſco in ortum, nunc vicus *Macri* dictus.

MACRYNIUA, mons Ætoliæ maximus, ad Chalcidem oppidum Plinio.

MACTARUM, Africæ propriæ urbs, teſte divo Auguſtino.

MACTORIUM, oppidum Siciliæ Herodoto, & Stephano, vix 18. milliaribus ab ora auſtrali diſtans, nunc *il Mazarino*, caſtrum Vallis Netinæ in colle, Comitatus titulo clarum, gentis Brancifortiæ, Aretio teſte; eſtque inter Gelam fluvium ad ortum & Hymetam fluvium ad occaſum, ſed Thomas Fazellus, & Cluverius exiſtimant eſſe *Butera* ſeu *Botero*, caſtrum ejuſdem tractus, Principatus titulo inſigne, 50. milliaribus à priori in Meridiem, ubi plurimæ ruinæ viſuntur.

MACYNIA, oppidum Ætoliæ Straboni, quod & Macrynium, ad Macrinium montem, Chalcidi oppido proximum, Macyna dicitur à Plutarcho.

MAOAGAECARIA, *Madagaſcar*, inſula perampla Africæ, in Oceano Æthiopico, incolis *Madecaſe*, Gallis *l'Iſle Dauphine* & *Madagaſcar*, Luſitanis *la Ilha de San Lorenço*. Anglis *the Iſland of Madagaſcar, or St Laurence*, Arabibus *Sarandib*, Ptolemæo olim Menuthias dicta, & Plinio Cerne, ut exiſtimant doctiores, 90. aut 100. leucis Francicis diſtat ab ora Africæ in ortum. Eſt ex præcipuis inſulis totius orbis, utpote extenſa à gradu 15. latitudinis auſtralis uſque ad gradum 25. ejuſdem latitudinis; ſed ab ortu in occaſum multo minor eſt, detecta fuit à Luſitanis anno 1506. & nullæ ſunt urbes in tota inſula Madagaſcaria, ſed tantum pagi, uti etiam à paucis annis aliquot coloniæ Francorum verſus partem meridionalem inſulæ, ubi vertit in ortum, nempe arx Delphina, *le Fort Dauphin*, arx ſinus S. Auguſtini, *le Fort de la Baye de Saint Auguſtin*, & aliquot aliæ coloniæ minoris notæ in illis partibus. Dividitur autem tota inſula in plures provincias, ex quibus à Francis detectæ ſunt in parte meridionali Carcanoſſia, *Carcanoßi*, Ampatrum tractus, *le païs des Ampatres*, Machicorum tractus, *le païs des Machicores*, Carembola, *Caremboule*, Mahafalia, *Mahafale*, & Matatania, *le païs des Matatanes*. Sed provinciæ ſeptentrionales hactenus incognitæ ſunt. Hanc inſulam pluribus deſcripſit Stephanus *Flacourt* Gallus.

MAOASARA, Arabiæ felicis urbs, teſte Ptolemæo.

MADASUMMA, Africæ propriæ urbs, apud Antoninum, Maduſſama alibi idem legit, Madyſſumma eſt Victori Uticenſi.

MADAURA, urbs Africæ proprie dictæ Plinio, quæ Madurus Ptolemæo, patria Apulei, & Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Carthaginenſi, ubi olim litterarum Gymnaſium, ad quod Divus Auguſtinus ſe contulit, nunc quibuſdam eſt *Madara*, pagus tenuis Regni Tunetani, inter Hipponem ad occaſum & Carthaginem ad ortum 60. mill. paſſ. diſtans, prope Tuſcam fluvium, teſte Ortelio.

MAOENBURGUM, *Meideburg*, alias *Madeburg*, caſtrum Germaniæ, intra Palatinatum Rheni, ſed in tractu & ditione Spirenſi, 5. mill. Germanicis diſtans a Spira in occaſum, & vix 2. à Landavia in occaſum hybernum.

MADERA INSULA, *la Madera* Hiſpanis, quaſi lignea, *l'Iſle Madere* Gallis, *à Madeira* Luſitanis, *Madera* Anglis & Belgis, inſula Oceani Atlantici in Africa, olim Cerne Atlantica dicta, ut

exiſtimat Mercator, & detecta fuit & culta anno 1419. à Joanne Gundiſalvo Zarco, & Triſtano *Vaz* Luſitanis auſpiciis Regis Portugalliæ, cui etiamnum ſubeſt, ſicque dicta à magna ligni copia, cum ea antea inventa fuiſſet à Roberto Machino Anglo, ut narrant. Ejus longitudo eſt 25. leucarum, circuitus autem eſt 60. circiter, & ejus primaria urbs eſt Funcalia *Funchal*, à magna fœniculi copia ſic vocata, ſunt etiam in ea oppida Monerixum, & Fanum Sanctæ Crucis, cum 36. Parrochiis, & diſtat 3. leucis tantum ab inſula Portus Sancti, uti ſeptem à Deſerta inſula.

MADERA, *la Madera*, fluvius Americæ, qui & *Cayane* dictus. Oritur in America Meridionali & in confinio Peruæ, versùs Argenteam urbem; & deinde poſt longum curſum in Amazonium fluvium ſe exonerat infra Cananam provinciam, teſte Petro Texeira.

MADERASPATANUM, ſeu Madera portus, *Maderaſpatan*, urbs Regni Narſingæ, in ora Coromandelis & ſinus Gangetici, cum portu & arce S. Georgii dicta, ſub dominio Belgarum ab aliquot annis, prope Fanum S. Thomæ.

MADERIACUM, ſeu Maceriæ, *Mezieres*, urbs Galliæ in Campania provincia, in Retelenſi tractu, ſatis munita, à Moſà fluvio ferè circumdata, vix dimidia leuca diſtans à Carolopoli & ab arce montis Olympi, 4. vero infra Sedanum in occaſum, Rupem Regiam verſus totidem, 3. tantùm à confinio Ducatus Luxemburgenſis, 6. à Bullionio, 8. à Retelio, & 16. à Remis in ortum æſtivum; eſtque ſatis culta.

MADIA, oppidum Colchidis Ptolemæo, in Iberiæ confinio.

MADIÆ, vicus Æmiliæ, cujus fit mentio in itinerario antiquo, nunc *la Samogia*, vicus Italiæ in ditione Eccleſiæ, & in agro Bononienſi, ad viam Æmiliam, medio itinere inter Bononiam ad ortum, & Mutinam ad occaſum occurrens, & utrimque 10. milliaribus diſtans.

MADIAMA, Arabiæ felicis urbs, teſte Ptolemæo.

MADIANITÆ, populi Arabiæ Petrææ, ex Bibliis, qui Mandianitæ Stephano, in Palæſtinæ confinio, quorum terra Madiam dicta.

MADISANITES, ſinus maris Perſici Ptolemæo, qui Meſanites Stephano, ob Meſſenam inſulam, eſtque in ora Arabiæ fœlicis, in Arabiæ deſertæ confinio, ſed quid ſit hodie non conſtat, quanquam ab Ortelio dicatur *le Golfe de Saura*, qui eſt in ora Perſiæ ei obverſa.

MADOCE, urbs Arabiæ fœlicis Ptolemæo, inter fauces Arabici ſinus ad occaſum, & Arabiam emporium ad ortum, quam Barroſius interpretatur *Aden*, ſed aliis eſt *Menden* caſtrum ejuſdem tractus in ora maris Erythrei.

MADRIGALEXUM, *Madrigalejo*, vicus Hiſpaniæ, in Extremadura provincia Regni Legionis, prope Turrim Juliam, ubi obiit Ferdinandus V. Aragoniæ Rex anno 1516.

MADRITUM, *Madrid*, Caſtrum Galliæ in provincia Inſulæ Franciæ, una leuca à Pariſiis diſtans in occaſum, juxta Sequanam fluvium, paulo infra Fanum S. Clodoaldi, & à Franciſco primo Rege extructum fuit.

MADRITUM, *Madrid*, urbs Hiſpaniæ perampla, & ſedes regia, ad amnem *Manzanares* dictum, in Caſtella nova. Crevit ex ruinis Mantuæ Carpetanorum, nunc *Villa Manta* dictæ, vix una leuca ab ea diſtantis. Gaudet palatio regio, & creſcit in dies. Diſtans 7. leucis ab Eſcuriali in ortum Complutum verſus 5. & 12. à Toleto in Septentrionem, eſtque in regiuncula Algarria dicta, ſine muris, edito ſitu elata, ſed inæquali, & parvis male ſtrata lapidibus, in ea ſunt 18. Parrochiæ. 57. Conventus utriuſque ſexus, viæ multæ ſatis latæ, & circa 70000. incolarum, 14. plateæ, ex quibus una major pulcherrima; pontem etiam habens Segovianum dictum ad *Manzanares* amnem, hinc Madritenſis nomen gentis, dicitur etiam Matritum à plurimis recentioribus.

MADRIACENSIS PAGUS, tractus erat Galliæ in media ætate, qui alluebatur Sequana & Ebura fluviis, uti Vegra & Madria fluviolis, & rivo qui Villam Petroſam rigat, per hunc rivum ac Madriam terminabatur à pago Pinſciacenſi, per Sequanam à Vilcaſſino, per Eburam à Carnotenſi, trans Eburam autem Ebroicas verſus protendebatur, ſicque erat ubi nunc quædam pars Belſiæ, & pars Inſulæ Franciæ, & nomen traxit à Madriaco *Marcy*, oppidulo alias, nunc vico ad amnem Madriam, qui Nealpham rigat, & dicitur etiam Madricenſis pagus à quibuſdam.

MADURA, *Madura* Luſitanis, *Madoure* Gallis, inſula & Regnum Indiæ, in ora ſeptentrionali Javæ inſulæ verſus ortum.

MADURA, *Maduré*, urbs Indiæ intra Gangem, forſan Modura dicta ab antiquis, ſatis ampla & culta, aliàs ſub dominio Regis Biſnagariæ, nunc paret proprio Principi, *le Naique de Maduré* dicto, cum provincia adjacente ſatis ampla, inter Malabariam ad occaſum, & oram Piſcariæ ſeu fretum Manarium ad ortum, eique ſubeſt ora Piſcariæ, ex qua magnos proventus recipit. Sed clientelaris eſt Regis Biſnagariæ. Ei etiam ſubeſt Manaria inſula. Urbs ipſa Madura ſedet ad radices montium, & 60. mill. paſſ. diſtat ab ora freti Manarii in occaſum.

MADUS, oppidum fuit Britanniæ inſulæ, cujus fit mentio in tabulis Peutingerianis, nunc creditur *Maidſtone*, oppidulum Cantii in Anglia, ad Meduagum fluvium, quod Vagniacæ olim dictum fuit ab Antonino, 6. milliaribus diſtans à Roffa in Meridiem Ritumverſus 25.

MADYTOS, urbs Cherroneſi Thraciæ Xenophonti, quæ Madyta Balſamoni, & ex libris Conciliorum, proxima Seſto, nunc *Maiton* dicta à recentioribus. Vide Macidos.

MÆANDER, fluvius ingens Aſiæ minoris Straboni, qui Mæandros Ptolemæo, nunc vulgo *Madre*, teſte Caſtaldo, & *Palatia* aliis quibuſdam, *Mindre* vero, ſive *Bojuc Mindre*, id eſt magnus Mæander aliis, in Phrygia magna oriens, Cariam ab Ionia ſeparans, tandem in Mare Ægeum ſe exonerat prope Heraclæam & Miletum, oblique adeo fluens, ut in ſe ipſum recurrere videatur, 600. flexiones faciens, teſte Dione Pruſæo, unde gyri Mæandri dicuntur, ejus etiam meminit Ovidius libro 9. Metamorphoſeon.

MÆANDRIA, oppidum Epiri, in mediterraneis Plinio, quod *Alandriana* à Pineto indigitatur, Ceſtriæ finitimum.

MÆANDRINI, populi Aſiæ minoris, in ejus parte occidentali, ſic dicti quod circa Mæandrum fluvium inhabitent, teſte Dicti Cretenſi.

MÆANDRIS, mons Indiæ extra Gangem, teſte Ptolemæo.

MÆANDROPOLIS, oppidum Cariæ Plinio, quod Mæandrus Stephano, ad Mæandrum fluvium, nunc *Madre* dictum, teſte Caſtaldo.

MÆATÆ, populi Britanniæ majoris, ſic dicti teſte Dione Nicæo, quod juxta murum Picticum ſeu Vallum habitarent, ſub quibus comprehendebantur Ottadini, teſte Camdeno, erant ubi hodie Northumbria, *Northumberland*, provincia Angliæ Borealis verſus oram Oceani Germanici, & inter Sco-

tiam ad Septentrionem, & Dunelmenſem agrum ad Meridiem.

Mædi, populi fuere Thraciæ, cis Rhodopen montem Stephano, quorum regio ſeu provincia Mædica dicitur Ptolemæo, ſeu Græcia Macedonica quibuſdam, versùs oram maris Ægei, inter Ardeam ad ortum & ſinum Strimonicum ad occaſum, in Macedoniæ confinio. Medi dicuntur à Strabone. Ejus urbes fuere Oeſima & Doperus.

Mænala, Hiſpaniæ oppidum, juxta Malacam Straboni, & Avieno.

Mænalsa, Galatiæ oppidum, in Aſia minori Thucydidi & Stephano.

Mænalsus, mons Arcadiæ celebris Melæ, & Vibio Sequeſtri, qui Menalus Livio, prope Tegæam urbem, ubi Mænalus oppidum, teſte Strabone, & Mænala urbs Virgilio, unde Mænalius nomen gentis.

Mænaria, inſula maris Tyrrheni Plinio, nunc *la Mallora* dicitur, eſtque inſula parva admodum, ſeu veriùs ſcopulus parvus vix apparens, ante Liburnum, 5. milliaribus ab eo in occaſum diſtans, ut pluries vidi.

Mænariæ, inſulæ parvæ maris Balearici Plinio, Majoricæ inſulæ adjacentes, ante Palmam urbem, vulgo *los Puercos* Hiſpanis, ſuntque potius ſcopuli.

Mænomena, ſeu Mænomeni, montes Sardiniæ, in parte ſeptentrionali inſulæ Ptolemæo, verſus Corſicam, ibique per mediam inſulam currunt. Dicuntur etiam Inſani montes à Livio: quorum plerique veterum meminere, nunc *Canelle*, Ortelio teſte.

Mæon, pagus erat Hetruriæ prope Polymartium: cujus ager divo Anſelmo celebris, adhuc *Meana*, ſeu *Meona* nominatur, qui *S. Anſelmo di Meone* cognominatur, teſte Ferrario.

Mæonia, regio Aſiæ minoris, quæ & Lydia dicitur, Plinio teſte, Meonia vero Herodoto, & Dionyſio, cujus præcipua urbs Sardes, hinc Mæonius nomen gentis. Vide Lydia.

Mæotæ, populi Sarmatiæ Aſiaticæ Ptolemæo, qui Mæetæ Herodoto, & Mæotici Plinio, circa Mæotidem paludem incolentes, & verſus oram ejus meridionalem, inter oſtia Tanais fluvii, & Boſphorum Cimmerium, ubi nunc Circaſſi populi, quanquam Mela omnes populos hanc paludem adhabitantes uno nomine Mæoticos appellari tradat.

Mæotis Palus, ſinus ampliſſimus, ſeu potius mare Sarmatiæ Ptolemæo, quod Mæetis Herodoto, Mæotius lacus Plinio, Scythica ſtagna Mæotidis Columellæ, Cimmeriæ paludes Claudiano dicitur, & olim Temerinda accolis, Plinio teſte, id eſt mater maris nempe Euxini, nunc *la Mer de Zabacche* Gallis, ſive *Limen*, & *il Mare della Tana* Italis, *Gnile Morze* Polonis, *Afzak Denghiz* Turcis, & *Babr el Azach*, etiam Arabibus, *Limen More* Ruſſis, *Deria Azack* Perſis. Extenditur inter Europam & Aſiam ab ortu æſtivo in occaſum hybernum, terminaturque ad occaſum Taurica Cherſoneſo, Sarmatia Europæa ad Septentrionem, & Sarmatia Aſiatica ad ortum, & Meridiem, ubi nunc Tartaria Præcopenſis & Nogaienſis ad Boream, & Circaſſia Regio Aſiæ ad Auſtrum; cum Ponto Euxino connectitur per Boſphorum Cimmerium, & ejus pars eſt Coretus ſinus ad occaſum, ſed à Buge palude fera ſeparatur Zenonis Cherſoneſo. In eum Tanais fluvius ſe exonerat ab ortu, & ejus circuitus eſt 600. mill. paſſ. circiter, ſecundum recentiores: cum Polybius & Strabo crediderint eſſe multo majorem. Cauſa autem quòd palus dicitur, eſt quia adeo humilis eſt, ut plurimis in locis nonniſi ſcaphis & minoribus navigiis navigari poſſit, & vix naves opportunitatem habent figendi anchoras in mari, cùm 40. mill. paſſ. diſtent ab ora littorali pleriſque in locis, ut mihi narrarunt nautæ periti, qui illas partes luſtrarunt hiſce ultimis temporibus: & uſque in hodiernam diem nulla majora admittit navigia. Sed ejus ora littoralis versùs Septentrionem tota ferè inculta & deſerta jacet. Hinc Mæoticus nomen gentis indigenis illarum partium, hujus paludis meminit Virgilius libro 3. Georgicorum, & Valerius Flaccus libro 4.

Mæraum Fretum, *Strate van le Maire* Belgis, *le Deſtroit du Maire* Gallis, fretum Americæ Meridionalis, à Jacobo *le Maire* Hollando Hornano primùm detectum anno 1616. die 25. Januarii, inter Terram Ignis & Magellanicam ad occaſum, ubi Mauritii tractus, & Ordinum inſulam ad ortum, ad Meridiem & ortum freti Magellanici. Dicitur aliquando fretum S. Vincentii ab Hiſpanis, ſed id tantùm ex invidia, eſtque per illud facilis tranſitus ex mari Braſilico in mare Pacificum, cùm difficilis & periculoſus ſit admodum per Magellanicum fretum, & dicti freti Mærei longitudo eſt tantùm ſeptem leucarum circiter.

Mæsia, Sylva Thuſciæ Plinio, nunc *il Boſco di Baccano* dicitur, eſtque parva admodum in ditione Eccleſiæ, & in provincia Patrimonii, prope Baccanos, unde nomen recens ei inditum fuit, 25. milliaribus à Viterbio in ortum hybernum Romam verſus 15. ut pluries vidi.

Mæsius, Mons Myſiæ in Aſia minori, qui & Olympus, teſte Plinio, Myſius Melæ, & Myſius Olympus, teſte Plinio, in Bithyniæ confinio, nunc *Calogeron-oros* vocatur à Græcis, & *Geschidag* à Turcis, teſte Leunclavio. Vide Olympus.

Mæsolia, Indiæ intra Gangem regio, teſte Ptolemæo, Mæſolos populos habet Arrianus, & Mæſopolum fluvium ibidem Ptolemæus.

Mætonium, Sarmatiæ Europææ oppidum, teſte Ptolemæo.

Mævius, mons Campaniæ Vibio Sequeſtri. Vide Veſevus, idem enim eſt.

Magadoxa, *Magadoxo*, urbs ampla Africæ, & Regni cognominis caput, in Zanguebaria regione, cum arce & portu capaci. Aliàs expugnata fuit a Luſitanis, & ab ipſis malè habita, eſtque in ora Ajani, ad oſtia fluvii Magadoxi, 450. mill. paſſ. à faucibus ſinus Arabici ſeu maris Rubri in Meridiem, & 600. à Dioſcoridis inſula in occaſum hybernum.

Magadoxum Regnum, *le Royaume de Magadoxo*, Regio Africæ, in ora Oceani Æthiopici & in Ajana regione, verſus Regnum Adeæ, urbem habens primariam cognominem.

Magæ, ſeu Magi, oppidum Silurum in Britannia inſula, ex libro Notitiarum, quod Magni ex itinerario Antonini, nunc teſte Camdeno, *Old Radnord*, id eſt vetus Radnoria, Caſtrum Angliæ in Wallia Principatu, & in Radnoria Comitatu, in limite Herefordienſis tractus, & prope Radnoriam oppidum, inter Mongomericum ad Septentrionem & Brechiniam ad Meridiem, hujus tractus incolæ Mageſtæ dicti fuere à ſcriptoribus mediæ ætatis.

Magalona, ſeu Magalona, & Magalonenſium urbs, Galliæ Narbonenſis urbs, ex libris Notitiarum, *Maguelone* nunc in Occitania, antea Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Narbonenſi, in inſula parva intra ſtagna Volcarum, deſtructa fuerat à Carolo Martello metu Saracenorum, ſicque ſtetit uſque ad annum 1075. quo utcumque reſtaurata fuit ab Arnaldo ejus Epiſcopo, ſed poſtea defecit in dies, hodieque omnino exciſa jacet, manet tantum Domus cum Eccle-

ſia, & ejus Epiſcopatus tranſlatus fuerat anno 1536. à Paulo III. Summo Pontifice, ad Montem Peſſulanum inde nna leuca diſtantem in Meridiem, una leuca diſſita eſt ab ora Maris Mediterranei, & 16. à Narbone io ortum.

MAGARIS, Indiæ intra Gangem urbs, teſte Ptolemæo.

MAGARSOS Plinio. Vide Megarſus.

MAGANA, mons Galatiæ, Ancyræ urbi imminens, qui ex ea bodie nominatur, *il Monte d'Angouri* ab Europæis.

MAGAZA, *Magaza*, provincia Æthiopiæ ſuperioris, ſeu Abiſſiniæ, in ejus parte Boreali, juxta fluvium *Tacaze*, & Bagelam Regnum, teſte Hieronymo Lobo Luſitano.

MAGDALENÆ FLUVIUS, *el Rio de la Madalena*, fluvius Americæ Meridionalis, io novo Regno Granatenſi. Recipit fluvios *Carara*, *Pati*, *Guali*, & aliquot alios; deinde in fluvium Sanctæ Marthæ ſe exonerat in gubernio ſeu provincia Sanctæ Marthæ, teſte Antonio Herrera.

MAGDALUM, caſtrum Palæſtinæ, antea in Tribu Zabulou, poſtea in Galilæa, ad mare Galilææ, à quo volunt Mariam Magdalenam eſſe vocatam, 8. mill. paſſ. diſtans à Bethſaida in Meridiem, & 6. à Jotapata in ortum, de quo Joſephus.

MAGDEBURGENSIS ARCHIEPISCOPATUS, *das Ertzbiſthumb Meydburg* incolis, *l'Archeveſché de Magdebourg* Gallis, provincia parva Germaniæ, in Saxonia inferiori, ſub dominio proprii Archiepiſcopi; ſed quæ poſt obitum præſentis Adminiſtratoris è domo Saxonica juris erit Brandeburgici, pace Weſtphalica. Terminatur à Septentrione veteri Marchia Brandeburgica, uti media ab ortu, à Meridie aotem Principatu Anhaltino & ditione Halberſtadienſi, & Ducatu Brunſvicenſi ad occaſum. Ejus caput eſt Magdeburgum, & ex ea pendet Halla Saxonica, quanquam intra limites Ducatus Saxoniæ inſerta. Sed alia oppida ſunt parvi momenti, & quatuor ex his ſubſunt Duci Saxoniæ Hallenſi dicto pace ad Pragam ſancita.

MAGDABURGUM, *Magdeburg*, caſtrum Germaniæ, in Circulo Rheni ſuperioris, & in ditione Spirenſi, emptum anno 1517. ab Ulrico Duce Wirtemburgenſi cui ſuberat per Philippum Palatinum Spirenſem Epiſcopum, dicitur aliter Madenburgum. Vide ibi.

MAGDEBURGUM, quæ ex antiquis monomentis Parthenopolis, & Parthenope, vulgo *Meydburg* incolis, *Magdebourg* Gallis, urbs ampla & Archiepiſcopalis Germaniæ, in Saxoiiia inferiori, ad Albim fluvium, Regiunculæ cognominis capnt, Hanzeatica, & Imperialis ab anno 940. nunc etiam ſui juris, quanquam ſub clientela proprii Adminiſtratoris, ſicque ſervatur ab Electore Brandeburgico, cui conceſſus fuit tractus adjacens titulo Ducatus, pace Weſtphalica, antea munita fuit, & emporium celebre, ſed anno 1631. expugnata fuit ab Auſtriacis Duce Tillio & ab ipſis miſere deſolata, & pene deſtructa, oonc utcumque reparatur, & à quibuſdam creditur Meſvium antiquorum, teſte Petro Appiano, 12. milliaribus Germanicis diſtat à Vitteberga in occaſum æſtivum, Guelpherbytum verſus, & 9. ab Halberſtadio io ortum, & ejus Archiepiſcopi confeſſioni Auguſtanæ addicti erant ab anno 1567.

MAGDOLUS, oppidum Ægypti Herodoto, Peluſio urbi finitimum, ab eo 12. mill. paſſ. Serapium verſus.

MAGDUNUM, *Mehun*, oppidum Galliæ in Ducatu Aurelianenſi, io colle ad Ligerim fluvium, 4. leucis infra Aurelias in occaſum Bleſas verſus.

MAGDUNUM, *Meun ſur Eure*, oppidum Galliæ in Bituricenſi provincia, ad Eburam fluvium, unde loco cogoomen, ibi obiit Carolus VII. Galliæ Rex die 22. Julii anno 1461. 4. leucis diſtat ab Avarico Bituricum in Septentrionem Romorentinum verſus 8. circiter.

MAGEDDO, Paleſtinæ urbs, antea in dimidia Tribu Manaſſe cis Jordanem, poſtea in Samaria, verſus oram littoralem maris Syriaci, nunc vicus *Subimbre*, teſte Brochardo, de eo Juvencus libro 5.

MAGELLA, oppidum Siciliæ Livio, quod Macella Polybio, nunc teſte Fazello, eſt *Mugellino*; caſtrum Vallis ſeu provinciæ Netinæ, in monte prope *Calata Buſamar*, & 30. milliaribus à Syracuſis in occaſum, ſed Brietio ex poſitione Cluverii, eſt *Roſmano*, caſtrum ejuſdem Vallis, ubi veſtigia magnæ orbis, 5. milliaribus ab Enna in ortum, prope Chryſam amnem. Hinc Magellini populi Plinio.

MAGELLANICA REGIO, *las provincias del Eſtrecho de Magallanes* Hiſpanis, *la Magellanique* Gallis, *Magellanica* Anglis, & Belgis, Regio Americæ Meridionalis, & ejus pars perampla maxime verſus Auſtrum porrecta, cujus termini ſunt ad Septentrionem Regiones Ciles, Tucumaniæ, & Paraguaiæ, ad ortum mare Braſilium, ad occaſum mare Pacificum, & ad Meridiem freta Magellanicum & Mæreum. Sic denominata fuit à Ferdinando Magellano Luſitano, vulgo *Magalhaens* dicto, qui hanc Regionem primus detexit anno 1520. nomine Regis Hiſpaniæ, & poſtea pluries luſtrata verſus ejus oras littorales tantum ab Hiſpanis, Anglis, & Belgis, qui in interiora non penetrarunt; ideo paoca admodum de hac regione dicenda ſunt, quamquam ſit valde culta, cum nulla ſit urbs in illa, neque colonia Europæorum. Ejus vero partes ſunt Magellanica Regio proprie dicta, *la Magellanique*, inter fretum cognomine & fluvium Argenteum; Patagonum Regio, *le païs des Patagons*: Terra Ignis, *la Terre de feu*, Regio Ordinum *le païs des Eſtats*: Regio Mauricii, *het Maurice Landt*: Ultonia Meridionalis, *South Ulſter*: Regio Auſtralis Regis Caroli, *King Charles South Land*: ora deſerta *la coſta deſerta*, & aliæ minoris nominis in quibus ſunt plurimi portus & ſinus, præſertim in freto Magellanico, ad quod Hiſpani conſtruxerant urbem quamdam Philippolim dictam in ora ſeptentrionali freti & in ejus fere meditullio, obi maxime tendit ad Meridiem prope promontorium extenſum, vulgo *Cap Froward*, atque coloniam duxerant anno 1581. maximis ſumptibus, ut ſic Anglorum & Belgarum unitorum navibus tranſitum prohiberent, quanquam inibi Fretum latum ſit 15. mill. paſſ. ſed id fruſtra rentarunt, & paulo poſt illa colonia omnino excidit, fame aliiſque miſeriis necata: onde poſtea Angli, qui per hoc fretum tranſierunt biennio poſt, illius Philoppolis rudera Portum Famis, *Porto Fame*, vocarunt; vixque ejus apparent veſtigia.

MAGELLANICA INSULA, *l'Iſle Magellanique*, ſic dicitur à quibuſdam ea inſula perampla Americæ Meridionalis, quæ ab aliis vocatur Terra Ignis, ioter Fretum Magellanicum & Fretum Maereum. Vide Terra Ignium, ſive Ignis.

MAGELLANICUM FRETUM, *le Deſtroit de Magellan* Gallis, *el Eſtrecho de Magallanes* Hiſpanis, Fretum ampliſſimum & oblongum, quo conjungitur mare Boreale cum Pacifico ſeu Auſtrino, ab ortu in occaſum extenſum inter Magellanicam, ſive Patagonum Regionem ad Septentrionem & Terram Ignium ad Meridiem, per centum leucas. Detectum fuit à Ferdinando Magellano Luſitano anno 1520. menſe Novembri. Sed admodum difficile eſt, propter aliquot anguſtias, & oimiam æſtus vehementiam, ita ut naves Europæorum non amplius illic tranſeant, ſed per fretum Maereum, ex quo

primum anno 1616. detectum fuit, attamen Joannes *Narbrough* Anglus iterum per fretum Magellanicum tranſivit anno 1670. & ejus oras exacte luſtravit & deſcripſit, auſpiciis Caroli II. magnæ Britanniæ Regis. Vide fretum Magellanicum.

MAGELLANICUM MARE, *la Mer Magellanique*, pars eſt perampla Oceani Auſtrini, verſùs Magellanicam Regionem & partem Meridionaliorem Americæ, tam prope partem Orientalem Freti Magellanici quàm verſùs Occidentalem, etiam & ad Meridiem Terræ Ignis & Freti Maeret.

MAGELLANICUS OCEANUS, *l'Ocean Magellanique*, dicitur ſæpius & melius Magellanicum mare. Vide ibi.

MAGETÆ, populi Africæ, ut videtur Ortelio, gæſis utentes. De quibus Statius libro 2. Achilleidos.

MAGETROBIA, ſeu Magetobriga, & melius Amagerobriga, oppidum Galliæ Belgicæ Cæſari, quibuſdam eſt *Magſtat*, oppidulum Lotharingiæ, 6. leucis à Marſalio in Boream, aliis autem eſt Bingium, *Binghen*, oppidum Germaniæ ad Rhenum fluvium, ubi recipit Navam, in ditione Electoris Moguntini, & in limite Palatinatus Rheni, 4. milliaribus Germanicis infra Moguntiacum in occaſum Confluentes verſùs. Vide Amagerobriga.

MAGI, populi Perſidis, quorum urbs Paſagarda, teſtibus Plinio & Solino.

MAGIDA, Carmaniæ urbs Ptolemæo, quæ Maſin interpretibus.

MAGIOVINIUM, oppidum Cattieuchlanorum in Britannia majori, ex itinerario Antonini, quod Magioventum etiam dictum, nunc *Dunſtable*, oppidulum Angliæ, in ejus fere meditullio, & in Comitatu Bedfordienſi, in ejus parte meridionali, & 17. mill. paſſ. à Bedſordia in Meridiem Vindſoriam verſus 25. teſte Camdeno.

MAGISTRICA, oppidum Norici Stephano, quod nunc Lazius interpretatur *Madran*, caſtrum Germaniæ in Carinthia, inter Villacum & Saliſburgum, ex conjectura tantum.

MAGLIANUM, *Magliano*, urbs parva Italiæ, Sabinæ primaria, in ditione Eccleſiæ, prope Tiberim fluvium. Dicitur Manliana ab aliis. Vide ibi.

MAGLONA, oppidum Ordovicum in Britannia majori, ex libris Notitiarum, nunc *Machleneth*, caſtrum Angliæ in Wallia, & in Mongomericenſi Comitatu, ut Camdenus exiſtimat.

MAGNA GRÆCIA, regio ampla Italiæ, in ejus parte auſtrali Straboni, Plinio, & Ptolemæo, aliaſque valde extenſa, ut pote quæ Apuliam utramque, Meſſapiam ſeu Calabriam, Lucaniamque, cum Brutiis contineret, inter mare Tyrrhenum, Ioniumque, & ſinum Tarentinum: ſed poſtea anguſtioribus reſtricta fuit limitibus, & conſtitit in Lucania & Brutiis, quanquam multi ei etiam addant Meſſapiam, ubi Calabri, & Salentini; & ejus urbes claræ fuere Locri, Croto, Sybaris, Thurium, & Tarentum, ex quibus Croto & Tarentum duntaxat perſeverant: ibi nunc provinciæ Regni Neapolitani Calabria Citerior, Calabria Ulterior, Baſilicata, & pars auſtralis Principatus Citerioris, Cluverio teſte, quibus adjungitur provincia Hydruntina à quibuſdam.

MAGNÆ, ſeu Magni, oppidum Britanniæ majoris Antonino, quod Magæ ex libro Notitiarum, illud nunc Camdenus interpretatur *Old Radnor*, in Anglia, & in Walliæ Principatu. Vide Magæ.

MAGNAVILLA, *Granville*, oppidum munitum Galliæ, in Normannia provincia, & in ora littorali maris Britannici, verſùs inſulam Cæſaream, à qua 7. leucis diſtat in Meridiem, uti 6. à Conſtantia, 5. autem à Monte S. Michaëlis in Septentrionem. Dicitur etiam Grandiſvilla à quibuſdam.

MAGNAVILLA, *Majenfeld*, urbs Rhætorum, teſte Vadiano. Vide Majævilla.

MAGNASIA, promontorium Macedoniæ in Theſſalia, & in Magneſia provincia Ptolemæo, in mare Ægeum excurrens, nunc *el Capo Verlichi* Sophiano, ſed aliis eſt *el Capo di San Georgio*, teſte Brietio.

MAGNESIA, provincia parva Theſſaliæ, in Macedonia Plinio, inter ſinum Thermaicum ad Septentrionem & Pelagiſcum ad Meridiem. Ab occaſu autem habebat Phthiotidem & Pelaſgiotidem, Theſſaliæ etiam tractus, uti à Borea Pieriam, ad Peneum fluvium, & ad ortum mare Ægeum. In ea ſunt Pelion mons, & Oſſa, & Olympus, uti & Tempe Theſſala, locus amœniſſimus. Populi Magnetes Straboni, & quorum meminit Ovidius libro 11. Metamorphoſeon.

MAGNESIA, urbs Cariæ in Aſia minori Livio, & Straboni, prope Mæandrum fluvium, unde dicta fuit etiam Magneſia ad Mæandrum, & antea Theſſaloce, & Androlitia, ut Plinius refert, eſtque prope Thoracem montem, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Epheſino, nunc *Mangreſia* vulgo, caput regionis, 26. mill. paſſibus diſtans ab Epheſo in ortum, à Tralle 18. in Meridiem, & 70. à Smyrna in ortum hybernum. Hic Themiſtocles Athenienſis patria pulſus interiit, cum Rex Perſarum hanc ei urbem in panem dono dediſſet, & hic Antiochus Rex à Scipione victus, magna clade affectus eſt, unde Scipio Aſiaticus cognominatus, teſte Stephano.

MAGNESIA, urbs Lydiæ in Aſia minori Livio, & Ptolemæo, nunc *Magneſa Maniſſo*, teſte Leunclavio, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Smyrnenſi, verſus Sardes, & ad Sipylum montem, in limite Phrygiæ majoris, eſtque probe culta, & caput regionis ſub Turcis, cum arce antiqua in colle.

MAGNETUM, urbecula Epiſcopalis Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Callaicis Braccatiis, cujus fit mentio in libris Conciliorum, poſtea diruta fuit, & ejus Epiſcopatus Portuenſi unitus, locus nunc etiam *Mañedo* dicitur, teſte Gregorio de *Argaiz*, eſtque viculus tenuis Portugalliæ in provincia Interamnenſi.

MAGNIACENSIS PAGUS, qui & Meginenſis, *Meyen felde*, tractus Germaniæ in ditione Trevirenſi, prope & infra Confluentes, dicitur etiam *Meinevelde* à quibuſdam, eſtque inter Rhenum Moſellamque fluvios & Colonienſem ditionem, verſus Nertam fluviolum, ſicque dicitur à Magniaco oppidulo ſub dominio Electoris Trevirenſis.

MAGNIACUM, *Magny*, oppidum Galliæ in provincia Inſulæ Franciæ, & in Vexino Francico, medium inter Lutetiam Pariſiorum & Rothomagum, utrinque 14. leucis diſtans.

MAGNIACUM, *Mayen*, & *Meyn*, oppidulum Germaniæ, in ditione Trevirenſi inferiori & in Eiffalia tractu, ad Nertam fluvium, 4. milliaribus Germanicis à Confluentibus in occaſum, uti vix 3. ab Antennaco, & ab eo ditiuncula adjacens dicitur Magniacenſis pagus.

MAGNIANA, oppidum Pannoniæ Ptolemæo, quod Mogetianæ videtur, oppidum Pannoniæ inferioris ex itinerario Antonini, nunc teſte Lazio, eſt *Zika*, caſtrum Hungariæ inferioris, ad Sarvitium fluvium, in limite Turcicæ ditionis, inter Sabariam & Albam Regalem. Vide Mogetiana.

MAGNI DOMINI IMPERIUM, *l'Empire du grand Seigneur*, ſic dicitur aliquando regio perampla, quæ ſæpius & melius vocatur Turcicum Imperium. Vide ibi.

MAGNI MOGOLIS IMPERIUM, *l'Empire du grand Mogol*. Regio ampla Aſiæ, quæ ſæpius dicitur Mogolum Regio. Vide ibi.

MAGNOPOLIS, urbs Paphlagoniæ in Aſia minori Straboni, quæ Pompeiolis Plinio, & prius Eupatoria, Mithridatis Regia, in ora Ponti Euxini, & prope Amiſum urbem, à Pompeio Magno qui Mithridatem Regem vicit ſic dicta, & nunc exciſa jacens.

MAGNOPOLIS, ſeu Megalopolis, *Mecklenlenborg*, urbs fuit Germaniæ ampla, nunc caſtrum eſt tenue Ducatus cognominis, vix 3. mill. paſſ. à à Wiſmaria in Meridiem Suerinum verſùs, à quo 12. mill. paſſ. diſtat. Vide Megalopolis.

MAGNUM LITTUS, nunc *Arquico*, portus & caſtrum Æthiopiæ ſuperioris, in Abexia Regione, & in ora ſinus Arabici, contra Macariam inſulam, aliàs ſub dominio Abyſſinorum, nunc Turcis ſubditum. Dicitur aliter *Ercoco* a multis.

MAGNUM MARE, quod & Mediterraneum. Vide Mare magnum.

MAGNUM PROMONTORIUM, in Hiſpania, & in Luſitania Pomponio Melæ, quod & Olyſſiponenſe à Plinio dicitur, & Lunæ etiam promontorium, nunc *el Cabo de la Roca* dictum, ad oſtia Tagi fluvii in Oceanum Atlanticum, 6. leucis diſtans ab Olyſippone in occaſum, & una tantum ab arce Caſcale dicta in Extremadura provincia Portugalliæ, dicitur etiam *Cabo de Roca Cintra* a quibuſdam.

MAGNUM PROMONTORIUM, in Mauritania Cæſarienſi, Ptolemæo teſte, & prope oſtia Maluæ fluvii illam a Tingitana ſeparantis, nunc *Capo de One* dicitur à Marmolio, ab Ona urbe proxima.

MAGNUS CAMPUS, planities ampla Palæſtinæ, inter lacum Aſphaltiten, & Ginnabrim pagum Samariæ.

MAGNUS LOCUS, *Manlieu*, pagus Galliæ in Alvernia inferiori, cum Abbatia quæ Magni locus dicitur, & Magnilocenſe coenobium, vix una leuca ab Iſſidoro diſtans in ortum, uti ab Elavere fluvio, & de eo fit mentio in vita S. Boniti Epiſcopi Arvernenſis.

MAGNUS PORTUS, in Britannia majori Ptolemæo, in tractu Belgarum, & in ora maris Britannici, nunc teſte Camdeno, eſt *Portſmouth*, oppidum Angliæ Meridionalis in ora Hantoniæ Comitatus, contra Vectim inſulam, & 20. mill. paſſ. à Vintonia in Meridiem, licet Ortelius crediderit eſſe Hantonam urbem *Southampton*, in eodem Comitatu, 13. mill paſſ. a priori in occaſum.

MAGNUS PORTUS, in Libya interiori Ptolemæo, in ora Oceani Atlantici, nunc *Porto Seren*, teſte Caſtaldo.

MAGNUS SINUS, pars eſt Oceani Orientalis Ptolemæo, & vulgo *la Mer de la Chine* dicitur à Mercatore, ſed reveta ex deſcriptione Ptolemæi, eſt pars Oceani Orientalis ſive Indici, ubi nunc ſinus Cocinſinæ, *le Golfe de la Cochinchine*, inter Haynanum inſulam & Sinas ad ortum, & Regnum Cocinſinæ ad occaſum, ut exiſtimant recentiores.

MAGO, oppidum Hiſpaniæ citerioris in Baleari minori inſula Ptolemæo, & Plinio, nunc *Mahon*, teſte Floriano cum aliis, ſeu *Porto Mahon*, portus ampliſſimus Minoricæ inſulæ, cum vico adjacenti, & arce S. Philippi dicta in parte orientali inſulæ, 15. milliaribus diſtans in ortum à *Citadella* oppido, ibique quidam finxere Minoricam urbem, quanquam nullus ſit locus Minorica dictus in tota inſula.

MAGOA, Perſidis oppidum circa Suſianam, teſte Plinio.

MAGOG, Regio Perſiæ, cujus fit mentio in Sacris litteris, unde Magi dicti fuere, teſte Suida.

MAGON, Indiæ fluvius, in Gangem effluens, teſte Arriano in Indicis.

MAGONTIACUM, urbs Germaniæ Tacito, & Ammiano, quæ Mocontiacum Ptolemæo, & Moguntiacum aliis, vulgo *Maintz* incolis, *Mayence* Gallis, urbs Archiepiſcopalis Germaniæ ad Rhenum fluvium, ubi recipit Moenum, ſub dominio proprii Archiepiſcopi, dicitur melius Moguntia. Vide ibi.

MAGOUNTINA DITIO, provincia Germaniæ, juxta Rhenum & Moenum fluvios, in ditione Electoris Moguntini. Vide Moguntina ditio.

MAGRADA, fluvius Hiſpaniæ Tarraconenſis Melæ, in Vardulorum tractu, nunc eſt *Urumea*, fluvius Ipuſcoæ provinciæ, qui ad Fanum S. Sebaſtiani in Oceanum Aquitanicum ſe exonerat, differt autem à Menlaſco, eſtque parvus admodum.

MAGUDA, Arabiæ felicis oppidum, teſte Ptolemæo.

MAGUSANI HERCULIS FANUM, locus fuit Galliæ Belgicæ, ubi nunc *Weſtcappel*, pagus Scaldiæ inſulæ, in Zelandia provincia, circa Scaldis fluvii oſtia, ut exiſtimat Ortelius, ex veteri inſcriptione ibi reperta.

MAGUSTANA, Armeniæ majoris urbs, teſte Ptolemæo, quæ Maruſtana eſt interpretibus.

MAHMORA, *la Mahmora*, urbs parva, ſed permunita in Regno Fezzæ & in Fezza provincia, in limite Aſgariæ provinciæ, & ad oſtium fluvii Subæ, ſub dominio Hiſpanorum ab anno 1614. Portu gaudet capaci, in ora Oceani Atlantici.

MAHUM, *Mahu*, urbs eſt Imperii Sinarum, in Suchuenſi provincia, cujus octava cenſetur, ſedet juxta Mahum fluvium, eſtque ad radices montium, verſus limites Indiæ extra Gangem, teſte Martinio.

MAIA INSULA, *May*, inſula eſt parva admodum Scotiæ Meridionalis, in Forthea æſtuario, versus oram Fifæ provinciæ, à qua 4. milliaribus tantum diſtat, & 10. ab Andreapoli in Meridiem, ab Edimburgo vero 24. mill. paſſ. in ortum, teſte Timotheo Ponte.

MAJÆVILLA, *Majenfeld*, oppidum & arx Rhætiæ, in tertio fœdere ſeu decem juriſdictionum, prope Languarti fluvii confluentes in Rhenum, dictum fuit Magna villa à Vadiano, à Tſchudio autem ex monumentis veteribus Lupinum ſeu villa Lupina.

MAIAGUANA, *la Majaguana*, inſula Americæ Septentrionalis, & una ex Lucaiis inſulis, inter Samanam inſulam ad Septentrionem & Hiſpaniolam ad Meridiem in mari Boreali.

MAIARONA, oppidulum Hiſpaniæ in Bætica, nunc *Maerena*, oppidulum Vandalitiæ, vix 3. leucis ab Hiſpali diſtans in ortum.

MAIUINENSIS PAGUS, *Mainfeld*, oppidulum Germaniæ in ditione Electoris Trevirenſis & prope Confluentes. Vide Monaſterium Meinfeldiæ.

MAII FLUVIUS, *la Riviere de May*, fluvius Americæ Septentrionalis, in Florida Regione, oritur ex lacu Apalatæo, & poſt longum curſum in mare Boreale ſe exonerat.

MAII INSULA, *à ilha do Mayo*, inſula Africæ, & una ex Gorgadibus ſeu inſulis Capitis Viridis, in Oceano Atlantico, prope oram orientalem inſulæ S. Jacobi. In ea ſunt Salinæ magni proventus, eſtque ſatis culta, ſub dominio Luſitanorum.

MAII INSULA, *l'Iſle de Jean May*, in Oceano Septentrionali. Vide inſula Joannis Maij.

MAIMARGA, *Maimarg*, urbs Aſiæ in Mawa-

ralnahra

ralnahra regione, in via quæ ducit à tractu *Nachshab* ad Bocharam urbem, teſte Abulfeda.

MAINAS, urbs Peloponneſi in Laconia tractu, & in ora Laconiæ, ad Maleam promontorium, teſte Porphyrogenneta, ubi nunc etiam caſtrum *Maina* dictum, unde tractus adjacens, *il Brazzo di Maina* dicitur, & ejus incolæ Mainoræ, *les Mainotes* ſeu *Magnottes* vulgo.

MAINLANDIA, *Mainland*, id eſt continens, inſula maris Caledonii, & Schetlandicarum ſeu Hitlandicarum præcipua. Extenditur ad 60. mill. paſſ. à Septentrione in Meridiem. Et ibi tantùm aliquot vici, ſed plurimi ſinus, ſubeſtque dominio Regis Daniæ. Hujus inſulæ maritima fere tantū ante aliquot annos habitabantur, hodie etiam intima paulatim incoluntur, minori tamen ſucceſſu. Montes hic ſunt prælti: Ex his Cliſtici montes primores ſunt ad Meridiem, ad Septentrionem mons eſt Renisfeltius inſigni in apice pharo decoratus. Mainlandia autem, Orcadum inſula, ab aliis Romona dicitur. Vide ibi.

MAINOTÆ, *li Mainotti* Italis, *les Mainottes* Gallis, populi Peloponneſi, in ejus meridionali parte, ubi olim Laconia provincia. Vide ſupra Maines.

MAJONUUS, *Mayongue*, mons Luſoniæ inſulæ in Philippinis, & in Camarina provincia, verſus Cacetenſem urbem, ad ortum hybernum, ignes continuo emittens tribus faucibus, teſte Joanne à Turre-Cremata.

MAIOTÆ INSULÆ, *as Ilhas de Maiota* Luſitanis, *les Iſles de la Mayotte* Gallis, inſulæ Africæ in Oceano Æthiopico, inter Zanguebariam regionem ad ortum, & Madagaſcariam inſulam ad occaſum, & ei adjacent aliæ inſulæ minores.

MAJORICA, *Mallorca* incolis, *Maiorca* Italis, *Majorque* Gallis, alias Balearis major, inſula eſt ſatis ampla Hiſpaniæ, in mari Mediterraneo, inter Ebuſum ad occaſum, & Minoricam ad ortum, cum qua Regnum Majoricæ conſtituit. Alias Reges habuit proprior, nunc autem ſubeſt Regi Hiſpaniæ, uti Regi Aragoniæ. Ejus circuitus eſt ferè 110. mill. paſſ. Ejus præcipua urbs eſt Palma, *Mallorca*, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Tarraconenſi, ampla & permunita, cum portu in ora occidentali inſulæ, in qua ineſt etiam Alcudia oppidulum in parte orientali, cum 34. caſtris ſeu vicis, teſte Paulo Ferragutto viro clariſſimo, cui ut indigenæ fides magis adhibenda eſt, hinc Majoricenſes populi, *los Mallorquinos* Hiſpanis, *les Majorquins* Gallis, & *li Majorchini* Italis.

MAJORICÆ RAUNUM, ſeu Balearicum Regnum, *el Regno de Mallorca* incolis, pars eſt Hiſpaniæ, in qua Balearicæ inſulæ duæ major & minor, cum Formentaria, quæ à Jacobo Rege Aragoniæ conceſſæ fuerant filio ſuo ſecundo genito, & ejus præcipua urbs eſt Palma Balearium, ſed poſtea hæc omnia erepta fuere Regi Majoricæ, & Aragoniæ Coronæ reddita, ſub qua nunc cenſentur, ſuntque in mari Mediterraneo Balearico ab iis dicto.

MAITAVONIUM, locus Galliæ Narbonenſis in Provincia, ex itinerario Antonini, nunc quibuſdam eſt *Brignole*, oppidum Provinciæ, inter Forum Julium ad ortum, & Aquas Sextias ad occaſum fere medium, aliis autem eſt *Cotignac*, oppidulum in ejus viciniis, & prope Argenteum fluvium.

MAIUMA, quæ & Maioma, urbs Palæſtinæ in libris Conciliorum, in ora Judææ, Gazæ proxima, Epiſcopalis olim ſub Patriarcha Hieroſolymitano, inde ſupra 50. mill. paſſ. antea Anthedon dicta fuit. Vide ibi.

MAJNS MONASTARIUM, *Marmoutier*, Abbatia Galliæ celeberrima Ordinis S. Benedicti, prope & extra Turones, in oppoſita Ligeris ripa, à divo Martino inſtituta, cum cœnobio ſuperbiſſimo recens excitato, ſed nondum perfecto, & dicitur etiam Monaſterium Sancti Martini in quibuſdam titulis.

MALABARIA, *le Malabar*, Regio Indiæ, in parte auſtrali Peninſulæ intra Gangem ad occaſum, inter Regnum Decani ad Septentrionem & promontorium Comorinum ad Meridiem; eſtque valde abundans & fertilis. Extenditur autem verſus oram maris Maldivarum per centum leucas Gallicas, ſed ejus latitudo vix eſt 20. vel 15. leucarum, ubi Regna Galecuti, Cochini, Cranganoræ, Cananoræ, Coulani, & Travancoris. Sunt etiam in ea regione aliquot alia Regna minoris notæ, nempe Auriola, Badara, Batimana, Bipurium, Calecoulanum, Changanara, Chombætum, Cucuranum, Cotiga, Mangatum, Martum, Marta, Mouticum, Panhapelum, Porcanum, Punhalum, Tanorum, & Trivilaria. Sed eorum ditiones ſunt parvi admodum circuitus, & potius Principatus quàm Regna. Malabariæ autem urbes præcipuæ ſunt Angamala, *Angamale*, Calecutum, *Calecut*, Cananorum, *Cananor*, Cochinum, *Cochin*, Coulanum, *Coulan*, Cranganora, *Cranganor*, Travancorium, *Travancor*, & aliquot aliæ, ubi plurimi Chriſtiani degunt. Sunt etiam in ea regione aliquot coloniæ Belgarum & Luſitanorum, in ora tantum littorali; ſed Belgæ uniti poſſident Cananorium, Cochinum, & Coulanum urbes in illis partibus à paucis annis. Hinc Malabares populi dicti, *les Malabares* Gallis, *li Malabari* Italis, & *los Malabares* Luſitanis.

MALACA, urbs Hiſpaniæ Bæticæ Straboni, & aliis, quæ Malacha Plinio, à Phœnicibus cum Abdera condita, teſte Joanne Mariana, vulgo *Malaga* incolis, *Malgue* Gallis, urbs Hiſpaniæ in Regno Granatenſi, in planitie in ora maris Mediterranei, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Granatenſi, emporium eſt celebre, unde vinum optimum, ad oſtia fluvii *Quadalmedina*. Duas habet arces munitas in colle, *el Alcaçaba* & *Gibralfaro* dictas, atque armamentarium probe inſtructum, & longa obſidione capta fuit à Ferdinando & Iſabella Regibus Aragoniæ, & Caſtellæ anno 1487. 24. leucis diſtat ab Hiſpali in ortum hybernum, totidem à Gadibus in ortum, 20. à Freto Herculeo, à Granata vero 22. circiter, eſtque probe culta, Populi Malacitani dicti, ex veteri inſcriptione.

MALACA, *Malaca*, urbs Indiæ extra Gangem. Caput eſt Regni cognominis, in parte auſtrali Aureæ Cherſoneſi, ad Fretum Malacæ, & è regione Sumatræ inſulæ. Suberat antea Regi *Ihor*, poſtea occupata fuit anno 1511. à Luſitanis Duce Alfonſo Albuquerquio; & tandem anno 1640. capta à Belgis poſt obſidionem ſex menſium, ipſis etiamnum ſubeſt. Emporium eſt celeberrimum, cum portu capaci, & arce munita, eſtque prope oſtium fluvii cognominis, una leuca ab ora diſtans, hinc Malacitanus nomen gentis, *Malaire* vulgo, & *los Malayos* Luſitanis.

MALACÆ REGNUM, *le Royaume de Malaca*, Regio Peninſulæ Indiæ extra Gangem, & in intimo receſſu Aureæ Cherſoneſi, prope Fretum Malacenſe, è regione Sumatræ inſulæ, extenditurque ad 90. leucas Hiſpanicas verſus oram littoralem.

MALACANSA FRATUM, *le Détroit de Malaca*. Fretum inter Sumatram inſulam Aſiæ, & peninſulam Indiæ extra Gangem protenſum, *el Eſtrecho de Cingapura* Hiſpanis. Vide Fretum Malacenſe, & Sincapuræ.

MALÆI COLON, promontorium Aureæ Cherſoneſi Ptolemæo, ubi Malaca urbs Regia, &

emporium Indiæ ulterioris, teſte Gaſparo Varrerio.

MALÆI, *les Maleas*, populi Indiæ citra Gangem, intra montes Malabariæ regionis, verſus confinia Coromandelis, & juxta ditiones Principis Maduræ. In ea degunt plurimi Chriſtiani Sancti Thomæ dicti.

MALANIUM, oppidum Brutiorum in Italia Stephano, quod & Melanium etiam legitur, nunc teſte Barrio, eſt *Maida*, oppidulum Calabriæ ulterioris in Regno Neapolitano, ad Lametum fluviolum, 8. milliaribus à Neocaſtro urbe diſtans in Meridiem Hipponium verſus 16. ad radices Apennini.

MALBERTUM, *Maubert*, oppidulum Galliæ in Campania provincia, & in Retelenſi agro, in limite Hannoniæ, tribus leucis à Rupe Regia diſtans in occaſum hybernum, & 8. à Retelio in Septentrionem.

MALBODIUM, & Mallobodium, *Maubeuge*, oppidum Belgii Francici, in Hannonia, ad Sabim fluvium, medium inter Montes & Avenas. Vide Malobodium.

MALCECA, Hiſpaniæ oppidum in Luſitania, ex itinerario Antonini, nunc teſte Vaſconcello, eſt *Marateca*, ſeu *Marteca*, pagus Portugalliæ Regni in Extremadura provincia, ad *Zadaon* fluvium, inter Cætobricam & Saluriam, 15. mill. paſſ. diſtans, quanquam Ortelius crediderit eſſe inter Cordubam & Emeritam.

MALDIVÆ INSULÆ, *as Iſlas de Maldiva* Luſitanis, *les Iſles Maldives* Gallis, *Naldive* indigenis, id eſt quatuor inſulæ. Inſulæ Indiæ intra Gangem, ſeu multitudo inſularum in mari Indico, ferè 130. leucis à promontorio Comorino in occaſum. Sunt pro majori parte parvæ; extenduntur que à Septentrione in Meridiem per 300. leucas circiter; ſed probe cultæ ſunt, & dividuntur in 13. partes, quas vocant *Atollons*. Earum nomina ſunt *Tilladou Matis*, Luſitanis *Cabeza das Ilhas*, id eſt caput inſularum, *Milladove Madoué*, *Padypola*, *Malos Madou*, *Ariatollon*, *Male Atollon*, in qua eſt Mala inſula, *Poulisdou*, *Moluque*, *Nillandoux*, *Collomadoux*, *Adoumatis*, *Sovadou*, *Addou*, & *Pove Molluque*, quæ duæ ultimæ pro una tantum cenſentur. Regem habent proprium, cujus ſedes eſt in inſula *Male* dicta, circuitus 5. mill. paſſ. Eas pluribus deſcripſit Franciſcus Pirardus, & ab eis mare adjacens dicitur Archipelagus Maldivarum.

MALDIVARUM ARCHIPELAGUS, mare circa Maldivas inſulas. Vide Archipelagus Maldivarum.

MALDIVARUM REGNUM, *le Royaume des Maldives*, Regio Aſiæ complectens Maldivas inſulas, de quibus ſupra, ſub proprio Rege.

MALDRA, *la Maudre*, fluvius parvus Galliæ in provincia Inſulæ Franciæ, oritur prope Monfortium Amalrici, rigatiſque Nelfa & Maulia, in Sequanam ſe exonerat ſupra Meduntam.

MALDUNENSE COENOBIUM, cujus fit mentio in vita Sancti Anſelmi, nunc teſte Ortelio, eſt *Malmeſbury*, oppidulum Angliæ in ejus parte occidentali, & in Viltonia Comitatu, in limite Gloceſtriæ, 35. mill. paſſ. à Sarisburia in Septentrionem Gloceſtriam verſus 18.

MALEA, promontorium Peloponneſi, in ora occidentali Laconiæ, ubi vertit ad Meridiem Straboni, & Plinio, nunc *il Capo Malio* dicitur, teſte Sophiano, Brietio autem eſt *il Capo Malio di Sant' Angelo*, Laconicum ſinum claudens ad ortum, & ab Argolico ſeparans, in mare Ægeum valde porrigitur, & 10. milliaribus diſtat à Cythera inſula in Septentrionem, Naupliam verſus 90. à Sparta 70. in ortum Cretam verſus 60. Ejus meminit Virgilius libro 5. Æneidos, uti Ovidius libro 2. Amoris.

MALEG, *Maleg*, fluvius Africæ, in Æthiopia ſuperiori. Oritur in Regno Damuti, deinde recipit fluvium Anquetum; & poſt decurſum octoginta leucarum ſpatium, conjungitur Nilo fluvio in Nubia infra provinciam Faſculon dictam, teſte Hieronymo Lobo Luſitano.

MALEGUETTA, vulgo *la Maleguette*, Belgis *Tand Cuſt*, ora Guineæ regionis, in Africa, maximè in occaſum extenſa, inter oram Dentium ad ortum & montem Leonis ad occaſum, ubi primùm aliquot coloniæ Francorum jam ab anno 1366. deinde Luſitanorum, poſtea tandem Anglorum & Belgarum. Sunt tantum in ea aliquot Regna & portus, uti parva Deppa, Seſtum ſeu Pariſii, fluvius Sanguinius, & Goiana; ſed nullæ urbes. Dicitur hic tractus *la Coſte des Graines* à Gallis. Sunt tamen qui illam oram reſtringunt inter promontorium Palmarum ad ortum, & fluvium Seſtum, *dos Seſtos* ad occaſum.

MALEMBÆ REGNUM, *le Royaume de Malemba*, Regnum Africæ in Æthiopia interiori, inter Regnum Angolæ ad occaſum, lacum Zairum ad Septentrionem, & Monomotapam ad Meridiem, ſed de eo pauca admodum dici poſſunt.

MALEMORTIUM, *Malemort*, oppidum Galliæ, in Provincia, ad Druentiam fluvium, medium ferè inter Avenionem ad occaſum, & Aquas Sextias ad ortum.

MALEOS, inſula Britanniæ majoris Ptolemæo, quæ Mella Plinio, Æbudarum una, nunc teſtibus Mercatore, Ortelio, & Camdeno, eſt Mula inſula Scotiæ, *Mul* vulgo, prope oram occidentalem verſus Loquabriam & Lorniam provincias, & à prima tenui tantum Iſthmo diviſa, ejus circuitus eſt 90. mill. paſſ. & in ea ſunt quatuordecim caſtra cum aliquot villis, 12. mill. paſſ. diſtans à Juta inſula in Septentrionem, uti 70. ab ora proximiori Hiberniæ, & 16. à Skia inſula in Meridiem.

MALETUM, caſtrum Cœnomanorum in Gallia Ciſalpina, teſte Paulo Diacono, hujus nominis veſtigium exſtare putat Lazius in *Malzan* caſtro circa Tridentum.

MALESTRICTUM, *Maleſtroit*, oppidulum Galliæ in Britannia minori, ad Oudum fluvium, 9. leucis à Venetiis in ortum æſtivum Redones verſus.

MALEUS, mons Indiæ, ſub Æquatore circulo, ad Palibothram urbem, teſte Capella.

MALIACA, oppidum Aſturum in Hiſpania Tarraconenſi Ptolemæo, nunc Villanovano eſt *Malgrado*, ſed Gregorius *de Argaiz*, interpretatur *Grado*, vicum Hiſpaniæ in Aſturia Ovetana, intra montes, paucis leucis ab Oveto diſtans.

MALIACUS SINUS, Plinio, qui Melis Herodoto, Melicus Thucydidi, & Lamiacus Pauſaniæ, ſinus maris Ægei, partem Theſſaliæ alluens, nunc *il Golfo del Ziton* dicitur, teſte Sophiano, vocaturque aliter Oetæus. Vide ſinus Maliacus.

MALIAPURA, *Maliapur*, urbs Indiæ intra Gangem, in ora ſinus Gangetici, & in tractu Coromandelis. Aliter dicitur urbs Sancti Thomæ ſeu Meliapora, *San Thomé* vulgo, à Gallis capta anno 1671. ſed biennio poſt ab ipſis derelicta. Vide Fanum Sancti Thomæ.

MALIATTHA, Arabiæ Petrææ urbs, teſte Ptolemæo.

MALIBA, urbs Indiæ extra Gangem, teſte Ptolemæo.

MALICUTIA, *Malicut*, inſula parva Indiæ intra Gangem, & una ex Maldivis. Vide inſula Malicutia.

MALINA, *Malin*, oppidulum Bohemiæ, prope Budovecium, teſte Zeilero.

Mallaguetta, *la Mallaguette*, Regio Africæ, in Guinea latè ſumpta, in ora Oceani, inter Guineam propriam ad ortum, & Nigritiam ad Septentrionem & occaſum. A Meridie autem alluitur Oceano Atlantico. In eo tractu ſunt aliquot Regna minoris famæ, & quædam coloniæ Europæorum. Differt autem ab ora Malaguettæ, quæ minor eſt, ſed ei adjacens, aut verius pars ad ortum.

Malleaca, ſive Malleacum, *Mallezais*, urbecula Galliæ in Pictavenſi provincia, intra paludes, in inſula effecta à fluviis Separa & *l'Hautize*, ſicque ægre habitata propter aëris inclementiam, prius Epiſcopalis erat ſub Archiepiſcopo Burdegalenſi, à Joanne XXII. Pontifice Maximo facta, ſed die 4. Maii anno 1649. ejus Epiſcopatus ſuppreſſus fuit ab Innocentio X. Papa, illiuſque ſedes Epiſcopalis Rupellam tranſlata fuit, diſtat 5. leucis à Niortio in occaſum, 9. à Rupella in ortum æſtivum, & 2. à Fontenaco in Meridiem.

Malleo, *Mauleon*, oppidum Galliæ in Pictavenſi provincia, & in limite Andegavenſi, 11. leucis diſtans ab Andegavo in Meridiem.

Mallao, *Mauleon de Soule*, oppidum Aquitaniæ, regiunculæ Subolæ caput, in quo ortus Henricus Spondanus Epiſcopus Apamiarum ſcriptis celebris; eſtque i[illegible] Navarram inferiorem & Benearniam.

Malleo, ſive Malus Leo, *Mauleon*, oppidum Galliæ in Pictavenſi provincia, & in limite Andegavenſi, medium fere inter Andegavum ad Septentrionem, & Niortium ad Meridiem.

Malli, populi Indiæ citerioris, circa ortum Indi fluvii incolentes Straboni & Diodoro.

Mallia Aqua, ad Thermopylas in Phthiotide, & ad Oeten montem videtur Catullo, ubi Maliacus ſinus, ejus meminit Catullos carmine 69.

Malliæ, oppidum fuit Brutiorum in Italia, ex itinerario Antonini, in ora maris Tyrrheni, inter Scyllæum & Cænidem, cujus rudera etiam cum nomine durant in Calabria ulteriori, teſte Barrio, 24. mill. paſſ. à Nicotera in Meridiem.

Malliana, urbs Mauritaniæ Cæſarienſis, nunc *Meliane*, oppidum Regni Algerii, in Teneſa provincia, in colle, prope Mitomum fluvium, 40. mill. paſſ. ab ora maris Mediterranei in Meridiem diſtans.

Mallus, urbs Ciliciæ maritima Straboni, & Ptolemæo, ad Pyrami fluvii oſtia, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Tarſenſi, à quo parum diſtat in ortum, nunc vicus *Mallo*, cum portu & promontorio cognomine, inter Pompeiopolim ad occaſum & Iſſum ad ortum, ultra Cydni fluminis oſtia. Cujus meminit Lucanus libro 3.

Malmooia, *Malmuyen*, urbs Scaniæ provinciæ in Sueciæ Regno, dicitur *Ellebogen* a Belgis, quod cubiti formam referat, & condita fuit anno 1319. portu gaudens capaci & tuto ad Oreſundicum fretum, è regione Hafniæ: arcem habens validam ab anno 1434. alias paruit Regi Daniæ; ſed ab anno 1658. ſubeſt Regi Sueciæ, 4. milliaribus Danicis diſtat ab Hafnia in ortum, & 2. à Lundi in Meridiem, uti 4. à Coronia, fruſtra obſeſſa fuit à Daniæ Rege anno 1676. & iterum anno ſequenti ab eodem.

Malmundarium, *Malmedy*, oppidulum & Abbatia ditionis Leodienſis, cum cœnobio, ſub dominio proprii Abbatis, ad amnem *Rechte*, qui paulo infra cadit in Albam, in limite Ducatus Lozemburgenſis, uno milliari Germanico à Stabulo diſtans in ortum, & 2. à Limburgo in Meridiem, eſtque Sancti Modoaldi opus.

Malnoda, *Malnouë*, Abbatia Galliæ in Bria provincia, 4. leucis à Pariſiis in ortum, & vix una à Matrona fluvio.

Malobodium, ſive etiam Malbodium quibuſdam, *Maubeuge*, oppidum Belgii in Hannonia provincia, ad Sabim fluvium, ſub Galbis, ubi cœnobium Canoniſſarum, 4. leucis diſtans à Montibus in Meridiem Avennas verſus totidem, & amplum habet territorium.

Malodunum, *Maldon*, oppidulum Angliæ, in Eſſexiæ Comitatu, ad amnem Aquam nigram dictum, vix 7. milliaribus Anglicis ab ora Oceani Germanici diſtans, & olim Camalodunum dictum.

Malomons, *Maumont*, caſtrum Galliæ in Lemovicenſi provincia, Clementis VI. Pontificis Maximi natalibus celebris, uti & Gregorii XI. Pontificis etiam Maximi, qui Sanctam ſedem ex Avenione Romam reduxit, 3. leucis à Tutela in ortum, & unde ortus etiam Janus Maumontius, quem ob eruditionem commendat Julius Cæſar Scaliger.

Malstrandia, *Maelſtrand*, urbs parva Norvegiæ in Bahuſia Præfectura, quæ ab aliis, & melius Maſterlandia dicitur. Vide ibi.

Malthaca, inſula parva maris Ionii, circa Corcyram, teſte Plinio.

Malva, *la Maulve*, fluviolus Galliæ in Aurelianenſi provincia, in Ligerim fluvium cadit ad Magdunum.

Malva, fluvius Mauritaniæ Tingitanæ Ptolemæo, illam à Cæſarienſi dividens, à Ryſſadito urbe 92. mill. paſſ. in ortum diſtans: Malvana Plinio, vulgo etiam *Mulvya*, teſte Marmolio.

Malvæum Regnum, *le Royaume de Malvay*, Regio Indiæ propriæ in Imperio Magni Mogolis, inter Bengalam Regnum ad ortum, & Chitorium ad occaſum, urbem habens præcipuam Rantiporam dictam.

Malus, locus Myſiæ, in Aſia minori, inter Scepſim & Achæum oppidum, contra Tenedum inſulam, cujus meminit Strabo.

Mamalis, vicus Arabiæ felicis, in ora ſinus Arabici, inter Badei regiam & Adedi, ubi thua & myrrha proveniunt, teſte Teophraſto, Mamuſa vocatur à Ptolemæo.

Mamalia, urbs Æthiopiæ ſub Ægypto, teſte Plinio.

Mamaolxium, caſtrum Venetiæ in Italia Jornandi, nunc *Ambulcio*, ut quidam exiſtimant.

Mamare, convallis Palæſtinæ, quæ & Terebinthi, teſte Joſepho, à Chebron 6. ſtadiis diſtans, à Bethlehem ferè 15. mill. paſſ. in occaſum hybernum.

Mambuta, Meſopotamiæ oppidum, teſte Ptolemæo.

Mamersiæ, & Mamerciæ, *Memers*, oppidum Galliæ in Cenomanenſi provincia, & in limite Perticenſi, cujus fit mentio in actis mediæ ætatis, dicitur à recentioribus Memerſium. Vide ibi.

Mamartini, populi olim è Samo inſula ejecti, à Meſſanenſibus hoſpitio excepti, Strabone teſte, occupata urbe, illam Mamertinam appellarunt, ſicque Meſſanenſes Mamertini appellati; ſic apud Ciceronem Meſſana urbs Mamertina, & populi Mamertini appellantur.

Mamertinum Fretum, ad Siciliam, quod & Rhegium Straboni, Siciliæ Fretum Ciceroni, Plinio, & Tacito, Scyllæum Ovidio & Athenæo, Siculum Capellæ, anguſtia maris inter Cænidem Brutiorum promontorium, & Pelorum promontorium Siciliæ, nunc *il Faro di Meſſina*. Vide Fretum Siculum.

Mamartium, urbs Brutiorum in Italia Straboni, quod & Mamertum, nunc teſte Barrio, vulgo *Martorano*, urbs Regni Neapolitani in Calabria

Digitized by Google

citeriori, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Conſenotino, prope Sabbatum fluviolum, parva eſt, & malè culta, ad radices Apennini, & in limite Calabriæ citerioris, 7. milliaribus ab ora maris Tyrrheni in ortum, & 14. à Conſentia in Meridiem, Hipponium verſus 27. fere nunc in vicum redacta ex terræ motu, anno 1638. ſed Cluverius exiſtimat Mamertum eſſe Oppidum urbem Calabriæ ulterioris, quod etiam probare nititur.

Mamsstra, urbs Ciliciæ mediterranea, Archiepiſcopalis ſub Patriarcha Antiocheno, ex libris Conciliorum, quæ olim Mopſueſtia Straboni, nunc *Malmiſtra*, Adanæ finitima. Vide Mopſueſtia.

Mammella, orbs Germaniæ, quæ poſtea Cetia, teſte Fabricio, vulgo *Zeitz*, oppidum Saxoniæ ſuperioris, in Miſnia provincia, in ditione Epiſcopi Naumburgenſis, cum olim eſſet Epiſcopali dignitate inſigne, ſedet ad Elſterum fluvium, in confinio Oſitiæ, & medium eſt inter Naumburgum ad occaſum, & Altemburgum ad ortum, 4. milliaribus Germanicis otrimque diſtans, 11. à Miſna in occaſum, & 5. à Lipſia in Meridiem.

Mamma, oppidum Africæ, in Byzacena regione, teſte Procopio.

Mammæus Pons, vulgo *il Ponte Mammolo* dictus, Platina & aliis, extra Romam jacet ſupra Anienem fluviom, 6. mill. paſſibus ab ea diſtans in ortum, inter Sabinam & Latium, extructus fuit ab Alexandro Severo Imperatore, & ſic dictus in honorem Mammææ matris, teſte Lampridio.

Mammioa, Perſiæ urbs, apud Ptolemæum.

Mamora, *la Mamora*, urbs Regni Fezzæ in Barbaria regione. Vide Mahmora.

Mamortha, orbs Samariæ Plinio, eadem cum Neapoli. Vide ibi.

Mamuda, orbs Æthiopiæ ſub Ægypto, teſte Plinio.

Mamuga, urbs Syriæ mediterranea Ptolemæo, in Caſſiotide regione, inter Marathum & Apameam, nunc *Mabuga*, teſte Andrea Maſio.

Mamurrharum Urbs, ſeu Mamurrhæ, oppidum Latii Novi in Italia, cujus meminit Horatius libro 1. Ejus rudera cernuntur ad Itrum oppidum, *Itri*, in Regno Neapolitano, & in Provincia Terræ Labo[illegible]s, teſte Cclio Cittadino, inter Fundos ad occaſum 7. & Formias ad ortum, 3. mill. paſſ. diſtans.

Mana, *Manao*, inſula parva Aſiæ in Oceano Orientali, & una ea Latronum inſulis.

Manæana, oppidum Mauritaniæ Cæſarienſis mediterraneum Ptolemæo, inter Vagas & Oppidum novum, nunc *Miliana*, teſte Marmolio.

Manangarsus, *Manangharé*, fluvius Africæ, in inſula Madagaſcaria, in parte orientali; ubi auctus aliquot fluminibos, ſeptemplici oſtio in mare Æthiopicum ſe exonerat, teſte Flacurtio.

Mananpanus, *Mananpani*, fluvius inſolæ Madagaſcariæ, in Africa. In Oceanum Æthiopicum labitur in parte orientali inſulæ.

Manapia, urbs Hiberniæ inſulæ Manapiorum caput Ptolemæo, quæ & Menapia dicitur à quibuſdam, nunc teſte Camdeno, eſt *Wexford*, urbs Lageniæ Provinciæ, Comitatus Wexfordienſis præcipua, cum portu capaci in ora orientali inſulæ, ubi in Meridiem vergit, ad mare Vergivium, & ad oſtia Slani fluvii. Vide Wexfordia.

Manapii, populi Hiberniæ inſulæ Ptolemæo, qui & Menapii dicti fuere, in parte meridionali inſulæ, ubi tendit ad ortum, forſan ibi nunc Comitatus Wexfordiæ, ut recentiores exiſtimant.

Manaria, *Manar*, inſula parva peninſulæ Indiæ citerioris, in ora Ceylani inſulæ, ubi urbecula Manaria, *Manar*, in ditione Belgarum cum tota inſula, a qua mare inter oram Piſcariæ, in India citeriori, & Ceylanum inſulam dicitur Fretum Manarium. Aliàs hæc inſula ſuberat Principi Maduræ, in Coromandelia regione Regni Orixæ.

Manaricium, locus Batavorum in Gallia Belgica, ex itinerario Antonini, nunc teſte Simlero, *Manrick*, pagus Belgii in Ducatu Gueldriæ, ad Rhenum fluvium, & in Neomagenſi Tetrarchia, inter Batavodurum & Grinnes proxima oppida, atque inter Noviomagum ad ortum 4. & Trajectum inferius ad occaſum 3. leucis diſtans.

Manarium Regnom, *le Royaume de Manar*, Regio Indiæ extra Gangem, nunc ſub Regno Peguano, in limite Siami Regni, urbem habens primariam cognominem ad Menanum fluvium.

Manarmanis, portus Germaniæ inferioris Ptolemæo, poſt Rheni Oricotalis oſtium, id eſt poſt Iſalam, nunc teſte Cluverio, eſt *Geelmuyden*, oppidulum Tranſilaniæ provinciæ, ad oſtia Vidri fluvii in ſinum Auſtrinum, prope Clauſulam nigram, & vix 2. leucis à Campis in ortum, 3. vero à Zuvolla, ubi olim portus amplior.

Manassa Trsbos, una ex duodecim Judææ ſeu Iſraël, in duas partes diviſa, quarum dimidia pars Trans-Jordanem, quæ m[illegible]r ad Aquilonem tendit, à Meridie in Septentrionem cathenſa, inter Arabiam deſertam ad ortum, Jordanem ad occaſum, Tribum Gad ad Meridiem, & Syriam ad Arctos, ubi poſtea pars Trachonitidis, teſte Adrichomio; altera vero pars Tribus Manaſſe Cis Jordanem, mediam obtinens Judææ partem, ab ortu in occaſum extenſa, inter Tribum Iſachar ad Septentrionem, & Tribum Ephraim ad Meridiem, Jordanem ad ortum, & mare Syrium ad occaſum, ubi poſtea pars Samariæ regionis, teſte Adricomio.

Manathath, locus Palæſtinæ in dimidia Tribu Manaſſe, nunc pagus *Caro*, teſte Brochardo, olim etiam Cathoe dictus, ſub monte Ephraim, verſus montem Saron & Antipatrida urbem.

Manchana, Meſopotamiæ oppidum, teſte Ptolemæo.

Mancunium, oppidum Brigantum in Britannia majori, ex itinerario Antonini, quod & Manucium aliquando legitur, nunc teſtibus Lhuydo & Camdeno, eſt *Mancheſter*, oppidum Angliæ in ejus parte Boreali, & in Comitatu Lancaſtriæ, ad Irwelum fluviolum, in limite Ceſtriæ Comitatus, 32. mill. paſſ. à Ceſtria urbe in ortum æſtivum, & 40. à Lancaſtria verſus Meridiem.

Mancupia, *Mancup*, oppidum Tartariæ minoris ſeu Precopenſis, ſatis munitum, & olim Tractari dictum fuit, ut quidam exiſtimant, ſedet in monte excelſo ad Cabartam fluvium, teſte Mercatore, & prope Carcinitem ſinum.

Manda, fluvius Indiæ intra Gangem Ptolemæo, in ſinum Gangeticum ſe exonerat, ſed quid ſit hodie non conſtat.

Mandaoora, urbs Indiæ intra Gangem Ptolemæo, & Arriano, in ora Oceani Indici, quam Caſtaldus interpretatur *Mangalor*, aliis autem eſt *Zetapor*, oppidum in Regno Decani.

Mandagarsis, urbs Mediæ regionis Ptolemæo, eam hodie ab incolis *Maſandran* dici ſcribit Marius Niger.

Manoaedm, Æthiopiæ lacus, circa Azanium promontorium, Plinio teſte.

Mandarei, Sarmatiæ Aſiaticæ populi fuere apud Plinium.

Mandela, pagus Sabinorum, cujus meminit Horatius, tractus fuit Sabinæ regionis, juxta Digentiam amnem, infra Vacunæ Fanum & Lucreti-

Digitized by Google

lem montem, non autem vicus *Poggio Mirteto* dictus, ut quidam interpretantur, & id pluribus probat Cluverius libro 3. Italiæ antiquæ.

Mandapa, Thraciæ urbs, teſte Procopio.

Mandetrium, ſive, ut alii codices habent, Andetrium, oppidum Dalmatiæ mediterraneum Plinio. Vide Andetrium.

Mandingæ Regnum, *le Royaume de Mandinga*, Regnum amplum Africæ, in Nigritia regione, inter Nigrum ſeu Senegam fluvium ad Septentrionem, & Malaguettæ Regnum ad Meridiem. Ejus primaria urbs etiam Mandinga vocatur ſeu *Sango*, ut alii ſcribunt.

Mandoua, *Mandoua*, fluvius Indiæ intra Gangem in Regno Decani, juxta Goam urbem labitur, & paulo infra in Oceanum Indicum ſe exonerat.

Mandralæ, Indiæ intra Gangem populi, quorum civitas Palibotta, teſte Ptolemæo.

Mandranellæ Regnum, *le Royaume de Mandranelle*, Regnum Indiæ extra Gangem, ſub Regno Peguano, inter Tazatæium Regnum ad Meridiem, & Caſſubium ad Septentrionem, urbem habens primariam cognominem ad Peguanum fluvium, teſte Vincentio Albo Maſſilienſi.

Mandrereus, *le Mandrerei*, fluvius ingens Madagaſcariæ inſulæ, oritur in regiuncula cognomine; & multis auctus fluviis, in Oceanum ſe exonerat ad Meridiem inſulæ, & prope Carcanoſſiam regionem, teſte Stephano Flacurtio.

Mandria, *Mandria*, inſula parva maris Ægei, olim Minyia dicta, ut quidam exiſtimant, inter Samum inſulam ad Septentrionem, & Coon ad Meridiem, cum caſtro diruto, ſed incolis vacua eſt, & Scopulis undique vallatur, hinc mare adjacens dicitur *la mer de Mandria* à quibuſdam nautis; olimque Myrtoum vocatum fuit.

Mandropolis, Phrygiæ urbs Stephano, & in Titi nummo, Mandropus Livio, e *Mandragoia* vicus nunc forſan.

Mandubii, populi Galliæ Celticæ Cæſari, & Straboni, & ſub Æduis comprehenſi, fuere ubi nunc tractus Alexienſis *l'Auxois*, in Burgundiæ Ducatu, & in confinio Campaniæ, teſte Marliano, ſeu ejus pars *le pais Duesmois* tractus admodum parvus, eorum vero caput fuit Alexia *Aliſe*, jam deſtructa prope Flaviniacum.

Manduessadum, oppidum Cornaviorum in Britannia magna, ex itinerario Antonini, nunc *Manceſter*, viculus Angliæ in Varvicenſi Comitatu, teſte Camdeno, à Conventria 9. mill. paſſ. diſtans in Meridiem.

Manduria, *Mandeurre*, oppidulum Germaniæ in Comitatu Montis-Pellicardi, ad Dubim fluvium, & in ipſo limite Comitatus Burgundiæ, vix uno milliari Germanico à Monte-Pellicardo.

Manduria, oppidum Salentinorum Plinio, quod Mandurium Livio, & Stephano, nunc *Caſale-novo*, oppidum provinciæ Hydruntinæ in Regno Neapolitano, teſte Galatæo cum aliis, 7. milliaribus ab Vria urbe in Meridiem, & 20. à Tarento in ortum Aletium verſus 30.

Manegа, *Manega*, inſula Americæ Septentrionalis, & una ex Lucaiis in mari Boreali, parva eſt & montuoſa, 25. leucis à Teſtudine diſtans in Septentrionem.

Manei, populi fuere Hiſpaniæ Bæticæ, circa Bætis fluvii oſtia, teſte Avieno.

Manes, fluvius Phthiotidis Straboni, Thronium alluens. Vide Boagrius, nam idem eſt.

Manesium, Phrygiæ oppidum, teſtibus Stephano & Alexandro.

Manfredonia, *Manfredonia*, urbs Regni Neapolitani, Archiepiſcopalis, in Apulia & in Capitanata provincia, ſic dicta à Manfredo Rege Neapolitano, Frederici II. Imperatoris filio, qui eam circa annum 1256. condidit. Haud procul inde ad duo milliaria ad radices montis Gargani oſtenduntur ruinæ Siponti urbis, cujus ſedes Manfredoniam tranſlata eſt. Portu gaudet capaci & arce munita, in ora ſinus Veneti, 22. mill. paſſ. diſtans ab oſtiis Aufidi fluvii in Septentrionem, & 25. mill. paſſ. à Luceria in ortum. Alias capta fuit à Turcis, & miſerè direpta. Nunc utcunque reparata, ſubeſt dominio Hiſpanorum, ſed parva eſt admodum & alias portus Capitanatæ dicta fuit, teſte Collenucio.

Mangalora, *Mangalor*, urbs Indiæ citerioris, in Regno Biſnagariæ, in ora occidentali, cum arce & portu ad mare Indicum, in tractu Canara dicto, versùs Malabariam. Forſan dicta fuit Mandagora ab antiquis, ut exiſtimat Caſtaldus, & aurea paruit Regi Luſitaniæ.

Mangatum Regnum, *le Royaume de Mangate*, provincia Malabariæ, in peninſula Indiæ intra Gangem, ſub clientela Regis Calecutii, in mediterraneis, & verſus Regnum Gingis, cum oppido cognomine, 100. mill. paſſ. à Calecutis in ortum.

Mangerici Limes, ſeu Manderſchida, *Manderſcheidt*, oppidulum Germaniæ in Eiffalia, & in ditione Trevirenſi, duplex eſt, nempe ſuperius, *Ober Manderſcheidt*, in colle, & inferius *under Manderſcheidt*, & invicem ſeparantur Leſera fluvio, & valle parva admodum, 20. mill. paſſ. diſtat à Treveris in Boream Bonnam verſus, caput eſt Comitatus cognominis, habuitque olim Comites proprios, quibus etiam ſubeſt tractus in viciniis, *die Graffſchaft Manderſcheidt*, ſeu Comitatus Manderſchidanus, inter Colonienſem ditionem, & Juliacenſem Ducatum ad Septentrionem, & ditionem Trevirenſem ad Meridiem.

Manhata, *Manhate*, oppidum recens Americæ Septentrionalis, ſic dictum quod ſit in *Manhata* inſulula, excitatum fuit à Belgis in Novo Belgio, & ab eis vocatum Amſterodamum novum, ſed poſtea occupatum fuit ab Anglis, quibus nunc ſubeſt, & dictum *New Yorck*, novum Eboracum, unde etiam novum Belgium dictum fuit nova Eboracenſis provincia.

Manheimum, *Manheim*, urbs recens Germaniæ in Palatinatu inferiori, cum antea eſſet pagus tantum, ad confluentes Nicri fluvii in Rhenum, alias munita fuerat à Friderico IV. Electore Palatino, anno 1606. ſed capta fuit poſtea ab Hiſpanis, & diruta anno 1622. nunc autem reſtaurata fuit, & munita à paucis annis à moderno Electore Palatino Carolo Ludovico, & creſcit in dies, 3. milliaribus Germanicis diſtans à Spira in Boream, & totidem ab Heidelberga in occaſum; ibique alias fuit Valentiniani munimentum; arcem habet validam *Friderichſbourg* dictam, & ei fere adjacet ad Rhenum caſtrum *Eichelsheim* vocatum, ubi per 2. annos incluſus fuit Papa Joannes vigeſimus tertius, poſt ejus exauctorationem à Concilio Conſtantienſi, ſed nunc ſemidirutum jacet, ut pluries vidi, dum in illa urbe degerem anno 1673.

Manhoacus Pagus, ſeu Magnoacenſis, *le Manoac*, tractus Galliæ in Vaſconia, & in Comitatu Armeniacenſi, Aſtaracenſis pars fuiſſe videtur, prope ipſum, & Comitatus Bigerronum & Convenarum, ubi oppidula Caſtrum novum & Monleonium, teſte Oihenarto.

Manica, *la Manche*, ſic dicitur à Galliis;

mare Gallicum & Britannicum, inter Galliam & Angliam extenſum ab ortu in occaſum, nempe à Freto Gallico ad promontoria Gobæum & Antiveſtæum, & ejus etiam fit mentio in plurimis actis recentioribus, dicitur aliquando *la Manche du Sud*, ad diſtinctionem aliarum, Anglis vero *the Sleeve or Chanael*, & *the Narrow Sea*, Belgis vero *het Canael*. Vide mare Britannicum.

MANICA BRISTOLIENSIS, *la Manche de Briſtol*, ſic dicitur a Gallis æſtuarium Sabrinæ, pars maris Hibernici in ora Angliæ, inter Walliam Meridionalem, & provincias meridionales Angliæ. Vide Sabrinæ æſtuarium.

MANICA SANCTI GEORGII, *la Manche de Saint Georges* Gallis, pars ampla maris Hibernici, inter Angliam & Hiberniam, extenſa à Septentrione in Meridiem, dicitur aliter *le Canal de Saint Georges* quibuſdam, *Fariſi* Hibernis, *the Iriſh-Zea* Anglis, & *Mor-Werrid* Vallenſi idiomate. Vide mare Hibernicum, & Manica Occidentalis.

MANICA OCCIDENTALIS, *la manche de l'Oueſt*, pars ampla maris Hibernici inter Angliam & Hiberniam extenſa, & ſic dicta à nautis Gallis, quæ aliter etiam vocatur Manica Sancti Georgii, & Hibernicum mare, *the Iriſh Zea* Anglis. Vide mare Hibernicum.

MANICA SAPTANTRIONALIS, *la Manche du Nord*, dicitur à Gallis Oceanus Germanicus, quod inter Angliam, Belgium, & Germaniam extendatur, à Freto Gallico in Septentrionem reſpectu maris Britannici, quod ad Meridiem. Vide mare Germanicum.

MANICELUM, locus Liguriæ, ex veteri inſcriptione, qui Immanicelum Antonino, nunc *Immaticen*, vicus agri Genuenſis, teſte Auguſtino Juſtiniano. Vide Immanicelum.

MANIELUS, *le Maniel*, mons Americæ in Hiſpaniola inſula, præaltus & undique fere inacceſſus, circuitus octo leucarum circiter, & 15. tantum leucis diſtans à Dominicopoli.

MANILA, *Manile*, inſula ampla Aſiæ, in Oceano Indico, & Philippinarum caput. Dicta etiam Luſonia inſula, *l'Iſle Luçon* quibuſdam. Subeſt dominio Hiſpanorum; & ejus primaria urbs eſt Manila, in meditullio inſulæ. Dividitur autem in 3. partes Manilæ nempe, *Pampanga*, & *de Reilocos* dictas, & in hac inſula quinque linguis utantur incolæ, nempe Pampanga, Cagayana, Iloca, Zangala, & Tagala, quæ melior eſt. Quidam ſcribunt eſſe etiam Luſoniam urbem amplam in hac inſula; ſed de illa non mihi conſtat, nec quicquam legitur in hiſtoriis & deſcriptionibus recentioribus.

MANILA, *Manila* Hiſpanis, *Menile* Gallis & Hollandis, urbs & emporium Aſiæ, in inſulis Philippinis, Manilæ inſulæ primaria, & Archiepiſcopalis, cum arce & portu capaci, ad oſtia fluvii *Arand* in ſinum Cavitæ, ſub dominio Hiſpanorum ab anno 1572. quo ab ipſis expugnata fuit Sed deficit in dies, & fruſtra obſeſſa fuit à Belgis unitis anno 1649.

MANILÆ, *les Maniles*, ſic dicuntur nunc ſæpiſſime Philippinæ inſulæ Aſiæ in Oceano Orientali à Gallis, Belgis, & Anglis, à Manila earum urbe præcipua. Vide Philippinæ.

MANILÆ FRETUM, *el Eſtrecho de Manila* Hiſpanis, pars Oceani Indici, inter partem Meridionálem Manilæ, & inſulæ Tandaiam inſulam, in Philippinis.

MANILANOS SINUS, ſeu Cavitæ, *la Bahia da Cavita* Hiſpanis, ſinus eſt Oceani Indici late per Manillam inſulam extenſus à parte occidentali, & ad 80. fere milliaria extenditur, uſque ad Manilam urbem.

MANIMI, populi Germaniæ Tacito, quorum tractus *Manhartzperg* dicitur, teſte Lazio, inter Sylvam Hercyniam & Danubium fluvium, in Auſtria inferiori.

MANIOLÆ, inſulæ Indiæ in mari Orientali, nunc *as ilhas do Pracel* dictæ, inter Philippinas & Borneum, teſte Ortelio, aliis recentioribus ſunt Maldivæ inſulæ, quanquam multi exiſtiment eſſe Andemaonis inſulas in ſinu Gangetico.

MANIUS, ſinus Illyrici, Silaci, inter peninſulas Hyllis & Neſti. Nunc *il Golfo de Narenta* dicitur, teſte Joanne Lucio; eſtque in Dalmatia. Vide Narentanus ſinus.

MANLIA, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis in Celtiberis Livio, & antea ſub Numantinis, nunc *Mallon*, vicus Regni Navarræ, in limite Aragoniæ, & prope confinia Caſtellæ, juxta fluvium *Quejes*, 4. leucis à Tutela urbe in Meridiem Turiaſonem verſus, & totidem à Curiis in occaſum.

MANLIANA, *Magliano*, oppidulum Regni Neapolitani in Aprutio Ulteriori, ad quod Carolus Andegavenſis Rex utriuſque Siciliæ nobilem retulit de Conradino victoriam anno 1268. Sedet in colle, juxta fontes Telonii fluvii, & 6. tantum milliaribus a Fucino lacu in occaſum æſtivum.

MANLIANA, oppidum Hetruriæ in Italia Ptolemæo, & ex itinerario Antonini, nunc *Magliano*, caſtrum Thuſciæ in Senenſi agro, & in Maritimo tractu, à Telamone 7. mill. paſſ. in ortum æſtivum Suanam verſus 20.

MANLIANA, oppidum Vettonum in Luſitania Ptolemæo, nunc *Mallen*, vicus Extremaduræ Caſtellanæ in Hiſpania, teſte Joanne Mariana, ſed aliis eſt *Villafranca*, caſtrum Regni Legionenſis ad fluvium *Tormes*, 35. milliaribus a Placentia diſtans in Septentrionem, teſte Brietio.

MANLIANA, *Magliano*, urbs parva Italiæ in ditione Eccleſiæ, & in Sabina provincia, cujus caput exiſtit, prope Tiberim fluvium, in colle, ſedes eſt Epiſcopi Sabinenſis unius ex ſex antiquioribus Cardinalibus, 20. milliaribus diſtans ab Urbe Roma in Septentrionem, & 4. ſupra civitatem Caſtellanam in ortum æſtivum, ad ipſam vero è loco campeſtri tranſtulit Epiſcopalem Eccleſiam Sabinenſem Alexander VI. Pontifex Maximus anno 495.

MANLIANA, *Meliane*, urbs Mauritaniæ Cæſarienſis, quæ etiam Malliana dicta fuit. Vide ibi.

MANNARITIUM. Vide Manaricium.

MANNIA. *l'Iſle de Man*, inſula Angliæ, inter ipſam & Hiberniam. Vide Monœda.

MANOA, *Manoa*, urbs ampla Americæ Meridionalis, *el Dorado* Hiſpanis, de qua mira narrant incolæ, aiuntque ipſam eſſe ad ripam occidentalem lacus Parimei, in Guaiana regione; ſed nondum huc uſque pervenere Europæi.

MANOBA, oppidum Hiſpaniæ Bœticæ Ptolemæo, quod Menoba Plinio, ad oſtia amnis cognominis in mare Mediterraneum, nunc Moletio, eſt *Bezmeliana*, caſtrum Regni Granatenſis prope Malacam, aliis autem eſt *Almunecar*, oppidum ejuſdem Regni in ora maris Mediterranei, 10. leucis à Malaca in ortum, teſte Brietio.

MANORA, *Manora*, arx Indiæ intra Gangem, in ora Oceani Indici, & intra fines ditionis Magni Mogolis. Dicitur aliter Bandera; ſubeſtque dominio Luſitanorum.

MANRALI, populi Colchidis Ptolemæo, qui hodie Mengrelli dicuntur, teſte Poſtello cum aliis, & eorum Regio Mengrelia.

Mansfeldia, *l'Iſle de Mansfeld*, inſula Americæ Septentrionalis, in terra Arctica & in ſinu Hudſonio, recens ab Anglis detecta, & ſic dicta.

Mansfeldia, *Mansfeld*, oppidulum Germaniæ in Saxoniæ ſuperioris circulo, & in Thuringia, Comitatus cognominis caput, ſub dominio Electoris Saxoniæ, cum caſtro in colle adjacenti, 5. milliaribus Germanicis diſtat ab Halla in occaſum Northuſiam verſus 7. & 9. à Magdeburgo in Meridiem Erphordiam verſus 11. circiter.

Mansfeldienses Comitatus, *die Graffſchafft von Mansfeld* incolis, *le Comté de Mansfeld* Gallis, tractus Germaniæ, in Saxonia ſuperiori, & in Lantgraviatu Thuringiæ, inter Principatum Anhaltinum ad Septentrionem, ditionem Merſeburgenſem ad ortum, & Thuringiam propriam ad Meridiem & occaſum. Nunc ſubeſt Duci Electori Saxoniæ jure ſequeſtrationis, ſed alias ſuberat propriis Comitibus, qui nunc in quatuor lineas diviſi, nihil habent in dicto Comitatu, præter habitationem, venationem, piſcationem, & jus patronatus, cum annuo reditu 2000. florenorum ſingulis lineis aſſignato, teſte Joanne Theodoro Sprengero in Lucerna Imperii; & ſub hoc Comitatu comprehenduntur quatuor Comitatus minores, nempe Arnſtetenſis, Vipranus, Vetinenſis, & Quernfurtenſis. Ejus vero oppida præcipua ſunt Mansfeldia, Eſlebia, & Quernfurtum.

Mansiatri Sinus, *l'Ance de Manſiatre*, ſinus parvus Africæ, in parte occidentali Madagaſcar inſulæ, ubi Manſiatrus fluvius in mare Æthiopicum ſe exonerat, teſte Flacurtio.

Mansuetinum, oppidum Pannoniæ inferioris, ex itinerario Antonini, quod & Pons Manſuetinus dicitur, nunc teſte Lazio, eſt *Baboliza*, caſtrum Hungariæ inferioris, inter Sopianas & Arrabonem.

Mansus Aginnensis, *le Mas d'Agenois*, oppidulum Galliæ, in Vazatenſi agro Vaſconiæ, & in ipſo limite Aginnenſis tractus, ad Garumnam fluvium, paulo infra Tonnium, 6. leucis infra Aginnum Burdegalam verſus, & totidem a Vaſate in ortum.

Mansus Asilii, *le Mas d'Aſil*, oppidum Galliæ in Occitania. & in Fuxenſi Comitatu, cum Abbatia celebri ad amnem *la Rize*, 3. leucis ab Apamia diſtans in occaſum verſus Fanum S. Licerii 4.

Mansus Sanctarum Puellarum, oppidulum Galliæ, in Occitania provincia, vulgo *le Mas Saintes Puelles* dictum, una leuca diſtat à Caſtellonovo Arri, & alias Recaudum vocatum fuit, ut quidam tradunt, ſed peſſime habitum fuerat principio hujus ſæculi.

Mansus Verduni, *le Mas de Verdun*, urbs parva Galliæ in Aquitania, & in tractu Verdunenenſi, prope Garumnam, inter Toloſam ad Meridiem & Aginnum ad Septentrionem.

Mantala, oppidum Allobrogum in Gallia Narbonenſi, ex itinerario Antonini, nunc ut exiſtimant, eſt Monmelianum *Montmelian*, oppidum Sabaudiæ, cum arce permunita ad Iſaram fluvium, à Camberiaco 3. leucis diſtans. Vide Monmelianum.

Mantalia, *Mantaille*, caſtrum Galliæ in Delphinatu, 4 leucis à Vienna, ubi Boſo electus fuit primus Rex Burgundiæ ſeu Arelatenſis, die 15. Octobris anno 679. à proceribus illarum partium, teſte Nicolao Choriero in Hiſtoria Delphinatus.

Mantalus, Phrygiæ urbs, apud Stephanum.

Mantavonium, locus Galliæ Narbonenſis Antonino. Vide Maittavonium ſive Maitavonium, variè enim legitur.

Mantiana Palus, lacus Mediæ Straboni, in Armeniæ confinio, qui teſte Marco Paulo Veneto, hodie *Geluchalat* dicitur, ſed *Actamar* vocari ſcribit Thomas Minadoius. Ex Petri Gallii deſcriptione videtur ea eſſe quam Abylfeda in ſua Geographia Argis appellat. Scribit Gyllius hanc paludem octo magna flumina ingredi, nullúmque egredi, haberéque in ambitu iter octo quoque dierum; ſed quatuor tantùm habet Marcus Paulus Venetus, quod veriſimilius.

Mantieni, montes Armeniæ majoris Herodoto, ex quibus Araxes & Gyndes fluvii profluunt: qui Paryadris à Ptolemæo dicti.

Mantinaa, oppidum Peloponneſi in Argia Regione Plinio, ad ſinum Argolicum, nunc *Mantegna* vicus, teſte Nigro, & *Mandigna* Leunclavio.

Mantinea, urbs Peloponneſi in Arcadia Regione Plinio, ubi inter Græcos decertatum, Epaminonda Thebanorum Duce cæſo, ad radices montis Parthenii, nunc *Mandi*, Leunclavio, & *Mundi*, Zardo aliiſque, 25. milliaribus diſtat à Megalopoli in Septentrionem Argos verſus, 12. à Tegea, & 40. à Cleonis in Meridiem.

Mantini, populi Thraciæ, teſte Servio.

Mantinum, urbs Corſicæ Ptolemæo, nunc *la Baſtia*, urbs Corſicæ inſulæ primaria, in ora orientali, ubi ſedes eſt Præfecti Genuenſium, 7. ejus milliaribus, à Fano S. Florentii in ortum, & 22. a Sacro promontorio in Meridiem Marianam verſus 15.

Mantittur, Indiæ urbs intra Gangem, teſte Ptolemæo.

Mantua, urbs Galliæ Tranſpadanæ in Cenomanis Straboni, & Livio, perantiqua, & ante Romam condita, nunc *Mantoua* incolis, *Mantoue* Gallis, urbs eſt Italiæ in Longobardia, & Ducatus Mantuani ab ea dicti caput, & ſedes Ducum, Epiſcopaliſque ſub Patriarcha Aquileienſi, ſed ab ejus juriſdictione immunis ab anno 1453. ampla eſt & ſplendida, intra lacum cognominem, qui à Mincio fluvio efficitur, & illam tutiſſimam reddit ab hoſtili invaſione, anteaque dives erat, ſed anno 1629. capta fuit à Germanis Auſtriacis, & ab ipſis miſere vaſtata, paulo poſt tamen auxilio Francorum reddita Duci ſuo, è gente Gonzaga, cui etiamnum ſubeſt, nunc in dies pulchrior evadit, & 18. milliaribus diſtat à Piſcaria in Meridiem, uti 24. à Verona Padum fluvium verſus 10. & Rhegium Lepidi 36. à Brixia vero 36. etiam in ortum Ferrariam verſus 55. Hinc Mantuani populi, *li Mantouani* vulgo Italis, & *les Mantouans* Gallis, ejus meminit Virgilius libro 10. Æneidos.

Mantua Carpetanorum, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis in Carpetanis Ptolemæo, nunc *Villa Manta*, vicus tenuis Hiſpaniæ in Caſtella nova, vix 3. mill. paſſ. diſtans à Matrito urbe Hiſpaniæ regia, quæ primum crevit ex ejus ruinis, & Mantua nova Carpetanorum dici poteſt, teſte Tarapha, unde ſæpe Mantua Carpetanorum dicitur Matritum ab Hiſpanis.

Mantuanus Ducatus, *il Ducato di Mantoua* incolis, *le Mantouan* Gallis, provincia eſt Italiæ, in Longobardia, versùs Padum fluvium, à quo bifariam ſcinditur. Terminatur ab Oriente Ducatu Ferrarienſi, à Septentrione territoriis Veronenſi & Brixiano ditionis Venetæ, ab Occidente agro Cremonenſi Ducatus Mediolanenſis, & à Meridie Ducatu Mutinenſi, & ditione Ducis Mi-

randulæ, ubi olim Cenomani populi ex parte. Ejus primaria urba eſt Mantua; ineſt etiam Guardiſtalla oppidum, *Guaſtalla*, ſed alia oppida ſunt parvi momenti. Ducatus Mantuani partes fuerant antea Sabuloneta, *Sabioneta*, Novellaria, *Novellara*, Bozolum, *Bozolo*, Caſtilio Stiveriarum, *Caſtiglione*, & Sulphurinum, *Solfarino*, cum aliquot aliis locis. Sed nunc ab eo revulſi, propriis parent Principibus. Duci autem Mantuano ſubeſt etiam major pars Ducatus Montisferrati, inter Pedemontium, ditionem Genuenſem, & Ducatum Mediolanenſem, ubi Caſale, & Aquæ Statiliæ.

MANUASCA, *Manoſque*, urbs parva ſed lepida Galliæ, in Provincia, ad Druentiam fluvium, ſub dominio utili Equitum Melitenſium, 5. leucis diſtans à Reiis in occaſum, Aptam verſus 6. & 7. ab Aquis Sextiis in ortum æſtivum.

MANUDATUM, *le Mundat*, tractus Germaniæ in Alſatia ſuperiori, eſtque duplex, nempe ſuperius Manudatum, ubi Rufachium oppidum, & inferius ſub dominio Epiſcopi Argentoratenſis.

MAOOOSMOS, urbs Arabiæ fœlicis, Ptolemæo. Vide Naſcos, ſic enim legitur in codice Græco.

MAONIA, *Pulo Maon* incolis, *l'Iſle de Mon* Gallis, inſula eſt Indiæ in ſinu Gangetico. Vide inſula Maonis.

MAPETA, oppidum Sarmatiæ Aſiaticæ Ptolemæo, ad Paludem Mæotidem, & in ejus ora meridionali, nunc vicus *Copa* dictus, teſte Mercatore, prope oſtia Varadani fluvii, & Getuſam urbem, 50. mill. paſſ. à Boſphoro Cimmerio diſtans in ortum.

MAPURA, Indiæ urbs intra Gangem, teſte Ptolemæo.

MAQUEDA, *Maqueda*, vicus Hiſpaniæ cum caſtro in Caſtella nova, ad radices montis, Ducatus titulo inſignitur, & 2. leucis diſtat ab Eſcalona in ortum bybernum, 12. vero à Toleto in occaſum hybernum.

MARABINA, Africæ oppidum, in Pentapoli regione, teſte Ptolemæo.

MARACANOA, urbs Bactrianæ caput & primaria, in Sogdiana regione Artiano, & Quinto Curtio, nunc Caſtaldo, Gollio, & aliis eſt Samarcanda, *Samarcand*, urbs perampla, Trans-Oaianæ ſeu Mawaralnahariæ Regionis primaria. Regia fuit Tamerlani Tartarorum Imperatoris celeberrimi, qui illam ornavit & ibi Academiam inſtituit, cum ipſe natus eſſet in oppido *Kesh* in viciniis, arcem habet munitam, & 100. mill. paſſ. diſtat ab Oao fluvio in Septentrionem, de ea pluribus ſcripſerunt Iacutus & Gollius, eſtque in valle amoeniſſima *Al Sogd* dicta, & ad fluvium *Al Sogd* etiam, qui paulo infra in plures rivos dividitur.

MARACAYBUM, *Maracaybo* Hiſpanis, *Maracay* Gallis, oppidum Americæ Meridionalis in Venezuela provincia, juxta lacum cognominem, & ſub dominio Hiſpanorum, ſed captum fuit & direptum à Gallis anno 1669. & iterum anno 1678.

MARACAYBUS LACUS, *la Laguna de Maracaybo* Hiſpanis, *le lac de Maracay* Gallis, lacus Americæ Meridionalis oblongus, in Venetiola provincia, prope Corum urbem in ſinum Venetiolæ ſe exonerat, cum arce munita ad ejus fauces.

MARACLEA, Phœniciæ urbs maritima, juxta Antaradum versùs Septentrionem, teſte Guillelmo Tyrenſi Archiepiſcopo.

MARAHI, populi Germaniæ, & Slavorum pars, quorum fit mentio in actis mediæ ætatis; teſte Helmodo, dicti fuere etiam Maravani ab Hermanno Contracto, & Marahenſes à Dithmaro, inhabitabantque inter Boiohemum & fontes Oderæ fluvii, ubi hodie Moravia provincia, teſte Carolo *du Freſne du Cange*, Viro Clar.

MARANANIA, *l'Iſle de Maragnan*, inſula Americæ, in parte ſeptentrionali Braſiliæ, ad oſtia Miaru fluvii, a qua provincia adjacens dicta fuit Præfectura Maranania. Ante 50. annos à Gallis culta fuit; ſed poſtea ab ipſis derelicta, Luſitanis paret cum tota Braſilia. Ibi ara S. Ludovici, *San Luis de el Maranhan*, inſulæ præcipua, quæ capta fuerat à Belgis anno 1641. at poſtea à Luſitanis recuperata, parva eſt, ſed tamen Epiſcopalis recens ſub Archiepiſcopo S. Salvatoris.

MARANIA PRÆFECTURA, *a Capitania de Maragnan*, provincia Braſiliæ, in ejus ora Boreali, ſub dominio Luſitanorum, inter tractum Paræ ad occaſum, & præfecturam Siaræ ad ortum; & ejus locus præcipuus eſt urbs S. Ludovici, & ab ea etiam pendet Paræ tractus, teſte Texeira.

MARANI PALUDES, *le lagune di Marano*, paludes Italiæ in Ducatu Foro-Julii, prope Maranum, & inter illud, Gradum, & Aquileiæ rudera, in intimo receſſu Maris Adriatici, à quo ſeparantur tantum aliquot inſulis parvis.

MARANONIUS, *le Maragnon*, fluvius ingens Americæ Meridionalis, qui & *Xanxa* dictus, versùs fontes. Oritur in Peruæ Regno, ad radices Andium montium, è lacu *Chincacocha*; deinde plurimis auctus fluviis, in flumen Amazonum ſe exonerat, teſte Petro Texeira.

MARANTIUM, oppidum Hetruriæ, nunc Leandro eſt *lo Pomaranzi*, oppidum Thuſciæ, in agro Volaterrano, ad Cecinam fluvium, à Volaterris ad 5. mill. paſſ. in Auſtrum & ortum hybernum diſtans, ex veteri traditione.

MARANTIUM, *Marans*, oppidum Galliæ, in Pictavenſi provincia & Alnetenſi tractu, intra paludes, ad fluvium Separam Niortenſem. Diſtat 2. leucis ab ora Oceani in ortum, 4. à Malleaco in occaſum, & totidem à Rupella in ortum æſtivum, eſtque amplum & cultum.

MARANUM, *Marano*, oppidum parvum Italiæ in ditione Reipublicæ Venetæ, & in Foro-Julii provincia, paludibus undique circumdatum, cum arce munita verſus oram ſinus Veneti, & 80. milliaribus à Venetia diſtans, hinc paludes *le lagune di Marano* dictæ.

MARASA, *Maraſa*, urbs Africæ in Nigritia regione, ad Nigrum fluvium, in Gangaræ regno, & in ipſo limite Zanfaræ Regni, teſte Joanne Leone.

MARASDI, Arabiæ felicis urbs, teſte Ptolemæo.

MARATA NOVA, *nuevo Marata*, Regio ampla Americæ Septentrionalis, quæ aliter & ſæpius dicitur novum regnum Mexicanum. Vide ibi.

MARATHON, oppidum Atticæ in Græcia, 3. mill. paſſ. ab ora Euripi Ptolemæo, & Melæ, nunc vicus parvus *Marathona* dictus, teſte Sophiano, 30. mill. paſſ. diſtans ab Athenis in ortum æſtivum, ſub dominio Turcarum, ad fluviolum cognominem, hic Perſæ à Græcis, Miltiade Duce, ſuperati fuere, centum millibus cæſis, teſte Aulo Gellio libro 17. in campis Marathoniis.

MARATHONIA, Thraciæ oppidum, haud procul ab Abdera, teſte Stephano.

MARATHOS, urbs Syriæ Ptolemæo, & Melæ, verſus oram littoralem, & Phoeniciæ confinia, ad radices montis Caſſii, & Balaneis proxima, vulgo *Margath* caſtrum, teſtibus Moletio, & Olivario.

Digitized by Google

MARAMAROSINUM ſive Maramatoſinenſis Comitatus, *le Comte de Maramarus*, tractus ſive provincia Hungariæ ſuperioris ad radices Carpathi montis, nunc unita Tranſylvaniæ cui conterminus eſt & in ipſo limite Poloniæ, ſic vocatur à Maramaruſa ejus præcipuo caſtro quod ab aliis Moramaruſa dicitur. Vide Moramaruſienſis Comitatus.

MARATHUSSA, inſula parva maris Ægei, Ioniæ adjacens, ante Clazomenas, ſic à fæniculi copia appellata, teſte Stephano.

MARBELLA *Marbella*, oppidulum Hiſpaniæ in Regno Granatenſi & in ora maris Mediterranei, 6. leucis à Malaca diſſitum in occaſum hybernum Calpeii verſus.

MARBURGUM, ſeu Martiſburgum, *Marpurg*, urbs Germaniæ in Haſſia. Vide Martiſburgum.

MARCA, ſive Merca, *Marca*, urbecula fuit Dalmatiæ, in inſula cognomine maris Adriatici, & prope oram littoralem. Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Raguſino, nunc diruta jacet, vix tres aut quatuor domos continens, ſub dominio Reipublicæ Raguſinæ, manet tamen Epiſcopatus, cui Tribunienſis perpetuo unitus eſt, 5. milliaribus a Raguſio diſtans, & inſulæ circuitus eſt 4. mill. paſſ.

MARCA BAVARIÆ dicta fuit in media ætate, ea pars Auſtriæ ad occaſum, quæ nunc vocatur tractus ad Aniſum, & antea dictus fuit Bavaria Orientalis, teſte Lazio.

MARCA FAMINA, ſeu Martia, *Marche*, cognomento *en Famine*, oppidum Belgii in Ducatu Luxemburgico, intra Arduennam Sylvam, in limite ditionis Leodienſis, 6. milliaribus Germanicis diſtans à Leodio in Meridiem & 5. à Dinantio in ortum, ſub Hiſpanis.

MARCA HISPANICA, dicta fuit ævo Ludovici Pii, & Caroli Calvi Imperatorum, & ſequentibus temporibus, ea Hiſpaniæ pars verſus Pyrenæos, quæ hodie Catalonia vocatur & ejus meminit Petrus de Marca Archiepiſcopus Pariſienſis in libro de rebus Cataloniæ.

MARCARUS, *Markarfliot*, fluvius Iſlandiæ, apud montes *Eyafioll* fluens in meridionali parte inſulæ, teſte Theodoro Thorlacio.

MARCELLIANA, locus Lucaniæ Antonino Annam oppidum, teſte Celſo Cittadino, inter Calorem & Cæſarianam.

MARCETUM, *Marcet*, oppidulum Germaniæ in ditione Trevirenſi, nunc ſemidirutum jacens à paucis annis.

MARCHASIUM RODULPHI, *Marcheroux*, vicus & Abbatia Galliæ in provincia Inſulæ Franciæ, & in Vexino Francico, tribus leucis a Bellovaco in occaſum Calvum montem verſus 2.

MARCHENA, *Marchena*, urbecula Hiſpaniæ cum caſtro in Vandaluſia, in colle ſita ſub dominio utili Ducis de *Arcos*, 9. leucis ab Hiſpali in ortum, olimque Martiana dicta fuit, teſte Cluſio. Vide ibi.

MARCHENTUM, oppidum Scotiæ, nunc *Roxburg*, quibuſdam, in Scotia Meridionali, & in Teviotia provincia, verſus confinia Angliæ, quod à veribus Altaripa dictum creditur.

MARCHIA, quæ & Merchia quibuſdam, *The Merche*, provincia eſt parva Scotiæ Meridionalis, in confinio Angliæ, à qua ſeparatur Tweda fluvio. Ejus præcipua urbs fuit Bervicum, nunc Angliæ contributa. Terminatur ad ortum mari Germanico, ad Septentrionem Lothiana, ad occaſum Tuveotica, & ad Meridiem Northumbria Angliæ provincia.

MARCHIA, *la Marche* incolis, *la Marca* Italis, provincia G[illegible] Aquitania, ampla & culta, quæ [illegible] Septentrione Bituricenſi provincia, ab ortu Alvernia, ab occaſu Pictavenſi provincia, uti à Meridie Lemovicenſi, ſub qua etiam aliquando cenſetur, ſed revera ab ea ſeparata eſt, & dividitur in ſuperiorem quæ ad ortum, cujus caput Garactum, *Gueret*, totius provinciæ præcipua, & in inferiorem quæ ad occaſum, cujus caput eſt Oratorium, *le Dorat* vulgo, hinc Marchiani populi, *les Marchois* vulgo.

MARCHIA, *Mark & Markiſch-lands* incolis, *la Marc* Gallis, provincia Germaniæ, in Weſtphaliæ circulo, ſub dominio Electoris Brandeburgici, cui obvenit ex hereditate Julia cenſi. Ibi oppidum primarium Hamum ad Lippiam fluvium. A ſeptentrione terminatur ditione Monaſterienſi, ab ortu Ducatu Weſtphaliæ, à Meridie & ab Occidente Montenſi Ducatu.

MARCHIA, *Marck*, caſtrum Germaniæ, in Marchia provincia, unde ei inditum nomen, ad Lippiam fluvium, & prope Hamum oppidum, medium fere inter Lippiam oppidum ad ortum & Tremoniam ad occaſum, 5. milliaribus Germanicis utrimque diſtans, in Weſtphalia.

MARCHIA, *la Marche*, oppidum Galliæ in Barrenſi Ducatu, & in Baſſiniaco tractu, in limite Campaniæ, vix 3. leucis à Moſæ fluvii fontibus in ortum æſtivum Mirecurtium verſus 5.

MARCHIA ANCONITANA, *la Marca d'Ancona* indigenis, *la Marche d'Ancone* Gallis, provincia ampla Italiæ & ditionis Eccleſiæ, ubi olim Piceni maxima pars. Terminatur à Septentrione mari Adriatico, ab Oriente Ducatu Urbinate, ab Occidente Aprutio ulteriori, a quo ſeparatur Truento fluvio, & à Meridie dividitur ab Umbria monte Appennino, ſic dicitur ab Ancona urbe alias ejus primaria, ſed nunc ejus urbs præcipua eſt Macerata, provinciæ caput, ejus incolæ *Marcheggiani* vulgo dicti.

MARCHIÆ ANCONITANÆ URBES PRÆCIPUÆ.

Æſis, *Ieſi*.
Ancona, *Ancona*.
Aſculum, *Aſcoli*.
Auximum, *Oſimo*.
Camerinum, *Camerino*.
Firmum, *Fermo*.
Lauretum, *Loreto*.
Macerata, *Macerata*.

MARCHIA ANGLICA, *The Marches* Anglis, *la Marche* Gallis, tractus Angliæ à Septentrione in Meridiem extenſus, inter Sabrinam fluvium ad ortum & Offæ foſſam ad occaſum, & pro majori parte ex Wallia exceptus, ſed nunc variis provinciis unitus eſt.

MARCHIA BRANDEBURGICA, *das Marck von Brandeburg* incolis, *la Marche de Brandebourg* Gallis, provincia ampla Germaniæ, ſub dominio Electoris Brandeburgici ab ea dicti, in circulo Saxoniæ ſuperioris, ab ortu in occaſum extenſa, inter Pomeraniam & Ducatum Megalopolitanum ad Septentrionem, Poloniam magnam ad Orientem, Luſatiam & Saxoniæ Ducatum ad Meridiem, & Ducatus Magdeburgenſem & Luneburgenſem ad Occidentem. Quadruplex eſt, nempe Marchia vetus, *Alte-Mark* vulgo, cis Albim ad occaſum, cujus præcipua Tangermunda; Marchia Nova, *New-Marck*, ad ortum extenſa inter Oderam fluvium & Poloniam, cujus caput Cuſtrinum: & ab ea pendet etiam Stellomontanus tractus *Sternber-*

ſiſche land; Marchia Media, quæ in medio aliarum, & ipſis major, *Mittel-Marck* vulgo, cujus primaria urbs Berolinum, provinciæ caput, ad Spreham fluvium, ubi Electoris ſedes, & ab ea Marchia media pendent etiam Prignitia tractus, & Comitatus Rupinenſis. Quarta pars Marchia Ukerana, *Ucker-Marck* vulgo, ſatis parva ad Septentrionem excurrens, ubi nulla urbs celebris: ſed de aliis ditionibus Electoris Brandeburgici, vide ſuprà Brandeburgica ditio, & notandum eſt quod alias Marchia nova & Marchia Uckerana partes erant Pomeraniæ.

MARCHIÆ BRANDEBURGICÆ URBES.

Berolinum, *Berlin.*
Brandeburgum, *Brandeburg.*
Cuſtrinum, *Cuſtrin.*
Francofurtum ad Oderam, *Francfurt am Oder.*
Havelberga, *Havelberg.*
Spandavia *Spandaw.*

MARCHIA CAMBENSIS, provincia Germaniæ, ſic dicta a Cambo ejus oppido primario, aliter & ſæpius vocatur Nortgovia, *le Nortgaw*, & Palatinatus ſuperior *Ober Pfaltz*, ſub dominio Ducis Bavariæ. Vide Nortgovia, & Palatinatus ſuperior.

MARCHIA, cognomento in Famenenſi tractu, *Marche en Famine*, oppidulum Belgii in Ducatu Luxemburgico. Vide Marca Famina.

MARCHIA TARVISINA, *la Marca Trevigiana* incolis, *die Tarviſer Marck* Germanis, *la Marche Treviſane* Gallis, provincia eſt ampla Italiæ, ſub dominio Reipublicæ Venetæ, aliàs amplior fuit, nunc autem continet territoria Tarviſinum, Bellunenſe, & Feltrinum, inter provinciam Foro-Julii ad ortum & territoria Vicentinum, & Tridentinum ad occaſum. Ejus primaria urbs eſt Tarviſium.

MARCHIA THEATINA, provincia fuit Italiæ Ducibus Spoletanis ſubjecta, & poſt Ducatus Beneventani extinctionem inſtituta anno 851. quæ in ora poſt Termularum urbem ad Piſcariam uſque Ulterioremque Regionem, & in mediterraneis ad Valeriam & Marſos pertingebat, ut exiſtimat Camillus Peregrinus Capuanus.

MARCHIA TUSCIÆ, *la Marca Toſcana*, tractus Italiæ in Tuſcia, cujus fit mentio in actis mediæ ætatis, eratque in ejus parte meridionali, ubi nunc Maritimus tractus, *la Maremma*, in agro Senenſi, verſus Soanam, & Roſellas, teſtibus Ciaconio, & Cardinali Baronio, eratque pars Ducatus Tuſciæ.

MARCHIOFINNI, populi Scandiæ, fuere verſùs Rubeam promontorium, ubi nunc forſan Lappia Norwegica ſeu Præfectura Wardhuſia, in parte ſeptentrionali Norvegiæ, & tractus Finmarchia, teſte Cluverio.

MARCHIONATUS SACRI IMPERII, *le Marquiſat du Saint Empire*, provincia fuit Belgii ſat[illegible] ampla, & ab Ottone 2. Imperatore Marchionatus dignitate inſignita anno 973. tuncque complectebatur urbes Antuerpiam, Bruxellas, Lovanium, & Nivigellam, cum eorum territoriis, ubi nunc pars major Brabantiæ Ducatus in occaſum, ſed vix elapſis 70. annis, hic Marchionatus ſuppreſſus fuit & unitus perpetuo Brabantiæ, cujus major pars nunc exiſtit, teſte Joanne Carpentario, cum aliis, quanquam male in plurimis tabulis Geographicis ſumatur pro ſolo territorio urbis Antuerpienſis, & tanquam provincia ſeparata notetur, cum revera nulla fiat amplius mentio Marchionatus hujus in [illegible] temporibus, ſicque a tabulis Ge[illegible]graphicis exp[illegible] debet.

MARCIA, & Mar[illegible]ia colon[illegible] oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, ex v[illegible] inſc[illegible]ptione, nunc *Marchena*, urbs Hiſpaniæ in Vand[illegible] collc ſita, teſte Cluſio 9. l[illegible]s ab Hiſpali [illegible] ortum Urſaonem verſus 4. cum [illegible]ro an[illegible]

MARCIANA, u[illegible] A[illegible]iæ minoris in Lycia, Epiſcopalis ſub Patriarcha Conſtanti[illegible]opol[illegible]ano, à Marciano Imperatore ſic dicta, teſt[illegible]ca Holſtenio.

MARCIANA CASTRA, oppidu[illegible] Pannoniæ ſuperioris Ammiano, nunc teſte Lazi[illegible] eſt *Marckpurg*, urbs Germaniæ in St[illegible], ad Dr[illegible]vum fluvium, a Poetovione 4. m[illiaribus] Ge[illegible]nicis in occaſiuo diſſita, Draborgum verſus [illegible] & a Græcio 7. etiam in Meridiem Celeiam v[illegible]u[illegible] totidem.

MARCINA, oppidum Italiæ in [illegible]entinis Straboni, poſtea exciſ[illegible]m à Vandalis, nunc caſtellum *Vietri*, caſtrum tenue Regni N[illegible]po[illegible]itani in provincia Principatus c[illegible]terioris, & prope oram ſinus Salernitani, vix 2. milliaribus a Salerno, teſtibus Cluverio, & Ughello, & ex ejus ruinis excitata fuit Cava urbs.

MARCINIACUM, *Marcigny*, o[illegible]dulum Galliæ, ad Ligerim fluvium in Burgundiæ [illegible]uc[illegible]tu, & in limite Forienſis provinciæ, vix 2. leuc[illegible] à Semurio in occaſum.

MARCIUM, mons Latii, circa L[illegible] nuvium, diſtans ab urbe Roma 200. ſtadiis in ort[illegible] teſte Diodoro.

MARCIUS SALTUS in Liguria, & in Hetruriæ confinio, prope Apuam ubi Quintus Marcius a Liguribus circumventus eſt, teſte Livio

MARCODAVA, urbs Daciæ Ptolemæ[illegible], nunc teſte Lazio, eſt *Margoſeſt*, urbs Valachiæ Principatus: ad fluvium *Bardalach*, 9. milliaribus Germanicis à Soczavia diſtans.

MARCODURUM, oppidum Ubiorum in Germania inferiori Tacito, nunc Dura *Duren*, urbs Germaniæ in Juliacenſi Ducatu, ad Ruram fluvium, Divæo, & Rhenano teſtibus, olim Imperialis fuit & libera, ſed poſtea ab Imperio exempta, nunc ſubeſt Duci Neoburgico, 2. milliaribus Germanicis à Juliaco in Meridiem, & 5. à Colonia Agrippina in occaſum, Aquiſgranum verſus 4.

MARCOMAGUM, ſeu Marcomagus, vicus Ubiorum in Germania inferiori, ex itinerario Antonini, nunc *Marmagen*, caſtrum Eiffaliæ tractus, in ditione Electoris Colonienſis, prope fontes Ruræ fluvii, inter ditiones Juliacenſem & Trevirenſem, vix 2. milliaribus Germanicis ab Arenſberga in occaſum, inter Tolbiacum ad Septentrionem & Egoriglum ad Meridiem, teſte Cluverio.

MARCOMANNI, populi Germaniæ Tacito, & Ptolemæo, quorum Regio Marcomannia à Capitolino nominatur, fuere ubi poſtea Bohemia propria, *la Boheme* vulgo, Hercynia ſylva undique cincta, inter Sileſiam, Moraviam, Auſtriam, Nortgoviam, & Miſniam, ut probat pluribus Philippus Cluverius libro 3. Germaniæ antiquæ, quanquam Dubravius cum aliis crediderint eos fuiſſe ubi nunc Moravia provincia. Horum Regia fuit Marobodum; & Helmodus ſcribit libro 1. capite 68. ſuo tempore vocari Marcomannos uſitato more, gentes undecunque collectas, quæ Marcam incolunt, erantque alias in terra Slavorum quamplures Marcæ, quarum non infima Wagirenſis erat provincia.

MARCOPOLIS, *San Marco*, urbs parva Italiæ

in R[illegible] & in Calab[illegible]. Vi[illegible]

M[illegible] Syr[illegible], [illegible] aliis fu[illegible] A[illegible] E[illegible] [illegible]mo Ty[illegible]

MAR[illegible], [illegible] Marcula[illegible] ca-[illegible] Du-[illegible] ci[illegible] S[illegible] flu-vium [illegible] co in M[illegible] a M[illegible] 04. in [illegible]

MAR[illegible]RIUM, *Marckp[illegible]g*, [illegible] Ger-man[illegible] caltri [illegible] p[illegible]ovi[illegible] Dra-vi[illegible] M[illegible] an-t[illegible] [illegible]tion. Vid Marciana [illegible]

MA[illegible] Armeniæ ad [illegible]um Pi[illegible] Mel[illegible] *Mer-di*[illegible] ni-n[illegible] quia R[illegible] Armeniæ magnæ [illegible] 6[illegible] pass. ab Amida [illegible]um.

M[illegible], pop[illegible] A[illegible]æ [illegible] Mediæ con[illegible] bom & [illegible], [illegible] Hyr-cania [illegible] [illegible] fide, [illegible] in Sa[illegible] Asiaæ o[illegible] Euxi-num m[illegible].

MARDICUM, *M[illegible]*, arx [illegible] Bel-g[illegible] p[illegible] [illegible]ercam [illegible] Franc[illegible]um, nunc [illegible] jacet. Vide [illegible] Mar-dica

MARDU[illegible], flu[illegible] Mediæ [illegible] mæo per Mar-d[illegible] p[illegible] fluens, [illegible] mare C[illegible] haud pro-cul a Cy[illegible] Flu[illegible] per Apyr[illegible] po-pul[illegible] Mardis [illegible] fluer[illegible] Do-nysi[illegible]

MARE, [illegible] itur m[illegible] congregatio multa-rum aqu[illegible] quæ [illegible] di-v[illegible] a div[illegible] terræ par[illegible]us ipsi conti[illegible]us & vulgo voc[illegible] *la mer* a G[illegible] *la mar* ab H[illegible], *il mare* [illegible] alis [illegible] *das meere* a Ger-manis [illegible] *sea* [illegible] An[illegible] a Be[illegible] *M[illegible]ze* à Polon[illegible], *Moore* a Russi[illegible], *Farage* ab H[illegible] *Haaf* à Sue[illegible], *Bahr* ab Ar[illegible], *Deria* a [illegible], & *Den[illegible]* a Turcis, quod sæpe *Deniz* & *Deg[illegible]* pro-nun[illegible]atur ab ipsis; dividitur autem [illegible] E[illegible]te[illegible]us & in-te[illegible]

MAR[illegible] Oceanus, vul[illegible] *l'O*[illegible] & [illegible] p[illegible] di-pel[illegible] c an[illegible] & or-tum, [illegible] *Oce[illegible]en-tal* [illegible] & [illegible] *la m[illegible] de [illegible] Chi-ne* qu[illegible] sun[illegible] seu At[illegible] *l'Oc[illegible]cidental ou Atlantique* [illegible] B[illegible]ar[illegible] p-[illegible] seu Scythicus, *l'Ocean Septe[illegible]nal* [illegible] *ou de Ta[illegible]* ad M[illegible] [illegible] Æ[illegible]eus, *l'Ocean Meridional ou* [illegible] M[illegible] tius in [illegible]be novo [illegible] ea p[illegible] d[illegible]cta & in A[illegible] du-plex est [illegible]pe mar[illegible] [illegible]reale *la Mer du* [illegible], ver[illegible] Sep[illegible]lem & [illegible] & [illegible] Aust[illegible]um et Pacificum *la M[illegible] du Sud ou la Me[illegible]* v[illegible]dis partem M[illegible]dio-nalem & Occi[illegible] Americæ & pr[illegible] diver-si [illegible] regionum [illegible], varia dei[illegible]de sortiur [illegible] quibus p[illegible]

MARE INTER[illegible], multiplex est, nempe ma[illegible] terraneum q[illegible] proprie e[illegible] In-te[illegible] dicitur, *la Mer Mediterranée* cuj[illegible] plu-timæ [illegible] partes; mare [illegible]um [illegible] Or[illegible]tale, *la Mer Baltique*, mare [illegible]um seu Hyr[illegible]um, *la Mer* [illegible], Pontus Euxinus, nunc Mare Ni-gium *la mer No[illegible]*, sinus Arabicus, *la mer Rou-ge*, [illegible] *la mer de la M[illegible]*, sinus Persicus, *le Golfe de P[illegible]se* seu *la mer d'E[illegible]* [illegible]re Album seu sinus G[illegible]ndvicenti[illegible], *la mer [illegible]anche*, & Mæotis p[illegible]lus, *la Me[illegible] [illegible]aba[illegible] che [illegible] de la* [illegible] sunt maria interna orbis antiqui[illegible] cogniti. [illegible] Mor-tu[illegible] est lacu[illegible] q[illegible] mare, [illegible] Gal[illegible]æ. In Americ[illegible] mare [illegible]pu[illegible] *la mer Vermeil[illegible]*, inter novam H[illegible]spaniam [illegible] forniam insul[illegible] nondu[illegible] con[illegible] quæ [illegible] Oceani ver[illegible] Terra[illegible] Arcticas & sinum Bo[illegible]lem [illegible]ve Hud'on[illegible] & ve[illegible] Terras An[illegible]

MARE ADRIAT[illegible]CUM, quod & Superum, [illegible] a iter si[illegible] Venetus, *il Golf[illegible] di Venetia*, [illegible] *mare Adriatico* Ital[illegible] *le Golfe de Venise*, & etia[illegible] *la mer Adriatique* [illegible], *V[illegible]nediger Meer* Ger-m[illegible] *Venedik dengh[illegible]* [illegible], estque pars Maris M[illegible] inter Græciam, Il[illegible]y[illegible]icum & Italiam. V[illegible] Adriaticum Mare.

MARE ÆGEUM, Si[illegible], & aliis nunc vu[illegible] *Archipel* seu *l'Archipelague* Gal[illegible] *el Archi-pela[illegible]* Itali & Hispanis, *Acdenghz* Turcis, *Archi-pel[illegible]* [illegible], qua[illegible] Mare [illegible], & *A[illegible]pro The-lass[illegible]*, quasi Album Mare, pars est Mediterranei, in-ter A[illegible]m minorem ad ortum, Thraciam ad Sep-tent[illegible]nem, Macedoniam & Græciam ad occasum, & C[illegible] insulam ad Meridiem, estque quamplu-ri[illegible] [illegible] sparsum. Ejus partes sunt Mare Creti-cum, Mare Græcum, Mare Icarium, Macedoni-cum, Myr[illegible]oum, & Æ[illegible]

MARE ÆGYPTIUM, pars est Maris Medi-te[illegible] & sinus Sattalici, ut aiunt. Alluit oram sept[illegible]onalem Ægypti & Marmaricæ; extendi-t[illegible]ue ad partem australem Cypri insulæ, ut etiam Cretæ Vulgo *la mer d'Egypte* dicitur, & proten-ditur a Pelusio ad Ax[illegible] villam.

MARE ÆO[illegible]UM, par[illegible] est Ma[illegible] Ægei, in or[illegible] Asiæ minoris Æ[illegible] provinciam alluens, & *la mer de Smirne*, seu etiam *le Golfe de Smirne* di[illegible]tur a nautis, a Smyrna urbe celebri.

MARE ÆTHIOPICUM, Ptolemæo, seu Ocean[illegible] Æthiopicus [illegible] *l'Ocean Ethiopien*, seu [illegible] *d'[illegible]hiopie* p[illegible] Oceani [illegible] [illegible]tralem [illegible] ad ortum Æthiopiæ [illegible] quam [illegible] Ejus partes sunt mar[illegible] C[illegible], *la mer de Congo*, Mare Cafro-[illegible], *la mer des Caffr[illegible]s*, & Mare Zan[illegible]ueba-riæ, *la mer de Zanguebar*, alias B[illegible]icus sinus.

MARE AFRICUM extenditur inter Meli-t[illegible], Syrtim minor[illegible] & Siciliam ad ortum, & [illegible] partem austr[illegible]lem Sardiniæ & Amp[illegible]æ fluvii [illegible] Af[illegible]icam propriam & Byzacenam, atque Sici-li[illegible] [illegible]uens, cum minima parte Mauritaniæ Cæsa-ri[illegible] [illegible]ucque *la mer de Tunis & de T[illegible]poli* vul-[illegible]tur a Galli[illegible] aliquando etiam *la Mer de Bar-ba[illegible]e* a n[illegible]tis.

MARE ALBANIÆ, *il mare d'Albania* Ita-l[illegible], *Dracz-dengh[illegible]* Turci[illegible], pars Maris Ad[illegible]ti[illegible], [illegible] o[illegible]m Albaniæ Region[illegible], & a T[illegible] vo-[illegible] a D[illegible]rachio urbe in [illegible]jus ora.

MARE ALBUM, *Bielo More* R[illegible]is, d[illegible]tur a[illegible] sinus Grauduicus W[illegible] Bel[illegible]is *la mer Blan-che* [illegible]lli, pars est Oceani Septentrion[illegible], ter-r[illegible] inter Du[illegible]m Io[illegible] viæ provinciam ad or[illegible] & Lappiam M[illegible]ovi[illegible]am ad occasum, per [illegible] ejusque [illegible]porium præcipuum est Ar-can[illegible]p[illegible] dicitur etiam Russicus sinus *le Golfe de Ru[illegible]* a quibusdam.

MAR[illegible] ALBUM [illegible] *Ac-Dengh[illegible]* Turcis, & *A[illegible]pro Thalassa* Græcis, sic dicitur Archipelagus,

ſive Mare Ægeum ad diſtinctionem M[illegible] Euxini quod Nigrum M[illegible] ab [illegible], [illegible] cum [illegible]. & ſub [illegible] Pr[illegible].

Mare Almach[illegible]m, [illegible] Mare Scythicum. Vid[illegible]

Mare Anchid[illegible]ium, *la* [illegible] *In-cbidol*, pars Oceani [illegible]. A J[illegible] ad terram Auſtralem port[illegible] [illegible] Hollandiam & [illegible] R[illegible]ionem

Mare Aq[illegible]itan[illegible]ium, [illegible] *la mer de Guienne* [illegible] *de* [illegible], [illegible] Oceani Gallici G[illegible]iam all[illegible] [illegible], [illegible] niam minorem ad S[illegible]tionem & [illegible] briæ ad M[illegible]diem [illegible] [illegible] venſem provinciam, [illegible]tonicam, & [illegible] latè [illegible]nptam, & aliquando etiam *le Golf de France* dicitur à nautis.

Mare Aren[illegible]um, *la mer de Sable* [illegible], *het Sandt Zee* Belgis, [illegible] dicitur ab Ar[illegible] ampla Africæ Region[illegible] quæ [illegible] deſertum, ex eo quod ve[illegible] & pr[illegible] ad inſtar maris, & in eo quot[illegible] fiunt A[illegible] tumuli qui poſtea a ventis [illegible] deportantur, aut in planities reducuntur. Vide Z[illegible]

Mare Argo[illegible]um, So[illegible] idem cum ſinu Argol[illegible]o, pars eſt Mar[illegible] Æ[illegible] ver[illegible] orientale [illegible] Peloponneſi, v[illegible]go [illegible]die *le G[illegible]e de Naples de Romanie*. Vide Argo[illegible] ſinus.

Mare Armuz[illegible]um, *o mar d'Ormut* Luſitanus, *la mer d'Ormus* Gallis, quod & ſinus Armuzius, pars eſt ampla ſinus Perſici extra ej[illegible] fauces ad ortum, inter oram Carmaniæ & oram Arabiæ, ſicque dicitur ab Armuzia inſula & urbe diruta,

Mar[illegible] Asiaticum Aſiam [illegible]em [illegible]ve proprie dictam generaliter alluens, Pli[illegible] o[illegible] ſt.

Mare A[illegible]iaticum Proprie Di[illegible]m, pars maris Mediterranei, alluit Aſiam minorem ad M[illegible]ridiem, vulgo *la mer de Caramame & de Rhodes*. Ejus partes ſunt mare Lycium, mare Pamphylium, mare Cilicium, & mare Carpathium.

Mare Atlanticum, Plinio, *la mer Atlantique*, pars eſt perampl[illegible] Oceani; unde dicitur etiam Oceanus Occiden[illegible]lis: quod Af[illegible]cam [illegible]uit ad occaſum, inter Artabrum Hiſpaniæ promontorium ad Septentrionem, & promontorium Leonis versùs Guineam ad Meridiem extenditu[illegible] [illegible] ad Gorgades inſulas, unde etiam vocatur [illegible]ndo *la mer du Cap Verd* a nautis. Vide At[illegible]n[illegible] mare.

Mare Auſon[illegible]um, pars M[illegible] I[illegible] P[illegible]nio, verſus Siciliam quam [illegible]luit ad [illegible], ut Brutio & magnam Græciam ad Orien[illegible] & Meridiem. Dictum fuit poſtea Siculum & a quibuſdam extend[illegible]ur a Sic[illegible]a Pel[illegible]ponneſum [illegible], & ſæpe etiam *la mer de Sicile* vocatur à [illegible].

Mare Au[illegible]tr[illegible]num, *la mer du* [illegible]s, & *la mar del Zur* H[illegible]is, *de Zuy*[illegible] Be[illegible]is pars ampla Oceani, quod etiam M[illegible]cum dicitur, *el mar Pacif*[illegible]o partem au[illegible] [illegible]æ Hiſpaniæ [illegible] ad [illegible]ptentrionem & [illegible] occidentalem Americæ Meridionalis ad o[illegible] [illegible]tur aliter mare Meridionale, & primum [illegible] fuit d[illegible] 25 Septembris 1513. à Va[illegible]o Nonn[illegible] *de Balboa* H[illegible]pano qui ei nomen i[illegible]po[illegible]it, quod [illegible] protenditur reſpectu maris Borealis, a [illegible] tantum ſeparatur iſthmo Panamæ 18 [illegible] partes ſunt mare [illegible] [illegible]orniæ *la me[illegible] de Cali*[illegible] [illegible]te Au[illegible]ſt[illegible]um proprie dictum, *la mer du Sud*, [illegible] n[illegible] Novæ Hiſpaniæ [illegible]re Peruan[illegible] *la Mer du* [illegible] & mare C[illegible] *la mer de C*[illegible] ad [illegible] [illegible] Lazari & Archipelagum S. Lazari & verſus Me[illegible] pro-

[illegible] [illegible] *de Zan*[illegible] r[illegible]

Mar[illegible] *el mar d*[illegible] P[illegible] ne[illegible] ſic[illegible] o[illegible] [illegible] ad [illegible] ad [illegible]

Ma[illegible] *Zuyde*[illegible] inte[illegible] G[illegible] [illegible] oli[illegible] ne in M[illegible] En[illegible] Be[illegible]

Mare Azanio[illegible] Æt[illegible]op[illegible], in ora o[illegible] mata pr[illegible]ntorium & [illegible] *d'Ajan* dicitur a [illegible] *tentrionale de la mer de Z*[illegible] ſumptam [illegible] ad o[illegible]

Mare Balear[illegible], *la mar de Mallorca* H[illegible] *la mer de* [illegible] Gallis, pars eſt ma[illegible] ve[illegible] Ba[illegible] & C[illegible] torio Barcinonem uſq[illegible] tum [illegible]

Mare Balti[illegible] Venedicum mare [illegible] mare, nunc vulgo *Oſt*[illegible] *la mer Baltique* G[illegible] *Oſter-Szee* Suec[illegible] *mare Baltico* [illegible] Daniam [illegible] & Germ[illegible] ſunt ſinus Bo[illegible] Ba[illegible]cum Mar[illegible]

Mare Barb[illegible] [illegible]eu Af[illegible] & [illegible] Æt[illegible] o[illegible] g[illegible] *la me[illegible] Zanguebar* [illegible] te.

Mare Barin[illegible] [illegible] *la mer de* [illegible] ſ[illegible] bent ex[illegible] pet[illegible] & [illegible] R[illegible] n[illegible]

Mare [illegible]orea[illegible] *Nort* [illegible] *mer du Nord* G[illegible] *el mar del Norte* [illegible] p[illegible] America [illegible] lue[illegible] B[illegible] & ej[illegible] Mex[illegible] [illegible] Franciæ [illegible] Se[illegible] tr[illegible]

Mare Brea[illegible] *the Northſea* A[illegible] *Noort-Zee* Belgis, [illegible] pars Oceani ſeptentrionalis quæ oram [illegible] & Germaniæ [illegible],

[illegible] Auſtrini ſæpe [illegible] *Manche du* [illegible] m[illegible], & [illegible] Ge[illegible]ma[illegible] ſum [illegible].

Mare [illegible]ROSI[illegible]M S[illegible] & Bo[illegible] eſt Po[illegible] n ora Tauricæ C[illegible] Bo[illegible] Ci[illegible]merium [illegible] de ce[illegible]re [illegible].

Mare [illegible]ASI[illegible]SUM *la mer du B[illegible]ſil*, pars eſt u[illegible], v[illegible] oram Bra[illegible]iliæ [illegible], in Am[illegible] M[illegible]onali V[illegible] mare.

Mare Br[illegible]ANN[illegible]M, Pli[illegible], [illegible] Ocea[illegible] Galliam & A[illegible] [illegible] A[illegible] ab Aut veſtæo p[illegible] [illegible] Fr[illegible] G[illegible], & [illegible]am et am ſept[illegible] G[illegible]æ a [illegible], [illegible] Britan[illegible] [illegible] Ga[illegible] & [illegible], *la Man*[illegible] ſeu *le Canal* Galli[illegible], *the* [illegible] E[illegible], ſive etiam [illegible] to *the* [illegible], & *th*[illegible] *Sea* [illegible] *Na*[illegible] *Sea* A[illegible] & *het Canael* B[illegible].

Mar[illegible] Cal[illegible]onium V[illegible] o F[illegible] Deu[illegible] O[illegible] A[illegible] et [illegible]mum *T*[illegible] *Deucal*[illegible] *Sea* vulgo, & B[illegible] p[illegible] J[illegible], [illegible] occ[illegible] lem [illegible] a- lem Scotiæ lavat, ad Iſlandiam uſque p[illegible].

Mar[illegible] Californiæ, *el mar de Cal*[illegible]*rnia*, ſic dic[illegible] perſæpe mar[illegible] Purpureum ab H[illegible], quod extendatur inter C[illegible]iam inſulam & Novum R[illegible] Mexicanum à Septentrione in Meri- di[illegible]m.

Mar[illegible] Canaden[illegible] *la mer de Canada*, pa[illegible] Sept[illegible] Canadæ re[illegible] ſeu N[illegible]æ [illegible] a[illegible] itur aliter & n[illegible] N[illegible]væ Franciæ. Vi[illegible].

Mare Cantabri[illegible]um, Ptolemæo te[illegible], pars eſt Oceani O[illegible]cide[illegible] n o[illegible] ſepte[illegible]ali H[illegible]ſp[illegible] vulgo *el mar de* [illegible] indigenis, [illegible] *mer de B*[illegible] [illegible], ex[illegible] a confinio A[illegible] ad ortum [illegible] atque ad pr[illegible]torium Artabrum ad occaſum, ſicque propriè pars eſt magni ſinus Fran- cici.

Mare Carpathium, Plinio, nunc *la mer de Scarpanto*, pars eſt maris Aſiatici, verſus Carpa- thum inſulam, [illegible]inio teſte.

Mare Caspium, Sol[illegible]o, idem cum Hyr[illegible]no, Albaniam, Mediam, Hyrcaniam, Margi[illegible]m, Scyth[illegible] ens dicitur nunc *la mer de Sala*, & ab [illegible] *vare* [illegible] *Tabriſtan* Ruſſi au- tem [illegible] *a moore*, [illegible] m[illegible] uno ſ[illegible]paratum eſt. Vi[illegible] C[illegible]pium mare, & [illegible]rca- num.

Mar[illegible] [illegible]SUM, *la mer Blene* [illegible] eſt maris Caſpii in [illegible] parte B[illegible]eali & [illegible]ora [illegible]- riæ de[illegible] ve[illegible] o[illegible] fluvi[illegible] Rha, [illegible] J[illegible]- kin[illegible]o.

Mar[illegible] Chr[illegible]tianum, *Chriſtian meer* Da- nis, *La mer Chriſtiane* Gallis, pars Oceani Septen- triona[illegible] inter [illegible]ras Arct[illegible] extenſum ad [illegible] Fr[illegible] ſic di[illegible] fuit a Danis in h[illegible] Chriſt[illegible] Regis, ſed [illegible] nomen obſol[illegible]tum eſt, & voca[illegible] ab A[illegible]is, & [illegible] m[illegible]e Septentri[illegible]le, & ejus pars [illegible] ſi[illegible]us H[illegible]onis ſive ſinus Bore[illegible], atque ſinu[illegible] Butt[illegible].

Mare [illegible]L[illegible]N[illegible]E *el mar de Cile* Hiſ[illegible] *la mer du Chili* Gallis, [illegible] m[illegible] Auſtrini v[illegible] o[illegible] Regni Cile in Am[illegible]ca M[illegible]ridi[illegible]nali, u[illegible] ma- re M[illegible]ellanicum, & m[illegible]e Peruanum.

Mare Cilicium St[illegible], pars e[illegible] maris A[illegible] Ciliciam alluens, & nunc *la mer de Cara- mani* dicitur, ſeu etiam *le* [illegible] *de S*[illegible]*talie* [illegible] q[illegible] hu- dam.

Mar[illegible] C[illegible]mbricum, Cherſoneſum Cim- bricam alluit ad [illegible] à *die Weſt*[illegible] dicitur D[illegible] & G[illegible], [illegible]*anemorck* à Gallis; eſtq[illegible] p[illegible] O[illegible]ea[illegible].

Mare Cimmerium, pars Euxini circa Bo[illegible] [illegible]eri[illegible].

Mar[illegible] Circumfluum, ſic [illegible] ab A[illegible] Oceanus, quod totum orbem c[illegible]- biat, teſte Ge[illegible].

Mare Congelatum Plinio n[illegible]c *la me*[illegible]*ciale* Dictum f[illegible] etiam Al[illegible]chium, eſtque pa[illegible] Oce[illegible] Septentri[illegible]lis Sc[illegible]hici & Glacialis i[illegible] Bo[illegible] Europæ.

Mar[illegible] Con[illegible]tantinopo[illegible]tanum, [illegible]citur Propontis in plurimis actis mediæ ætat[illegible], [illegible]od Conſt[illegible]nopoli[illegible] ejus ora ſeptentrionali [illegible] nunc etiam *Stamboul Denghiz* Turcis, & *la me*[illegible] *de Marmora* ali[illegible], eſtque [illegible] Aſiam minorem [illegible] & Thraci[illegible]m. [illegible]occa[illegible]n. Vide Propon- [illegible].

Mare Cort[illegible]sianum *el mar de Certez*, ſic [illegible]al quand[illegible] ab Hiſp[illegible]is m[illegible]e Purpureum, inter C[illegible] & Novam H[illegible]p[illegible] in extenſum, quod auſpiciis Ferdinan[illegible] Corteſi[illegible] primum detectum ſit ſæculo [illegible]. Vide m[illegible]e Purpureum.

Mare Creticum, inter Cretam & Pelo- ponn[illegible]um Solino, vulgo *la mer de Candie*, pars eſt m[illegible] Ægei [illegible]erſus oram Borealem Cretæ inſulæ, atque inter Samonium promontorium Cretæ, & Tæ- narium pro[illegible]montorium Peloponneſi.

Mar[illegible] Cr[illegible]m, ſeu Concretum Plinio, idem cum [illegible]laci[illegible], nunc *La mer de Petzorke* ſeu *la mer Gla- ciale* G[illegible], *Meurman*[illegible] *more* R[illegible], pars eſt Oc[illegible] S[illegible]ptentrionalis, & porrigitur à freto Veiga- tio ad promontorium Boreale.

Mare Cyprium, Pli[illegible]io, nunc *la mer de Levant* Gallis, *il mare di Cipro* Italis, pars eſt maris Me[illegible]iterr[illegible]nei, verſus Cyprum inſulam, quam alluit ad ortum, & inter C[illegible]iciam & Syriam.

Mar[illegible] [illegible]almaticum, *il mare de Dalma- ti*[illegible] I[illegible]lis, *la mer de Dalmatie* Gallis, pars eſt maris Adriat[illegible] ſeu ſinus Veneti Dalmatiam alluens, ſed alia [illegible] mare Adriaticum dictum fuit Dalmati- cu[illegible] post declinationem Imperii.

Mar[illegible] Dul[illegible] Huron[illegible], *la mer Douce de Huron*, la[illegible] maximus Americæ Septentrio- [illegible] in [illegible] Fran[illegible], eſtque ad occaſum Novæ Fr[illegible]æ [illegible]tenſus verſus [illegible]cum ſuperiorem. Sed vix ej[illegible] ora[illegible] luſtrata fuit à Gallis, & de eo plu- [illegible] Abbas Galinæus qui illud navigavit. Vid[illegible] Hur[illegible] mare Dulce.

Mare [illegible]oum, Plinio, ſeu Oceanus Eous & O[illegible] nu[illegible] *l'Ocean Oriental*, aliter *la mer de la C*[illegible] *du Japon* dicitur, eſtque pars ampli Oceani ve[illegible]us J[illegible]poniam & Sinas, inſ[illegible]liſque Philippinas, q[illegible] ſunt. Vide Eous Oceanus.

Mar[illegible] Erythræum, Plinio, ſeu R[illegible]brum, al[illegible] Ar[illegible]bicus ſinus [illegible] extenditur inter Arabiam ad ortum, & Troglod[illegible]ticam & Ægyptum ad occaſum; & nunc *la mer Rouge* & *la mer de la Mecque* di[illegible] à Gallis, *il mare R*[illegible]*o* ab Hiſpanis, ſed n[illegible] Ery- th[illegible]um al[illegible] pars eſt Oceani inter ſ[illegible] Pe[illegible]cum & Arabicum; hodieque Oceanus Arabicus, *la mer d'A- rabie* v[illegible] a recentioribu[illegible]. Vide [illegible]ræum mar[illegible].

Mare Euboic[illegible], Pli[illegible]o, vul[illegible] *la mer de N*[illegible]*ont* dicitur, eſt[illegible] p[illegible] Æ[illegible] mar[illegible] inter A[illegible]m & Euboeam [illegible]. Vide Euboicus ſi- nus.

Mar[illegible] En[illegible]num, inter Europam & Aſiam, u[illegible] [illegible] Bithy[illegible], [illegible]phl[illegible]goniam, C[illegible], & Colchi[illegible] alli[illegible], Strabone teſte, ab a[illegible] me[illegible]us dicitur Pontus Euxinus, vulgo *la mer*

Noire & *la mer Major* Gallis, *il mare Maggiore* & *mare Negro* Italis, *das Schwartz Zee* Germanis, *the Blac Sea* Anglis, *Mauro Thalaſſa* [illegible], *Cara-Denghiz* Turcis, *Czarna Morze* Polonis, & *Czorno more* Ruſſis. Vide Pontus Euxinus.

Mare Galilææ, *la Mer de Galilée*, ſive *la Mer de Tiberiade* mare ſeu ſtagnum Tiberiadis, dictum Galilææ a Galilæa regione vici[illegible], mare Tiberiadis ab urbe Tiberiade; quæ ab Herode Tetrarcha ampliata, in honorem Tiberii Cæſaris ſic appellata eſt: unde & mare proximum cui [illegible], ab ipſa nomen accepit. Maris hujus longitudo eſt 16. aut 1[illegible]. mill. paſſ. latitudo 7. aut 8. interfluente Jordane, totum amœnis olim circumdatum oppidis, Bethſaida, Capharnao & Corozaim a Septentrione, Gerala, Gamala, Gadara ab Oriente, Bethſan ſive Scythopoli à Meridie, Tirachæa, Tiberiade, & Jotapata ab Occidente, ubi nunc pars Terræ-Sanctæ fere inculta.

Mare Gallicum, pars maris Mediterranei Plinio, inter Balearicum mare & Liguſticum, vulgo *la mer de Provence* & *le Golfe de Lyon* Gallis, *el mar de Francia* Hiſpanis, & *il mare di Provenza* Italis, alluitque partem meridionalem Galliæ verſus oram Provinciæ & Occitaniæ inferioris.

Mare Germanicum Plinio, quod Germaniam alluit ad occaſum æſtivum, vulgo *West-meer* atque *Teutsche meer* Germanis, *West-zee* Danis, *Nordzee* Belgis, *the Germain Sea* Anglis, *la Mer d'Allemagne* Gallis, & *la Manche du Nord* Nautis Gallis, pars eſt Oceani Septentrionalis, extenditurque à Freto Gallico ad Codanum ſinum, inter Belgium, Germaniam & Daniam ad ortum, & Angliam atque Scotiam ad occaſum. Vide Germanicum mare.

Mare Glaciale, idem cum Cronio & Congelato, Scandinaviam alluens ad Boream Plinio, nunc *la Mer Septentrionale & Glaciale*.

Mare Græcum, & Græcienſe, Plinio, Græciam alluens, pars eſt Ægei, & *la mer de Grece* vulgo dicitur.

Mare Hadriaticum, ſeu Adriaticum, quod & Superum Plinio dicitur aliter ſinus Venetus, *le Golfe de Veniſe* & *la mer Adriatique* Gallis, *il Golfo di Venetia* & *il mare Adriatico* Italis, *Venediger Meer* Germanis pars eſt maris Mediterranei, inter Græciam & Illyricum ad ortum, & Italiam ad occaſum. Ab antiquis etiam Illyricum mare dictum fuit & illyricus. Vide Adriaticum.

Mare Harmuzium *la mer d'Ormus*, pars ſinus Perſici extra ejus fauces extenſum, versus oram Carmaniæ & Arabiæ. Vide mare Armuzium.

Mare Hellesponticum, Straboni, & Helleſpontus, inter Cherroneſum Thraciæ & M[illegible]am Aſiæ, atque inter Propontidem, & mare Ægæum, nunc [illegible] *Stretto di Callipoli* Italis, *le détroit de Gallipoli & les bouches des Dardanelles* Gallis. Vide Helleſpontus.

Mare Hesperium, quod A[illegible]m ad occaſum poſt Atlanticum alluit, teſte Ptolemæo, pars eſt ampla Oceani Æthiopici, inter Æthiopicum proprium & Atlanticum, verſus oram [illegible]neæ & vulgo *la mer de Guinée* dicitur a Gallis [illegible] *de Guinea* Luſitanis.

Mare Hibernicum *la m[illegible] ou [illegible] Manche d'Irlande* Gallis, *The Irish Sea* A[illegible] *M[illegible]* Vall[illegible] dionate, Ang[illegible] & [illegible] & ad [illegible]lurum inſulas promovetur [illegible] ſique [illegible] [illegible]um Sancti Geo[illegible] *Canal de ſaint Geo[illegible]*, inter Vall[illegible] & [illegible]

Mare Hyrcanum, Ptolemæo idem quod Caſpium.

Mare H[illegible], [illegible] P[illegible]o, pars eſt [illegible] S[illegible] l[illegible] & nunc *la mer de M[illegible] de [illegible]* dicitur Muſcoviam [illegible] T[illegible] [illegible] alluens.

Mare Ib[illegible] pars eſt maris Mediterranei [illegible] oram Hiſpaniæ m[illegible] c[illegible] ad Aph[illegible] *mar de Eſpana* Hiſ[illegible], & *la mer d'Eſpagne* [illegible] ejus pars eſt Balearicum mare.

Mare Icarium, Pl[illegible] *de Nicaria*, pars eſt Ægei m[illegible], v[illegible] lam & oram Ioniæ, [illegible] A[illegible]

Mare Illyricum, Illyricu[illegible] vulgo *la mer de Dalmatie* pars eſt [illegible] verſus Dalmatiam & Liburniam [illegible] A[illegible] dictum fuit etiam o[illegible] & [illegible]nus Illyricus.

Mare Indicum, Aſiam ad M[illegible] luens Melæ, pars eſt perampla Oceani [illegible] tis ſub Oceano Orientali ſeu Eoo con[illegible] ab aliis autem ſub Meridionali, vu[illegible] *Indes* & *l'Ocean Indien* Gallis, *el mar de* [illegible] Luſitanis; eſtque verſus Indiam prop[illegible] ſunt mare Malabariæ, *la mer de Malabar* [illegible] geticus, *le Golfe de Bengala* ſinus M[illegible] A[illegible] chipelagus Maldivarum [illegible].

Mare Inferum Ciceroni p[illegible] diterranei, nunc *il mare di Toſcana* [illegible] Tyrrheno & Tuſco. Vide ibi.

Mare Internum, [illegible] idem [illegible] Mediterraneum.

Mare Intestinum, [illegible] Mediterraneum.

Mare Ionium Plinio [illegible] Epirum Peloponneſumque ad ortum, [illegible] Græciam Siciliamque ad occaſum [illegible] Mediterranei & vulgo *il mare I[illegible]* dicitur ab Italis, *la mer Ionienne* a G[illegible] mare Auſonium ſeu Siculum.

Mare Libycum, Ptolemæo, [illegible] Boream alluens, nunc *la mer d'A[illegible] la mer de Tripoli* dicitur; eſtque inter C[illegible] Syrtim minorem ad [illegible] terneo, & ejus pars minor voc[illegible], inter Æ[illegible]tum & Sy[illegible].

Mare L[illegible]icum [illegible] *il mare di [illegible]nova* Italis, *la mer de G[illegible]* mar[illegible] Mediterranei, [illegible] L[illegible] ſulam extenditur à [illegible] cram, [illegible] *la R[illegible]era di Levante*, & Occ[illegible] *[illegible]ra di Ponente* dictas.

Mare Lycium Lyciam [illegible] eſt mar[illegible] Aſiatici, & nunc eſt *la mer de Ca[illegible]* [illegible]

Mare Mac[illegible] [illegible] Æg[illegible] nio Macedoniam ad [illegible] *la mer de Macedoine* dicitur.

Mare Magellanicum [illegible] *[illegible]nique* Gal[illegible], *el mar de Magalhanes* [illegible] maris Borealis, [illegible] fluvium A[illegible] M[illegible] [illegible], & [illegible] in Ameri[illegible] Me[illegible]ona[illegible] & [illegible] [illegible] Magellanicæ, [illegible] Au[illegible]

Mare M[illegible], [illegible] & [illegible] [illegible] Eu[illegible] Ai[illegible]

gnum mare ſit ipſa, reſpectu Ponti Euxini & aliarum oiarium.

Mare Mediterraneum ab Oceano freto Herculeo diſtinctum Plinio, & alus, ſic dicitur quod medias inter terras protendatur, nunc vulgo *la mer Mediterranée* Gallis, *il mare Mediterraneo* Italis, *el mar Mediterraneo* Hiſpanis, *The Mediterranean Sea* Anglis, *die Mittellendiſch meer* Germanis, *het Middlanſche zée* Belgis, *Morze Medkiemziemie idoce* Polonis, & *Ac Denghiz* Turcis, extenditur ab ortu in occaſum, nempe ab ora Syriæ ad Fretum Herculeum, inter Europam, Aſiam, & Africam, eſtque peramplum, & à terris quas alluit nominatum, à variis autem varie dividitur, ſed ejus partes præcipuæ nunc ſunt Mare Ægeum, mare Tyrrhenum, mare Adriaticum, mare Ionium, ſinus Leoninus, ſinus Attalicus, & mare Africum.

Mare Meridionale, *el mar del Zur* Hiſpanis, *la mer du Sud* Gallis, quod & mare Pacificum, & mare Auſtrinum, pars ampla Oceani in America, rigat oram meridionalem Novæ Hiſpaniæ, & oras occidentales Peruæ & Ciles, ejus partes ſunt mare Californiæ, mare Auſtrinum proprie dictum in ora Novæ Hiſpaniæ, mare Peruanum, & mare Chilenſe. Vide mare Auſtrinom.

Mare Meridionale, *Zuydirzée* accolis, ſinus maris Germanici in Belgio unito, inter provincias Hollandiam, Ultrajectenſem, Tranſiſalaniam, & Friſiam. Vide mare Auſtrinum.

Mare Mexscanum, *la mer du Mexique*, pars maris Borealis, verſus Novam Hiſpaniam. Verius eſt ſinus ampliſſimus. Vide ſinus Mexicanus.

Mare Mortuum, *la Mer morte*, quod & mare Salis, mare Salſiſſimum, & mare Deſerti & Solitudinis dicitur, teſte Adrichomio. Ibi aliàs Vallis ſylveſtris. Ab omnibus Græcis Latiniſque ſcriptoribus vocatur Aſphalites lacus, propter bituminis copiam, quod certo anni tempore ejicit, nunc *Babberet Louth* accolis, quaſi lacus Loth, ejus longitudo eſt tantum 2. vel 3. leucarum plurimis in locis.

Mare Myrtoum, pars maris Ægei verſus Cariam regionem, & à quibuſdam, *la mer de Mandria* dicitur.

Mare Nigrum, *la mer Noire*, ſic dicitur à recentioribus Mare antea vocatum Pontus Euxinus. Vide ibi.

Mare Nigrum, vocatur à recentioribus lacus Aſiæ in Regno Thibeti, qui Sinis eſt *Cinghai*, in limite Imperii Sinarum & Xenſiæ provinciæ, teſte Martinio.

Mare Novæ Franciæ, *la mer de la nouvelle France*, pars ampla maris Borealis in America Septentrionali, verſus oram Novæ Franciæ ad ortum & Meridiem, nempe à regione Laboratoris ad Novam Angliam, & ejus pars eſt ſinus Sancti Laurentii.

Mare Nostrum. Livio, idem quod Mediterraneum.

Mare Occidentale, *die Weſtzée*, ſic dicitur à Belgis & Danis mare Cimbricum, ſive potius mare Germanicum, verſus Daniam & Saxoniam inferiorem, eo quod verſus Occidentem protendatur reſpectu maris Orientalis ſive Baltici.

Mare Occidentale, *The Weſt Sea*, ſic dicitur ab Anglis pars Oceani Occidentalis quæ partem occidentalem Hiberniæ alluit, & à Gallis *la Manche de l'Oueſt* vocatur.

Mare Orientale, *die Ooſt meer*, ſive *die Ooſt zée*, ſic dicitur à Germanis, Danis, Belgis, Suecis, & Norvegis, ſinus ingens ſive potius mare inter Sueciam, Germaniam, Daniam, & Poloniam extenſum, eo quod ſit ad ortum extenſum reſpectu Oceani Germanici quod ad occaſum protenditur, ſed ab Europæis meridionalibus vocatur mare Balticum. Vide ibi.

Mare Pacificum, *el mar Pacifico* Hiſpanis, *la mer Pacifique* Gallis, novam Hiſpaniam & Peruam alluens. Idem eſt quod mare Meridionale & Auſtrinum; ſed latius extenditur, nempe uſque ad Terras Auſtrales, novam Guineam & Archipelagum Sancti Lazari, verſus mare Indicum.

Mare Pamphylium, Ptolemæo, Pamphyliam alluens, Cyprum uſque extenſum, nunc *la mer de Caramanie* ex parte.

Mare Parthenium, pars maris Mediterranei, quod Aſiam Africamque interluit, teſte Macrobio.

Mare Parvum, *il Mare piccolo*, ſinus parvus Italiæ, ſive potius intimus receſſus ſinus Tarentini, in ejus parte ſeptentrionali, & verſus Tarentum urbem, inter ipſam & Electridem inſulam, & ejus circuitus eſt 20. milliarium.

Mare Persicum, Plinio, ſive ſinus Perſicus, nunc *le Golfe de Perſe*, ſeu *la mer d'Elcatif*. & *le Golfe de Baſſora*, extenditur inter Perſiam & Arabiam, diciturque ſæpius Perſicus ſinus, ubi plura de eo.

Mare Peruanum. *el mar de el Peru*, pars eſt maris Auſtrini ſive Pacifici, verſus oram Peruæ regionis Americæ Meridionalis.

Mare Phasianum, pars Ponti Euxini ad ortum, verſus oram Colchidis, & oſtia Phaſis fluvii, nunc *la mer de Mengrelie* Gallis.

Mare Phoenicium, Phœniciam alluens Plinio, idem quod Syriom, *la mer de Sourie* dicitur.

Mare Pontus, ſic dictum Straboni, idem quod Euxinum, *la mer Noire* Gallis, *il mare Negro & mare Maggiore* Italis, *The Black Sea* Anglis. Vide Pontus Euxinus.

Mare Propontis, ſeu melius Propontis Straboni, nunc dicitur, *la mer de Marmora*; eſtquo inter Bithyniam & Thraciam, ſeu inter Helleſpontum & Boſphorum Thracium.

Mare Provinciæ, *la mer de Provence* Gallis, *il mare di Provenza* Italis, pars maris Mediterranei in ora Galliæ. Provinciam alluens, extenditurque ab oſtiis Rhodani fluvii ad portum Herculis Monœci.

Mare Purpureum, *la mer Vermeille* Gallis, *el mar Vermejo* Hiſpanis, eſt in America Septentrionali, inter novum Regnum Mexicanum ad ortum, & Californiam ad occaſum.

Mare Rhodium, Ptolemæo, nunc *la mer de Rhodes* Gallis, *il mare di Rodi* Italis, pars maris Aſiatici, verſus Rhodum inſulam & oram Aſiæ minoris, atque Cariam, illam alluens ad Meridiem.

Mare Romanum, ſic dicitur ab Arabibus mare Mediterraneum, quod ejus inſulæ, & regiones ei adjacentes alias paruerint Romanis. Vide mare Mediterraneum.

Mare Rubrum, Ptolemæo, à Græcis Erythræum vocatur, & aliquando ab Indo fluvio ad mare Azanium intelligitur. Sed mare Rubrum, de quo in veteri Teſtamento mentio fit, propriè ab antiquis ſinus Arabicus dicitur, quod inter Africam, ubi Ægyptus & Æthiopia, & Aſiam, ubi Arabia, per 1200. mill. paſſ. & amplius extendit ſe. Iſraelitæ mare Rubrum tranſierunt tanquam per aridam terram, quod experti Ægyptii ſubmerſi ſunt; nuncque vulgo *la mer Rouge* & *la mer de la Mecque* vocatur à Gallis, *il mar Roſſo* ab Italis, *el mare Roxo* ab Hiſpanis, & *Red Sea* ab Anglis, ſicque vocatur ab herba quadā maxime frequenti in illo, quæ *Suſe* dicitur etiam.

n[illegible] partibus, id eſt rubrum, & olim Suf vocata fuit in Sacra Scriptura, unde *Bahr-Suf* interpretatur mare Rubrum, quod Suf Hebraice rubrum ſonat, & id fit à maxima copia illius herbæ quæ invenitur in medio illius maris, ita ut minora navigia, hinc perſæpe à curſu retardentur, ut aliquando evenit in mari Sargaſſo, teſte Hieronymo Lobo cum aliis.

MARE SARDOUM, inter Sardiniam & Mauritaniam Cæſarienſem, illam ad Septentrionem, Sardiniam alluens ad occaſum, *la mer de Sardaigne* vulgo.

MARE SARGASSUM, *el mar Sargaſſo* Hiſpanis, *la mer de Sargaſſe* Gallis, ſic dicitur a nautis pars Oceani Occidentalis verſus inſulas Capitis viridis, unde etiam vocatur aliquando mare Viride *la mer Verte* vulgo.

MARE SARMATICUM, Melæ, Sarmatiam alluens ad Septentrionem, vulgo *la mer de Moſcovie*, ſeu *de Petzorke*, pars eſt Oceani Septentrionalis, Hyperborei, & Glacialis, verſus oram Borealem Moſcoviæ, & Novam Zemlam: & mare *Myrmanskou More* ejus etiam pars creditur.

MARE SCYTHICUM, Melæ, Scythiam ad Septentrionem alluens, pars eſt Oceani Septentrionalis, vulgo *la mer de Tartarie* Gallis, *Nsaren more* Ruſſis, & accolis illarum partium.

MARE SEPTENTRIONALE, *el mar del Norte* Hiſpanis, *la mer du Nord* Gallis, pars eſt maxima Oceani in America oram ejus Borealem & Orientalem alluens, & quod verſus Septentrionem tendat reſpectu maris Auſtrini, five Meridionalis quod ad Meridiem extenditur. Vide mare Boreale.

MARE SEPTENTRIONALE, *la mer du Nord*, pars Oceani in Terra Arctica, quod antea dictum fuit etiam à Danis mare Chriſtianum, eſtque ſupra ſitum & Fretum Hudſonium, verſus Jacobæam inſulam, ſed ejus fines nondum benè comperti ſunt.

MARE SICULUM, Plinio, nunc *la mer de Sicile*, aliàs mare Auſonium, pars eſt maris Ionii, verſus oram orientalem Siciliæ.

MARE SUEVICUM, ſeu Codanus ſinus, *la mer Baltique*. Vide mare Balticum.

MARE SUPERUM, idem cum Hadriatico & Auſonio, *le Golfe de Veniſe* Gallis.

MARE SUPH, id eſt mare Junci, ſic dicitur in Sacris litteris mare Rubrum, inter Africam & Arabiam extenſum, ab herba maxime in illa frequenti, quæ etiamnum *Sufo* vocatur in illis partibus. Vide mare Rubrum.

MARE SYRIUM, Plinio, quod & Syriacum Ptolemæo, nunc *la mer de Sourie* Gallis, *il mare di Soria* Italis, pars eſt maris Mediterranei, magis ad ortum extenſa, inter Cyprum & Syriam Terramque Sanctam quas alluit.

MARE THUSCUM, Solino, idem cum Tyrrheno & Infero, *la mer de Toſcane* Gallis.

MARE TIBERIADIS. Vide mare Galilææ.

MARE TRINACRIUM, Ovidio teſte, idem cum Siculo, *la mer de Sicile*, vulgo.

MARE TYRIUM, Solino, pars Syrii, Tyriorum oram alluens.

MARE TYRRHENUM, ſeu Thuſcum & Inferum Plinio, & Ptolemæo, nunc *il mare Toſco* ſeu *di Toſcana* Italis, *la mer de Toſcane* Gallis, pars eſt maris Mediterranei, inter Thuſciam, ditionem Eccleſiæ, Regnumque Neapolitanum, & inſulas Siciliam, Sardiniam, & Corſicam.

MARE VENEDICUM, ſeu potiùs ſinus Venedicus, nunc *le Golfe de Dantzick*, pars eſt maris Balt[illegible] verſus Pruſſiam provinciam Poloniæ.

MARE VERGINIUM, Ptolemæo, ſeu mare Vergivium, pars [illegible] inter Hiberniam & Angl[illegible] Bol[illegible] promontorium Cornubiæ, nunc *la mer d'Irlande* ex parte tantum.

MARE VIRIDE, dictum [illegible] Arabibus mare Indicum, teſte Abulfeda, & quidem propterea quod ubi altius ſe expandit, viride vel cæruleum apparet, ut pluribus notat Jacobus Golius.

MAREA, pagus Ægypti Thucydidi, inter Alexandriam & Pharum, ad Arapotem lacum, ſive Mariam, & Mareotidem paludem.

MARENGUM, ſeu Maruecum *Marvege* urbs parva Galliæ, in Occitania & Gabalico tractu, ad radices montium, ad amnem *Colange*, & verſus limites Ruthenenſis tractus, [illegible] leucis di[illegible] à Floriopoli in Meridiem, & fere 4. à Mimate in occaſum, dicitur ab aliis Matologium.

MAREOTES, Ægypti tractus Ptolemæo, in quo vinum optimum provenit, ubi & vites Mareoticæ apud Columellam & Mareotides vites, teſte Virgilio libro 2. Georgicorum.

MAREOTIS PALUS, palus ingens Ægypti prope Alexandriam Ptolemæo, Marea Strab[illegible], circuitus olim 10[illegible]. mill. paſſ. & trajectus 3[illegible] nunc *il Lago di Buchiara* Moletio & Caſtaldo.

MAR[illegible]IA, urbs Ciliciæ videtur apud Guilelmum Tyrenſem Archiepiſcopum.

MARGÆ, Elidis urbs fuit, teſte Stephano, pro quo Margalæ apud Strabonem putat Caſaubonus.

MARGABERGA, *Marleborow*, oppidum fuit Angliæ in Vi[illegible] provincia, quod *Marlingesboroe* etiam dicitur, quamquam *Merlibaran* [illegible], ſedet ad Kennetum fluviolum, 28. m[illegible] paſſ. à Bathonia in ortum, & 25. à Sariſberia in Septentrionem, in collis declivi & notum erat [illegible] cunabulis Eduardi Nigri Walliæ Principis, nunc vero ferè dirutum jacet.

MARGARA, Indiæ urbs intra Gangem, circa ipſum fluvium, teſte Ptolemæo.

MARGARITA, *la Iſla Margarita* Hiſpanis, *la Marguerite* Gallis, inſula Americæ Meridionalis, in mari Boreali, ubi unionum piſcatio, prope oram novæ Vandaliciæ. Detecta fuit à Chriſtophoro Columbo anno 1498 Circuitus eſt 40. leucarum Francicarum, & 8. tantum diſtat à continenti Americæ Meridionalis, 4[illegible]. autem ab inſula Trinitatis in occaſum, ſub Hiſpanis, cum oppidulo *Santiago de la Vega* dicto, & aliquot vicis tantum & in ea ſunt duo fluvii, eſtque fertilis admodum ſed montuoſa.

MARGARITA, inſula Italiæ, cujus fit mentio in actis mediæ ætatis, quæ Gorgon, aliàs Urgo, volgò *la Gorgona*, in mari Tyrrheno, & ſub dominio magni Ducis Hetruriæ. Vide Gorgon.

MARGASTANA, ſinus Perſici exigua inſula, circa oſtia Aroſis fluminis, teſte Arriano in Indicis.

MARGIANA, Regio Aſiæ, & pars ampla Parthiæ Plinio, & Ptolemæo, inter Hyrcaniam ad occaſum, Ariam ad Meridiem, & Bactrianam ad ortum, mare Caſpium attingens ad arctos, ſic à Margo fluvio interfluente dicta, cujus urbes olim claræ fuere Niſæa, & Antiochia, eratque hæc Regio ubi nunc pars occidentalis & ſeptentrionalis Choraſanæ Regionis, *Choraſan*, in Regno Perſarum, teſte Golio in notis ad Alfraganum, cum aliis.

MARGIDUNUM, oppidum Coritanorum in Britannia magna, ex itinerario Antonini, nunc teſte Camdeno, *Belvoir*, vel *Bever caſtle*, caſtrum Angliæ in Comitatu Lincolnienſi, & in co[illegible] Leiceſtrienſis, 14. milli[illegible] [illegible] ortum, & 23. à Lincolnia [illegible] [illegible]em, [illegible] non hoc

hac ipſo loco, certe juxta Margidunum fuiſſe & nomen & diſtantia ſatis dilucide docent.

MARGUM, urbs Moeſiæ ſuperioris ſeu primæ, quæ Margus aliis, ad fluvii cognominis confluentes in Iſtrum ſita, ut ex Itinerario Antonini & Notitia Imperii apparet, quæ Murgum Eutropio, inter Viminacium & Montem Aureum, ubi Carinus Imperator occubuit, teſtibus Caſſiodoro & Jornande.

MARGUS, fluvius Margianæ ingens Ptolemæo, ex montibus Ariæ fluens per Margianam, in Ochum fluvium Bactrianæ decurrens, ac cum illo in Caſpium mare deſinens, nunc vulgo *Morgab*, teſte Caſtaldo.

MARIA, ſeu Marea, palus Ægypti Straboni. Vide Mareotis.

MARIABA, quæ & Marraba, urbs Arabiæ fœlicis Straboni, & Plinio, nunc ſecundum recentiores Mecca dicitur, *la Mecque* Gallis, urbs ſatis ampla, ad Batium fluvium, celebris propter natalitia Mahumetis Pſeudoprophetæ, diſtat 70. mill. paſſ. in ortum ab ora ſinus Arabici, & totidem ab urbe Ziden in Septentrionem. Vide Mecca.

MARIÆBERGA, *Marienberg*, oppidum Germaniæ, in Saxonia ſuperiori, & in Marchionatu Miſniæ. Metallicum eſt, & in montanis ſitum, anno 1519. ab Henrico Saxoniæ Duce conditum, cùm ſuperiori anno venæ metallicæ valde opimæ ibi eſſent inventæ. Subeſt dominio Electoris Saxoniæ, prope Annabergam, in ipſo limite Bohemiæ, 9. milliaribus Germanicis à Miſna urbe in Meridiem, & 7. à Zuica in ortum.

MARIÆBURGENSIS PALATINATUS, ſive Præfectura, *Woiewodztwo Malborskie* incolis, *le Palatinat de Mariembourg* Gallis, tractus Poloniæ, & una ex tribus Partibus Pruſſiæ Regiæ, inter Viſtulam fluvium, Mare Balticum, & Pruſſiam Ducalem. Sic dicitur ab ejus primaria urbe Mariæburgo, & ſubeſt dominio Regis Poloniæ, in ea etiam ineſt Elbinga urbs, uti & Varmia tractus, cujus caput eſt Heilſberga.

MARIÆBURGUM, *Malbork* Polonis, *Marienburg* Germanis, urbs munita Poloniæ, in Pruſſia Regia, cujus caput exiſtit, ad amnem *Nogat*, alveum Viſtulæ, cum caſtro. Dicitur *Margenburg* ab incolis, 6. milliaribus Germanicis diſtans à Gedano in ortum hybernum, ferè 4. ab Elbinga in occaſum hybernum, & 11. à Tortunia in Septentrionem. Fuit aliàs Summorum Ordinis Teutonici Magiſtrorum ſedes primaria, ortum ſuum Crucigeris illis fratribus debens, noménque acceptum ferens imagini Beatæ Mariæ Virginis. Arx ipſa priùs quàm civitas ædificari cœpta anno 1281. firma & valida eſt, ſed anno 1644. ferè in cineres redacta eſt. Urbem autem Rex Poloniæ Caſimirus in ſuam poteſtatem redegit anno 1460. Capta fuit à Suecis anno 1625. & iterum anno 1655. ſed poſtea reddita Regi Poloniæ, cui etiamnum ſubeſt, eſtque caput Palatinatus Mariæburgenſis ab ea dicti.

MARIÆBURGUM, *Marienbourg*, oppidum antea munitum Belgii Francici, in Hannonia provincia, à Maria Auſtriaca Hungariæ Regina excitatum contra Gallos, quibus hodie ſubeſt pace ad Pyrenæos anno 1660. ſancita, 2. leucis diſtat à Philippovilla in Meridiem, Rupem Regiam verſus ſex, uti & à Carolomontio in occaſum, juxta Album amnem, & nunc ejus munitiones disjectæ ſunt à paucis annis.

MARIÆCELLA, *Marienzell*, vicus Germaniæ in Stiria provincia, in limite Auſtriæ, celebre propter devotionem erga B. V. Mariam.

MARIÆSTADIUM, *Mariestadt*, oppidum recens Sueciæ, in Weſtrogotia provincia ſitum, inter lacus Wenerum & Weterum, vix 3. mill. paſſ. à Wenero diſtans, 28. à Lidkopia in ortum, & ferè 40. à Caroloſtadio in Meridiem.

MARIÆTERRA, *la Maryland*, Regio Americæ Septentrionalis, & pars Virginiæ ad ortum & Septentrionem, verſus Cheſopecum ſinum extenſa à Septentrione in Meridiem, & in ora Maris Borealis, ſub dominio Angliæ Regis, dividitur in decem partes ſive Comitatus, ex quibus quinque ſunt ad ortum Cheſopeci ſinus, & 5. ad occaſum; probe culta eſt ab Europæis ab anno 1632. & ejus locus præcipuus eſt Fanum S. Mariæ, *Sainte Maryes* vulgo, ad fluvium S. Georgii, alia oppidula ſunt Calvertonium & Herringtonium.

MARIAMNIA, Phœniciæ urbs, teſte Stephano, Mariame Ptolemæo.

MARIANA, Colonia & urbs Corſicæ inſulæ in ejus parte orientali Plinio, Colonia Romanorum à Mario Conſule dicta, *Mariana*, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Genuenſi, alias ſatis culta, ad fluvium Eolum dictum qui ipſam dividebat bifariam, nempe in partem ſeptentrionalem Marianam dictam, & in meridionalem Caſineam vocatam: & in ea erant Coloſeus & aliæ ſtructuræ magnificæ Romanorum, nunc omnino jacet, tribus milliaribus diſtans ab ora orientali inſulæ, teſte Salvatore Vitali, cum aliis, & ejus rudera *le rouine di Mariana* etiamnum dicuntur, manentque tantum Eccleſia Cathedralis & alia, tecti tamen expertes, 20. milliaribus ab Aleriæ ruderibus in Septentrionem Baſtiam verſus 15. ubi nunc ejus Epiſcopus commoratur ab anno 1575. & ei unitus eſt Accienſia Epiſcopatus.

MARIANA, dicta fuit in media ætate pars ſeptentrionalis Corſicæ inſulæ ab Eolo fluvio in Arctos, à Mariana ejus urbe nunc exciſa.

MARIANA CASTRA, pagus Inſubriæ, qui & Arcus Marianus ex antiqui loci monumentis, vulgo *Camariano*, vicus Italiæ in Ducatu Mediolanenſi & in agro Novarienſi, 5. milliaribus à Novaria diſtans in occaſum Vercellas verſus.

MARIANA VILLA, ſeu Marianum, olim Ferentinum, oppidum Latii, nunc *Mariano*, caſtrum Campaniæ Romanæ in ditione Eccleſiæ, ex veteri inſcriptione, in via Appia 12. milliaribus ab Urbe Roma in ortum Velitras verſus 8. in colle, ubi villa Columnenſium.

MARIANDYNI, populi Bithyniæ in Aſia minori Straboni, qui Mariandini Ptolemæo, & Mariandynæi Melæ, in ora Ponti Euxini, & in confinio Paphlagoniæ, inter Heracleam ad occaſum & Cytorum ad ortum, quorum caput Amaſtris urbs. De his Valerius Flaccus Argonau. libro 4.

MARIANDINUS SINUS, pars Ponti Euxini prope Bithyniam, teſte Plinio, inter Heracleam Ponti ad ortum & Thinnium promontorium ad occaſum, 60. mill. paſſ. à Byzantio in ortum, & in eum ſe exonerat Sangarius fluvius, & vulgo *le Golfe* de *Zogani* dicitur à nautis.

MARIANE, palus ingens Mediæ Ptolemæo, Martiana in codice Latino, in Armeniæ majoris confinio, quæ videtur eadem cum Mantiana Strabonis. Vide ibi.

MARIANÆ FOSSÆ, ſeu foſſa Mariana, oppidum Galliæ Narbonenſis Pomponio Melæ, exciſum jacet, ubi vicus *Fos* dictus in Provincia, prope Maritimam. Vide Foſſa Mariana.

MARIANI MONTES, in Hiſpania Tarraconenſi Plinio, illam à Bætica longo tractu ſeparantes, qui Marianus mons Ptolemæo, vulgo

KKkk

nunc *la Sierra Morena*, montes ſunt Hiſpaniæ, ab ortu in occaſum extenſi à fluvio *Guadarmena* dicto, ad confinia Portugalliæ, & ad Anam fluvium verſus Oliventiam, inter Caſtellam novam ad Septentrionem, & Vandalitiam ad Meridiem. Eorum pars ad ortum dicitur *las Navas de Toloſa*, prope Toloſam oppidulum Vandalitiæ, ubi tranſitus *el Puerto Muradal* dictus, quo in loco Mauri maxima & penè incredibili clade affecti fuere ab Alfonſo Rege Caſtellæ, & à Rege Navarræ anno 1212.

Marianum, oppidum Inſubriæ, nunc ex veteri traditione, eſt *Mariano*, caſtrum Ducatus Mediolanenſis in Italia, & in ago Mediolanenſi, teſte Andrea Alciato, à Mediolano circiter 17. milliaribus diſtans in Septentrionem Comum verſus decem.

Marianum, promontorium & oppidum Corſicæ inſulæ Ptolemæo, nunc vicus *Caſa Barbarica* dictus, teſte Cluverio, in parte Ultramontana ſive Auſtrali inſulæ, ubi ad occaſum tendit, fuitque alias munitus à Saracenis Africanis, promontorium vero *il Capo di Caſa Barbarica* vocatur.

Marica Sylva, in Latio novo Vibio Sequeſtri, quæ Maricæ Lucus Livio, ad Lirim fluvium, in Campaniæ confinio, prope Minturnas urbem exciſam.

Marici, populi Liguriæ, qui cum Lævis Ticinum condiderunt, teſte Plinio: quorum veſtigium manet in vico Ducatus Mediolanenſis prope Alexandriam, inde 2. mill. paſſ. Dertonam verſùs, qui *Marengo* dicitur, & caſtrum *Pietra de Marici*, ab Alexandria 3. mill. Ticinum verſùs, ad Tanarum fluvium, teſte Philippo Ferrario.

Maridunensis Comitatus, *Caermardenshire* incolis, *le Comté de Carmarden* Gallis, provincia parva Angliæ, in Wallia Meridionali, ubi olim Dimetæ populi ex parte, teſte Camdeno, extenditur inter Penbrochiam provinciam ad occaſum, Ceteticam ad Septentrionem, Brecnochiam ad ortum, & Mare Verginium ad Meridiem. Ejus primaria eſt Maridunum.

Maridunum, urbs Dimetatum in Britannia magna Ptolemæo, quæ Muridunum Antonino, nunc *Caermarden*, urbs parva Angliæ in Wallia Meridionali, Maridunenſis Comitatus ab ea dicti caput, ad Tovium fluvium, 7. milliaribus ab ora Maris Verginii in Septentrionem, 36. vero à Menevia in ortum Landavam verſùs 46. & 157. milliaribus à Londino in ortum, & in ea natus eſt Merlinus vaticiniis ſuis celebris, teſte Guillelmo Camdeno.

Marigalanta, *la Marigalante*, inſula Americæ Septentrionalis, & una ex Antillis, in mari Boreali, in ditione Francorum ab anno 1648. cum arce, 7. leucis diſtat à Guadalupia inſula in Meridiem, & 10. à Dominica inſula in Septentrionem; eſtque fertilis admodum, ejus vero circuitus eſt 18. leucarum.

Marimatha, Arabiæ Felicis oppidum, teſte Ptolemæo.

Marinessus, pagus fuit Myſiæ in Aſia minori, ad Helleſpontum, in quo Sibylla Helleſpontiaca nata eſt temporibus Solonis & Cyri, ut Lactantius Firmianus auctor eſt.

Marinianæ, oppidum Pannoniæ inferioris, ex itinerario Antonini, quod Marinanæ ex libro Notitiarum, nunc quibuſdam eſt *Kemin Salw*, oppidum Hungariæ inferioris ad Dravum fluvium, 10. milliaribus à Quinque Eccleſiis in Meridiem, & 48. à Murſa in occaſum.

Marinum, oppidum Galliæ Ciſpadanæ Straboni, nunc Fanum Sancti Marini, *San Marino*, oppidum Italiæ, in monte aſpero, inter Romandiolam & Ducatum Urbinatem, vix 4. mill. paſſ. ab Arimino fluvio. Caput eſt Reipublicæ parvæ, vulgò *la Republica di San Marino* dictæ, ſub quo ſunt duodecim pagi ſeu villæ in viciniis, 22. milliaribus diſtans à Piſauro in occaſum, & 5. à Fano S. Leonis in ortum æſtivum. Dicitur ab aliis Titanus mons. Vide ibi.

Marinum, *la Rocca di val di Marino*, Caſtrum Venetæ ditionis, in Marchia, & agro Tarviſino, teſte Ortelio.

Marinus Lacus, in Hetruria Straboni, nunc *il Lago di Orbitello*, lacus Thuſciæ, prope Coſam urbem exciſam, & Urbatellum oppidum, Portui Herculis ad 2. mill. paſſ. vicinum.

Marionis, urbs Vindilorum in Germania Ptolemæo, nunc teſte Petro Appiano, eſt Luneburgum, *Luneburg*, urbs Germaniæ, Ducatus cognominis caput, Cluverio autem eſt Hamburgum, *Hambourg*, urbs etiam Germaniæ in Holſatia, ampla & emporium celebre ad Albim fluvium, ſed uterque tantum ex levi conjectura. Vide Hamburgum.

Marionis Altera, urbs Anglorum in Vindilis, & in Germania Ptolemæo, in ora maris Suevici, priori Orientalior, nunc Ortelio teſte, eſt Lubeca *Lubeck*, urbs Saxoniæ inferioris, ſed Cluverio & aliis, eſt *Wiſmar*, urbs munita Ducatus Megalopolitani, cum arce valida & portu in ora maris Baltici, ſub dominio Suecorum. Vide Wiſmaria.

Maris, lacus Thraciæ, in finibus Ciconum Stephano, ad Maroneam urbem, *il Lago di Marogna* nunc quibuſdam.

Marisus, fluvius Daciæ Straboni, qui Marus Tacito, & Maris Herodoto dici videtur, poſterioribus Maryſius, nunc teſte Sambuco cum aliis, fluvius Hungariæ *Maros* dictus Hungaris, & *Meriſch* Germanis, oritur ex monte Carpatho in Tranſylvania, ſupra oppidum Novummercatum; deinde Albam Juliam, Lippam, & alias urbes Tranſylvaniæ rigans, uti & Chanadium Hungariæ, ibi pauló infrà Tibiſco miſcetur juxta Singidavam.

Marithæ, montes Arabiæ felicis, in ora auſtrali, haud procul à littore & ortu Laris fluvii, qui Marita numero plurali vocantur à Ptolemæo, nunc *Martimos* quibuſdam.

Maritima, inſula Siciliæ, ei fere adjacens ad occaſum, & inter Ægades una, ab Antonino memorata, *Marettamo* vulgo, verſus Drepanum urbem, quæ olim etiam dicta Hiera. Vide ibi.

Maritima, oppidum Anatilorum, in Gallia Narbonenſi Ptolemæo, & Plinio, nunc teſte Joanne Poldo cum aliis, eſt *Martegues*, ſeu *l'Iſle de Martegues*, oppidum celebre Galliæ in Provincia, Principatus titulo clarum Vindocinæ familiæ, in inſula parva, ad oſtia ſinus Aſtromelæ, *la mer de Martegues* ab eo dicti, ubi in mare Mediterraneum ſe exonerat, portu gaudens capaci & tuto: ſed Honoratus *Bouche* exiſtimat Maritimam fuiſſe, ubi nunc vicus *Marignane* dictus in ora orientali ſtagni Aſtromelæ; idque multis rationibus probare contendit, cum etiam Martigium ſit oppidum recens, & excitatum fuerit ex ruinis oppidi S. Geneſii in viciniis.

Maritimæ Alpes, Ptolemæo, quæ & littoreæ, quod à littorali ora ortum habeant, Galliam Narbonenſem à Liguria ſeparant, & ab his mons Apenninus incipit, nunc *les montagnes de Tende* dicuntur, extenduntur que à Meridie in Septentrionem, nempe à mari Mediterraneo, & a portu Herculis Monoeci, ad montem Veſulum in limite

Delphinatus, inter partem Liguriæ, Comitatum Tendæ, & Marchionatum Salutiarum adortum, & Comitatum Niceenſem ad occaſum, earum partes ſunt montes Acema, Argentarius, & Veſulus. Vide Alpes Maritimæ.

Maritimæ Statsones, locus Cyrenaicæ, ad Syrtim magnam Ptolemæo, in Africæ propriæ confinio, inter Drepanum promontorium & Diarrhœam oppidum, nunc *le Saline*, Marmolio & Moletio teſtibus.

Marstimos Tractos, *le Maremme di Siena* Italis, *les Marennes de Siene* Gallis, pars auſtralis agri Senenſis in Thuſcia, juxta mare Tyrrhenum extenſa ab ortu in occaſum, ſob dominio magni Ducis Hetruriæ, dividitur in duas partes Umbrone fluvio, nempe in Maritimum agrum citeriorem, *la Maremma di qua al fiume* ad occaſum, & in Maritimum agrum ulteriorem *la Maremma dila al fiume* ad ortum, & in his ſunt tantum Roſſerum urbs, & Plumbinum, quæ Hiſpanis ſubeſt.

Maritimos Tractus, *la Marina*, pars meridionalis Campaniæ Romanæ, inter montem Lepinum ad Septentrionem, & plagam Romanam, ſeo mare Tyrrhenum ad Meridiem, ſub dominio Summi Pontificis, ubi olim pars meridionalis Latii veteris, ſed in ea nullæ ſunt urbes alicujus nominis propter gravitatem aëris & frequentes paludes, & dicitur etiam ſæpe *la Marema di Roma* ab indigenis.

Mariom, Cypri inſulæ urbs Plinio, & Stephano, poſtea Arſinoe vocata, teſte eodem Stephano, in ora meridionali, nunc *Vaſilipotamo* interpretatur Thomas Porcaccius.

Marius, oppidum Laconiæ, in Peloponneſo, teſte Pauſania.

Marla, *Marle*, oppidum Galliæ, in Picardia provincia, ad amnem Serram, in Theoraſcia tractu, 3. leucis diſtat à Guiſia in Meridiem, & 4. à Landuno in ortum æſtivum, eſtque ſatis cultum.

Marma, Phœniciæ urbs, teſtè Stephano.

Marma, urbs Arabiæ fœlicis, in ora maris Rubri, teſte Plinio.

Marmanda, *Marmande*, oppidulum Galliæ in Vaſconia, ad Garumnam fluvium, in Aginnenſi provincia, & in limite Vazatenſis agri, infra Tonnium & Manſum Aginnenſem, & 5. leucis a Vazate in ortum.

Marmara, Syriæ Euphratenſis urbs, ex libro Notitiarum.

Marmarica, Regio Africæ Ptolemæo, ſatis parva, inter Libyam exteriorem ad ortum, Cyrenaicam ad occaſum, mare Mediterraneum ad Septentrionem, & Garamantes populos ad Meridiem, pars fuit Libyæ veræ, & aliquando etiam ſub Cyrenaïca comprehenſa fuit, ut conſtat ex Strabone, & Pomponio Mela, qui Cyrenen ad Ægyptum extendunt, & uterque Marmaridas populos ſub Cyrene regione complectitur, nunc in ea regione eſt pars Regni Barcæ, *Barca*, ſub dominio Turcarum, & terminatur à Meridie deſerto Barcæ, ſed in illa regione vix ſunt aliquot oppidula alicujus momenti in ora littorali, hinc Marmaricus nomen gentis Claudiano libro 5. in Eutropium.

Marmarussa, fluvius Hungariæ ſuperioris, verſus Tibiſcum, alias Marmacia dictus, teſte Bonfinio.

Marnia, quæ & Mernia quibuſdam, *Mernis*, provincia Scotiæ Borealis, in ora maris Germanici, inter Marriam ad Septentrionem, & Anguſiam ad occaſum. Ibi tantùm caſtrum Dunotyrum in ora, & in ea fuere olim Vernicones populi ea parte, ut exiſtimat Camdenus.

Marobudom, urbs Germaniæ in Marcomannis Ptolemæo, quæ & Marobodi Regia, nunc teſtibus Aventino, & Cluverio, eſt Praga, *Prague*, urbs Bohemiæ Regni caput, perampla & Archiepiſcopalis, ad Multaviam fluvium, quanquam Lazius crediderit eſſe Budoveciam *Budweiss*. Vide Praga.

Marocanum Regnom, ſeu Marochium, *le Royaume de Maroc*, Regnum amplum Africæ, in Barbaria regione, ubi olim pars Mauritaniæ Tingitanæ, extenditur juxta Oceanum Atlanticum, qui ei ineſt ad occaſum, uti Regnum Fezzæ ad Septentrionem, Segelmeſſa, Tafileta, & Darrha Regiones Biledulgeridiæ ad ortum, atque Suſa & Tenſiſta regiones ad Meridiem; & ſæpiſſimè unitum fuit Regno Fezzæ, ſub eodem Rege. Ejus provinciæ ſunt ſex, nempe Hea, *Hea*, Guzula, *Guzula*, Marochia, *Maroc*, Teldeſa, *Teldes*, ſeu *Tedles*, Haſcora, *Haſcora*, & Ducala, *Ducala*; ſed Marochia & quæ in occaſum tendunt ſunt admodum fertiles & cultæ.

Marocani Regni Urbes Præcipuæ.

Azafia, *Aſafi*, & *Safy*.
Marochium, *Maroc*, Regni primaria.
Mazaganum, *Mazagan*.
Teſza, *Teſza*.

Marochia, *Maroc*, provincia Regni Marocani præcipua, in mediterraneis. Terminatur ad Boream Haſcora provincia, ad occaſum Hea provincia, ad Auſtrum Guzula, & ab Oriente Darrha Regione. Ejus præcipua eſt Marochium totius Regni primaria.

Marochium, Gallis *Maroc*, Hiſpanis *Marucos*, & Italis *Marocho*, urbs Africæ, Regni Marochii caput, ſedes Regia, & civitas ampliſſima, amnem Niffim, *Tanſif*, cum palatio ſuperbiſſimo in Regno Marochio, & in provincia cognomine, ſed à paucis annis valde imminuta eſt, & deficit in dies propter bella. Diſtat 160. mill. paſſ. ab ora maris Atlantici, & 90. à confinio Regni Fezzæ, centum leucis vero à Fezza in Meridiem Tarodantum verſus totidem, eratque olim Epiſcopalis. Creditur antiquitus dictam Bocanum Hemerum. Vide ibi.

Maroialicæ Thermæ, in Aquitania Paulino, quæ & Maraiolicæ thermæ Auſonio, nunc *Bagneres*, vicus Galliæ in Vaſconia, & in Convenenſi Comitatu, teſte Vineto, ad radices montium Pyrenæorum, ubi etiamnum thermæ, in ipſo limite Aragoniæ, & 5. leucis ſupra Lugdunum Convenarum in Meridiem.

Marologium, quod & Caſtrum Meroliacenſe Gregorio Turonenſi, hodie *Marueje*, oppidum Galliæ in Occitania, & in Gabalico tractu, ad montium radices, & juxta amnem *la Colange*, 4. leucis diſtans à Mimate in occaſum, dicitur ab aliis Marengium, & *Maruege* vulgo. Vide Marengium.

Maronea, urbs Thraciæ Ptolemæo, quæ Maronia Melæ, Iſmaros Homero, ut vult Suidas, & prius Ortagurea, teſte Plinio, vulgo *Marogna* Sophiano & aliis, urbs Thraciæ, alias Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Trajanopolitano, poſtea & ipſa Archiepiſcopalis effecta, in ora maris Ægei, ad oſtium Scoeni fluvii, 30. mill. paſſ. ab oſtio Hebri fluvii in occaſum verſus Biſtonium lacum, hinc Maroneus nomen gentis, teſte Tibullo libro 4.

MARONIAS, urbs Syriæ Ptolemæo, in Chalcidica regione, quæ & Maronia Divo Hieronymo, nunc *Marat* dicitur, ut ſubdubitans ſcribit Bellonius, & aliis *Marona*, 30. mill. paſſ. diſtans à Palmyra in Septentrionem Chalcidem verſus 50. & 80, ab Antiochia in ortum hybernum, teſte Philippo à Vico.

MARONITÆ, *les Maronites*, populi ſunt Syriæ in Terra Sancta, & in monte Libano, Catholici omnes, & Eccleſiæ Romanæ addicti. Habent aliquot Archiepiſcopos & Epiſcopos à Sancta Sede approbatos, & a populo electos.

MARPESA, & Marpeſſa, mons Pari inſulæ Vibio Sequeſtri, qui Marpeſus Stephano.

MARPESSUS, oppidum fuit Myſiæ, in Aſia minori, ad Idam montem, in agro Trojano, circa Gergithum oppidum, ad Ladonem fluvium, idem forſan quod Marmeſſus, unde ortum habuit Sibylla Helleſpontica, teſte Lactantio Firmiano, à Troade 30. mill. paſſ.

MARPURGUM, *Marpurg*, urbs Germaniæ, Landgraviatus Haſſiæ ſuperioris ſive ad Loganum fluvium caput, cum arce munita in colle, alias Imperialis fuit & libera, ſed poſtea ab Imperio exempta, Principes habuit proprios, nunc ſubeſt dominio Landgravii-Haſſo Caſſellani, Academia gaudens ſatis nota, à Philippo Landgravio inſtituta anno 1535. 11. milliaribus Germanicis diſtat à Francofurto ad Mœnum in Septentrionem, uti 12. à Caſſela in occaſum hybernum: in ea obiit Sancta Elizabeth Turingiæ Landgravia, & olim Mattiacum ſive caſtrum Mattiacorum dicta fuit, ut exiſtimat Cluverius.

MARRASIUM, urbs Perſidis mediterranea Ptolemæo, olim clara, Perſepoli & Arbuæ finitima, nunc *Marazu*, teſte Caſtaldo.

MARRIA, *la Marr*, provincia Scotiæ Borealis ab ortu in occaſum extenſa juxta Deam fluvium, terminatur à Septentrione Buchania & Moravia provinciis, ad occaſum Badenothia, ad Meridiem Anguſia & Mernia, ad ortum vero rigatur Oceano Germanico, ejus primaria urbs eſt Aberdonia, & in ea fuere olim Tazali populi ex parte, ut exiſtimat Camdenus.

MARRICHE, Parthiæ oppidum, teſte Ptolemæo.

MARRUCINI, populi Italiæ ſub Samnitibus Plinio, & Ptolemæo, oram maris Adriatici attingentes ad Septentrionem, & inter Veſtinos ad occaſum, Pelignos ad Meridiem, & Frentanos ad ortum, prope Aternum fluvium, ubi nunc pars occidentalis Aprutii citerioris Cluverio & aliis, horum caput erat Teatea urbs.

MARRUVIUM, ſeu Marrubium, oppidum Marſorum in Italia Straboni, & Dionyſio Halicarnaſſeo, nunc *Morea*, caſtrum Aprutii Ulterioris in Regno Neapolitano, teſte Cluverio, prope Lirim fluvium, 5. milliaribus à lacu Fucino diſſitum, & paulo minus à limite ditionis Eccleſiæ, Populi Marruvii Plinio, & Marrubii, quorum meminit Virgilius libro 7. Æneidos.

MARSACI, populi Germaniæ Tacito, Vide Marſarii.

MARSALA, *Marſala*, urbs Siciliæ inſulæ, in Valle Mazaræ, & in ejus ora occidentaliori, ad Lilybæum promontorium, in ruinis Lilybæi urbis, ſic dicta fuit à Saracenis quaſi portus Dei, cum portum haberet nobilem, ſed cujus oſtium Carolus V. ingentibus ſaxis fecit intercludi, ne eum Afri occuparent. Vide Lilybæum.

MARSALIUM, *Marſal*, oppidum Galliæ in Lotharingia, parvum ſed probè munitum, ad Sellam amnem, ſub dominio Francorum ab aliquot annis. Vix una leuca diſtat à Moiennico in ortum, & 5. à Nanceio; eſtque intra paludes.

MARSATII, populi Germaniæ inferioris Tacito, fuere inter Canineſates ad occaſum, & Uſipetes ad ortum, ubi nunc Velavia, *la Veluve*, tractus Gueldriæ Ducatus in Belgio unito, inter ſinum Auſtrinum ad Septentrionem, Iſalam ad ortum, & Rhenum fluvium ad Meridiem, teſte Cluverio, & eorum præcipua urbs erat Arenacum.

MARSI, populi fuere Germaniæ Tacito, qui primo fuere verſus Iſalam fluvium, à quo tantum ſeparabantur à Marſatiis, erantque in ea parte, ubi nunc Tuventia tractus Trans-Iſalanæ provinciæ Belgii, teſte Ortelio, ſed poſtea verſus Luppiam fluvium ſedes fixerunt, ubi nunc pars Ducatus Weſtphaliæ & Epiſcopatus Paderbornenſis, teſte Cluverio, & eorum veſtigium adhuc extat in *Dithmarſen* pago Diœceſis Paderbornenſis.

MARSI, populi Italiæ ſub Samnitibus Straboni, Plinio, & aliis, inter Pelignos ad ortum, Latium ad Meridiem, Sabinos ad occaſum, & Veſtinos ad Boream, erant juxta Fucinum lacum, in eo tractu ubi nunc pars meridionalis Aprutii Ulterioris in Regno Neapolitano, & in limite ditionis Eccleſiæ, ſic dicti fuere à Marro qui Dux eorum fuit, & de ſuo nomine Marrubium gentis caput condidit, nomen adhuc durat tractui, vulgo *il Ducato di Marſi*, quia Ducatus titulo inſignitus eſt gentis Columnæ, hinc Marſus nomen gentis Virgilio libro 7. Æneidos.

MARSI, populi Scythiæ Europææ, teſte Herodoto libro 4.

MARSI, urbs Italiæ in Aprutio Ulteriori, prope lacum Fucinum, & in ejus parte orientali, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Theatino, ſed ab ejus juriſdictione immunis, nunc exciſa & omnino diruta jacens, rudera *Marſi* adhuc dicuntur, & Epiſcopalis ſedes tranſlata fuit ad Piſcinam oppidum, 3. milliaribus à Celano oppido diſſitum, à Clemente VIII. Pontifice Maximo, ejus Epiſcopus dicitur Marſorum & Marſicanus, eſtque in Aprutio, quanquam ſint qui credant nullam fuiſſe urbem Marſi dictam. Vide Marſi populi.

MARSICUM, *Marſico*, urbs Italiæ in Regno Neapolitano, & provincia Principatus citerioris, quæ *Marſico nuovo* etiam dicitur, ad differentiam alterius, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Salernitano, & parvi circuitus, ſed ſatis culta, in colle, ad radices Apennini montis, juxta fontes Aciris fluvii, in ipſo limite Baſilicatæ, 6. milliaribus diſtans à Marſico veteri in occaſum æſtivum Salernum verſus 55. & 20. à ſinu Lao in Septentrionem, teſte Magino.

MARSICUM ABELLINUM, urbs Lucaniæ Plinio, nunc teſte Cluverio, Marſicum cognomento vetus, *Marſico vecchio*, oppidum Regni Neapolitani in Baſilicata provincia, ad Acirim fluvium, & in limite Principatus citerioris, 6. milliaribus diſtat à Marſico urbe, & 18. à mari Tyrrheno, ſenſimque deficit a paucis inhabitatum.

MARSINUM REGNUM, *le Royaume de Marſin*, Regio Indiæ extra Gangem, ſub Regno Peguano, in limite Aunamitici Regni, urbem habens primariam cognominem ad Menanum fluvium, teſte Vincentio Albo Maſſilienſi.

MARSIPPUS, Phœniciæ oppidum, teſte Stephano.

MARSONICA, Pannoniæ inferioris urbs, teſte Ptolemæo.

MARSYA, oppidum erat Syriæ, in anguſtiis Libani & Antilibani montium; ubi calamus aromaticus provenit, teſte Polybio.

MARSYABA, Rhamanitarum urbs, in Arabia

Digitized by Google

felici videtur apud Strabonem.

Marsyas, fluvius Phrygiæ magnæ Straboni, haud procul à Mæandro oriens, in quem apud Celænas, & Apameam urbem, quam circumfluit excurrit: de eo Ovidius libro ſexto Metamorphoſeon.

Marsyas, fluvius Syriæ Plinio, in Euphratem ad Samoſatam labens, & alius in Cœleſyria.

Marta, & Martana civitas, urbs Umbriæ, olim Epiſcopalis, ex libris Conciliorum, nunc exciſa, locus *Santa Maria in Pantano*, Abbatia nunc, à Tuderto ad 5. mill. paſſ. diſtans Narniam verſos. Vide Martulana.

Marta Regnum, *le Royaume de Marta*, tractus parvus peninſulæ Indiæ intra Gangem, in Malabaria regione, cum oppido cognomine intra Maleas montes, inter Cochinum ad occaſum, & Angamalam ad ortum.

Martabanum, *Martaban*, urbs Indiæ Ulterioris, in ora ſinus Gangetici, cum portu commodo, ſub dominio Regis Peguani. Malè habita fuit antè aliquot annos; habuitque alias Reges proprios.

Martabanum Regnum, *le Royaume de Martaban*, Regio Indiæ extra Gangem, ſub dominio Regis Peguani, verſus oram ſinus Gangetici, inter Peguanum Regnum proprie dictum ad Septentrionem, & Ligorium provinciam Regni Siaoi ad Meridiem, urbem habens primariam cognominem.

Martellum, *Martel*, urbs parva Galliæ, in Cadurcenſi provincia, prope Duranium fluvium, in colle, in confinio Lemovicenſi, & in Vicecomitatu Tureneuſi, 6. leucis diſtans à Sarlato in ortum, & totidem à Tutela in Meridiem.

Martena, oppidum Pannoniæ ſuperioris Jornandi, quod & Marcena, ut alii legunt, nunc *Marcburg*, oppidum Germaniæ in Stiria, ad Dravum fluvium, dictum fuit etiam Marciana caſtra. Vide ibi.

Martenaom, *Martenayo*, urbs parva Peninſulæ Indiæ extra Gangem.

Martha, fluvius Hetruriæ Antonino, nunc etiam *la Marta* dictus, in Eccleſiæ ditione, egreditur è Volſinio lacu, deinde in Meridiem per provinciam Patrimonii fluens ad Tuſcaniam, cujos mœnia radit, in mare Tyrrhenum infra Corouetum urbem deſertur, ut pluries vidi.

Martha, oppidum Hetruriæ Antonino, nunc vulgo *la Marta*, oppidulum Italiæ in ditione Eccleſiæ, & in provincia Patrimonii, ad Lacum Volſinium, ubi ex eo effluit Martha fluvius, 6. milliaribus à monte Phyſcone in occaſum, uti 12. à Viterbio diſſitum.

Marthama, Africæ propriæ urbs, teſte Appiano.

Marthula, Ponti Cappadoci oppidum, teſte Ptolemæo.

Martia, & Martiana colonia. Vide Marcia, utroque enim modo legitur.

Martia Aqua, una ex aquis urbis Romæ Publio Victori, ceteris clarior, & ſalubrior ad potandum, ex lacu Fucino Romam perducta ab Anco Martio Rege, cujus aquæ ductus in via Tiburtina adhuc ex parte conſpicitur, de qua Tibullus libro 3.

Martiana Palus, Ptolemæo. Vide Mantiana.

Martiana, Sylva Germaniæ Ammiano, nunc Peucero, Althamero, & aliis, eſt Sylva nigra recentioribus, vulgo *die Schwartzwalds* incolis, quod idem ſonat, & *la Foreſt noire* Gallis, in Suevia provincia Germaniæ. verſus Abnobam montem & fontes Danubii & Nicri fluviorum, inter Ducatum Wurtembergenſem ad ortum, & Briſigaviam ad occaſum, in longum protenſa à Meridie in Septentrionem, nempe ab urbibus Seckinga, & Rhenofelda Ortnaviam uſque, & Marchionatum Badenſem ſuperiorem.

Martianæ, *Marchiennes*, pagus Belgii Francici, cum Abbatia in Comitatu Flandriæ, & in territorio Duacenſi, ad Scarpam fluvium, & in ipſo limite Hannoniæ, 3. leucis diſtans à Duaco in ortum Tornacum verſos, ſub dominio Francorum ab anno 1667.

Martianopolis, ſive Marcianopolis, orbs Moëſiæ inferioris, in Thraciæ confinio, & in Scythia tractu, à Marciana Sorore Trajani Imperatoris ſic dicta, teſte Ammiano, & ad quam multa prælia habuit Claudius Imperator, ut refert in ejus vita Trebellius Pollio, vulgo *Marcianopoli*, urbs Bulgariæ Archiepiſcopalis, nunc quoque celebris eſt, a Bulgaris *Preſlaw* dicta, quaſi civitas illuſtris, & eam Turcæ Conſtantinopolim veterem vocant, teſte Luca Holſtenio, 20. mill. paſſ. diſtans ab Anchialo, & ab ora Ponti Euxini in occaſum Odeſſum verſus, ex itinerario Antonini.

Marsianus Ager, *le païs de Marſan*, regiuncula Galliæ, in Aquitania, & in Vaſcitania, ubi oppidum præcipuum Mons Martiani. Pars eſt Condomenſis tractus, inter Vazatenſem provinciam ad Septentrionem, & Vaſconiam propriam ad Meridiem.

Martiosum, *Marteguet*, oppidum Galliæ in Provincia, in inſula Sancti Geneſii dicta, ad fauces ſinus Aſtromelæ, inter Juncarias & Ferrarias oppida adjacentia, & ei duobus pontibus ſublicis unita, crevit ex ruinis oppidi Sancti Geneſii in viciniis, & extructū fuit anno 1230. Honorato *Bouche* teſte, portu gaudens capaci in ora maris Mediterranei, hinc ſtagnum adjacens Maritimum dicitur, *la mer de Martegue* vulgo, & hinc nautæ peritiſſimi *les Martegaux* dicti.

Martiniana, *l'Iſle de Saint Martin*, inſula Americæ Septentrionalis, & una ex Antillis, ſub dominio Francorum. Vide inſula Sancti Martini.

Martiniana Arx, *le Fort de Saint Martin de Ré*, arx Galliæ in Rea inſula Aquitaniæ, ubi Angli grandi clade affecti fuere à Gallis anno 1627. Vide Arx Sancti Martini.

Martinica, *la Martinique* Gallis, & antiquis accolis *Madanina*, inſula Americæ Septentrionalis, una ex Antillis inſulis, & ex præcipuis illius tractus. Ab anno 1635. paret Francis, qui in ea multas habent colonias & arces; eſtque valde fertilis & culta, habens in circuitu 45. leucas circiter, cum orbe recenti Baſſivilla dicta *Bas-ville*, & ab ea repulſi fuere Belgæ uniti anno 1674.

Martini Evasi Insula, *la Ilha de Martin Vaz*, inſula Africæ, in mari Æthiopico, verſus promontoriom bonæ Spei, à Luſitanis detecta & ſic dicta. Tota montuoſa eſt, & incolis caret.

Martinopolis, *Toars*, ſic dicta fuit Cæſarodunum Turonum, urbs Galliæ, à Divo Martino hujus urbis Antiſtite, quem Majores noſtri ſic venerati ſunt, ut à die ejus obitus, qui contigit 8. Novembris anno 402. ſeriem annorum numerarint per quatuor fere ſæcula, teſtibus Gregorio Toronenſi, Aimoino, Sigeberto Gemblacenſi, & aliis, & ut probant Cardinalis Baronius, & Joannes Bollandus, quanquam hic ultimus credat Sanctum Martinum obiiſſe anno 397. Vide Turones & Cæſarodunum.

Martinopolis, *Saint Maertens diick*, oppidulum Belgii fœderati, in Zelandia provincia, & in Tolana inſula, cum arce antiqua, una leuca à Tola diſtans in occaſum, uti 2. à Berga ad Zomam

Ziricseam verſus totidem.

MARTINOVIA, *Martinow*, oppidulum Poloniæ in Ruſſiæ Palatinatu, & in Pocucia tractu, teſte Starovolſcio, ad Tyram fluvium, 2. milliaribus Polonicis ſupra Haliciam.

MARTIOPOLIS, ſeu Merſoburgum, *Merſburg*, urbs Germaniæ in Miſnia provincia, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Magdeburgenſi, ad Salam fluvium, in Thuringiæ confinio, ſub dominio proprii Adminiſtratoris Epiſcopalis ditionis, qui nunc unus eſt ex Ducibus Saxoniæ, cum tractu adjacente, 15. milliaribus Germanicis diſtat à Lipſia in occaſum Naumburgum verſus tribus, & paulo minus ab Halla in Meridiem, uti 14. à Magdeburgo.

MARTISBURGUM, *Marpurg*, urbs Germaniæ in Haſſia ſuperiori. Vide Marpurgum.

MARTIS CASTRA, oppidum Pannoniæ inferioris Ammiano, nunc *Marotha*, caſtrum Hungariæ, teſte Lazio, ſupra Sirmii urbis rudera, ad confluentes Bozathiæ & Valconis amnium, in Sirmienſi Comitatu.

MARTISVILLA, *Marville*, oppidum Galliæ in Barrenſi Ducatu. Vide Marvilla.

MARTORANUM, *Martorano*, urbs parva Regni Neapolitani, in Calabria citeriori, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Conſentino. Vix 6. milliaribus diſtat ab ora maris Tyrrheni in ortum. Olim forſan Mamertum dicta fuit, ut quidam exiſtimant. Sedet ad Sabatum amnem, in limite Calabriæ ulterioris, & 14. milliaribus à Conſentia. A paucis habitata deficit in dies ferè in vicum redacta.

MARTORELLIUM, *Martorel*, oppidulum Hiſpaniæ, in Catalonia provincia, ad Rubricatum fluvium, ubi recipit Notam, 7. leucis Hiſpanicis diſtat à Barcinone in occaſum æſtivum, & 5. à Minoriſca in Meridiem.

MARTULANA, ſeu Martulana, & Martana, urbs olim Italiæ, in Umbria, in qua Sancti Britius primus Epiſcopus Spoletanus ſibi ſedem Epiſcopalem conſtituerat. Hodie diruta eſt, in finibus Tuderti & Aquæ Spartæ, ubi dicitur *Santa Maria in Pantano*, quinque milliaribus à Tuderto, teſte Ughello.

MARTURANUM, Tuſciæ ſuburbicariæ oppidum, cujus fit mentio in donatione Ludovici Pii Imperatoris, quod nunc *Barberano* dicitur, in ditione Eccleſiæ, & in provincia Patrimonii, teſte Luca Holſtenio.

MARTYROPOLIS, urbs Armeniæ majoris in Sophanine tractu, juxta Nymphium fluvium, teſte Procopio, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Amidenſi, in Meſopotamiæ confinio, ei Juſtinianus Imperator caſtellum adjecit Citharíſan dictum, & 8. ſtadiis diſtat ab Amida, hanc urbem ſcribunt Curopalates Zonaras & Cedrenus *Miepherkin* a Saracenis appellari.

MARTYRUM INSULÆ, *as Ilhas dos Martyres*, inſulæ parvæ tres Oceani Orientalis. Vide inſulæ Martyrum.

MARUBIUM, oppidum Salentinorum in Italia, nunc ex traditione antiqua, *Maruggio*, caſtrum Regni Neapolitani in provincia Hydruntina, in ora littorali ſinus Tarentini, 15 mill. paſſ. à Tarento in ortum hybernum Gallipolim verſus.

MARUCINI, populi Italiæ. Vide Marrucini.

MARVILLA, & Martiſvilla, *Marville*, oppidum Galliæ partim in Barenſi Ducatu, & partim in Luxemburgenſi Ducatu, hodie ſub dominio Francorum, duabus leucis diſtans à Monmedio in Meridiem Virdunum verſus 6.

MARUS, fluvius Germaniæ. Vide Moravus.

MARUVSNUS, *Marwynen*, fluvius Americæ Meridionalis, in Guaiana regione. Fontes habet verſus lacum Parimum; & quamplurimis auctus fluviis, in mare Boreale ſe exonerat, teſte Laetio.

MARUVIUM, Straboni, Maruvii Plinio. Vide Marruvium.

MARVSUS, fluvius. Vide Mariſus.

MASACUM, *Maſeyck*, urbs Germaniæ inferioris, ad Moſam fluvium, & in ditione Leodienſi, quæ ab aliis Driopolis dicitur, ſita in Loſſenſi Comitatu, & in ipſo limite Gueldriæ ſuperioris, & Juliacenſis Ducatus, 5. leucis infra Trajectum ad Moſam in Septentrionem Ruremundam verſus 3.

MASADA, oppidum Palæſtinæ, ad Aſphaltitem lacum Plinio, quod Maſſada, & Moaſada Straboni, nunc vicus *Maſſa*, teſte Pineto.

MASANZA, *Maſança*, vicus Luzoniæ inſulæ in Philippinis, in Pampanga tractu, qui ab Hiſpanis ſæpius dicitur Novum Mexicum, propter ſimilitudinem quam habet cum urbe Mexicana, & 18. leucis diſtat à Manila.

MASÆSYLI, populi Mauritaniæ Cæſarienſis Livio. Vide Maſſeſyli.

MASALOTH, pagus Galilææ, qui & Arbela numero plurali. Cujus loci in libro Machabæorum fit mentio.

MASANORADA, Cariæ oppidum, in Aſia minori, teſte Stephano. Hujus memoria quoque extat in Titi Imperatoris nummo.

MASAYA, *la Maſaya*, provincia Novæ Hiſpaniæ, in regione Nicaragua, verſus montem ignivomum & oram maris Pacifici.

MASBATTA, *Maſbate*, inſula maris Indici, & una ex Philippinis, inter Manilam ad Septentrionem & Cebuam ad Meridiem, ſub dominio Hiſpanorum.

MASBURGI, ſeu Bravum, urbs Murbogiorum in Hiſpania Tarraconenſi Ptolemæo, exciſa fuit, teſte Joanne Mariana, & in ejus rudetibus extructa fuit Burgi urbs *Burgos* Hiſpanis, *Bourgues* Gallis, anno ſalutis 905. ædificata, poſteaque anno 1075. ab Urbano II. Pontifice Maximo Epiſcopalis facta, loco Aucæ urbis exciſæ in viciniis, ſub Archiepiſcopo Tarraconenſi, ac demum à Gregorio XIII. Archiepiſcopalis facta, Caput eſt Regni Caſtellæ veteris, ad Arlanzam fluviolum, caſtrum habens natura munitum, & crevit ea Aucæ ruinis, à qua 12. mill. paſſ. diſtat, ſed deficit in dies, 34. leucis Hiſpanicis diſſita à Madrito in Septentrionem, 42. à Cæſar-Auguſta in occaſum Legionem verſus, & 15. à Pintia in ortum æſtivum.

MASCALATHM, *Maſcalat*, urbs Arabiæ felicis, vix 60. milliaribus ab ora ſinus Perſici in Auſtrum, Caſtaldo teſte; eſtque caput Regni cognominis.

MASCATUM, *Maſcate*, urbs & emporium Arabiæ felicis, in ora ſinus Armuziani, cum portu commodo & arce munita, antea ſub dominio Luſitanorum, qui ab ea ejecti ſunt paucis abhinc annis, 220. mill. paſſ. diſtat ab Armuzia in ortum hybernum, & ſubeſt dominio proprii Principis.

MASCOTUS, Libyæ urbs, teſte Stephano ex Hecateo.

MASCULA, Numidiæ urbs Antonino, & Divo Auguſtino.

MASDORANUS, mons Aſiæ ingens Ptolemæo, inter Parthiam & Ariam, nunc *Chitelour*, teſte Caſtaldo. Incolæ Maſdorani.

MASELANDIA, ſeu Moſæ tractus, *die Maeſlandt*, tractus Belgii uniti, qui aliter Delflandia dicitur, in Hollandia Boreali, inter Rhenolandiam ad Septentrionem, & Moſæ oſtium ad Meridiem, à

Digitized by Google

quo nomen ſortitur, & in ea ſunt Delphum & Haga-Comitis.

MASPA, *Marſa*, urbs Arabiæ felicis, Regni cognominis caput, in mediterraneis, & ferè 300. mill. paſſ. ab Armuzia in Meridiem, uti 100. à Maſcato in occaſum. Furſan aliàs Maſpha dicta fuit, ut quidam exiſtimant.

MASICUM, *Maſeich*, oppidum munitum ditionis Leodienſis, ad Moſam, dicitur etiam Maſacum, eſtque in Comitatu Loſſenſi. Vide Maſacum.

MASICYTUS, mons Aſiæ minoris, Lyciam à Cilicia ſeparans Ptolemæo, qui Maſlycites Plinio, & Climax Straboni, Crago vicinus, & in ora littorali maris Cyprii.

MASIUS, mons Aſiæ Straboni, & Ptolemæo, & Tauri pars in Meſopotamia regione, & in confinio Armeniæ majoris, extenditur ab ortu in occaſum à Samoſatha prope Euphratem Amidam uſque ad Tigrim fluvium, à quo tantum ſeparatur Niphate fluvio.

MASONIS MONASTERIUM, *Maſmunſter* indigenis, *Moiſevaux* Gallis, oppidulum Germaniæ, in Sundgovia provincia, ſub dominio Regis Franciæ pace Weſtphalica. Sedet ad radices Vogeſi montis, & in limite Alſatiæ ſuperioris, 12. mill. paſſ. à Mulhuſia in occaſum, uti & 22. à Baſilea, juxta amnem Olrunam, vulgo *Tolder*, in Valle Sancti Gregorii, habet monaſterium celebre fundatum anno 730. à Maſone Alemaniæ Duce.

MASOVIA, ſeu Mazovia, *Mazowſze* incolis, *die Maſaw* Germanis, & *la Maſovie* Gallis, provincia Regni Poloniæ. Aliàs Duces habuit proprios, & nunc perſæpe Rex Poloniæ in ea commoratur. Terminatur ab Oriente Lithuania provincia, à Septentrione Pruſſia, ab Occidente Polonia majori, & à Meridie minori Polonia, dividitur in quatuor partes, nempe in Palatinatus Plocenſem, Podlachicum, & Maſoviæ propriæ, & in Dobrinenſem Terram, ſicque Podlachia, ſub ipſa comprehenditur. Ejus urbes ſunt Warſovia. *Warſovie*, Ploſcum, *Plocsko*, Bielka, *Bielsk*, & Tikocinum, *Tikoczin*: Mazovia autem Poloniæ ſeſe ſubjecerat ſub Caſimiro Magno Rege, ſed tamen habuit Duces ſuos ad annum 1526. quo defunctis ſuis Ducibus Joanne & Staniſlao ſub Sigiſmundo primo, Regno Poloniæ in perpetuum unita fuit.

MASOVIÆ PALATINATUS, ſive Præfectura, *Wojewodztwo Mazowieckie* incolis, *le Palatinat de Maſovie* Gallis, tractus Poloniæ Regni in Maſoviæ Ducatu, cujus major pars exiſtit, inter Pruſſiam Ducalem, & Palatinatus Podlachicum, Lublinenſem, Ravenſem, & Plocenſem, dividitur in duodecim territoria, nempe Cyrnenſe, Viſnenſe, Zembrovienſe, Varſovienſe, Nurenſe, Viſſegrodienſe, Zacrocinenſe, Ciechanovienſe, Lomzenſe, Rozanenſe, Macovienſe, & Livenſe, teſte Starovolſcio, & ejus primaria urbs eſt Varſovia provinciæ caput.

MASPHA, oppidum Palæſtinæ, olim in Tribu Benjamin, quod Maſphat, & Meſphe dicta etiam fuit, in confinio Tribus Juda, teſte Adrichomio.

MASPHA, quæ & Maſphe, urbs Palæſtinæ, in Tribu Gad, poſtea in Galaaditide regione, teſte Adrichomio, ubi Jephte populum judicavit.

MASSA, fluvius Libyæ interioris, in ora occidua Ptolemæo, qui Maſatat Plinio, in Oceanum Atlanticum ſe exonerat prope Solventia promontorium, & vulgo etiam *Maſat* dicitur, ut quidam exiſtimant.

MASSA, quæ Maſſa Carariæ etiam dicitur, *Maſſa*, oppidum cultum & amplum Hetruriæ, in Lunegiana regiuncula, nuper Ducatus titulo decoratum, ſub dominio proprii Ducis, 12. milliaribus diſtat à Serezana in ortum, & 3. ab ora maris Tyrrheni.

MASSA, quæ & Maſſa Lubrenſis, *Maſſa*, & *Maſſa di Sorriento* etiam, ad diſtinctionem aliarum, urbs Regni Neapolitani in provincia Terræ-Laboris, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Surrentino, ſed parva in ora ſinus Neapolitani, & in limite Principatus Citerioris, 4. milliaribus diſtans à Surrento in occaſum hybernum, verſus promontorium Minervæ totidem, & Capreas inſulam, à Neapoli vero 20. in Meridiem, in eminentiori loco naturâ permunito, dicitur aliquando Lubrenſis, quod poſt excidium antiquæ Maſſæ anno 1465. nova eſt ſtructa ſic in loco Lubra dicto ei ferè adjacenti, quæ verius Maſſa nova eſt.

MASSA, quæ & Maſſa Veternenſis cognomento, *Maſſa*, urbs parva Hetruriæ in agro Senenſi, & in maritimo tractu citeriori, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Senenſi, loco Popolonii cui in ſede Epiſcopali ſucceſſit, parva eſt admodum in monte, ſub dominio Magni Ducis Hetruriæ, ac malè culta, & illic natum Conſtantium Gallum Imperatorem ſcribit Onuphrius, 35. milliaribus diſtat à Senis in Meridiem Populonium verſus circiter 18. & ejus Diœceſis continet Iluam & Caprariam inſulas.

MASSA MANLIANA, urbs Sabinorum, in Italia, cujus meminit Sanctus Damaſus in vita Sancti Sylveſtri. Vide Manlians.

MASSA TRABARIA, tractus Italiæ, in Ducatu Urbinate, ad radices Apennini, & verſus Metaurum fluvium, cujus caput eſt Urbania urbs.

MASSÆ DUCATUS, *il Ducato di Maſſa*, tractus parvus Italiæ in Hetruria, & in Lunegiana regiuncula, inter ditionem Genuenſem ad occaſum, ditionem Magni Ducis Hetruriæ ad Septentrionem, Lucenſem tractum ad ortum, & mare Tyrrhenum ad Meridiem, ſub dominio proprii Ducis è gente *Cibo*, cum antea eſſet tantum Principatus, habens primarium oppidum Maſſam, & ei ſubeſt etiam Principatus Carraræ ei adjacens ſatis parvus, qui antea Marchionatus, cum oppido cognomine.

MASSAGETÆ, populi Scythiæ intra Imaum Straboni, Dionyſio, & Ammiano, inter Jaxartas & Alano-Scythas populos, verſus Scythiam extra Imaum extenſi, ubi hodie forſan pars meridionalis Tartariæ deſertæ, verſus Zagataiam regionem, teſte Mercatore, horum meminit etiam Claudianus cum aliis.

MASSALIA, fluviolus Cretæ Ptolemæo, in ora meridionali inſulæ, inter Phœnicen & Pſychium, oppida proxima fluens, nunc *Maſano* dictus, teſte Pineto.

MASSALIATICUM, oſtium Rhodani fluvii maximum Plinio, & Polybio, in ortum tendens & Maſſiliam verſus, nunc *le Gras de Paſſon* dicitur, teſte Ortelio, & ut aliis placet, eſtque in Provincia, inter Caſtra Mariana, & Campos Lapideos, 5. leucis à Maritima in occaſum, uti 10. à Maſſilia diſtans.

MASSERANI PRINCIPATUS, *il Principato di Maſſerano*, tractus parvus Italiæ, intra fines Pedemontii latè ſumpti, verſus confinia Ducatus Mediolanenſis, & inter agros Vercellenſem & Bugellenſem, ſub dominio proprii Principis, qui alias è gente Fliſcæ, à quo pervenit per adoptionem ad Ferrerios, unde nunc Princeps Maſſeranenſis vocatur è gente Ferrera Fliſca, eſtque ſub Clientela Summi Pontificis, oppidulum habens primarium Maſſeranum, & ei etiam ſubeſt Crepaconum *Crevacore*, in illo tractu, habetque alia caſtra in viciniis, ſed parvi momenti.

MASSERANUM, *Maſſerano* incolis, *Maſſeran* Gallis, oppidulum Italiæ intra fines Pedemontii, caput eſt Principatus parvi cognominis adjacentis, & 16. milliaribus diſtat ab Eporedia in ortum, uti 6. à Bugella Vercellas verſus 16. eſtque in colle, in ipſo limite agri Bugellenſis.

MASSESYLI, populi Mauritaniæ Tingitanæ Plinio, Autololis proximi.

MASSIA, oppidum fuit Hiſpaniæ Bæticæ, prope Tarteſios, teſte Plinio.

MASSICA, tractus Hiſpaniæ Bæticæ, Tarteſiis oppoſitus, in ejus parte meridionali, cujus meminit Vitruvius.

MASSICUS, mons Campaniæ fœlicis in Italia Plinio, nunc *Monte-Maſſico* dictus, teſte Cluverio, mons eſt Regni Neapolitani in provincia Terræ Laboris, inter Minturnas & Calenum extenſus, & verſus oram maris Tyrrheni, ut ego didici ab incolis dum illas partes luſtrarem, dictus fuit etiam Falernus, quia Falernus ager erat ei conterminus, & celebratur vino Maſſicano, & Falerno, ejus autem pars *Mondragone* dicitur ab incolis, verſus oram maris Tyrrheni, hinc Maſſicus nomen gentis Martiali libro 13.

MASSICUM PROMONTORIUM, ſive Maſſici montis promontorium in Italia, & in Campania fœlici Plinio, hodie *il Capo di Mondragone* dicitur, eſtque extremum Montis Maſſici in ora maris Tyrrheni & in provincia Terræ Laboris, prope Sinueſſam urbem exciſam, & medium inter oſtia Liris & Vulturni fluviorum.

MASSILIA, urbs Galliæ Narbonenſis Cæſari, Straboni, & aliis, à Phœnicibus condita, nunc *Marſeille* incolis, *Marſiglia* Italis, *Marſella* Hiſpanis, urbs Galliæ ampla & præclara, probeque culta in Provincia, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Arelatenſi, & emporium percelebre, portu gaudens amplo & valde tuto in ora maris Mediterranei, ſedet in colliculo, & in dies creſcit fitque pulchrior, ita ut nuper ejus ſuburbia intra ipſius muros incluſa ſint & pomeria extenſa, arces duas habet permunitas, & vix ab ea milliario diſtat arx Iphia, aliter Taxiana, *le Chaſteau d'If*, ipſa 5. leucis diſtat ab Aquis Sextiis in Meridiem, & duodecim ab Arelate in ortum hybernum, & fruſtra obſeſſa fuit anno 1536. à Carolo V. Imperatore. Populi Maſſilienſes dicti, qui olim litteris maxime claruerunt, uti apud Ciceronem, hodie vero nautica, nunc *les Marſeillois* Gallis, *gli Marſiglieſi* Italis.

MASSILIÆ SPECULA, *Marſeille veire*, locus Galliæ, in Provincia, & in ora maris Mediterranei, vix 2. leucis à Maſſilia in ortum, ubi pharus ſeu turris, è qua Maſſilienſes animadvertunt naves proximè adventantes, ut ego pluries vidi. Sed non eſt *Marſeille vieille*, ut quidam ineptè ſcripſere.

MASSILIARGÆ, *Maſſiliargues*, oppidum Galliæ in Occitania provincia inferiori, ad amnem *la Vidourle*, vix 2. leucis ab Aquis Mortuis in Septentrionem, & 4. à Monte Peſſulano in ortum Arelatem verſus 6.

MASSILIA, gens quæ in Numidia ponitur à Livio.

MASSYLI, populi quos Plinius inter Capſitanos & Getulos ad Libyæ deſerta locat, hinc Maſſilus nomen gentis Virgilio libro 4. Æneidos, eorum etiam meminit Silius libro 3.

MASTA, mons Æthiopiæ ſub Ægypto, in ora ejus orientali, cum urbe cognomine Ptolemæo, nunc *Graro*, ut exiſtimat Joannes Baroſius.

MASTAURA, urbs Lyciæ in Aſia minori, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Myrenſi, cujus meminit Concilium Epheſinum.

MASTAURA, urbs Lydiæ Straboni, in Cariæ confinio, ſic dicta numero plurali, quod ibi taurus Rheæ Bacchi nutrici in ſacrificio mactaretur, nunc *Meſtaurebe* vocata, teſte Leunclavio. Populi Maſtaurenſes Plinio.

MASTERLANDIA, *Maeſterland*, & *Maelſtrand* etiam, oppidum Norvegiæ in Bahuſia Præfectura, & in Vichia provincia, ſedet in ſcopulo prærupto in modum peninſulæ, cum caſtro ad fauces Veneri fluvii in Codanum ſinum, & ſubeſt dominio Regis Sueciæ ab anno 1658. cum antea pareret Danis, à quibus expugnatum fuerat anno 1676. ſed ab ipſis redditum fuit Suecis anno 1679. pace ad Fontembellaqueum prope Pariſios ſancita.

MASTHALA, Arabiæ felicis urbs, teſte Ptolemæo.

MASTRAMELLA, oppidum Galliæ Narbonenſis maritimum Plinio, uti in codice emendatiore legitur. Vide Aſtromela & Maritima.

MASTRICUM, *Maſtrick*, ſic dicitur in plurimis actis recentioribus, urbs Belgii in Brabantia, quæ ſæpius & melius vocatur Trajectum ad Moſam, & Trajectum ſuperius. Vide ibi.

MASTUSIA, promontorium Cherſoneſi Thraciæ, in ejus ora meridionali Plinio, ad fauces Helleſponti in mare Ægeum, contra Sigæum promontorium Troadis, nunc *il Capo Greco* Nigro, & aliis, dicitur etiam *le Cap Chreſtien* a nautis, & 15. mill. paſſ. diſtat à Dardanellis in Meridiem, atque 65. à Lemno inſula in ortum.

MASTYA oppidum Mileſiorum in Aſia minori, & in Paphlagonia regione, verſus oram Ponti Euxini, teſte Plinio, inter Teium & Cromnam.

MASULIPATANUM, ſeu Maſuleportus, *Maſulepatan*, urbs & emporium Indiæ citerioris, in ora ſinus Gangetici, & in Regno Golcondæ, cum portu capaci valde ab Europæis frequentato, ubi aliàs arx Luſitanorum.

MASYLIA, Regio parva Africæ, cujus meminit Dionyſius Afer, & hinc Maſyli populi. Vide Maſſyli.

MATAIA, *la Mataya*, provincia Americæ Meridionalis, juxta fluvium Amazonum, inter oſtia Maderæ & Tapaiſæ fluminum, teſte Petro Texeira.

MATALLA, ſeu Matalia, oppidum Cretæ inſulæ Ptolemæo, quod Metallum Straboni, in ejus ora auſtrali, nunc *Matala* pagus, teſte Ortelio, inter Pſychum promontorium ad occaſum & Lethei fluvii oſtium, in agro Candiæ.

MATANIA, *Matan*, inſula Oceani Indici, & & una ex Philippinis, inter Cebuam ad Septentrionem & Mindanam ad Meridiem. Alias Regem habuit proprium, poſtea patuit Hiſpanis; ſed à paucis annis facta eſt iterum ſui juris.

MATAMANUM REGNUM, *le Royaume de Mataman*, Regnum Africæ inferioris, in ora occidentali maris Æthiopici, inter Regnum Benguelæ ad Septentrionem & oram Cafrorum ad Meridiem, dicitur ab aliis Cimbebarum tractus, *Cimbebas* vulgo.

MATATANIA, *le païs de Matatane*, regiuncula Africæ, in parte orientali Madagaſcariæ inſulæ, prope oram littoralem & Matatanum fluvium, ubi colonia Francorum à paucis annis, Flacurtio teſte.

MATAVONIUM, & Matavone, locus Galliæ Narbonenſis in Provincia, ex tabula Peutingeri, nunc forſan *Cabaſſe*, vicus Provinciæ, 34. mill. à Foro Julii in occaſum Aquas Sextias verſus 12. leucis, ut Honoratus *Bouche* probare nititur.

MATEOLA,

Digitized by Google

MATEOLA, urbs Apuliæ Peucetiæ, in libris Conciliorum, nunc *Matera*, urbs Epiſcopalis Regni Neapolitani in Hydruntina provincia, & in ipſo limite Baſilicatæ, & agri Bariani, ad amnem *il Canapro*, & in valle undique montibus cincta, eſtque etiamnum ſatis culta, & perpetuo unita eſt Archiepiſcopatui Acheruntiæ, à qua diſtat 36. milliaribus in ortum, Tarentum verſus totidem, & 25. à Bario in Meridiem, ſed Archiepiſcopus Mateolæ commoratur. Hinc populi Mateolani Plinio.

MATERANUM, *Materan*, urbs ampla Indiæ, Iavæ inſulæ primaria, & Regni cognominis caput, in parte auſtrali inſulæ. Diſtat 100. leucis à Bantamo in ortum, Balambuaoum verſus 120. ſed 40. tantùm à Iapara in Meridiem.

MATERANUM REGNUM, *le Royaume de Materan*, Regio ampla Indiæ in Iava inſula, & in ejus parte meridionali, ſic dicta à Materano ejus urbe primaria, ſatis extenditur ab ortu in occaſum, & ejus Regi ſuberat alias tota Iava inſula, ſed à multis annis Regna hujus inſulæ in parte ab eo defecerunt, & proprios Reges ſibi conſtituerunt.

MATHA, *Matha*, oppidum Galliæ in Santonia provincia, ad fluviolum *la Chalendre*, in limite Ingoliſmenſis provinciæ, & Pictavenſis, 4. leucis ab Angeriaco diſtans in ortum & 9. à Niortio in Meridiem.

MATHIS, ſive Matis, fluvius Macedoniæ Vibio Sequeſtri, prope Dyrrachium in mare Adriaticum fluens, vulgo *Matin*, teſte Caſtaldo.

MATIANA, Regio Mediæ, verſus fines Armeniæ, ubi Matiana, ſeu Mantiana palus, Stephano teſte.

MATICA, *la Matique*, provincia parva Apalacitarum, in Florida Regione Americæ Septentrionalis, & verſus Apalatæos montes, teſte Briſtochio.

MATIDIANOPOLIS, urbs Thraciæ ſeu Moeſiæ, à Trajano excitata in gratiam neptis ſuæ Matidiæ, forſan eadem quæ Martianopolis, de qua ſupra.

MATIENI, populi Aſiæ, Armeniis proximi, ad quos Euphrates fluvius montibus perſtringitur, ut ſcribit Dionyſius Afer.

MATIENI, populi Aſiæ minoris in Cappadocia, ad dextram Halys fluvii ripam incolentes, Herodoto teſte.

MATILICA, *Matelica*, oppidum Italiæ, in ditione Eccleſiæ, & in Marchia Anconitana, verſus montes, 9. milliaribus diſtans à Septempeda in occaſum, Fabrianum verſus ſeptem, & 17. ab Æſi in Meridiem.

MATILICATES, populi Piceni Plinio, quorum oppidum Matilica, inter Septempedam urbem & Fabrianum oppidum. Vide ſupra Matilica.

MATINI, populi Apuliæ Plinio, in Lucaniæ confinio, ubi ſaltus Matini, de quibus Lucanus libro 9. & Horatius libro 1. Carminum, Ode 28.

MATISA, urbs Corſicæ inſulæ Ptolemæo, nunc à Cluverio dicitur *Matagi*, pagus inter Moram & Allinam, 9. milliaribus diſtans à Bonifacio oppido littorali hujus inſulæ in Septentrionem.

MATISCO, urbs Æduorum in Gallia Celtica, quæ Matiſcona Cæſari, in limite Seguſianorum, nunc *Maſcon* incolis, *Macone* Italis, urbs Galliæ in Burgundiæ Ducatu, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Lugdunenſi, & Matiſconenſis tractus ab ea dicti caput, ſedet in colliculo, eſtque ſatis culta, cum ponte lapideo ad Ararim fluvium, in ipſo limite Breſſiæ provinciæ, eſtque fere media inter Lugdunum ad Meridiem, & Cabillonum ad Septentrionem, 11. leucis utrimque diſtans, hinc Matiſconæus nomen gentis, *Maſconois* vulgo.

MATISCONENSIS TRACTUS, *le Maſconois* Gallis, *il Maconeſe* Italis, provincia parva Galliæ, & pars meridionalis Ducatus Burgundiæ, cui perpetuo unita eſt, cum antea Comites haberet proprios: extenditur inter Cabillonenſem tractum ad Septentrionem, Caroleſium ad occaſum, Bellojovienſem ad Meridiem, & Breſſiam ad ortum, & in ea ſunt Matiſco quæ tractus caput, & Trenorchium.

MATIUM, urbs Cretæ inſulæ Plinio, in ejus parte ſeptentrionali, nunc teſte Pioeto, eſt Candia *Candia* Italis, *Candie* Gallis, *Candax* Græcis, Cretæ primaria, & Archiepiſcopalis, permunita, portu gaudet capaci, cum arce & armamentario, in planitie ſedens ad montium radices, eſtque caput Candiæ tractus ab ea dicti, antea ſuberat dominio Reipublicæ Venetæ; ſed à Turcis obſeſſa per aliquot annos, tandem ipſis ceſſit anno *1669*. Verum tota fere deſolata jacet à paucis habitata, cum antea emporium eſſet celebre, eſtque duplex, vetus quæ reſtrictior, & nova quæ multo amplior & elegantior veterem etiam complectens, & Candia dicitur a recentioribus. Vide ibi.

MATIUM, Themyſciræ Regionis oppidum, Plinio teſte, circa Colchidem.

MATLALZINCI, *los Matlaltzinces*, populi Novæ Hiſpaniæ in Mechoacania provincia, cum paucis vicis tantum, teſte Joanne à Turrecremata.

MATRACHA, urbs Thraciæ mediterranea, una ex Metropolibus Patriarchæ Conſtantinopolitano ſubjectis, teſte Curopalate.

MATREIUM, ſeu & Matreio, oppidum Rhætiæ, ex itinerario Antonini, nunc teſte Pirchaimero, *Matray*, caſtrum Comitatus Tirolis in Germania, ad radices Alpium, & juxta amnem *Vltz*, 2. milliaribus Germanicis ab Oeniponte diſtans in Meridiem Brixinonem verſus.

MATRICA, Pannoniæ inferioris oppidum, ex itinerario Antonini, nunc *Theten*, pagus Hungariæ Regni ad Danubium fluvium, 2. milliaribus Germanicis infra Budam in Meridiem, ut Simlerus exiſtimat.

MATRINUS, fluvius parvus Italiæ in Piceno Plinio, illud à Veſtinis dividens, nunc *la Piomba*, teſte Cluverio, inter Adriam & Pinnam urbes Aprutii Ulterioris fluit, & paulo infra in mare Adriaticum ſe exonerat.

MATRITUM, ſic dicitur in plurimis actis mediæ ætatis, & etiamnum ſæpiſſime in libris Hiſpanorum, *Madrid*, urbs Hiſpaniæ Regia, in Caſtella nova, ad amnem *Manzanares*, ampla & cultiſſima, quæ crevit ex ruinis Mantuæ Carpetanorum, & vocatur ab aliis Madritum. Vide ibi. Hinc Matritanus nomen gentis.

MATRONA, fluvius Galliæ, *la Marne* vulgo indigenis, oritur in Campania provincia, & in vico Baliſma, loco cui nomen *Marmote*, diſtante uno milliari ab urbe Lingonum in Meridiem, deinde in Septentrionem tendens, Lingones rigat, Calvum montem, Joanvillam, Fanum S. Deſiderii, Victoriacum Francicum, & Catalaunum urbes Campaniæ, uti & verſus occaſum Sparnacum, Caſtrum Theodorici, Meldas, & Latiniacum; tandémque aliquot auctus fluviis minoribus, ad pontem Carentonium Sequanæ miſcetur, 2. leucis ſupra Pariſios in ortum.

MATRONA, *le Mont Genevre*, mons præaltus in Delphinatu, Alpibus Cottiis Galliam ab Italia

Digitized by Google

diſterminans, teſte Cluverio, inter fontes Druentiæ fluvii.

MATSOMAIA, *le Matzumay*, Regio Aſiæ, in ora meridionali terræ Eſonis, verſus Japoniam & fretum Sangarium, nuper à Belgis detecta versùs oram littoralem tantùm. Ideo de ea pauca dici poſſunt.

MATTIACI, populi fuere Germaniæ, & Catorum pars Tacito, verſus Rhenum fluvium, ubi nunc pars maxima Veteraviæ tractus, cum parte meridionali Haſſiæ, Cluverio & Brietio teſtibus. Earum urbes fuere Mattiacum ſeu caſtrum Mattiacorum, *Marpurg*, & Aquæ Mattiacæ, *Wisbaden*, teſtibus iiſdem, hinc Mattiacus nomen gentis.

MATTIACUM, ſeu Caſtrum Mattiacorum, urbs Germaniæ, Mattiacorum caput Tacito, & Ptolemæo. Nunc eſt *Marpurg*, Marpurgum, urbs Haſſiæ, ad Loganum fluvium, cum caſtro muniro & Academia, teſtibus Ortelio, & Cluverio. Antica Principem habebat proprium, nunc autem ſubeſt Landgravio Haſſo Caſſellano, eſtque media inter Francofurtum ad Mœnum in Meridiem & Caſſellam in Arctos, 11. milliaribus Germanicis utrinque diſtans, & 9. à Fulda in occaſum. Vide Marpurgum.

MATUSARUM, oppidum Hiſpaniæ in Luſitania, ex itinerario Antonini, inter Olyſipponem & Auguſtam Emeritam, nunc teſte Jacobo Vaſconcello, eſt *Puente de Sor*, vicus Portugalliæ ad amnem *Sor*, in Extremadura provincia, & in ipſo limite Transtaganæ, 12. leucis Hiſpanicis ab Ebora in Septentrionem Tagum fluvium verſus 3. & 21. ab Olyſippone in ortum Alcantaram verſus.

MAVARALNAHRA, ſive & ſæpius Mawaralnahra, id eſt Regio quæ eſt ultra flumen, id eſt Oxum, *Mawaralnahr* incolis, *le Maurenaher* Gallis, Regio eſt ampla Aſiæ & pars Tartariæ magnæ. Vide Mawaralnahra.

MAVICA, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis in Vaccæis Hauberto Hiſpalenſi, nunc tantum viculus *Mave* dictus, in Regno Caſtellæ veteris, prope Piſoracam fluvium, in territorio Aguilariæ Campi, teſte Gregorio de *Argaiz*.

MAVITANIA, tractus Hiſpaniæ Tarraconenſis Plinio, in finibus Baſtetanorum, nunc Regnum Murciæ, *Murcia* interpretatur Pinetus.

MAULEO, *Mauleon*, oppidum Galliæ, in Benearnia, & regiuncula Sebulenſi dicta, cum caſtro intra montes, 5. leucis à limite Hiſpaniæ. Vide Malleo.

MAUMA, urbs Æthiopiæ ſub Ægypto apud Plinium.

MAURI, populi Africæ Straboni, & Plinio, qui Græcis Mauruſii dicti, & Mauruſii Vitruvio, quaſi montis Auraſii incolæ, poſtea etiam Mauritaniæ domini eidem nomen impoſuerunt, teſte Procopio, & eorum Regub Principatus inſignia ab Imperatoribus Romanis accipiebant; horum partium incolæ etiamnum dicuntur *les Mores* Gallis, *los Moros* Hiſpanis, *li Mori* Italis, *Murzyn* Polonis, *Moors* Anglis, & *Mohre* Germanis.

MAURIACUM, *Moriac*, oppidum Galliæ in Alvernia ſuperiori, verſus limites Lemovicenſis provinciæ, 6. leucis ab Aurillaco in Septentrionem.

MAURIANA, *la Maurienne* incolis, *la Moriana* Italis, provincia parva Sabaudiæ, ſeu potiùs vallis oblonga, inter montes aſperrimos, juxta Arcum fluvium, ab Alpibus fere uſque ad Iſaram fluvium extenſa, inter Tarantaſiam ad Septentrionem & Delphinatum ad Meridiem, ubi olim pars Allobrogum. Ejus primaria eſt Fanum S. Joannis ſeu Mauriana, *Saint Jean* incolis, *Saint Jean* cognomento *de Maurienne* exteris, urbs ſatis culta, ſed ſine mœnibus, in planitie parva, ad Arcum fluvium, & Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Viennenſi.

MAURELIACUM, oppidulum Galliæ, cujus fit mentio in actis mediæ ætatis, nunc à recentioribus creditur Milliacum, *Milly*, oppidum Galliæ in provincia Inſulæ Franciæ, & in Vaſtinio tractu. Vide Milliacum.

MAURI ARCHIPELAGUS, *el Archipelago del Moro*, pars ampla Archipelagi Molucarum in Oceano Indico, & verſus partem ſeptentrionalem inſulæ Giloli, teſtibus Brietio & Faria, & 60. leucis à Molucis inſulis in arctos.

MAURICÆ INSULÆ, *las Iſlas del Moro*, inſulæ Aſiæ in Oceano Indico, verſus Gilolum inſulam in Molucis latè ſumptis, ex his quinque ſunt præcipuæ nempe *Bihoa*, *Doii* ſeu *Doe*, *Tuacaro*, *Pou*, & *Salangaris*, teſte Maereo, ſuntque parvæ admodum.

MAURISII, *los Moriſcos*, ſic dicti fuere populi Hiſpaniæ, Maurorum reliquiæ, Mahumetanæ ſectæ addicti, & inter Chriſtianos Hiſpanos degentes, præſertim in Regnis Granatæ, Vandalitiæ, Murciæ, & Valentiæ, & in aliis partibus meridionalioribus Hiſpaniæ poſt victos Mauros, ſed tandem pro maxima parte ejecti fuere ab Hiſpania ſub Philippo III. Rege anno 1609.

MAORITANIA, Regio Africæ perampla, ab ortu in occaſum extenſa Ptolemæo, Straboni, & Plinio, ubi nunc pars occidentalis Barbariæ Regionis, cujus populi Mauri, Græcis Mauriſii dicti; Mauritania vero Ptolemæo duplex eſt, nempe Cæſarienſis, & Tingitana, quibus additur ab aliis Sitifenſis, quæ à Ptolemæo ſub Cæſarienſi comprehenditur.

MAURITANIA CÆSARIENSIS, Regio Africæ, & Mauritaniæ late ſumptæ pars orientalis Ptolemæo, ſic à Julia Cæſarea ejus urbe primaria & Regia nominata, erat inter Numidiam ad ortum, Mare Mediterraneum ad Septentrionem, Mauritaniam Tingitanam ad occaſum, & Gætulos ad Meridiem, ubi nunc Regnum Algerii, *le Royaume d'Alger*, in Barbaria Regione.

MAURITANIA SITIFENSIS, Regio Africæ, pars fuit minor & orientalis Mauritaniæ Cæſarienſis Ptolemæo, quanquam ab ea ſeparatur à quiboſdam, eratque inter Cæſarienſem proprie dictam ad occaſum, & Numidiam Regionem ad ortum, ubi nunc pars minor & orientalis Regni Algerii, ſicque dicta fuit à Sitifi ejus urbe præcipua, vocata fuit etiam Mauritania prima, & Zaba, teſte Procopio.

MAURITANIA TINGITANA, Regio Africæ, & pars occidentalis Mauritaniæ late ſumptæ, ſic dicta à Tingi olim ejus primaria urbe, erat inter Oceanum Atlanticum ad occaſum, fretum Gaditanum & mare Mediterraneum ad Septentrionem, Mauritaniam Cæſarienſem & Gætulos ad ortum, & Autololas populos ad Meridiem; vocata fuit etiam Hiſpania Transfretana tempore Conſtantini Magni, & nunc in ea regione duo continentur Regna, Fezzanum & Marocanum.

MAURITANIÆ CÆSARIENSIS URBES ADHUC EXTANTES.

Cartennæ, *Moſtagan*.
Julia Cæſarea, *Tenez*.

Manliana, *Meliane*.
Quiza, *Oran*.
Ruſſocorum ſeu Ruſucurum, *Alger*.
Salde, *Bugia*.
Sitiſi, *Steffe*.
Teniſſa, *Tenexa*.
Timice, *Tremiſen*.

MAURITANIÆ TINGITANÆ URBES ADHUC EXTANTES.

Bocanum Hemerum, ſeu Marochium, *Maroc*.
Exiliſſa, ſeu Septa, *Ceuta*.
Lixa & Lixos, *Larache*.
Ryſſadirum, *Melilla*,
Sala, *Salé*.
Tingis, *Tanger*.
Volubilis, & Fezza, *Fez*.
Zilia, *Arzilla*.

MAURITIA, & Mauritiopolis, *Mauritzſtadt* oppidum Americæ Meridionalis, in Braſilia Regione, & in Præfectura Pernambuci, antea à Comite Joanne Mauritio Naſſovio excitatum anno 1644. & ab ipſo ſic dictum dum eſſet Præfectus Generalis Belgarum unitorum in illis partibus, ſed poſtea à Luſitanis expugnatum, ipſis etiamnum ſubeſt, eſtque ad fluvium *Biberibi*, paulo ſupra ejus oſtium in mare Boreale, cum portu tuto prope Reciffam, & vix duabus leucis Hiſpanicis ab Olinda in Meridiem.

MAURITIA, *l'Iſle Maurice* Gallis, *het Mauritz Eyland* Belgis, inſula maris Æthiopici, in Africa, quæ aliter Cygnea dicitur, vulgo *do Cerne* à Luſitanis, à quibus primùm detecta fuit. Vide Inſula Mauritia.

MAURITIA INSULA, *het Mauritz Eyland* Belgis, *l'Iſle Maurice* Gallis, inſula Muſcoviæ, & ei adjacens in mari Glaciali, à Belgis ſic dicta, eſtque ſatis parva, ſed de ejus nomine Ruſſico huc uſque nobis incompertum eſt.

MAURITII REGIO, *het Mauritzland* Belgis, *le pais de Maurice* Gallis, Regio Americæ Meridionalis in Magellanica, & in Terra Ignis, maximè ad ortum extenſa verſùs fretum Macreum, a Belgis detecta anno 1616. & ſic dicta in honorem Mauritii Naſſavii Principis Auraici, cujus auſpiciis detecta fuit.

MAUROCASTRUM, Armeniæ oppidum, teſte Curopalate & Epiſcopalis ſedes ſub Sergiopoli, teſte Guillelmo Tyrenſi Archiepiſcopo Gallo.

MAURONTIVILLA, *Merville* incolis & Gallis, *Merghen* Belgis, oppidum Belgii Francici in Comitatu Flandriæ, & in ipſo limite Arteſiæ, ad Legiam fluvium, paulo infra Fanum S. Venantii, & vix 3. leucis infra Ariam in ortum Armentarias verſus totidem, ſub Gallis, prope Niepenſem Sylvam, quod & Broylus dictum fuit, ubi olim Broylenſe monaſterium in quo S. Mauontius Abbas.

MAURUM, urbs olim Magnæ Græciæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Rhegino, nunc *San Mauro*, vicus Calabriæ citerioris in monte, teſte Barrio, 4. milliaribus à Coriolano in Septentrionem, & totidem à mari Ionio in occaſum, uti 8. à Roſciano.

MAURUSIA REGIO, quæ à Strabone in ora Libyæ occidua contra inſulas Fortunatas collocatur, de qua Virgilius libro 4. Æneidos: hinc Mauruſii populi.

MAURUSII, populi Africæ, in ora Mauritaniæ Tingitanæ, contra Gades, teſte Livio.

MAURUSII, populi Africæ propriæ, in ora maris Mediterranei, & Syrtis magnæ, prope Tripolim urbem, teſte Procopio.

MAUSILUM, *Moſul*, urbs Diarbechiæ Regionis, ad Euphratem fluvium, ſub dominio Turcarum, teſte Gollio, quæ ab aliis Ninus dicitur cum ex ejus ruinis excitata ſit. Vide Ninus.

MAUSINA, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis Hauberto Hiſpalenſi, Epiſcopatu alias inſignis, nunc exciſa jacens, & ex ejus ruinis excitatus fuit in viciniis *Lara*, vicus Hiſpaniæ in Caſtella veteri, in confinio Ruconiæ, & 2. leucis à Mauſina exciſa, teſte Gregorio de *Argaiz*.

MAUSOCA, urbs Hyrcaniæ mediterranea Ptolemæo, in Parthia Regione, & Hyrcaniæ Metropoli finitima, nunc *Meſat*, ex tabulis Caſtaldi.

MAWARALNAHRA, *Mawaralnahr* incolis, id eſt Regio trans flumen Oxum, *le Maurenaher* Gallis, Regio Aſiæ, & pars Tartariæ magnæ, quæ à quibuſdam Uſbechia & Zagataia dicitur, ubi olim Bactriana late ſumpta, cum Sogdiana, & de ea pluribus ſcribit Abulfeda, extenditur autem inter Jaxartem & Oxum fluvios à monte Caucaſo ad mare Caſpium, & ejus urbes præcipuæ ſunt Maracanda, *Samarcand*, totius Regionis primaria, Balchia *Balch*, & Bochara *Bohar*, ſed de ea pauca admodum dicenda ſunt, cum difficillime ab Europæis frequentetur, dicitur vero ſæpius & melius Trans-Oxiana. Vide ibi.

MAXALA, Africæ interioris urbs, à Cornelio Balbo devicta, teſte Plinio.

MAXENTIA, *Maxenta*, pagus agri Mediolanenſis in Italia, teſte Gaudentio Merula, ſic à Maxentio Imperatore dictus, ut eſt loci traditio, à Mediolano 16. mill. paſſibus in occaſum diſtans Novariam verſus.

MAXENTII FANUM, ſeu Fanum S. Maxentii, *Saint Maixant*, oppidum Galliæ in Pictavenſi provincia, ad Sepatam fluvium, 4. leucis à Niortio diſtat in ortum, uti 8. à Malleaco Pictavium verſus 10. eſtque amplum & cultum.

MAXERA, fluvius Hyrcaniæ Ptolemæo, qui Mazeras Plinio, in Hyrcanium mare labens, qui *Firi* nunc in tabulis dici videtur, juxta quem Maxeræ populi habitabant.

MAXILVA, Hiſpaniæ Bæticæ urbs, in Turdetanis, teſte Ptolemæo.

MAXIMIANOPOLIS, Ægypti urbs ex libro Notitiarum. Hanc antea Mageddo appellatam ſcribit Hermannus Contractus.

MAXIMIANOPOLIS, urbs Thraciæ in Rhodope tractu Ammiano, & Procopio, à Maximiano Imperatore condita, nunc oppidulum *Maximianopoli*, teſte Brietio, inter Biſtonium lacum ad Meridiem, & Rhodopen montem ad Septentrionem.

MAXULA, ſeu Maxulla, colonia & oppidum Africæ propriæ maritimum Antonino, & Plinio, Tuneti proximum, quod Mazula Ptolemæo, olim Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Carthaginenſi, nunc *Marſa*, vicus Regni Tunetani, 20. mill. paſſ. à Carthagine in ortum Clupeam verſus, ut recentiores exiſtimant.

MAYONENSIS COMITATUS, ſive Mayenſis, *Cuntae Mhoigheodh* indigenis, *the County of Mayo* Anglis, tractus Hiberniæ inſulæ in Connacia provincia, verſus oram Oceani Occidentalis à quo terminatur ad occaſum, uti Gallivenſi Comitatu ad Meridiem, Roſcomenſi Comitatu ad ortum, & Slegenſi ad Septentrionem: & ſic dicitur à Mayo *Mayo*, caſtro ejus præcipuo in ora littorali ad arctos.

MAYORIGA, *Mayorga*, oppidulum Hiſpaniæ

in Regno Legionis, cum caſtro, 9. leucis à Legione diſſitum.

Mazaca, quæ & Cæſarea, urbs Cappadociæ in Aſia minori Ptolemæo, & Straboni, Archiepiſcopalis, prope Melam fluvium & Argæi montis radices, verſus Armeniam minorem, nunc *Caiſar* dicta, & *Tiſaria* etiam Barbaris, teſte Nigro, diſtat 80. mill. paſſ. à Sebaſtia in Meridiem. Vide Cæſarea Mazaca.

Mazacæ, populi in Sarmatia Aſiatica, verſus Paludem Mæotidem, teſte Plinio.

Mazaces, ſeu Mazæi, populi Illyrici Ptolemæo, verſus Savum fluvium in Septentrionem & Japodes, ſub quibus fuere, ubi nunc pars Croatiæ, verſus Unam fluvium, eorum meminit Lucanus libro 4.

Mazaganum, *Mazagan*, oppidulum Africæ, in Regno Marrochio, & in Ducala provincia, cum portu in ora Oceani Atlantici, cum arce munita, prope oſtia Ommirabihi fluvii, ſub dominio Regis Portugalliæ, 18. leucis diſtans à promontorio Cantino in ortum æſtivum.

Mazandarana, *le Mazandaran*, provincia Perſiæ, ubi olim pars orientalior Hyrcaniæ Regionis verſus oram meridionalem maris Caſpii, teſte Oleario, dicta erat antea Taberiſtana, ut ſcribit Olearius, teſte Gollio, eſtque pars Kilaniæ provinciæ.

Mazandaranum, *Mazandaran*, urbs Perſiæ, caput provinciæ cognominis, verſus oram auſtralem maris Caſpii, teſte Adamo Oleario.

Mazara, ſeu Mazarum, urbs Siciliæ, in ora auſtrali inſulæ Diodoro, & Stephano, nunc etiam *Mazara* incolis, *Maçera* Hiſpanis, *Mazare* Gallis, urbs Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Panormitano, in Valle ſeu provincia Mazarana ab ea dicta, ad oſtia fluvii parvi cognominis, portu gaudet capaci & tuto, eſtque ſatis munita, & fere media inter Thermas ad ortum, & Lyliboeum, 24. mill. paſſibus diſtans à Drepano in ortum hybernum, & 55. ab Agrigento in occaſum.

Mazara, urbs fuit Armeniæ majoris Ptolemæo.

Mazarana Vallis, ſeu Provincia, *il Val di Mazara*, una ex tribus partibus Siciliæ inſulæ, maxime in occaſum tendens, & à Septentrione, Occidente, & Meridie mari cincta, ab ortu vero terminatur provinciis Nemorenſi & Netina, ſic dicitur à Mazara urbe, ſed ejus præcipua urbs eſt Panormus, totius inſulæ primaria, aliæ autem urbes ſunt Agrigentum, Drepanum, & Mons Regalis.

Mazari, populi fuere verſus Ruſſiam, Patzinacitis finitimi, quorum meminit Conſtantinus Porphyrogenneta.

Mazarinum, *il Mazarino*, oppidum amplum Siciliæ inſulæ, in Valle Netina & in mediterraneis, Comitatus titulo notum gentis Branciforti, 10. mill. paſſ. diſtans à Calata Hierone in occaſum, & 22. circiter ab ora maris Africi in Septentrionem.

Mazeras, flumen Hyrcaniæ, in mare Caſpium influens. De quo Plinius libro 6.

Mazira, *Mazira*, inſula Aſiæ oblonga, in ora Arabiæ felicis, quæ olim Organa dicta, 160. mill. paſſ. diſtat à Corodamo promontorio in occaſum, & 140. à Maſcata urbe in Meridiem.

Mazorani, populi Aſiæ Ptolemæo, in Parthiæ & Carmaniæ confinio.

Mazovia, *Mazowske*, provincia Regni Poloniæ, cujus caput eſt Warſovia, dicitur etiam perſæpe Maſovia. Vide ibi.

Mazua, *Mazua*, inſula Africæ, in ſinu Arabico & in ora Barnagaſſi, antea ſub dominio Abyſſinorum, nunc Turcici juris eſt ab anno 1557. Alias Macaria dicta fuit, eſtque parva prope Erquicum.

Mazula, oppidum Africæ Ptolemæo. Vide Maxula.

Mazyes, populi Mauritaniæ Cæſarienſis Stephano, qui Mazyces Ammiano, & Mazices Ptolemæo, quorum Rex fuit Jarbas, teſte Saluſtio.

Mcislavia, *Mciſlawow* & *Mciſlaw*, urbs parva Poloniæ in Lithuania, tractus ſeu Palatinatus cognominis caput, ad fluvium *Soſz*, in ipſo limite Ducatus Smoleſcenſis, & Magni Ducatus Moſcoviæ, & in Ruſſia Alba ſive Lithuanica, 16. milliaribus Polonicis à Smolenſco in Meridiem.

Mcislaviensis Palatinatus, ſive Præfectura, *Wojewodztwo Mciſlawskie* incolis, *le Palatinat de Mciſlaw* Gallis, provincia Poloniæ Regni, & pars Ruſſiæ Albæ in Lithuania, Pripetio fluvio à Meridie, Boryſtheni ab ortu quaſi triangulari forma adjacens, ſylvis tota inumbrata, & aquis immerſa verſus Moſcoviæ confinia, dividitur in duos diſtrictus ampliſſimos Mciſlavienſem, & Modzirenſem, ſicque dicitur à Mſciſlavia ejus urbe primaria, & ejus oppida præcipua ſunt Cleckum, Ouruckum, Homlia, Criczovia, Oſtrkum, & Modziria, teſte Starovolſcio.

Meacum, *Meaco*, quæ incolis *Cabucoma*, urbs ampla Japoniæ, in Niphonia inſula, & in regione Jetſenga dicta. Fuit antea totius Regionis caput & ſedes regia; nuncque etiam populoſiſſima, & emporium celeberrimum. Vix 8. mill. paſſ. diſtat ab ora ſinus cognominis, 70. ab ora Boreali Japoniæ, & 125. à Jedo in occaſum. Urbs ipſa duplex eſt: ſuperior, ubi Imperatoris palatium planè Regium: & inferior, quæ extenditur verſus oram littoralem & portum, ubi arx permunita Fuxima dicta. Sed tantiſper defecit ex quo Jedum facta eſt etiam ſedes regia, teſte Carone.

Mearus, fluvius Callaicorum Lucenſium in Hiſpania Tarraconenſi Melæ, qui Metaurus Ptolemæo, nunc *el Rio Major* dictus in Gallæcia, teſte Brietio, in Septentrionem fluit, & propè Trileucum promontorium in Oceanum Atlanticum ſe exonerat, 10. leucis à confinio Aſturiæ in occaſum.

Meatæ, populi Britanniæ majoris, qui Mæatæ, teſte Dione Niceo, erant juxta murum Picticum, ubi hodie Northumbria provincia Angliæ, teſte Camdeno. Vide Mæatæ.

Mecca, *la Mecque* Gallis, *la Mecha* Italis, Arabiæ Petrææ urbs, quam veteribus Petram fuiſſe dictam arbitratur Bellonius libro 3. obſervationum. Sed alii, & meliùs, credunt eſſe Marrabam antiquorum. Eſt juxta fluvium Betium, nunc *Chaibar*, & ſita eſt in valle, itinere 10. dierum à Medina, eaque duplo major eſt, & milliaribus Arabicis 40. à littores mari Rubri, ex omni parte circundata montibus, quorum inprimis duo unus ab ortu *Abu Cobeis* dictus, alter ab occaſu *Cacaan*, efficiunt valloſum ejus ſolum ſterile plane & ſiccum, urbs tamen celeberrima exiſtit, propter immenſum Mahumetanarum gentium confluxum ad anniverſaria ejus ſacra, unde & Meccæ nomen urbi inditum volunt, celebris eſt nativitate Mahumetis Pſeudoprophetæ, & juxta ipſam eſt templum percelebre, uti & Sacellum *Caba* dictum ab ejus forma quadrata; extra puteum *Zemzem* nullibi in urbe aqua erat niſi ex pluvia in ciſternis, ſed ſæculo elapſo aqua deducta fuit ex monte *Arafat* maximis impenſis, teſte Gollio in notis ad Alferganum, exiſtimantque eam eſſe in Arabia Petræa, teſte Bernerio viro clar. qui illas

Digitized by Google

oras loſtravit, quanquam in tabulis ponatur in Felici.

Meccæ Principatus, *la Principauté de de l'Emir de la Mecque*, provincia Arabiæ Petrææ, ſub dominio proprii Principis, verſus oram maris Rubri, & ſic dicta ab ejus præcipua urbe Mecca.

Meccioca, *Meccioca*, oppidum Americæ Septentrionalis, in Nova Hiſpania, & in provincia Mexicana ſive Themiſtania ab Hiſpanis excitatum & cultum.

Mechlinia, *Mechelen* incolis, *Malines* Gallis, *Malinas* Hiſpanis, urbs eſt ampla Belgii Hiſpani in Ducatu Brabantiæ, Archiepiſcopalis effecta à Paulo IV. Pontifice Maximo, ſedet ad Dylam, eſtque caput tractus adjacentis, Mechliniæ dominii dicti, & in ea ſedem habet totius Belgii Hiſpani Senatus ab anno 1503. eſt in meditullio Brabantiæ, adeoque inter Antuerpiam, Bruxellam, & Lovanium ſita, pari propemodum quatuor leucarum intervallo disjuncta. Obvenerat Epiſcopo Leodienſi ex hereditate Barchtoldiæ gentis, & ab Adolpho Epiſcopo Leodienſi vendita fuerat anno 1328. Reginaldo Gueldriæ Duci, pretio 40. mille ſcutorum, qui illam deinde vendidit Ludovico Comiti Flandriæ, à quo tandem ceſſa fuit Duci Brabantiæ anno 1346. teſtibus Meiero Carpentario, & Huberto *Loyens* in Hiſtoria Ducum Brabantiæ, aliiſque, fueratque olim Imperialis & libera, teſte Bertio, ſed poſtea ab Imperio exempta.

Mechliniense Dominium, *la Seigneurie de Malines*, tractus Belgii circa Mechliniam urbem, in Brabantiæ Ducatu, cujus pars exiſtit, in Tetrarchia Antuerpienſi ab anno 1346. eſtque proprie ager Mechliniæ parvus admodum circa Dilam fluvium, ſic dictus à Mechlinia urbe, quanquam male in tabulis ſumatur pro provincia ſeparata Belgii, quod tantum tribuendum eſt ſoperbiæ Hiſpanorum, ut ſic titulos & numerum ditionum ſuarum adaugeant.

Mechoacania, *el Mechoacan*, Regio Americæ Septentrionalis, in Nova Hiſpania, inter Mexicanam ad ortum, & Novam Galitiam ad occaſum, ſub dominio Hiſpanorum. Extenditur per 80. leucas juxta mare Pacificum; & ex ea pendent provinciæ Colima & Zacatula. Ejus primaria urbs eſt Valliſoletum ſeu Mechoacanum, *Mechoacan*, ut vocant, ultra quam ſunt etiam in eadem regione urbes Sancti Michaëlis, *San Miguel*, Sancti Philippi, *San Felipe*, Conceptionis de Salaya, *la Concepcion de Salaya*, Legio, *Leon*, Sentica, *Zamora*, Zacatula, *Zacatula*, & Colima, *Colima*; eſtque à Septentrione in Meridiem extenſa.

Mechoacanum, *Mechoacan*, id eſt piſcationis locus, urbs ampla Americæ Septentrionalis, in Nova Hiſpania, & in Mechoacania regione, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Mexicano. Ab incolis dicitur *Guayangareo*, & ab Hiſpanis Valliſoletum, *Valladolid de Mechoacan*, 47. leucis Hiſpanicis diſtans a Mexico in occaſum, & aliquot leucis tantum à lacu Mechoacano in Meridiem, teſte Herrera.

Mechoacanus Lacus, *la Laguna de Mechoacan*, lacus Americæ in Nova Hiſpania, & in Mechoacania provincia, 7. leucis ab urbe cognomine diſtans in Septentrionem.

Mecaria, ſive, ut alii legunt, Medaria, oppidum Illyrici, ſeu Pannoniæ videtur ex Paulo Diacono.

Mecon, inſula parva maris Ægei, prope Delon, in qua Ajax ſepultus traditur, teſte Lycophrone.

Mecone, urbs fuit Sicyoniæ provinciæ, ut Cælius Rhodighinus ſcribit ex Strabone.

Mecyberna, oppidum Macedoniæ, in Pallene peninſula Plinio, quod Mecyperna Straboni, proximum Olintho, inde milliaribus 5. diſtans. Hinc Mecybernæus ſinus, qui & Thermaicus dictus à Mela.

Meda, *Meda*, vicus agri Mediolanenſis, in Italia, cum antiquo cœnobio virginum, à divis Haymone & Veremundo, circa Caroli Magni tempora exſtructo, à Mediolano 12. mill. paſſ. teſte Ferrario.

Meda, urbs Theſſaliæ, teſte Peroto.

Meda, Arabiæ felicis oppidum, teſte Ptolemæo.

Meda, *les Medes*, inſula parva Hiſpaniæ, in ora Cataloniæ principatus, contra Emporias, & ei adjacent aliquot Scopuli cum una turri ad ejus tutelam.

Medaba, urbs Arabiæ Petrææ Ptolemæo, in finibus Moabitarum, quæ & Madaba in libro Machabæorum dicitur, & Medbah Hebræis, poſtea in Tribu Ruben, ad Torrentem Arnon, *Medavon* dicta, teſte Guillelmo Tyrenſi, & Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Boſtrenſi.

Medama, fluvius parvus Brutiorum Straboni, vulgo *il Metramo*, in Calabria ulteriori, in mare Tyrrhenum ſe exonerat, vix 4. milliaribus à Nicoteſa in Meridiem Scyllæum verſus.

Medama, urbs Brutiorum in Italia Straboni, & Plinio, alias Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Rhegino, poſtea à Saracenis exciſa, nunc tantum *Roſfarno*, vicus Calabriæ ulterioris Cluverio, prope oſtia fluvii cognominis in ora maris Tyrrheni, & vix 4. milliaribus in Meridiem à Nicotera urbe, quæ crevit ex ejus ruinis, & illi ſucceſſit.

Medziboria, *Medzibor*, oppidulum Bohemiæ Regni in Sileſia, & in Ducatu Olſnenſi, verſus confinia Poloniæ, 7. milliaribus Germanicis ab Uratiſlavia in ortum æſtivum, uti 4. ab Olſna.

Medea, urbs Thraciæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Heracleenſi, ex libris Conciliorum, forſan eadem quæ Media de qua infra.

Medelicum, *Melck*, oppidulum Germaniæ in Auſtria inferiori, ad Danubium fluvium, 14. milliaribus Germanicis à Lentia in ortum, Viennam verſus 12. cum caſtro amplo in colle.

Medelpadia, *Medelpad*, provincia Sueciæ, & pars Angermaniæ, inter Helſingiam provinciam ad Meridiem, Angermaniam propriam, & Jemptiam ad Septentrionem, & ſinum Botnicum ad ortum. Ibi nulla urbs, ſed tantum caſtra aliquot.

Medemelicum, *Medemblick*, oppidum Belgii uniti, in Hollandia Septentrionali ſeu Weſtfriſia, juxta mare Auſtrinum, cum portu capaci, 2. leucis diſtans ab Enchuſia in occaſum æſtivum, paulo amplius ab Hornia in Septentrionem, & inter Alemariam ad occaſum hybernum, & Staveram ad ortum æſtivum, 4. leucis.

Medena, ſic olim vocatum fuiſſe oppidum Vectis Inſulæ Angliæ in mari Britannico, quod hodie *Newport* nominatur, contra Magnum portum, ſcribit Nevyllius, in ſuo Norico.

Medenenensis Territorium, ager Flandriæ Comitatus, cujus fit mentio in actis Caroli Calvi Imperatoris, nunc *le Melanthois* dictus. Vide Melanthiſcus.

Medeni, Africæ propriæ populi, teſte Ptolemæo.

Medenos, urbs Numidiæ in Africa, teſte Procopio.

Medeon, oppidum Bœtiæ in Græcia, prope Copas & Oncheſtum, teſte Pauſania.

Medeon, oppidum fuit Phocidis Pauſaniæ, ad Criſſæum ſinum, in confinio Bœotiæ.

MEDERIACUM, oppidum Ubiorum in Germania inferiori, ex itinerario Antonini, & in ipſo limite Menapiorum, nunc teſte Cluverio, eſt vicus *Ammeren*, rivulo *Swalm* appoſitus in Ducatu Joliacenſi, uno milliari Germanico à Roremunda diſtans in ortum æſtivum Rhenobergam verſus, & paulo amplius à Caſtello Menapiorum in ortum, in coofinio Goeldriæ ſuperioris.

MEDIA, Regio Aſiæ perampla & notiſſima Polybio, Straboni, & aliis, cujus Reges olim fuere percelebres, extenſa à Septentrione in Meridiem, inter Parthiam & Hyrcaniam ad ortum, Armeniam majorem & Aſſyriam ad occaſum, Suſianamque ad Meridiem, mare Caſpium attingens ad Septentrionem. Ejus partes fuere tres, Atropatia ſeu Antropatena ad Arctos, Tropatena ad occaſum, & Choromitrene ad Meridiem & ortum, fuit ubi nunc pars major & meridionalis *Servan* ſeu *Schirvan* regionis, Kilania provincia *Kilan*, provincia *Aderbeitzan* dicta, ſive etiam *Adzerbaijan*, & pars occidentalis provinciæ *Yerack-Atzemi* vocatæ, ut conſtat ex Nubienſi Geographo, & quæ nunc ſubſunt dominio Regis Perſarum. Media alias Aſiæ Imperium obtinuit, Arbace Medo, Ninivem, obi Sardanapalus Aſſyriorum Rex erat capiente: ſed & viciſſim Medorum Imperium Cyataxe mortuo, ad Perſas devolutum eſt. Ecbatana Medorum Regia fuit, aliæ urbes fuere Arſacia, & Cyropolis.

MEDIA, urbs fuit Epiſcopalis Thraciæ, ſeu Moëſiæ inferioris, in ora Ponti Euxini, cujus meminit Nicephorus Patriarcha.

MEDIA, tractus Hiberniæ inſulæ in Lagenia provincia, vulgo *Midh* indigenis, *Meath* Anglis, qui à quibuſdam pro quiota provincia Hiberniæ ſumitur, duplex eſt nempe Media propria ſive Comitatos Mediæ Orientalis, & Mediæ Occidentalis Comitatos; eſtque Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Armachano, ſæpius vocatur Midia. Vide ibi.

MEDIANA, ſuburbium Neſſi urbis Moëſiæ ſuperioris ſive Dardaniæ, ab ea 3. mill. paſſ. diſtans, Ammiano.

MEDICA, Propontidis inſula, ut conſtat ea Conſtitutionibus Emanuelis Commeni.

MEDICCARA, Africæ propriæ oppidum, teſte Ptolemæo.

MEDGYESINUM, *Medgyes* incolis, *Medwisch* Germanis, urbs Regni Hungariæ in Principatu Tranſſylvaniæ, quam præterlabitur fluvius *Kikellew* major, & 4. milliaribus Germanicis diſtat à Cibino io Boream, uno autem à *Kikellewar* oppido in ortum.

MEDIOBURGUS, *Middelburg*, urbs Belgii uniti in Comitatu Zelandiæ, dicitur aliter Middelburgum à recentioribus, & Metelloburgum. Vide ibi.

MEDIOLACOS, *Mettoch*, caſtrum Galliæ, cum Abbatia in Lotharingiæ Ducatu, & in Diœceſi Trevitenſi, ad Saravum fluvium, in ipſo limite ditionis Trevirenſis, 6. milliaribus ſupra Saræburgom, & 12. ab Auguſta Trevirorum in Meridiem.

MEDIOLANENSE TERRITORIUM, *il territorio di Milano*, tractus eſt parvus Ducatus Mediolanenſis, prope Mediolanum; eſtque riguus & cultus admodum, cum innumeris pagis & villis.

MEDIOLANENSIS DUCATUS, *il Ducato di Milano* Italis, *le Duché de Milan* Gallis, *Hertzogthumb von Meylandt* Germanis, *el Ducado de Milan* Hiſpanis, pars Italiæ, in Longobardia, obi alias Inſubres, & pars ſeptentrionalis Liguriæ, provincia eſt fertiliſſima & cultiſſima, tota ferè in planitie ampliſſima, & mire rigua. Terminatur à Septentrione Helvetia & Rhætis, ab Oriente ditione Reipublicæ Venetæ, & Ducatu Placentino, à Meridie dominioto Reipublicæ Genuenſis, & ab Occidente partim Montisſertati Ducatu, & partim ditione Ducis Sabaudiæ, alias Duces habuit proprios Vicecomites, deinde Sfortias, nunc vero ſubeſt Regi Hiſpaniæ a 150. annis. Dicitur aliter *il Milaneſe* ab incolis, ſeu *lo Stato di Milano*, Gallis *le Milanois*, Germanis *Meylandiſche*, & ejus partes ſeo territoria ſont Mediolanenſe proprium, *il territorio di Milano*, Papienſe, *il Paveſe*, Novarienſe, *il Novareſe*, Comenſe, *il Comaſco*, Laudenſe, *il Lodegiano*, Cremonenſe, *il Cremoneſe*, Dertonenſe, *il Tortoneſe*, Alexandrinum, *l'Aleßandrino*, Comitatus Angleriæ, *il Contado d'Anghiera*, & Laumellia tractus, *la Laumellina*, ſicqoe dicitur à Mediolano ejus orbe primaria, & ejus partes fuere etiam Vercellenſis ager, & Aſtenſis Comitatus. Sed nonc ſubſunt dominio Ducis Sabaudiæ, & Cremenſe territorium paret Reipublicæ Venetæ.

MEDIOLANENSIS DUCATUS URBES.

Alexandria, *Aleſſandria*.
Bobium, *Bobbio*.
Comum, *Como*.
Cremona, *Cremona*.
Dertona, *Tortona*.
Laus Pompeia, *Lodi*.
Mediolanum, *Milano*, Ducatus primaria.
Novaria, *Novara*.
Ticinum, ſeu Papia, *Pavia*.
Viglebanum, *Vigevano*.

MEDIOLANUM, urbs Inſubrum caput in Gallia Ciſalpina Straboni, Plinio, & aliis, à Gallis condita poſt Romam anno 395. ounc urbs Italiæ perampla, *Milano* vulgo, *Milan* Gallis & Hiſpanis, *Meylandt* Germanis, & *Mediolan* Polonis, Archiepiſcopalis & Docatus Mediolanenſis ab ea dicti primaria, popoli multitudine refertiſſima, agrique bonitate feliciſſima, & ex maximis Italiæ urbibus, cum in ea fere ad 250000. capita hodie cenſeri putantur, ſicque cœteras Italiæ urbes incolarum moltitudine, una excepta Neapoli ſuperat. Eccleſiam Metropolitanam habet Auguſtiſſimam, dividiturque in ſex regiones ſeu partes, quæ a totidem portis nominantur, nempe regiones Portæ Orientalis, Portæ Romanæ, Portæ Vercellinæ, Portæ Novæ, Portæ Ticinenſis, & Portæ Cumanæ, arcem habens firmiſſimam *il Caſtello* dictam, & in ea ineſt artificum cujuſque generis multitudo, ita ut omnibus Italiæ urbibus ſufficere queat, urbem rigat fluvius parvus *Olona* dictus, & ad eam ducta ſunt duo incilia, nempe incile Marteſanum, *il Navilio Marteſano* ad ortum, quo merces ex Addua fluvio, ſicque ex Lario lacu deducuntur; & incile Ticinellum *il Navilio Teſinello*, quo copia fit omniom rerum ex Ticino fluvio, & eo mediante ex Verbano lacu, ut pluries vidi, ſplendore ſuperbit ædificiorum, templorum magnitudine, & pulchritudine vicorum, cum Academia Studiorum: ſuburbia habens longa lataque, altis foſſis non ſecus ac urbs ipſa undique cincta, 325. milliaribus diſtat ab urbe Roma in occaſum æſtivum, & 165. à Venetiis in occaſum Lugdonum verſus 230. & Taurinum 80. circiter. Patria fuit Urbani III. Celeſtioi IV. Pii IV. & Gregorii XIV. Summorum Pontificum, & in ea obiit Galienus Imperator, hinc Mediolanenſes populi, *li Milaneſi* vulgo, *les Milanois* Gallis, *los Milaneſe* Hiſpanis.

MEDIOLANUM, oppidulom Gugernorum in Germania inferiori, 5. mill. paſſ. à Rheno fluvio, ex itinerario Antonini, nunc teſte Cluverio, eſt *Miyland* vicus Ducatus Cliviæ, 6. mill. paſſ. ab urbe

Digitized by Google

Clivia in Meridiem, & 3. à Calcaria, ſed aliis eſt *Goch*, oppidulum ejuſdem Ducatus, ad Nierſam fluviolum, & in eodem tractu, vix 2. leucis Gallicis a Clivia in Meridiem, & totidem à Calcaria in occaſum.

MEDIOLANUM, oppidum Biturigum in Gallia Aquitanica, ex itinerario Antonini, nunc Magdunum, *Meun*, in Bituricenſi provincia, creditur à Marco Welſero, ſed quam benè neſcio.

MEDIOLANUM, oppidum Ordovicum in Britannia Magna Ptolemæo, & ex itinerario Antonini, nunc ut conjicit Camdenus, eſt *Lan-vethlin*, id eſt Fanum *Vethlin*, oppidulum mercatorium Angliæ in Wallia, & in Comitatu Montis Gomerici, inter Bonium & Rutunium, & 15. milliaribus à Monte Gomerici in arctos verſus Denbighenſem Comitatum.

MEDIOLANUM, urbs Germaniæ Ptolemæo, in Chamavis, nunc Pyrchaimero eſt Monaſterium *Munſter*, urbs Weſtphaliæ caput, ſed teſte Mercatore, eſt *Metelen*, vicus Weſtphaliæ in ditione Epiſcopi Monaſterienſis, ad Vedrum fluvium, 7. milliaribus Germanicis à Monaſterio in occaſum æſtivum verſus Veteres Salios oppidum Trans-Iſalanæ provinciæ totidem, quod rectius videtur.

MEDIOLANUM AULERCORUM EBUROVICUM, ſeu Mediolanum Eburovicum, urbs Galliæ, ex itinerario Antonini, quæ Mediolanum Eburaicorum Ptolemæo, nunc Ebroicum, *Eureux*, urbs Galliæ in Normannia provincia, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Rothomagenſi, ad Itonem fluvium. Vide Eburovices & Ebroicum.

MEDIOLANUM SANTONUM, urbs Galliæ in Aquitania Straboni, quæ Mediolanum Ptolemæo, Santonum caput, vulgo *Saintes*, urbs Galliæ, Santoniæ provinciæ caput, ad Canentelum fluvium, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Burdegalenſi, in qua multæ antiquitates Romanæ viſuntur, rudera Circi, Amphitheatri & arci Triumphalis, ſita eſt ad radices collis, atque ſatis culta, 7. leucis diſſita à Broagio in ortum, & 20. à Burdegala in Septentrionem. Vide Santones.

MEDIOLUM, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis in Celtiberis Ptolemæo, nunc illud quidam interpretantur *Medina Celi*, urbem Caſtellæ veteris in limite Aragoniæ, aliis eſt *Molina* oppidum Caſtellæ Novæ, ad amnem cognominem, intra montes, & in confinio Regni Aragoniæ., inter Lobetum ad Meridiem, & Seguntiam verſus Septentrionem.

MEDIOMATRICES, populi Galliæ Belgicæ Cæſari, Ptolemæo, & Straboni, inter Treviros ad Septentrionem, Vangiones & Nemetes ad ortum, Leucos ad Meridiem, & Virdunos ad occaſum, eorum vero urbs erat Divodurus, quæ etiam Mediomatrices, extendebantur vero in ea parte in qua nunc Metenſis Diœceſis, ſub quo Metenſis tractus proprie dictus, *le païs Meſſin*, pars ampla Lotharingiæ Ducatus ad Septentrionem, & pars Ducatus Bipontini ad occaſum.

MEDIOMATRICES, urbs Galliæ Belgicæ, Mediomatricum caput Cæſari, & aliis, quæ & Divodurus, & Metæ recentioribus, nunc *Metz*, urbs ampla, & perculta Galliæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Trevirenſi, in Metenſi tractu ab ea dicto, intra fines Lotharingiæ inſerto, eſtque Parlamenti totius Lotharingiæ ſedes. Alias fuit urbs Imperialis, nunc ſub dominio Francorum, cum ditione adjacente, ab anno 1552. Arcem habet permunitam, & fruſtra obſeſſa fuit à Carolo V. Imperatore, ibique Sella fluvius, qui & Salia, in Moſellam ſe exonerat, quatuor leucis diſtat à Theodonis-villa in Meridiem, 12. leucis à Virduno in ortum, & 13. à Treviris in Meridiem Tullum verſus 12. Vide Divodurus & Metæ.

MEDITERRANEUM MARE, *la mer Mediterranée* Gallis, *il mar Mediterraneo* Hiſpanis & Italis. Dicitur aliter mare Internum, & latè extenditur ab ortu in occaſum, inter Europam, Aſiam, & Africam. Separatur ab Oceano Occidentali ſeu Atlantico freto Herculeo; & ejus partes præcipuæ ſunt mare Ægeum, *l'Archipelague*, mare Adriaticum, *le Golfe de Veniſe*, mare Ionium, *la mer Ionienne*, mare Aſiaticum latè ſumptum, *le Golfe de Satalie*, mare Gallicum, *le Golfe de Lyon*, & mare Tyrrhenum, *la mer de Toſcane*. Vide Mare, ubi fuſiùs de ejus partibus.

MEDIUM MONASTERIUM, *Moyenmouſtier*, oppidulum Galliæ in Lotharingiæ Ducatu, & in Præfectura Vogeſiana, prope Murtam fluvium, ad radices Vogeſi montis, 8. leucis Gallicis diſtans à Scelestadio in occaſum Nanceium verſus 10. & feſe 4. à Rambertivillari in ortum.

MEDIUM OSTIUM RHENI, Ptolemæo, quod & verum & antiquum, inter Orientale & Occidentale, nunc etiam *le Rhin* dicitur; eſt paulo infra Lugdunum Batavorum ad occaſum, juxta vicum *Catwick*, ſed ferè oblimatum eſt, & arena obductum, in Hollandia, prope Oceanum Germanicum.

MEDIUS VICUS, & Moienvicum, *Moyenvic*, oppidum Galliæ in Lotharingia, ad Saliam fluvium, & in Metenſi tractu, inter Marſalium ad ortum & Vicum ad occaſum, 5. leucis à Nanceio diſtans in ortum. Vide Moienvicum.

MEDMASUS, Cariæ urbs, in Aſia minori Stephano, Medmaſſam vocat Plinius.

MEDNSCIA, *Medniky*, urbs parva Poloniæ, in Samogitia provincia, *Womie* etiam dicta aliquando, ad fontes fluvii *Wirwitz*; eſtque ſatis parva, & ſedes Epiſcopi Samogitiæ, cujus Epiſcopatus anno 1413. fundatus fuit à Rege Wenceſlao. Diſtat 9. milliaribus Germanicis à Memelio & ab ora maris Baltici in ortum.

MEDOACUS fluvius Venetiæ in Italia Straboni, qui Meduacus Livio, geminus eſt, Plinio teſte, Major, & minor.

MEDOACUS MAJOR, fluvius Italiæ, vulgo *la Brenta*, Cluverio, & aliis, oritur ex Alpibus Tridentinis in Comitatu Tirolis & in Tridentino tractu, deinde auctus aliquot rivis per ditionem Venetam fluens, inter Vicentinum agrum & Marchiam Tarviſinam, Baſſanum rigat, hinc Patavinum agrum rigans, & juxta Patavium currens, in mare Adriaticum ſe exonerat prope Venetias, & etiam ante Medoacum portum ab eo dictum, vocatur Brinta à Venantio Fortunato.

MEDOACUS MINOR, fluvius Italiæ, vulgo *il Bacchiglione*, per agrum Vicentinum fluens, Vicentiamque urbem interluens, per Patavinum agrum labitur, & in mare Adriaticum cadit prope Foſſam Clodiam.

MEDOACUS, portus Venetæ regionis in Italia Straboni, poſtea Methamaucum, *Malamocco*, portus & oppidum Italiæ, in inſula cognomine intra ſtagna Venetiarum, in Ducatu Veneto, & ſub dominio Reipublicæ Venetæ, ubi olim urbs Epiſcopalis ſub Patriarcha Aquileienſi, poſtea aquis ſubmerſa, Epiſcopatus vero Foſſam Clodiam tranſlatus, manet portus cum oppidulo 5. milliaribus à Venetiis in Meridiem Foſſam Clodiam verſus.

MEDOBRIGA, oppidum Luſitaniæ Antonino, quod Medubrica Plinio, ad montem Herminium, nunc exciſum jacet, teſte Reſendio, & ejus rudera *Armenia* dicta prope Marvanum oppidum oſtenduntur, in Regno Portugalliæ & in Trans-Tagana provincia, verſus confinia Extremaduræ Caſtellanæ,

Digitized by Google

3. leucis ab Amæa urbe, hinc Populi Medubricenſes Plinio.

Medoslanium, oppidum Quadorum in Germania Ptolemæo, nunc interpretantur *Znaim* urbem Regni Bohemiæ in Moravia provincia, teſte Cluverio, in limite Auſtriæ, in colle ſitam, ad Teyam fluviolum, & 10. milliaribus Germanicis a Vienna diſſitam in occaſum æſtivum, teſte eodem.

Meduacus, ſeu Meduveagus, *le Medway*, fluvius Angliæ, in Cantio provincia. Roffam rigat, ubi ponte jungitur lapideo, & deinde in Thameſim labitur.

Meduana, fluvius Galliæ, *la Mayne*, oritur in Seſſuis, in ipſo limite Normanniæ; deinde in Meridiem per Cenomanos fluens, ibi Meduanam urbem & Lavallium rigat; hinc etiam Caſtrum Gonterii in Andegavenſi provincia; & paulo ſupra Andegavum auctus Sarta & Lædo fluminibus, una leuca infra ipſam urbem in Ligerim ſe exonerat ad locum *Bouche-Mayne* dictum.

Meduana, *Mayenne* vulgo, urbs Galliæ ſatis culta in Cenomanenſi provincia, ad Meduanam fluvium, Ducatus titulo inſignita, 6. leucis diſſita à confinio Normanniæ in Meridiem Andegavum verſus 20. & 14. ab Alenconio in occaſum, uti à Cenomano Rhedones verſus.

Medulanus Tractus, ſeu Medulcum, *le Medoc*, regiuncula Galliæ in Aquitania, verſus Gerunnæ æſtuarium ad Meridiem, & utam Oceani Aquitanici, in Guienna proprie dicta, & 4. leucis circiter à Burdegala in occaſum. Ibi tantum oppida Eſparea, Caſtellio, & Caſtrum novum, cum aliquot aliis minoris notæ.

Medulcum, *le Medoc*, ſeu *le païs de Medoc*, tractus Galliæ in Aquitania, verſus æſtuarium Gerunnæ. Vide Medulanus tractus.

Medulli, populi Galliæ Narbonenſis Straboni, & Ptolemæo, qui Medulli Vitruvio, & Plinio, erant ubi nunc pars orientalis Tarentaſiæ tractus in Sabaudia, juxta fontes Iſaræ fluvii, & ad radices Alpium, teſte Dalechampio, incolis guttur intumeſcit aquarum vitio, ut didici in illis partibus.

Medulli, populi Galliæ Aquitanicæ Auſonio, prope Gerunnæ æſtuarii fauces in Oceanum Aquitanicum, quorum tractus Medulanus dicitur, *le Medoc*, teſte Vineto. Vide Medulanus tractus.

Medullia, oppidum excisum Italiæ in Latio, ubi colonia deducta fuerat ſub Romulo anno 5. urbis conditæ, ſicque parvum fuit admodum, & ejus etiam evanuere ruinæ.

Medullius, mons Hiſpaniæ Tarraconenſis, qui & Medulia, Oroſio teſte, qui ſcribit illum Minio fluvio in Callaicis imminere, nunc *Manduria* dictus ab accolis, ſi Garibaio creditur, forſan idem qui Edulius Ptolemæo.

Medullum, oppidum Vindeliciæ Ptolemæo, nunc teſtibus Lazio, & Aventino, eſt *Medling*, vicus Bavariæ, prope Oenum fluvium, 2. milliaribus Germanicis ab Oetinga in occaſum, ſed aliis eſt *Mitteſpach*, caſtrum Bavariæ ſuperioris verſus montes, inter Oenum & Iſaram fluvios, 6. milliaribus à Monachio in ortum hybernum, & 7. à Chiemo in occaſum.

Medunta, *Mante*, urbs Galliæ, in provincia Inſulæ Franciæ, cum ponte lapideo ad Sequanam fluvium, in ipſo limite Vexini Francici, 12. leucis infra Lutetiam Pariſiorum in occaſum æſtivum Rothomagum verſus, à quo 16. leucis diſtat, & 11. ab Ebroicis in ortum, uti & 4. à confinio Normanniæ, & in in ea obiit Philippus II. Auguſtus Francorum Rex die 14. Julii 1223.

Meduntanus Ager, *le Mantois*, tractus parvus Galliæ in provincia Inſulæ Franciæ, inter Sequanam fluvium ad Septentrionem, Belſiam ad Meridiem, & Normanniam ad occaſum, verſus Meduntam urbem à qua nomen ſumpſit, ſed ejus veri periere limites.

Medus, fluvius Mediæ, qui in Araxem influit Straboni, à quo videtur Media nomen accepiſſe.

Megala, inſula parva Aſiæ minoris, in ora Ioniæ, ante Smyrnam urbem, Plinio teſte.

Megala Agora, urbs Macedoniæ, in Thraciæ confinio, nunc *Malgara*, teſte Leunclavio.

Megale, inſula eſt in ora Lyciæ, teſte Stephano.

Megalia, inſula parva Campaniæ in Italia, ad Neapolim, de qua Statius libro 4. Sylvæ. Vide Megaris.

Megalopolis, urbs Germaniæ in Saxonia inferiori, quæ & Magnopolis, *Mekelburg*, olim Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Bremenſi, & Ducatus Megalopolitani caput, qui ab ea denominatur, nunc exciſa jacens, manet tantum caſtrum prope mare Balticum, & via 3. mill. paſſ. à Wiſmaria in Meridiem, verſus Suerinum quæ ei in Epiſcopali ſede ſucceſſit.

Megalopolis, urbs Græciæ, Arcadiæ præcipua, in meditullio Peloponneſi Straboni, & Polybio, cujus patria fuit, poſt bellum Trojanum condita, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Corinthio, poſtea Chriſtianopolis dicta, & Metropolis effecta fuit, nunc *Leondari* dicitur, Sophiano teſte, cum aliis, eſtque vicus nullius ferè nominis in Tzaconia provincia, & prope Alpheum fluvium, ſub Turcis, 40. mil. paſſ. ferè diſtans à Lacedæmone in occaſum æſtivum, & 25. à ſinu Meſſeniaco in Septentrionem, Corinthum verſus 75. eſtque ad montium radices, hinc Populi Megalopolitani.

Megalopolitanus Ducatus, *das Meckelburgerlandt* incolis, *le Duché de Mecklebourg* Gallis, provincia Germaniæ, in Saxonia inferiori, ſatis ampla, juxta mare Balticum, quod ei ineſt ad Septentrionem, uti Pomerania ad ortum, Holſatia & Ducatus Lawenburgicus ad occaſum, & Marchia Brandeburgica ad Meridiem. Duobus Principibus ſubeſt ex eadem familia, pars ſcilicet orientalis Duci Guſtrovienſi dicto ab ejus primaria, & pars occidentalis Duci Schuverienſi, ab ejus præcipua urbe denominato. In ea provincia ſunt etiam urbes Wiſmaria, *Wiſmar*, quæ paret Regi Sueciæ, Roſtochium, *Roſtock*, urbs libera & Hanzeatica, Domitium, *Domitz*, Ratzemburgum, *Ratzenbourg*, & Stargardia, *Stargard*, & in his partibus fuere aliàs populi Varini, teſte Cluverio, & notandum quod Duces Megalopolitani habuerunt arcem *Domitz* ad Albim in oppignerationem à Marchione Brandeburgico, & Joannes Marchio Brandeburgicus dedit novum Brandeburgum in dotem Duci Megalopolitano.

Megara, urbs Achaiæ, Megaridis tractus caput in Græcia Straboni, & Plutarcho, quæ antea Niſæa ſeu Niſa dicta fuit Pauſaniæ, & Niſſæa Ptolemæo, prope intimum receſſum ſinus Saronici, ubi ejus portus Niſſæa etiam dictus, nunc *Megara* dicta, teſte Sophiano, ſed parva eſt admodum, prope Iſthmum Corinthiacum, in colle, duobus milliaribus à ſinu Saronico diſtans, ab Athenis 26. mill. paſſibus in occaſum, & totidem à Corintho in ortum æſtivum, patria fuit Euclidis Mathematici celebris, & ab ea regiuncula adjacens dicta fuit Megaris, hinc Megareus & Megarus nomen gentis Virgilio libro 3. Æneidos, & Ovidio libro 4. Faſtorum.

Megara, ſeu Megaris, urbs Siciliæ inſulæ Straboni, & Plinio, in ora orientali prope oſtia Alabi amnis in mare Ionium, antea Hybla parva dicta, aliter

ter Galeotis, poſtea à Megarenſibus Græciæ Megara appellata, à Marcello exciſa fuit cum Syracuſas obſideret, nuncque tota in ruinis jacet, teſte Fazello cum aliis, & ejus ruinæ ſunt inter oſtia Alabi & Thapſum peninſulam, 10. mill. paſſ. à Syracuſis in Septentrionem Catanam verſus 30. circiter. Populi Megarenſes.

MEGARENSIS SINUS, Plinio, ſinus parvus maris Ionii, in ora orientali Siciliæ, ſic dictus à Megâra urbe exciſa, nunc *le Golfe d'Agouſta*, ab urbe ei adjacente in Valle Netina.

MEGARICOS SINUS, pars eſt Saronici ſinus qua Megaridis oram alluit in Achaia, verſus Iſthmum Corinthiacum.

MEGARIS, provincia parva Achaiæ Straboni, & Pauſaniæ, inter Bœotiam ad occaſum & Septentrionem, Atticam ad ortum, & Corinthiam regiunculam ad Meridiem, atque inter ſinus Saronicum in ortum, & Corinthiacum in occaſum, prope Iſthmum. Ejus caput eſt Megara, ibi nunc pars eſt occidentalis Ducatus Athenienſis, ſub dominio Turcarum, teſte Brietio, cum aliis.

MEGARIS, ſeu Megalia, aliter Caſtrum Lucullanum, inſula eſt parva Campaniæ Plinio, ante Neapolim, cui ponte jungitur, nunc *il Caſtello dell'Ovo* à forma illius inſulæ vocatur, cum arce permunita & valido Hiſpanorum præſidio, atque ita inſcriptio arcis docet poſita anno 1595. Tum vero ſub ipſo Caſtello ingens nunc crypta arte exciſa, opera antiqui; tum longè lateque circum circa per mare ſparſa viſuntur rudera, & veſtigia ingentium piſcinarum, neque nunc in toto hoc tractu locus eſt adeo refertus oſtreis, echinis, aliiſque piſcibus.

MEGARSUS, oppidum fuit Ciliciæ, in ora, ad oſtium Pyrami fluvii, Lycophrone teſte, Mallo urbi propinquum, quod Magarſus Plinio.

MAGARSUS, fluvius Indiæ intra Gangem, cujus meminit Dionyſius.

MEGIA, Meſopotamiæ urbs ad Euphratem fluvium ſita [illegible]ica Citham, ut refert Zozimus.

MEGISTA, inſula Lyciæ Plinio, ante Megiſtam portum, cujus portus meminit Livius è regione Pataræ urbis. Hæc à nonnullis *Strongallo* dici putatur, inſula Dolichæ proxima.

MEGISTUS, fluvius Aſiæ minoris, qui in Ægeum mare influit, teſte Suida.

MEGLSOUNUM, oppidum Galliæ in finibus Biturigum, 15. mill. paſſ. à Biturico diſtans, teſte Gregorio Turonenſi, nunc teſte Ortelio, eſt *Meun*, oppidum Biturícenſis provinciæ, 4. leucis infra Bituricum in occaſum æſtivum, quod ab aliis Magdunum dictum eſt.

MAGRINA, *Megrina*, provincia Moſcoviæ ſeu Ruſſiæ magnæ, inter Novogardiam, & Bielam provincias.

MAIMACUM, *Meimac*, Abbatia Galliæ in Lemovicenſi provincia, 7. leucis à Tutela diſtans in Septentrionem.

MEINENOA, *Meinungen*, Franconiæ oppidum, in Germanis, ad Verram fluvium, & in Comitatu Hennebergico, 2. milliaribus Germanicis diſtans à Smalcalda in Meridiem, Schuvinfurtum verſus octo circiter.

MEISSENHEIMUM, ſeu Maſoneimum quibuſdam, *Meiſenheim*, oppidum Germaniæ in Ducatu Bipontino, prope Lutram fluvium, ubi ſæpe commorabatur Dux Bipontinus, 5. milliaribus Germanicis diſtans à Bipontio in Septentrionem Bingium verſus paulo minus, ſed malè habitum fuit ultimo bello Germanico.

MELA, fluvius parvus Cenomanorum in Gallia Tranſpadana Virgilio, vulgo *la Mela*, in Brixienſi agro Longobardiæ, Brixiam urbem rigat, & infra in Ollium cadit ad Oſtianum, ejus meminit Catullus carmine 68.

MELÆCÆ, pagus Atticæ, cujus meminit Statius.

MELÆNÆ, Arcadiæ urbs apud Stephanum, quæ, Plinio teſte, eſt Melanææ.

MELÆNÆ, urbs Lyciæ in Aſia minori, teſte Stephano.

MELANA, promontorium Chii inſulæ, teſte Strabone.

MELANCHLÆNI, populi Sarmatiæ Aſiaticæ Ptolemæo, & Stephano, inter Rham fluvium & Hippicos montes, ſicque ab atra veſte dicti fuere, teſte Mela, hodie autem *Mauropheros* à Turcis vocantur, ut ſcribit Leunclavius.

MELANEIS, Eubœæ inſulæ urbs, quæ & Eretria dicitur, teſte Stephano.

MELANOA, locus Thraciæ, prope Byzantium, nunc *Malagina* Glycæ.

MELANOS, urbs Indiæ intra Gangem Ptolemæo, nunc Caſtaldus & alii interpretantur Maliapuram, *Maliapur* incolis, & Fanum Sancti Thomæ Luſitanis, *San Thomé*, urbem Indiæ in Coromandelia regione, & in ora Gangetici ſinus, 200. mill. paſſ. à Taprobana inſula in Septentrionem. Vide Meliapura.

MELANOIA, Arcadiæ oppidum, in Peloponneſo, teſte Pauſania.

MALANI, montes Arabiæ Petrææ, ad ſinum Arabicum. Deſcribuntur à Ptolemæo in eo loco in quo Moſes in Sacris Litteris Sinai, qui & Oreb dicitur, Divo Hieronymo teſte, ponit. Sineum eum vocat Juſtinus ex Trogo Pompeio, Sinæum Joſephus. Ad ejus Meridiem erat Saracene Regio, in Arabia felici. Sunt qui credant Melanos montes eſſe extenſos ab urbe Petra Ælanam uſque, in ora ſinus Arabici. Vix autem diſtant 180. mill. paſſ. ab Hieroſolymis in Auſtrum, nunc vulgo *Gibel Mouſa* Arabibus, & *Sinai* Europæis.

MELANIA, oppidum Ciliciæ in Aſia minori, teſte Strabone, quod Myle dicitur à Plinio, ut Gerardus Mercator exiſtimat.

MELANIPPIUS, Pamphyliæ fluvius, in Aſia minori, teſte Stephano.

MALANIUM, oppidum Brutiorum in Italia, quod & Melanium Stephano, nunc *Maida*, oppidulum Calabriæ ulterioris, teſte Barrio, ad radices Apennini montis. Vide Malanium.

MELANO, inſula parva Doridis (quæ eſt Regio Cariæ in Aſia minori) in ſinu Ceramico, Plinio teſte.

MELANOS, promontorium Beſbici inſulæ Propontidis, teſte Strabone.

MALANOSYRI, populi Syriæ, qui inter ſinum Iſſicum ad occaſum, & Euphratem fluvium ad ortum incolunt, teſte Strabone.

MELANTHII, Scopuli maris Icarii circa Samum inſulam Straboni, nunc *i Furni* dicti Nigro, *i Fornelli* vero, Benedicto Bordonio teſte.

MELANTHISCUS AGER, & Melanthiſius, vulgo *le Melanthois*, tractus Galliæ in Flandria Gallica Meiero, qui Melanthoiſa quibuſdam recentioribus, & Medenenſenſe territorium in actis Caroli Calvi Imperatoris, Pabulenſi agro adjacet, alluentibus hinc Marqua, inde Deulla fluviolis Inſulas uſque; ubi Annapium, Siclinum, & alia loca.

MELANTHIUS, fluvius Cappadociæ, qui ſeſe in Euxinum mare exonerat, inter Pharnaciam & Polemonium. Is per agrum Polemonii urbis in Pontum Euxinum fluit, ſicut & Jaſonius, Plinio teſte.

MELANTHUS, fluvius Sarmatiæ Europææ, Arriano, qui in Boryſthenem labitur; ejus meminit Ovidius libro 4. de Ponto.

Melantias., urbs parva Thraciæ, ad oſtia Athyræ fluvii in Propontidem Suidæ, & Procopio, quæ Melancia Antonino, & Villa Cæſariana Ammiano, vulgo *Melitias* dicta, 15. milliaribus à Byzantio in occaſum Selymbriam verſus.

Melantii, Scopuli duo maris Ægei, prope Theram inſulam, teſte Apollonio.

Melas, fluvius parvus Arcadiæ in Peloponneſo, teſte Euſtathio.

Melas, fluvius parvus Boeotiæ in Græcia, qui in Cephiſſum labitur, teſtibus Plutarcho, & Pauſania, & ab exordio navigabilis eſt, nunc *Mauroneri* dictus, id eſt aqua Nigra, ut Spono & recentioribus placet.

Melas, fluvius Cappadociæ in Aſia minori, ex Argæo monte oriens, & in ortum fluens longoque tractu in Euphratem per Armeniam minorem decurrens, non procul à Melitene Straboni, & Ptolemæo, nunc *Genſui* dictus, ex tabulis Caſtaldi.

Melas, Ioniæ fluvius in Aſia minori, parvus admodum, qui teſte Solino, Smyrnam urbem circumfluit. Vide Meles.

Melas, fluvius parvus Mygdoniæ in Macedonia, cujus meminit Ovidius libro 2. Metamorphoſeon.

Melas, Pamhyliæ fluvius in Aſia minori Pauſaniæ, & Plinio, Pamphyliam à Cilicia ſeparans, & ad Sidam urbem fluens in mare Cilicium, nunc *Crionero* dictus, teſte Nigro.

Melas, fluvius parvus Phthiotidis in Theſſalia, teſte Herodoto, ad Heracleam Trachiniam fluens, & à Dyra fluvio 20 ſtadiis diſtans Livio.

Melas, fluvius Thraciæ Ptolemæo, & Plinio, quem Xerxis exercitui non ſuffeciſſe ſcribit Herodotus, nunc *Lariſſa* dictus, teſte Bellonio, in Melanem ſinum ſe exonerat, ad Cardiam urbem.

Melas Sinus, id eſt Niger, ſinus maris Ægei, in ora Thraciæ Ptolemæo, qui Melanus Solino, & Melanes aliis, Cardianus etiam dictus fuit à Cardia urbe adjacente, ut ſcribit Euſtathius, vulgo *le Golfe de Magariſe*, ſeſte Ortelio eum aliis, & ejus pars ad occaſum dicitur *le Golfe de Eno*, Brietio teſte.

Meldæ, populi Galliæ Celticæ Cæſari, & Ptolemæo, qui Meldi Plinio, & in antiqua inſcriptione, erant in limite Galliæ Belgicæ, inter Sueſſiones ad Septentrionem & ortum, Sylvanectenſes & Pariſios ad occaſum, & Senones ad Meridiem, ubi nunc pars Briæ provinciæ, verſus Matronam fluvium, & eorum caput erat Jatinum ſeu Meldæ.

Meldæ, quæ & Jatinum, urbs Meldarum caput, in Gallia Celtica Cæſari, nunc *Meaux*, urbs Galliæ, Briæ provinciæ caput, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Senonenſi, eſtque elegans & probe culta, ad Matronam fluvium, 10. leucis à Pariſiis diſtans in ortum Rhemos verſus 18. & à Sylvanecto 8. leucis in ortum hybernum.

Meldita, Africæ propriæ oppidum, teſte Ptolemæo.

Meldorpium, *Meldorp*, oppidum Germaniæ in Holſatia provincia, ſub dominio Regis Daniæ, ad amnem *Niſſ*, & prope oram maris Germanici, teſte Meiero, eſtque Dithmarſiæ tractus caput, 4. milliaribus Germanicis diſtans ab Itzehoa in occaſum æſtivum.

Meldula, *Meldola*, oppidulum Italiæ, in ditione Eccleſiæ, & in Romandiola provincia, in confinio Hetruriæ, ad Bedeſim amnem, ſub dominio utili Principis Pamfilii, 10. milliaribus a Foro Livii diſtans in Meridiem.

Meleagria, urbs Ætoliæ, quæ & Calydon. Vide ibi. Sic dicta fuit à Meleagro, qui in ea imperavit.

Melenda, urbs Indiæ intra Gangem Ptolemæo. Interpretes Meleynda habent.

Melerus Lacus, *Meler Zée* indigenis, *le Lac Meler* Gallis, lacus Sueciæ amplus, inter Uplandiam ad Septentrionem, & Sudermanniam ad Meridiem, ab ortu in occaſum extenſus per 55. mill. paſſ. Ei adjacent urbes Holmia, Telga, Stregna, Arboga, & Torſilia, & in mare Balticum ſe exonerat.

Meles, fluvius Ioniæ in Aſia minori Straboni; qui & Melas Solino, Smyrnæ urbis mœnia alluit, à quo nunc nomen habet, vulgo *il Fiume di Smirne* nautis, & in mare Ægeum ſe exonerat.

Meleti Sinus, pars maris Ægei, juxta Æolidem regionem Aſiæ minoris Stephano, à Melete fluvio de quo ſupra, dicitur etiam & ſæpius Smyrnæus à Smyrna urbe ei adjacente, & Elaitem vocat eundem Agathias in proœmio Hiſtoriæ.

Melfictum, quæ & Molfetum, ex antiqua traditione, *Molfetta*, urbs Regni Neapolitani in agro ſeu provincia Bariana, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Barenſi, & in ora ſinus Veneti, parva ſed culta, & Principatus titulo celebris Spinularum, vix diſtat 3. milliaribus à Juvenatio, & 4. à Ruvo, à Bario autem 15. Tranium verſus 7. teſte Magino. Vide Molfetum.

Melia, urbs Cariæ, teſte Stephano ex Hecatæo.

Meliacus, ſinus maris Ægei. Idem cum Maliaco. Vide ibi.

Meliapora, urbs Aſiæ in India intra Gangem, vulgo *Meliapor*, dicitur aliter civitas Sancti Thomæ, *San Thomé*, quod ibi Martyrio Coronatus Sanctus Thomas Apoſtolus, in loco *Calurmina* dicto antea à Malabaribus, id eſt ſupra Petram, prope ipſam urbem, ut narrat Athanaſius Kircherus, portu gaudet ſatis capaci, in ora ſinus Gangetici, & in regione Coromandeliæ, ſub dominio Regis Golcondæ, alias paruerat Luſitanis, ſed poſtea reddita Regi Golcondæ, ipſi paruit, donec anno 1671. fortiter expugnata à Gallis ſub domino *de la Haye* eorum Duce, ſed biennio poſt ab ipſis derelicta fuit, unde eidem Regi etiamnum ſubeſt, ſed ejus muri disjecti fuere, eſtque Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Goano.

Meliboeus, mons Cheruſcorum in Germania, verſus Chattos, ſub quo Semana Sylva, nunc *der Hartz* dictus, teſte Pyrchaimero, cum Cluverio, in parte meridionali Ducatus Brunſvicenſis, & in Grubenhagenſi tractu, inter Halberſtadium ad ortum, & Goſlariam ad occaſum, & hodie vertex hujus jugi altiſſimus accolis *Blocket-barch* dicitur, inter Oſtervicum & Werningerodam oppida.

Meliboea, oppidum Theſſaliæ Straboni, ad montis Oſſæ radices, cis Peneum fluvium, ad Bœbeidem lacum, purpura nobile; ejus meminit Virgilius libro 5. Æneidos.

Meliboeus, mons Campaniæ, Lycophrone teſte, ex quo Orthontes fluvius oritur: de quo tamen fluvio nulla extat apud recentiores, ſicuti nec de monte, commemoratio.

Melicum, *Melck*, oppidulum Germaniæ, cum caſtro in colle, in Auſtria inferiori, ad Danubium fluvium. Vide Medelicum.

Melienses, populi Theſſaliæ, in Melide tractu, & ad Othrys montis radices, teſte Xenophonte.

Melignanum, *Marignano*, oppidulum Italiæ, in Ducatu Mediolanenſi, ad Lambrum fluvium, medium inter Mediolanum & Laudem Pompeiam, 10. milliaribus utrimque diſtans, ibi Helvetii victi fuere anno 1515. die 14. Septembris à Franciſco primo Francorum Rege. A quibuſdam Merignanum dicitur. Vide ibi.

Melilla, *Melilla*, oppidulum munitum Afri-

cæ, in Regno Fezzæ, & in Gareta provincia, ſub dominio Hiſpanorum ab anno 1497. aliaſque Ryſſadirum dictum fuit, ſitum eſt inter fluvios Mulviam & Nocorum, 25. leucis à Rupe Velia in ortum.

MELILLA, *Melilla*, oppidum Americæ Septentrionalis in Jamaica inſula, in ejus ora ad ortum æſtivum, & ſub dominio Anglorum.

MELILLIS, *Melilli*, oppidum Siciliæ inſulæ, in Valle Netina, verſus oram maris Ionii à qua ſex mill. paſſibus tantum diſtat, captum fuit à Gallis anno 1676. & poſtea ab ipſis derelictum.

MELILOTIUM, *Melilot*, oppidum Americæ Septentrionalis, in Florida regione, tractus Apalatæi caput, in provincia Bemarina, ad radices montis *Olaimy*, teſte Briſtochio Anglo.

MELINA, Argiæ urbs, teſte Stephano.

MELINDA, *Melinde*, urbs ampla Africæ, & Regni cognominis caput, in Zanguebaria regione, & in ora littorali Oceani Æthiopici. Gaudet portu commodo, & expugnata fuit alias a Luſitanis; eſtque media inter Magadozum ad Septentrionem, & Quiloam ad Meridiem, 400. mill. paſſ. utrimque diſtans.

MELINDÆ REGNUM, *le Royaume de Melinde*, Regio Africæ in Zanguebaria, & in ora Oceani Æthiopici, inter Monbaciæ Regnum ad Meridiem, & Lamum Regnum ad Septentrionem, urbem habens primariam cognominem.

MELINOPHAGI, populi Thraciæ, ſic dicti, quód panico vitam tranſigant, teſte Thucydide.

MELIODUNUM, oppidum Germaniæ Ptolemæo, illud interpretatur Lazius *Milensko*, caſtrum Bohemiæ, quod Germanis *Milauſſ*, prope Multaviam fluvium, & viæ uno milliari Germanico a Taborio diſtans in occaſum.

MELIPPA, Mœſiæ oppidum Antonino.

MELISE, oppidum magnæ Græciæ, quod Temeſe etiam legitur apud Ovidium, nunc teſte Barrio, eſt *Meliſſa*, caſtrum Regni Neapolitani in Calabria citeriori, & in ora maris Ionii, 5. milliaribus à littore diſſitum, prope Strongilum urbem, & inter Crimiſam promontorium ad Septentrionem, & Sibetenam ad Meridiem.

MELESE, oppidum Magnæ Græciæ, cujus meminit Ovidius libro 14. Metamorphoſeon, nunc Barrius interpretatur *Meliſſa*, caſtrum Calabriæ in Regno Neapolitano. Vide Meleſe.

MELISSOPETRIUM, Armeniæ oppidum Curopalati.

MELITA, Armeniæ minoris urbs, Melitenes tractus caput Plinio, ad Euphratem fluvium, nunc *Malatiah*, teſte Nigro, in limite Armeniæ majoris. Vide Melitene.

MELITA, inſula Africæ in mari Africo, inter Siciliam & Africam propriam Plinio, & aliis, quæ Melite Ciceroni, Divi Pauli Apoſtoli naufragio celebris, *Malta* Italis, *Malte* Gallis, *Malta adaſi* Turcis, ejus longitudo eſt 20. milliarium, latitudo 12. circuitus vero 60. circiter, diſtatque 60. mill. à Pachyno promontorio Siciliæ in Meridiem, 190. ab ora proximiori Africæ in Septentrionem, & fere 500. leucis Gallicis à Freto Herculeo in ortum, Syriam verſus 600. circiter, antea ſuberat Regi Tunetano, ſed capta fuit à Rogerio Normanno Siciliæ Comite anno 1089 ejectis inde Saracenis, & poſtea ſemper paruit Siciliæ Regibus, uſque dum conceſſa fuit Equitibus Sancti Joannis Hieroſolymitani, poſt amiſſam Rhodum, à Carolo V. Imperatore, anno 1530. eo intuitu, ut ſic Siciliam facilius contra Turcarum irruptiones tueretur, cum tantum reciperet 41. ſcutos annuos ex reditibus hujus inſulæ, teſte Sagredo, in ea erant tantum urbs antiqua Melita, nunc *Medina*, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Panormitano, & Junonis Fanum, *Caſtello di Sant Angelo*, nunc præterea ſunt Valletta *la Valette*, urbs muniſſima primum ædificari cœpta anno 1566. Burgus *le Bourg*, & urbs Sancti Michaelis *Saint Michel*, ſeu *l'Iſle de la Sangle*, ſic dicta à Magno Magiſtro qui eam inſulam fecit, foſſa manu ducta: fruſtra obſeſſa fuit à Turcis anno 1565. & ab ea trajectus inter ipſam ad Meridiem & Siciliam inſulam, & Pachynum promontorium dicitur *il Canale di Malta* vulgo. Populi Melitenſes, *gli Malteſi* Italis, & *les Maltois* Gallis vulgo dicti, & *Maltali* Turcis, hujus inſulæ meminit Ovidius libro 3. Faſtorum.

MELITA, inſula Dalmatiæ in mari Adriatico Plinio, nunc *Meleda* dicitur ab Italis. & *Mliet* à Slavis, eſtque prope Corcyram Melænam, & oram Dalmatiæ, ab ea vix 5. milliaribus diſtans in Meridiem, ſub dominio Reipublicæ Raguſinæ, extenditur ad 24. mill. paſſ. ab ortu in occaſum, oppidulum habens *Meleda* etiam dictum in ejus parte occidentali, & 25. mill. paſſ. diſtat à Raguſio urbe in occaſum.

MELITA, quæ poſtea Miletus, urbs Brutiorum, nunc *Melito*, urbs Calabriæ ulterioris in Regno Neapolitano, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Rhegino, teſte Bartio. Vide Miletus.

MELITÆENSES, populi fuere Phthiotidis provinciæ Macedoniæ Straboni, quos aliquando Pyrrhæ nomen geſſiſſe ſcribit: Ptolemæo teſte, eorum urbs erat Melitara, à Strabone vero Melitea vocatur.

MELITELLUM, *Melitello*, oppidum Siciliæ inſulæ, in Valle Netina, in monte, 8. milliaribus diſtans à Leontinis, uti 20. ab Auguſta in occaſum.

MELITENE, provincia parva Armeniæ minoris, in Aſia minori Ptolemæo, & Straboni, ſic dicta à Melitene urbe ejus præcipua, nunc *Bozoch* dicitur ex parte, teſte Caſtaldo, & extenditur verſus Euphratem fluvium, in limite Armeniæ Majoris.

MELITENE, regiuncula Suſianæ Ptolemæo, in Perſarum Regno, hodie *Arac gelaran*, teſte Caſtaldo.

MELITENE, urbs Armeniæ Majoris Ptolemæo, & Antonino, quæ Melitene etiam in nonnullis codicibus Ptolemæi, & Melita Plinio, Melitenes provinciæ caput, ad Euphratem fluvium, in ipſo limite Armeniæ Majoris. Eam putat Reineiccius à Belli Sacri Scriptoribus Malatina & Melotania vocari, nunc *Malatiah* vulgo Turcis, teſte Nigro, 70. milliaribus diſtat à Samoſata in Septentrionem, & 150. circiter à Cæſarea in ortum, eſtque Archiepiſcopali dignitate inſignita.

MELITOPOLIS, urbs Myſiæ minoris Straboni, ad Arſyniam ſtagnum, ex quo Rhyndacus fluvius oritur, in Aſia minori, & Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Cyziceno, dicitur etiam Miletopolis.

MELITTÆA, Theſſaliæ urbs Stephano & Polybio.

MELIZIGARA, Indiæ intra Gangem emporium in Arriani Periplo.

MELIZIGERIS, Indiæ intra Gangem, inſula eſt.

MELLARIA, urbs Hiſpaniæ Bæticæ in Cordubenſi conventu, in mediterraneis Plinio, nunc etiam exciſa, locus hodie *Fuente Oveiuna* dicitur, teſte Morali, in Vandalitia, & in Extremaduræ confinio, 14. leucis à Corduba Emeritam verſus.

MELLARIA, urbs Hiſpaniæ Bæticæ in Turdulis, in ora Freti Herculei Plinio, Pomponii Melæ Patria, nunc exciſa, locus dicitur *Veger de la miel*, teſte Stephano Aquæo, in Vandalitia, inter Tariffam & Bellonem, quod etiam probatur à Roderico Caro. Marmolio vero eſt Tariffa, cum Gregorio *de Argaiz*, urbs etiam exciſa ad Fretum.

MELLARIA, *la Mallora*, inſula alias, nunc

verò ſcopulus maris Tyrrheni, in ora Hetruriæ, ante Liburnum urbem à qua diſtat fere 5. milliaribus in occaſum, & vix viſitur a prætemavigantibus. Alius eſt Mænaria.

MELLANTUM, *Meulan*, oppidum Galliæ in provincia Inſulæ Franciæ, & in Vexino Francico, ad Sequanam fluvium, 3. leucis ſupra Meduntam Lutetiam verſus 9. cujus ſit mentio in actis mediæ ætatis, dicitur etiam Mulancum. Vide ibi.

MELLINGA, *Mellingen*, oppidulum Helvetiæ, ad Urſam fluvium prope Aquas Helvetias, paret octo antiquioribus pagis Helvetiorum, & Tigurinis venditum fuerat à Sigiſmundo Imperatore, 3. milliaribus Germanicis diſtans à Tiguro in occaſum, & 7. fere à Lucerna in Septentrionem.

MELLISURGIS, oppidum fuit Macedoniæ, ultra Theſſalonicam, 30. mill. paſſ. Amphipolim verſus diſtans, teſte Antonino.

MELLUM REGNUM, *le Royaume de Melli*, Regnum Africæ, in Nigritia Regione, ubi Niger fluvius in plura brachia ſcinditur, terminatur ad ortum Regno Mandingæ & Malegueta, ad occaſum autem Oceano Atlantico.

MELNICUM, *Melnik*, oppidulum Bohemiæ propriæ, ad Albim fluvium, ubi recipit Muldam, 4. milliaribus Germanicis infra Pragam in Septentrionem Leitomerium verſus.

MELOCABUS, urbs Chattorum in Germania Ptolemæo, nunc eam Villanovanus interpretatur *Coburg*, oppidulum Germaniæ in Franconia, ad amnem *Iſch*, in Comitatu Hennebergico, & in limite Thuringiæ, ſub dominio Ducum è Saxonica familia, arcem habet elegantem, & diſtat 8. milliaribus Germanicis à Smalcalda in ortum hybernum, 5. vero à Bamberga in Septentrionem.

MELODUNUM, oppidum Senonum in Gallia Celtica Cæſari, in inſula Sequanæ fluminis poſitum, ut ipſe deſcribit, in antiquis libris Melledunum, & apud Gregorium Turonenſem Mecledunum, vulgo *Melun*, urbs Galliæ in Bria provincia, & in ipſo limite Vaſtinii, in Præfectura generali Inſulæ Franciæ ad Sequanam fluvium. Urbis area ipſam inſulam & utramque continentis ab oppoſito ripam occupat, inſtar Lutetiæ Pariſiorum, cum caſtro antiquo, diſtatque 4. leucis à Fontebellaqueo in ortum æſtivum, & 10. à Pariſiis in Meridiem, uti 3. à Corbolio, verſus Monaſteriolum ad Icaunam 7. & Senones 16. & ubi obiere Francorum Reges Robertus anno 1030. & Philippus I. anno 1109. hinc Melodunenſis nomen gentis, *Melunois* vulgo.

MELOESSA, Italiæ inſula parva circa Locros, ſeu potius ſcopulus, teſte Plinio, 7. mill. paſſ. a Caulone diſtans.

MELOS, inſula maris Ægei ſeu Cretici Straboni, & Plinio, olim Zephyria ab Ariſtotele dicta, & Mimallis à Callimacho, nunc etiam *Milo*, inſula eſt fere rotunda, circuitus 60. milliarium, fertilis admodum & culta, portu gaudens capaciſſimo, cum tribus caſtris, & urbe cognomine Epiſcopali ſub Archiepiſcopo Rhodienſi, in ejus parte meridionali, cum duplici Epiſcopo, Latino nempe & Græco, diſtat 36. milliaribus à Cydonia & Rhitymna urbibus Cretæ in Septentrionem, Sunium promontorium Atticæ verſus 90. & 70. à Scyllæo promontorio Peloponneſi in ortum hybernum, in ea ſulphur laudatiſſimum provenit, teſte Plinio, eique adjacet ad Meridiem inſula parva *Antimilo* dicta, & ad ortum alia *Cimolos* vocata, hinc populi Melii Thucydidi.

MELOS, ſive Melios, oppidum Theſſaliæ fuit Thucydidi, & Stephano, à Nicia Athenienſium Duce machinis & fame expugnatum.

MELOSEDUM, locus Galliæ Narbonenſis, ex itinerario Antonini, nunc eſt *Mont de Lan*, vicus provinciæ Delphinatus, inter Brigantionem & Gratianopolim, teſte Nicolao Choriero viro clar.

MELPHES, fluvius Lucaniæ cis Apenninum in Italia, nunc *la Molpa* dictus, teſte Leandro, in provincia Principatus citerioris, in Regno Neapolitano, in mare Tyrrheonum ſe exonerans inter ſinus Laum & Pæſtanum, 12. mill. paſſ. à Policaſtro in occaſum, ubi caſtrum parvum ejuſdem nominis ad Palmorum promontorium.

MELPHIS, quæ & Melphia, *Melfi*, urbs Regni Neapolitani in Baſilicata provincia, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Acheruntino, ſed ab ejus juriſdictione immunis, & ei unitus eſt Rapollenſis Epiſcopatus ab anno 1528. ampla eſt & culta, in limite Capitanatæ provinciæ, & Principatus Ulterioris, verſus montes ad Melphiam amnem, & 4. milliaribus tantum ab Aufido fluvio, Principatus titulo inſignitur gentis Doriæ, & 15. milliaribus diſtat à Compſa in ortum, uti 65. à Neapoli Tarentum verſus 80. circiter, eſtque prope Rapollam & Montem Viridem, ad radices Montis Vulturis in collibus poſita, arcem habens antiquam rupi innixam.

MELPIS, ſeu Melphis, fluvius Latii Straboni, nunc *Melfa*, ex agro Arpinate oriens, juxtaque Aquinum urbem decurrens, & in Lirim demum labens.

MELPUM, oppidum Inſubriæ Plinio, nunc *Melzo*, oppidulum Italiæ in Ducatu Mediolanenſi, teſte Gaudentio Merula, 13. milliaribus à Mediolano in ortum, inter Modoetiam & Laudem Pompeiam occurrens, in ditione Trivultiorum, ad Melgolam fluviolum.

MELSACUM, *Melſack*, oppidulum Poloniæ, in Pruſſia Regia, & in Varmia tractu, ad amnem Walſcham, in limite Pruſſiæ Ducalis, 6. milliaribus Germanicis ab Elbinga diſtans in ortum, & totidem à Pilavia in Meridiem.

MELSUS, fluvius Hiſpaniæ Tarraconenſis Straboni, qui Cantabros ab Aſturibus dividit, forte Nælus Ptolemæo, *el rio Nalon* vulgo.

MELZITANUM, oppidum in Africa propria Plinio, & Divo Auguſtino.

MEMARESA, urbs Africæ, teſte Procopio.

MEMBRUM, Africæ propriæ urbs Antonino, inter Carthaginem, Hipponem, & Zarethum.

MEMELIA, *Memel* incolis, & Germanis, *Cloupede* Curlandis, oppidulum Poloniæ in Pruſſia Ducali, & in Circulo Sambienſi, cum arce valida intra paludes, & portu ſatis capaci in tractu Schlavonia alias dicto, & juxta Curonenſem lacum, ubi is in mare Balticum ſive Orientale ſe exonerat, ſub dominio Electoris Brandeburgici, & in ipſo confinio Samogitiæ provinciæ, pro majori parte conflagravit anno 1678. nunc in dies reſtauratur, & 35. mill. paſſ. diſtat à Libavia in Meridiem Regiomontem verſus 70. circiter.

MEMARSIUM, *Mamers*, oppidum Galliæ in Cenomanenſi provincia, & in Sagonenſi agro, juxta fontes Divæ fluvii parvi in limite Pertici, dicitur etiam Mamerſiæ à quibuſdam & 6. leucis diſtat ab Alenconio in ortum, & 9. à Cenomano in ortum æſtivum.

MEMMA, ſeu & Menna, inſula Britanniæ magnæ Jornandi, nunc *Meneg*, peninſula eſt parva Angliæ, in Cornubia, juxta Damnonium promontorium, inter Falmuthum portum ad ortum, & montem S. Michaëlis ad occaſum, eſtque aliquot viculis referta in ora maris Britannici & in

Digitized by Google

intimo receſſu Cornubiæ provinciæ, teſte Camdeno.

MEMMINGA, *Memmingen* incolis, *Memmingue* Gallis, urbs eſt Imperialis Germaniæ, in Suevia, prope Ilarum fluvium, 7. milliaribus Germanicis ab Ulma diſtans in Meridiem, & 9. ab Auguſta Vindelicorum in occaſum hybernum. Eſt in Algea tractu; & teſte Simlero, creditur Roſtrum Nemaviæ antiquitus dictam.

MEMNIUM, oppidum Meſopotamiæ, verſus Babylonem, ubi fontes bituminis multi, Quinto Curtio teſte.

MEMNONAS, populi Æthiopiæ ſub Ægypto Plinio.

MEMNONIA, ſic Suſa appellatur ab Herodoto, & Suſii Memnonii à Rege dicti.

MEMNONIS REGIA, urbs Ægypti Plinio, ad Nilum fluvium, ab eo mill. paſſ. in occaſum recedens, inter Tentyra & Ptolemaidem, quæ Abydus Ptolemæo. Vide ibi.

MEMORIA, fons Bœotiæ, ad Orchomenum oppidum, ſic dictus, quod memoriam adjuvet, ſicut alter vicinus oblivionis eſt cauſa, ſi fides Plinio.

MEMPHIS, urbs fuit Ægypti Regia, quæ Hebræis Meph, vel Noph, & Migdol, ad Nilum fluvium, ex adverſo Babylonis, ab Oſyride condita, teſtibus Plinio, Ptolemæo, & aliis, in occidentali ripa Nili fluvii, paulo ſupra verticem Deltæ, ubi Nilus in duo bracchia ſcinditur, & prope Pyramides, exciſa fuit ab Amro Alaſi filio, qui in oppoſita Nili ripa Fuſtatam condidit, ubi nunc Cairus Ægypti præcipua, teſte Abulfeda, & Memphis rudera nunc *Menchis* dicuntur, teſte Poſtello, ſed habitatoribus omnino vacua, hinc tractus adjacens Memphitis dictus, & Memphiticus nomen gentis, de hac urbe pluribus Leo Africanus, ejus inter alios meminere Lucanus libro 1. & Ovidius libro 2. Amorum.

MENA, inſulæ duæ in Hippadis pelago, teſte Ptolemæo.

MENÆ, oppidum Siciliæ inſulæ mediterraneum Ptolemæo, & Diodoro, nunc urbs *Meneo* dicta, in provincia ſeu Valle Netina, prope Palicam urbem exciſam, & Teriam fluviolum, Cluverio teſte, cum aliis, 12. milliaribus à Leontinis in occaſum hybernum, & 24. ab Enna in ortum hybernum Syracuſas verſus 30. hinc Menenſis nomen gentis.

MENAIUS, *le Menai*, fluvius Angliæ, in Wallia Boreali, ſeu potius fretum, Monam inſulam ſeparans ab Arvonia provincia. Ei inſident oppida Arvonia, Bangoria, & Bellomariſcus, teſte Speedo.

MENAMAIS, Arabiæ felicis oppidum, teſte Ptolemæo, ſed quid ſit hodie, non eſt facile ſtatuere.

MENANCABUM REGNUM, *le Royaume de Menancabo*, Regnum Indiæ in Sumatra inſula, & in ejus parte meridionali.

MENANUS, *le Menan*, id eſt, mater aquarum, fluvius Aſiæ, in India ulteriori. Oritur ex lacu Chiamaio; & poſt longum curſum per Regnum Peguanum fluit, hinc etiam per Regnum Siami, ubi urbem Regiam Judiam rigat, & 30. leucis Gallicis infrà in ſinum Siami & Oceanum Indicum ſe exonerat.

MENAPIA, urbs Hiberniæ inſulæ Ptolemæo, Menapiorum caput, quam nunc interpretantur *Wexford.* Vide Manapii.

MENAPII, populi Germaniæ inferioris Cæſari, & Tacito, fuere ubi nunc Ducatus Brabantiæ, in Belgio, à Scaldi fluvio Moſam uſque protenſi, Cluverio & Brietio teſtibus. Eorum oppidum fuit Caſtellum Menapiorum, nunc *Keſſel*, ad Moſam fluvium. Quidam tamen eum Ortelio ipſis tribuunt etiam partem orientalem Flandriæ.

MENAPISCUS PAGUS, cujus in archivis cœnobiorum Gandavenſium, & in legibus Caroli Magni ab Anſegigo monacho collectis frequens eſt mentio, ut Divæus teſtatur. Hodie Comitatus Flandriæ eſt pro parte, eodem auctore, & Meyero teſte, Flandria, ut & hoc his addam, proavorum memoria Ruthenia dicebatur aliquando, teſtibus Lhuydo, Roberto Cœnali & Ortelio.

MENARSA, inſula parva maris Balearis contra Magonem, ſic dicta a mænis piſcibus, quorum ibi copia, Plinio teſte.

MENARIACUM, ſeu Minariacum, oppidum Morinorum in Gallia Belgica, ex itinerario Antonini, nunc *Merville*, oppidulum Flandriæ Comitatus in Belgio, quod *Mergen* Belgis, ad Legiam fluvium, Broylus dictum fuit, teſte Molano in S. Mauronti vita, & poſtea Mauronti villa, uti & Cluverio, ſed Sandero teſte cum Miræo, eſt Stegra, *Etaires*, oppidulum etiam Flandriæ, ad Legiam fluvium, in limite Arteſiæ, paulo infra Mervillam ad ortum, & 6. leucis ab Attebato diſtans in Septentrionem Caſtellum verſus, quod rectius exiſtimatur. Vide Stegra.

MENATUM, *Menat*, Abbatia Galliæ in Alvernia inferiori, ad *Sioule* fluviolum, & in limite Borbonenſis provinciæ, 7. leucis à Claromonte in Septentrionem.

MENCORUUM, *la Torre di Mencorno*, oppidulum eſt Hiſpaniæ, in Portugallia, quibuſdam Moncoruum dictum, prope Durium fluvium, 4. leucis à confinio Regni Legionis in occaſum, verſus 10. diſtans, in Tranſmontana provincia.

MENDÆ, Siciliæ urbs juxta Palicos, teſte Stephano.

MENDÆI, populi Thraciæ, in ora maritima, ad Ænum urbem, teſte Pauſania, ubi & Mende Traciæ urbs.

MENDALA, urbs Indiæ intra Gangem, Ptolemæo teſte.

MENDES, Ægypti urbs eſt apud Strabonem. Hic Apis colebatur, teſte Plutarcho in Iſide.

MENDESIUM, unum ex oſtiis Nili fluvii in Ægygpto, Tanitico proximum, Ptolemæo teſte, hodie *Migni* vocatur, ſed fere oblimatum eſt & arena oppletum ad ejus fauces in mare Mediterraneum, ut ſcribit Bonaciolus cum aliis, & hinc Mendeſius nomen gentis, cujus meminit Ovidius libro 3. Metamorphoſeon.

MENDICULEA, urbs Luſitaniæ Ptolemæo.

MENDOCINUM CAPUT, *el Cabo Mendocino*, promontorium eſt Americæ Septentrionalis in California inſula. Vide Caput Mendocinum.

MENDOLARA, *Mendolia*, caſtrum Regni Neapolitani in Calabria ulteriori, in monte ſitum, & olim Petipolium dictum, ad Alexium amnem, & 4. milliaribus ab ora maris Ionii. Vide Peripolium.

MENDUS, urbs Aſiæ minoris circa Cariam, teſte Porphyrogenneta.

MENECINA, oppidum Brutiorum in Italia, nunc *Mendicino*, caſtrum Calabriæ citerioris, in Regno Neapolitano, in agro Conſentino, à Conſentia urbe 4. milliaribus diſtans in occaſum, teſte Barrio.

MENEGOSESEM, Africæ propriæ urbs, in Numidia, teſte Antonino, fortè eadem cum Meneggere.

MENEHILDIS FANUM, *Sainte Menehoud*,

urbs munita Galliæ, cum caſtro in colle, in Campania provincia. Vide Fanum S. Menehildis.

Menelaus, urbs Ægypti Ptolemæo, eadem cum Canopo. Vide ibi. Eſt & urbs Marmaricæ.

Menaphessa, Africæ oppidum, in Byzacena provincia, teſte Procopio, quod Meneſeſſa Victori Uticenſi.

Manevia, *Saint Davids*, urbs Angliæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Cantuarienſi, in Wallia Meridionali, & in Comitatu Penbrochienſi, à Danicis piratis exciſa, nuncque in vicum redacta eſt propter raros incolas, teſtibus Camdeno, & Speedo, ſedet in ora maris Hibernici, ubi olim Octopitarum promontorium Ptolemæo, in Demetis, nunc *Saint Davids head* dictum, 16. milliaribus Anglicis à Pembrocbio diſtans in occaſum æſtivum, & 36. à Mariduno in occaſum, uti 121. à Gloceſtria & 193. à Londino.

Menoralia, *Odiſci* incolis, *Meghreli* Georgis, *la Mengrelie* Gallis, & *la Mengrelia* Italis, Regio Aſiæ in Georgia, olim Colchis dicta, ſeu potius ejus pars ſeptentrionalis in ora Ponti Euxini, à quo terminatur ad occaſum, uti Abaſcia ad Septentrionem, mediante Corace fluvio, Guria ad Meridiem, a quo ſeparatur Phaſi fluvio, & Imeretia, Suaniſque populis ad ortum, Regio eſt ſatis rigua & fertilis, ſub dominio proprii Principis à ſæculo & ultra, cum antea pareret Regi Georgiæ, urbem habet Sebaſtopolim, nunc aquis pro parte abſorptam, ſed aliæ urbes via ſunt alicujus nominis, teſte Archangelo Lamberto, qui in his partibus per plures annos eſt commoratus. Hinc Mengrelus nomen gentis, *Meghreli* Georgis, *Mengrello* Italis, *Mengrelien* Gallis.

Menina, *Menin* Gallis & incolis, *Meenene* Belgis, oppidum Belgii, in Comitatu Flandriæ, ad Liſam fluvium, recens munitum eſt, & ſubeſt dominio Francorum ab anno 1667. via una leuca à Corteriaco in occaſum, & 3. ab Inſulis in ortum æſtivum diſtans.

Manini, populi Galliæ Narbonenſis Plinio, qui Mimeni Ptolemæo, in Provincia, juxta Druentiam fluvium, inter Caturiges ad Septentrionem, & Salies ad Meridiem, quorum urbs Seguſtero, extendebantur uſque ad Manuaſcam, teſte Dalechampio, ſicque fuere ubi nunc pars ſuperior Provinciæ verſus Delphinatum & Comitatum Forcalquerii. Vide Mimeni.

Meninx, inſula Africæ Plinio, ad Syrtim minorem. (Vide Lotohagites) Hanc Dionyſius Afer ad Syrtim minorem & Cercinam inſulam deſſcribit.

Menins, fluvius Peloponneſi, in mare Ionium prope Chelonatem promontorium exiens, Strabone teſte.

Menlaria, ſen Mentalia, oppidum Conteſtanorum in Hiſpania Tarraconenſi Ptolemæo, nunc *Marcia*, ut quidam exiſtimant.

Menlascus, fluvius Vardulorum in Hiſpania Tarraconenſi Ptolemæo, nunc *el Rio Orio* dicitur, teſtibus Petro de Marca, & Arnaldo Oihenarto, oritur in confinio Alavæ provinciæ, ex montibus S. Adriani, deinde per Ipuzcoam provinciam in Septentrionem currens, rigatis Segura, & Toloſa, infra Orium oppidum in Oceanum Cantabricum ſe exonerat, teſte etiam Garibajo, 3. leucis Gallicis à Fano S. Sebaſtiani in occaſum, uti ab oſtio Magradæ fluvii.

Mannaianæ, oppidum Pannoniæ Saviæ, ex itinerario Antonini, à Varianis 16. mill. paſſ. diſtans, nunc *Manſburg*, caſtrum Hungariæ, teſte Lazio ex conjectura tantum, aliis vero *Monoczle*, inter Savum & Dravum fluvios.

Mennonii, populi, & Mennonia Regna Lucano. Vide Memnones.

Menoba, fluvius Hiſpaniæ Bæticæ Plinio, nunc Rodericus Carus interpretatur *el Guadiamar*, fluvium Vandalitiæ, qui a Septentrione in Meridiem fluens in Bætim ſe exonerat infra Hiſpalim.

Manoba, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ Plinio, & Straboni, nunc Moletio teſte, eſt *Bezmiliana*, caſtrum Regni Granatenſis in ora, 2. leucis à Malaca in ortum Selambinam verſus, aliis eſt *Velez-Malaga*, oppidulum ejuſdem Regni Granatenſis, cum caſtro in ora maris Mediterranei 4. leucis à Malaca in ortum Selambinam verſus & Almeciam, teſte de Roa, ſed Rodericus Carus exiſtimat Menobam fuiſſe ad fluvium cognominem, ubi nunc *Sanlucar*, caſtrum Hiſpaniæ in Vandalitia, quod & *Sanlucar la Mayor* ſæpius dicitur, & olim *Solucar* vocatum fuit, 4. leucis ab Hiſpali ad occaſum diſtans.

Menocalani, populi Alpini in Iſtria provincia Italiæ Plinio, inter Tergeſte, & Polam verſus montes, quorum tractus *Mingelſtal* dicitur, teſte Lazio.

Menosca, oppidum Vardulorum in Hiſpania Tarraconenſi Plinio, & Ptolemæo, in confinio Galliæ, nunc teſte Garibaio, eſt *Orio*, oppidum Hiſpaniæ in Ipuzcoa provincia, ad oſtia Menlaſci fluvii in Oceanum Cantabricum, 2. leucis à Guetaria diſtans in ortum, verſus Fanum S. Sebaſtiani 3. circiter, quanquam non deſint qui Guetariam interpretentur.

Menosoada, urbs Armalauſiorum in Germania Ptolemæo, quam nunc Appianus interpretatur Egram, *Eger* Germanis, *Heb* incolis, urbem Bohemiæ, ad amnem Egram, in ipſo limite Franconiæ. Arcem habens munitam, pluries tamen expugnatam triennali bello Germanico, & diſtat 4. milliaribus Germanicis a Locta in occaſum. Vide Egra.

Menralia, urbs Hiſpaniæ Bæticæ in Turdulis Ptolemæo; à Plinio, Pomponio Mela, & Antonino Mellaria vocatur. Vide ibi.

Mentercosa, oppidum Hiſpaniæ, dicitur & melius Metercoſa. Vide ibi.

Mentesa, oppidum Oretanorum in Hiſpania Tarraconenſi Plinio, quod Mentiſa Ptolemæo, & Antonino, & Mentiſſa Livio, olim Epiſcopalis in limite Bæticæ, cui in Epiſcopatu Giennium ſucceſſit, nunc plurimis eſt *la Guardia*, vicus Vandalitiæ in territorio Giennenſi, ad amnem *Guadalbolon*, via 2. leucis ſupra Giennum in Meridiem, aliis autem eſt *Montiel*, viculus ejuſdem Regionis ad Bætim fluvium, prope Turrim S. Thomæ, 2. leucis à Cazorla in Septentrionem, teſte Martino Ximena in Hiſtoria Giennenſi, quanquam Mariana credat eſſe *Montizon*, pagum agri Lamitani in Caſtella nova, verſus montes Marianos & confinia Vandalitiæ, ſed prior interpretatio fuſe probatur à Ximena.

Mentonoinum, æſtuarium Oceani Germanici, quod Guttonum gens accolit, teſte Plinio, quid ſit hodie non conſtat, quamquam ab Ortelio *Friſch Haff* nominari videatur.

Menthitia, *Menteith*, provincia Scotiæ Meridionalis, inter Fifam ad ortum, Leviniam ad occaſum, Albaniam ad Septentrionem, & Sterlinenſem Præfecturam ad Meridiem, teſte Timotheo Ponte, & ejus caput eſt Dumblanum oppidum: & in ea fuere olim Damnii populi ex parte, ut exiſtimat Camdenus.

Digitized by Google

Manuthias, inſula Æthiopiæ Ptolemæo, quæ & Cerne Æthiopica dicta, nunc à Mercatore & aliis exiſtimatur Madagaſcaria, *Madagaſcar*, inſula totius Africæ facile major, & ex præcipuis totius orbis, à Septentrione in Meridiem extenſa verſus oram orientalem Æthiopiæ & Zanguebariæ Regionis, ubi aliquot Coloniæ Francorum in ejus parte auſtrali, dicitur aliter inſula Delphina, ſeu S. Laurentii à recentioribus. Vide Madagaſcaria, exiſtimat tamen Voſſius Menuthiam inſulam fuiſſe in ora littorali Zanguebariæ, nuncque *Zanzibar* dici ab incolis.

Menuthis, vicus Ægypti, prope Canopum urbem a. tantùm ſtadiis inde diſtans, à S. Epiphanio in vita S. Cyri Abbatis memoratus.

Manyna, inſula Africæ, cujus meminit Silius libro 3. Vide Lotophagites.

Meonia, Regio Aſiæ minoris, quæ & Lydia. Vide Mæonia, & Lydia; variè enim ſcribitur.

Mephyla, oppidum fuit Latii, ab Orvinio 40. ſtadiis, à Suna verò 30. diſtans: quæ loca prorſus extincta ſunt jam à tempore Halycarnalſei qui eorum meminit.

Meppa, *Meppen*, Germaniæ oppidum, in Weſtphalia & ditione Monaſterienſi, ſatis munitum, ad *Haſe* amnem, qui deinde labitur in Amaſium, pauló infra Lingam oppidum, & medium ferè inter Monaſterium ad Meridiem & Embdam ad Septentrionem.

Mequinencia, *Mequinenza*, oppidulum Hiſpaniæ, in Aragoniæ Regno, ad Secoris fluvii in Iberum confluentes, in limite Cataloniæ, & pauló infra Ilerdam, ubi forſan olim Carthago vetus oppidum.

Meraca, *Meraco*, provincia Apalatæorum in Florida Regione, & intra montes, teſte Briſtochio Anglo.

Merania, *Meran*, oppidulum Germaniæ in Tirolis Comitatu, prope Atheſim fluvium & Tirolum caſtrum, ad radices Pyrenæi montis, a. milliaribus Germanicis à Boſſano in Septentrionem Oenipotem verſus 10. eſtque caput provinciæ Atheſis in Comitatu Tirolis, cum olim etiam primaria eſſet Ducatus Meraniæ ab eo dicti, & ſubeſt dominio Auſtriacorum.

Meraniæ Ducatus, provincia Germaniæ Meridionalis verſus Oenum fluvium, ubi nunc pars ampla Tirolis Comitatus, & minuta pars Bavariæ ſuperioris: ſic dictus fuit à Merania oppido ejus primario, & diviſus etiam in duas partes, nempe in provincias Atheſis & Oeni, obvenit autem domui Auſtriacæ anno 1366. poſt mortem Malteſebæ ejus ultimæ Ducíſſæ.

Mercatorum Portus, *Kobmans haven*, portus Daniæ Regni in Zelandia inſula, cujus meminit Saxo-Grammaticus, & qui ob ejus commoditatem lapſu temporis ita crevit in urbem ut nunc ſit Regni Daniæ urbs primaria Hafnia dicta, *Koppenhagen* vulgo. Vide Hafnia.

Merciæ Regnum, *the Kingdome of Mercia*, pars fuit ampla Angliæ in mediterraneis, in media ætate, tempore Heptarchiæ & Anglo Saxonum, quæ & Mercia dicta fuit, atque etiam *Middelengle*, id eſt media Anglia, initium habuit à Rege Cridda poſt mortem Hengiſti, & ejus primus Rex Chriſtianus fuit Peda filius Pendæ; complectebatur autem eam omnem partem Angliæ, ubi olim fuerant populi Britanniæ magnæ Cornavii, Coritani, Dobuni, Attrebatum pars ſeptentrionalior, & Catieuchlanorum pars occidentalior, & ibi hodie ſunt provinciæ Angliæ. ſeu Comitatus Ceſtrienſis, Darbienſis, Nottingamenſis, Lincolnenſia, Rutlandia, Leiceſtria, Staffordienſis, Salopienſis, Herefordienſis, Wigornienſis, Warvicenſis, Nothantonia, Huntingdonia, Bedfordia, Buckinghamia, Oxonienſis, atque Gloceſtrienſis, teſte Joanne Speedo, & eorum termini erant ad Septentrionem Regnum Northumbriæ, ad occaſum Wallia, ad ortum partim Oceanus Germanicus & partim Regna Eaſt-Angliæ & Eſſexiæ, & ad Meridiem Regnum Weſtſexiæ, ſicque erat ubi nunc maxima pars Angliæ propriæ & trans-Tameſin fluvium in meditullio Regni Angliæ, hinc Mercii populi dicti.

Mercii, populi fuere Angliæ, qui aliter dicti etiam Angli mediterranei, quod eſſent fere in meditullio Angliæ, & in mediterraneis, verſus ſæculum Chriſti ſeptimum, hinc eorum Regio dicta fuit Mercia, & Merciæ Regnum. Vide ibi.

Mercimen, Africæ propriæ urbs, Antonino teſte.

Mercorium, *Mercoeur*, caſtrum Galliæ in Alvernia inferiori, in colle, Ducatus titulo inſignitum, prope oppidum *Ardes*, ad radices montium, & vix 3. leucis à confinio Alverniæ ſuperioris in ortum Elaverem fluvium verſus totidem, & octo à Claromonte in Meridiem verſus.

Mercuriacum, *Mercurago*, pagus agri Novarienſis, in Mediolanenſi Ducatu, ad Ticinum fluvium, Olegio proximus, à Mercurio dictus, uti ex antiqua inſcriptione, Ferrario teſte.

Mercuriala, oppidum Campaniæ fœlicis Antonino, nunc *Mercogliano*, vicus Regni Neapolitani in provincia Terræ Laboris, 12. milliaribus à Neapoli in ortum Abellinum verſus 18. teſte Scipione Mazzella.

Mercurii Aquæ, ad Capenam portam urbis Romæ, ab Ovidio memoratæ.

Mercurii Insula, Sardiniæ adjacens Plinio, quæ & Hermæa etiam dicta, nunc eam Cluverius interpretatur *la Tavolara*, in ora orientali Sardiniæ ubi tendit ad Septentrionem, & in provincia Loci aurei, quæ à Gallis *la Tolare* dicitur.

Mercurii Promontorium, in Africa propria Plinio, & Melæ, quod Hermea promontorium Ptolomeo, nunc *le Cap Bon* dictum à Gallis, *il Capo Bon* ab Italis, & *Caraboureun* à Turcis, eſtque in Regno Tunetano, inter Carthaginem ad occaſum & Hadrumetum ad ortum hybernum, & 100. mill. paſſ. à Lilyboeo promontorio Siciliæ inſulæ in Meridiem.

Merettum, *Meretz*, oppidulum Lithuaniæ, ubi Uladiſlaus IV. Poloniæ Rex obiit die 30. Martii anno 1648. decem milliaribus Polonicis diſtat ab urbe Vilna Grodnam verſus, ad confluentes Meretii & Memeni fluviorum; eſtque amœniſſimi ſitus, cum caſtro ſplendido.

Mergemum, *Merghen* Belgis, *Merville* incolis atque Gallis, oppidum eſt Belgii in Comitatu Flandriæ, teſte Marchantio, dicitur ſæpius Maurontivilla.

Mergenthemum, *Mergentheim*, ſeu & *Mariendal*, id eſt Mariæ vallis, oppidulum Germaniæ, in Franconia provincia, ad Tubarum fluvium, in ditione Ordinis Teutonici. Dicitur etiam Mergerhum, & 6. milliaribus Germanicis diſtat ab Herbipoli in Meridiem; eſtque ſedes Magni Magiſtri Ordinis Teutonici, inter ditiones Moguntinam & Herbipolitanam.

Meri, Meſopotamiæ urbs, circa Edeſſam, teſte Simlero ex Antonini Itinerario manuſcripto.

Meribriga, oppidum Hiſpaniæ in Luſitania Ptolemæo, nunc *Almedara*, pagus Regni Portu-

galliæ Bretolæo urbi exciſæ proximus, teſte Moletio.

MERIDA, *Merida*, urbs Americæ Septentrionalis in Nova Hiſpania, Yucataniæ provinciæ caput, & Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Mexicano, dicitur aliter Emerita, ſubeſtque dominio Hiſpanorum, 30. leucis diſtans à Valliſoleto, 33. à Fano S. Franciſci *de Campeche*, & vix 10. ab ora ſinus Mexicani in Meridiem.

MERIDIONALE MARE, *el mar del Zur* Hiſpanis, *la mer du Sud* Gallis, pars ampla Oceani in America, oram ejus meridionalem & occidentalem alluens, dicitur aliter mare Pacificum, & mare Auſtrinum. Vide ibi.

MERIDIONALE MARE, *het Zuder zeé* accolis, ſinus Oceani Germanici in Belgio unito, quod ſæpius dicitur mare Auſtrinum & mare Meridionale. Vide ibi.

MERIDIONALES INSULÆ, *de ſoute Eyland*, ſic dicuntur à Belgis inſulæ Capitis Viridis verſus oram occidentalem Africæ, & *of Zoute Eylanden* Anglis, quod Meridionales ſint in Oceano Atlantico reſpectu inſulſrum Tertiarum quæ verſus Septentrionem magis protenduntur. Vide inſulæ Capitis Viridis.

MERINIANUM, oppidum Inſubriæ, ex quodam itinerario antiqno, quod & Melignanum, vulgo *Marignano* incolis, *Marignan* Gallis, oppidulum Italiæ in Ducatu Mediolanenſi, ad Lambrum fluvium intermeantem, à Mediolano 10. milliaribus diſtans Laudem Pompeiam verſus totidem, ibi Helvetii victi fuere anno 1515. à Franciſco primo Francorum Rege.

MERMESSUS, urbs Myſiæ, in Aſia minori, ad Idam montem, in agro Trojano, circa Gergithum oppidum, & ad Ladonem fluvium, unde ortum habuit Sibylla Helleſpontiaca, non autem Erythræa ut habet Stephanus.

MERNISIA, *Mernis*, provincia Scotiæ Septentrionalis in ora Oceani Germanici, inter Marriam & Anguſiam, dicitur aliter Marnia. Vide ibi.

MEROBRICA, oppidum Luſitaniæ Plinio, nunc teſte Andrea Roſendio, eſt *Santiago de Cacem*, caſtrum Portugalliæ in ora Oceani Atlantici, 18. leucis ab Olyſippone diſtans in Meridiem Sacrum promontorium verſus totidem.

MEROE, inſula perampla Æthiopiæ ſub Ægypto Ptolemæo, Straboni, Stephano, & aliis, à Nilo & Aſtabora fluviis effecta, cui nomen dedit Meroe urbs ejus primaria, à Syene 800. mill. paſſ. diſtans in Meridiem, ab Alexandria 10000. ſtadiis, teſte Strabone, inſula nunc *Gueguere* dicitur, una cum urbe, teſte Caſtaldo; *Neube* vero incolis, teſte Marmolio, verum quid ſit Meroe inſula non bene conſtat, credit enim Hieronymus Lobus Luſitanus in Hiſtoria Æthiopiæ nullam à Nilo effici inſulam in Æthiopia. Sanè, ut ait ille, ut in ceteris Æthiopiæ locis, ita in longitudine inſulæ & oppidi Meroes plurimùm peccatum à veteribus, dum nimiùm longè loca hæc à ſinu Arabico removent. Itaque non placet illorum opinio, qui Regnum *Goyanne* putant eſſe Meroen. In eo conveniunt antiqui, ut Ptolemaida, quæ eſt *Maʒua*, & Meroen oppidum ſub eodem conſtituant parallelo, id eſt in latitudine Boreali graduum 16. minutarum 23. Aſtaboras ſeu flumen præterfluens Meroen ab Oriente omnino eſt *Mareb* ſeu *Marabo*: ipſum verò Meroes oppidum, quod non in Boreali parte inſulæ, ſed 70. mill. paſſ. Auſtrum verſus remotius erat, ut teſtantur Plinius & alii, forſan eſt illa urbs quam *Beroam*, aut *Baroam*, & vitioſè *Baruam* appellant. Vocatur etiam *Debaroa*, vocabulo conflato ex *Debia Baroa*, quaſi dicas mons Baroa; quia in monte poſita eſt. Urbs hæc præcipua eſt Barnagaſſi, & pro aliis Æthiopiæ oppidis ſatis frequens: quæ vero antiquis dicta fuit Primis magna, ſeu potius Premnis magna, illa fortaſſe eſt quæ hodie *Fremona* appellatur. Cauſa verò quamobrem & hanc, & præcipuè Meroen, & denique ipſum Aſtaboram flumen tam longè à ſinu Arabico removerint, itinerum difficultati proculdubio adſcribenda eſt. Hæc ille. Sicque de hac inſula Meroe vix aliquid certi dici poteſt, ejus meminere inter alios Ovidius libro 4. Faſtorum, & Juvenalis Satyra 13.

MEROA, urbs Lyciæ, in Aſia minori, teſte Stephano.

MEROLIACENSE CASTRUM, *Mariejols*, oppidum Galliæ in Occitania, & in Gabalo tractu, dicitur ab aliis Marologium. Vide ibi.

MERON, ſeu Aquæ Meron, lacus Palæſtinæ, quem Jordanis fluvius efficit, qui æſtate ſiccatur, ubi Joſue Jabin Regem Azor cum aliis montium Regibus fudit, & ab aliis Samachonitis appellabatur, teſte Wiſſenburgio, inter Cæſaream Philippi ad Septentrionem, & mare Galilææ ad Meridiem, hodieque *Houlet Panias* vocatur à Cæſarea urbe ſupra dicta, teſte Michaële *Nau* qui illas partes luſtravit & nuper deſcripſit.

MEROPUS, mons Theſſaliæ, ex quo ob multos anfractus echo multiplex redditur, teſte Stephano.

MERORUM, Arabum Regio, circa Comagenam Syriæ partem, teſte Plinio.

MEROS, mons Indiæ citerioris Straboni, & Melæ, inter Indum & Cophem fluvios, qui Nyſa Plinio, ab urbe vicina, & Tricoriphus Polyæno, à tribus cacuminibus dictus.

MEROVÆI FOSSA, *la Merwe*, fluvius Belgii in Hollandia, ſeu propriè ramus Septentrionalis Moſæ, à Gorichemo & Bomelia inſula ad ejus oſtia, Dordracum Roterodamumque rigat, deinde ſimul cum Moſa in Oceanum Germanicum ſe exonerat, fuitque olim foſſa à Merovæo manu ducta.

MERROMANI, qui aliis Melomeni, populi Illyri, fuere prope Drinum fluvium, inter Vardiæos ad Meridiem, & Savum fluvium ad Septentrionem, teſte Appiano.

MERSOBURGUM, *Mersburg*, urbs parva Germaniæ in Miſnia provincia, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Magdeburgenſi, ad Salam fluvium, alias Imperialis fuit & libera, ſed poſtea ab Imperio exempta, nunc ſub dominio Adminiſtratoris proprii Epiſcopatus, dicitur etiam Marriopolis à quibuſdam, & vix 3. milliaribus Germanicis diſtat ab Halla in Meridiem, totidemque à Lipſia in occaſum, & ejus Epiſcopi addicti erant confeſſioni Auguſtanæ, ab anno 1565. anno vero 1592. ceſſit Epiſcopatus in adminiſtrationem Joanni Georgio antequam Elector Saxoniæ eſſet, & deinde ejus deſcendentibus obvenit, ſed tantum poſtulatione capitulari, cum vacat per obitum adminiſtratoris.

MERSPURGUM, *Merſpurg*, oppidulum Germaniæ, in Suevia, ad lacum Conſtantienſem, & in ditione Epiſcopi Conſtantienſis, 2. milliaribus Germanicis diſtat à Conſtantia in ortum, & paulò amplius ab Uberlinga in ortum hybernum.

MERVERA, Hiſpalenſis conventus oppidum in Hiſpania Bætica, teſte Plinio.

MERVILLA, *Merville* Gallis, *Merghen* Belgis, oppidum Belgii in Comitatu Flandriæ, ad Legiam fluvium, quod & Mauronti villa dicitur. Vide ibi.

MERVINIA, *Merionethshire* incolis, *le Comté de Merionith* Gallis, provincia parva ſeu Comitatus

tatus Walliæ Borealis, cujus oppidum primatium Harlechum. Dicitur etiam Merionethenſis Comitatus, eſtque in ora maris Hibernici, & inter Comitatus Arvoniam & Denbighiam ad Septentrionem, & Mongometienſem ad ortum. Ibi alias Ordovices populi ex parte, ut Camdenus exiſtimat.

MERULA, fluvius parvus Liguriæ Plinio, quem hodie interpretantur *la Meira*, prope Albingaunum fluentem, teſte Auguſtino Juſtiniano.

MARULA, fluvius Pedemontii, qui Macra etiam Latine nominatur, vulgo *la Maira*, oritur ex Alpibus, & per Salutiarum Marchionatum fluens in Padum ſe esonerat ad Pancalerium.

MERULÆ CAMPUS, planities & tractus Serviæ Regionis, qui & Caſſovius Latinis, & Caſobus Laonico vocatur, Serviana lingua *Caſſowopolye* nominatur, Hungarice *Rigomezeu*, & Germanice *Amelsfelds*, teſte Cornelio Sceppero in ejus itinerario, eſtque campus feraciſſimus, & amplus à Septentrione in Meridiem ad 30. mill. Germanica patens; plura de eo ſcribit Felix Petantius in itinerario, eſtque in parte meridionali Serviæ verſus Macedoniam, hunc interſecat fluvius *Schitnitza* dictus, qui ab Illyrici montibus defluens in Iſtrum ſe exonerat, & in hoc campo occiſus fuit à Servis Amurathes primus Turcarum Sultanus anno 1390. poſtquam ibi utrimque acriter pugnatum fuiſſet, teſte Leunclavio.

MARULIS, locus Thuſciæ, Populonio urbi propinquus, inde 8. mill. paſſ. diſtans: ubi S. Cerbonius Epiſcopus a Totila Gothorum Rege feris objectus eſt, teſte Divo Gregorio.

MARUS, urbs Aſiæ minoris in Phrygia Salutari, quæ aliter Comopolis dicitur, teſte Porphyrogenneta.

MESABIUS, mons Bœotiæ, apud Anthedonem oppidum, Euripo imminens, Pauſania teſte.

MASADA, Arabiæ Petrææ urbs, Ptolemæo teſte, Fortè Meſa in libro Notitiæ vocatur.

MESAMBRIA, tractus & Cherroneſus Perſidis eſt. teſte Arriano in Indicis.

MASANITAS SINUS, pars Perſici Arabiam alluens.

MESA, ſeu Pomponiana, inſula Galliæ Narbonenſis, in ora Provinciæ, & in mari Mediterraneo Plinio, nunc eſt *Porteros*, inter Hypæam ad ortum & Proten ad occaſum. Ejus circuitus eſt 3. leucarum circiter, vix una cum dimidia ab ora continentis & ab arce Briganſonia in Auſtrum, eſtque una Stœchadum inſularum. quæ vulgò *les Iſles de d'Hieres* dicuntur. Vide Stœchades.

MASSMARIA, urbs Thraciæ maritima, in confinio Moeſiæ inferioris Ptolemæo, & Plinio, quæ Meſambria Herodoto, & Menebria Straboni, *Meſember* hodie, teſte Sophiano, Archiepiſcopalis eſt in ora Ponti Euxini, ſub dominio Turcarum, inter Anchialum & Odeſſum ad 20. milliaria, ubi deſinit mons Hæmus, hinc Meſembriacus nomen gentis Ovidio libro 1. Triſtium & aliis.

MESARIÆ, ſeu Maceriæ, *Mezieres*, urbs Galliæ, in Campania provincia, ad Moſam fluvium, prope Carolopolim, & verſus limites Belgii. Vide Maceriæ.

MESOLA, Arcadiæ urbs in Peloponneſo Straboni.

MESOLA, Meſſeniæ oppidum, Stephano ea Nicolao.

MESOPOTAMIA, Regio Aſiæ, & Aſſyriæ pars ampla ad occaſum Straboni, Plinio, & aliis, ſic dicta fuit quod poſita ſit inter Euphratem fluvium ad occaſum, & Meridiem, & Tigrim ad ortum, & idcirco etiam nunc dicitur ab Arabibus *al Gezira*, id eſt inſula, terminatur à Septentrione Armenia majori, Niphate monte intercedente, Aſſyria ab ortu, Babylonia ſive Chaldea, & Arabia deſerta ad Meridiem, & Syria ad occaſum hærentibus, ejus major longitudo ab occaſu æſtivo ad ortum hybernum eſt 420. mill. paſſuum, latitudo vero eſt 270. mill. paſſ. Aram & Charam dicta fuit in Sacris litteris, Oſrhoena Dioni, & libro Notitiæ, nunc propriè Diarbechia, *le Diar-beckir* vulgo, ſubeſtque tota dominio Turcarum; dividitur nunc in quatuor partes ſive provincias, quarum appellationi generale nomen *Dijar* id eſt Regio præfigitur, nempe *Diar-Becr*, *Diar-Modſar*, *Diar-Rabaa*, & *Diar-Algiezira*, uti pluribus in voce Diarbechia, ejus urbes olim claræ fuere Edeſſa, Nicephorium, Niſibis, & Seleucia: nunc præſtant *Aſanchif* Regionis caput *Orfa* quæ Edeſſa alias, *Caramit* olim Amida, *Merdin* Marde, & *Herren* alias Carræ.

MSSSA, Laconiæ oppidum, in Peloponneſo, teſte Pauſania, quid ſit hodie non conſtat

MASSA, urbs parva Africæ in Regno Suſæ, prope oſtia Suſi fluvii in Oceanum Atlanticum, 18. mill. paſſ. infra Tejeutam urbem.

MASSABATÆ, populi Perſidis Ptolemæo, qui Maſſabatæ dicti a Strabone, horum tractum nunc *Savas* interpretatur Caſtaldus.

MASSAGATÆ, populi Scythiæ Europææ Claudiano. Vide Maſſagetæ.

MASSARUM, urbs Arabiæ felicis, teſte Plinio.

MASSANA, urbs Siciliæ inſulæ in Italia Plinio, Ciceroni, Livio, & aliis, quæ Meſſene Straboni, & Meſſena Ptolemæo, antea Zancle dicta fuerat, à falce Saturni, ut narrant, poſtea vocata Meſſana à Meſſeniis populis Peloponneſi, ab Anaxilao Rheginorum Tyranno Meſſenio evocatis, teſte Macrobio, nunc *Meſſina* vulgo incolis, *Meſſine* Gallis, *Mecina* Hiſpanis, urbs eſt Archiepiſcopalis Siciliæ, ampla, & altera præcipua, circuitus 5. milliarium, in valle ſive provincia Demonæ, & in ora orientali inſulæ, portu gaudens valde tuto & circuitus 4. milliarium ad fretum Mamertinum, eſtque emporium totius maris Mediterranei celeberrimum, prope Pelorum promontorium, & Carybdim, urbs ipſa eſt pulcherrima, publicis privatiſque ædibus egregie cultis, cum palatio Regio, & armamentario inſtructiſſimo, ſericarum veſtium textrinis valde nobilitatur, quod in illius agro maxima fit mororum copia, & hinc probatiſſima lana ſerica in multas Europæ partes mittitur, figuræ eſt oblongæ propter montes quibus premitur, ſuburbia quatuor habens ampla admodum, & verſus oram valde extenſa pagorum in morem, nempe *Zacra*, *San Filippo*, *San Deo*, & *Porta Imperiale*, munita eſt 14. aggeribus à Carolo V. Imperatore excitatis anno 1535. & 4. caſtris, nempe *Mata-Grifoni* intra urbem, *il Caſtel Gonzaga*, & *il Caſtellazzo*, quæ ſunt extra urbem, & *San Salvatore* etiam extra urbem, ab eodem Carolo V. Imperatore munitum ad tutelam portus, & in lingua portus, quæ urbi conjungitur per brachium S. Raynerii, quod alias pratum S. Hiacynthi in lingua Phari dictum fuit, quo clauditur portus; urbs vero ipſa vix 6. milliaribus diſtat ab ora Calabriæ ulterioris in occaſum, uti 12. à Rhegio, Panormum verſus 150. circiter, & 12. à Peloro promontorio in Meridiem Catanam verſus 60. & in ea obiere Henricus VI. Imperator anno 1198. & Fridericus III. Siciliæ Rex anno 1377. Hæc urbs primum à Rogerio Normanno, victis Saracenis recuperata anno 1060. Regibus poſtea Siciliæ paruit i maximis ſemper gaudens privilegiis, & regitur per Præfectum Strategum

dictum, *il Stradigo* vulgo, ſed cum durius vexaretur ab Hiſpanis, hiice ultimis temporibus, ipſorum jugum excuſſit die 7. Julii 1674. & deinde pluries eorum impetus fortiter repulſit auxilio Francorum, tandem ſponte rediit ad Hiſpanos die 16. Martii 1678. & ipſis etiamnum ſubeſt; ab ea pendet tractus adjacens dictus Meſſanenſis diſtrictus; in quo ſunt decem oppida & plurimi vici. Hinc populi Meſſanenſes dicti, olim etiam Mamertini, *li Meſſineſi* vulgo ſibi & Italis, *les Meßinois* Gallis, *los Meſineſes* Hiſpanis. Dicunt Meſſanenſes habere epiſtolam Beatæ M. Virginis ad ſe ſcriptam, & Antonellus Mamertinus primus fuit qui colores oleo dilinere docuit, Meſſanæ meminit inter alios Ovidius libro 14. Metamorphoſeon.

MESSANENSIS DISTRICTUS, *il diſtretto di Meßina*, tractus Siciliæ inſulæ in Valle Demonæ, & in ejus parte orientali, verſus fretum Siculum, & Meſſanam urbem ejus præcipuam, à qua ſic denominatur: alias magis extendebatur, nempe à Leontinis ad Pactas, poſtea reductus fuit, & in eo erant etiam Rendacium & Tauromenium, nunc autem extenditur tantum verſus Meridiem ad 24. millia paſſuum, à Meſſana nempe ad promontorium S. Alexii, & verſus occaſum ad 30. millia, id eſt uſque ad caſtrum Furnaris, dividiturque in duas partes, ſcilicet in Diſtrictum proprie dictum qui magis diſtat ab urbe, & in Coſtrictum qui urbi vicinior, & etiam dividitur in duas partes, ex quibus Coſtrictus Septentrionalis, *il Coſtretto di Tramontana*, extenditur ad octo milliaria, nempe ad Turrim *del Diuieto*, & in eo ſunt 17. caſalia ampla, Coſtrictus autem Meridionalis, *il Coſtretto di Mezzogiorno*, extenditur ad 12. milliaria ab urbe in Auſtrum ſcilicet ad Turrim novam, & in eo ſunt 30. caſalia. Diſtrictus vero Meſſanenſis ſtricte ſumptus, magis diſtat ab urbe quam Coſtrictus; & dividitur etiam in Septentrionalem & Meridionalem: Diſtrictus Septentrionalis, *Il diſtretto di Tramontana*, continet oppida Milatium, Caſtrum-Regale, Fanum S. Luciæ, Ramettam, & *Puzo de Goto*, cum 20. caſalibus: Diſtrictus autem Meridionalis, *il diſtretto di Mezzogiono*, continet Savocam & 4. alia oppida, cum tribus caſalibus.

MESSANICUS, fluvius Italiæ, pars Padi Plinio. Vide Paduſa.

MESSAPIA, oppidum Meſſapiæ Regionis Plinio, quod in Martyrologio Meſſana Apuliæ vocatur, teſte Luca Holſtenio, nunc *Meſagna*, caſtrum Hydruntinæ provinciæ, 8. milliaribus à Brunduſio diſtans in occaſum Uriam verſus totidem.

MESSAPIA, Regio Italiæ Plinio, & Straboni, in intimo ejus receſſu ad ortum, inter Mare Adriaticum & Mare Ionium, ad Orientem & Meridiem, ſinum Tarentinum ad occaſum, & Apuliam Peucetiam ad Septentrionem, ubi alias Calabri populi, inter Apenninum montem & oram Maris Adriatici extenſi, & Salentini verſus ſinum Tarentinum, dicta fuit etiam hæc Regio Iapygia, nunc vero provincia Hydruntina, *la Terra d'Otranto* incolis, eſtque provincia Regni Neapolitani ſub Hiſpanis Leandro, & aliis. Vide Hydruntina provincia, hinc Meſſapius nomen gentis Ovidio libro 14. Metamorphoſeon.

MESSAPIUS, mons Macedoniæ, in Pæoniæ Mædicæque confinio Ariſtoteli, bonaſum animal gignens.

MESSATIS, Achaiæ oppidum, inter Aroan & Anthean, teſte Pauſania.

MASSE, oppidum Cytheræ inſulæ, eujus meminit Statius libro 4. Thebaidos.

MESSEIS, fons Theſſaliæ Straboni, apud Helladem oppidum.

MESSENA, ſive etiam Meſſina, *Meßines* incolis & Gallis, *Meſſenen* Belgis, burgus & Abbatia Belgii, in Comitatu Flandriæ, verſus Legiam fluvium, vix 2. leucis ab Ipra diſtans in Meridiem Armentarias verſus, ſub dominio Francorum.

MESSENE, urbs Peloponneſi, Meſſeniæ provinciæ caput Ptolemæo, & Straboni, quæ & Meſſena quibuſdam, olimque clara, nunc, teſte Zardo, eſt *Moſeniga*, oppidulum tenue & nullius nominis in provincia *Beluedero* dicta, ſub dominio Turcarum, ſedet ad oſtia Balyræ fluvii, cum portu tantiſper capaci in ora ſinus Meſſeniaci, 13. mill. paſſ. à Corone in Septentrionem Pamiſum fluvium verſus totidem, & ante ipſam urbem ſunt tres inſulæ Oenuſæ dictæ. Populi Meſſenii dicti, hujus urbis meminit Ovidius libro 6. Metamorphoſeon.

MESSENIA, provincia Peloponneſi verſus Meridiem, inter Laconiam ad ortum & Elidem ad occaſum, à Septentrione habens Arcadiam, & inter ſinus Meſſeniacum & Cypariſſium. Nunc pars eſt provinciæ *Beluedere* dictæ, ſub Turcis.

MESSENIACUS SINUS, Ptolemæo, & Plinio, pars maris Mediterranei quæ Meſſeniam Peloponneſi Regionem alluit, dicitur Meſſenius Straboni, aliis vero Coronæus, & Aſinæus, nunc vulgo *le Golfe de Coron*, à Corone ei adjacente: à nautis autem *le Golfo de Calamata* vocatur, eſtque inter Tænarium promontorium ad ortum, quo à Laconico ſinu dividitur, & Acritam promontorium ad occaſum.

MESSIS, oppidum Brutiorum in Italia, nunc teſte Barrio, eſt *Meſiano*, caſtrum Calabriæ ulterioris in Regno Neapolitano, mediterraneum inter Neocaſtrum ad Septentrionem 10. mill. paſſ. & Miletum 6. Hipponio proximum.

MESSISIPIUS, *la Riviere de Meßiſipi*, fluvius ingens Americæ, in parte occidentali novæ Franciæ, oritur verſus tractum Nadouſſiorum, & deinde in Meridiem fluit, fere 100. leucis diſtans à lacu Ilinorum in occaſum, hinc receptis fluviis Miſconſingo, Divina, & aliquot aliis, in mare Mexicanum ſe exonerat, ut exiſtimant plurimi, per ſinum Spiritus Sancti, ſicque dicitur quaſi fluvius magnus ab indigenis harum partium.

MESSUA. Vide Miſua, & Niſua.

MESTRA, *Meſtro*, oppidulum Italiæ, in ditione Reipublicæ Venetæ, & in regiuncula Ducatus Veneti, ad Muſonem fluvium, 7. milliaribus diſſitum à Venetiis in occaſum Tarviſium verſus 10.

MESTRIANA, oppidum Pannoniæ inferioris, ex itinerario Antonini, nunc *Meſtri*, pagus Hungariæ inferioris in Comitatu Veſprimenſi, à Sabaria 6. milliaribus Hungaricis diſtans in ortum hybernum Quinque Eccleſias verſus.

MESUA, peninſula & collis Galliæ Narbonenſis Melæ, in ejus ora littorali, Hermolaus putat Setium eſſe, *le Cap de Sete*, in ora Occitaniæ inferioris.

MESUIUM, Germaniæ urbs Ptolemæo, in Cheruſcis, quam interpretatur Petrus Appianus Magdeburgum, *Meydeburg* incolis, *Magdebourg* Gallis, urbem Germaniæ Archiepiſcopalem in Saxoniæ inferioris circulo, ad Albim fluvium, quæ & Parthenopolis dicta fuit. Vide Magdeburgum.

MESULUS, *il Meſolo*, fluviolus Italiæ in Marchia Tarviſina, Serravallum rigat, & poſtea in Liquentiam ſe exonerat.

METACHOEUM, caſtrum erat Bœotiæ, medium inter Coronam & Orchomenum, Stephano teſte.

METACOMPSO, urbs Ægypti ad Nilum fluvium Ptolemæo, quæ Tacompſon Plinio, & Tachempſo Melæ, & Syenæ provima, nunc *Aſuan* dicta, teſte Zieglero, ſed aliis *Aſuan* eſt ipſa Syene urbs, teſte Gollio.

METACUM, urbs Arabiæ fœlicis Ptolemæo, quæ Cumacatum in quibuſdam Græcis codicibus, in ora Orientali, nunc teſte Joanne Bartoſio, eſt *Calaiate*, ſeu *Calhat*, & *Quelhat*, oppidum Arabiæ, ad Sachalitem ſinum, & 450. mill. paſſ. ab Armuzia in Meridiem, aliis vero eſt *Matequa*, oppidum ejuſdem regionis ad oſtia fluvii *Prim*, inter Sachalitem ſinum & Syagrum promontorium.

METAOULA, Cappadociæ urbs, in Ponto Polemoniaco, teſte Ptolemæo. Interpres habet Megaluda.

METÆ, quæ Metenſis urbs Gregorio Turonenſi, vulgo *Metz*, urbs Galliæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Trevirenſi, quæ olim Divodurus dicta fuit, & Mediomatrices, ſedet ad Moſellam fluvium ubi recipit Salam, eſtque Metenſis tractus caput, intra fines Lotharingiæ inſerta, ſed non intra Lotharingiam, & 10. leucis diſtans à Nanceio in Septentrionem, olim fuit urbs Libera & Imperialis, ſed ab Imperio exempta, nunc vero ſubeſt dominio Regis Franciæ ab anno 1552. cum arce valida, & Parlamento recenti, ſed fruſtra obſeſſa fuit à Carolo V. Imperatore anno 1552. de quo confectum fuit hoc diſtiochon, teſte Michaële Picarto decade 15. obſervationum hiſtorico-Politicorum.

Herculis optaſti longas tranſire Columnas.
Siſte gradum, Metis hac tibi meta datur.

Hinc Metenſes populi dicti, *les Meſſins* vulgo Gallis, & ſibi.

METAGONITÆ, populi Africæ in Mauritania Tingitana Ptolemæo, qui Metagonii Straboni, juxta Fretum Herculeum extenſi.

METAGONIUM, promontorium Mauritaniæ Tingitanæ Straboni, quod Metagonites Ptolemæo, in Mauritaniæ Cæſarienſis confinio, nunc *el Cabo de tres Forcas* dicitur, teſte Caſtaldo, in Gareta provincia Regni Fezzæ, in mare Mediterraneum protenditur è regione Alborani inſulæ, à qua 20. mill. paſſ. diſtat in Meridiem, & 160. à Freto Herculeo in ortum.

METALASSUS, Ponti Polemoniaci urbs, in Cappadocia, teſte Ptolemæo.

META LEONSA, *Matalone*, oppidum Regni Neapolitani in provincia Terræ Laboris, amplum & cultum Ducatuſque titulo inſigne Caraffæ gentis, 4. mill. à Caſerta diſtans in Meridiem, & 8. ab Averſa in ortum.

METALLINUM, ſeu Metellinum, oppidum Hiſpaniæ in Luſitania, quod Metallina caſtra aliis, Metallinenſis colonia Plinio, & Caſtra Vicelliana ex antiqua inſcriptione, nunc *Medellin*, oppidum Extremaduræ provinciæ Regni Legionis, ad Anam fluvium, ubi recipit Zujam amnem, 17. leucis à Pace Auguſta in ortum, uti & 5. tantum ab Emerita. Sed non ibi rurſus Anas fluvius emergit poſt per 7. leucas occultationem, ut hactenus multi indocti tradiderant; fuitque patria Ferdinandi Corteſii, qui Regnum Mexicanum occupavit; ſedet ad radices collis præalti, in quo caſtrum munitum, & paulo ſupra Anas fluvius grandi & vaſto ponte è lapide quadrato ſupra 20. arcas inſignes habente tranſvadatur, licet pons non ſit omnino perfectus.

METAPA, Acarnaniæ urbs apud Stephanum.

METAPONTUM, urbs fuit magnæ Græciæ, in Lucania Plinio, & Melæ, quæ Metapontium Straboni, & Ptolemæo, in ora ſinus Tarentini, & ad oſtia fluvii Caſuenti, in confinio Meſſapiæ, à Pylis populis Peloponneſi condita, & à Samnitibus everſa, nunc turris *Torre di mare* dicta, in Baſilicata provincia, teſtibus Leandro, & Ananis, à Tarento 20. milliaribus diſtans in occaſum, & 14. à Caſtellaneta in Meridiem, verſus Heracleæ rudera 12. circiter, ejus meminit Dionyſius Afer.

METARIS, æſtuarium Britanniæ Magnæ, inter Icenos & Coritanos populos Ptolemæo, in ora Oceani Germanici, nunc *The Washe*, inter Lincolniam & Norfolciam provincias, teſtibus Camdeno & Ortelio.

METAROS, fluvius Hiſpaniæ Tarraconenſis Ptolemæo, qui Mearos Melæ, ad Trileucum promontorium, inter Aſtures & Callaicos. Vide Mearus.

METAURUS, oppidum Brutiorum in Italia Stephano, quod Metaurum Solino, & Melæ, nunc teſte Barrio, eſt *Gioia* oppidulum Calabriæ ulterioris, ad oſtia Metauri fluvii in mare Tyrrhenum, 9. mill. paſſ. à Nicotera in Meridiem Scyllæum verſus 18.

MATAURUS, fluvius Italiæ in Brutiis Straboni, & Plinio, nunc *il Marro* dicitur, Cluverio & Magino teſtibus, cum aliis, eſtque fluvius Calabriæ ulterioris ſatis parvus, qui ex Apennino monte ortus, prope Seminaram caſtrum labitur, & auctus aliquot fluviis minoribus, juxta Metaurum oppidum in mare Tyrrhenum ſe exonerat, 7. mill. paſſibus à Roſſarno caſtro in Meridiem, uti ab oſtio fluvii Medamæ, nunc *Metramo* dicti.

MATAURUS, fluvius parvus Siciliæ Straboni, & Plinio.

METAURUS, fluvius Italiæ in Umbria Straboni, & Plinio, nunc *il Metro*, fluvius ditionis Eccleſiæ in Ducatu Urbinate, oritur in ipſo limite Hetruriæ, & verſus Burgum Sancti Sepulchri, ex Apennino monte, deinde in ortum tendens, Fanum Sancti Angeli & Urbaniam rigat, hinc auctus Candiano fluvio, & aliis minoribus ad Forum Sempronii labitur, & tandem in Sinum Venetum ſe exonerat 4. milliaribus à Fano Senogalliam verſus.

METELIS, urbs Ægypti Ptolemæo, & Melæ, juxta Heracleoticum oſtium Nili fluvii, & in ora maris Ægyptii, nunc Roſetum, *Raſchit* Turcis, *Roſetto* Italis, teſte Benjamino Tudelenſi, eſtque etiamnum urbs non obſcura, cum portu & caſtro, 60. mille paſſibus ab Alexandria diſtans in ortum Peluſium verſus.

METELLIANS, locus Italiæ in Regno Neapolitano, ad radices montis Metelliani, ubi nunc Cava urbs in provincia Principatus citerioris, & ejus fit mentio in actis mediæ ætatis. Vide Cava.

METELLOBURGUM, ſeu Metelli caſtrum, *Midelburg*, urbs Belgii uniti, Zelandiæ provinciæ caput, & Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Ultrajectenſi, in Valachria inſula, vix uno milliari ab ora littorali diſſita. Urbs eſt permunita, ſub dominio provinciarum unitarum Belgii. Una leuca diſtans à Fleſſinga in ortum æſtivum, & 4. à Clauſulis, uti & 12. ab Antuerpia in occaſum æſtivum; eſtque emporium celebre, dicitur ſæpius Middelburgum. Vide ibi.

METENSE REGNUM, ſeu Regnum Auſtraſiæ, *le Royaume de Metz*, pars fuit ampla Galliæ, ſub prima Regum ſtirpe, ſic dicta ab ejus primaria urbe, in qua Reges Metenſes ſedem habebant, ſed hujus Regni fines perſæpe mutati ſunt, ut videre eſt in Scriptoribus illorum temporum. Vide etiam Auſtraſia.

METENSIS EPISCOPATUS, *l'Eveſché de Metz*, tractus Galliæ, ſic dictus quod antea ſuberat dominio Epiſcopi Metenſis, eſtque pro maxima parte intra fines Lotharingiæ inſertus, & ab eo feuda recognoſcunt plurimi Germaniæ Comites, teſte etiam

NNnn ij

Sprengero cum aliis, vocatur nunc ſæpius Metenſis tractus. Vide ibi.

METENSIS TRACTUS, *le païs Meſſin*, regiuncula eſt Galliæ, intra Lotharingiam inſerta, inter Lotharingiam nempe propriam ad ortum & Meridiem, Barrenſem Ducatum ad occaſum, & Luxemburgenſem Ducatum ad Septentrionem. Sic dicitur à Metis ejus urbe primaria; ſubeſtque dominio Regis Francorum ab anno 1552. cum antea eſſet in dominio Epiſcopi Metenſis. Ejus partes ſunt tres, nempe Vallis Metenſis, *le Val de Metz*, Inſula Metenſia, *l'Iſle de Metz*, inter Moſellam & Saliam, & Salinenſis ager, *le Saulnois* vulgo, & in his oppida ſunt Nomenium, Vicum, Marſalium, & Gorza, cum aliis.

METERCOSA, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis in Carpetania Ptolemæo, unde Trajanum Imperatorem ortum ferunt, nunc *Pedrazza de la Sierra*, vicus Caſtellæ veteris, 8. leucis ab Aranda in Meridiem Madritum verſus, teſte Moletio, & 3. à Sepulveda, in Diœceſi Segovienſi.

METHAMAUCUM, *Malamocco*, inſula Italiæ, in Veneta ditione, intra Adriatica ſtagna, ubi olim urbs Epiſcopalis ſub Patriarcha Gradenſi, ſed anno 1105. Epiſcopatus Foſſam Clodiam tranſlatus fuit, cum urbs terræmotibus & fluctibus maris ſubmerſa fuiſſet, cujus loco extructum fuit oppidum cognomine in eadem inſula, ubi portus ſatis tutus in Ducatu Veneto, 5. milliaribus à Venetiis diſtans in ortum æſtivum, contra Medoaci fluvii oſtia.

METHONA, urbs Macedoniæ in Magneſia tractu Straboni, Plinio, & Stephano, ſub Oeteis montibus, in cujus obſidione Philippus Rex unoculus factus eſt.

METHONE, urbs Peloponneſi, in ora meridionali Meſſeniæ Straboni, Plinio, & aliis, nunc *Modon*, Sophiano teſte, *Mutune* Turcis, teſte Leunclavio, urbs eſt etiamnum clara, & emporium celebre, in provincia *Belvedere* dicta, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Patracenſi, arcem habens permunitam, portumque ampliſſimum & tutum, eſtque valde culta, ſub dominio Turcarum jam à temporibus Baiazethi ſecundi, 15. mill. paſſ. diſtat à Corone in occaſum hybernum, uti 120. à Nauplia, 72. à Tænario promontorio in occaſum, & 120. à Patris in Meridiem, ejus meminit Valerius Flaccus libro 1. Argonaut.

METHONE, urbs Thraciæ Suidæ & Stephano, in Macedoniæ confinio fuiſſe videtur ex Demoſthenis Olynthiaca.

METHURIDES, inſulæ quatuor parvæ admodum in ſinu Saronico, inter Atticam & Æginam Plinio, quæ Methuriades Stephano.

METHYDRIUM, oppidum fuit Peloponneſi, in agro Megalopolitano, Xenophonte teſte.

METHYMNA, urbs Leſbi inſulæ, poſt Mitylenen primaria Plinio, in ora ad ortum, Cænidem oppidum Æoliæ verſus, inde 15. mill. paſſ. quot ab Arginuſis inſulis in Septentrionem. Hinc Methymnæus nomen gentis. Ejus meminit Silius libro 7.

METHINA ASIDONIA, *Medina Sidonia*, urbs Hiſpaniæ, in Vandalitia. Vide Aſindum.

METINA, inſulula Galliæ Narbonenſis Plinio, in ora maris Mediterranei, nunc Cluverius interpretatur *l'Iſle de Paſſon*, inſulam parvam Provinciæ, inter oſtium Orientale Rhodani *le Gras de Paſſon*, & Foſſam Marianam.

METINA, ſive Midina, *Medina*, urbs Melitæ inſulæ, in ejus meditullio & antea ejus caput, etiamnum ſatis culta in monte. Vide Melita.

METINA CAMPENSIS, *Medina del Campo*, oppidum Hiſpaniæ, in Regno Legionis, & in Camporum tractu, unde ei cognomen inditum ad aliorum differentiam, ſedet ad fluviolum *Zapardiel*, cum caſtro antiquo in limite Caſtellæ veteris, aliaſque amplum fuit, ſed nunc multum defecit, 8. leucis diſtans à Vallisoleto in Meridiem, uti 6. a Durio fluvio Abulam verſus 11. patria fuit Ferdinandi I. Aragoniæ Regis in eo nati anno 1380. uti Ferdinandi primi Imperatoris anno 1503. & in eo obiit Iſabella Caſtellæ Regina, & hæres annos 1504. die 26. Novembris. Hinc Metinenſes populi, *los Medineſes* vulgo.

METINA COELI, *Medina Celi*, oppidulum Caſtellæ veteris, in Hiſpania, in limite Aragoniæ, Ducatus perampli caput, in colle prope Salonem fluvium, 4. leucis a Seguntia in ortum Bilbilim verſus, cum caſtro; dicitur etiam Cœli Metina.

METINA POMARIA, *Medina de Pomar*, caſtrum Hiſpaniæ in Caſtella veteri, verſus Burgos urbem.

METINA, & Methymna Alnabia, quæ & Medina, *Medina-t'Alnabi*, id eſt civitas Prophetæ, urbs Arabiæ Petrææ, ad fluvium *Laakie*, antea Jatrib ſeu Jatreb dicta, Jatrippa Stephano, & Latrippa Ptolemæo, ſita eſt in planitie, 30 milliaribus à Mari Rubro in ortum, vicinos habens duos montes ad duas leucas, nempe *Obod* ad Septentrionem, & *Air* ad Meridiem, hic profugus a Meccenſibus Mahumetes Pſeudo-Propheta amice receptus fuit, & per aliquot annos ſubſtitit, quibus falſæ religionis ſuæ doctrinam publicavit, & tandem cum aſſeclis arma cœpit; inclareſcente autem Mahumetis nomine, hæc urbs Civitas Prophetæ, & ſimpliciter *Medina*, tanquam nomine proprio nuncupata fuit; vel quod hic primum Mahumetes obtinuit Principatum, vel quod ibidem vita functus anno ſalutis 637. & tumulatus ad templi quod urbis umbilicus eſt Orientale latus, teſte etiam Jacobo Gollio, cum aliis, ſuburbium habet ſatis amplum, itinere 10. dierum ſeu 200. milliaribus diſtans à Mecca in Septentrionem, & ejus portus ad mare Rubrum *Jambi* dicitur.

METINA FLUVII SICCI, *Medina de Rio Secco*, oppidum Hiſpaniæ ſatis cultum, in Regno Legionenſi, & in tractu Campenſi dicto, Ducatus titulo clarum in planitie, cum caſtro antiquo, undecim leucis Hiſpanicis a Pintia diſtans in occaſum æſtivum, & 5. à Palentia in occaſum, Senticam verſus 11.

METINA TURRIUM, *Medina de las Torres*, vicus Hiſpaniæ, cum caſtro in Extremadura provincia, & in ipſo limite Vandalitiæ, Ducatus titulo inſignitur Guzmaniæ gentis, eſtque in Pacenſi Diœceſe ad radices montium, vix 2. leucis à Zafra in Meridiem.

METINGOVIUS PAGUS, *le païs Meſſin*, ſic dictus fuit in media ætate Metenſis ager in Gallia, intra fines Ducatus Lotharingiæ inſertus. Vide Metenſis tractus.

METIS, urbs Galliæ, nunc *Metz*. Vide Metæ.

METITA, oppidum Armeniæ Minoris, in Lavinienſi Præfectura, teſte Ptolemæo, nunc *Maraſch*, urbs ampla & ſatis culta verſus Euphratem, caputque Præfecturæ cognominis, ſub Turcis.

METITÆ PRÆFECTURA, *le Beglierbeglic de Maraſch*, pars Armeniæ Minoris, nunc *Aladuli* dictæ ſub dominio Turcarum, dicitur etiam *le Beglierbeglic de Zulkadrie* à Turcis, & ab ea pendent tantum 4. Sangiacatus ſeu Præfecturæ minores, *Malatiah*, *Aſab*, *Kari*, & *Sanſad* dictæ, teſte Ricautio.

METOPON, promontorium Thraciæ, ad Boſphori fauces, & ad Cornu Byzantii in Septentrionem, cujus meminit Nicephorus, nunc *Acra Spandona* dicitur, teſte Gyllio.

METROPOLIS; urbs Lydiæ in Aſia minori Ptolemæo, Livio, & Dioni, ad Caiſtrum fluvium, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Epheſino, in ipſo limite Ioniæ, forſan nunc vicus *Cabagea* dictus, id eſt urbs magna, ut quidam exiſtimant, 20. mill. paſſ. diſtans ab Epheſo in ortum æſtivum, & 50. à Smyrna in ortum hybernum. Populi Metropolitæ Plinio.

METROPOLIS, urbs Phrygiæ magnæ, ad Mæandrum fluvium Ptolemæo, & Stephano, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Antiochiæ Piſidiæ, a qua diſtat 60. milliaribus in occaſum æſtivum.

METROPOLIS, urbs Theſſaliæ, inter Gomphos & Pharſalum, a Cæſare memorata, & à Procopio.

METROPOLIS, urbs fuit Sarmatiæ Europææ, teſte Ptolemæo. Decem hujus nominis urbes numerat Stephanus.

METUBARRSS, inſula Pannoniæ in Savia regione, intra Savum fluvium Plinio, nunc creditur *Colubara* inſula Serviæ regionis, in ipſo limite Boſniæ, ſub dominio Turcarum, extenditur ad 36. teſte Antonio Verancio Sibenzano Archiepiſcopo Strigoniensi, eſtque inter confluentes Drini fluvii, in Savum ad occaſum, & Belgradum ad ortum, & in ea ineſt oppidum *Saba* dictum.

METULUM, *Meſle*, oppidum Galliæ in Pictavenſi provincia, ad fontes Volrumnæ fluvii, 12. leucis à Pictavio diſtans in Meridiem.

METULUM, oppidum Japodum Straboni, & Dioni, nunc Laxio, eſt *Troia*, caſtrum Cilleienſis Comitatus, ad Savum fluvium: ſed aliis omnibus eſt *Metling*, oppidum amplum Carniolæ provinciæ Germaniæ, in tractu Vindorum Marchia dicto, ſub dominio Imperatoris, uti Archiducis Auſtriæ, in limite Croatiæ, vix 3. mill. paſſ. a Colapi fluvio diſſitum in occaſum, uti 10. à Caroloſtadio Lugeam paludem verſus 20. & a mari Adriatico 25. in Septentrionem.

METYMNA, urbs Leſbi inſulæ Straboni. Vide Methymna.

MEVANIA, urbs Italiæ in Umbria Straboni, Tacito, & aliis, olimque Epiſcopalis, in via Flaminia occurrens, nunc *Bevagna*, oppidum Umbriæ, teſte Leandro, in ditione Summi Pontificis, ad Clitumnum fluvium, ſex milliaribus diſtans a Fulginio in occaſum, uti 13. a Spoleto, patria fuit Propertii, & ejus meminit Lucanus libro 1.

MEVATUM REGNUM, *le Royaume de Mevat*, Regio Indiæ propriæ in Imperio Magni Mogolis, in ejus parte trans Gangem, ſed juxta Gangem fluvium, & prope Bengalam Regnum, oppidum habens primarium *Narval* dictum.

MEVONIOLA, pagus Æmiliæ, teſte Goltzio ex veteri inſcriptione, nunc *Galeate*, pagus Romandiolæ, in ditione Eccleſiæ, 10. milliaribus à Foro-Livii diſtans, & 20. à Ceſena.

MEURSIA, *Meurs*, oppidum parvum Germaniæ, in Ducatu Clivenſi, quanquam ſit intra limites ditionis Colonienſis, ſub dominio Principis Arauſionenſis, cum regiuncula ſeu Comitatu adjacente, ex quo ultima hæres & Comitiſſa Meurſiana Nevenarii Comitis vidua, hunc Comitatum legavit anno 1600. Mauritio Principi Arauſionenſi, cujus pronepoti etiamnum ſubeſt. quanquam prætendatur à Brandeburgico Electore ut feudum Clivenſe jure caduci, dicitur etiam Morſia & Murſa, & 2. milliaribus Germanicis diſtat à Rhenoberga in Meridiem, & uno tantum à Rheno fluvio.

MEXATUM, *Mexat*, urbs Regni Perſiæ in Choraſania regione, intra montes, verſus Heratum urbem.

MEXICANA, *la Mexicana* & *el Meſſico*, Regio perampla Americæ Septentrionalis, ſic dicta à Mexicano Regno alias ejus primario, ſive à Mexico ejus urbe præcipua, quæ hodie aliter & ſæpius vocatur ab Hiſpanis & aliis Nova Hiſpania *la nueva Eſpaña* vulgo, ab ejus potiori Regione. Vide Nova Hiſpania.

MEXICANA, etiam dicitur provincia Novæ Hiſpaniæ, inter provincias Tlaſcalam ad ortum, Mechoacanam ad occaſum, Panucum ad Septentrionem, & mare Pacificum ad Meridiem, *el Mexico* vulgo. Ejus longitudo à Septentrione in Auſtrum eſt 110. leucarum Hiſpanicarum, latitudo autem eſt 50. leucarum. Sic dicitur à Mexico urbe primaria Novæ Hiſpaniæ, & vocatur etiam ſæpe Themiſtania provincia ab indigenis.

MEXICANA AMERICA, ſic dicitur America Septentrionalis à Mexicana regione ipſius præcipua. Vide America.

MEXICANUM MARE, *il mar de Mexico* Hiſpanis, pars eſt maris Borealis in America, quæ aliter & ſæpius dicitur ſinus Mexicanus, vulgo *il Golfa de Mexico.* Vide Mexicanus ſinus.

MAXICANUM REGNUM, *el Reyno de Mexico* Hiſpanis, *le Mexique*, ſeu etiam *le Mechique* aliquando Gallis, Regio præcipua Americæ Septentrionalis, & alias Regnum potentiſſimum, pars eſt ampla Novæ Hiſpaniæ verſus Mexicum urbem, regionis primariam, inter mare Boreale ſeu ſinum Mexicanum ad ortum, & mare Pacificum ſeu Auſtrinum ad Maridiem, ſub Hiſpanis.

MEXICANUM REGNUM NOVUM, *el Nuevo Reyno de Mexico* Hiſpanis, *le nouveau Mexique* Gallis, Regio ampla Americæ Septentrionalis. Vide Novum Regnum Mexicanum.

MEXICANUS LACUS, *la Laguna de Mexico* Hiſpanis, *le Lac de Mexique* Gallis. Lacus Americæ Septentrionalis in Nova Hiſpania, & in provincia Mexicana proprie dicta, duplex eſt ſive bifariam diviſus, ex quibus unus dulcis, cujus aqua potabilis, extenditur ad ſeptem leucas in longum, ejus latitudo eſt ſex leucarum, circuitus autem eſt 20. leucarum: alter vero Salſus, cujus aqua amara, ejuſdem fere eſt magnitudinis, ſicque ejus circuitus eſt 49. leucarum circiter, illum circumſtabant, antea 60. urbes ſive oppida probe culta, nunc autem ei adjacent tantum 6. oppida, & 30. vici, ex quo Hiſpani incolas harum partium maximis cladibus affecerunt, & quotidie etiam ipſos durius vexant.

MEXICANUS SINUS, *le Golfe de Mexique* Gallis, *el Golfo de Mexico* Hiſpanis, pars maris Borealis, in America Septentrionali, verſus oram Mexicanæ ſeu Novæ Hiſpaniæ extenſus, uti & intra Floridam & Yucataniam provincias & Cubam inſulam.

MEXICANUS OCEANUS, *l'Ocean de Mexique*, pars ampla Oceani Septentrionalis in America, verſus Novam Hiſpaniam & Floridam, dicitur ſæpius Mexicanus ſinus, & Mexicanum mare. Vide ibi.

MEXICUM, *Mexico* Hiſpanis, quaſi fons, *Temuchtitlan* incolis, id eſt fructus Petræ, *Mexique* Gallis, & *Meſſico* Italis, urbs totius Americæ ampliſſima, cultiſſima, & præcipua, in America Septentrionali, regionis cognominis, & Novæ Hiſpaniæ caput, ſedeſque Proregis Hiſpani, cum ſupremo tribunali, vulgo *la Audiencia Real*, & Academia erecta anno 1551. a Carolo V. & ſtabilita anno 1553. Archiepiſcopali etiam dignitate fulget, cui ſuffragantur Epiſcopi Angelopolis, Guaxacæ, Mechoacani, Novæ Galitiæ, Chiapæ, Nicaraguæ, Yucataniæ, Guatimalæ, Veræ Pacis, & Durangi ſive Novæ Biſcaiæ, uti & Novi Mexici ab anno 1635. Sedet

hæc urbs in ora lacus cognominis, eſtque tota in planitie amœniſſima, & pro parte à lacu circumdata. Extructa fuit anno 1322. ut narrant incolæ, ſive anno 902. ut credunt Hiſpani ex eorum hiſtoriis, fuitque ſedes Regum Mexicanorum, & habebat Palatium Regium peramplum atque ſplendidum, *Tepac* vulgo dictum, cum plurimis templis, in quibus eminebat primarium, ſed incenſum fuit ab Hiſpanis cum maxima parte urbis, quando expugnata & fere deleta fuit ab ipſis poſt longam obſidionem, die Martis 13. Auguſti anno 1521. ſub Ferdinando *Cortez* eorum Duce, à quo poſtea de novo reſtaurata fuit; ſicque ab eo tempore ſubeſt dominio Regis Hiſpaniæ cum tota regione, ejus Eccleſiæ ſunt pulcherrimæ, viæ latiſſimæ, & omnes æquales, ædificia publica ſuperbiſſima, cum aquæductu trium millium paſſ. nempe à *Chapultepec* deducto, ſed pulcherrimo, & inter ædificia publica eminent Eccleſia Metropolitana, Palatium Regium; & Palatium Marchionis de Valle è Corteſia gente, habetque tantum tres Parrochias, ſed plurima utriuſque ſexus Monaſteria, & de his omnibus pluribus ſcripſit Joannes de Turre-Cremata in ſuo opere de Monarchia Indica. ſed urbs ipſa moris caret, portis, & vallis. nulla etiam habens tormenta bellica, & primum ſede Epiſcopali inſignita fuit anno 1527. à Clemente VII. & poſtea Archiepiſcopalis effecta anno 1547. à Paulo III. Pontifice Maximo, eratque antea in loco humili, ita ut ſæpe aquis lacus malè haberetur, ſed nunc aggeribus contra ejus impetus ſatis tuta eſt, & aqua lacus tantiſper minuit, ex quo immenſo labore & ſumptu alio deducta, inter montes ſe exonerat, & ad hanc urbem aditus patet tantum tribus viis ſive aggeribus oblongis, uno ad occaſum, ſecundo ad Septentrionem, & tertio oblongiori ad Meridiem, ut pluribus ſcribit Thomas *Gage* Anglus, qui illas partes luſtravit, ſed peſſime habita fuit hæc urbs aquarum lacus inundatione, die 21. Septembris 1629. ex qua periere 40000. incolarum: nunc vero in dies reparatur, & in ea obiit die 2. Decembris 1547. Ferdinandus Corteſius anno ætatis 63. qui eam expugnarat, & omnem novam Hiſpaniam Hiſpanici juris fecerat, diſtat vero 80. leucis Hiſpanicis a Portu Veræ-Crucis, & ab ora maris Borealis in occaſum, Guadalajaram verſus totidem, uti ab Acapulco ad mare Pacificum ſive Auſtrinum in Septentrionem, verſus Fanum Sancti Fidei Novi Mexici 500. circiter, à Guatimala vero 300. leucis in occaſum æſtivum, hinc Mexicani populi *los Mexicanos*, ſive etiam *los Mexicicos* Hiſpanis, *les Mexicains* Gallis, *li Meſſicani* Italis, & *The Meſſicans* Anglis.

MEXICUM NOVUM, *el nuevo Mexico*, Regio ampla Americæ Septentrionalis, ſub Hiſpanis, quæ ſæpius Novum Regnum Mexicanum dicitur. Vide ibi.

MAZZABA. *le MezZaba*, tractus Africæ, in regione Biledulgeridia, cum urbe cognomine, Marmolio teſte, juxta fluvium Majorem, & inter Zebum regionem ad ortum, & Teg[illegible]rinam ad occaſum.

MIACUM, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, Antonino, inter Segobiam 19. & Titulciam 24. mill. paſſ. occurrens, nunc *Cercedilla*, vicus Caſtellæ novæ quibuſdam.

MIARIUS, *le Miary*, fluvius ingens Americæ in parte ſeptentrionali Braſiliæ, ubi in mare Boreale ſe exonerat juxta Marananam inſulam, teſte Laëtio.

MIASANA, Armeniæ urbs verſus Syriam, teſte Antonino.

MIAE, populi Libyæ interioris, in Meridiem vergentes, Æthiopibus & Nigritis proximi. Silius libro 3. eorum meminit.

MICALIA, *la Michaille*, tractus parvus Galliæ in Beugeſia provincia, & una ex ejus tribus partibus, inter Rhodanum fluvium & montes, ſeu inter Siſſum oppidum & Caſtillionem Micaliæ dictum.

MICAVÆ REGNUM, *le Royaume de Micava*, Regnum Japoniæ in Quantoa regione, inter Vovatium Regnum ad occaſum, & Tatomum od ortum, in limite Jetſengæ regionis, oppidum habens primarium cognomine, teſtibus Cardino, & Brierio.

MICHAELIA, ſeu inſula Sancti Michaëlis, *la Ilha de San Miguel*, inſula maris Atlantici, & una ex Aſſoribus ſeu Terciis, ut vocant, ſub dominio Luſitanorum, 28. leucis diſtat à Tertia inſula in ortum hybernum; ejuſque circuitus eſt 32. leucarum. Ejus oppida ſunt *la Punta delgada*, inſulæ primarium Francopolis *Villa-Franca*, & Fanum Sancti Antonii, *Sant Antonio*.

MICHAELIA, *la Iſla de San Miguel*, inſula Oceani Indici, verſus Bornei inſulam. Vide inſula Sancti Michaelis.

MICHAELIA, *l'Iſola di San Michele*, inſula maris Adriatici, in ora Dalmatiæ, quæ ab aliis dicitur *Ugliana*. Via 3. milliaribus diſtat à Jadera, extenditurque ad 14. mill. paſſ. circiter, ſub dominio Venetæ Reipublicæ.

MICHAELOPOLIS, *San Miguel*, cognomento *del Eſtero*, urbs Americæ Meridionalis, Tucumaniæ regionis caput, & Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo de Plata. Vide Fanum Sancti Michaelis.

MICHAELOPOLIS, ſeu Archangelopolis, *Saint Michel Archangel*, ſeu *l'Arcangel*, urbs ampla, & emporium celebre Moſcoviæ Septentrionalis. Sedet ad oſtium Duinæ fluvii in mare Album, & fœdo conflagravit incendio anno 1669. Vide Archangelopolis.

MICHAELOPOLIS, *Saint Michel* Gallis, *Saint Michaels* Anglis, oppidum recens Americæ, in inſula Barbata una ex Antillis in mari Septentrionali, ab Anglis exſtructum, dictum fuit antea Pons, vulgo *Bridge towne* incolis, eſtque in parte occidentali inſulæ, ubi tendit ad Meridiem, & totius inſulæ præcipuum cum portu capaci & tuto, & arce.

MICHAELOPOLIS, *San Miguel*, oppidum Novæ Hiſpaniæ, in Guatimala provincia, & in ora maris Auſtrini, ad oſtia fluvii Lempæ, ſub Hiſpanis. Vide Fanum Sancti Michaëlis.

MICHAELOPOLIS, *San Miguel*, urbs Americæ Septentrionalis, in Nova Hiſpania. Dicitur aliter Fanum Sanctis Michaelis; eſtque in Mechoacana provincia.

MICHAELOPOLIS, *San Miguel*, urbs Americæ Meridionalis, quæ antea *Chila* dicta ab incolis, in Peruа, & in Quitoa regione, in valle Piura, 120. leucis diſtat a Quito in Meridiem, & 20. ab ora maris Pacifici. Satis eſt culta, & prima excitata fuit ab Hiſpanis in Perua.

MICHALIA, *la Michaille*, tractus parvus Galliæ in Beugeſia. Vide Micalia.

MICHOVIA, ſeu Michclovia, tractus Poloniæ Regni, & una ex duodecim partibus antiquis Pruſſiæ, ubi nunc pars Pruſſiæ Regiæ, inter Culmigeriam tractum, Hockerium Circulum Pruſſiæ Ducalis, & Cujaviam provinciam, & nomen habuit à Michovia caſtro hujus tractus.

MICIACUM. & Miciacenſe monaſterium S. Maximini, vulgo *Saint Meſmin*, ſeu etiam *Saint Meſmin de Micy*. Abbatia Galliæ, in Aurelianenſi provincia, ad Ligerulum fluvium, 2. leucis ab Aureliano in occaſum.

MICISLAVIA, *Mciſlaw*, urbs Regni Poloniæ, in Lithuaniæ Magno Ducatu, quæ aliter Mciſlavia dicitur *Mciſlaw*, ſedet ad fluvium *SoZ*, in ipſo limi-

Digitized by Google

te Moſcoviæ, eſtque caput Palatinatus ſeu Præfecturæ cognominis. Vide Mciſlavia.

MIGDLUS, mons ſeu promontorium Dalmatiæ, in ora prope Jaderam, vulgo *la Ponta Micha*, teſte Joanne Lucio Traguríenſi.

MIDAIUM, urbs Phrygiæ magnæ in Aſia minori Ptolemæo, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Synnadenſi, nunc *Midelli*, ſi Theveto credimus. Dorylæo & Synao urbibus proxima, & ad Sangarium fluvium ſita. Hinc Midæi populi Plinio.

MIDEA, ſeu Midia, oppidum Bœotiæ in Græcia, ad lacum Copaidem, & prope Orchomenum Straboni.

MIDELBURGUM, *l'Iſle de Midelbourg*, inſula parva maris Indici, in ora Taprobanæ inſulæ ſive Ceylani, prope ſinum Jafanapatani, & in Manario Freto, ſic dicta à Belgis confœderatis à paucis annis.

MIDELBURGUM, ſeu etiam Metelloburgum, *Midelburg*, urbs Belgii uniti, Comitatus Zelandiæ primaria, in Valachria inſula, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Ultrajectino ab anno 1559. Diſtat uno milliari ab ora littorali; eſtque munitiſſima, & probe culta, ſub dominio provinciarum confœderatarum Belgii ab anno 1574. quo ab ipſis eapugnata fuit, cum per annum ferè obſeſſa fuiſſet, eſtque emporium celebre, una leuca diſtans à Fleſſinga in ortum æſtivum, uti 4. à Clauſulis.

MIDELBURGUM, *Midelburg*, oppidulum Belgii, in Flandria, prope Clauſulas, in ditione Provinciarum Belgii uniti, 2. leucis à Brugis diſtans.

MIDEA, oppidum Peloponneſi in Argia, prope Naupliam urbem, teſte Strabone.

MIDIA, *Midh* indigenis, *Meath* Anglis, qui *Meth* pronunciant, tractus Hiberniæ inſulæ in Lagenia provincia, quamquam ab aliquibus ſumatur aliquando pro quinta provincia Hiberniæ, eſtque duplex, nempe Midiæ Comitatus, & Midiæ Occidentalis Comitatus, dicitur etiam Media à quibuſdam, cujus caput eſt Trimma, eſtque Epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Armachano, & erant olim in hoc tractu plures Epiſcopatus, nempe Clonardenſis, Damleagenſis, Kenliſenſis, Trimmenſis, Ardbaccanenſis, Donshaghlinenſis, & Slanenſis, qui omnes, exceptis Damleagenſi & Kenliſenſi ſive Kenanuſenſi coaluerunt, & iis communis ſedes Clonardæ conſtituta fuit ante annum 1150. ſed poſtea duæ illæ ſedes, Damleagenſis nempe & Kenliſenſis eandem aleam ſubiectunt, & Epiſcopatus Midenſis dictus fuit, teſte Waræo.

MIDIÆ COMITATUS, qui aliquando ſed raro, vocatur Midiæ Orientalis Comitatus; *Cunntae na Midh* incolis, *the County of Meath* Anglis, tractus Hiberniæ in Lagenia provincia, inter Comitatus Luthenſem, & Monaghanum ad Septentrionem, Longofordienſem, & Midiæ Occidentalis Comitatus ad occaſum, Kildarienſem ad Meridiem, & Dublinenſem, atque Hibernicum mare ad ortum, vocatur etiam *Eaſt Meath* aliquando ab Anglis, quaſi Orientalis, quod magis verſus ortum extenditur, & ejus caput eſt Trimma, teſte Waræo.

MIDIÆ OCCIDANTALIS COMITATUS, *Cunntae Iair Midh* incolis, *the County of Weſt-Meath* Anglis, tractus Hiberniæ in Lagenia provincia, in mediterraneis, cujus termini ſunt ad ortum Midiæ Comitatus ſive Midia propria, ad Septentrionem & occaſum Longofordienſis & Roſcomenſis Comitatus, & ad Meridiem Regis Comitatus: ſic dicitur quod pars ſit Occidentalis Midiæ, & ejus caput eſt Molingaria.

MIDIÆ ORIENTALIS COMITATUS, tractus Hiberniæ inſulæ in Lagenia provincia, qui ſæpius, & melius dicitur Midiæ Comitatus. Vide ibi.

MIDILA, Africæ propriæ civitas, divis Auguſtino & Cypriano, item Concilio Carthaginenſi.

MIDLESEXIA, quaſi media Saxonia, *Midleſexſhire* incolis, *le Comté de Midleſex* Gallis, provincia parva Angliæ, cujus præcipua urbs Londinum, totius Regni caput & primaria, ad Tameſim fluvium. Vix extenditur hæc provincia ad 15. milliaria Anglica Terminaturque a Septentrione Harrfordia Comitatu, ab Oriente Eſſexia, ab Occidente Buckingamia, & à Meridie Surreia provincia, à qua ſeparatur Tameſi fluvio, in eo tractu fuere olim Trinobantes populi ex parte, poſteaque pars fuit Regni Saxonum Orientalium,

MIDORIUS, *le Midoux*, fluvius Galliæ in Vaſconia, oritur in Armeniaco Comitatu, deinde per Martianum agrum fluens in occaſum, inibi montem Martiani rigat, Douſamque recipit, & tandem infra Tartaſſium urbem in Aturum ſe exonerat.

MIEZA, oppidum Macedoniæ Plinio, quod Mycza Ptolemæo, & Strymonium Stephano, à Miezia filia Beretis nomen habens, nunc *Strumona*, prope Stagiram oppidum.

MIGIRPA, urbs Epiſcopalis Africæ propriæ, teſtibus Divo Auguſtino & Victore Uticenſi.

MIGLIASCA, *Migliaska*, fluvius Boſniæ Sataium rigat, & deinde in Boſnam ſe exonerat, teſte Livio.

MIJARUM TRACTUS, *los Mijes*, provincia parva Novæ Hiſpaniæ in Mexicana regione, inter montes de *Tatoncay* & *Cempoaltepec* dictos, in confinio Huaxacæ & tractus Zapotecarum.

MILATTUM, *Milazo*, oppidum Siciliæ inſulæ in provincia Demonæ, & in agro Meſſanenſi, cum caſtro & portu in ora ſeptentrionali inſulæ, olim Mylæ dictum fuit. Vide ibi.

MILESII, populi Ioniæ, in confinio Cariæ, multarum urbium conditores, teſte Strabone, quorum urbs eſt Miletus: Mileſius etiam nomen gentis Virgilio libro 3. Georgicorum.

MILESIORUM MURUS, locus Ægypti, circa Bolbiricum oſtium Nili, teſte Strabone.

MILETOPOLIS, urbs Myſiæ, in Aſia minori, & in Bithyniæ confinio Straboni, ad Artyniam ſtagnum, ex quo Rhyndacus fluvius effluit, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Cyziceno, nunc etiam *Militopoli* dicta.

MILETUS, Ioniæ urbs in Aſia minori, Plinio, Stephano, & Euſtathio teſtibus, à Mileto conditore dicta, & anno mundi 2953. condita, ut narrant, olimque Pithyuſa, Anactoria, & Lelegis dicta, teſte Plinio, Cadmi patria, & Apollinis oraculo clara, nunc *Melaſſo* dicta, teſtibus Zardo, & Moletio, ſed aliis recentioribus, & Ricautio teſte, eſt *Palatſchia*, vicus fere in ruinis jacens, cum *Melaſſo* ab eis pro Mylaſa ſumatur, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Myrenſi, prope oram maris Ægei, & verſus limites Cariæ; eſtque tantum vicus ſub dominio Turcarum, 15. mill. paſſibus diſtans ab oſtio Mæandri fluvii in Meridiem, uti 60. à Smyrna Halycarnaſſum verſus, arcem habens antea munitam. Ejus meminit Ovidius libro 3. Triſtium. Hinc Mileſii populi.

MILETUS, *Melito*, urbs parva Regni Neapolitani in Calabria Ulteriori, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Rhegino, ſed ab ejus juriſdictione immunis, quo ſedes Epiſcopalis Tauriani tranſlata fuit à Gregorio VII. Pontifice Maximo anno 1075. uti & ſedes Hipponii, olim Melita dicta à Cicerone, ut exiſtimat Barrius, fere media eſt, inter Conſentiam ad Septentrionem, & Rhegium ad Meridiem, 5. milliaribus diſtans ab Hipponio in Meridiem, & 7.

à Nicotera in ortum, uti ab ora maris Tyrrheni Sorianum verſus totidem; deficitque in dies, præſertim ex quo peſſime habita fuit terræmotu anno 1638.

Milevum, urbs Africæ propriæ Antonino, quæ Milevis Divo Auguſtino, & Victori Uticenſi, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Carthaginenſi, ubi Concilium Mileviranum habitum eſt, nunc *Mela*, oppidulum Regni Tunetani, 30. mill. paſſ. à Cirta Sitifim verſus, ut quidam recentiores exiſtimant.

Milfordia, *Milford* indigenis, *le port de Milford* Gallis, portus ampliſſimus & ſecuriſſimus Angliæ, in Wallia Meridionali & Comitatu Penbrochienſi, ad mare Hibernicum, cum duobus caſtris, 4. tantum milliaribus diſtans à Penbrochio urbe in occaſum, teſte Speedo.

Miliars, ſive ut alii legunt Muliare, fluvius Daciæ, Jornandi, nunc *Mulbach*, fluvius per Tranſſylvaniam fluens, teſte Lazio ex conjectura.

Milliacum, *Milly* cognomento *en Gaſtinois*, oppidum Galliæ in Præfectura Inſulæ Franciæ, & in Vaſtinio tractu, 12. leucis diſtat à Pariſiis in Meridiem, 2. à Fontebellaqueo, & 5. à Meloduno in occaſum, caſtrum habens antiquum, eſtque juxta amnem *l'Ecolle* dictum.

Millialdum, ſive & ſæpius Amilhanum, *Millaud*, urbs Galliæ aliàs munita Ruthenenſis provinciæ, in Aquitania, ad Tarnum fluvium. Vide Amilhanum.

Milopotamos, *Milopotamo*, caſtrum munitum Cretæ inſulæ, cum vico & portu, in ora ſeptentrionali inſulæ, in territorio Rithymni, Epiſcopali ſede inſignitum eſt ſub Archiepiſcopo Candiæ, & olim Miletus dictum, ut quidam exiſtimant, 25. milliaribus diſtat à Rithymno in ortum, & 30. à Candia urbe in occaſum, prope oſtia Arcadii fluvii, parvi, ſub dominio Turcarum ab aliquot annis.

Milvios Pons, *il Ponte Molle*, unus ex Romæ pontibus ad Tiberim fluvium, ab urbe 2. mil. diſtans; unde incipit Via Flaminia, ad hunc pugnans Maxentius contra Conſtantinum victus & oppreſſus fuit, ejus meminit Claudianus in 6. Conſulatu Honorii.

Milyas, urbs Pamphyliæ mediterranea Ptolemæo, & Polybio, in Carbalia regione, *Milia* adhuc dicta, ſed exciſa, apud Termeſſum. Populi Milyæ Straboni, Plinio, & Herodoto.

Mimalacæ Regnum, *le Royaume de Mimalaca*, Regnum ſeu provincia Japoniæ, in Jamaiſtera regione & in mediterraneis, inter Foquium Regnum, Inabam, Bigenum, & Bitchum, oppidum habens primarium cognomine, teſte Cardino.

Mimas, mons & promontorium Ioniæ, in Aſia minori, Colophoni urbi vicinus Ciceroni, & Straboni, *il Capo Stillari* nunc, teſte Nigro, in mare Ægeum & ſinum Ionium excurrens contra Chium inſulam.

Mimas, mons Thraciæ, ab Ariſtophane & Ovidio memoratus.

Mimatum, ſeu Mimate, *Mande*, urbs Galliæ alias in Aquitania, nunc in Occitania, Gabalorum caput, verſus Cemenos montes & fontes Oldæ fluvii, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Albigenſi, & Anderitum ſeu Gabalum dicitur à quibuſdam, ſed revera diſtat quatuor leucis à ruderibus Anderiti, ubi nunc vicus ineſt *Javoux* dictus, teſte Catello, & crevit ex ejus ruinis, cum antea eſſet tantum vicus ad montis Gredonenſis radices, ubi hodie ſita eſt, & ubi occubuit S. Privatus Martyr, 10. leucis diſtat à Floriopoli in ortum hybernum, uti ab Anicio, & 14. à Rutenis in ortum, eſtque in tractu montuoſo ſed feraci.

Mimeni, populi Galliæ Narbonenſis Ptolemæo, qui Memini Plinio, in Provincia, juxta Druentiam fluvium, inter Caturiges ad Septentrionem, Sontios ad ortum, & Salies ad Meridiem, & occaſum, eorum urbs erat Seguſtero, ſicque erant ubi nunc pars ſuperior Provinciæ verſus Delphinatum, & Diœceſis Siſtaricenſis, teſte Dalechampio.

Mimenus, *Niemen*, fluvius Poloniæ Regni in Lithuania, oritur in Minſcenſi Palatinatu, deinde per Novogrodenſem & Trocenſem Palatinatus fluens, Grodnam & Coonam rigat, hinc receptis Vilna & aliis fluviis, per Samogitiam labitur, ubi *Memel* dicitur: poſteaque per partem ſeptentrionalem Pruſſiæ Ducalis, ubi Ruſna vocatur, *Ruſſ*, tandem 5. oſtiis præcipuis in Sinum Curonenſem ſe exonerat.

Mina, ſeu arx Sancti Georgii de Mina, *S. George de Mina* Gallis, ſeu *la Mine*, arx Africæ, in Guinea regione, & in ora aurea dicta; eſtque permonita, in colle, cum portu capaci, ſub dominio Belgarum ab anno 1637. cum alias Galli ibi habuerint coloniam ab anno 1383. & Luſitani ibi poſtea exſtruxerint arcem anno 1482. Vide Arx Sancti Georgii de Mina.

Minace, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ ad mare Mediterraneum, teſte Avieno, quid ſit hodie non conſtat.

Minæi, populi Arabiæ felicis, Atramitis & Sabæis proximi, apud oram maris Rubri Plinio. Quorum metropolis Carna nomen retinet, eorum meminit Dionyſius Afer.

Minagara, urbs Indiæ intra Gangem Ptolemæo, in ora littorali, quam *Maciopatan* interpretatur Caſtaldus, ſed levi conjectura tantum.

Minariacum, oppidum Galliæ Belgicæ, quod ab aliis Menariacum dicitur. Vide ibi.

Minarii, montes Britanniæ majoris excelſi, qui incolis nunc *Mendip hills* dicuntur, in Anglia, & in Comitatu Somerſettenſi.

Minaticum, Galliæ Belgicæ urbs Antonino, quid ſit non conſtat: Nintiacum pro eo legi, in tabula Peutingeriana viſum Marco Velſero, forſan Minariacum, & Menariacum. Vide ibi.

Mincius, *il Menzo*, fluvius Italiæ in Longobardia, è Benaco lacu erumpens ad Piſcariam arcem in ditione Venetorum, deinde per Mantuanum Ducatum fluens, Mantuanum lacum efficit, Mantuamque urbem rigat, & deinde in Padum ſe exonerat ad Saccettam, eſtque clariſſimus, ejus meminit inter alios Claudianus de 6. Conſulatu Honorii.

Minda, *Minden* incolis, *Minde* Gallis, urbs Germaniæ in Weſtphalia, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Colonienſi, atque Imperialis ſeu libera, & ſui juris, uti & Hanzeatica, Epiſcopali ſede inſignita fuit anno 780. eſtque ſatis parva & munita, ad Viſurgim fluvium, 9. milliaribus Germanicis diſtans ab Oſnabrugo in ortum, Hannoveram verſus 10. & 12. à Ferda in Meridiem, & ejus Epiſcopi Confeſſioni Auguſtanæ addicti erant ab anno 1582.

Mindana, *Mindanao* Luſitanis, & *Mindano* aliis, inſula ampla Aſiæ, in mari Indico, & una ex Philippinis, alias ſub dominio Hiſpanorum, nunc autem ſui juris. Media eſt inter inſulas Manilam ad Septentrionem, & Gilolum ad Meridiem; extenditurque ad 400. mill. paſſ. ab ortu in occaſum. Dividitur in tres partes ſeu inſulas, quarum media proprie Mindana dicitur, quæ ad occaſum Canola, & quæ ad ortum inſula Sancti Joannis, quæ ei adjacent, & anguſto freto ſeparantur. Ejus urbes ſunt Mindana, *Mindano*, Saraga, *Sarago*, Lomeatona, *Lomeaton*, Dapitum, *Dapito*, & Canola, *Canola*, hinc Mindani populi *los Mindanos* Hiſpanis.

Mindana, *Mindano*, urbs Indiæ, inſulæ cognominis

cognominis caput, in ora meridiooali, cum portu commodo. Dicitur à quibuſdam *Tabouc*, eſtque urbs ampla & munita.

Mindelnamum, *Mindelheim*, oppidum Germaniæ in Suevia, cum arce, ſubeſt dominio Electoris Bavariæ à paucis annis, cum tractu adjacente, eſtque ad Mindelam fluviolum, 4. milliaribus Germanicis a Memminga in ortum æſtivum.

Mindensis Principatus, *das Furſtenthumb von Minden* incolis, tractus Germaniæ, in Weſtphalia, alias ſub dominio proprii Epiſcopi, nunc autem ſubeſt Electori Brandeburgico pace Weſtphalica. Terminatur à Septentrione Comitatu Hoiæ, ab ortu Schaumbergenſi Comitatu, uti Ravenſpergenſi à Meridie, ab occaſu autem Epiſcopatu Oſnabrucenſi. Sed vix extenditur ad 30. mill. paſſ. & ejus præcipua urbs eſt Minda, quæ tamen ab ipſo vix pendat, cum libera ſit.

Mindonia, ſive Miodon, Ocelum antiquitus credita, nunc *Mondoñedo*, urbecula Hiſpaniæ in Gallæcia, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Compoſtellano, Bretoniæ urbi proximæ exciſæ ſubrogata, 4. leucis diſtat ab ora Oceani Cantabrici in Meridiem, Lucum verſus 8. & 6. à Ribadeo in occaſum Corunnam verſus, eſtque in valle dicta *Valdeabria*, & *Villamayor de los montes* alias vocata fuit, ſed parva eſt admodum & male culta intra montes, ad fluviolos, *Valinadares* & *Sixto* dictos, hinc Mindonienſis nomen gentis.

Mindora, *Mindora*, inſula Oceani Indici, & una ex Philippinis inſulis, ad Meridiem Manilæ inſulæ, à qua tantùm freto 30. mill. paſſ. ſeparatur; & ſubeſt dominio Hiſpanorum. Extenditurque ad centum mill. paſſ.

Mindora, *Mindora*, ſive etiam *Mindoro* Hiſpanis, urbs Indiæ in Mindora inſula, una ex Philippinis, in parte ſeptentriooali inſulæ, cum portu capaci è regione Manilæ inſulæ, & juxta fretum Mindoræ.

Mindoræ Fretum, *el Eſtrecho de Mindora* Hiſpanis, fretum Oceani Indici, inter Manilam & Mindoram inſulas Aſiæ, in Philippinis. Vide Fretum Mindoræ.

Minerva, *Menerbe*, caſtrum Galliæ in Occitania inferiori, & in Dioceſi S. Poorii ad radices montium, vix 3. leucis à Pontiopoli in Meridiem, & 6. à Carcaſſona in ortum æſtivum, hinc tractus adjacens dicitur Minervenſis, *le Menerbez* vulgo.

Minervæ Ara, ſeu Are ſimpliciter, inſula ſinus Arabici in ora Arabiæ fœlicis, nunc *Chifale* videtur ex tabulis, teſte Ortelio.

Minervæ Castrom, oppidum Magnæ Græciæ, circa Locros Varroni, poſtea Crypteria, nunc *Grottaria*, caſtrum Calabriæ ulterioris, teſte Barrio, quaſi Crypta aurea, prope Locros & oram maris Ionii, 8. milliaribus ab Hieracio in Septentrionem.

Minervæ Promontorium, Campaniæ promontorium in Italia, in ipſo limite Picentinorum Straboni, & Plinio, nunc *il Capo Campanella* dictum, in Principatu citeriori, maxime extenditur inter ſinus Neapolitanum & Salernitanum, in ora maris Tyrrheni verſus Capreas inſulam, à qua diſtat tantum 4. milliaribus, 6. à Surrento in occaſum hybernum, 22. à Neapoli in Meridiem, & 76. à Circæis io ortum hybernum.

Minarvinum, *Monervino*, urbs Regni Neapolitani in Apulia, & in Provincia Bariana, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Barenſi, verſus montes, & in ipſo limite Baſilicatæ, parva eſt admodum & male culta, 4. milliaribus diſſita ab Aufido fluvio, 8. à Canuſio in Meridiem Acheruntiam verſus, & 10. à Venuſia in ortum æſtivum.

Mines, portus Galliæ Narbonenſis, in Provincia, circa Maſſiliam, teſte Antonino.

Mingum, oppidum Iſtriæ Antonino, aliis & melius eſt Ningum. Vide ibi.

Miniatum, ſeu Miniatum Teutonis, *San Miniato al Tedeſco*, urbs Hetruriæ io agro Florentino, io colle, nuper Epiſcopali ſede inſignita ſub Archiepiſcopo Florentino, ad Arnum fluvium, inter Florentiam ad ortum & Piſas ad occaſum, utrimque 20. milliaribus diſtans.

Minica, Syriæ urbs, circa Emiſſam, teſte Antonino, aliàs Minniza Simlero.

Minicium, *Menaſio*, oppidulum alias, nunc vicus Ducatus Mediolanenſis, in ora Larii lacus, Rhetionico oppido finitimus, & 20. mill. paſſ. à à Como diſtans in Septentriooem.

Minii Vallis, *el Val de Minho.*, tractus Gallæciæ in Hiſpania, prope Minium fluvium, verſus ejus æſtuarium & Tudem urbem.

. Miningroua, quæ & Mininigardum, urbs Germaniæ, nunc teſte Surio, eſt Monaſterium, vulgo *Munſter*, urbs Germaniæ, Weſtphaliæ primaria, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Colonienſi, & una ex decem urbibus à Carolo Magno poſt Saxones devictos Epiſcopali ſede decoratis, ſedet ad amnem Aam, qui paulò infrà cadit in Amaſium. Arcem habens munitam, & ſubeſt dominio Epiſcopi cum provincia adjacente, celebriſque effecta eſt pace Germaniæ in ea ſancita anno 1648. Vide Monaſterium.

Minio, fluvius Hetruriæ, nunc *il Mignone*, oritur in Sabatina regiuncula, deinde per provinciam Patrimonii fluens in ditione Eccleſiæ, inter Centum cellas & Cornuetum in mare Tyrrhenum ſe exonerat, dicitur Munio à Rutilio libro 1. Itinerarii: & ejus etiam meminit Virgilius libro 10. Æneidos.

Minius, fluvius Hiſpaniæ Tarraconenſis Melæ, & Straboni, nunc *el Minho*, oritur in Gallæcia, juxta vicum *Caſtro de Rey* dictum, 4. leucis à Mindonia in Meridiem, deinde Lucum Auguſtum urbem rigat, & Auriam; Gallæciam in duas partes ſecans tandem aliquot auctus fluviis, & Portugalliam à Gallæcia ſeparans, 5. leucis infra Tyden urbem in Oceanum Atlanticum ſeu Occidentalem ſe exonerat, juxta oppidum Caminam dictum.

Minnodunum, oppidum Galliæ Celticæ in Helvetiis, ex itinerario Antooioi, ounc Simlero teſte, cum aliis, eſt *Mouldon*, oppidum Vaudi tractus, in Bernenſi pago Helvetiæ, quod *Milden* dicitur à Germanis, ad amnem *la Broye* ſitum, in limite pagi Friburgenſis, à Lauſonio 12. mill. paſſ. diſtans in Septentrionem Aventicum verſus 14. & Friburgum 17. circiter.

Minoa, oppidum Cretæ inſulæ Ptolemæo, in ora ad ortum, inter Samonium promontorium & Camaram urbem in Septentrionem vergentem, nunc caſtrum *Paleocaſtro* dictum, teſtibus Nigro, & Ortelio, cum portu capaci in Sitiæ territorio, quanquam alii interpretentur *Caſtel Mirabel*, in ora ſeptentrionali & in agro Candiæ prope Iſthmum, hinc Minoius nomen gentis Virgilio 6. Æneidos.

Minoa, oppidum Cretæ inſulæ Ptolemæo, in ora Boreali 8. mill. paſſ. à Cydone in ortum æſtivum, nunc *Minolo*, pagus territorii Cydoniæ, teſte Moletio, quanquam alii credant fuiſſe ubi hodie locus *Galatea* dictus in eodem tractu.

Minoa, portus item ad ſinum Argolicum, in Peloponneſo Ptolemæo, prope Naupliam, nunc *Altamura*, teſte Moletio.

Minoa, urbs quoque fuit Siciliæ Livio, in ora

Digitized by Google

Auſtrali, quæ & Heraclea. Vide ibi.

Minoium Mare, idem cum Cretico, teſte Apollonio. Vide Mare Creticum.

Minora, *Minori*, urbecula Italiæ, in Regno Neapolitano & Principatu citeriori, in ora ſinus Salernitani, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Amalphitano. Diſtat 8. mill. paſſ. à Salerno in occaſum, verſus Amalphium tria, & 22. à Neapoli in Meridiem. Parvi eſt circuitus, & deficit in dies, a paucis inhabitata, & olim Rhegina minor dicta fuit.

Minorica, *Menorca* incolis, *Minorque* Gallis, alias Balearis minor dicta, inſula Hiſpaniæ, in mari Mediterraneo, & in Regno Majoricæ. Ejus circuitus eſt 56. mill. paſſ. & in ea ſunt Citadella *Citadella*, oppidum inſulæ primarium, in parte occidentali inſulæ, ubi alias Iamna, & Mago, *Porto Maon*, portus capaciſſimus, cum arce S. Philippi, & quatuor pagis, & 50. mill. paſſ. diſtat à Majorica in ortum, ſed nulla eſt urbs Minorica dicta, ut quidam finxere in tabulis recentibus.

Minorissa, *Manreſa* incolis, *Manreſe* Gallis, urbs parva Hiſpaniæ in Catalonia, olimque Epiſcopalis, ad fluvium *Cardoner* ſita, qui paulo infra in Rubricatum cadit, 2. leucis diſtans a Monte Serrato in Septentrionem, uti 10. à Barcinone Cardonam verſus 5.

Minscensis Palatinatus, ſeu Præfectura, *Wojewodztwo Minskie* incolis, *le Palatinat de Minsko* Gallis, tractus Poloniæ Regni, & pars magni Ducatus Lithuaniæ in ejus meditullio, ſic dicitur ab ejus urbe præcipua Minſco, eſtque inter Palatinatus Mciſlaviæ ad ortum, Vitebſcienſem ad Septentrionem, Vilnenſem & Novogrodenſem ad occaſum, & Rohaczoviæ tractum ad Meridiem, eſtque una ex quinque Præfecturis Ruſſiæ Albæ in Lithuania, teſte Starovolſcio, & præter ſuum diſtrictum habet etiam Boriſovienſe territorium.

Minscum, *Minſko*, urbs parva Poloniæ, in Lithuania & Palatinatus cognominis caput, in Ruſſia Alba, probe munita eſt, ad amnem *Swiſlocz*. Diſtatque 32. milliaribus Polonicis à Wilna in ortum, uti 36. a Braſlavia in Meridiem, cum arce inter ſtagna.

Minthe, mons Peloponneſi Straboni, & Ptolemæo, qui Evan videtur Pauſaniæ, inter Taygetum ad Meridiem & Stymphalum ad Septentrionem, *Olono* nunc, teſte Nigro.

Minturnæ, colonia & urbs Latii novi, in Italia, & in Campaniæ confinio Ciceroni, Straboni, & Plinio, olim Epiſcopalis, paulo ſupra oſtia Liris fluvii, & ad ejus dexteram in planitie, nunc prorſus extincta, ut videre eſt in Amphitheatri & Aquæductuum reliquiis, & ut ego pluries vidi, ſuntque in eo loco veſtigia pontis olim conjungentis viam Appiam, ibi nunc Liris trajicitur ſcapha, & hinc locus dicitur *la barca del Garigliano* in provincia Terræ Laboris, verſus mare Tyrrhenum, ſed vix urbis apparent rudera, & manet tantum turris parva cum taberna, inter Formias ad occaſum & Sinueſſam ad ortum urbes etiam exciſas; & ex ejus ruinis Trajectum oppidum parvum & proximum ad 2. milliaria extructum fuit, ei adjacent Minturnenſes paludes, in quibus delituit Marius ſepties Conſul, & earum meminit Juvenalis Satyra 10.

Minum Regnum, *le Royaume de Mino*, pars Japoniæ in Jetſeſena Regione, inter Fundam Regnum ad Septentrionem, & Vovarium ad Meridiem, oppidum habens cognomine, Brietio & Carone teſtibus.

Minyæ, populi, & Minya, oppidum Theſſaliæ, teſte Pauſania.

Minyæ, populi Elidis in Peloponneſo, ubi Minycius fluvius, juxta Pylum fluens, teſte Strabone.

Minyeus, fluvius Theſſaliæ, qui & Orchomenus, juxta Orchomenum oppidum fluens, Plinio teſte.

Minyia, inſula maris Icarii Ptolemæo, inter Con ad Meridiem, & Samum ad Septentrionem 25. mill. paſſ. inter Patmon, & Pharmacuſam 25. nunc *Mandria* Caſtaldo, unde nomen mari Myrtoo, deſerta jacet inter ſcopulos.

Mirabellensis Ager, *le Mirebelais*, tractus Galliæ in Pictavenſi provincia, circa Mirabellum, inter Lodunenſem regiunculam ad Septentrionem, & Pictavium ad Meridiem, hinc Mirabellenſes, *les Mirebelais* vulgo dicti.

Mirabellum, *Mirebeau*, urbs parva Galliæ, in tumulo, in Pictavenſi provincia, alias cultior, ſed nunc deficit, & caſtrum ejus dirutum eſt, 5. leucis diſtans à Pictavio in Septentrionem Salmurium verſus, & totidem à Richelæo verſus Meridiem.

Mirace, locus Scythiæ parvæ in Sarmatia Europæa, cujus meminit Valerius Flaccus libro 6. Argonaut. Vide Tamyrace, videtur enim idem.

Miranda, *Mirande*, oppidum Galliæ in Aquitania, & in Aſtaracenſi Comitatu, ad Baiſam fluvium, conditum fuit anno 1289. ſub Philippo Pulchro Rege, & 4. leucis diſtat ab Auſciis in occaſum hybernum, Tarbam verſus fere ſeptem.

Miranda, cognomento Durii, *Miranda de Douro*, urbs Hiſpaniæ in Regno Portugalliæ, & in provincia Tranſmontana, Epiſcopalis facta ſub Archiepiſcopo Bracarenſi à Paulo III. Pontifice Maximo anno 1555. cum condita ſit tantum anno 1312. à Dionyſio Rege: probe munita eſt verſus montes, vix 2. mill. paſſ. a Durio fluvio, & in ipſo confinio Regni Legionis, diſtatque 12. leucis à Sentica in occaſum, ut à Salmantica in occaſum æſtivum, & 6. à Brigantia in Meridiem.

Miranda Iberica, *Miranda de Ebro*, urbecula Hiſpaniæ, in Caſtella veteri, cum caſtro ad Iberum fluvium, ubi rubras volvit aquas, aliàs Deobriga dicta, ut quibuſdam placet. Eſt in confinio Biſcaiæ provinciæ, uti & Alavæ, & 15. leucis diſtat à Flaviobriga in Meridiem, & 5. à Borgis.

Mirandula, *la Mirandola* incolis, *la Mirande* Gallis, urbs Italiæ parva, ſed munita, cum arce valida, proprio parens Principi, cum regiuncula adjacente ſatis reſtricta, 22. milliaribus diſtat a Mutina in Septentrionem, & 10. à Pado fluvio in Meridiem, eſtque in Longobardia inferiori.

Mirandulanus Ager, *lo ſtato della Mirandola*, tractus Italiæ parvus admodum in Longobardia, Ducatus titulo inſignitus, inter Ducatum Mantuanum ad Septentrionem, & Mutinenſem Ducatum ad Meridiem, ſic dictus ab urbe Mirandula ejus præcipua, ſub dominio Ducis è gente Pica, cui ſubeſt etiam Comitatus Concordiæ, qui ſub ipſo continetur, hinc Mirandulani *li Mirandolani* vulgo.

Mirapincum, ſeu Mirapiſcæ, *Mirepoix*, urbs Galliæ in Occitania ſuperiori, ad Lerſium fluvium, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Toloſano à Joanne XXII. Pontifice Maximo effecta, cum antea pars eſſet Diœceſis Toloſanæ cum agro adjacente, 3. leucis diſtat à Foxio in ortum, uti ab Apamæa Electam verſus 7. & 12. à Toloſa in Meridiem.

Miravallis, *Mureau*, Abbatia Galliæ in Campania provincia, & in Baſſiniaco tractu, in ipſo limite Ducatus Barrenſis, & vix una leuca à Novocaſtro ad Moſam in occaſum, 4. autem ſupra Vallem coloris in Meridiem.

Miravetum, *Miravet*, oppidulum antea munitum Hiſpaniæ, in Catalonia, cum caſtro ad Iberum fluvium, 4. leucis ſupra Dertuſam in ortum

æſtivum, & 10. ab Ilerda in Meridiem diſtans.

MIRSCURTIUM, *Mirecourt*, orbs Lotharingiæ ſuperioris ſeu Vogeſianæ in Gallia, ad Maidonem fluvium, & verſus Vogeſum montem. Diſtat 7. leucis à Nauceio in Meridiem, uti à Tullo, & 6. à confinio Campaniæ in ortum.

MIROBRIGA, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis in Oretanis, Ptolemæo teſte.

MIROBRIGA, urbs Hiſpaniæ in Luſitania Regione, & in Celticis Ptolemæo, nunc *Malabriga*, caſtrum Portugalliæ, teſte Morali, quanquam Mariana illam *Ciudad Rodrigo* indigitet, quæ eſt in eo tractu ubi olim Vettones. Populi Mirobrigenſes Celtici hinc dicti à Plinio.

MIROBRIGA, oppidum Hiſpaoiæ Bæticæ Plinio, & conventus Cordubenſis, nunc pagus, *Villa de Capilla*, in Vandalitia, teſte Morali cum Mariana, ad Fontem Ovejunam oppidum, à Corduba 14. leucis diſtans, ab Azuaga oppido Extremaduræ 2.

MIRTILUM, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis in Callaicis, ex veteri inſcriptione, nunc quibuſdam eſt *Viana de Foz de Lima*, oppidum Portugalliæ Regni in provincia Interamnica dicta, ad oſtia Linii fluvii in ora Oceani Atlantici, & vix 3. leucis diſtans ab oſtio Minii in Meridiem, uti à limite Gallæciæ.

MIRUS, Phrygiæ fluvius, in Aſia minori, teſte Suida.

MISA, *Mies* Germanis, *Strzibro* incolis, oppidulum Bohemiæ in Pilſenſi circulo, ad Miſam fluviolum, à Pilſeno 3. milliaribus Germanicis diſtans in occaſum Ambergam verſus.

MISARIS, Sarmatiæ Europææ promontorium, ad Achillis Dromon, teſte Ptolemæo.

MISCENSIS PALATINATUS, *Wojewodztwo Minskie*, tractus ſive præfectura Regni Poloniæ in Lithuaniæ Ducatu, qui ab aliis Minſceoſis dicitur. Vide ibi.

MISCONSINUS, *la Riviere de Miſconſing*, fluvius Americæ in parte occidentali Novæ Franciæ, oritur longe ultra lacum Ilinotum in occaſum, & hinc per hanc partem fluens, poſt curſum 60. leucarum in fluvium Meſſiſipium ſe exonerat, teſte Marquetto.

MISCOVIA, *Miſcou*, inſula parva, ſed fertilis novæ Franciæ, in America Septentrionali, cum oppidulo & colonia Francorum, in ſinu S. Laurentii, prope ſinum parvum Lebetis & oram Acadiæ, & inter Canadam proviciam ad Septeotrionem & inſulam Sancti Joannis ad Meridiem.

MISENUM PROMONTORIUM, mons & urbs Campaniæ in Italia Straboni, olim Epiſcopalis, nonc exciſa, *Miſeno* adbuc dicuntur tam mons quam urbs, cujus veſtigia & ruinæ vix durant in provincia Terræ Laboris, in ora maris Tyrrheni, 2. mill. paſſ. à Baiis, & 5: à Puteolis & Cumis plus minus, hinc Miſenus mons Livio, qoi Æerius Virgilio.

MISETUS, Macedoniæ urbs, teſte Stephano.

MISGOMENÆ, urbs Theſſaliæ, teſte Stephano.

MISIRENSE REGNUM, *Miſir* Turcis, *l'Egypte* Gallis, ſic vocatur à Turcis Ægyptus, teſte Leunclavio, ab ejus urbe præcipua Cairo, quæ *Miſir* etiam dicitur. Vide Ægyptus.

MISNA, *Meiſſen* incolis, *Miſne* Gallis, urbs Germaniæ io Saxonia ſuperiori, Miſniæ provinciæ ab ea dictæ caput, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Magdeburgenſi, ad Albim fluvium, ſub dominio proprii Epiſcopi, ſicque nunc ſub Duce Electore Saxoniæ, tanquam adminiſtratore Epiſcopatus Miſnenſis, clara eſt & culta cum caſtro in colle, 5. milliaribus Germanicis à Dreſda diſſita in occaſum Lipſiam verſus 9. & 12. à Viteberga in Meridiem: ab ea tractus adjacens dicitur Miſuenſis Epiſcopatus, ſub quo cenſentur Miſna, Wurtza, *Bauzen*, *Biſchofswerda*, & *Mugeln*, cum arce *Rugethal* & Præfectura *Sornwitz*, & ab eo pendebat olim Dreſda, uti etiam Lipſia, quæ pro *Stenditz* commutata fuit anno 1174. Ejus vero Epiſcopus Joannes nonus natus *de Haubitz*, confeſſioni Auguſtanæ addictus tradidit anno 1581. Miſnenſem ſoum Epiſcopatum Auguſto Electori Saxoniæ, cujus poſteris nunc etiam ſubeſt per viam poſtulationis.

MISNIA, *Meiſſen* vulgò, & *Meiſſnerland* incolis, *la Miſnie* Gallis, *la Miſnia* Italis, provincia eſt Germaniæ, in Saxonia ſuperiori, & ſub dominio Ducis Electoris Saxoniæ pro majori parte, eſtque ſatis ampla. Terminatur à Septentrione Ducatu Saxoniæ & Principatu Anhaltioo, ab Oriente Luſatia, à Meridie Bohemia & Franconia, & ab Occidente Thuringia. Dividitur vero Miſnia in quatuor tractus ſeu Circulos, nempe in Miſnenſem *Meiſſniſchen*, ſub quo Oſitia *l'Oſterland*, in tractum Montanum *Ertzgeburgiſche*, in Lipſienſem *Leipzigiſchen*, & in terram Advocatorum *Voigtlandiſchen*. Ejus etiam partes ſunt ditiones Merſoburgenſis, Naumburgenſis, & Hallenſis, quæ tamen in præſenti propriis parent Ducibus è domo Saxonica, ut Oſitia Duci Gothano, & terra Advocatorum pro majori parte Duci Naumburgenſi. Totius aotem provinciæ caput eſt Miſna, hinc Miſnenſes populi *Meiſſniſchen* ſibi, *les Miſniens* Gallis.

MISNIÆ URBES PRÆCIPUÆ.

Dreſda, *Dreſden*, Electoris ſedes.
Lipſia, *Leypzig*.
Merſoburgum, *Merſbug*.
Miſna, *Meiſſen*.
Naumburgum, *Naumburg*.
Zuiccavia, *Zwickaw*.

MISSILINIMACHINACA, *l'Iſle de Miſſilinimakinac*, inſula parva Novæ Franciæ, in lacu magno Huronum, prope fretum cogoomine, & ab eo ſic dicta.

MISSILINIMACHINACUM FRETUM, *le deſtroit de Miſſilinimakinac*, in Nova Francia, inter lacum Ilinotum & lacum magnum Huronum. Vide fretum Miſſilinimachinacum.

MISTASSIRINONUM LACUS, *le lac des Miſtaſſirinins*, lacus peramplus Novæ Franciæ, & in ejus parte ſeptentrionali in mediterraneis, teſte Albanello. Vide lacus Miſtaſſirinonum.

MISTECA, *la Miſteca*, provincia Hiſpaniæ in Guaxaca Regione, dividitor in ſuperiorem & inferiorem, extenditurque à fluvio *de Cacula* ad occaſum uſque ad limites provincię Soconuſci ad ortum, & à fluvio *Guazaqualco* ad Septentrionem per tractus *Vilatepeque* & *Xaltepeque* uſque ad Tuſtepecum & fluvium Tutulucam ad Meridiem.

MISTHIUM, Orondicorum urbs, in Galatia, in Aſia minori, teſte Stephano.

MISTRÆ, & Miſtia, oppidum Magnæ Græciæ, in finibus Locrorum in Italia, quod Myſtia Plinio, nunc teſte Barrio, eſt *Motta Gioioſa*, caſtrum Regni Neapolitani in Calabria ulteriori, ad radices Apennini montis, & verſus Mare Ionium, inter Hieracium urbem ad Meridiem & Cocinthum promontorium fere mediom, & prope Auricellam oppidum.

MISTRECTA, *Miſtretta*, oppidum Siciliæ inſulæ in Valle ſeu provincia Demonæ, olim Ameſtrata dictum. Vide ibi.

MISOA, oppidum Africæ propriæ Plinio, & Antonino, quod Niſua Ptolemæo, vulgo *Nuchia*, teſte Molerio, prope Mercurii promontorium, in ora inter Carpun & Clupeam.

MISTNOS, inſula maris Lybici, Cyrenaicæ adjacens Ptolemæo, in Syrti magna, nunc *Meſurata*, in Regno Barcæ, ut exiſtimat Ortelius.

MITTAVIA, ſeu Muttovia, *Nitawa* incolis, *Mittaw* Germanis, urbs Semigalliæ provinciæ caput, in Livonia, cum arce munita & ſplendida, ubi ſedes Ducis Curlandiæ & Semigalliæ, ad fluvium Muſzam, 6. milliaribus Polonicis à Riga in Meridiem, & 4. à confinio Samogitiæ diſſita. Bis capta fuit à Suecis hiſce ultimis temporibus; ſed poſtea recepta, etiamnum ſubeſt Duci Curlandiæ, è gente Ketlera.

MITYLENA, *Metelin*, inſula maris Ægei verſus oram Aſiæ minoris, ſub dominio Turcarum, olim Leſbos dicta fuit. Vide ibi.

MITYLENA, urbs Leſbi inſulæ primaria Straboni, & Plinio, quo nomine etiam inſula nominatur: *Metelin* vulgo, eſtque Archiepiſcopalis, cum portu ſub Turcis. Inde Mitylenæus nomen gentis Lucano libro 8.

MITYS, Macedoniæ fluvius, inter Dium & Agaſſas urbes, teſte Livio.

MIXIA, *la Terre de Mixe*, tractus Galliæ in Navarra inferiori, & in Vaſcitania, juxta Benearniam & Lapurdenſem tractum, ad amnem *la Bidouſe*, cujus caput Fanum S. Paladii *Saint Palais* vulgo.

MIXOOIA, ſic fretum Siciliæ inter Scyllam & Charyhdim, dicitur ab Homero & Apollonio.

MIZINUM, ſeu Miſinum, urbs Thraciæ Epiſcopalis, quæ & Druſipara & Dryſipara. Vide ibi.

MIZLANI, populi fuere Germaniæ, teſte Dithmaro, qui & Milcieni dicti ab aliis, inhabitabant ubi nunc Miſnia provincia Saxoniæ Superioris, ut exiſtimat Reineccius.

MLAUNA, fluvius Bulgariæ, in Moraviam majorem influens, teſte Joanne Lucio.

MNASTRIUM, pagus erat Rhodi, prope Lindum oppidum, Strabone teſte.

MNEMIUM, promontorium Æthiopiæ, ad ſinum Arabicum, teſte Ptolemæo.

MNESTHAI PORTUS, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ Ptolemæo, & Plinio, nunc *el Puerto de Santa Maria* Hiſpanis, *le Port de Sainte Marie* Gallis, oppidum eſt Hiſpaniæ in Vandalitia inferiori, in ora ſinus Gaditani, cum portu ſatis capaci ad oſtia fluvii Lethe, 3. leucis à Gadibus in Septentrionem Xeram verſus 2. & 3. à Fano Luciferi in ortum hybernum, & dictum fuit etiam Portus Gaditanus antiquitus.

MNIARIA, oppidum Mauritaniæ Cæſarienſis Ptolemæo, quod Mina Antonino, nunc *Hubet*, oppidum Regni Algerii, prope Telenſinum urbem amplam, à littore 14. mill. paſſ. diſtans, à Quiza vero 80. teſte Marmolio.

MNIZUM, & Mizinum, urbs Galatiæ ex libris Conciliorum, quæ Minyzum Antonino, inter Juliopolim Bithyniæ ad occaſum, 47. & Ancyram in ortum 52. mill. paſſ.

MOAA, urbs Arabiæ Petrææ, quæ Areopolis Stephano & divo Hieronymo, trans Jordanem, quæ Medabæ eadem putatur, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Boſtrenſi, *Arser* vulgo, teſte Guillelmo Tyrenſi.

MOANTÆUM REGNUM, *le Royaume de Moantay*, Regio Indiæ extra Gangem, ſub dominio Regis Peguani, in mediterraneis.

MOCA, Arabiæ Petrææ oppidum, teſte Ptolemæo.

MOCATA, Bithyniæ oppidum, in Aſia minori, teſte Stephano.

MOCANIA, oppidum Vindeliciæ, ounc, teſte Joanne Aventino ex veteri inſcriptione, *Motzing*, pagus Bavariæ ad Danubium fluvium, uno milliari Germanico diſtans à Straubinga in occaſum.

MOCHA, & Moca, *Mocha*, urbs Arabiæ fœlicis, ampla & probe culta, in ora ſinus Arabici, ſub dominio proprii Principis, cui ſubeſt etiam Adenum urbs ejuſdem Regionis, gaudet portu capaci, eſtque emporium celebre, vix 15. leucis diſtans à faucibus ſinus Arabici in Septentrionem.

MOCHURA, urbs Arabiæ fœlicis mediterranea, Ptolemæo teſte, non longe tamen ab ora ſinus Arabici, quàm Niger & Gollius *Mecca* interpretatur, quæ Marraba antiquorum dicta creditur ab aliis.

MOCISSUS, & Mocaſus, urbs Cappadociæ Archiepiſcopalis ex libris Conciliorum, ſub qua Nazianzum urbs finitima, à Cæſarea in occaſum ſupra 50. mill. paſſ. recedens.

MOCONTIACUM, urbs Germaniæ ſuperioris, in Gallia Ptolemæo, ad Rhenum fluvium. Dicitur & Mogontiacum. Varieque ſcribitur, nam & Magontia, ac Mogunoa paſſim legitur, *Maynt*ʒ vulgo. Urbs clara. Vide Moguntia.

MODIANA, Arabiæ felicis urbs, ad ſinum Arabicum, teite Ptolemæo.

MOOICIA, oppidum Inſubriæ in Italia, ad Lambrum fluvium, cujus meminit Paulus Diaconus, in aliis ejus codicibus Modoetia dicitur. Vide ibi.

MOOIN, urbs Palæſtinæ, in Judæa, in monte, exciſa, nomen adhuc retinens, Machabæorum patria, inter Emmaum & Rhamam, a qua 10. mill. paſſ. Hieroſolymam verſus abeſt, teſte Adrichomio.

MOOIRIS, Indiæ intra Gangem emporium, teſte Ptolemæo.

MODOSTIA, oppidum Inſubriæ, teſte Paulo Diacono, quod Mogontia ex antiqua inſcriptione, nunc *Monza*, oppidulum lepidum Ducatus Mediolanenſis in Italia, ubi Imperatores ſolebant coronam ferream accipere, ad Lambrum fluvium mœnia radentem, & in ampliſſima planitie, 10. milliaribus à Mediolano diſtans in Boream verſus Larium locum, ibi Eccleſia S Joannis Baptiſtæ inſignis, à Theodolinda Longohardorum Regina extructa, & olim etiam Moguntiacum dictum fuit.

MOOOOOILLA, urbs Indiæ intra Gangem, teſte Ptolemæo.

MODONUS, fluvius Hiberniæ inſulæ Ptolemæo, nunc *Slane*, teſte Camdeno, per Lageniam provinciam fluit in Meridiem, & deinde ad Wexfordiam urbem mari Verginio miſcetur.

MODRENA, quæ & Comopolis, urbs Bithyniæ mediterranea Porphyrogennetæ, nunc *Mudarni*, teſte Leunclavio, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Niceno cui finitima eſt.

MOORON, locus Phrygiæ magnæ, ex quo Gallus fluvius ortum habet, teſte Strabone.

MOORUSA, urbs Liburniæ, nunc *Smodruſch* vel *Modruſch*, in Croatia, Seniæ finitima, unde ad 18. mill. paſſ. in Septentrionem recedens, alias Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Jaderenſi, & olim Tediaſtum, ut nonnullis videtur, dicta. Abeſt à Colapis confluente in Savum, ſive à Siſcia urbe ad 50. mill. paſſ. ſive paulò plures in occaſum hybernum.

MODUNOA, Mauritaniæ Cæſarienſis urbs, teſte Ptolemæo.

MOOURA, urbs Indiæ intra Gangem Ptolemæo, nunc Caſtaldo teſte, eſt *Biſnagar*, urbs Regia in il-

la regione, ex conjectura; aliis vero eſt *Madurè*, urbs ejuſdem regionis in Coromandelia, ad radices montium, & 100. mill. paſſ. à Comorino promontorio in Septentrionem, ſub proprio Principe, ſed ex conjectura tantum, & forſan ex nominis alluſione.

Moouti, urbs Taprobanæ inſulæ in Oceano Indico Ptolemæo, nunc *Pinder*, oppidum Villanovano, ſed ex levi conjectura.

Mœnogovia, *le Mayngow*, tractus Germaniæ in Franconia, juxta Mœnum fluvium ab ortu in occaſum extenſus, inter Herbipulum & Aſciburgium.

Modziria, *Modzyr*, oppidum Poloniæ in Magno Ducatu Lithuaniæ, & caput agri cognominis in Palatinatu Mſciſlavienſi, in mediis paludibus ſitum, teſte Starovolſcio.

Moenus, fluvius Germaniæ Tacito, & Plinio, qui Mœnis Melæ, Menus Ammiano, & Mogonus Regmoni, nunc *der Mayn* accolis, *le Mein* Gallis, fluvius Germaniæ in Franconia, oritur ex Sudetis montibus *Fichtelberg*, ex duplici fonte, Mœno Albo *Weiß Mayn*, & Mœno Rubro *Rot Mayn* dictis, qui in unum conjuncti ad Culembachium, deinde ad occaſum fluens prope Bambergam, inibi Rednitium fluvium recipit, rigatque Suvinfurtum, Herbipolim, & Verthemium, ſicque Franconiam in duas partes ſecat, hinc ad Aſciburgium & Francofurtum ad Mœnum fluens, & auctus fluviis Sala, Tubaro, & aliis, in Rhenum fluvium ſe exonerat prope & ſupra Mogontiam.

Moeris, palus ingens Ægypti Straboni, quæ Muris Herodoto, Mœridis ſtagnum Ptolemæo, a Memphi 72. mill. paſſ. in Occidentem diſtans, 20. mill. circuitu patens, teſte Mela. Ex quo patet decipi eos, qui illam *Buchiara* indigitant, cum Mareotide eam confundentes; quæ juxta Alexandriam eſt.

Moesia, Regio ampla Europæ Tacito, Plinio, & aliis, quæ Myſia Ptolemæo, pars fuit poſtea Illyrici Orientis, ab ortu in occaſum extenſa, inter Daciam ad Septentrionem, Iſtro fluvio ſeparante, & Macedoniam Thraciamque ad Meridiem. Duplex fuit, nempe Moëſia ſuperior, & Moeſia inferior, quæ inter ſe Ciabro fluvio dividebantur.

Moesia Inferior, quæ & ſecunda, cujus pars Scythia Pontica provincia verſus Pontum Euxinum, terminabatur ab occaſu Moëſia ſuperiori, à Septentrione Iſtro fluvio, quo à Dacia diſcreta erat, ab ortu Ponto Euxino, & à Meridie Thracia, Hæmo monte ſeparante, ubi nunc Bulgariæ Regnum, *la Bulgarie*, Chalcocondylo teſte, ſubeſtque nunc tota dominio Turcarum. Populi Moeſi dicti a Plinio.

Moesia Superior, quæ & prima, & Dardania, cujus partes fuere Dacia mediterranea, & Dacia Ripenſis, terminabatur à Septentrione Dacia propria, ab ortu Moëſia inferiori, ab occaſu Dalmatia, & à Meridie Macedonia, & Prævalitana, quæ etiam ſub ipſa comprehenſa fuit, Imperio Romano præcipitante; eratque ubi hodie Serviæ Regnum, *la Servie*, Lazio & Leunclavio teſtibus, ſub Turcis.

Moeseus, lacus Germaniæ, nunc Conſtantienſis dictus, teſte Bucelino, inter Germaniam & Helvetiam. Vide Conſtantienſis lacus.

Moganus, *le Mayn*, fluvius Germaniæ in Franconia, qui aliter, & melius Mœnus dicitur. Vide ibi.

Mogara, Galatiæ oppidum, in Aſia minori, teſte Antonino; ſed Mochera ex libro Notitiarum, ut cenſet Simlerus.

Mooetiana, ſeu Mogentiana, ut habent alii codices, oppidum Pannoniæ inferioris, ex itinerario Antonini, nunc *Zicka* caſtrum Hungariæ, teſte Lazio.

Mogola, urbs Aſiæ minoris circa Cariam, teſte Conſtantino Porphyrogenneta.

Mogoles, & Mogales etiam quibuſdam, *les Mogols*, populi Aſiæ, qui ex Tartaria Meridionali profecti, maximam partem Indiæ intra Gangem ſui juris fecerunt verſus Septentrionem ſub initium ſæculi præteriti: unde tota hæc Regio dicitur nunc Mogolis Imperium, *l'Empire du grand Mogol*, & eorum Monarcha dicitur, *le grand Mogol*. Vocantur etiam a quibuſdam Mogores, ſed malè. Vide India & Mogolis Imperium.

Mogolis Imperium, *l'Empire du grand Mogol*, Regio Aſiæ vaſtiſſima, ſeu potius Imperium peramplum, quod aliter India vera, ſeu ſuperior dicitur, *Indouſtan* incolis, & *l'Inde* aliis, in quo ſunt 35. Regna ſive provinciæ amplæ, ſub dominio Magni Mogolis: cujus termini ſunt ad occaſum Perſarum Regnum, a Septentrione Tartaria Magna & Regnum Thibeti, ad ortum Coſminus fluvius, quo ab India extra Gangē ſeparatur, & a Meridie ſinus Gangeticus & peninſula Indiæ intra Gangem. Ab Indo & Gange fluviis irrigatur; eſtque Regio fertilis admodum & perculta, opibus & divitiis maximis pollens, cum plurimis emporiis, & in dies valde extenditur, cum etiam a paucis annis major pars Regni Decani ſub ipſo cenſeatur, uti & pars Regni Golcondæ, ſed intra ipſius Imperii fines ſunt etiamnum multi Principes valde potentes, *Raja* vulgo dicti, qui vix quidquam ab Imperatore pendent, ſeu tantum fiduciario jure, ex quibus præcipui ſunt *Raja Rana*, *Raja Jeßingue*, & *Raja Jeſſomſingue*, & ipſi perſæpe Magno Mogoli magnum negotium faceſcunt. Dividitur autem hoc Imperium ab exteris in plura Regna, de quibus ſicut de ipſius urbibus, vide fuſius in voce India Orientalis, ſed ab indigenis partitur in viginti Præfecturas generales, *Soubah* dictas, ſub quibus comprehenduntur quamplurimæ Præfecturæ minores, vulgo *Serkars* vocatæ, id eſt Quæſturæ, ordine infra deſcripto, ut pluribus narrat Franciſcus *Bernier* Gallus vir clariſſimus, qui in his partibus per plures annos eſt commoratus, & illam regionem exacte deſcripſit. Ejus vero præcipuæ urbes ſunt Agra *Agra*, Imperii caput & ſedes regia, Dellium *Dehli*, ſeu & melius *Jehan-Abad*, id eſt Colonia Regis mundi, Lahorium *Lahor*, Amedebatum, *Amedebat*, Cambaia *Cambaia*, & Surata *Surate*, hinc Mogolus nomen gentis, *Mogol* vulgo, qui & Indus *Indous*, & *Indouſtani* etiam; ſed notandum quod hodie in illis partibus vocantur Mogoli ii tantum Aſiatici, & incolæ qui albi ſunt coloris, & Indi qui ſunt aduſti coloris.

Moooolis Imperie Divſio Per Præpacturas Generales, Soubah Dictas.

Præfectura Dellii, *Dehli*, ſive *Jehan-Abad*, ſub qua ſunt 16. quæſturæ *Serkars* dictæ.

Præfectura Agræ, *Agra*, ſub qua ſunt 14. *Serkars*, ſive quæſturæ.

Præfectura Lahorii, *Lahor*, ſub qua ſunt 14. *Serkars*, ſive quæſturæ.

Præfectura Aſmeræ, *Aſmeere*,

Præfectura Guzaratæ, *Guzarate*, ſub qua ſunt 9. quæſturæ.

Præfectura Candahariæ, *Candahar*.

Præfectura Malovæ, *Malova*, ſub qua ſunt 9. quæſturæ.

Præfectura Patnæ ſeu Bearæ, *Patna*, ſub qua ſunt octo quæſturæ.

Præfectura Holabaſſæ, *Holabaſſ*, ſive *Elabaſſ*, ſub qua ſunt 17. *Serkars*, ſive quæſturæ.

Præfectura Haoudæ, *Haoud*, ſub qua ſunt 5. quæſturæ.

Præfectura Multani, *Multan*, ſub qua ſunt 4. quæſturæ.

Præfectura Jagannati, *Jagannat*, ſub qua comprehenditur Regnum Bengalæ, & in ea ſunt 11. *Serkars*, ſive quæſturæ.

Præfectura Caſſimera, *Kachemire*, ſub qua ſunt 5. quæſturæ.

Præfectura Cabuli, *Cabul*.

Præfectura Tatæ, *Tata*, ſub qua ſunt 4. quæſturæ.

Præfectura Aurengi coloniæ, *Aureng-Abad*, antea *Daulet-Abad*, ſub qua ſunt octo quæſturæ.

Præfectura Varadæ, *Varada*, ſub qua ſunt 20. quæſturæ.

Præfectura Candiſii, *Candis*, ſub qua ſunt tres quæſturæ.

Præfectura Talengandæ, *Talengand*.

Præfectura Baganalæ, *Baganala*, in qua ſunt 2. quæſturæ verſus montes.

MOGOLORUM IMPERIUM, *l'Empire des Mogols*, Regio ampla Aſiæ, & pars ſeptentrionalis Indiæ, quæ ſæpius dicitur Mogolis Imperium & India. Vide ibi.

MOGRUS, Colchidis fluvius, teſte Arriano, qui Nogrus Plinio, depravata fortè lectione.

MOGUERA, *Moguer*, oppidum Hiſpaniæ in Vandalitia, ad fluvium Tintum, qui paulo infra cadit in ſinum Gaditanum, eſtque inter Lucenam ad Septentrionem, & Palum ad Meridiem, una leuca ab Oceano diſtans.

MOGUNTIA, urbs Germaniæ Rheginoni, quæ Mocontiacum Ptolemæo, Magontiacum Tacito, nunc *Maynz* incolis, *Mayence* Gallis, & *Magonza* Italis & Hiſpanis, urbs Germaniæ in circulo Rheni inferioris, Archiepiſcopalis ab anno 745. loco Vormatiæ, cum antea eſſet tantum Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Vormatienſi, ſedet ad Rhenum fluvium, ubi recipit Mœnum, in limite Palatinatus Rheni, & Geraviæ tractus, ampla eſt, & ſatis culta, malè habita fuerat à Friderico Ænobarba Imperatore anno 1158. ſed poſtea reſtaurata fuit ab Othone IV. anteaque erat urbs Imperialis & libera, ſed anno 1462. die 27. Octobris capta fuit ab Adolpho Naſſovio ejus Archiepiſcopo, & deinde paruit Archiepiſcopis Electoribus Moguntinis, nunc etiam ſubeſt Electori Moguntino, eſtque probe munita à paucis annis, cum arce valida in colle, & Palatio Electorali, atque ponte navicularum ſive lintrium ad Rhenum, ut pluries vidi, Academiam habens fundatam anno 1482. & ejus Archiepiſcopus primum locum tenet inter octo Imperii Electores, urbs ipſa ſex milliaribus Germanicis diſtat à Francofurto ad Mœnum in occaſum Treviros verſus 18. & 15. à Spira in Septentrionem Confluentes verſus octo, hic primum ars Impreſſoria inventa traditur, & hinc Moguntinus nomen gentis, *Maynziſche* ſibi, *Mayençois* Gallis, *Magontino* Italis.

MOGUNTINA DITIO, quæ & Maguntina quibuſdam, *das Churfurſtenthumb von Maynz*, ſive & *Maynziſche* incolis, *l'Electrat de Mayence* Gallis, provincia eſt parva Germaniæ in circulo Rheni inferioris, prope Rhenum & Mœnum fluvios, ſub dominio Archiepiſcopi Electoris Moguntini: extenditur ab ortu in occaſum, inter Veteraviam & Veſtervaldiam tractus ad Septentrionem, & Palatinatum inferiorem ad Meridiem, & ejus pars eſt etiam in Franconia, ſicque dicitur à Moguntia ejus urbe præcipua; alia autem oppida ſunt Bingium *Binghen*, Aſchaffenburgum ſeu Aſciburgium, *Aſchafenburg*, Miltemberga *Miltemberg*, & Omeneburgum *Omeneburg*, ſubſunt etiam Electori Moguntino Friſlaria, *Fritzlar* urbs in Haſſia inferiori, Erfordia *Erford*, urbs Thuringiæ præcipua, cum tractu adjacenti, Lorenſis Comitatus, ſeu Reinecenſis ex parte, *le Comté de Lohr*, & Eisfeldia regiuncula *le pais d'Eiſchfeldt*, olim pars Ducatus Brunſvicenſis verſus Thuringiam, ubi Duderſtadium *Duderſtadt*, cum aliquot aliis oppidulis.

MOHATZIUM, *Mohatz*, oppidulum Hungariæ inferioris, in Comitatu Baranienſi, ubi victus & cæſus à Turcis Ludovicus Rex Hungariæ, die 29. Auguſti 1526. teſte Leunclavio, ſedet ad Danubium fluvium, medium inter Colociam ad Septentrionem & confluentes Dravi ad Meridiem.

MOHILOVIA, *Mohilow*, urbs Poloniæ, in Lithuania regione, probe munita, in colle, ad Boryſthenem fluvium, & in Palatinatu Vitebſcenſi decem milliaribus Polonicis diſtat ab Orſa in Meridiem, 22. milliaribus etiam Polonicis à Smolencio in occaſum hybernum, & 18. a Meiſlavia in occaſum; eſtque probè culta. Capta fuit à Moſcis anno 1654. ſed poſtea recepta à Polonis anno 1656.

MOIENVICUM, & Mediovicus, *Moienvic* incolis, *Metwich* Germanis, oppidum Galliæ in Lotharingia antea munitum, ad fluvium Saliam, prope & infra Marſalium arcem. Captum fuit à Ludovico XIII. Rege & poſtea effectum eſt Francici juris pace Monaſterienſi. Eſt inter Marſalium ad ortum, & Vicum ad occaſum, dimidia leuca utrinque diſtans, 5. à Nanceio in ortum, & 9. à Metis in ortum hybernum.

MOISSACUM, *Moiſſac*, oppidum Galliæ, in Cadurcenſi provincia, ad Tarnum fluvium, qui pauló infrà in Garumnam ſe exonerat; eſtque in ipſo confinio Occitaniæ, cum celebri cœnobio, 9. leucis infra Toloſam in Septentrionem.

MOLÆ FORMIANÆ, oppidulum Latii Novi in Italia Ciceroni & aliis, nunc *Mola*, pagus Terræ Laboris in Regno Neapolitano ſatis amœnus, in ora maris Tyrrheni, non longè a Formiis urbe deleta, & inter Cajetam à qua 4. mill. paſſ. abeſt, & Minturnas urbem exciſam.

MOLUA, *Moldawa*, fluvius Moldaviæ regionis, oritur ex Alpibus, in ipſo limite Tranſſylvaniæ, deinde in Meridiem fluens, auctus aliquot fluviis minoribus, in Serretum ſe exonerat, & ab eo Moldavia denominarur, quaſi Moldoulachia, teſte Joanne Lucio Tragurienſi viro clariſſimo.

MOLDAVIA, *Moldove* incolis, *Multans* & *Multanska* Polonis, *Moldau* Germanis, & *la Moldavie* Gallis, Regio parva Europæ, & pars antiqui Regni Hungariæ, ubi olim Daciæ pars: dicitur etiam Valachia inferior, ſive Orientalis & major, cum ſit ejus pars, unde à Slavis Moldoulahia vocatur, teſte Joanne Lucio viro clariſſ. Principem habet proprium Vayvodam dictum, ſub clientela Turcarum, terminatur autem à Meridie Iſtro fluvio, & partim Bulgaria, ab Oriente Valachia, à Septentrione Tranſſylvania, & ab occaſu Hungaria. Ejus caput eſt Bucoreſta, ubi nunc præſidium ineſt Turcicum, & alia urbs præcipua eſt Tergoviſtum: ſic dicitur hæc Regio à Molda fluvio qui per eam labitur, & ejus etiam pars eſt Beſſarabia provincia, & notandum quod in omnibus tabulis recentioribus ſumitur pro Valachia, quæ vice verſa ipſius loco ponitur, ſed major eſt quam Valachia propria, ut pluribus didici ab Excellentiſſimo Comite de *Morſtein* Magno Regni

Poloniæ Theſautario, viro doctiſſimo, qui nobis multa, eaque præclara de illis partibus pro ſua ſumma benignitate communicavit, hinc Moldavi Populi, *les Moldaves* Gallis.

MOLDAVIA TRANS-ALPINA, ſic dicitur aliquando Regio Europæ, quæ ſæpius Valachia vocatur. Vide ibi.

MOLES, locos exciſus Hiſpaniæ in Aragonia, & in agro Cæſar-Auguſtano, ad Orbam fluvium, à Cæſar-Auguſta 18. mill. paſſ. in Meridiem diſtans. Cujus adhuc extant veſtigia, teſte Hieronymo Zurita, ex veteri inſcriptione.

MOLFETUM, *Molfetta*, urbs parva Regni Neapolitani in Apulia, & in provincia Bariana, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Barenſi, 13. milliaribus diſtat à Bario in occaſum, & 7. à Trano in ortum; eſtque in ora maris Adriatici, dicitur etiam Melfictum & Morfitum.

MOLINA, *Molina*, oppidum Hiſpaniæ in Caſtella Nova, in planitie inter duos montes, ad Gallum fluvium, cum caſtro antiquo, 4 leucis diſtans à limite Aragoniæ, inter Lobetum & Seguntiam, 14. leucis à Bilbili in Meridiem, caput eſt regiunculæ ſeu dominii cognominis, cujus titulum gerit Rex Hiſpaniæ, & ejus juriſdictio, vulgo *el Señorio di Molina*, dividitur in quatuor partes *Seſmos* dictas, ex quibus ſub prima *de Campo* dicta ſunt 20. Parrochiæ, ſub ſecunda *Serrana* ſunt 17. Parrochiæ, ſub tertia *Pedregal* ſunt 18. & ſub quarta *Savenaria* vocata ſunt 20. Parrochiæ, ſicque omnes ſunt 75. vici ſeu Parrochiæ parvæ, teſte Roderico Mendeſio Sylva.

MOLINÆ, *Moulins*, urbs Galliæ ampla, Borbonenſis provinciæ caput, ad Elaverem fluvium, cum caſtro antiquo Ducum, & amplis ſuburbiis, 62. leucis diſtat à Pariſiis in Meridiem Lugdunum verſus, uti 12. à Niverno Claromontem verſus 20. circiter, crevitque ex ruinis Sylviniaci in vicinis, hinc Molinæus nomen gentis, *Molinois* vulgo.

MOLINGARIA, *Molingar*, urbecula eſt Hiberniæ, in Lagenia provincia, Comitatus Midiæ Occidentalis caput, juxta ſtagnum, vix 6. mill. paſſ. diſtans a limite Connaciæ, & 30. à Dublino in occaſum.

MOLISIA, *Moliſe*, caſtrum tenue in Regno Neapolitano, Comitatus Moliſini caput, 10. milliaribus ab Æſernia in ortum, uti à Boiano in Septentrionem. Deficit in dies.

MOLISINUS COMITATUS, *il Contado di Moliſe* incolis, provincia Regni Neapolitani, cujus undecima cenſetur, inter Aprutium citeriorem ad Septentrionem, Capitanatam ad ortum, & Terram Laboris ad occaſum: ſic a Moliſia caſtro dicta. In ea ſunt Æſernia, Larina, Bojanum, & Triventum, ibique fuere olim Samnites populi ex parte.

MOLISMUM, *Moleſme*, caſtrum & cœnobium Galliæ, in provincia Campaniæ, in limite Ducatus Burgundiæ, 4. leucis diſtant à Barió ad Sequanam, & 9. a Claravalle in occaſum hybernum, Tornodorum verſus, ad amnem Leniam *Leigne* dictum. Dicitur etiam Moliſma.

MOLNA, *Mollen*, oppidulum Germaniæ in Saxonia inferiori, & in Ducatu Lavenburgico, ad amnem *Stecbenits*, & in limite Holſatiæ, 6. milliaribus Germanicis à Luneburgo diſtans in Septentrionem Lubecam verſus 4.

MOLOCHATH, fluvius Mauritaniæ Tingitanæ Ptolemæo, qui Mulacha Saluſtio, Plinio, & Melæ, finis fuit Bochi Regis, & Maſſæſulorum gentis, *Mulucham* etiam hodie dictus, teſte Marmolio, inter Metagonitem promontorium, & Malvam fluvium terminum utriuſque Mauritaniæ.

MOLOBOS, fluvius Bœotiæ, juxta Cithæronem montem fluens. Moloeuntis meminit Herodotus.

MOLORCHOA, nemus Nemeæ tractus, in Peloponneſo, Vibio Sequeſtri, ubi Hercules leonem interfeciſſe traditur. Virgilius libro 3. Georgicorum ejus meminit.

MOLOASI, populi Theſſaliæ, verſus Iolcum oppidum, teſte Athenæo.

MOLOSSIA, tractus Epiri, cujus populi Moloſſi Plinio, Livio, & Plutarcho, apud quos canes ſunt venatici generoſiſſimi qui Moloſſi dicuntur, quorum meminit Virgilius libro 3. Georgicorum.

MOLSHEMUM, *Molsheim*, urbecula Germaniæ, in Alſatia inferiori, reſidentia Canonicorum Argentoratenſium nobilis, ad fluvium *la Breuch*, 2. milliaribus Germanicis ab Argentorato diſtans in occaſum, ſed peſſime habita fuit anno 1677. nunc in dies reſtauratur.

MOLUCÆ, *Molouck* indigenis, id eſt caput rei magni momenti, *las Iſlas de Maluco* Hiſpanis, & *les Iſles Moluques* Gallis, Inſulæ Aſiæ in Oceano Indico, & in Archipelago Molucarum ab eis dicto ſparſæ, quæ ſunt vel magnæ & latè ſumptæ, vel parvæ.

MOLUCÆ MAGNÆ, ſic dicuntur Inſulæ Celebes, Gilolum, Ceramum, Flores, & Terra Papuorum, cum aliis adjacentibus in his partibus Oceani Indici.

MOLUCÆ PARVÆ, ſeu veræ, ſunt quinque inſulæ, verſus oram occidentalem Giloli inſulæ, nempe Ternata, *Ternata*, Tidora, *Tidor*, Machianum, *Machian*, Motir, *Motir*, ſive *Mortir*, & Bachianum, *Bachian*. Ipſarum major eſt circuitus 45. milliariũ, ſuntque omnes ſub dominio Belgarum unitorum, quanquam Ternata Regem habeat proprium, cui ſubſunt etiam Motir, & Machianum. Tidora Regem etiam habet, uti Bachianum, extendunturque à Septentrione in Meridiem. Earum nulla ambitum ſex leucarum excedit, omneſque intra 25. leucarum ſpatium comprehenduntur, & ſunt toto in orbe celebres ob ingentem aromatum copiam, præſertim garyophillorum. In his inſulis ſunt Gammalamma urbs Ternatæ, & arces Malaium, *Malayo*, Mariecum, *Marieco*, Naſſavia, *Naſſaw*, Loboua, *Laboua*, Tabillola, *Tabilola*, & Nahaca, *Nahaca*, cum aliquot aliis arcibus minoris momenti, & Tidora inſula, quæ ſola ſupererat Hiſpanis, ab ipſis etiam derelicta fuit à paucis annis.

MOLUCARUM ARCHIPELAGUS, *el Archipielago de las Malucas*, pars ampla Oceani Indici, verſus Molucas inſulas, à quibus nomen ſortitur, & dividitur in quinque partes, nempe Molucarum proprie dictarum, Mauri, Papuorum, Celebum, & Amboinæ, de quibus vide in voce Archipelagus.

MOLYBERGA, *Mulberg*, oppidulum Germaniæ in Miſnia provincia, ad Albim fluvium, ubi Joannes Fredericus Dux Elector Saxoniæ victus fuit, & captus à Carolo V. Imperatore anno 1547. ſitum eſt in ipſo limite Saxoniæ propriæ, 5. milliaribus Germanicis infra Miſnam in Septentrionem, Torgaviam verſus 2. & Virtebergam 7.

MOLYBOODES, inſula Sardiniæ adjacens Ptolemæo, quæ Latine Plumbea dicitur, in ejus ora auſtrali, nunc Leandro eſt, *l'Iſola de San Pietro*, ſed teſte Franciſco de Vico, in ſua hiſtoria Sardiniæ, eſt *l'Iſola di Sant' Antioco*, prope inſulam Sancti Petri, circuitus eſt 25. milliarium, & in ea ſunt rudera urbis Soleitanæ prope ſinum Palmæ.

MOLYCRIA, oppidum Locrorum Ozolarum in Hellade Ptolemæo, quod Molycrion Pauſaniæ, à Stephano tribuitur Ætoliæ, eſtque in ora, ad fauces ſinus Corinthiaci, inter Naupactum urbem proximam ad ortum, & oſtia Eveni fluvii ad occaſum,

prope Antirrhium promontorium , nuncque etiam *Melicrea* caſtrum dicitur, ut quidam exiſtimant.

MOLYNDIA, Lyciæ urbs, in Aſia minori, teſte Stephano.

MOMONIA, *Cugie Moun*, id eſt provincia *Moun* incolis, *Mounſter* Anglis, *la Momonie* Gallis, una ex quatuor provinciis ſeu partibus Hiberniæ, ad Auſtrum extenſa. Separatur à Connacia Sineo fluvio ad Septentrionem, ad ortum habet Lageniam, à Meridie vero, & occaſu alluitur mari Hibernico. Dividitur in ſex Comitatus, Kerrienſem ſcilicet, *le Comté de Kerry*, Limericenſem, *le Comté de Lymerick*, Corcagienſem, *le Comté de Corck*, Tipperarienſem, *le Comté de Typperary*, Vaterfordienſem, *le Comté de Waterford*, & Clarenſem Comitatum, *le Comté de Clare*, ejus præcipua urbs eſt Limericum: erantque olim in ea regione populi Brigantes, Iverni, Velaboti, & Vodiæ, ut exiſtimant recentiores.

MOMONIÆ URBES PRÆCIPUÆ.

Caſſilia, *Caſhell*.
Corcagia, *Corck*.
Kinſalia, *Kynſale*.
Limericum, *Lymerick*.
Waterfordia, *Waterford*.

MONA, *Moen*, inſula parva Daniæ, in mari Baltico, Zelandiæ ferè adjacens ad Auſtrum, cum oppidulo *Stege* dicto, & via 4. mill. paſſ. diſſita à Falſtria inſula. Extenditur per 15. mill. paſſ. ab ortu in occaſum.

MONA, inſula Britanniæ majoris in mari Vergiviô Ptolemæo, & Plinio, nunc Lhuydo & Lelando, *Angleſey* dicta Anglis, *Mon* Britannis, inſula eſt Angliæ in Vallia Boreali, prope Arvoniam Comitatum, à quo tantum ſeparatur anguſto freto *Menai* dicto, verſus Bangoriam urbem, ſicque continenti ferè adjacet. Circuitus eſt 60. mill. paſſ. & ejus oppida ſunt Bellomariſcus *Beaumaris*, & Novoburgus *Newburg*, ſuntque in ea 74. Parrochiæ parvæ ſive viculi, teſte Speedo.

MONA, inſula Britanniæ magnæ, in mari Vergivio Cæſari, quæ Monapia Plinio, Monoeda Ptolemæo, quaſi Mona remotior, Menavia Oroſio, & Bedæ, Eubonia Gildæ, hodie Mannia recentioribus, teſtibus Camdeno & Waræo, vulgo *Maning* incolis, *the Ile of Man* Anglis, & *l'Iſle de Man* Gallis, inſula Angliæ in mari Hibernico, inter Lancaſtriam provinciam ad ortum, & Hiberniam ad occaſum, & media jacens inter Gallovidiam Scotiæ provinciam ad Septentrionem, & Monam inſulam Walliæ ad Meridiem, alias Reges habuit proprios, nunc autem Comes Derbienſis hujus inſulæ Regulus dicitur, ſub dominio tamen Regis Angliæ, ipſa vero extenditur à Septentrione in Meridiem ad 30. millia paſſuum, ſed ejus major latitudo eſt 9. mill. paſſ. dividitur autem in duas partes, Borealem nempe & Auſtralem, & in ea ſunt 17. Parrochiæ, & 4. oppidula, nempe *Ruſſin* ad Meridiem, *Duglas* ad ortum, *Peel* ad occaſum, & *Bala-Curi* etiam ad occaſum.

MONAAE, Iſauriæ urbs, in Aſia minori apud Stephanum.

MONACHODAMUM, *Munickdam*, oppidum parvum Belgii, in Hollandia Septentrionali, cum portu in ora maris Auſtrini, 2. leucis diſtans ab Amſterodamo in Septentrionem Hornam verſus.

MONACHIUM, *Munchen* incolis, *Munich* Gallis, *Monaco* Italis, urbs Germaniæ, Bavariæ Ducatus caput, & olim Iſiniſca dicta, ſedet ad Iſaram fluvium, Palatium habens ſuperbiſſimum Ducum Bavariæ, ex aliqua parte incenſum anno 1675. ſed in dies reſtauratur, eſtque urbs elegans & culta, 5. milliaribus Germanicis diſtans à Friſinga in Meridiem, uti 15. à Ratiſbona, Oeniponten verſus totidem, & 8. ab Auguſta Vindelicorum in ortum, & in ea obiit Ludovicus Bavarus Imperator anno 1347.

MONACHIUM HERCINIÆ, *Wald Munchen*, oppidulum Germaniæ, in Palatinatu ſuperiori, ad amnem *Schwartzach*, ſive aquam nigram, in ipſo limite Bohemiæ, 8. milliaribus Germanicis à Straubinga in Septentrionem, uti ferè 5. à Cambo.

MONACRIS, mons Arcadiæ, qui ſæpius & melius dicitur Nonacris. Vide ibi.

MONAGHANUS COMITATUS, *Cunntai Manachain* indigenis, *the County of Monaghan* ſeu *Monegh* Anglis, tractus parvus Hiberniæ inſulæ in Ultonia provincia, inter Fermanaghanum & Cavanenſem Comitatus ad occaſum & Armacanum ad ortum, oppidulum habens primarium cognomine, ſed in eo nulla urbs eſt alicujus nominis.

MONAGHANUM, *Manachain* incolis, *Monough* Anglis, oppidulum Hiberniæ, in Ultonia provincia, Comitatus cognominis caput. Sedet in colle, & 10. mill. paſſ. diſtat ab Armaco in occaſum hybernum, & totidem à Kilmoria in Septentrionem.

MONALUS, fluvius parvus Siciliæ inſulæ Ptolemæo, nunc Fazello, & aliis, *il Polina* dicitur, in ora ſeptentrionali inſulæ, & 8. milliaribus a Cephalœdio in ortum, in mare Tyrrhenum ſe exonerat.

MONOEDA, inſula Britanniæ magnæ, in mari Vergivio Ptolemæo, quæ Monapia Plinio, Mona Cæſari, & Mannia recentioribus, vulgo *Man* Anglis. Vide Mona.

MONARCHIÆ A DILUVIO UNIVERSALI AD HÆC TEMPORA CLARIORES.

MONARCHIA ASSYRIORUM, quæ ſub Nino Rege cœpit.

MONARCHIA BABYLONIORUM, ſeu Chaldæorum, à Nabuchodonoſor Rege maxime aucta.

MONARCHIA MEDORUM, Dario Principe Medo auctore.

MONARCHIA PERSARUM, à Cyro inchoata.

MONARCHIA GRÆCORUM, quæ ab Alexandro Magno exordium ſumpſit.

MONARCHIA ROMANORUM, primum ſub Conſulibus, deinde ſub Imperatoribus.

MONARCHIA FRANCORUM, cui Pharamundus Rex dedit initium, jamque continua ſerie annos ſupra 1260. perdurat, & per aliquot ſecula Imperium Occidentis obtinuit cum præcipua parte Europæ.

MONARCHIA SARACENORUM, & Arabum, à Mahumethe pſeudo-propheta leviter cœpta, inde per omnes provincias ferè pervagata: nunc in Turcas & Perſas diviſa.

MONARCHIA TURCARUM, cui Ottomanus primus initium dedit, jamque continua ſucceſſione annos ſupra 300. perdurat, latè per Europam, Aſiam, Africamque ſparſa.

MONARCHIA TARTARORUM, alias perampla fuit, nunc autem in plures partes dividitur, ſub totidem Regibus. Ex his Magnus Mogol maximam partem Indiæ Septentrionalis obtinet; & Rex Niucanus Tartarus hiſce ultimis temporibus Imperium Sinarum occupavit.

MONARCHIA HISPANORUM, antea ampla, nunc deficit, cum in ipſa Hiſpania, Portugallia Regem habeat ſeparatum. In Africa habet tantum tres aut quatuor arces in ora maris Mediterranei,

Hiſpaniæ,

Hiſpaniæ obverſa, uti & in Aſia Philippinas inſulis ex parte, in mari Indico; ſed pro majori parte dominantur novo orbi ſeu Americæ, cùm inibi habeant Peruam, Terram firmam, Paraguaiam, & Cilem, in America Meridionali, & novam Hiſpaniam late ſumptam cum aliquot inſulis in America Septentrionali.

MONARCHIA AATSSINORUM, in Africa, alias perampla fuit, & majorem partē Æthiopiæ ſuperioris complectebatur. Sed a centum propè annis per Galas populos valde fuit imminuta; ita ut Abyſſiniæ Rex vix dimidiam partem terrarum poſſideat, quas proavi ejus tenuere.

MONARCHIA MOSCHORUM, ſeu Ruſſorum, perampla eſt & valde extenſa, præſertim à duobus ſeculis; creſcitque in dies, maximè verſus ortum & Tartariam. Hujus itaque temporis Monarchiæ clariores ſunt, Francorum, Hiſpanorum, Turcarum, Perſarum, Moſchorum, Mogorum, & Sinarum, quibus Abiſſinia in Æthiopia adnumerari potuit.

MONASTERIENSSS EPISCOPATUS, *das Biſthumbuon Murſter* incolis, *l'Eveſchè de Mounſtre* Gallis, provincia Germaniæ, in Weſtphaliæ, circulo, ſic dicta quod ſubſit dominio Epiſcopi Monaſterienſis, eſtque inter Tranſiſalaniam ad occaſum, Comitatus Embdenſem, & Oldenburgenſem ad Septentrionem, Ducatum Weſtphaliæ & Comitatum Marchiæ ad Meridiem, & Epiſcopatum Oſnabrucenſem, & Comitatus Diepholtenſem & Ravenſbergenſem ad ortum. Extenditur fere ad 100. mill. paſſ. à Septentrione in Meridiem; ſed non æque lata eſt, & dividitur in ſuperiorem & inferiorem; in ſuperiori Epiſcopatu Monaſterienſi ſunt novem tractus ſive Balliviatus, ſic dicti à totidem locis cognominibus, nempe Aahuſia, *Aahus*, Bocholta *Bocholt*, Dulmena *Dulmen*, Horſtmaria *Horſtmar*, Verna *Werne*, Volbeca *Wolbeck*, ubi Monaſterium urbs, Saſſenberga *Saſſenberg*, Stromberga *Sstromberg*, & Bevegernia *Bevegern*; in inferiori autem Epiſcopatu Monaſterienſi ſunt quatuor alii tractus ſive Balliviatus, nempe Meppenſis *Meppen*, Vechta *Vechte*, Cloppenburgenſis *Cloppenburg*, & Vildeshuſia *Wildeshuſen*. Sunt autem in ea provincia urbes Monaſterium, *Munſter*, quæ ejus primaria, Coſfeldia, *Coesfeld*, Meppa, *Meppen*, Vechta, *Vecht*, & Varendorpia, *Varendorp*.

MONASTSRIOLUM, *Moniſtrol*, oppidulum Galliæ ad Elaverem fluvium, in Gabalitano tractu, & in ipſo limite Velaunii, 4. leucis ab Anicio diſtans in occaſum.

MONISTROLIUM, *Moniſtrol*, oppidum Galliæ in Velannis, & in ipſo limite Forenſis provinciæ, vix una leuca diſtans à Ligeri fluvio, & quinque ab Anicio in ortum æſtivum Lugdunum verſus.

MONASTERIOLUM, *Monſtreuil*, oppidum probe munitum Galliæ in Picardia provincia, in colle ſitum, cum arce valida ad Quentiam fluvium, à Stapulis oppido 2. leucis diſtans in ortum, uti 3. ab ora maris Britannici Heſdinum verſus 4. dicitur aliter Monſtrolium. Vide ibi.

MONASTERIOLUM AD ICAUNAM, quod & Monaſteriolum S. Martini in faucibus Icaunæ dicitur in actis mediæ ætatis, vulgo *Montreau faut Tonne*, oppidum Galliæ in Campania provincia, cum caſtro antiquo, in ipſo limite Vaſtinii, & ad confluentes Icaunæ fluvii in Sequanam, cum ponte lapideo, in quo interfectus fuit Joannes Dux Burgundiæ, die 10. Septembris anno 1419. dicitur etiam ab aliis Mons Regalis, & diſtat 17. à Pariſiis in Meridiem, uti 7. à Meloduno Senones verſus, hinc Monaſteriolenſes populi, *les Montreaux* vulgo.

MONASTERIOLUM BERLAII, *Monſtreuil Bellay*, oppidum Galliæ in Andegavenſi provincia, ad fluviolum *la Thoue*, in limite Pictavenſi, & 3. leucis à Salmurio in Meridiem Touarcium verſus totidem.

MONASTERIUM, *Munſter* incolis, *Mounſtre* Gallis, urbs Germaniæ, ampla eſt & probe culta, Weſtphaliæ primaria, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Colonienſi, olim Miningroda & Mediolanum dicta, ut quidam exiſtimant, ſedet ad Aam amnem qui paulo infra cadit in Amiſium, Hanzeatica eſt, & caput Monaſterienſis Epiſcopatus ab ea dicti, ſubeſtque dominio proprii Epiſcopi ab anno 1661. quo capta fuit, arcem habens munitam recentem, & celebris pace Germaniæ inibi ſancita anno 1648. diſtat 7. milliaribus Germanicis ab Oſnabruga in Meridiem, uti 22. à Brema Coloniam verſus 18. & 12. à Paderborna in occaſum; fuitque alias Imperialis & libera, ſed poſtea ab Imperio exempta, hinc Monaſterienſis nomen gentis *Munſteriche* indigenis, *Mounſterien* Gallis.

MONASTERIUM, locus Athimontis, in Macedonia, apud Nicetam, *Monaſtir* nunc, teſte Leunclavio, ſic ob monaſteria Græcorum plura.

MONASTERIUM, *Mouſtiers*, cognomento en *Tarantaiſe*, urbs Sabaudiæ Ducatus, in Tarentaſia tractu, Archiepiſcopali dignitate inſignis, ad Iſaram fluvium ubi recipit *Doron* fluviolum, olim Forum Claudii dicta, teſte Coenali, eſtque intra montes ſita, 6. leucis diſtans à Fano S. Joannis Maurianenſis in Septentrionem, & 11. à Camberiaco in ortum Auguſtam Prætoriam verſus.

MONASTERIUM, *Munſter*, cognomento *im Gregorienthal*, ſeu in valle S. Gregorii, urbs eſt parva admodum & Imperialis Germaniæ, in Alſatia ſuperiori, ad amnem *Fach*, ad radices Vogeſi montis, 5. leucis diſtat à Briſaco in occaſum; ſubeſtque Regi Franciæ pace Weſtphalica.

MONASTERIUM, cognomento in Eiffalia, *Munſter Eyffel*, oppidum Germaniæ, in Ducatu Juliacenſi, ad amnem *Erſt*, in Eiffalia tractu, in ipſo limite ditionis Colonienſis. Ferè 6. milliaribus Germanicis diſtat à Colonia Agrippina in Meridiem, & 7. ab Aquiſgrano in ortum hybernum, ſub dominio Ducis Neoburgenſis, & dictum fuit etiam Nova cella alias.

MONASTERIUM IN ARGONA, *Moutiers en Argone*, Abbatia Galliæ in Campania provincia, & in Argona tractu, vix 3. leucis a Fano S. Menehildis in Meridiem.

MONASTERIUM MEINFILDIÆ, *Munſter Meinfeld*, oppidulum Germaniæ in Trevirenſi ditione inferiori prope Moſellam fluvium, & 3. milliaribus Germanicis ſupra Confluentes in occaſum hybernum, Treviros verſus, in ditione Electoris Trevirenſis, teſte Brouvero.

MONASTERIUM S. PETRI, *Saint Pierre le Moutier*, oppidum Galliæ in Nivernenſi provincia, ubi intius provinciæ juridica ſedes, ferè medium inter Nivernum ad Septentrionem, & Molinas ad Meridiem, 7. leucis diſtans.

MONASTERIUM VILLARE, *Montivillers*, oppidulum & Abbatia Galliæ in Normannia, & in Caletenſi tractu, verſus portum Gratiæ, & una leuca ab Hareflucto in Septentrionem.

MONAACCIA, ſeu Monbaza, *Monbaza*, urbs ampla Africæ, in Zanguebaria Regione, & in ora maris Æthiopici. Caput eſt Regni cognominis, arcem habens probè munitam & portum;

ſubeſtque dominio Luſitanorum, 150. leucis diſtat à Quiloa in Septentrionem, ſedetque ad radices collis, in inſula continenti ferè juncta, circuitus quatuor leucarum.

MONBACIUS MONS, *el Volcan de Monbacho*, mons ignivomus Novæ Hiſpaniæ, in Nicaragua provincia, 2. leucis diſtans ab emiſſario ſive fluvio S. Joannis & 7. à Granata urbe.

MONBRISONIUM, *Monbriſon*, urbs Galliæ, in Forenſi provincia ſuperiori, ad Veſiſiam amnem, olim caſtrum Briſonis dicta, 10. leucis diſtat à Lugduno in occaſum, & 5. à Fano S. Stephani in occaſum æſtivum, 2. autem à Ligeri fluvio, dicitur etiam Mons-Briſonis in quibuſdam titulis mediæ ætatis.

MONCASTRUM, oppidum Beſſarabiæ, verſus oſtium Tiræ fluvii, *Moncaſtro* vulgo, ſub dominio principis Moldaviæ. Vide Bialogrodum.

MONCONTORIUM, *Moncontour*, oppidum Galliæ, in Pictavenſi provincia, ad Divam amnem, ubi hæretici grandi clade affecti fuere anno 1569. ſub Carolo nono Francorum Rege, 9. leucis diſtat à Salmurio in Meridiem, & totidem à Pictavio in occaſum hybernum.

MONDA, fluvius Hiſpaniæ in Luſitania Ptolemæo, & Pomponio Melæ, qui Munda Plinio, nunc *el Mondego*, fluvius Portugalliæ Regni Cluſio & aliis, oritur prope Guardam urbem, & deinde in occaſum fluens, medius fere inter Durium ad Septentrionem & Tagum ad Meridiem, & Beiram provinciam ſecans bifariam, Conimbricam urbem rigat, & 7. leucis infra in Oceanum Occidentalem ſe exonerat.

MONEMBASIA, urbs Archiepiſcopalis Peloponneſi, in ora, inter Maleam promontorium ad Meridiem & Naupliam ad Septentrionem, nunc *Maluaſia*. (Vide Epidaurus)

MONEMUGIUM REGNUM, *le Royaume de Monemugi* ſeu *Mohenemugi*, Regnum Africæ, in Æthiopia inferiori, quod aliter *Nimeamajo* dicitur, eſtque peramplum, cum ad occaſum Regno Macoco ſit conterminum, & à Meridie etiam Imperio Monomotapæ. Ejus ditio latiſſimè patet, crediturque extendi ad limites Regnorum Monbazæ, Quiloæ, Soffalæ, & Moſambici, teſte Hieronymo Lobo Luſitano. Sed de ejus urbibus & provinciis non conſtat apud Europæos, cum ex iis pauci huc uſque pervenerint.

MONETIUM, oppidum Japodum Straboni, quid ſit hodie non conſtat, quanquam Lazius *Monſpurg* oppidum interpretetur, quod tamen non bene convenit.

MONFERRANDUS, *Monferrand*, urbs Galliæ in Alvernia inferiori, & in Limania tractu, ſic dicta fuit quaſi Monsferax, ut quidam volunt, eſtque ſatis culta in colle, vix uno milliari diſtans à Claromonte, 2. leucis ab Elavere fluvio in occaſum, uti 25. à Lugduno, in tractu ferace admodum.

MONFIA, *Monfia*, inſula Africæ, in Oceano Æthiopico, & in ora Zanguebariæ Regionis, verſus Quiloam urbem, 40. mill. ab ora.

MONFORTIUM AMALRICI, *Monfort l'Amaury*, oppidum Galliæ, in provincia Inſulæ Franciæ, in colle, 10. leucis à Pariſiis in occaſum Drocas verſus diſtans, & 7. à Medunta in Meridiem, cum caſtro diruto.

MONGADORA, *Mongador*, oppidulum Africæ in Regno Suſæ, cum portu parvo in ora Oceani Atlantici, & in limite Regni Marrochii.

MONGAGUABA, *le Mongaguabe*, fluvius Americæ, in Braſilia, & in Præfectura Paraibæ.

MONHURTIUM, *Monhurt*, oppidum Galliæ in Aquitania, ad Garumnam fluvium, & in Vazatenſi tractu, è regione Aginnenſis provinciæ, & prope Toninum, alias munitum fuit, & 7. leucis diſtat a Vazate in ortum, 6. vero à Condomo in Septentrionem, uti 3. a Neraco.

MONLUSSONIUM, *Monluçon*, urbs Galliæ, in Borbonenſi provincia, ad Carim fluvium, in limite Bituricenſi, 4. leucis diſtat à confinio Alverniæ inferioris in Septentrionem, & 13. à Molino in occaſum, dicitur etiam Mons Luzzonis.

MONIOOGA, *Schiermoug* quibuſdam, inſula Belgii, in ora Friſiæ, vix 5. mill. paſſ. à continenti, & pauló plùs ab Amelandia inſula in ortum diſſita.

MONMELIANUM, *Monmelian*, arx permunita Sabaudiæ, cum oppidulo adjacente ad Iſaram fluvium, dicitur etiam Mons Melianus. Vide infra Monmelianus.

MONMIRALIUM, *Monmirail*, oppidum Galliæ, in Bria provincia, in colle ad Morinum majorem fluvium, & in limite Campaniæ propriæ, 4. leucis diſtans a Caſtro Theodorici in Meridiem, & 13. à Meldis in ortum, dicitur etiam Mons mirabilis.

MONMIRALIUM, *Monmirai*, oppidum Galliæ, in Pertico provincia, in colle, & in ipſo limite Cenomanenſis provinciæ. Diſtat 11. leucis a Cenomano in ortum, & 6. a Vindocino in Septentrionem.

MONMORENCIACUM, *Monmorency*, oppidum Galliæ in colle, in provincia Inſulæ Franciæ, in regiuncula Francia proprie dicta, Ducatus titulo nobile, & unde antea Duces magni nominis; dicitur etiam Mons Morentiacus, & 4. leucis diſtat a Pariſiis in occaſum æſtivum, hinc vallis adjacens fertiliſſima nomen habet.

MONOARICA, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, nunc *Monbriga*, vicus Vandalitiæ Regionis, ut habent ejus loci inſcriptiones, teſte Cluſio.

MONOSES MONTES, *li Monti di Monaco*, montes Italiæ, & pars Alpium in parte orientali Comitatus Nicenſis, inter Niceam & Monoecum, teſte Joffredo.

MONOECUS PORTUS, ſeu Herculis Monoeci portus, oppidum Liguriæ Straboni, & Ptolemæo, nunc *Monaco* incolis & aliis, *Mourgues* Provincialibus per corruptionem, oppidum eſt parvum Italiæ, in ora Genuenſi, probe munitum cum arce firmiſſima in ſaxo, portu tuto in ora maris Liguſtici, & palatio Principis, è gente Grimalda, qui ſupremus oppidi dominus eſt, licet ſub protectione Regis Franciæ, præſidium illius admiſerit, eſtque fere inſertum in Comitatu Nicenſi, cum Mentona oppidulo, & *Roccabruna* caſtro, quæ etiam ſubſunt eidem Principi, ſed ab ortu terminatur ditione Genuenſi, & ibi incipiunt Alpes Maritimæ. Vide Herculis Monoeci portus.

MONOGLOSSUM, urbs Indiæ intra Gangem in ora littorali Ptolemæo, nunc *Mangalor* dicta, ut exiſtimat Niger ex conjectura.

MONOLEUS, lacus Æthiopiæ, ex quo Aſtaboras fluvius, effluit teſte Strabone.

MONOMOTAPÆ IMPERIUM, *l'Empire du Monomotapa*, ſive *le Monomotapa* Gallis, *Mana-Motapa* Luſitanis, Regio ampla Africæ, & pars Meridionalis Æthiopiæ, cujus termini ſunt ad Septentrionem Imperium Mohemugium, ad occaſum & Meridiem Cafreria, ſive ora Hottentotarum, & Inhambanum Regnum, ad ortum vero porrigitur uſque ad Oceanum Æthiopicum, ubi

ejus pars verſus oram littoralem perſæpe ſub Cafreria Orientali cenſetur ab Europæis; ſed revera ab ea differt, & alias diviſum fuit hoc Imperium in tres partes ſive Regna, *Quitevo*, *Sabanda*, & *Chicanga* dicta: nunc autem magis protenditur, & ſub eo cenſentur viginti quinque alia Regna, quorum nomina ſunt *Mongas*, *Baroe*, *Manica*, *Boeſa*, *Macinge*, *Remo*, *Chique*, *Chiria*, *Chidima*, *Boquiza*, *Inabanzo*, *Chiruvia*, *Condeſaca*, *Daburia*, *Maucrumbe*, *Munguſſi*, *Antuvaza*, *Choue*, *Chunque*, *Diza*, *Romba*, *Raſsini*, *Chirao*, *Mocaranga*, & *Remo de Beza*, ex quibus præcipua ſunt Regna *Mongas* & *Mocaranga*, & ex hoc ultimo oriundus eſt præſens Imperator Monomotapæ, teſte Emanuele de Faria in tractatu de Aſia Luſitanica, ſed ex ſupradictis Regnis plura pendent ab ipſo jure feudi tantum. Totius regionis præcipua urbs eſt Monomotapa, *Monomotapa*, aliæ vero urbes ſeu oppida ſunt *Mongas*, *Zimbaos*, *Butua*, *Sena*, & *Teto*, quarum tantum fit mentio in relationibus recentiorum, cum raræ ſint urbes in illis partibus, & pauci admodum Europæi luſtrarint hanc Regionem, quæ fertilis eſt valde & abundans, maxime in ejus parte ad ortum; ubi etiam plurimæ ſunt auri & argenti fodinæ: ideoque Luſitani hiſce ultimis temporibus colonias duxerunt verſus oram ejus littoralem, ad fauces fluviorum Cuamæ & Zambezi, ubi ora littoralis Imperii Monomotapæ extenditur ad 250. leucas; & in locis interioribus etiam aliquot arces extruxerunt verſus aurifodinas.

MONOMOTAPA, *Monomotapa*, urbs Africæ, Imperii cognominis caput, in mediterraneis, ad fluvium Spiritus Sancti, & verſus Regionem Caſtorum ad ortum, 230. mill. paſſ. diſtat ab ora Oceani Æthiopici in occaſum.

MONOPOLIS, *Monopoli*, urbs Regni Neapolitani in provincia Barenſi, in Apulia, & in ora ſinus Veneti, quæ Egnatiæ urbi proximæ exciſæ ſucceſſit, teſte Volaterrano, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Barenſi, ſed ab ejus juriſdictione immunis, ſed ejus Diœceſis unicum tantum complectitur caſtrum ultra ipſam urbem, eſtque ſplendore & ædificiorum magnificentia nobilis, licet non magna, teſte Leandro 22. milliaribus diſtans à Bario in ortum, 25. à Tarento in Septentrionem, & 40. à Brunduſio in occaſum æſtivum.

MONREVELLUM, *Monrevel*, oppidulum Galliæ in Aquitania, & in Petrocoricenſi provincia, prope Duranium fluvium, & Fanum S. Fidei, in limite Vazatenſis tractus.

MONPENSERIUM, *Monpenſier*, caſtrum fuit Galliæ in Alvernia inferiori, prope Aquas Sparſas, in quo obiit Ludovicus VIII. Rex Franciæ anno 1226. die 7. Novembris; nunc omnino dirutum jacet in colle, ubi tantum ejus viſuntur veſtigia, Ducali tamen titulo etiamnum inſignitur, & 5. leucis diſtat à Claromonte in Septentrionem Molinas verſus 15. circiter, in limite Borbonenſis provinciæ.

MONS-ACUTUS. *Montegu*, cognomento *en Combraille*, oppidum Galliæ, in Alvernia inferiori provincia, & in Combralia tractu, juxta amnem Duplicem, in limite Borbonenſi, 13. leucis diſtans à Claromonte in Septentrionem.

MONS ALBANUS, *Montauban* incolis, *Montalbano* Italis, urbs Galliæ in Aquitania, & in Cadurcenſi provincia, in ipſo limite Occitaniæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Toloſano, à Joanne XXII. Pontifice Maximo effecta, eſtque lepida, ampla, & probe culta in monte, diviſa in urbem veterem novam, totaque lateritia, & antea valde munita, ad Tarnim fluvium, ubi ponte jungitur lateritio, ſed affabre facto, & trans-pontem habet etiam ſuburbium amplum in Occitania. Dicta fuit autem olim mons Aureolus, teſte Catello, & diſtat 8. leucis à Toloſa in Septentrionem Cadurcum verſus 9. & ab Aginno 10. in ortum hybernum: & cum pons ruinam minitaret, ex eo præſertim quod male habitus fuiſſet percuſſione tormentorum tempore obſidionis urbis anno 1621. de novo reſtauratus fuit à paucis annis, ut conſtat ex hac inſcriptione ad eum appoſita.

AN. DOM. MCLXVII.

Regnante LUDOVICO XIV. *ſemp. Auguſto*
Et in Belgio Triumphante.
Præfecto Ærarii JO. BAPT. COLBERTO,
CLAUDIUS PELLOT,
Per Aquitaniam Miſſus Dominicus
hunc pontem
Singularis ſtructura fere dirutum
Reſtitui,
Et viam ad Tarnis ripam per invia ſterni
Curavit.
Sic urbis
Utilitati conſultum & Amœnitati,

MONS-ALBANUS, *Montaluan*, oppidum Hiſpaniæ, in Aragonia, ad fluvium Martinum, 9. leucis à Terulo in ortum æſtivum Barbaſtrum verſus diſtans, & olim Albania dictum fuit.

MONS ALBUS, *Monblancq*, oppidulum Hiſpaniæ, in Catalonia, Ducatus titulo clarum, ad amnem Francolinum, 5. leucis à Tarracone in Septentrionem.

MONS ALCINOUS, ſeu Ilcinenſis, *Montalcino*, vel *Monte Alcino*, teſte Volaterrano, urbs Hetruriæ, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Senẽſi ſed ab ejus juriſdictione immunis; quæ & Mons Ilcinus dicitur, in colle, in agro Senenſi, ſub dominio Magni Ducis Hetruriæ. Vide Ilcinum.

MONS ALFONSUS, *Monte Alfonſo*, arx permunita Italiæ, in Ducatu Mutinenſi, in Carferoniana tractu, prope Caſtrum novum, in colle, ad Anſerem fluvium, ferè 22. milliaribus à Luca in Septentrionem, & 20. à Serezana in ortum, ad radices Apennini.

MONS-ALTUS, *Montalto*, oppidulum Italiæ in ditione Eccleſiæ, cum portu in ora maris Tyrrheni, ſub dominio Summi Pontificis, in provincia Patrimonii & in tractu Ducatu Caſtrenſi dicto, ad Floram fluvium, 7. milliaribus à Corneto diſtans in occaſum.

MONS-ALTUS, *Montalto*, urbs recens & parva Italiæ in Marchia Anconitana, ſub dominio Summi Pontificis, in monte juxta Monociam amnem, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Firmano, à Sixto V. Pontifice Maximo ejus cive effecta anno 1586. cum antea eſſet in Ripana Diœceſi, & olim Mons-Patritii dicta fuit, teſte Ughello, 12. milliaribus diſtans à Firmo in Meridiem Aſculum verſus 8.

MONS-ALTUS, *Montalto*, oppidulum Regni Neapolitani in Calabria citeriori, ad radices Apennini, olim Uffugum dictum, & poſtea Epiſcopali dignitate inſignitum, ſed deinde Epiſcopatus ſuppreſſus fuit & Coſentinæ Eccleſiæ unitus. Vide Uffugum.

MONS ARAGONIUS, *Monte Aragon*, oppidulum Hiſpaniæ, in Aragonia, vix una leuca ab Oſca in ortum diſtat, cum inſigni cœnobio.

Digitized by Google

Mons Argentarius, *il Monte Argentaro*, in Thuſcia, in ora maris Tyrrheni. Vide Argentarius mons.

Mons Argi, & Mons Argus, *Montargis*, urbs Galliæ, ad Lupiam fluvium, cum caſtro antiquo in provincia Inſulæ Franciæ, & in Vaſtinio agro, cujus caput exiſtit, eſtque lepida, & culta, verſus Belſiam, & 25. leucis diſtat à Lutetia Pariſiorum in Meridiem Nivernas verſus, dicitur etiam Mons Argiſi in quibuſdam titulis mediæ ætatis, uti Mons Regis, eſtque ad radices collis, hinc Montargienſis nomen gentis, *Montargois* vulgo.

Mons Avicula, *il Monte Vccello* Italis, *das Vogelberg* Germanis, Rhætiæ mons, & pars Alpium, ubi fontes Rheni poſterioris. Vide Avicula.

Mons Aureolus, *Montauban*, urbs Galliæ in Occitania. Vide Mons Albanus.

Mons Badonius, in Anglia. Vide Mons Solis.

Mons Balmæus, *la Sainte Baume*, mons Galliæ, in Provincia, ubi Sancta Magdalena per aliquot annos pœnitentiam egit, eſtque inter Aquas Sextias & Telonem, 6. leucis utrinque diſtans.

Mons Barrus, *Mont-Bar*, oppidum Galliæ in Burgundia, & in Alexienſi tractu, ad amnem *Brenne*, 3. leucis a Semurio in Septentrionem Caſtellionem ad Sequanam verſus.

Mons Basonis, *Monbaſon*, oppidulum Galliæ in Turonia provincia. Ducatus titulo inſigne, ad Angerem fluvium, vix tribus leucis diſtans à Turonibus in Meridiem.

Mons Belligardus, *Montpelgart* Germanis, *Montbeliard* Gallis, oppidum Germaniæ, Comitatus cognominis caput, inter Suntgoviam ad ortum & Comitatum Burgundiæ ad occaſum, ſicque fere intra fines ditionis Franciciæ, proprio Comiti parens, ſedet in colle ad radices Vogeſi mõtis, & ad amnem *Alaine* qui paulo infra cadit in Dubim, cum caſtro probe culto ubi ſedes Comitis è familia Ducum Wurtemburgenſium. Arcem habuit alias munitam, ſed à paucis annis disjectam, diſtatque 40. mill. paſſ. à Veſontione in ortum æſtivum, & 33. à Baſilea in occaſum.

Mons Bodius, *Monte Albodo*, oppidulum Italiæ in ditione Eccleſiæ, & in Marchia Anconitana, teſte Blundo, vix 3. milliaribus diſtans à Ducatu Urbinate, 7. à Senogallia in Meridiem, & totidem ab Æſio in occaſum.

Mons Brisacus, oppidum Germaniæ ſuperioris, ex itinerario Antonini, nunc omnibus eſt *Briſac*, urbs permunita Germaniæ, in Briſgavia provincia, ad Rhenum, inter Baſileam ad Meridiem & Argentoratum ad Septentrionem, ſub dominio Francorum. Vide Briſacum.

Mons Caci, *el Moncayo*, mons Hiſpaniæ in Aragonia, dicitur ab aliis Caunus mons. Vide ibi.

Mons Calerius, *Moncalier*, oppidulum Italiæ in Pedemontio, ad Padum fluvium, vix 3. milliaribus ſupra Auguſtam Taurinorum.

Mons Candidus, *le Mont-Canigo*, mons Galliæ, & Pyrenæorum ramus, in Comitatu Ruſcinonenſi. Vide Candidus mons.

Mons Caprarum, *Chermont*, oppidum alias munitum Belgii, in Leodienſi tractu, nunc vicus inter Dinantium & Durbutum.

Mons Caroli, ſive Carolomontium, *Charlemont*, arx Belgii probe munita in Comitatu Namurcenſi, ad Moſam fluvium, & in limite ditionis Leodienſis, extructa fuerat ab Hiſpanis quibus parebat, ſed hoc anno 1680. effecta eſt Francici juris, pace ad Noviomagum ſancita, dicitur ſæpius Carolomontium. Vide ibi.

Mons Casinus, cœnobium Regni Neapolitani, in provincia Terræ Laboris, vulgo *il Monte Caſſino*. Vide Caſſino.

Mons Castrilocus, ſic dicta fuit alias Montes, *Mons*, urbs Hannoniæ præcipua in Belgio. Vide Montes.

Mons Cenisius, *le Mont Cenis*, mons Sabaudiæ, pars Alpium, & in ipſo limite Pedemontii. Vide Cenſius mons.

Mons Cetius, *Calemberg* incolis, *Lyſagora* Polonis, mons Germaniæ, in Auſtria inferiori. Vide Cetius mons.

Mons Christi, *Monte Chriſto*, mons excelſus Italiæ, in mari Tyrrheno, totam ferè inſulam cognominem complectens, cum una aut altera turri tantùm, ferè inter Planaſiam ad occaſum & Igilium ad ortum. Pendet ex agro Senenſi, à quo triginta milliaribus diſtat in Meridiem, & ſubeſt magno Duci Hetruriæ. Alias Oglaſa dicta fuit inſula, teſte Cluverio, eratque in ea Monaſterium celebre S. Maximiliani.

Mons Ciminius, *il Monte di Viterbo*, mons Italiæ, in ditione Eccleſiæ, prope Viterbum. Vide Ciminius mons.

Mons Clipsorum, qui & Verthesius quibuſdam, *Verthes* vulgo incolis, *Scilsperg* Germanis, mons Hungariæ inferioris, inter Strigonium & Albam Regalem extenſus, pro majori parte ſub Turcis.

Mons Cornuti, *Moncornet*, oppidum Galliæ, in Picardia provincia, & in tractu Teoraſcia, in limite Campaniæ, 10. leucis à Remis in Septentrionem diſtans, dicitur etiam mons Cornutus in antiquis titulis.

Mons Corvinus, *Monte Corvino*, oppidulum Italiæ in Regno Neapolitano, & in Apulia, in Capitanata provincia, olim Epiſcopali dignitate inſignitum ſub Archiepiſcopo Beneventano, ſed nunc ſemidirutum jacens, & ejus Epiſcopatus Vulturarienſi unitus fuit anno 1433. ſicque dignitatem Epiſcopalem prorſus amiſit.

Mons Crucis, *la Sierra de la Crux*, mons Hiſpaniæ in Extremadura provincia, ſolus & præaltus, ad cujus radices oppidum *Santa Cruz de la Cruz*, ſitu amœno viſitur ad Septentrionem.

Mons Cygnorum, ſeu mons Cygniorum, *le mont des Cignes*, locus fuit Galliæ Belgicæ ad Somonam fluvium, ubi poſtea extructa fuit Perona, *Perone*, urbs Picardiæ probe munita, teſte Cheſnæo in vita S. Furci Abbatis. Vide Perona.

Mons-Desiderii, ſeu Mondiderium, *Mondidier*, oppidum amplum Galliæ, in colle, in Picardia provincia, medium inter Ambianum & Compendium, 7. leucis utrimque diſtans, uti à Novioduno in occaſum.

Mons Dolorosus, poſtea Sterlinga, *Sterling*, oppidum Scotiæ, in provincia cognomine, ad Fortheam fluvium, à Glaſquo & Dumblanu urbibus 20. & 10. mill. in ortum verſus Edimburgum, in quo Reges coronari ſolebant. Vide Sterlinga.

Mons Domæ, *Domme*, oppidum Galliæ in provincia Petrocoricenſi ſuperiori, in monte, ad Duranium fluvium, in limite Cadurcenſi, & una leuca à Sarlato in Meridiem.

Mons Drepani, ſive S. Juliani mons, vulgo *Trapani del monte*, ſive *il Monte di San Juliano*, &

etiam aliquando *Trapani Vecchio*, urbs Siciliæ inſulæ in Valle Mazarenſi, in vertice Erycini montis, ſatis culta, & olim Eryx dicta. Vide ibi.

Mons-Falconis, & Mons-Falchius, *Monte-Falco*, oppidum Italiæ in Umbria, ſub dominio Summi Pontificis, in monte prope Clitumnum fluvium, vix 4. milliaribus à Fulginio in Meridiem, notum eſt natalibus S. Claræ.

Mons-Falconis, *Mont-Faucon*, oppidulum Galliæ, in monte, in Campania provincia, & in limite Lotharingiæ & Virdunenſis agri, vix 2. leucis à Moſa fluvio diſtans in occaſum, oti 4. à Virduno.

Mons-Feretranus, *il Monte-Feltro*, regiuncula Italiæ, in Ducatu Urbinate & ditione Eccleſiaſtica, ad radices Apennini, juxta Ariminum fluvium & confinia Romandiolæ. Ejus caput eſt Leopolis ſeu Fanum S. Leonis, urbs Epiſcopalis, in monte excelſo.

Mons-Ferranoos, & Monferrandus, *Montferrand*, urbs Galliæ in Alvernia provincia, vix uno milliari à Claromonte urbe diſtans in ortum, unde etiam ſub ipſa ſæpius comprehenditur, & aliquando dicta fuit *Clermonferrand*, ſed revera ſeparatur, & in ea erat Curia rei tributariæ, ſeu adjutorium, ut vocant, quæ anno 1632. Claromontem tranſlata fuit. Vide Monferrandus.

Mons-Ferratus, ſive Montisferrati Ducatus, *il Monferrato* incolis, *le Monferrat* Gallis, provincia Italiæ, Ducatus titulo clara ab anno 1575. cujus termini ſunt ad ortum Ducatus Mediolanenſis, & ditio Genuenſis ex parte; ad Septentrionem agri Vercellenſis, & Bugellenſis, & Canapicium; ad occaſum Pedemontium ſtricte ſumptum, & Comitatus Aſtenſis: ad Meridiem vero Genuenſis ditio occidentalis, à qua ſeparatur Apennino monte: ſicque extenditur à Septentrione in Auſtrum ubi olim pars Liguriæ mediterraneæ, ſed ab Oriente in Occidentem multum reſtringitur plurimis in locis. Sic dicitur quaſi Mons ferax, a modicorum ſcilicet quos habet collium feracitate, cum ſit provincia fertilis admodum & culta, ſub dominio Ducis Mantuæ, cui obvenit anno 1535. ex matrimonio Margaritæ uxoris Frederici I. Mantuæ Ducis poſt obitum Bonifacii fratris Marchionis ultimi ex familia Paleologorum. Antea magis extendebatur, cum ſub ipſa cenſerentur etiam pars Canapicii, & Langarum ſuperiorum tractus pars; ſed pace ad Claraſcum ſancita anno 1631. conceſſæ fuere Duci Sabaudiæ, una cum parte Montis-Ferrati trans-Padum: ſicque nunc dividitur bifariam: nempe in Montem Ferratum proprie dictum, in quo maxima pars provinciæ ad ortum & Meridiem, ſub Duce Mantuæ: in qua ſunt urbes Caſale *Caſale*, quæ ejus primaria, Aquæ Statelliæ *Acqui*, & Nicea Palea *Nizza* cognomento *de la Paglia*; & in Montem Ferratum Pedemontanum, in qua minima pars provinciæ ad occaſum & Septentrionem, ſub Duce Sabaudiæ, & in ea ſunt pars Canapicii, & tractus ad Padum inter Auguſtam Taurinorum & Verrucolam: pars minuta Montisferrati trans-Padum cujus caput Tridinum; & Albenſis ager, ſive pars tractus Langarum ſuperiorum, in quo Alba: & ſub Monte-Ferrato comprehendebantur alias Valentia, & Baſſiniana ad Padum, quæ nunc ſunt in Ducatu Mediolanenſi, uti & Mons-Regalis in Pedemontio: hinc Mons-Ferratenſis nomen gentis, *Monferrino* vulgo indigenis, *Monferrin* Gallis.

Mons-Flanquinus, *Montflanquin*, oppidum Galliæ, in Aquitania, & in Aginnenſi agro, ad amnem Ledum, 7. leucis ab Aginno in Septentrionem Petrocurium verſus.

Mons-Flasconis, *Monte Fiaſcone*, urbs Italiæ in ditione Eccleſiaſtica, & in provincia Patrimonii, Epiſcopalis nemini ſuffraganea, cui unitus eſt Epiſcopatus Cornuetanus, ſita eſt in colle arduo ad Vulſinium lacum, 50. milliaribus diſtans ab urbe Roma Senas verſus: erat alias in Diœceſi Balneoregienſi, & vino ſuo Muſcatello celebratus: dicitur à quibuſdam Mons-Faliſci, eſtque parva & male culta, & ab Urbano V. Pontifice Maximo Epiſcopalis effecta fuit anno 1369.

Mons-Fusculus, *Monte-Foſcolo*, oppidulum Regni Neapolitani in principatu Ulteriori; inter Calorem & Sabbatum fluvios, vix 5. milliaribus à Benevento in Meridiem, Montem Maranum verſus, & in eo commoratur præſes provinciæ.

* Mons-Garganus, *le mont-Gargan* Gallis, *il monte Gargano ò di San Angelo* Italis, mons Italiæ, in Regno Neapolitano, in mare Adriaticum excurrit, in cujus ora fuit Sipontum, urbs Archiepiſcopalis, everſa, cui Manfredonia ad milliarium ſubſtituta. In monte vero oppidum S. Angeli hodie viſitur, ubi templum S. Michaëli dicatum, eſtque unitum cum Manfredonienſi urbe per Alexandrum III. Papam. Vide Garganus.

Mons-Gauoii, *Mongauſi*, oppidulum Galliæ in Occitania, & in Fuxienſi Comitatu, teſte Catello.

Mons-Genebra, *le Mont-Geneure*, olim Matrona, mons Galliæ, in Delphinatu, & pars Alpium, in confinio Italiæ, ad Druentiæ fluvii fontes. Vide Genebra & Cottiæ Alpes.

Mons-Gomericus, *Montgommery*, oppidum Walliæ Borealis, in Anglia, Comitatus cognominis caput, 2. milliaribus à Sabrina fluvio diſtans, 18. mill. paſſ. à Salopia in occaſum hybernum, & 30. ab Herefordia in Septentrionem.

Mons-Hulini, *le Monthulin*, arx munita Galliæ, in Picardia & Bolonienſi tractu, alias contra Hiſpanos excitata, in monte, 3. leucis à Bolonia in ortum Teruanam verſus.

Mons Ilcinus, *Mont-Alcino*, urbs parva Italiæ in Hetruria, quæ aliter & ſæpius dicitur Ilcinum, non longe a via quæ Roma Senas ducit, ſub dominio magni Ducis Hetruriæ, & in agro Senenſi Vide Ilcinum.

Mons Inaccessos, *la montagne Inacceſſible*, mons Galliæ in provincia Delphinatus, dicitur à populis illius tractus acus, id eſt *l'aiguille*, quod formam habet pyramidis inverſæ, ejus circuitus eſt duorum mill. paſſ. in parte inferiori, & in ſummo eſt 4. mill. paſſ. circuitus, diſtans 2. leucis à Dea & 6. a Gratianopoli, teſte Nicolao Choriaco viro clar.

Mons in Pabula, *Mont en Peulle*, vicus Galliæ cum monte in Comitatu Flandriæ, & in Præfectura Inſulana, ubi Flandri maxima clade affecti fuere à Gallis anno 1304. vix 2. milliaribus Germanicis diſtat ab Origiaco in occaſum Lendium verſus; in confinio Arteſiæ, & ſub dominio Francorum, dicitur etiam Mons in Paſcuis à quibuſdam.

Mons-Iovis, pars Alpium in ipſo limite Rhætiæ, nunc mons major S. Bernardi. Vide ibi, quanquam ſint qui credant eſſe *Monjovetto* vicum Sabaudiæ in Ducato Auguſtano.

Mons Leo, *Monte Leone*, urbs Regni Neapolitani, in Calabria ulteriori Epiſcopalis, & terræ motu fere conquaſſata anno 1638. alias Vibo Valentia. Vide ibi.

Mons Lathericus, *Mont-Lehery*, vicus Galliæ in colle in provincia Inſulæ Franciæ, prope Caſtrum oppidum, 6. leucis à Lutetia Pariſiorum

diſtans in Meridiem Stampas verſus, dicitur etiam Mons Lethericus, & caſtrum habuit munitum, ſed à Rege Ludovico Craſſo disjectum, præter Turrim quæ etiamnum remanet ſemidiruta, & in ejus viciniis acriter dimicatum fuit, inter Gallos ſub Ludovico XI. Rege.

Mons Leucotitius, nunc dicitur Mons Sanctæ Genovefæ, collis Pariſiis exiſtens in parte meridionali urbis, & ejus fit mentio in actis mediæ ætatis.

Mons Limarii, *Montelimar*, urbs eſt Galliæ, in Delphinatu, ad radices collis, 2. mill. paſſ. à Rhodano fluvio, & ferè 7. à Valentia in Meridiem, uti 4. à Fano Sancti Pauli in Septentrionem. Dicitur etiam mons Æmarorum, & Montilium Ademari.

Mons Ludovici, *Mont-Louis*, oppidum recens Galliæ in Comitatu Cerretaniæ, ad radices montium Pyrenæorum, & in ipſo limite Hiſpaniæ, & Comitatus Ruſcinonenſis, cum caſtro permunito, hoc ipſo anno 1680. ubi antea vicus *le Villars* dictus, intra fines Parrochiæ *Saint Pere del Forcats*, vix una leuca cum dimidia à Julia Lybica, & duabus à Podicerta in ortum, prope tranſitum *le col de la Perche* dictum, in limite Comitatus Confluentiæ, verſus fontes Theris fluvii.

Mons Lupellus, *Montluel*, oppidum Galliæ in Breſſia provincia, & in tractu Vallebona *la Valbonne* dicto, cujus caput exiſtit, in colle, extructum fuit anno 1276. teſte Guichenone, & ſedet ad amnem *Seraine*, 3. leucis à Lugduno in ortum.

Mons Major, *Mont-Majour*, Abbatia Galliæ in Provincia, prope Arelatem urbem, vix una leuca ab ea in ortum diſſita.

Mons Maranus, *Monte Marano*, urbecula parva admodum Regni Neapolitani, in provincia Principatus Ulterioris, Epiſcopalis tamen ſub Archiepiſcopo Beneventano, ad Calorem fluvium, & prope Vulturariam, 10. milliaribus ab Abellino in ortum diſtans Nuſcum verſus 6.

Mons Martiani, *le Mont de Marſan*, oppidum eſt Galliæ, in Aquitania, ad fluvium *Midou*, agri Martiani caput eſt, in Vaſatenſi provincia, 5. leucis diſtans ab Aturo in Boream Burdegalam verſus, & extructum fuit anno 1141. à Petro Comite Bigerrenſi.

Mons Martyrum, *Montmartre*, mons Galliæ cum vico, prope & extra Lutetiam Pariſiorum, alias mons Mercurii, & ſic dictus quod Sancti Dionyſius primus Pariſiorum Epiſcopus ibi martyrio affectus fuit cum Sociis, ubi nunc eſt Abbatia monialium percelebris, in qua incunabula Societatis Jeſu anno 1545. nunc fere Lutetiæ Pariſiorum conjunctus eſt.

Mons Martis, *Stadtberg*, oppidum Germaniæ in colle, in Weſtphaliæ Ducatu, & in tractu Sauria, in ipſo limite ditionis Paderbornenſis: olim Ereſburgum dictum fuit, ad Dimolam fluvium ſedens, fuitque alias valde munitum à Carolo Magno anno 776. & aliis poſtea, ſed à Suecis direptum fuit, & ejus munitiones ſolo æquatæ ſunt anno 1646 ut conſtat ex Monumentis Paderbornenſibus, & 4. milliaribus Germanicis diſtat à Paderborna in Meridiem.

Mons Maurilionis, *Montmorillon*, oppidum Galliæ, in Pictavenſi provincia. Vide Mons Morillium.

Mons Medius, ſeu Maledictus quibuſdam, *Monmedy*, urbs parva Belgii Francici, ſed permunita, in colle, in Ducatu Luxemburgenſi, ad Carum fluvium. Diſtat 7. leucis à Virduno in Septentrionem, & ferè 3. à Satenaco in ortum. Capta fuit anno 1657. à Gallis, quibus poſtea remanſit pace ad Pyrenæos.

Mons Mercurii, ſive & mont Martis, mons Galliæ, prope Lutetiam Pariſiorum ex antiqua traditione, nunc mons Martyrum dictus. Vide ibi.

Mons Merula, *Monmerle*, caſtrum Galliæ, alias amplum, nunc tenue in Breſſia provincia, ad fluvium Ararim, paulo ſupra Francopolim, & medium ferè inter Matiſconem ad Septentrionem & Lugdunum ad Meridiem.

Mons Mirabilis, *Montmirail*, oppidum Galliæ in Bria provincia. Vide Monmiralium.

Monsmirabilis, *Montmirail*, oppidum Galliæ in Pertico provincia. Vide Monmiralium.

Mons Morillium, *Mont-Morillon*, oppidum Galliæ, in Pictavenſi provincia, ad Vartempam fluvium, 8. leucis à Pictavio in ortum hybernum verſus Marchiam, dicitur etiam Mons Maurilionis à quibuſdam.

Mons Niger, *la Montagne Noire*, mons Galliæ in Occitania, & in Lauracenſi tractu, prope Fanum S. Papuli, unde nuper inceptum incile ad deducendas merces à Toloſa Carcaſſonam uſque, & per Atacem fluvium in ſtagna Volcarum, & mare Mediterraneum.

Mons Novus, *Monte Novo*, urbs Serviæ Regni, cum arce diruta, ſub dominio Turcarum, itinere dimidii diei diſtans à Jagnievo, & in ea ſunt plurimi Catholici.

Mons Olympus, *le Mont Olimpe*, arx munita Galliæ, in Campania provincia, juxta Carolopolim, & in colle ad Moſam fluvium, recens excitata fuit.

Mons Orvinus, *Monervino*, urbs Apuliæ Epiſcopalis. Vide Minervinum.

Mons Pelosus, ſive mons Piloſus, *Monte Peloſo*, urbs Regni Neapolitani in Baſilicata. Vide mons Peluſius.

Mons Palusius, ſeu etiam Mons Peloſus, *Monte Peloſo*, urbs parva, ſed culta Regni Neapolitani in provincia Baſilicata, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Acherontino, quamquam ab ejus juriſdictione exempta, uno aut altero milliari diſtat à Bradano fluvio, & in limite provinciæ Barianæ, inter Acherontiam ad occaſum, & Mateolam, atque Gravinam ad ortum, & 6. à Tricarico in Boream, ejus vero Diœceſis non extenditur ultra urbis muros, & primum Epiſcopali ſede inſignita fuit anno 1463. à Sixto IV. Pontifice Maximo.

Mons Pessulanus, *Montpellier*, urbs eſt Galliæ in Occitania inferiori, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Narbonenſi ab anno 1536. ſub Paulo III. loco Magalonæ urbis dirutæ cui ſucceſſit, eſt juxta amnem Ledum *Lez*, & vendita fuit Philippo Valeſio Regi Galliæ anno 1349. à Sanctio Rege Majoricæ cui ſuberat antea, eſtque nunc ampla, & probe culta, totius Occitaniæ inferioris caput, & ſedes Cameræ computorum. Dicitur etiam à quibuſdam mons Peſſulus, & Academiam habet ſtudio Medecinæ celebrem, patria fuit Jacobi Regis Aragoniæ, & ſic dicta fuit quaſi mons Puellarum, arcem habet munitam; vixque una leuca diſtat à ſtagno Magalonenſi, in colle, & 2. ab ora maris Mediterranei, 9. leucis à Nemauſo in occaſum, & 15. à Narbone in ortum.

Mons Phycon, *Monte-Fiaſconé*, urbs Hetruriæ parva & oblonga, in provincia Patrimonii ſub dominio Summi Pontificis, Epiſcopalis ab Urbano V. Pontifice Maximo effecta, & Epiſcopatus illius & Cornuetanus hoc tempore juncti ſunt, ſita eſt in monte lacui Volſinio imminenti, eſtque media inter Viterbium ad ortum, & Volſinium ad

occaſum, 8. milliaribus uttimque diſtans, uti 10. à Cornueto in Septentrionem, & vino ſuo optimo celebratur, dicitur ſæpius mons Flaſconis. Vide ibi.

Mons Pici, *le Mont de Thenerife* ſeu *le Pito de Teyda*, aliis *le Pic de Thenerife*, mons eſt altiſſimus totius Africæ, in Thenerifa inſulâ, una ex Canariis, in mari Atlantico, & verſus otam Regni Marochii.

Mons Pilati, *le mont Pila*, mons Galliæ in Forenſi provincia, & partim etiam in Lugdunenſi, ad aliquot leucas extenſus à Septentrione in Meridiem, verſus Rhodanum, atque inter Condrievium, Burgum Argentalum, & Fanum Sancti Anemundi, & ejus vertex præcipuus qui & præaltus *Trois dents* dicitur ab incolis.

Mons Planus, *la Planeſe*, poſtea Fanum Sancti Flori, *Saint Flour*, urbs Galliæ, in Alvernia ſuperiori, Epiſcopalis facta ſub Archiepiſcopo Bituricenſi à Joanne XXII. Pontifice Maximo, ſita ad amnem *Ladic*, teſte Catello. Vide Floropolis.

Mons Politianus, *Monte Pulciano*, urbs parva Hetruriæ, in agro Senenſi, Epiſcopaliſque ſub Archiepiſcopo Senenſi, ſed ab ejus juriſdictione immunis, ſedet in colle aſpero verſus Clanim paludem, ſub dominio Magni Ducis Hetruriæ, & in confinio ditionis Eccleſiæ, diſtatque 28. milliaribus à Peruſia in occaſum, uti à Senis in ortum hybernum Tudertum verſus, & Cluſium 12. patria fuit Marcelli II. Pontificis Maximi, & primum Epiſcopalis facta anno 1561. à Pio IV. Pontifice Maximo, & vini ſui nobilitate commendatur, hinc Politianus nomen gentis, *Montepulcianeſe* vulgo.

Mons Pusillarum, urbs Galliæ in Occitania inferiori. Vide Mons Peſſulanus.

Mons Regalis, *Montregeau*, burgus ſatis cultus Galliæ in Vaſconia, & in Comitatu Convenenſi, ad Garumnam fluvium, ubi recipit *Neſte* amnem, in limite Armeniaci tractus, & una leuca infra Fanum Sancti Bertrandi.

Mons Regalis, *Monreale*, urbs Siciliæ parva admodum in Valle Mazaræ, ſed Archiepiſcopalis, in monte, prope Panormum, inde 4. mill. paſſ. tantum diſtans, à Gulielmo II. Siciliæ Rege baſilica auguſtiſſime exſtructa, & ampliſſimis redditibus ditata, eoque curante ſede Archiepiſcopali à Lucio III. Pontifice Maximo exornata anno 1182.

Mons Regalis, nunc Mons-Vici, *il Mondovi*, urbs Italiæ in Pedemontio, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Taurinenſi, probe munita, & culta in monte, condita poſt Mediolanum everſum à Friderico I. Imperatore, à Populis oppidorum Vici Caraſſoni & Guaſchi, ſicque dicta Mons Regalis ab amoeniſſimo monte in quo ſita eſt. Vide Mons Vici.

Mons Regalis, *Montreal*, oppidulum eſt Americæ Septentrionalis, in Nova Francia, in inſula cognomine fluvii Sancti Laurentii, 180. milliatibus diſtans à Quebeco in occaſum, ſub dominio Francorum, & ſatis cultum à paucis annis.

Mons Regis, locus inter Carnos & Noricos, Paulo Diacono, & intra Alpes Julias, nunc *der Vogel*, teſte Lazio.

Mons Regius, *Konigsberg*, oppidulum Germaniæ in Franconia, patria Joannis Regiomontani Mathematici percelebris, vix 2. milliaribus Germanicis à Mœno fluvio, & 5. à Bamberga in Septentrionem.

Mons Regius, *Konigsberg*, urbs eſt ampla Regni Poloniæ, caput Pruſſiæ Ducalis ad Pregelam fluvium, ubi in ſinum *Friſch Haff* ſe exonerat. Arcem habet munitam; ſubeſtque dominio Electoris Brandeburgici, 25. milliaribus Polonicis à Gedano in ortum diſtans, totidem à Memelio in Meridiem, & 4. ab ora maris Baltici. Vide Regiomons.

Mons Relaxus, *Morlaix*, oppidum Galliæ in Britannia Minori, cum portu in ejus ora ſeptentrionali, à qua 2. tantum leucis diſtat in Meridiem, uti 4. à Leona in ortum hybernum, eſtque medium inter Brivatem portum ad occaſum, & Trecorium ad ortum.

Mons Ricardi, *Montrichard*, oppidum Galliæ, ad Carim fluvium, in provincia Turonenſi, & in limite Bleſenſi, 12. leucis à Cæſaroduno in ortum, & 6. à Bleſis in Meridiem diſtat, dicitur etiam Mons Tricardus è quibuſdam.

Mons Rosarum, olim Celurca quibuſdam, nunc *Montroſſe*, oppidulum Scotiæ Borealis, in Anguſia Comitatu, cum portu in ora maris Germanici, 10. milliaribus diſtans a Brechinia in ortum, & 25. ab Andreapoli in ortum æſtivum. Marchionem habuit hiſce ultimis temporibus percelebrem, Jacobum *Graham*, & Regi ſuo fideliſſimum.

Mons Roseus, ſeu Roſulus & Roſulum, *Monteroſi*, oppidulum Italiæ, in provincia Patrimonii, & in ditione Eccleſiæ, medium inter Romam & Viterbum, 20. milliaribus utrinque diſtans, & pendet in ſpiritualibus ab Abbate Trium Fontium prope Romam.

Mons Sacer, mons Latii, Tiburi urbi imminens, *il Monte di Tivoli*, nunc dictus.

Mons Salvi, *Monſalvi*, oppidum Galliæ in Alvernia Superiori, in limite Rutenenſis provinciæ, & in monte excelſo, vix una leuca diſtans ab Olda fluvio in Septentrionem Auriliacum verſus 4.

Mons Major Sancti Bernardi, *le grand Saint Bernard*, mons excelſus Alpium pars, verſus confinia Italiæ, inter Ducatum Auguſtanum in Sabaudia ad Meridiem & Valeſiam provinciam Rhætiæ ad Septentrionem, dictus fuit olim mons Jovis, & nunc ſic vocatur à Sancto Bernardo de Mentoua Archidiacono Auguſtano qui anno 966. monaſterium excitavit in viciniis.

Mons Minor Sancti Bernardi, *le petit Saint Bernard*, mons Sabaudiæ excelſus, & pars Alpium etiam verſus confinia Italiæ, inter Ducatum Auguſtanum ad ortum, & Tarentaſiam ad occaſum, olim vocatus mons Columna Jovis, ſicque nunc dicitur ab eodem Sancto Bernardo de quo ſupra, atque ad alterius differentiam mons minor vocatur.

Mons Sanctæ Annæ, *Annaberg*, oppidum Germaniæ in Miſnia provincia, in monte *Schneberg* dicto, in limite Bohemiæ, & in tractu Montano, ſub dominio Electoris Saxoniæ, vix 4. milliaribus Germanicis diſtans à Chemnitio in Meridiem, & 5. à Zuickavia in ortum.

Mons Sancti Adriani, *el monte de Sant Adrian* incolis, mons Hiſpaniæ excelſus, & Pyrenæorum montium ramus, ab ortu in occaſum extenſus, inter Navarræ Regnum, & Ipuzcoam Alavamque provincias, in quo antrum ineſt via qua ad Galliam tenditur, per quod viatores ultro citroque commeant, hic enim via lapidea per antrum hujus montis recta ducit, incipiendo à pago Galerota qui 5. mill. paſſ. ab urbe Victoria diſtat, eſtque mediocriter lata, longâ vero in quantum ſagittæ jactus extendere ſe queat, teſte Vaſæo cum plurimis aliis.

Mons Sancti Bartholomæi, *le mont de Saint Bartelemy*, mons Americæ Septentrionalis in Nova Hiſpania, & in Tlaſcala provincia, alias *Matealcueie* dictus, valde excelſus eſt, & 2. leucis diſtat à Tlaſcala urbe.

Mons Sancti Eligii, *le mont Saint Eloy*,

vicus & Abbatia Galliæ in Arteſiæ Comitatu, duabus leucis ab Attebaro in occaſum.

MONS SANCTÆ GERTRUDIS, *Saint Gertruydenberg*, oppidum munitum Belgii uniti, in Hollandia, & in limite Brabantiæ. Vide Gertrudoberga.

MONS SANCTI GOTHARDI, *le mont Saint Gothard*, pars eſt Alpium, in Helvetiis. Vide Adula mons.

MONS SANCTI LUDOVICI, *el monte de San Luis*, mons Portugalliæ Regni in Tranſtagana provincia, teſte Vaſconcello.

MONS SANCTÆ MARIÆ, *il monte di Santa Maria*. oppidulum Italiæ in monte, ſub dominio proprii Marchionis, ex antiqua Montenſium gente, inter Ditionem Florentinam, & Ducatum Urbinatem.

MONS SANCTI MICHAELIS, *le mont Saint Michel*, mons Galliæ in Normannia, dictus in periculo maris, quia una leuca diſtat à littore juxta oſtia Lerræ fluvii, & quaſi Scopulus in ſinu parvo ab eo dicto, ſive in intimo receſſu maris verſus Normanniam & Britanniam minorem, & ab ora tantum diviſus accedente æſtu maris, vocatus fuit etiam mons S. Michaëlis ad duas Tumbas, & arcem habet atque oppidulum, cum Abbatia, & inſigni Eccleſia excitata anno 706. ab Autberto Epiſcopo Abrincenſi regnante Childeberto Rege Galliæ, & 4. leucis diſtat ab Abrincis in occaſum Maclovium verſus, & 2. à Ponte Urſonis.

MONS SANCTI MICHAELIS, *le mont Saint Michel*, caſtrum Galliæ in Lotharingia, inter Metim ad ortum hybernum, & Longovicum ad occaſum æſtivum, in ipſo limite Luxemburgenſis Ducatus.

MONS SANCTI MICHAELIS, *Saint Michels mount*, mons Angliæ in ora littorali maris Britannici, & in intimo receſſu Cornubiæ provinciæ, juxta caſtrum *Penſans* dictum, & verſus Antiveſtæum promontorium.

MONS SANCTI PEREGRINI, *il monte di San Pelegrino*, mons Italiæ, & Apennini pars, in Lucenſi agro, & verſus Mutinenſem ditionem, alias Eremiticus dictus fuit, & olim etiam Lætus. Vide ibi.

MONS SANCTI SABINI, *il monte San Savino*, caſtrum Italiæ in Hetruria, patria Julii III. Pontificis Maximi, in colle prope Aretium.

MONS SANCTI WINOCI, ſeu Vinociberga, *Bergues Saint Vinox* ſeu *Bergues* ſimpliciter, urbs Belgii Francici, in Comitatu Flandriæ, ad Colmam fluvium, una leuca à Dunquerca, & ab ora Oceani in Meridiem. Pluries capta fuit hiſce ultimis temporibus, & tandem Francici juris effecta eſt pace ad Aquiſgranum ſancita, cum toto tractu adjacente, & Mons Viridis alias dicta fuit.

MONS SELEUCUS, ſeu mons Seleuci, locus Galliæ Narbonenſis, ex itinerario Antonini, ubi victus fuit Magnentius, nunc teſte Nicolao Choriero, eſt *Mont-Saleon*, vicus Delphinatus, inter Vapincum urbem & Lucum, quod etiam à præſide *de Boiſſieu* confirmatur. & ab aliis, eſtque prope oppidulum *Veynes* dictum.

MONS SERRATUS, ſeu Montis Serrati inſula, *Monſerrat*, inſula Americæ Septentrionalis, & una ex Antillis in mari Boreali, ſub dominio Anglorum, parva eſt & potius mons, unde ſic dicta fuit ab Hiſpanis qui illam primum detexerant, vix 8. leucis diſtans a Guadalupia inſula in Septentrionem verſus inſulam Sancti Chriſtophori.

MONS SERRATUS, *el Monſerrat*, mons Hiſpaniæ in Catalonia, cujus radices alluit Rubricatus fluvius, mons hic ambitu ſuo quatuor leucas complectitur, eſtque excelſus admodum & præruptus, taræ hic convalles, plerumque ſolidæ rupes, & immenſæ altitudinis aſpreta, Cœnobium in medio montis ſitum eſt ſub inacceſſa rupe, cum Eccleſia in qua colitur imago Beatæ Virginis Mariæ inventa anno 880. quo tempore Guifrius Piloſus dictus, tertius Barcinonæ Comes imperabat: vix una leuca diſtat à Minoriſſa in Meridiem, & 9. à Barcinone in occaſum æſtivum, teſte Nonnio, & Mons Storcilis dicitur ab authoribus mediæ ætatis.

MONS SILICIS, *Monſelice*, aliis *monte Silice*, oppidum Reipublicæ Venetæ in Italia, & in agro Patavino, ad Medoacum fluvium minorem, amplum eſt inter Patavium 10. & Areſte 5. mill. paſſ. diſtans.

MONS SINAI, vulgo Arabibus *Gibel Mouſa*, & Gallis *le mont Sinai*, in Arabia. Habet inſigne monaſterium, in quo 60. Caloieri ſeu Monachi ad minus verſantur, aſſervántque oſſa Sanctæ Catharinæ Virginis. Olim Epiſcopum habuit Petracenſi Archiepiſcopo ſuffraganeum, teſte Guillelmo Tyrenſi. Vide Sinai.

MONS SOLIS, in Hiſpania Bætica, nunc interpretantur Alpujaras, *las Alpuxaras*, tractum montuoſum admodum Hiſpaniæ in Regno Granadæ, Vide Alpuxaræ.

MONS SOLIS, ſeu Aquæ Calidæ, & mons Badonicus, urbs Britanniæ Magnæ, quæ poſtea Badonia, nunc Bathonia, vulgo *Bathe*, urbs eſt Angliæ in Somerſetenſi Comitatu, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Cantuarienſi, ad Avonem fluvium, ſeptem milliaribus ſupra Briſtolium in ortum, & 30. à Sariſburia in occaſum æſtivum diſtans, teſte Speedo.

MONS SORELLI, *Monſoreau*, caſtrum Galliæ in Andegavenſi provincia, & in ipſo limite Turoniæ, ad Ligerim fluvium, juxta Candacenſium vicum, 2. leucis ſupra Salmurium in ortum, Cainonem verſus 3. circiter.

MONS STORCILIS, in Catalonia, cujus fit mentio in actis mediæ ætatis, dicitur ſæpius mons Serratus. Vide ibi.

MONS TABOR, *Montabaur*, arx munita Germaniæ, cum oppido in colle, in ditione Trevirenſi, & in Veſtervaldia tractu, 1. milliaribus Germanicis diſtat à Confluentiis in ortum, fuitque alias urbs Imperialis à Rodolpho primo Imperatore effecta, dicitur etiam Montaborinum caſtrum, ſeu Montaburenſis arx.

MONS TABULÆ, *Tafelberg* Belgis, *Tavoa do Cabo* Luſitanis, *Table Mountain* Anglis, & *la Montagne de la Table* Gallis, mons Africæ in parte meridionali Cafreriæ, in modum tabulæ apparens adventantibus in mari, eſtque ad promontorium Bonæ ſpei, juxta ſinum Tabulæ ab eo dictum, & ad ejus radices nuper exſtructum fuit a Belgis Caſtrum Bonæ Spei in ora littorali.

MONS THABOR, mons Judææ, Jeſu-Chriſti D. N. transfiguratione clarus. Olim Epiſcopum habuit & cœnobium Benedictinorum tempore belli Sacri. Vide Thabor.

MONS THESAURI, *Montreſor*, oppidulum Galliæ in Turonia, ad Andriſium amnem *l'Indrois*, in limite Bituricenſis provinciæ, vix 3. leucis à Lochia in ortum Caſtellionem verſus.

MONS TITANUS, *San Marino*, oppidum Italiæ, in Romandiola, verſus Ariminum, unde 10. mill. paſſ. diſtans. Vide Marinum, Titanus mons, & Acer.

MONSTROLIUM, *Monſtreuil*, cognomento *ſur*

le bois, vicus Galliæ ſatis cultus in provincia Inſulæ Franciæ, & in Pariſino agro, ſupra nemus Vicennarum, una leuca à Lutetia Pariſiorum diſtans in ortum, & prope Vicennas.

MONSTROLIUM, *Montreuil*, urbs munita Galliæ, in Picardia provincia, & in Pontico tractu ad Quentiam fluvium, vix 3. leucis ab ora maris Britannici. Dicitur à quibuſdam Monaſteriolum. Arcem habens munitam; eſtque in limite Arteſiæ, 10. leucis diſtans ab Abbavilla in Septentrionem, & ſeptem à Bolonia in Meridiem circiter.

MONS TUNIATUS, *la Montaniata*, mons Hetrutiæ, in agro Senenſi, ex pluribos aliis montibus conſtans, verſus confinia ditionis Eccleſiæ, inter Suanam, Radicofanum, & fontes Floræ fluvii, ſob dominio magni Ducis Hetruriæ.

MONSTERBERGA, id eſt monaſterii mons, *Monſterberg*, urbs parva Sileſiæ, in Bohemiæ Regno, Ducatus cognominis caput, olim paruit Ducibus cognominibus qui hodie Olſnenſes, nunc Regi Bohemiæ ſubjecta, cum tractu adjacente ſeu Ducatu cognomine, uno milliari Germanico diſtans à Neiſſa fluvio in Septentrionem Uratiſlaviam verſus 6, & 2. à confinio Bohemiæ, dicitur etiam Munſterberga. Vide ibi.

MONS VICI, quæ & Mons Realis, *il Mondoni*, urbs munita Italiæ, cum arce in Pedemontio, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Taurinenſi, ſedet in monto ad Vicum pagum, unde ei nomen ex antiqua traditione, ſub dominio Ducis Sabaudiæ, ad radices Apennini montis, & verſus ditionem Genuenſem Ducatumque Montisferrati, Academiam habuit nunc Taurinum tranſlatam, vixque 2. milliatibus diſtat à Tanaro fluvio, 15. à Cuneo in ortum Aquas Statiellas verſus 28. & ab Alba 18. in Meridiem, fuitque olim pars Montisferrati tempore Theodori II. hujus provinciæ Marchionis, ad cujus preces in Cathedralem erecta fuit anno 1388. Sita eſt partim in monte & partim ad ejus radices, & ejus Epiſcopus fuit B. Pius V. Pontifex Maximus, tunc Cardinalis Michaël Ghiſlierius dictus.

MONS VIRGINIS, *Monte Vergine*, oppidulum Regni Neapolitani, in provincia Principatus ulterioris, inter Nolam & Beneventum, in quo monte inſigne monaſterium conſtruxit Sanctus Guillelmos, Ordinis Montis-Virginei ſic dicti fundator, & olim Mons-Virgilii dictum fuit, teſte Roccho Pirro.

MONS VIRINIS, *Groeneuberg*, ſic vulgo dicta fuit urbs Belgii, in Flandria, quæ à recentioribus vocatur Mons S. Vinoci. Vide ibi.

MONS-VIRIDIS, *Monte-Verde*, urbecula Regni Neapolitani in provincia Principatus Ulterioris, & in Apuliæ confinio, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Compſano, licet Archiepiſcopatui Naaareno perpetuo copolara ſit, ſedet ad Aufidum fluvium, in limite Capitanatæ & Baſilicatæ provinciarum, inter Melphim & Laquedoniam, 13. milliaribus à Compſa in ortum, & 23. ab Acherontia in occaſum æſtivum.

MONTES CLARIORES APUD VETERES.

Acroceraunii, *i Monti della Chimera*, Epiri.
Ætna, *il Mongibello*, Siciliæ.
Alpes, *les Alpes*. Galliæ, Italiæ, & Germaniæ.
Almus, *l'Arpatar & Tarczal*, Pannoniæ inferioris.
Athos, *il Monte Santo* Macedoniæ.
Amanus, *il Monte Nero*, Syriæ.
Antilibanus, *Xouf*, Cœleſyriæ.
Apenninos, *l'Apennino*. Italiæ.
Argeus, *il Monte di Sanſhia*, Cappadociæ.
Atlas, *Aiduacal*, Maoritaoiæ Tingitanæ.
Bermius, *Meſſo*, Macedoniæ.
Calpe, *Gibraltar*, Hiſpaniæ.
Caſius, *Liſon*. Syriæ.
Caucaſus, *Cocas*, Iberiæ & Albaniæ.
Cemmenii, *les Sevennes*, Galliæ.
Ceſius. *Calemberg*, Germaniæ.
Chimæra, *Monte di Gorante*, Lyciæ.
Cithæron, *il Monte di Thiva*, Bœotiæ.
Citorus vel Cytorum, *il Monte di Famaſtro*, Paphlagoniæ.
Coronus, *Baſaraci*, Mediæ.
Cragus, Lyciæ.
Cyllene, Arcadiæ.
Dicte & Dictæus, *Laſiti*, Cretæ.
Dindymus & Dindyma, *il Monti di Spinga*, Phrygiæ magnæ.
Emodus, *Dalanguer*, Scythiæ & Indiæ.
Erymanthus, *Dimizana*, Arcadiæ.
Eryx, *il Monte di San Giuliano*, Siciliæ.
Falernus, Campaniæ.
Garganus, *il Monte Gargano*, Apuliæ.
Grampius, *Granzebain*, Scotiæ.
Hæmus, *Balkan*, Thraciæ.
Helicon, *Zagaia*, Bœotiæ.
Horminius, *Armendag*, Bithyniæ.
Hyperborei, *Camenipoias*, Sarmatiæ Aſiaticæ.
Ida, Phrygiæ.
Ida, *Monte Ida*, Cretæ.
Idubeda, *la Sierra d'Avienza*, Hiſpaniæ.
Imaus, *Altay*, Scythiæ.
Iſmarus & Iſmara, *il Monte di Polyſtilo*, Thraciæ.
Jura & Juraſſus, *le Mont Jurat*, Sequanorum.
Libanos, *il Libano*, Phœnicias.
Marianus, *la Sierra Morena*, Hiſpaniæ.
Maſdoranus, *Chitelier*, Parthiæ & Ariæ.
Maſſicus, *il Monte Maſſico*, Campaniæ.
Nebrodes. *Madonia*, Siciliæ.
Niphatea, *Curdo*, Armeniæ majoris & Meſopotamiæ.
Oera, *Bunina*, Theſſaliæ, ſeu Phthiotidis.
Olympus, *Elbos*, Theſſaliæ; Myſiæ, *Keſchidad*; Lyciæ, & Cypri.
Oroſpeda, *la Sierra de Segura*, & *de Alcaraz*, Hiſpaniæ.
Oſſa, *Monte Coſſovo*, Theſſaliæ.
Othrys, Phthiotidis.
Pangæus, *Caſtagna*, Thraciæ.
Pariedrus & Paryadris, *Chielder*, Armeniæ majoris.
Parnaſus & Parnaſſus, *Liacoura*, Phocidis.
Paropamiſus, *Calchiſtan*, Aſiæ.
Pelios, *Petras*, Theſſaliæ.
Pindus, *Mezzovo*, Epiri, & Theſſaliæ.
Pyrenæus mons, & Pyrenæi montes, *les Pirenées*, inter Galliam & Hiſpaniam.
Pyrenæus, *der groſſ Berner*, Germaniæ.
Rhodope, *Baſiliza*, Thraciæ.
Riphæi, *Boglowy*, & *Stolp*, Sarmatiæ.
Scardus, *Glubotin Planina*, Macedoniæ.
Soractes, qui & Faliſcorum, *Monte di San Oreſte*, Hetruriæ.
Sudeti, *Fichtelberg*, Germaniæ.
Sypilus & Sipylus, *Cuſinas*, Lydiæ.
Tænarus, *il Monte di Maina*, Laconiæ.
Taurus, Aſiæ, variè nominatur.
Taygetus, *Portes*, Laconiæ.
Tetricus, *il Monte di San Giovanni*, Sabinorum.
Tmolus, *Tomalitze*, Lydiæ.
Veſuvius, *il Monte di Somma*, Campaniæ.
Veſulus, *il Monviſo*, Galliæ Subalpinæ.
Vogeſus, *le Mont de Vauge*, Galliæ Belgicæ.

Montgomarienſis Comitatus, *Montgomeryſhyre* incolis, *le Comté de Montgomery* Gallis, provincia Walliæ Borealis in Anglia, cum oppido præcipuo cognomine, inter Comitatus Salopiam ad ortum, Merviniam & Cardiganiam in occaſum, & Radnoriam ad Meridiem, ibique fuere olim Ordovices populi ex parte.

Monmelianum, *Montmelian*, arx munitiſſima Sabaudiæ, in rupe, cum oppido adjacente, & ponte ligneo, ad Iſaram fluvium, in confinio Galliæ & provinciæ Delphinatus, 3. leucis diſtat à Camberiaco in Meridiem, vix autem 2. ab arce Barratia in Sabaudia propria.

Montana, locus Norici, ex itinerario Antonini, quem Lazius interpretatur *Admind*, pagum Stiriæ in Germania, prope Aniſum fluvium, & Auiſipontem pagum, in limite Auſtriæ, proximus Rotemano oppido.

Montana Judææ, locus Palæſtinæ, in quo Zacharias & Elizabeth Divi Joannis Baptiſtæ parentes habitabant, ab Hieroſolymis 8. mill. paſſ. in Meridiem recedens.

Montana Provincia, *la Sierra*, pars Regni Peruæ in America Meridionali, verſus ortum & Paraguaiam regionem extenſa: pars eſt Præfecturæ Charcarum, & ejus caput eſt Fanum S. Crucis de monte, eſtque ſatis culta ſub dominio Hiſpanorum.

Montanæ Civitates, *die Bergſtet* Germanis, tractus Hungariæ ſuperioris ad Granum fluvium, ubi oppida *Toplis*, *Varibel*, *Schemnis*, *Altſoll*, & *Biſtricz*, cum aliquot aliis, in Biſtricienſi Comitatu, ſub Auſtriacis, & in limite ditionis Turcicæ.

Montanaa, *Montagnia*, oppidum Aſiæ minoris ad ſinum cognominem, in ora Propontidis, olim forſan dicta Nicopolis Bithyniæ, ut quidam exiſtimant, 12. mill. paſſ. diſtans à Pruſa.

Montanus Tractus, *das Ertzeburgiſche*, pars Marchionatus Miſniæ in Saxonia Superiori, inter Lipſienſem & Miſnenſem tractus ad Septentrionem, Terram Advocatorum ad occaſum, & Bohemiam ad Meridiem, ſub dominio Electoris Saxoniæ, & ejus caput eſt Chemnitia.

Montanus Tractus, *la Montagne*, pars Ducatus Burgundiæ in Gallia, verſus Sequanam fluvium, in Campaniam provinciam excurrens, & ejus urbes ſunt Caſtellio ad Sequanam tractus caput, & Barium etiam ad Sequanam.

Montanus Tractus, *la Sierra*, provincia eſt parva Hiſpaniæ in Caſtella Nova, verſus Tagum, Anam, & Sucronem fluvios, inter Algarriam tractus ad Septentrionem, Manciam ad occaſum, agrum Laminitanum ad Meridiem, & Regnum Valentinum ad ortum, & ejus præcipua urbs eſt Conca, & dicitur etiam *las Montañas* à quibuſdam, & *la Sierra de Cuenca* ab ejus primaria urbe, cum pars ſit totius Hiſpaniæ excelſior.

Montanus Tractus, *las Montañas*, provincia parva Caſtellæ veteris, circa Burgos urbem, ſed ejus nunc periere limites.

Montanus Tractus, *la Sierra*, provincia Novæ Hiſpaniæ in Mexicana provincia, duplex eſt nempe ſuperior & inferior, Montanus tractus ſuperior, *la Sierra alta*, extenditur à Mexico in Septentrionem intra montes continuos, & à Tlaſcalanis inhabitatur; Montanus autem tractus inferior, *la Sierra baxa*, extenditur verſus occaſum etiam intra montes, complectiturque 80. vicos ſeu pagos & ejus caput eſt vicus *Quauhchinango* dictus, 27. leucis à Mexico urbe diſſitus in occaſum æſtivum.

Montargium, *Montargis*, urbs Galliæ lepida, in provincia Inſulæ Franciæ, & caput Vaſtinii tractus ad Lupiam fluvium, 25. leucis à Lutetia Pariſiorum in Auſtrum. Caſtrum habet antiquum in colle, 18. leucis diſtat ab Aureliano in ortum. Vide Mons Argi.

Montaorum, *Montoire*, urbs Galliæ in Cenomanenſi provincia, ad Ledum fluvium. Vide Montorium.

Montagium, ſeu Montogium, *Montech*, oppidulum Galliæ in Occitania provincia, una leuca à Monte Albano diſtans.

Montanſis Comitatus, *le Comté de Mons*, provincia fuit Belgii, ſic dicta à Montibus ejus urbe primaria, extendebatur in eo tractu, ubi nunc major pars Hannoniæ provinciæ verſus ortum, propriis parens Comitibus, uſque dum ei unitus fuit Comitatus Valentianarum, tuncque primum dicta fuit Hannonia, & de ea fit ſæpè mentio in actis mediæ ætatis.

Montanus Ducatus, ſeu Bergenſis, *das Bergiſche landen* incolis, *le Duché de Mons* ſeu *de Berg* Gallis, provincia Germaniæ, in circulo Weſtphaliæ, juxta Rhenum fluvium, & ſub dominio Ducis Neoburgenſis, cui obvenit ex hereditate Juliacenſi. Ejus primaria eſt Duſſeldorpium; eſtque inter Marchiæ Comitatum ad ortum, & ditionem Colonienſem ad occaſum.

Montes, *Mons*, vicus Galliæ in Lemovicenſi provincia, prope Pompadurium, & in limite Petrocoricenſi, Innocentii VI. Pontificis Maximi natalibus celebris.

Montes, *Mons* vulgo incolis & Gallis, *Berghen* Belgis, *Berg* Germanis, urbs ampla Belgii in Hannonia provincia, cujus præcipua exiſtit, alias Caſtrilocus dicta, & Comitatus Montenſis ab ea dicti caput, ſita eſt ad Trullam fluviolum *la Trouille*, qui paulò infra cadit in Hainam, cum caſtro veteri, eſtque probe munita, media fere inter Duacum ad occaſum, & Namurcum ad ortum, 12. leucis utrimque diſtans, 2. vero à Fano Sancti Ghiſleni in ortum, uti 6. à Valentianis Bruxellas verſus 10. & à Philippovilla 10. etiam in occaſum æſtivum Tornacum verſus 9. hinc Montanus nomen gentis.

Montes Acuti, ſeu Terra montium acutorum, *Spitzberg* Belgis, *Niewland* Anglis, Regio recens detecta multo ſupra Norvergiam in Septentrionem extenſa, ubi altitudo Poli Arctici eſt 80. graduum circiter; eſtque verſus Gronelandiam. In duas partes dividitur à quibuſdam, nempe in Spitzbergam propriam, quæ ad occaſum, & in Novam Friſiam, *het new Frieſland*, quæ ad ortum. Vide Spitzberga.

Montes Asturiæ, *los Montes de las Aſturias*, montes Hiſpaniæ, inter Aſturiam & Regnum Leonenſe, ab ortu in occaſum extenſi per 20. leucas, & eorum pars dicitur Montes Europæ, prope Liebanam tractum, ubi valde aſperi in Aſturia S. Julianæ.

Montes Heræi, ſive Ærii, montes Siciliæ excelſi, teſte Diodoro Siculo, nunc *Montiſori* dicti, teſte Fazello, prope Capitium oppidum, quorum pars editiſſima *Monte Arteſino* dicitur, & ex his profluunt tria flumina præcipua in Sicilia, nempe Himera, & Gelas in Meridiem, & Simethus in ortum.

Montes Ignivomi.

Montes Ignivomi, plures ſunt in toto orbe, præſertim in America, ubi etiam Vulcani ab Hiſpanis, *los Volcanes* vulgo vocantur, quod ſint quaſi totidem officinæ Vulcani, ſive quod ad inſtar Vulcani inſulæ quotidie ignes emittant, horum præcipui hactenus noti ſunt.

Mons Ætna, *il Mongibello*, in Sicilia inſula percelebris.

Digitized by Google

Mons Anonimus, *el Volcan ſin nombre*, etiamnum ab Hiſpanis ſic dictus, in parte meridionali Ciles intra montes, & ei adjacent duo alii montes ignivomi, quorum nomina huc uſque deſiderantur.

Mons Antocus, *el Volcan de Antoco*, in Regno Ciles, & io limite Cujæ provinciæ.

Mons Arequipæ *el Volcan de Arequipa*, in parte meridionali Peruæ Regni, prope Arequipam orbem.

Mons Autonos, *el Volcan de Auten*, in Ciles Regno, & in provincia Chucuita, intra montes Aodes.

Mons Balalvanus, *el Monte Balaluano*, in Sumatra inſula Indiæ.

Mons Baniguazevalus, *el Monte Beniguazeval*, in Regno Fezzæ.

Mons Caocæ, *el Volcan de Coca*, in Peruæ Regno, & io Valle cognomine.

Mons Chillanus, *el Volcan de Chillan*, in in Regno Ciles, inter Cujam provinciam & Chillanum tractum.

Mons Chimera, *il monte di Gorante*, in Lycia provincia Aſiæ minoris.

Mons Chuanaocus, *el Volcan de Chuanauca*, in parte meridionali Ciles, verſus Ancudiam provinciam.

Mons Coatanus, *el Volcan de Coatan*, in Nova Hiſpania, & Goatimala Præfectura, in tractu Yzalcorum.

Mons Coconocorum, *el Volcan de los Coconucos*, in Regno Popaiani, & ad fontes fluvii Magdalenæ.

Mons Copiapos, *el Volcan de Copiapo*, ad Fontes flovii cognominis, in parte ſeptentrionali Regni Ciles, verſus Peruam.

Mons Coquimbos, *el Volcan de Coquimbo*, in Regno Ciles, & in tractu cognomine, in limite Cujæ provinciæ.

Mons Faialis, *el Volcan da Ilha de Fayal*, in inſula cognomine ona ex Accipitrum inſulis.

Mons Guatimalæ, *el Volcan de Guatimala*, in provincia cognomine Novæ Hiſpaniæ, & prope urbem Sancti Jacobi.

Mons Gomanapius, *el monte de Gumanapi*, in ioſulula Indiæ Orientalis, prope Bandam inſulam in Molocis, unde ſæpe vocatur, *la Grenade de Banda* à Gallis.

Mons Hecla, *le mont Hecla*, in Iſlandia inſula.

Mons Hoapeos, *el Volcan de Huape*, in Ciles Regno, & in limite Quillaræ tractus, verſus Fanum Sancti Joannis de confinio.

Mons Jenisceæ, *le mont de Jeniſcey*, verſus ortum fluvii cognominis, in Tartaria Moſcovitica, cum tribos aliis in ejus viciniis.

Mons Jetchus, *el monte Jetchu*, in Niphonia regione Japoniæ, & in inſula cogoomine.

Mons Ionium, *el monte de Fuego*, in inſula parva cognomine, una ex Capitis viridis inſulis.

Mons Insulæ Ionis, *el Velcan da Ilha da Fego*, in ora Japoniæ & Xicocæ, ad ortum æſtivom, prope Xaaumam.

Mons Liouæ, *el Volcan de Ligua*, prope fontes flovii cognominis, in Regno Ciles, verſus Fanum Sancti Joannis de confinio.

Mons Majongus, *el monte Majongo*, in Luzonia inſula Aſiæ in Philippinis.

Mons Maspa, *el Volcan de Maſpa*, in Peruæ Regno & in Provincia Quixorum.

Mons Monbacius, *el Velcan de Monbacho*, in Nova Hiſpania, & in Nicaragua provincia, prope emiſſarium.

Mons Nicaraguæ, *el Volcan de Nicaragua*, in provincia cognomine Novæ Hiſpaniæ, & in Maſaya provincia, prope Legionem urbem, unde etiam vocatur, *el Volcan de Maſayatan*, perſæpe.

Mons Notucos, *el Velcan de Notuco*, in Regno Ciles, inter Purenam vallem & Pulcas populos.

Mons Osorni, *el Volcan de Oſorno*, in Regno Ciles, inter tractos Oſorni & Villæ divitis.

Mons Palmæ Insulæ, *el monte de la Palma*, in Canariis inſulis, atque in Oceano Atlantico.

Mons Pastorum, *el Volcan de los Paſtes*, in Regno Popaiani, & in Paſtorom provincia.

Mons Peteroæ, *el Volcan de Peteroa*, in Ciles Regno, ad Fontes fluvii cognominis, inter Cujam provinciam & Vallem Sancti Jacobi.

Mons Pintæ, *el Volcan de Pinta*, in Peruæ Regno, & in Quintoa provincia, prope Fanum Sancti Francici de Quito.

Mons Popocatspscos, *el Velcan de Popocatepeque*, in Nova Hiſpania & Mexicana provincia.

Mons Popocnampecus, *el Volcan de Popochampeque*, in Mexicana provincia Novæ Hiſpaniæ.

Mons Quechucaaus, *el Volcan de Quechucabi*, io parte meridionali Regni Ciles, prope Ancudiam tractum.

Mons Quimaaiæ, *el Velcan de Quimbaia*, unus ea Andibus, in Regoo Popaiani.

Mons Robaus, *la Montagne Reuge*, in Borbonia inſula Oceani Æthiopici.

Mons Sanctæ Crucis, *el Velcan de Santa Cruz*, prope inſulam Sanctæ Crucis in mari Pacifico, verſus Terram Auſtralem S. Spiritus.

Mons Sancti Clementis, *el Volcan de San Clemente*, in parte meridionali Ciles, verſus Magellanicam regionem.

Mons Sancts Saltatoris, *el Velcan de San Salvador*, in tractu cognomine Novæ Hiſpaniæ, & in Guatemala Præfectura.

Mons Sesarga, *el Volcan de Seſarga*, in Seſarga inſula ona ex Salomonis inſulis.

Mons Sineparama, *el monte Sineparama*; in Japonia regione, & in Niphonia, prope Meacum.

Mons Stronotle, *il monte di Stromboli*, in inſula cognomine, una ea Liparæis, in mari Tyrrheno, prope Siciliam.

Mons Tandaius, *el Volcan de Tandaia*, in Tandaia inſula Philippinarum una, prope promontorium S. Spiritus.

Mons Ternatensis, *el monte de Ternate*; in inſula cogoomine Molucarum una.

Mons Thsneripæ, *el Pico de Thenerife*, in inſula cognomine una ex Canariis, verſus oram Afriicæ.

Mons Tocatma, *el Velcan de Tocayma*, prope urbem cognominem, in Novo Regno Granatenſi.

Mons Tola, *el monte Tela*, in Mauricis inſulis Oceani Indici, & in Archiepiſcopo Molucarum.

Mons Velius, *el Volcan de Velez*, in America Meridionali, & in Novo Regno Granatenſi, verſos Veliam & Tonjam.

Mons Villæ Dititis, *el Volcan de Villaricca*, in Regno Ciles, inter Vallem cognominem

& Pulcas populos, & juxta lacum *Mallabaulquen* dictum.

Mons Vulcani Insulæ, *il monte dell' Iſola Volcano*, in Liparæis inſulis, prope oram ſeptentrionalem Siciliæ, & in mari Tyrrheno

Mons Vulcaniæ Insulæ, *el monte del Volcan*, in inſula parva inter inſulas Tanaximam & Ycolim, in ora meridionali Japoniæ & Saicocæ Regionis.

Mons Vulcaniæ Insulæ, *le mons de l'Iſle de Vulcain* Gallis, *Brandendenberg* Belgis, id eſt mons ignis, in Indico Oceano, verſus oram novæ Guineæ, cum tribus aliis montibus ignivomis in viciniis.

Montes Quinque Insularum Vulcaniarum, *los montes de las cinco Iſlas de los Volcanes*, in parte ſeptentrionali inſularum Latronum.

Montes Leænæ, ſeu mons Leonum, *la Sierra Lioa* Luſitanis, *les Montagnes des Lions* ſeu *Sorre Liono* Gallis. Vide Leonum mons.

Montes Liberi, *les franches Montagnes*, pars Juræ montis in ditione Epiſcopi Baſileenſis, inter Helvetiam ad ortum & Comitatum Burgundiæ ad occaſum, in confinio Regni Galliæ, & ejus etiam pars minuta ſub Comitatu Burgundiæ cenſetur verſus Francomontium.

Montes Nivosi, ſeu Andes, *la Sierra Nevada ò los Andes*, montes Americæ Meridionalis, in Peruia, à Meridie in Septentrionem extenſi. Vide Andes.

Montes S. Mariæ, *les monts de Sainte Marie*, montes Americæ in Nova Francia, & in ejus parte meridionali, inter Lacum Champleni ad Meridiem, & fluvium S. Laurentii, lacumque S. Franciſci ad Septentrionem.

Montes S. Martini, *las Sierras de San Martin* Hiſpanis, montes Americæ Septentrionalis, in nova Hiſpania & provincia Guaxaca, in ora ſinus Mexicani.

Montes S. Thuribii, *los montes de San Toribio*, montes Hiſpaniæ valde aſperi in Aſturia.

Montes Vallis Venariæ, *los montes di Valmanera*, montes Hiſpaniæ in Regno Caſtellæ novæ, & in confinio Aragoniæ, verſus fontes Tagi fluvii.

Montes Urbis Romæ.

Mons Aventinus, *il monte di Santa Sabina*, dictus à ſacra æde in eo conſtructa, Tiberi imminens, verſus portam S. Pauli incipiens, & ab aliis prorſus diſcretus, dicitur etiamnum aliquando *il monte Aventino*, & olim variis nominibus fuit appellatus, nempe Remurius, Marteus, & collis Dianæ.

Mons Coelius, *il monte di San Giovanni Laterano*, à Baſilica Lateranenſi in eo exiſtente mons S. Joannis denominatus, extenditur verſus portam Coeliomontanam, & ejus pars dicta fuit Coeliolus ſive Coelius minor, verſus portam Latinam.

Mons Exquilinus, qui & Exquilius, & Eſquiliæ, & olim Excubinus, hodie Mons S. Mariæ Majoris, *il monte di Santa Maria Maggiore*, à Baſilica S. Mariæ Majoris, ſive ad Præſepe in eo conſtructa.

Mons Janiculus, qui & Janiculenſis, hodie vocatur Mons-Aureus, corrupte Montorius, vulgo *Montorio*, ſive & ſæpius *il monte di San Pietro Montorio*, a ſacra æde in eo exſtante.

Mons Palatinus, primus in urbe habitatus, nunc etiam ab Imperatorii Palatii ruinis Palatium majus nominatur, vulgo *il Palazzo Maggiore*, ſive etiam aliquando *il monte Palatino*, & totus fere hortis Farneſiorum occupatur.

Mons Pincius, qui & collis hortulorum etiam dictus, hodie mons Trinitatis, *il monte della S. Trinita*, ab ejus Eccleſia in eo conſtructa, ſive etiam *il monte Pincio* aliquando, eſtque Quirinali contiguus.

Mons Quirinalis, nunc *Monte Cavallo* dictus, a duobus equis marmoreis qui ſtant ibidem, ubi Palatium Pontificium, in quo pro majori anni parte commorantur Summi Pontifices.

Mons Tarpeius, qui & Capitolinus dictus, ubi Capitolium, hodie *il Campidoglio*, ibi olim Curia & Senatus, dum hic Magiſtratus ſtaret, nunc vero Eccleſia Aræ cœli & ædibus Senatoris, Conſervatorumque Populi Romani inſignis.

Mons Vaticanus, qui potius collis, trans-Tiberim in urbe Leonina, olim habitatus non fuit, nec ad urbem pertinuit, nunc etiam *il Vaticano* dicitur, Baſilica S. Petri auguſtiſſima, Summi Pontificis Palatio hortiſque clariſſimus eſt.

Mons Viminalis, ubi ſacra ædes S. Laurentii in Pane & Perna, eſtque inter Exquilinum & Quirinalem, ſed hodie nomine caret proprio, unde etiam dicitur *il monte Viminale* etiamnum à quibuſdam.

Monsonium, *Monçaon*, oppidulum munitum Hiſpaniæ, in Portugallia, ad Minium fluvium, è regione Gallæciæ, pluries tentatum a Caſtellanis irrito conatu, 4. leucis diſtat a Tyde in ortum; eſtque in provincia Interamnenſi ſive inter Minium & Durium dicta.

Montia, *Monza*, oppidum Italiæ, in Ducatu Mediolanenſi, ad Lambrum fluvium dicitur ſæpius Modoetia. Vide ibi.

Montilium Adhemari, *Montelimar*, urbs Galliæ in Delphinatu, & in Valentinenſi agro, ad Rubeonem amnem, qui paulo infra cadit in Rhodanum fluvium, 7. leucis diſtat à Valentia in Meridiem Vivarium verſùs 2.

Montiniacum, *Montignac*, oppidulum Galliæ, in Aquitania, & in Petrocoricenſi provincia, ad Vezeram fluvium, ferè 7. leucis a Petrocorio in ortum Tutelam verſus, & 4. à Sarlato in Septentrionem diſtans.

Montiniacum Regium, *Montigny le Roy*, oppidum Galliæ, in Campania provincia & Baſſiniaco tractu, in monte ad Moſam fluvium, & prope ejus fontes, 6. leucis à Lingonibus in ortum æſtivum, & 7. à Calvomonte in ortum.

Montio, *Monçon*, oppidum munitum Aragoniæ, in colle, ad Cincam fluvium, 2. leucis infra Barbaſtrum in Meridiem, 6. ab Ilerda in occaſum æſtivum, & 5. à Fraga in Septentrionem. Expugnatum fuit anno 1643. a Gallis, & poſtea ab Hiſpanis receptum, dicitur etiam Montiſonum.

Montionis Pons, *le Pont à Mouſſon*, oppidum Galliæ in Barrenſi Ducatu, ad Moſellam fluvium, qui inibi ponte jungitur, unde et cognomen, & medium eſt inter Metas ad Septentrionem & Tullum ad Meridiem. Vide Muſſipontum.

Montis Belligardi Comitatus, *le Comté de Montbelliard*, tractus Germaniæ, inter Comitatum Burgundiæ, Suntgoviam, & ditionem Epiſcopi Baſileenſis inſertus, ſicque in ipſo limite Galliæ, ſic dicitur à Monte Belligardo ejus oppido præcipuo, & ſubeſt dominio proprii Comitis è familia Ducum Vurtembergenſium ab anno 1396. & in eo ſunt etiam *Blamont*, *Clemont*, *Hericourt*, *Chaſtelot*, *Eſtoben*, *Franquemont*, & *Mandeure*, oppidula &

caſtra in viciniis, teſte Sprengero, & dicitur aliter Comitatus Montis Pelgarrenſis.

Montisburgus, *Montebourg*, Burgus Galliæ in Normannia inferiori, & in intimo receſſu Conſtantienſis agri, monti impoſitus, cum Abbatia, vix 2. leucis ab ora Maris Britannici diſtans in occaſum.

Montis Regalis Insula, *l'Iſle de Mont-Real*, inſula Novæ Franciæ in America. Vide inſula Montis Regalis.

Montis Caput, *el Cabo de Monte* Luſitanis, promontorium eſt Africæ in Guinea, cum Regno parvo cognomine in ora Maleguetta dicta, & 60. leucis Gallicis diſtans a Monte Leonis in ortum hybernum.

Montis Sancti Caput, *il Capo de Monte Santo*, eſt in Italia, & in ora orientali Sardiniæ inſulæ, 40. milliaribus a Calari diſtans in ortum æſtivum.

Montorium, *Montoire*, oppidum Galliæ, in Vindocinenſi tractu Belſiæ, ad Lædum fluvium, in confinio Cenomanenſis provinciæ, 4. leucis infra Vindocinum in occaſum, & 9. ab Ambacia in Septentrionem, dicitur etiam Mons Aureus in quibuſdam actis mediæ ætatis.

Montonatis, *Albicia*, teſte Gaudentio Merula, pagus Mediolanenſis Ducatus, Galerato proximus, inter Mediolanum & lacum Verbanum, a Mediolano 24. mill. paſſ. ex veteri inſcriptione.

Monumethensis Comitatus, *Monmouthshire* incolis, *le Comté de Monmouth* Gallis, provincia Angliæ, in limite Walliæ, cujus caput Monumethia, inter Gloceſtriam ad ortum & Glamorganiam ad occaſum; fuitque alias pars Walliæ Meridionalis, & ibi fuere olim Silures populi ex parte, teſte Camdeno.

Monumethia, *Monmouth*, urbs Angliæ, Monumethenſis provinciæ primaria, ad Wagam amnem, in ipſo confinio Herefordiæ provinciæ & Gloceſtriæ, & 14. milliaribus Anglicis ab utraque urbe cognomine, uti 10. ab æſtuario Sabrinæ, 22. autem a Biſtolio in Septentrionem, teſte Speedo.

Mopsia, tractus Atticæ in Græcia, & de quo Virgilius in elegia 8. ſic dictus a Mopſo Rege, teſte Strabone. Hinc Mopſopii populi & Mopſopia Regio.

Mopsius Tumulus, collis & oppidum Theſſaliæ erat Livio, inter Tempe & Lariſſam urbem, quod Mopſium Straboni.

Mopsustia, urbs Ciliciæ in Aſia minori Straboni, & Ptolemæo, quæ Mopſus Plinio, poſtea Mamiſta dicta, teſte Glyca, Archiepiſcopalis ſub Patriarcha Antiocheno, hodie etiam *Malmiſtra*, quanquam non deſint qui *Mehſeſe* etiam interpretentur, ſita eſt in mediterraneis ad Saronem fluvium à quo in duas partes dividitur, veterem, & novam.

Mora, *Mora*, oppidulum Hiſpaniæ in Caſtella nova, cum caſtro in planitie, 6. leucis à Toleto diſſitum in Meridiem Conſuegram verſus, teſte Roderico Sylva.

Mora, oppidum Corſicæ inſulæ Ptolemæo, in ora ejus orientali, nunc *Villa de Mori*, vicus in ejus parte Boreali, 12. milliaribus à Baſtia in Septentrionem Centurinum verſus, teſte Ferrario.

Moramarusiensis Comitatus, *le Comté de Maramaruss*, tractus Hungariæ ſuperioris, antea ſub dominio Auſtriacorum, nunc Tranſſylvaniæ unitus, cujus termini ſunt ad Septentrionem Ruſſia rubra provincia Poloniæ, ad ortum & Meridiem Tranſſylvania, ad occaſum vero Peregienſis & Ugoghenſis Comitatus Hungariæ, ejus vero præcipuus locus eſt Moramaruſa *Maramaruss*, caſtrum ad amnem cognominem, & dicitur etiam Maramaroſinum.

Morasthi, vicus Judææ prope Eleutheropolim, ſeu Hebron, patria Micheæ Prophetæ.

Moratensis Lacus, *le lac de Murat* Gallis, *das Murtenſee* Germanis, lacus Helvetiæ in Nuithonia, ſic dictus a Morato oppidulo ei adjacente, per eum labitur fluvius parvus *la Broye*, cujus aquis augetur, & deinde in Neocomenſem lacum ſe exonerat.

Moratum, *Morat* Gallis, *Murten* Germanis, oppidulum Helvetiæ, ad lacum cognominem, in Nuithonia tractu, Bernatibus & Friburgenſibus parens, ubi primum victus ab Helvetiis Carolus Dux Burgundiæ ultimus anno 1476. 2. leucis diſtat à Friburgo in Septentrionem, & 3. à Berna in occaſum, diciturque Muratum à quibuſdam.

Moravia, *Morawa* incolis, & *Morawſka Zemia* etiam Slavis, *Mahren* Germanis, *la Moravie* Gallis, provincia eſt probe culta Bohemiæ Regni, inter Sileſiam ad ortum & Septentrionem, Bohemiam propriam ad occaſum, & Auſtriam cum Hungaria ad Auſtrum, ſub dominio Imperatoris tanquam Regis Bohemiæ. Ibi alias Quadi populi; & ferè in duas partes dividitur Moravo fluvio. Ejus urbes præcipuæ ſunt Bruna *Brin*, provinciæ caput, Olomutium, *Olmutz*, Iglava, *Iglaw*, & Znaima, *Znaim*, eſtque tota admodum fertilis & amoena: & ejus olim pars fuit Oppavia, nunc in Sileſia. Hinc Moravus nomen gentis, *Merawane* & *Morawci* ipſis, & Slavis, *Marern* Germanis, & *Moræve* Gallis.

Moravia, *Murray*, provincia ampla Scotiæ Borealis, ab Oriente in Occidentem extenſa, cujus caput Elgia ſeu Elginum, eſtque inter Roſſiam & Loquabriam ad occaſum, Badenotiam ad Meridiem, Buchaniam ad ortum, & Oceanum Germanicum ad Septentrionem, & hinc dicitur Epiſcopus Moravienſis ſub Archiepiſcopo S. Andreæ qui Elgiæ commoratur.

Moravos, fluvius Regni Bohemiæ, olim Marus dictus, nunc *Morawa* accolis, & Slavis, *die Marh* Germanis, oritur in ipſo limite Bohemiæ propriæ, juxta *Altſtatt* oppidulum, & deinde in Meridiem tendens, Moraviam provinciam ſecat, Olomutiumque rigat, & tandem in Danubium fluvium cadit in Auſtria inferiori, ex adverſo oppidi *Haynburg*, 5. milliaribus Germanicis infra Viennam Poſonium verſus.

Moravus, *la Morave*, fluvius Serviæ Regionis, à quibuſdam Margus ſeu Margis antiquis dictus. Oritur in limite Macedoniæ, verſus fontes Orphei; & plurimis auctus fluviis, in Iſtrum labitur infra Senderinum, & 80. milliaribus infra Taurunum in ortum. Sed Moravus ſeu Morava fluvius duplex eſt: alter major & Bulgariæ dictus, qui in Iſtrum influit: alter minor Serviæ, qui in majorem ſe exonerat, teſte Joanne Lucio Traguriensi viro clariſſimo.

Moravus Major, ſeu Morava, *Morava* indigenis, *le Morave* Gallis, fluvius Bulgariæ Regionis, qui ſæpe Moravus Bulgariæ inde dicitur, & oritur in ipſo limite Macedoniæ. Vide ſupra Moravus.

Morbihanum, *le Morbihan*, portus capaciſſimus Galliæ, in ora ſeptentrionali minoris Britanniæ prope Dariorigum Venetorum, & ad Oceanum Aquitanicum, ferè 7. leucis à Portu Ludovici, in ortum.

Morbium, oppidum Brigantum in Britannia magna, ex libro Notitiarum, nunc teſte Camdeno, *Meresby*, vicus Angliæ in Cumbria provincia, in

ora maris Hibernici, 3. milliaribus Anglicis à Verkintonio diſtans in Meridiem.

MORBONIUM, *Morbegno*, oppidum Rhætorum, ad Adduam fluvium, in valle Tellina, & in Tertiario inferiori, inter lacum Larium 8. & Sondrium oppidum in ortum æſtivum 16. mill. paſſ. Arci Fontanæ proximum.

MORDIÆUM, Piſidiæ urbs Stephano, quam poſtea Apolloniam dictam ſcribit.

MORDUÆ, *les Morduates*, populi Moſcoviæ, verſus Rham fluvium ſatis extenſi, inter Czeremiſſos Nagornos ad ortum & Volodimeriam ad occaſum, ubi vaſtæ occurrunt ſylvæ, teſte Iſaaco Maſſa.

MOREA, *la Morée*, provincia Græciæ, quæ olim Peloponneſus dicta, *Moreas* Græcis recentioribus, qui aiunt nomen hodiernum datum ei fuiſſe ab arbore Moro qui frequens illic eſt, teſte Leunclavio. Vide Peloponneſus.

MOREA, *Morea*, tractus Cypri inſulæ, teſte Luſignano.

MOREA, tractus Sueciæ Regni in Gothia Regione, teſte Pontano.

MORETUM, *Moret*, oppidulum Galliæ, cum caſtro in Præfectura Inſulæ Franciæ, & in Vaſtinio agro, ad Lupiam fluvium, qui pauló poſt cadit in Sequanam, 15. leucis diſtat à Pariſiis in Meridiem, dicitur etiam Muritum in quibuſdam actis.

MORFITUM, *Molfetta*, urbs Regni Neapolitani in Apulia, & in agro Bariano, dicitur etiam Molfetum. Vide ibi.

MORGANTIUM, Siciliæ urbs Straboni, & Diodoro, quæ Murgantia Livio, & Morgentia Silio, ad Simethum fluvium, paulo ſupra ejus oſtia in mare Siculum, exciſa jam tempore Strabonis, 20. milliaribus à Leontinis in Septentrionem Catanam verſus, & vix ejus hodie viſuntur veſtigia. Populi Murgentini dicti Ciceroni, Morgetes aliis.

MORGENTIA, ſeu Morgetia, & Morgentium, oppidum Brutiorum in Italia Procopio, & Stephano, nunc *San Georgio*, caſtrum Calabriæ ulterioris in Regno Neapolitano, prope montem Apenninum & Poliſtinam oppidulum, 9. milliaribus ab Oppido in Septentrionem & 13. ab Hieracio in occaſum æſtivum, teſte Barrio.

MORGETES, populi Italiæ, qui ab Oenotris pulſi, in Siciliam trajecerunt, teſte Strabone. Horum meminit etiam Dionyſ. Halicarnaſſeus.

MORGINUM, oppidum Galliæ Narbonenſis Antonino, nunc *Moirenc*, vicus provinciæ Delphinatus, verſus Iſaram, & 6. leucis diſtans à Turecionico Gratianopolim verſus, teſte Nicolao Choriero viro clar.

MORGUS, fluvius Salaſſorum in Gallia Subalpina Plinio, qui Orgus quibuſdam, *l'Orco*, fluvius Italiæ, per Pedemontium & Canapicium fluens, ad Clavaſium oppidum in Padum ſe exonerat 10. milliaribus infra Auguſtam Taurinorum.

MORIA, poſtea Syon ſeu Sion, (utroque enim modo ſcribitur) etiam vulgó *Sion*, mons Judææ notiſſimus, ad Hieruſalem, in quo Abraham Iſaac filium immolare juſſus eſt, teſte divo Hieronymo.

* MORICAMBE, æſtuarium Britanniæ magnæ Ptolemæo, nunc teſte Camdeno, *the Bay of Caerdronock* Anglis, *la Baye de Cardronac* Gallis, æſtuarium parvum Angliæ ad oſtia amnis *Wampul*, in parte Boreali Cumbriæ provinciæ, & juxta Itunæ æſtuarium, vix 4. milliaribus Scoticis à confinio Scotiæ diſtans, in ora maris Verginii.

MORIDUNUM, oppidulum Damnoniorum, ex itinerario Antonini, in Britannia magna, nunc vicus *Seton* in Comitatu Devoniæ, ad oſtia Axæ fluvii in mare Britannicum, teſte Camdeno, 18. milliaribus ab Exonia in ortum.

MORIONIACUM, *Morigny*, Abbatia Galliæ in Belſia, prope Stampas urbem, & vix dimidia leuca ab ea in ortum.

MORIMARUSA, mare Septentrionale, quod Scythiam alluit Plinio, vulgó etiam *la Mer Septentrionale* dictum.

MORIMUNDUS, *Morimond*, Abbatia Galliæ in Campania, & in Baſſiniaco tractu, in ipſo limite Lotharingiæ, & Comitatus Burgundiæ, 9. leucis à Lingonibus in ortum æſtivum.

MORINI, populi Galliæ Cæſari, Plinio, & aliis, quorum termini erant ad Septentrionem mare Germanicum, ad occaſum mare Britannicum, ad Meridiem Ambiani, & Atrebates populi, ad ortum vero Nervii & Menapii, extendebanturque in eo tractu ubi nunc pars occidentalis Flandriæ, inter Legiam fluvium & Oceanum Germanicum, pars Septentrionalis Arteſiæ, & Comitatus Bolonienſis & Guinenſis, ſeu aliter ubi alias Diœceſis Teruanenſis, & nunc Diœceſis Bolonienſis in Picardia, Audomarenſis in Arteſia, & Iprenſis in Flandria. Eorum caput erat Teruanna, *Terouanne*, urbs aliàs ampla & permunita, in Arteſia, ad Legiam, nunc in ruinis jacens. Eorum urbes aliæ erant Geſſoriacum, Iccius Portus, Caſtellum, & Hedena. Grudii autem populi, Centrones, Gorduni, & Otomanſaci ſub Morinis complectebantur, teſte Cæſare.

MORSIA, & Murſa, *Moers* incolis, *Meurs* Gallis, oppidulum Germaniæ, intra fines Ducatus Clivenſis, & ditionis Colonienſis inferioris, caput eſt Comitatus cognominis, ſub dominio Principis Auraici, vix uno milliari Germanico à Rheno fluvio diſtans. Vide Meurſia.

MORISSENA, ſeu Moroſſena, tractus Hungariæ ſuperioris, per quem Moroſius, nunc Maryſus fluvius decurrit, à quo urbs Morſenes 2. milliaribus Germanicis verſus Orientem diſtat, inter Cybinium ad ortum & Canadium ad occaſum, cujus ſedes Moriſſena antea dicta fuit, eſtque in Tranſſylvaniæ confinio, dicitur etiam Moriſienſis ager.

MORITANIA, *Mortagne*, pagus amplus Flandriæ Franciciæ, in Tornacenſi territorio, & alias munitus, ad Scaldim, ubi recipit Scarpam fluvium, in confinio Hannoniæ, 2. leucis à Tornaco in Meridiem Valentianas verſus.

MORITANIA, ſeu Mortania, *Mortagne*, oppidum Galliæ in Perticenſi provincia, in colle ſitum, vix 2. leucis à confinio Normanniæ diſtans, 17. à Carnuto in occaſum Alenconium verſus 10. & 7. à Sagio in ortum hybernum.

MORITONIUM, *Mortagne*, oppidum Galliæ, in Pictavenſi provincia, ad Separam Nannerenſem, in limite Andegavenſis provinciæ. Diſtat 9. leucis à Nannetis in ortum hybernum & 10. ab Andegavo in Meridiem, vixque 3. à limite Britannia.

MORITONIUM, *Mortain*, oppidum Normanniæ inferioris, vix 2. leucis à Cenomanenſi provincia, 5. à Viria in Meridiem, 7. à Meduana in Septentrionem, & 8. ab Abrinco in ortum, ſed 18. fere à Baiocis in Meridiem, teſte Coenali.

MORIUS, fluvius Bœotiæ, circa Thurium montem, teſte Plutarcho.

MORLACHI, populi Croatiæ, in montibus degentes verſus oram littoralem maris Dalmatici, qui lingua Slava *Moroulachi* dicuntur, hoc eſt nigri Latini, teſte Joanne Lucio, nunc *li Morlacchi* Italis, *les Morlacques* Gallis, pro majori parte in monte Morlacca, olim Albio edicto.

MORLÆUM, ſeu Mons relaxus quibuſdam, *Morlaix*, urbs Galliæ, in Britannia minori, ad am-

Digitized by Google

nem cognominem, cum portu in ora ſeptentrionali provinciæ, vix 2. leucis à mari Britannico dicto, 4. à Fano S. Pauli, & 55. a Trecorio in occaſum hybernum.

MORMAUTIA, ſeu Mormalia, *la Foreſt de Mourmal*, ſylva Belgii in Comitatu Hannoniæ, & pars ſaltus Carbonarii, inter oppida Quercetum, Malobodium, & Landrecium, ſub dominio Francorum.

MORMELONUM, *Mormelon*, urbs peninſulæ Indiæ extra Gangem, in Regno Siami.

MORO, oppidum Hiſpaniæ in Luſitania Straboni, nunc *Mouraon*, caſtrum Portugalliæ Regni in Tranſtagana provincia, ad Anam fluvium, quatuor leucis ab Oliventia in occaſum hybernum Muram verſus, & 8. a Stremotio in Meridiem, teſte Vaſconcello.

MOROSCA, oppidum Cantabrorum, in Hiſpania Tarraconenſi Ptolemæo, nunc vicus Caſtellæ veteris, *Villa Diego* quibuſdam, ad fontes Piſoracæ fluvii. Aliis eſt *Fuentibre*, ad fontes Iberi fluvii, 15. leucis in occaſum à Miranda oppido, quod pro Morocca ſumitur à Moletio.

MORONIUM, *Moron*, oppidum Hiſpaniæ in Vandalitia, in planitie ſitum, & 9. leucis ab Hiſpali diſſitum in ortum hybernum, Malacam verſus.

MOROSEGI, Vardulorum oppidum, in Hiſpania Tarraconenſi, Plinio teſte.

MORPITUM, *Morpeth*, oppidulum Angliæ in Northumbria provincia, ad amnem *Wanſpeck*, 7. milliaribus diſtans ab ora Oceani Germanici in occaſum, & 13. à Novocaſtro in Septentrionem, teſte Speedo.

MORSIBURGUS, *Bridgenorth*, & *Brugmorſe*, burgus Angliæ in Salopia provincia, ad Sabrinam fluvium, ubi recipit Morſam amnem, 13. milliaribus à Salopia in ortum hybernum, & 24. ſupra Vigorniam in Septentrionem.

MORTARIA, quod & Mortuarium quibuſdam, *Mortara* vulgo incolis, *Mortare* Gallis, oppidum munitum Italiæ in Ducatu Mediolanenſi, & Lumellinæ tractus caput in agro Ticinenſi, amplum eſt & cultum, olim Bella ſylva, poſtea ſic dictum ob cædem Longobardorum ab exercitu Caroli Magni Regis Francorum factam, quando Deſiderio Rege capto, Regnum ipſorum finem accepit. captum fuerat à Gallis anno 1658. ſub Franciſco Duce Mutinenſi, ſed poſtea redditum Hiſpanis anno 1660. pace ad Pyrenæos ſancita, ſedet ad amnem Gognam, vix 4. milliaribus diſtans à Viglebano in occaſum hybernum, 10. à Novaria in ortum hybernum, & 24. à Ticino urbe in occaſum Vercellas verſus 18.

MORTINANIA, *das Ortnaw*, tractus Germaniæ in Suevia, verſus Rhenum. Vide Ortnavia.

MORTUORUM SINUS, *la Baye des Trepaſſez*, ſinus eſt Novæ Franciæ, in parte auſtrali inſulæ Terræ novæ, ubi perſæpe conveniunt Galli piſcatores.

MORTUUM MARE, in Judæa. Vide Aſphaltis lacus.

MORTUUM-MARE. *Mortemer*, Abbatia Galliæ in Normannia, & in Braiaco tractu, vix una leuca ab oppido Leonibus diſtans in ortum, & in ſylva Leonina.

MORVINUM; locus Galliæ Venantio Fortunato, qui an exſtet, & qui vocatur, nondum didici.

MORUNDIA, *le Morvant*, tractus Galliæ, in Ducatu Burgundiæ, inter tractus Alexienſem, Auguſtodunenſem, & Divionenſem. Sed ejus periere limites. Satis eſt montuoſus; & in eo nulla urbs eſt magni momenti, dicitur etiam Morvinnus pagus in actis mediæ ætatis.

MOSA, fluvius Galliæ Belgicæ maximus Cæſari, Tacito, Plinio, & aliis, nunc *la Meuſe* Gallis, *die Maes* Belgis, *la Moſa* Italis, & Hiſpanis, ex præcipuis Galliæ fluvius: oritur in Campania provincia, juxta pagum *Meuſe* dictum, unde ei nomen, 5. leucis ab Andomatuno Lingonum in ortum, inde in Septentrionem fluens per Lotharingiam & Barrenſem Ducatum, ibi Novum caſtrum, Valculerium, Commercium, Fanum S. Michaelis, Virodunum, Sathenacumque rigat: hinc per Campaniam iterum labitur ad Moſomum, & auctus Caro, Sedanum, Macerias, Carolopulim, Caſtrumque Reginaldi rigat; deinde per tractum ditionis Leodienſis in Belgium tendens ibi juxta Carolomontium & Dinantium fluit, hinc per Namurcenſem Comitatum Sabim recipit ad Namurcum urbem, & poſtea per ditionem Leodienſem labens Huyum rigat, uti Leodium ubi recipit Urtam, Trajectum ad Moſam urbem ab eo dictam, & Maſacum: hinc luſtratis Ruremunda urbe Gueldriæ, ubi Ruram recipit, & Venloa, tandem inter Gueldriam & Brabantiam fluens, Graviam oppidum rigat, & auctus Vahali fluvio infra Voorniam inſulam, Bomeliam inſulam efficit. & prope Heuſdam labitur, hinc ad Vorconium recepto iterum Vahali, per Hollandiam fluit ad Dordracum ejus primariam, ubi in duo brachia ſciſſus, quorum dextrum ſeu Septentrionale Merovæi foſſa dictus, *la Merewe*, quod à Merovæo fuerit, manu ductus Roterodamum rigat, tandem iterum ei unitus, lato oſtio ſeu potius æſtuario, in Oceanum Germanicum ſe exonerat, ejus meminit Sidonius Apollinaris in Panegyrico Majorani.

MOSÆUS, fluvius Suſianæ Regionis Perſiæ, in ſinum Perſicum fluens Ptolemæo, qui Meſeus Ammiano, nunc forſan *Tricitiri* dictus, teſte Ortelio ex tabulis Abulphedæ.

MOSAMBICUM, *Moſambique*, urbs Africæ, in Zanguebaria Regione, in inſula parva littori anneaa, ad oſtia fluvii cognominis, in ora Oceani Æthiopici, cum arce munita & portu celebri, ſub dominio Luſitanorum, media ferè inter Quiloam ad Septentrionem, & Soffalam ad Meridiem, & 270. mill. paſſ. à proximiori ora Madagaſcariæ inſulæ ſeu Delfinæ in occaſum. Ei adjacent inſulæ S. Georgii & S. Jacobi, & in ejus viciniis fluvius Mocambus in Oceanum ſe exonerat.

MOSANDANUM CAPUT, *le Cap de Moſanſandan*, promontorium Arabiæ felicis, ad fauces ſinus Perſici, & ex adverſo Armuziæ.

MOSANDANUM FRETUM, *le Deſtroit de Moſandan*, fretum ad fauces ſinus Perſici in Oceanum Indicum, inter Arabiam & Perſiam. Vide fretum Moſandani.

MOSÆ TRAJECTUM, ſive Trajectum ad Muſam, & ſuperius, *Maſtricht*, urbs Belgii in Ducatu Brabantiæ, ad Moſam fluvium. Vide Trajectum ſuperius.

MOSARABES, & Mozarabes, ſive Muzarabes, *los Moçaraves* Hiſpanis, *les Mazarabes* Gallis, fuere Chriſtiani Arabibus & Mauris in Hiſpania mixti, poſt occupatam à Muza Arabum Duce Hiſpaniam, unde ab eo nomen habuere, & ſic dicti fuere etiam Chriſtiani inter Occidentales Sarracenos commorantes in Africa. Vide Muzarabes.

MOSBURGUM, caſtrum Germaniæ in Carentanis Reginoni & Ortoni Friſingenſi, quod hodie, ut Lazius vult, in lacu Carinthiæ *das Werdſee*, dicto vetuſtate collapſum cernitur, inter Villacum & Clagenfurtum oppida.

MOSCHA, ſive Muſcua, *Moſqua* indigenis,

Digitized by Google

Moſcou exteris, *Moſcouf* Polonis, *Moſcau* Germanis, urbs Europæ perampla, emporium celebre, & caput Imperii Moſcorum, ſive Ruſſiæ magnæ, in qua magnus Dux Moſcoviæ commoratur jam a tempore Danielis Michaelovitii, caput eſt Ducatus ſive provinciæ Moſcoviæ dictæ, ibique Moſcus fluvius recipit Neolinam & Jayuſam, circuitus urbis eſt 3. milliarium Germanicorum, ſed domus ſunt omnes ligneæ & humiles, atque plateæ & viæ latæ, ſed lutoſæ admodum cum plurimis hortis. Arx eſt in ea perampla magni Ducis, quem incolæ *Zaar* id eſt, Imperatorem vocant, cum valido præſidio. Urbs ipſa forma eſt pene rotunda ædificata, & dividitur in quatuor partes, quæ ſingulæ ſuis muris cinctæ ſunt: Intima pars ſeu meditullium urbis appellatur *Kitaygorod*, quod ſit inter alias, huic proxime adjacet caſtellum Regium, *Kremlenagorod* dictum probe munitum. Pars quæ ab Oriente, Septentrione, & Occidente has cingit *Zaargorod* dicitur, id eſt Cæſarea civitas. Pars quæ has extra circumcingit *Skorod* vocatur, eratque alias hæc urbs amplior, antequam à Tartaris Precopenſibus anno 1571. pene tota flamma deleretur, & anno 1668. pro majori parte foedo conflagravit incendio, nunc autem creſcit in dies, eſtque perculta, diſtat ipſa 170. mill. paſſ. à confinio Lithuaniæ in ortum, uti 54. milliaribus Polonicis à Smolenſco, 280. mill. paſſ. à Novogardia parva in occaſum hybernum, & 370. à Novogardia magna in ortum hybernum.

Moschi, populi Aſiæ in Colchide Regione, circa Phaſidis fluvii fontes, teſte Plinio, & in limite Iberiæ, qui & Moſci etiam dicti fuere, horum meminit Strabo, & eos à Cneio Pompeio ſubjugatos ſcribit Plutarchus, eorum Regio dicta fuit Moſchica à Strabone, cujus partem Colchi tenuerè, Iberi aliam, Armeni vero alteram, erantque ubi nunc pars orientalis Mengreliæ Regionis, ibi etiam Moſchici montes, horum meminit Lucanus libro 3.

Moschius, fluvius Moeſiæ ſuperioris Ptolemæo, in Dardania Regione, ex Scardo monte fluens, nunc *Ibar* dictus, ex plurimis relationibus, per Serviam Regionem labitur, & in Moravam fluvium ſe exonerat.

Moscius, Mons magnæ Græciæ, prope Scyllacium urbem, teſte Caſſiodoro, hodie *il monte di Squillace* dictus, in Calabria.

Moscovia, & Moſchovia, quæ & Ruſſia magna, & Nigra etiam, dicitur ſæpius ab Europæis Septentrionalioribus, *la Moſcovie*, ſeu etiam *la grande Ruſſie*, & *la Ruſſie noire* Gallis, *Ruſka Ziemia*, & *Moskwa* Polonis, *Ruſſenland* Germanis, *la Moſcovia* Italis, *Muſcovy* Anglis, *Ruſſlant* Belgis, *Ruß* Turcis, Regio eſt ex præcipuis Europæ verſus Septentrionem, & ampliſſima, ubi alias maxima pars Sarmatiæ Europææ, cum aliqua parte Aſiaticæ. Terminatur à Septentrione mari Concreto, ſive Glaciali & freto Vaigatio, quo ſeparatur à Nova Zembla, ab ortu dividitur à Tartaria magna Perſida, Obio & Jaicio fluviis, à Meridie Tanai minore, vulgò *Donetz*. Deſna, & Pſola, à quibus ſeparatur à Tartaria minori, & ab occaſu Boryſthene & Narva fluviis, quibus dividitur à Poloniæ Regno. Ejus longitudo ſumma inter promontorium Litarmin ad Septentrionem & Pſolæ confluentem ad oppidum Cxircaſſium ad Meridiem implet milliaria Germanica 380. latitudo verò inter *Corelenborg* oppidum, in confinio Finlandiæ ad occaſum, & Obium fluvium, juxta oppidum *Lepin* ad ortum, eſt 300. milliarium ſimilium, teſte Cluverio. Dividitur in quatuor præcipuas partes, nempe in Moſcoviam Occidentalem ſeu præcipuam, & Moſcoviam Orientalem, Tartariam Moſcoviticam, & Lappiam Moſcoviticam: ſub quibus ſunt 40. provinciæ circiter, de quibus infra, quæ plerumque à præcipuis urbibus denominantur, cum ſub Moſcovia Occidentali ſit præcipua pars Moſcoviæ & magis culta, in qua præſertim provinciæ Pleſcovia, Bielkia, Novogardia magna, Tuveria, Moſcovia, Rezania, Cargapolia, Vologda, Duina, & Volodimeria; ſub Moſcovia Orientali, quæ minus culta ſed magis lata & ad ortum cenſentur hæ provinciæ ſive partes, Condora, Petzora, Uſtiuga, Permia, Viatka, & Czeremiſſi, cum aliis in ejus viciniis: ſub Tartaria Moſcovitica ſunt Regna Aſtracani, Bulgariæ & Cazani, atque Regiones Siberia, Samojeda, Obdora, & Lucomoria, cum aliquot populis eis vicinis: & ſub Lappia Moſcovitica ſunt tres partes ſive Lappiæ, nempe Granduicenſis, Maritima, & Terſa, & iis nunc addi poſſunt Smolenſcenſis & Severienſis Ducatus, qui antea erant juris Polonici cum parte Veraniæ. Totius Regionis primaria urbs eſt Moſcua ſeu Moſcha. Notandum autem eſt partes Boreales & Orientales Moſcoviæ non eſſe ſatis cultas & incolis frequentes pro provinciarum amplitudine. Moſcovia nomen habet ab urbe Moſcua, non à Moſchis populis ultra mare Euxinum, Colchis finitimis; in iiſque Regionibus Ruſſi rerum potiti ſunt, à Roxolanis, fortè deflexo paululùm nomine oriundi, atque eorum Principes ad Varagos originem referunt gentem tranſmarinam, ut ipſorum Annales teſtantur, qui Imperii ſedem primò Novogardiæ, deinde Kioviæ, ac poſtremò Volodimiriæ habuerunt, antequam Moſcham ſeu Moſcuam transferretur, hinc Moſci populi, qui & Moſchi etiam quibuſdam, & Moſcovitæ, vulgo *les Moſcovites* Gallis, & *die Moſcoviter* Germanis.

Moscovia, *la Moſcovie*, provincia Ruſſiæ magnæ, quæ ab ea Moſcovia dicitur à recentioribus. Terminatur à Septentrione Roſtovia & Suſdalia provinciis, ab Oriente Rhexania, ab Occidente Bielkia, & à Meridie Vorotina: Et ejus caput eſt Moſcua ſeu Moſcha, ſedes magni Ducis Moſcoviæ.

Moscoviæ Provinciæ et Partes.

Aſtracanum Regnum, *le Royaume d'Aſtracan.*
Biela Ozera Ducatus, *Biela Ozera.*
Bielkia Ducatus, *Bielki.*
Bulgariæ Regnum, *le Royaume de Bulgár*, ſeu *Bolgarski.*
Cargapolia, *Cargapol.*
Caſanum Regnum, *le Royaume de Caſan.*
Condora, *Condora.*.
Czeremiſſi Logovi, *les Czeremiſſes Logowoi.*
Czeremiſſi Nagorni, *les Czeremiſſes Nagornoi.*
Duina, *la Dwina.*
Jaroſlavia Ducatus, *Jeroſlaw.*
Jugra ſive Jobra, *Juborski.*
Lappia Grandvicenſis, *Bellamoreskoy Leporie.*
Lappia maritima, *Mourmanskoy Leporie.*
Lappia Terſa, *Terskoy Leporie.*
Loppia, *la Loppie.*
Lucomoria, *la Lucomorie.*
Morduvæ populi, *les Morduates.*
Moſcoviæ Ducatus, *la Moſcovie.*
Novogardiæ inferioris Ducatus, *Niſi Novogorod.*
Novogardiæ magnæ Ducatus, *Novogorod Velski.*
Obdora, *Obdorki.*
Permia, *Permski.*
Petzora, *Petzora.*
Pleſcoviæ Ducatus, *Pleskow.*
Pola, *Pole.*

Digitized by Google

Reſchoviæ Ducatus, *Reſchow.*
Rezaniæ Ducatus, *Rezan.*
Roſtoviæ Ducatus, *Roſtow.*
Samojedæ populi, *les Samojedes.*
Siberia, *la Siberie.*
Smolenſcenſis Ducatus, *Smolensko.*
Suſdaliæ Ducatus, *Suſdal.*
Tingoeſi populi, *les Tingoeſes.*
Tuveriæ Ducatus, *Tuer.*
Viatka, *Viatka.*
Ukrania, *l'Okraina.*
Volodimeria, *Wolodimer.*
Vologda, *Wologda.*
Vorotina, *Worotin.*
Uſtiuga, *Oaſtionga.*

Moſcoviæ Urbes Præcipuæ:

Archangelopolis, *l'Archangel.*
Aſtracanum, *Aſtracan.*
Biela Ozera, *Biela Ozera.*
Bielha, *Bielha.*
Cargapolia, *Cargapol.*
Caſanum, *Cazan.*
Coluga, *Coluga.*
Columna, *Columna.*
Demitriovia, *Demitrioff.*
Jaroſlavia, *Jaroſlaw.*
Ladoga, *Ladoga.*
Moſcha, *Moſcow*, Regionis caput.
Novogardia inferior, *Niſi Novogorod.*
Novogardia magna, *Novogorod Veliki.*
Pereſlavia, *Pereſlaw.*
Permia magna, *Permaveliki.*
Petzora, *Petzora.*
Pleſcovia, *Pleskow.*
Reſcovia, *Reſchow.*
Rezana, *Rezan.*
Roſtovia, *Roſtow.*
Smolenſcum, *Smolenko.*
Soratovia, *Soratof.*
Suſdalia, *Suſdal.*
Tobolſca, *Toboll.*
Tuveria, *Tuere.*
Vaſiligroda, *Vaſiligorod.*
Viatka, *Viatka.*
Vielkiluca, *Vielkiluki.*
Vologda, *Vologda.*
Volodimeria, *Uvolodimer.*
Vorotinum, *Vorotin.*
Uſtiuga, *Ouſtiong.*

Moscovitæ, populi Moſcoviæ Regionis, qui Moſci & Moſchi dicti, vulgo vocantur *les Moſcovites* à Gallis, *li Moſcoviti*, & *li Ruſſi* etiam ab Italis à Ruſſia Regione, *Ruſſen* Germanis, & *Rugin* Polonis. Vide Moſcovia.

Moscua, ſeu Moſcha, *la Moska*, fluvius Ruſſiæ magnæ ſeu Moſcoviæ. Oritur in Tuverenſi provincia, 70. milliaribus Ruſſicis ſupra Moſaiſcum, à quo ad Metropolim Moſcuam 90. milliaria ſimilia ſunt, 6. autem milliaribus ſupra Moſaiſcum navigabilis eſſe incipit. Hinc Moſcuam urbem rigat & dividit, atque infra Columnam in Occam ſe exonerat.

Mosella, fluvius Galliæ Belgicæ Tacito, Auſonio, & aliis, qui Moſula Floro, & Obrincus videtur Ptolemæo, vulgo *la Moſelle* Gallis, *das Moeſel* Germanis, oritur in Lotharingia provincia Galliæ, ex monte Vogeſo, paulo ſupra vicum *Buſſans* dictum, in ipſo limite Alſatiæ, & Comitatus Burgundiæ, deinde in Septentrionem per Lotharingiam fluens, ibi Romaticum montem, Spinalium, Caſtellum, Chaliniacum, & Tullum rigat, hinc auctus Murta fluvio ad Liverdunum, juxta Muſſipontem labitur, uti ad Metas, ubi recipit Selnam fluvium, poſtea Theodoniſvillam Belgii urbem munitam rigat, hinc per Germaniam fluens ad Trevirim, & ditionem Treviſem bifariam ſecans, tandem ad Confluentes ponte junctus lapideo, juxta & infra ipſam urbem Rheno miſcetur, è regione Hermanſtenianæ arcis validiſſimæ; ut pluries vidi, & valde commendatur vino Moſellanico ab eo dicto.

Mosellanica Lotharingia, ſeu ſuperior Lotharingia, *la Lorraine*, provincia Galliæ, quæ ſola antiquum nomen Regni Lotharii ſervat, ſic dicta fuit à Moſella fluvio, a quo bifariam ſecatur, eſtque inter Alſatiam, Germaniamque ad ortum, Campaniam ad occaſum, Luxemburgenſem Ducatum ad Septentrionem, Comitatum Burgundiæ ad Meridiem. Vide Lotharingia.

Mosini, populi Sarmatiæ. Vide Moſyni.

Mosomagum, pagus Trevirenſium. De quo in vita S. Lupi Epiſcopi, quibuſdam eſt Moſomum.

Mosomum, *Mouſon*, urbs Galliæ, in Campania provincia, ad Moſam fluvium cum Abbatia, in confinio Ducatus Luxemburgici; media eſt inter Sedanum ad Septentrionem, & Stenæum ad Meridiem 3. leucis diſtans, 11. à Viroduno in Septentrionem, & 12. à Retelio in ortum. Pluries obſeſſa fuit hiſce ultimis temporibus, cum tunc eſſet munita, nunc tamen in dies reſtauratur, & 18. leucis diſtat in occaſum æſtivum, a Muſſiponte, *le Pont à Mouſſon* oppido Lotharingiæ, eratque alias ſub dominio utili Archiepiſcopi Remenſis.

Moson, urbs Galatiæ in Aſia minori Ptolemæo, quæ forte Mizinum Antonino dicta, nunc *Aricanda* caſtrum, teſte Nigro.

Mosopia, oppidum Sarmatiæ Ovidio.

Mosqua, *Moſzka*, oppidulum Germaniæ in Luſatia ſuperiori, ad Neiſſam fluvium, ſub Dominio Ducis Electoris Saxoniæ, & in ipſo limite inferioris Luſatiæ, 5. milliaribus Germanicis à Sagano in occaſum, & fere 6. à Gorlitio in Septentrionem.

Mossini, populi Aſiæ minoris, in Myſia Plinio, circa Pergamum urbem, quorum urbs in libro Conciliorum Moſyne, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Hieropolitano Phrygiæ, ut videtur.

Mossinus, Cariæ fluvius, in Aſia minori, teſte Plinio.

Mostani, Lydiæ urbs apud Ptolemæum.

Mosylon, promontorium & emporium Æthiopiæ ſub Ægypto Ptolemæo, ad ſinum Avaliten, inter fauces ſinus Arabici & Aromata, quod Moſſylytes Plinio, nunc *Omgauli*, teſte Molerio.

Moſyni, populi Cappadociæ ad Pontum Euxinum Plinio, qui Moſynæci Xenophonti, & Diodoro, & Moſſonichi Valerio Flacco, inter Cytorum ad occaſum & Ceraſuntem urbem ad ortum, longo tractu incolentes, & Tibarenis finitimi.

Motenæ, Regio Armeniæ majoris Ptolemæo, quæ Otene Plinio, verſus Cyrum fluvium, nunc *Exechia* dicta, teſte Caſtaldo.

Motanum, oppidum Pannoniæ ſuperioris, ex itinerario Antonini, quod & Mutenum dictum, nunc teſte Simleto, eſt Leytæpons, vulgo *Pruck an der Leyte*, oppidulum Auſtriæ inferioris in limite Hungariæ: ſed Cluverio, eſt *Muzon*, caſtrum Hungariæ, Muſunienſis Comitatus Caput, inter Peiſonem lacum & Danubium fluvium, prope Altenburgum.

Motha, & Motta, *la Mothe*, arx fuit Galliæ in Barrenſi Ducatu, alias permonita, ſed capta fuit anno 1645. & paulo poſt ejus munitiones diſjectæ fuere, ſicque nunc funditus deleta eſt in colle

Digitized by Google

in Baſſiniaco tractu, verſus Fanum S. Theobaldi, via una leuca à Moſa fluvio, paulo plus à confinio Campaniæ, & 6. à Mirecurtio in occaſum hybernum.

MOTIRA, *Motir*, ſive *Mortir* incolis & Belgis, *Moutel* Hiſpanis, inſula parva Aſiæ in Oceano Indico, & una ex Molucis ſtricte ſumptis, verſus oram occidentalem Giloli inſulæ, à qua diſtat tantum 18. mill. paſſibus, antea ſub dominio Regis Ternatæ, nunc autem Belgis unitis paret; eſtque inter inſulas Tidorum ad Septentrionem & Machianum ad Meridiem.

MOTRICUM, *Motrico*, oppidum Hiſpaniæ in Ipuſcoa provincia, ſic dictum quaſi Monſtritium, & olim Tritium Tuboricum, ut exiſtimat Gregorius *de Argaiz*, ſitum eſt in ora Oceani Cantabrici, inter confinia Biſcaiæ ad occaſum & Devæ fluvii oſtium ad ortum.

MOTUCA, urbs Siciliæ inſulæ Ptolemæo, quæ Mutyca, & Motyca quibuſdam, nunc *Modica*, urbs eſt culta Siciliæ in provincia ſeu valle Netina, ad Motycanum fluvium, 20. milliaribus à Pachyno promontorio in occaſum, & 5. ab ora maris Africi in Septentrionem in valle. Populi Muticenſes Ciceroni.

MOTULA, *Motola*, urbs parva admodum Regni Neapolitani, in provincia Hydruntina, ad radices Apennini, & in confinio agri Bariani, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Tarentino, 7. milliaribus diſtat ab ora ſinus Tarentini in Septentrionem, 13. à Tarento in occaſum æſtivum, & 25. à Bario in Meridiem, & fere in vicum redacta eſt.

MOTYA, urbs Siciliæ in ora occidentali Diodoro, Stephano, & aliis, nunc exciſa, ubi olim portus ſatis tutus fuit in inſulula *l'Iſola di San Pantaleone* dicta, in ora Vallis Mazaræ, contra Ægades inſulas, 6. ſtadiis à continenti Siciliæ, 2. milliaribus ab Ægithallo promontorio, 7. à Lilybæo diſtans in Boream Drepanum verſus, teſte Cloverio, qui exiſtimat unicam fuiſſe Motyam urbem in Sicilia, quanquam Fazellus crediderit alteram Motyam fuiſſe exciſam ad Pachynum promontorium, ubi locus *San Giovanni* dictus, & tertiam etiam exciſam inter Hyccaram & Panormum.

MOTYCA, *Modica*, urbs Siciliæ. Vide Motuca.

MOTYCANUS, fluvius Siciliæ Ptolemæo, nunc *il Xicli* dictus, teſte Fazello, *il Sicli* aliis, parvus eſt admodum in Valle Netina, oriturque prope Motucam & per oram auſtralem fluens, Siclum oppidum alluit, unde ei nomen recens inditum fuit, & in mare Africum ſe exonerat.

MOURA, *la Moure*, ſeu *le Fort Naſſaw*, oppidulum Africæ cum arce munita, in Guinea Regione, & in ora maris Æthiopici, ſub dominio Belgarum. Vide Arx Naſſovia.

MOUTICUM REGNUM, *le Royaume de Moutique*, provincia parva Malabariæ Regionis, in peninſula Indiæ intra Gangem, ſub clientela Regis Calecuti, cum urbecula cognomine.

MOYA, *Moya* oppidulum Hiſpaniæ, in Caſtella nova, & in limite Regni Valentini, in monte ad amnem Algarram, cum caſtro, & 4. leucis à Concha diſſitum in ortum Segobrigam verſus.

MOZAMBICUM, *Mozambique*, urbs Africæ. Vide Moſambicum.

MSCISLAVIA, *Mſciſlaw*, urbs munita Poloniæ, in Lithuania, juxta fluvium *Soſz*, & in confinio Moſcoviæ, capta à Moſchis hiſce ultimis temporibus; cùm alias ibi fuerint peſſimè accepti à Polonis ſub Sigiſmondo primo, diſtat vero 16. milliaribus Polonicis à Smolenſco in Meridiem, & 18. à Mohilovia in ortum; & dicitur etiam Mciſlavia. Vide ibi.

MSCISLAVIENSIS PALATINATUS, *le Palatinat de Mſciſlaw*, tractus Poloniæ, & pars Ducatus Lithuaniæ. Vide Mciſlavienſis Palatinatus.

MUCIALLIA, locus Hetruriæ, qui diei itinere diſtat à Florentia in Septentrionem Ravennam verſus, teſte Procopio, nunc *Mugello* hodie, teſte Celſo Cittadino, unde forſan Mugella vallis ad Sevam fluvium, *Mugello*, amœniſſima inter colles Feſularum & Apenninum montis juga.

MUCRA, *le Morin*, fluvius Galliæ parvus, qui & Morinus dicitur à quibuſdam, in Bria provincia, duplex eſt nempe Mucra major, *le Morin*, qui Columbariam & Creſciacum rigat, & in Matronam ſe exonerat infra Meldas: & Mucra minor, *le petit Morin*, qui etiam in Matronam influit infra Firmitatem Aucnlphi.

MUCRÆ, pagus Samnii in Italia, inter Fauces Caudinas & Bovianum, teſte Silio Italico libro 8.

MUDA, *Muyden*, oppidulum Belgii uniti in Hollandia, ad ſinum Auſtrinum, & in Goelandia tractu, prope Veſopum, & vix 2. leucis à Narda in occaſum Amſtelodamum verſus paulo plus, ad oſtia fluvii *Vecht* dicti.

MUDERNUM, *Muderno*, caſtrum Italiæ in agro Brixiano, ad lacum Benacum, ſub dominio Reipublicæ Venetæ, 5. milliaribus à Salodio in ortum.

MUENNA, locus Galliæ Belgicæ Antonino, inter Durocortorum & Divodurum, in quibuſdam exemplaribus. Ubi Axoenna legit & melius Marcus Velſerus. Vide ibi.

MUGELLA VALLIS, & Mugellanus ager, *il Mugello*, tractus Hetruriæ in agro Florentino, ad Sevam fluvium, inter Apenninum montem ad Septentrionem & Arnum fluvium ad Meridiem.

MUGILONES, populi Germaniæ Straboni, quorum nomen torrens *Mubel* in Auſtria redolere videtur, ſi Lazio credimus.

MUIACUM REGNUM, *le Royaume de Muiaco*, Regnum Africæ, in Æthiopia ſuperiori, valde extenſum, inter Regna Macoci & Gyrimbombæ, teſte Hieronymo Lobo Luſitano.

MUICHEUM, *Muicheu*, urbs ampla Imperii Sinarum, & ex præcipuis provinciæ Suchenſis, cujus decima cenſetur, prope fluvium Chiangum & Hoanum lacum, teſte Martino Martinio.

MULA, *Mul Yl*, inſula Scotiæ, ei adjacens ad occaſum, & Hebridum una, prope Lornam & Loquabriam provincias. Vide Maleos.

MULANCUM, *Meulan*, oppidum Galliæ in provincia Inſulæ Franciæ, quod Mellentum etiam dicitur in actis mediæ ætatis, ſitum eſt ad radices collis partimque in Vulcaſſino Francico, cum ponte lapideo ad Sequanam fluvium, aliaſque munitum fuit, 9. leucis diſtans à Pariſiis in occaſum Meduntam verſus 3. & Rothomagum 19.

MULASSA, urbs Aſiæ minoris in Caria, ad ſinum Bargyliacum, teſte Conſtantino Porphyrogenneta.

MULAXIUM REGNUM, *le Royaume de Mulaxi*, provincia ſeu pars Japoniæ in Ochia Regione, & in ejus parte meridionali verſus mare Indicum, inter Regna Conſuqoium, Canzulam, & Sangamum, ſic dicitur ab oppido cognomine, teſtibus Cardino & Brietio, & in ea ineſt Jedum *Jedo*, urbs ampliſſima, & totius Japoniæ primaria.

MULDA, fluvius Bohemiæ, qui & Multava quibuſdam, *die Muldaw* Germanis, & *Wultava* Bohemis, oritur in ipſo limite Bavariæ, 5. milliaribus Germanicis à Paſſavia, deinde in Septentrionem tendens Budoviſſam rigat, hinc receptis Sazawa & Miza,

Pragam urbem Bohemiæ primariam biſariam ſecat, & 3. milliaribus Germanicis infra in Albim fluvium ſe exonerat, juxta Melnicum oppidum.

Mulhemum, oppidulum tenue Germaniæ ad Rhenum fluvium, in Ducatu Montenſi, paulo infra Coloniam Agrippinam, & alias à Duce Neoburgenſi munitum.

Mulhusia, & Mulhuſium, *Mulhauſen* incolis, *Milauſe* Gallis, urbs Germaniæ, in Alſatia ſuperiori, ad Hellolum fluvium, Imperialis, ſeu libera, & Helvetiis aggregata ab anno 1515. eſtque in Sundgovia inſerta. Diſtat tribus leucis à Ferreta in Septentrionem, uti à Baſilea in occaſum æſtivum, & a Neoburgo in occaſum, fuitque olim una ex urbibus Præfecturæ provincialis Hagenoenſis Alſatiæ.

Mulhusia, urbs Germaniæ, in Thuringia, vulgo *Mulhauſen* dicta, quaſi molaris domus, Imperialis, & ſatis culta, ad radices montium, juxta amnem Unſtrutum *Unſtrutt*. Diſtat ferè 7. milliaribus Germanicis ab Erfordia in occaſum, & 4. ab Iſenaco in Septentrionem Northuſiam verſus, eſtque ſub protectiooe Electoris Saxoniæ.

Mullarasium, *Mulleras*, oppidulum tenue Germaniæ, in media Marchia Brandeburgica, in limite Luſatiæ inferioris, vix 2. milliaribus Germanicis à Francofurto ad Oderam fluvium in occaſum, & dimidio tantum à Spreha fluvio. Hîc anno 1669. ductum eſt incile juſſu Electoris Brandeburgici inter Oderam & Spreham flumina, quo lintres ex Odera to Spreham ducuntur; deindéque per Havelam in Albim fluvium deſcendere poſſunt, & viciſſim.

Multanum, *Multan*, urbs Indiæ, provinciæ cognominis caput, ad Indum fluvium, media ferè inter Lahorium ad ortum, & Candaharium ad occaſum, ſub dominio Magni Mogolis; fuitque aliàs perampla & probè culta, ouoc deficit, teſte Berniero.

Multanum Regnum, *le Royaume de Multan*, Regoum ſeu pars Indiæ propriæ, in Imperio Magni Mogolis, verſus Indum fluvium, & inter Lahorium Regnum ad ortum, Attochium ad Septentrionem, Haiacanum ad occaſum, & Buckorium ad Meridiem, urbem habens primariam cognominem.

Multavia, Regio Europæ, & pars alias Magni Regni Hungariæ, ad fluvium Iſtrum, quæ ſæpius Moldavia dicitur. Vide ibi.

Multianus Ager, *le Multien*, tractus Galliæ in provincia Inſulæ Franciæ, dicitur à quibuſdam Melciacus tractus, eſtque verſus Domnum Martini oppidum inter Lutetiam Pariſiorom, & Feritatem Milonis.

Mulucha, oppidum Mauritaniæ Tingitanæ, ad Mulucham fluvium, ſeu Molochath, teſte Floro.

Molvia, *le Mulvia*, fluvius Africæ, in Barbaria. Oritur ex Atlante monte; & auctus aliquot aliis flominibus, Regna Fezzæ, & Telenſini ſeparat, deindeque in mare Mediterraneum ſe exonerat, teſte Joanne Leone.

Munoa, fluvius Luſitaniæ, Plinio. Vide Monda.

Munoa, Hiſpaniæ Bæticæ urbs, & olim Turdetaniæ caput Plinio, & Aulo Hirtio, ubi Cæſar Dictator Cneium Pompeium vicit, & Pompeiani cæſi ad 30000. peditum, & 5000. equitum, hanc Mariana ab Hiſpanis *Ronda la vieja* vocari ſcribit, intra montes in Regno Granatenſi, 2. leucis ab Arunda oppido, & 3. ab alio oppido *Monda* dicto, qood Arabes exſtruxerunt antiquo nomine retento, ut probat Didacus Mendoxios, ſed Moralis & Cluſius credunt eſſe illud *Monda* oppidum, ejuſdem Regni, in tractu Malacitano, qood etiam pluribus probatur à Roderico Caro, qui ſcribit hoc caſtrum *Monda*, eſſe in planitie perampla ad radices montium, & prope fluvium magnum, *Rio grande* vulgo, & 12. leucis diſſitum à Freto Herculeo in ortum æſtivum, Malacam verſus 6. quod optime convenit com deſcriptione Auli Hirtii, & ut dignoſcitur etiam ex antiqua inſcriptione ibi reperta.

Munda, *Munden*, oppidum Germaniæ in Ducatu Brunvicenſi, & in limite Haſſiæ inferioris, cum caſtro antiquo in Calembergenſi tractu, ad confluentes Fuldæ & Werræ fluviorum, qui deinde Viſurgis nomine accepto in Septentrionem tendunt, & hic jam Viſurgis lintrium capax eſt.

Munda Ruræ, ſeu Ruremunda, *Ruremonde*, urbs Belgii in Ducatu Gueldriæ, ad Moſam. Vide Ruremunda.

Munda Teneræ, ſeu Teneræmunda, *Dendremonde*, oppidum munitum Belgii, in Comitatu Flandriæ, ad Scaldim fluvium. Vide Teneremunda.

Munda Vistulæ, vel Weiſſelmunda, *Weiſſelmund*, fortalitium Poloniæ, in Pruſſia Regia, valde munitum in apice dextro oſtii, per quod Viſtula fluvius in mare Balticum, ſive Orientale ſe effundit; unde etiam Weiſſelmunda, id eſt, *der munde der Weichſel*, os Viſtulæ dicitur, & impedit quominus hoſtiles naves flumen ingrediantur, prope & infra Gedanum ſitum eſt.

Mundus, *le Monde*, ſive *la Terre univerſelle*. Dicitur ſæpe Orbis. Vide ibi.

Munghoa, *Munghoa*, orbs Imperii Sinarum in Iunnania provincia, cujus ſexta cenſetur, intra montes, & ab ea pendet tantum alia urbs minor, teſte Martinio, ſita eſt prope lacum, & verſus limites Indiæ extra Gangem.

Municipia Romana in Italia; † ſignum eſt interiiſſe.

Acerræ, in Campania, Livio.
Alatrium, in Latio, ex veteri inſcriptione.
Allifa, in Samnio, ex veteri inſcripoone.
Ameria, in Umbria, Ciceroni.
Anagnia, in Latio, Livio, Ciceroni.
Aquinum, in Latio, Livio, Ciceroni.
Aretium, in Hetruria, ex veteri inſcriptione.
Aricia, in Latio, Livio, Velleio, & Gellio.
Arpinum, in Latio, Livio, Ciceroni.
Aſculum, in Piceno, Ciceroni.
Aſſiſium, in Umbria, ex veteri inſcriptione.
† Atella, io Campania, ex veteri inſcriptione.
Bleta, in Hetruria, ex veteri inſcriptione.
Bononia, in Gallia Togata, ex Feſto.
Bovillæ, ia Latio, ex Cicerone.
Cære, in Hetruria, ex veteri inſcriptione, & Aulo Gellio.
Calenum, in Campania, Ciceroni.
Capena, in Hetruria, ex veteri inſcriptione.
Capua, in Campania, ex veteri inſcriptione.
† Caſinum, in Samnio, ex veteri inſcriptione.
† Caſoentum, in Umbria, ex veteri inſcriptione.
Cluſium, in Hetruria, ex veteri inſcriptione.
Cora, in Latio, ex veteri inſcriptione.
† Comæ, in Caopania, Livio, & ex veteri inſcriptione.
Eporedia, in Salaſſis, ex Tacito.
Ferentioum, in Lario, Livio.
Forentum, in Lario, Plinio.
† Formiæ, in Latio novo, Livio.
† Forum Flaminii, in Umbria, ex veteri inſctiptione.
Forum Sempronii, in Umbria, ex veteri inſcriptione.
Fondi, in Lario, Livio.
† Gabii, in Latio, Cicerooi.
Hiſpellum, in Umbria, ex veteri inſcriptione.
Hydruntum, in Salentinis, ex veteri inſcriptione.

Interamna, in Latio, ex veteri inſcriptione.
† Lanuvium, in Latio, Livio, Ciceroni.
Larinum, in Frentanis, Ciceroni.
Lavici, in Latio, Ciceroni.
Luca, in Hetruria, Feſto.
Mediolanum, in Inſubria, Tacito.
Mevania, in Umbria, ex veteri inſcriptione.
† Mevoniola, ibidem.
† Naharres, in Umbria, ex veteri inſcriptione.
Nepet, in Hetruria, Feſto.
Nola, in Campania, Feſto.
† Nomentum, in Sabinis, Livio.
Novaria, io Inſubria, Tacito.
† Numana, in Piceno, ex veteri inſcriptione.
Ocriculum, in Umbria ex veteri inſcriptione.
† Pedum, in Latio, Livio.
Piſæ, in Hetruria, Feſto.
Placentia, in Gallia Togata, Feſto.
Præneſte, in Latio, Feſto.
Privernum, in Latio, Livio, & ex veteri inſcriptione.
Rhegium, in Brutiis, ex veteri inſcriptione.
Sæpinum, in Samnio, ex veteri inſcriptione.
Sarſina, in Æmilia, ex veteri inſcriptione.
† Scaptia, in Latio, Plinio.
Seguſium, in Taurinis, ex veteri inſcriptione.
† Sinueſſa, in Campania, ex veteri inſcriptione.
Sueſſa, in Campania, ex veteri inſcriptione.
† Sueſſula, in Campania, ex veteri inſcriptione.
Surrentum, in Picentibus, ex veteri inſcriptione.
Sotrium, in Hetruria, Feſto.
† Tarquinii, in Thuſcia, Ciceroni.
Tibur, in Latio, Feſto.
Tifernum, in Umbria, ex veteri inſcriptione.
† Trebula, in Latio, Livio.
† Tuſculum, in Latio, Sexto Pompeio, Livio.
Vercellæ, in Inſubria, Tacito.
† Vindinum, in Umbria, ex veteri inſcriptione.
Urbinum, in Umbria, ex veteri inſcriptione.

Municipia, extra Italiam plurima fuere, quæ colonias numero ſuperabant.

Munitium, oppidum Cattorum in Germania Ptolemæo, nunc Villanovanus interpretatur Gottingam, *Gottingen*, urbem Saxoniæ inferioris, in Ducatu Brunſvicenſi, ad Leinam fluvium, in confinio Haſſiæ, 3. milliaribus Germanicis à Viſurgi fluvio in ortum, 4. ab Embeca in Meridiem, & 8. à Northuſia in occaſum diſtantem.

Munsterberga, *Munſterberg*, oppidum Bohemiæ Regni, in Sileſia. Antea Duci proprio paruit cum regiuncula adjacente. Arcem habet ſplendidam, ad Olavum amnem, 7. milliaribus Germanicis diſtans ab Urariſlavia in Meridiem, & totidem ab Oppolia in occaſum Bohemiam propriam verſus, Monſterberga etiam dicitur quaſi Monaſterii mons.

Munsterbergensis Ducatus, *das Hertzogthumb von Munſterberg* Germanis, *le Duché de Monſtreberg* Gallis, tractus eſt Regni Bohemiæ in Sileſia ſuperiori, qui à Cromero Ducatus Sambicenſis dicitur, nuncque Regi Bohemiæ ſubeſt, cum antea pareret Ducibus cognominibus, qui hodie Olſnenſes dicuntur, eſt inter Grotkavienſem Ducatum ad ortum, & Suvidnicenſem ad Septentrionem, & Bohemiam ad occaſum, & Meridiem.

Munychia, portus parvus Athenarum in Attica Straboni, & aliis, Piræo proximus, ad oſtia Iliſſi fluvii in ſinum Saronicum; ſic dictus fuit à Munycho Principe qui ibi Templum Dianæ extruxit, teſte Plutarcho, & longis muris Athenis conjunctus fuit, opera Themiſtoclis, fruſtra reclamantibus Lacedæmoniis, nunc *Macina* dictus, ut exiſtimat Brietius, ſed limo fere oppletus eſt.

Munychiatis, Regio Arabiæ Petrææ, teſte Ptolemæo.

Mura, *die Muer* accolis, *la Mure* Gallis, fluvius Germaniæ. Fontes habet in ditione Salisburgenſi; deinde per Stiriam fluens, ibi Judenburgum, Pontem ad Muram dictum, & Græcium urbem amplam & provinciæ primariam, Rachelpurgúmque rigat; ac tandem Dravo miſcetur in ipſo limite Hungariæ inferioris.

Muranum, oppidum Brutiorum in Italia, ex itinerario Antonini, & ex veteri inſcriptione, in Lucaniæ confinio, nunc *Morano*, caſtrum Regni Neapolitani in Calabria citeriori, in monte ſitum in confinio Baſilicatæ, intra Apenninum montem, teſte Barrio, ad Fontes Sybaris fluvii, 37. milliaribus à Conſentia diſtans in Septentrionem, & medium inter ſinum Tarentinum ad ortum, & mare Tyrrhenum ad occaſum, 16. milliaribus utrimque diſtans, & 4. à Caſtrovillario in occaſum æſtivum.

Muranum, *Mouraon*, oppidulum Hiſpaniæ, in Portugallia, juxta Anam fluvium. Quibuſdam eſt Moto, Vide ibi.

Muratum, *Murat*, oppidum Galliæ, in Alvernia ſuperiori, ad radices Cantalii montis, juxta Alagnonem amnem, 3. leucis à Floriopoli in occaſum æſtivum diſtat.

Muratum, *Morat*, oppidulum Helvetiæ, ad lacum cognominem, in Nuitonia tractu. Dicitur ab aliis Moratum. Vide ibi.

Muravia, *Muraw*, oppidulum Germaniæ, in Stiria ſuperiori, ad Muram fluvium, in confinio ditionis Salisburgenſis, 6. milliaribus Germanicis à Judenburgo in occaſum, & 4. à limite Auſtriæ.

Morbacum, & Murbachium, *Murbach*, oppidulum Germaniæ in Alſatia ſuperiori, ad amnem *Rotbach*, cum Abbatia celebri, cujus Abbas loci dominus, & ei perpetuo unita eſt Abbatia Luderana, ſub dominio Regis Franciæ, 2. milliaribus Germanicis diſtans à Vogeſo monte in ortum, & 3. à Colmaria in occaſum hybernum, uti à Mulhuſia in occaſum æſtivum, & dictum fuerat olim Vivarium Peregrinorum.

Murbogi, populi Hiſpaniæ Tarraconenſis Ptolemæo, quorum urbs præcipua Burgi.

Murcia, *Murcia* incolis, *Murcie* Gallis, orbs Hiſpaniæ, olim Vergilia dicta, caput Regni Murciani, ſedet ad Staberum ſeu Segoram fluvium, eſtque ampla & culta in planitie peramœna, in limite Regni Valentini, 3. leucis diſtans ab Oriola in occaſum, & 6. à Carthagine Nova in Septentrionem. Hæc anno 1265. ab Alphonſo decimo Rege Caſtellæ recuperata fuit, ejectis Mauris, & ſedes eſt Epiſcopi Carthaginis Novæ. Hinc Murcianus nomen gentis, *Murciano* vulgo.

Murcianum Regnum, *el Reyno de Murcia*, provincia Hiſpaniæ ſatis parva ad Meridiem extenſa, & Caſtellæ Novæ annexa, à qua terminatur à Septentrione, uti Regno Valentino ab ortu, Regno Granatenſi ab occaſu, & mari Mediterraneo & ſinu Virgitano à Meridie. Regio titulo inſignitur, quòd alias Reges Mauros habuerit per plures annos, eratque antea pars Vandalitiæ ſuperioris, dividitur in duas partes, nempe in territorium Murcianum, & in territorium Carthaginenſe, ubi olim Baſtitani populi ex parte, ut plurimi exiſtimant, & ejus præcipuæ urbes ſunt Murcia, Regni caput, & Cartago Nova, ſed magis extenditur quam notatur in tabulis verſus ejus partem ſeptentrionalem, ubi Villena & ejus ager adjacens ſub ipſo cenſentur, & alias etiam protendebatur trans Seguram fluvium uſque ad Xixonam, ſicque Oriola, Alona, & Elicis ſub ipſo cenſebantur, cum territoriis adjacen-

Digitized by Google

tibus, quæ nunc ſunt in Regno Valentino.

Muretum, ſive etiam Murellum, *Muret*, oppidum Galliæ, in Aquitania, & in tractu Convenarum, ad Garumnam fluvium. Ibi anno 1213. grandi clade affecti fuere Albigenſes hæretici a Simone Montfortio, cæſis eorum 15. millibus, ipſoque Petro Aragonum Rege eorum Duce.

Muretum, *Muret*, locus in Aquitania, in provincia Lemovicenſi, haud procul à Lemovico in ortum. In hoc loco primùm jacta ſunt fundamenta Ordinis Grandimontenſis, teſte Baluzio viro clar.

Murgantia, oppidum Bruttiorum in Italia, quod etiam & melius Morgentia dictum, nunc *San Georgio*, caſtrum Calabriæ ulterioris, teſte Barrio, ad radices Apennini. Vide Morgentia.

Murgantia, oppidum Samnii in Italia Livio, nunc quibuſdam eſt *Morcone*, oppidulum Regni Neapolitani in Comitatu Moliſio, in ipſo limite Principatus Ulterioris, quod Morconium dicitur ab aliis, ad Tamarum fluvium, 11. milliaribus à Boviano in ortum hybernum Beneventum verſus 16.

Murgintia, oppidum Siciliæ exciſum Livio, quod Morgantium aliis, ad Simethum fluvium. Vide Morgantium.

Murgis, oppidum Turdulorum in Hiſpania Bætica Plinio, & Ptolemæo, quod Murgi dicitur ab Antonino, nunc *Muxacra*, oppidulum Hiſpaniæ in Regno Granatenſi, & in ora maris Mediterranei, cum caſtro ſatis munito, teſtibus Floriano, & Mariana, vix 3. leucis à limite Regni Murciæ, in occaſum hybernum Charidemum promontorium verſus 6. circiter.

Muris, Herodoto, Mœris Ptolemæo, & aliis, cujus meminit Pontanus libro 5. Uraniæ. Vide Mœris.

Murocincta, oppidum Gogernorum in Germania inferiori Ammiano, & ex itinerario Antonini, nunc *Moers* incolis, *Meurs* Gallis, oppidulum Germaniæ, Comitatus cognominis caput, inter Ducatum Cliviæ & ditionem Colonienſem, ſub dominio Principis Auraici, vix una leuca diſtat a Rheno fluvio, uti à limite Cliviæ Ducatus, medium fere inter Veſaliam ad Septentrionem, & Noveſium ad Meridiem, 9 milliaribus Germanicis à Colonia Agrippina in Septentrionem, uti 100. mill. paſſ. à Treviris, & 20. à Venloa in ortum.

Moroala, oppidum Pannoniæ ſuperioris Ptolemæo, nunc teſte Villanovano, eſt *Mureck*, oppidulum Germaniæ in Stiria inferiori, ad Muram fluvium, 3. milliaribus Germanicis à Græcio in ortum hybernum Rachelſburgum verſus, à quo 3. diſtat, uti 8. à confinio Hungariæ in occaſum.

Mursa, Galliæ caſtellum, trium dierum itinere à Lugduno, ubi Magnentium a Conſtantino Imperatore prælio ſuperatum ſcribunt Eutropius, Socrates, & Sozomenus. Quid ſit hodie non conſtat, forſan eſt Muſtum Seleucum, quod & Mons Seleuci de quo ſupra, in Gallia Narbonenſi. Vide Mons Seleuci.

Mursa, *Meurs*, urbecula Germaniæ, & alias in Ducatu Cliviæ, quanquam caput ſit Comitatus cognominis. Vide Morſia & Murocincta.

Mursa, & Murſia, urbs Pannoniæ inferioris ex itinerario Antonini, quæ Murſia Ptolemæo, olim Epiſcopalis, nunc *Ezeckh*, oppidum Hungariæ inferioris, ad Dravum fluvium, qui ibi ponte jungitur ligneo, ſed oblongo, & pulcherrimo, 12. mill. paſſibus à Danubio fluvio in occaſum, teſte Lazio, 35. à Colocia in Meridiem, uti 80. à Buda Sirmium verſus 34. & medium fere inter Quinque Eccleſias & Bononiam Hungaricam, ſub dominio Turcarum.

Mursella, oppidum erat Pannoniæ ſuperioris, inter Sabariam 22. & Arabonem 10. mill. paſſ. ex itinerario Antonini.

Murta, *la Meurte*, fluvius Galliæ, in Lotharingia. Oritur ex Vogeſo monte, Nanceiumque rigat, & dein in Moſellam ſe exonerat 3. leucis ſupra Moſſipontem.

Murta, *la Murta*, celebre monaſterium Hieronymitanorum, in Catalonia, haud procul à Barcinone.

Murthlacum, *Murtlay*, urbs olim Scotiæ in Marria provincia, à Malcolmo III. Rege Epiſcopali ſede exornata, cum Eccleſia S. Moloco Sacra, cum prius pagus eſſet, ſed poſtea à Danis exciſa, & prope deleta, nunc ignobilis vicus eſt, cujus ſedes Epiſcopalis anno 1019. in proximam urbem Aberdoniam tranſlata fuit, à qua 12. mill. paſſ. abeſt, teſte Hectore Boetho.

Murus, oppidum Africæ propriæ, teſte Ptolemæo.

Murum, oppidum Rhætorum, ex itinerario Antonini, nunc *Mur*, pagus Rhætiæ in Brigantino Comitatu, teſte Scudo, ſeu *Caſtel mur*, pagus etiam Rhætiæ, ad radices Alpium, inter Clavennam oppidum ad Meridiem 12. & Tinnetionem in Septentrionem 16. mill. paſſ. diſtans Curiam verſus.

Murus, *Muro*, urbs parva Regni Neapolitani in Baſilicata provincia, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Compſano, in confinio Principatus citerioris, & prope Apenninum montem, diſtat 12. milliaribus à Compſa in ortum hybernum, 20. ab Acheruntia in occaſum, & 24. à Marſico in Septentrionem, & deficit in dies.

Muros, mons Luſitaniæ, nunc in Portugallia, Vindii montis ramentum, per agrum Viſenſem & Lamacenſem extenſus, Marano & Alcobæ agri Conimbricenſis junctus, teſte Reſendio.

Murus Picticus, *the Mur Sever*, ſeu, & melius, *the Picts Wall*, antiquus ultimuſque Romani Imperii limes in Britannia magna. Primo ex ceſpitibus & ſtipitibus ab Hadriano Imperatore factus eſt: poſt a Severo Imperatore multò jam munitior conſtructus, per continentem à mari Germanico ad mare Hibernicum perductus fuit; opus ſanè adeo celebre, ut inde Britannici titulus pro cognomento Imperatori illi acceſſerit. Tandem Imperio jam devergente, è ſolido ſaxo octo pedum latitudine & duodecim altitudine à *Boubneſſe*, prope Itunæ ſinum in Occidentem inchoatus, perpetuo tractu ad Tinæ oſtium in Orientem ductus eſt, & linea maxima ex parte directa per montes vaſtos aſcenſu & deſcenſu ſuper præruptas rupes, & excelſos colles procurrens, centum ferè mill. paſſ. longitudine collegit: cujus quidem ductus multis in locis etiamnum extat in Cumbria, & Northumbria provinciis Angliæ Borealis, ſuis tantum pinnis nudatus. In eo crebræ turres ſpeculatoriæ mille paſſus inter ſe diſtantes extructæ erant, in quibus milites ad tutandos ab hoſtilibus incurſionibus fines excubarunt, teſte Joanne Speedo.

Musæus, fluvius Moëſiæ inferioris, in quo S. Sabas ſubmerſus ab hoſtibus fuit, Metaphraſto teſte.

Musagores, Plinio, Muſagori Melæ, tres inſulæ parvæ Cretæ, in ora auſtrali, ante Criumetopon promontorium, quæ potius ſcopuli quam inſulæ, nomine nunc carent, niſi ſint *Loſſogniſi* ſcopuli.

Muscanda, urbs Antiochiani tractus, in Cappadocia, teſte Ptolemæo.

Moscaria, Hiſpaniæ Tarraconenſis urbs, in Vaſconibus, teſte Ptolemæo.

Muscarum Insula, *l'Iſle des Mouches*, inſula maris Pacifici, à Belgis detecta & dicta. Vide inſula Muſcarum.

Muskeria, *Muskry*, tractus Hiberniæ inſulæ in Momonia provincia, & pars occidentalis Corcagienſis Comitatus: dicitur Muskregia in antiquis titulis.

Muslubion, Mauritaniæ Cæſarienſis urbs, inter Salden & Chobata, teſte Antonino.

Musoniansis Comitatus, *le Comté de Muzon*, tractus eſt Hungariæ inferioris, ſub dominio Auſtriacorum, inter Danubium ad Septentrionem & ortum, Sopronienſem Comitatum ad Meridiem, & Auſtriam inferiorem ad occaſum, & ejus caput eſt Muſonium caſtrum, *Muzon*, olim forſan Morenum, teſte Cluverio, quod & Muſenburgum dicitur, intra paludes ad primum lapidem ab Altenburgo, & olim oppidum cultum.

Musopalla, urbs Indiæ intra Gangem. Nunc creditur *Viſapor*, Viſapora, urbs Regni Decani præcipua, in tractu *Cuncan* dicto, ubi perſæpe regia ſedes, ad Mandovam fluvium, 45. leucis Hiſpanicis à Goa diſtans in ortum æſtivum.

Mussa, Africæ propriæ urbs, ad Cinyphum fluvium, teſte Ptolemæo.

Mussalburgum, *Muſſelborrow*, oppidum parvum Scotiæ, in Laudonia provincia, ad Fortheam æſtuarium, 6. milliaribus ab Edinburgo in ortum, prope oſtia Eskæ fluvioli.

Mussia, *la Muſſia*, tractus Albaniæ regionis verſus oram maris Adriatici, inter Dyrrachinum promontorium, & Peſciam urbem, ad 26. milliaria extenſus, & ejus incolæ *Muſſigniani* vulgo dicuntur, ſub dominio Turcarum.

Mussidanum, *Mucidan*, oppidum Galliæ, in Aquitania & in Petrocoricenſi provincia, ad Illam fluvium, 5. leucis infra Petrocorium in occaſum, & 4. à Bergeraco in Septentrionem, alias munitum, dicitur etiam Mulcedonum in quibuſdam actis mediæ ætatis.

Mussipontum, quod & Pons Camaſonis, *le Pont à Mouſſon*, oppidum Galliæ in Barenſi Ducatu, alias munitum, ad Muſellam fluvium, prope rudera Muſſonis caſtri, unde ei nomen inditum, Academiam habens recentem, 5. leucis diſtat à Nanceio in Septentrionem Metas verſus, & fere 2. à Nomenio in occaſum verſus Fanum Sancti Michaelis 6. à Tullo vero 5. in ortum æſtivum, & 18. à Moſomio oppido Campaniæ in ortum hybernum.

Musti, urbs Africæ Antonino, olim Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Carthaginenſi, mediterranea, ad Bagradam fluvium, Aſſuro proxima, ab eo 20. mill. paſſ. Carthaginem verſus 88. a Sicca 32. à Cirta 198. in ortum, à Laribus 30. cujus Regio Muſtitana à Divo Auguſtino appellatur.

Musumellis, *Muſſomelli*, oppidum Siciliæ inſulæ, in Valle Mazaræ, cum caſtro antiquo, in mediterraneis. & 30. milliaribus ab Agrigento in Septentrionem.

Mutala, & Mutalaſca, pagus Cappadociæ, Cæſareæ finitimus Metaphraſto teſte.

Mutertum Regnum, *le Royaume de Muterte*, tractus peninſulæ Indiæ intra Gangem, in Malabaria regione, inter Cranganorum & Angamalam, cum oppido cognomine.

Mutha, *Moſta*, oppidulum Bohemiæ Regni, quod à Germanis *Bruck* dicitur, ad Bilinam amnem, 4 milliaribus Germanicis diſtans à Letomeritio in occaſum.

Muthi, Thebaidis in Ægypto urbs Antonino, quæ Mutheos in libro Notitiæ.

Muticensas, populi Siciliæ Ciceroni, quorum urbs Motuca, nunc *Modica*. Vide Motuca.

Mutilum, oppidum Galliæ Ciſalpinæ in Æmilia Livio, quod Mutila Obſequenti, nunc *Modigliana*, oppidulum eſt Italiæ in Romandiola Florentina, in colle, juxta Marzanum torrentem, teſte Leandro, prope Anemonem fluvium, ſub dominio magni Ducis Hetruriæ, in confinio ditionis Eccleſiæ, 16. milliaribus diſtans à Foro-Livii, & 13. à Britinorio in occaſum, à Faventia 12. in Meridiem.

Mutina, colonia, & urbs Galliæ Ciſpadanæ Ptolemæo, Livio, & aliis, nunc *Modena* incolis, & aliquando etiam *Modona*, *Modene* Gallis, urbs Italiæ ampla in Longobardia, Ducatus cognominis caput, in via Æmilia, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Bononienſi, cum antea Ravennatenſi ſuffraganea eſſet, & ſedes Ducum Mutinenſium ex Ateſtina familia, probe munita eſt, cum arce recenti in planitie ampliſſima prope Seciam fluvium, 20. milliaribus diſtans a Bononia in occaſum, Regium Lepidi verſus 16. eſtque urbs antiqua, & una ex 12. Tuſcorum coloniis trans Apenninum montem. Populi Mutinenſes *i Modeneſi* vulgo Italis, & *les Modenois* Gallis, Mutinæ meminit Ovidius libro 15. Metamorphoſeon.

Mutinensis Ducatus, *il Ducato di Modena*, ſeu *il Modeneſe* incolis, *le Modenois* Gallis, provincia eſt Italiæ, in Longobardia, ſub dominio proprii Ducis ex Ateſtina familia, cui etiam ſubſunt Ducatus Regienſis, *il Ducato di Regio*, Principatus Carpenſis, *il Prencipato di Carpi*, Principatus Corregienſis, *il Prencipato di Corregio*, dominium Saſſuolenſe, *la Signoria di Saſſuolo*, Friniana, *la Prignana*, & Graſiniana pro majori parte, *parte della Graſignana*. Et ex his omnibus conflata eſt ditio Mutinenſis, *lo Stato di Modena*, ubi olim Boii populi Galliæ Ciſpadanæ. Terminatur autem à Septentrione Ducatibus Mantuano & Mirandulano, ab Oriente Bononienſi agro ditionis Eccleſiæ, à Meridie ditione magni Ducis Hetruriæ, & ex parte Lucenſi agro, & ab Occidente Ducatu Parmenſi. Totius ditionis caput eſt Mutina, *Modena*, urbs munita, prope Seciam fluvium. Ditio autem Mutinenſis extenditur à Septentrione in Meridiem ad 60. milliaria, ab ortu in occaſum ad 45. circiter; & alias ſuberat Duci Ferrariæ ex eadem gente Eſtenſi. Sed Principatus Corregienſis à paucis tantum annis factus eſt juris Mutinenſis, cum antea Principes haberet proprios.

Mutinensis Ducatus Urbes.

Brixellum, *Berſello*.
Carpium, *Carpi*.
Corregium, *Corregio*.
Mutina, *Modena*.
Regium Lepidi, *Regio*.

Muttovia, *Mittaw* Germanis, *Nitawa* incolis & Polonis, urbs parva Livoniæ, Semigalliæ provinciæ caput, cum arce ſplendida, ubi commoratur Dux Curlandiæ, ad Muszam fluvium: dicitur etiam Mittavia à quibuſdam, & 30. mill. paſſ. diſtat à Riga urbe in Meridiem, verſus limites Samogitiæ 20. circiter, eſtque ſatis culta.

Mutusca, ſeu Trebula Mutuſca, oppidum Sabinorum in Italia Straboni, Dionyſio, & aliis, nunc *Monte-Leone*, caſtrum Sabinæ provinciæ in ditione Eccleſiæ, prope Podium Sancti Laurentii, quod à Reate verſus Meridiem diſſitum eſt, non longe extra viam Salariam, & ad alterius differentiam, *Monte Leone della Sabina* dicitur, teſte Luca Holſtenio, prope Turanum fluvium, ubi multæ inſcriptiones antiquæ, hinc populi Trebulani & Mutuſcæi, teſte Plinio.

Mutustratini, populi Siciliæ Plinio, quorum urbs Muſtrata, nunc *Miſtretta*. Vide Ameſtrata.

Digitized by Google

Muxacra, *Muxacra*, oppidum Hiſpaniæ in Regno Granatenſi, in monte excelſo, & in ora maris Mediterranei, & ſinus Virgitani, 8. leucis ab Almeria in ortum æſtivum Carthaginem Novam verſus, & olim Murgis dictum fuit, teſte Mariana.

Muza, portus & emporium Arabiæ felicis, ad ſinum Arabicum Ptolemæo, inter Pudnim & Ocelim, nunc *Gezien*, teſte Moletio.

Muzana, Armeniæ minoris urbs, teſte Antonino.

Muzarabes, *les Muzarabes*, Chriſtiani Arabibus & Mauris in Hiſpania mixti, & ſub ipſorum dominio degentes, poſt occupatam à Muza Arabum Duce Hiſpaniam, ab eo ſic dicti, & Latino ſermone in ſcriptis utentes, ipſis conceſſa fuerat à victoribus Mauris patriæ religionis libertas, uti Sacerdotes, Monachi, Sacræ Virgines, & inſigni veſte diſcreti à ceteris, atque ex veteri ritu detonſi in publico conſpiciebantur, & ſic dicti fuere etiam Chriſtiani inter Occidentales Sarracenos commorantes in Africa.

Muziris, urbs & emporium Indiæ intra Gangem Ptolemæo, in ora Oceani Indici, nunc *Chaul* dicta, ſub Luſitanis, teſte Moletio, ſed aliis eſt Calecutum, *Calicut*, urbs ampla Malabariæ regionis in ora littorali, proprio Regi Zamorino dicto parens.

Muzula, urbs Africæ propriæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Carthaginenſi, teſte D. Cypriano.

Mya, inſula parva Doridis, (quæ Cariæ provincia eſt) in ſinu Ceramico ad occaſum, Plinio teſte.

Myarida, Ciliciæ urbs mediterranea apud Plinium.

Mycale, oppidum & mons Cariæ Straboni, ſeu potius Ioniæ; Herodoto promontorium eſt, è regione Sami inſulæ. Hinc Mycalæus nomen gentis.

Mycalessus, oppidum cum monte, in ora Bœotiæ, teſte Plinio, nunc *Malacaſa* quibuſdam.

Mycenæ, oppidum Græciæ in Peloponneſo, & in Argia tractu Straboni, & Plinio, à Lacedæmone Semeles filio conditum, ut narrant, nunc caſtrum *Charia*, teſte Nigro, ſeu etiam *Agios Adrianos*, teſte Sophiano, à S. Adriano, qui hic religioſe colitur, & 18. mill. paſſ. diſtat à Corintho in Meridiem Argos verſus 10. Hinc Mycenæus nomen gentis. Ejus meminit Virgilius libro 3. Georgicorum. & libro 11. Æneidos.

Myconos, inſula maris Ægei, una Cycladum Ptolemæo, & Plinio, quæ Mycone Virgilio, nunc *Micone* dicta, prope Tenon inſulam, teſte Sophiano, circuitus eſt 30. mill. cum oppido, & duplici portu ſub dominio Turcarum à ſæculo & ultra, cum antea Venetis pareret, 4. milliaribus tantum diſtat à Delo, & inter utramque ineſt Scopulus *Tragoniſi* dictus ab incolis, & *Dragonera* Italis, & vix 5. milliaribus à Teno diſſita eſt in ortum.

Mysza, urbs Æmathiæ in Macedonia Plinio, & Ptolemæo, nunc caſtrum *Lagoviſchio*, ut exiſtimat Moletius.

Mygdonia, provincia Macedoniæ, verſus Boream Ptolemæo, inter Axium & Strymonem flumina, ac juxta ſinum Toronaicum: in qua Apollonia, Antigonia, Amphipolis, & Phyſcæ urbes.

Mygdonius, fluvius Meſopotamiæ, Niſibim urbem interluens Straboni, ubi Regio Mygdonia, & populi Mygdones, à Mygdone Rege dicti, vel à Mygdonibus Macedoniæ populis, teſte Plinio.

Myla, ſeu Mylas, fluvius parvus Siciliæ Livio, in ora orientali, in Valle Netina, nunc *il Marcellino* dicitur, Fazello teſte, & in mare Ionium ſe exonerat 5. milliaribus ab Auguſta in Meridiem.

Mylæ, inſulæ parvæ circa Cretam Plinio, nunc *Gnioſa* & *Liſto* dictæ, teſte Pincto, prope oram meridionalem inſulæ.

Mylæ, Siciliæ urbs maritima Plinio, Ptolemæo, & aliis, ad Cherroneſum promontorium à Zanclæis conditum, nunc *Milazzo* incolis, *Melazzo* exteris, oppidum munitum Siciliæ in ora Boreali inſulæ, contra Æolias inſulas, teſtibus Fazello & Aretio, eſtque in Valleſeu provincia Nemorenſi in peninſula parva, duplex eſt nempe ſuperius quod in monte munitum eſt & inferius, cum portu utcumque tuto, diſtat 30. milliaribus à Peloro promontorio in occaſum Tyndarium verſus 17. & Panormum, à Catana vero 55. in Septentrionem, eſtque in agro Meſſanenſi & *Melaſſe* vocatur à Gallis, aliaſque Milatium dictum fuit in actis mediæ ætatis, hinc Mylenſis nomen gentis *Milazzeſe* vulgo.

Mylæ Sinus, *il Golfo di Milazzo* indigenis, *la Baye de Melaſſe* Gallis, ſinus parvus maris Siculi, in ora ſeptentrionali Siciliæ inſulæ, inter Mylas urbem ad occaſum, à qua nomen habet, & Fretum Mamertinum.

Mylantia, promontorium Rhodi inſulæ, teſte Stephano.

Mylasa. Cariæ urbs in Aſia minori Plinio, Stephano, & aliis, quæ Mylaſſa Ptolemæo, & Straboni, 12. milliaribus ab ora maris Ægei in ortum, nunc *Melaſſo*, Ricautio & aliis, urbecula Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Stauropolitano, 30. mill. paſſ. diſtans à Mileto in Meridiem Halicarnaſſum verſus.

Mylias, urbs Aſiæ minoris, in Pamphylia Ptolemæo, inter fluvios Eurymedontem ad ortum, & Ceſtrium ad occaſum, 350. mill. paſſ. ab ora maris Pamphylii diſtans in Septentrionem, 60. à Termeſſo in ortum, & inter Pergas in occaſum æſtivum, & Aſpendum in ortum hybernum, nunc pene jacet, & *Milia* etiam dicitur, ut quidam tradunt.

Myltas, magnæ Phrygiæ pars ſed Lyciæ attributa Arriano in Indicis, item Ptolemæo. Vide Milyas.

Mylois, Arcadiæ fluvius, in Peloponneſo, teſte Heſychio.

Mylon, Ægypti urbs, teſte Stephano, inde Mylopolite nomus dictus.

Myloyene, *Pyla* vulgo Polonis, & *Schneidemuhl* Germanis dictum, oppidulum Poloniæ majoris, ad Notecium fluvium, in Præfectura ſeu Palatinatu Poſnaniæ, & in limite Pomeraniæ, 35. mill. paſſ. diſtans à Poſnania urbe in Septentrionem.

Myndus, urbs Cariæ maritima Straboni, & Stephano, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Stauropolitano, inter Bargyliam & Halicarnaſſum, *Menteſe* vulgo, teſte Leunclavio, hoc tempore primaria regionis, & ſedes Præfecti.

Myon, oppidum Phocidis, juxta fines Locrorum Thucydidi, quod Myonia Pauſaniæ.

Myonnesus, inſula maris Ægei in ora Theſſaliæ, ante Lariſſam urbem, teſte Strabone, eſtque parva admodum.

Myonnesus, ſeu Myonneſos, oppidum Aſiæ Minoris, in Ionia regione Straboni, & Stephano, in peninſula ad ſinum Ionium, inter Teium ad occaſum, & Lebedum ad ortum, Thucydidi vero eſt Teiorum inſula in ora littorali.

Myos Hormos, urbs Ægypti, cum portu ad mare Rubrum, ſive ſinum Arabicum Ptolemæo, & Plinio, poſtea Aphrodites dicta, inter Arſinoen ad Septentrionem & Berenicen ad Meridiem, *Coſir* eo loco ponit Ramuſius, & 110. mill. paſſ. diſtat a

Digitized by Google

Copto urbe ad Nilum in ortum, ſed *Coſir* aliis eſt ipſa urbs Berenice.

MYRA, numero plurali, urbs Lyciæ mediterranea Straboni, & Ptolemæo, prope Limyrum fluvium, & Limyram urbem, in colle, à littore 20. ſtadiis diſtans, antea Epiſcopalis, nunc Archiepiſcopalis ampliſſima: cui 36. urbes Epiſcopales ſuffragabantur; in quibus Patara, Xanthus, Olympus, Araxa, Comba, Balbura, Phellus, Phaſelis, Rhodiopolis, Bubo, Maſtaura, Podalea, Limyra, & Sidyma, nuncque *Strumita* dicitur, teſte Stunica.

MYRÆUM, urbs Africæ mediterranea Ptolemæo, nunc oppidum *Micila*, teſte Marmolio, à Cirta 30 mill. paſſ. diſtans in Meridiem.

MYRCANUS, oppidum Macedoniæ, in confinio Thraciæ, ad Strymonem fluvium, circa Philippos, teſte Appiano.

MYRENÆORUM CIVITAS, in Phrygia ſalutari, cujus meminit Synodus Conſtantinopolitana.

MYRIANDRUS, oppidum Syriæ Ptolemæo, in ora ſinus Iſſici, ad montis Amani radices, in Ciliciæ confinio, inter Alexandriam & Rhoſſum urbes propinquas, à portis Ciliciæ 270. ſtadiis. Populi Myriandri Melæ.

MYRICUS, Troadis urbs, in Aſia minori, è regione Tenedi & Leſbi, teſte Stephano ex Hecatæo.

MYRINA, urbs maritima Æolidis, in Aſia minori Ptolemæo, Agathiæ, & Straboni, ſic a Myrino conditore dicta, quæ Sebaſtiopolis Plinio, nunc *Martiani*, teſte Leunclavio, quanquam *Gircona* vocetor à Moletio, Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Epheſino, in ora ſinus Smyrnæi, inter Elæam & Cumam 100. ſtadiis, à Lariſſa 70.

MYRINA, urbs Lemni inſulæ, in mari Ægeo, Plinio, nunc Archiepiſcopalis, & vulgo *Lemno* de inſulæ nomine videtur, teſte Bellonio.

MYRIOPHYTOS, urbs Thraciæ Curopalati, in ora Propontidis, inter Callipolim ad Meridiem 32. & Rhædeſtum in Septentrionem 35. mill. paſſ. Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Heracleenſi, nunc *Miriofidi* caſtrum quibuſdam.

MYRLEA, urbs Bithyniæ maritima, à Colophoniis condita in ora meridionali Propontidis Plinio, & Melæ, poſtea Apamia dicta, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Cyziceno, *Myrlea* nunc etiam, antiquo nomine retento, inter Daſcylium, & oſtia Rhyndaci fluvii.

MYRMECIUM, ſeu Myrmetium, oppidum Tauricæ Cherſoneſi, & promontorium prope Panticapæum urbem, ad Boſphorum Cimmerium Plinio, & Ptolemæo.

MYRMEX, inſula parva Cyrenaicæ, in Africa, ante Arſinoen urbem, Ptolemæo teſte.

MYRMIDONES, Theſſaliæ populi Philoſtrato, ſic apud Poëtas dicti, à formicis, quas ad Æaci preces in homines (illis peſtilentia ſublatis) converſas fabulantur, meminit eorum Virg. lib. 2. Æneidos.

MYRONOS, Arabici ſinus inſula, Ptolemæo, & Stephano teſtibus.

MYROPOLON, Græciæ urbs, ex adverſo Heracleæ, juxta Thermopylos fortè.

MYRTATA, locus Sudatorius Campaniæ in Italia, ex profuſo inde calido ſudore, ſupra Baias, Celſo & Horatio, nunc *Frittola*, teſte Scipione Mazella.

MYRTILIS, ſeu Julia Myrtilis, oppidum Luſitaniæ Plinio, nunc *Mertola*, oppidulum Portugalliæ, cis Anam fluvium, cui inſidet, in confinio Vandalitiæ, 10. leucis Portugallicis ab Oceano, & ab oſtiis Anæ fluvii in Septentrionem Eboram verſus diſtans. Vide Julia Myrtilis.

MYRTILLETUM, *Heydelberg*, urbs Germaniæ, quæ etiam Myrtillotum mons dicta. Vide Heidelberga.

MYRTILLORUM MONS, & Myrtilletum, nunc Heidelberga, *Heidelberg*, urbs Germaniæ ad Neccarum fluvium, Palatinatus Rheni caput. Vide Heidelberga.

MYRTOS, inſula parva admodum maris Ægei, à qua, teſte Plinio, mare Myrtoum nomen accepit, ſed quæ ſit hodie incompertum eſt, potius Scopulus.

MYRTOUM MARE, pars Ægei Ptolemæo, Cariam ad occaſum alluit, *il Mare di Mandria*, teſte Caſtaldo. Horatius libro 1. carminum hujus meminit.

MYRTUNTIUM MARE, inter ſinum Ambracium, & Leucadem inſulam, Epirum alluens, Strabone teſte.

MYSECROS, fluvius Arabiæ felicis verſus Meridiem, teſte Plinio.

MYSIA, Thraciæ oppidum, teſte Porphyrogenneta.

MYSIA, Regio Aſiæ Minoris, ſeu Aſiæ proprie dictæ, maxime in occaſum extenſa Plinio, & Ptolemæo, quæ in majorem & minorem dividitur. Myſia minor, quæ Myſia Helleſpontiaca vocata etiam fuit, eſt verſus Helleſpontum, inter Propontidem ad Boream, & Troadem ad Auſtrum, ubi Cyzicus & Lampſacus urbes in ora Propontidis, dicta fuit etiam Olympica à Strabone, eſtque ſeptentrionalior. Myſia vero major, quæ Orientalior & Meridionalior exiſtit, inter Myſiam minorem ad Septentrionem, Phrygiam magnam ad ortum, Æolidem ad Meridiem, & mare Ægeum, & ſinum Adramittenum ad occaſum, & partim etiam ad Meridiem, ubi Adramittus & Antandrus urbes præcipuæ: nunc utraque ſub Natolia propria continetur, *la Natolie* vulgo, & ſubeſt dominio Turcarum a tribus ſæculis, hinc Myſi populi quorum meminit Propertius libro 1.

MYSIA, Europæ Regio, melius dicitur Mœſia. Vide ibi.

MYSISTRATUM, urbs Siciliæ. Vide Ameſtrata.

MYSIUS, Æolidis fluvius apud Strabonem, qui à quibuſdam Mœſius dicitur.

MYSOCARAS, portus Mauritaniæ Tingitanæ Ptolemæo, ad Oceanum Atlanticum, inter montem Solis & Uſadium promontorium, nunc *Aman*, Moletio teſte.

MYSOMACEDONES, populi Aſiæ, circa Epheſum, in Lydia incolentes, Plinio teſte.

MYSTIA, oppidum magnæ Græciæ Plinio, nunc teſte Barrio, eſt *la Motta Gioioſa*, caſtrum Regni Neapolitani in provincia Calabriæ ulterioris, ad radices Apennini montis, & vix 5. milliaribus ab ora mari Ionii diſtans. Vide Miſtræ.

MYSTUS, inſula parva maris Ionii, juxta Echinades, teſte Plinio.

MYTHAPOLIS, locus Bithyniæ Ariſtoteli, ad Aſcaniam paludem, à Cio 120. ſtadiis diſtans; Mythopolis dictus ab Antigono.

MYTISTRATUM, urbs Siciliæ Polybio, quæ in alio ejus codice Ameſtrata dicitur. Vide ibi.

MYUS, urbs Ioniæ, in Cariæ confinio Straboni & Plinio, ad Mæandri oſtia, cujus populi à culicibus infeſtati Miletum proximam urbem migrarunt. Hanc Artaxerxes Perſarum Rex Themiſtocli Athenienſi in obſonium dedit, cum Magneſiam in panem & Lampſacum in vinum dediſſet, teſte Thucydide, nunc funditus deleta jacet.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google